Digitized by Google


B. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II ROMA
8
50 G
8

8-50-G 8

M

PETRI LOMBARDI Parisiensis quondam Episcopi, SENTENTIARVM MAGISTRI MERITO COgnominati, in totum psalterium eximii prophetarum Dauid, Commentarii absoluti, ex selectis & orthodoxis authoribus, more suo consarcinati, eóque felici rapsodia iuxta ac noua diligentia contexti, per Fratrem Richardum Cenomanum Doctorem Theologum Franciscani instituti, haud vulgariter recogniti, indicatis suo loco authorum nominibus, nunc primùm in lucem prodeunt. Intertexta est per eundem Ecclesiasticæ editionis vindicatio citra Hebraismi præiudicium, & diuersarum translationum collatio vice Apologiæ, vbicunque lectio vulgata ab hebraica veritate, aut aliâs variare videbatur.

PARISIIS
Apud Poncetum le Preux sub lupo,
via ad D. Iacobum.
M. D. XLI.

CVM PRIVILEGIO REGIS
ET SENATVS.

Extraict des registres de la court de Parlement.

Sur la requeste presentee a la court par Poncet le Preux,lung des quatre grant libraires de l'Vniuersité de Paris:par laquelle il requiert luy estre permis auoir permission faire imprimer & exposer en vente vng liure intitulé, Petrus Lombardus super Psalteriũ,auec les annotations & collations de Magistri Richardi Cenomani, in Theologia Doctoris, visité & aprouué par la faculté de Theologie, comme il apert : & que deffenses fusses faictes à tous imprimeurs & libraires & aultres de n'imprimer,ne faire imprimer, ne vendre les dictz liures d'aultres que de ceulx dudict le Preux,pendant le temps de six ans.

Veu par la court la requeste & certification de la faculté de Theologie.

La court à permis & permet audict le Preux iceluy liure de Petrus Lombardus super psalteriũ, auec les annotations & collations de M. Richardi Cenomani,faire imprimer & mettre en vente,& fons inhibitions & defenses à tous libraires & imprimeurs & aultres, de ne les imprimer ne faire imprimer,ne védre,n'achater d'aultres que ceulx dudict Poncet le Preux,en quelque maniere que ce soit, pendant le temps de trois ans escheux & acomplis,surpeine de confiscation desdictz liures,& d'amende arbitraire. Faict le xv. iour de Iuing.M.D.XLI.

Ad Reuerendißimum Patrem

VNIVERSI ORDINIS FRATRVM MINORVM GENEralem Miniſtrum, Vincentium Lunellum, multiiugæ eruditionis virum, Fratris Richardi Cenomani Doctoris Theologi, ac Minorum infimi, epiſtola nuncupatoria.

LAVS diuina, obſeruantißime pater, omnium calculis τὰ πρωτεῖα tenere debet, à qua Chriſtianæ religionis vnus cardo pendet. Nec vllus labor prodeſſe poteſt, quin potius maximè noxius dignoſcitur eſſe, quo laudare Deum Opt. Max. indies magis pro noſtra illa infirmitate non perdiſcimus. Hæc eſt nempe angelorum ἀμβροσία, diuorum conſummata felicitas. Beati, ait, qui habitant in domo tua, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Quid interim poteſt in hac lachrymarum valle, in hoc deploratißimo exilio, nos alioqui homuntiones terræ defluxæ affixos, propius transformare in illum cæleſtē habitum, q̄ creatorem noſtrum, redemptorē noſtrum, בְּיִרְאָה וּבְחַצְרָה iubilis & canticis ſpiritualibus celebrare, prædicare, exaltare? vnde homines efficiuntur dii & filii excelſi omnes. Ac vt inquit Baſilius, ὡς ὕψος ἡμῶν ἀνάγων ὁ θεὸς τὰ φρονήματα, οὐκ ἀφῆκεν ἐῤῥιμμένα χαμαὶ, καὶ τῇ κατὰ σάρκα ἀξίᾳ, ἵν᾽ ἀεὶ πρὸς τὸ ἄνω τὴν ὁρμὴν ἔχοντες, ταῖς κορυφαῖς τῶν ὑψηλοτάτων ἐννοιῶν παισιάζωμεν. Nec tamen meæ eſt temeritatis rem per ſe incomprehenſam verbis humanis, & iis quidem noſtris futilibus velle aſſequi vel ad minimum, ſi tamen in laudibus diuinis quicqoam paruum dici poſsit: ſed quòd argumentum ſuſcepti negotii, ex tua obedientia toties mihi iniuncti, ad idipſum meam balbutiem ſua ratione adigeret. Quum etiam dei bonitas tanta ſit, vt exaudire dignetur, quod infantia noſtra de eius maieſtate σολοίκῳ & ſordido ſermone, non ſordida mente reſonare parturit. Congruebat nimirum, vt qui pſalmos Dauidicos vniuerſam ſcripturæ vim, per iucũdißimum laudis thema complectẽtes, pertractare dei munere deſudat, dicendi materiam inde vtcunque deſumere ordiretur. Nam iuxta Baſilium, ἡ τῶν ψαλμῶν βίβλος, τὸ ἐκ πάντων ὠφέλιμον περιείληφε, ὥσπερ κοινὸν ταμιεῖόν ἐστιν ἀγαθῶν διδαγμάτων, τῷ ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἐπιμέλειαν ἐξευρίσκον. Porro dum ante hoc triennium Victorinæ bibliothecæ theſaurum frequenti manu voluerem⁹, occurrit pſalterium noſtri Lyrici Dauid, commentariis excellentis viri Magiſtri ſententiarum nobili ſupellectile ditatis illuſtratum: ſuis quidem & non ſuis. ſuis ex appoſitißima compendioſa & ſingulari quadam doctorum catholicorum γνωμολογίᾳ: non ſuis autem, quod ex aliorum ſcriptis operoſo artificio haud ſegniter excerpſerit: quos vbi fratres illius cœnobii vt ſunt religioſißimi, & ad literas propagandas propenſißimi, mihi haud grauatim communicauerunt, cœpimus eorum commentariorum vberrimos fructus deguſtare. Sed & ante nos complures viri graues, qui in bibliothecis quibuſdam communibus ſimilia exemplaria deprehenderant, huiuſmodi opus variis floribus concinna coaceruatione conſertum ſenſerant decantatißimum. Ob id inſtabatur æſtuantibus deſideriis, vt prælo cõmitteretur, atque omnium fore cõmodo non vulgari ſi in publicum diuulgaretur: præſertim quum nihil in ore fidelium frequentius verſetur, aut accommodatius ad dei cultum promouendum, eiúſque indicibilem gloriam hymnis canoris depromendam inueniatur, quàm pſalmorum ineffabilis iubilus. Nam in idipſum omnis terra inuitatur per diuinum Pſaltem, Omnis terra adoret te, & pſallat tibi: ꝙ vbi iuxta Apoſtolum pſallitur ſpiritu, pſallitur & mente. Quis poſſet verbis explicare, quanto reficitur gaudio internus ipſe homo? adeo vt nemo ſciat niſi qui accipit. In promptu eſt quod ſcribitur 1. Reg. 16. de Saul rege, à ſpiritu nequam exagitato: qui Dauide citharam manu percutiente leuius ferebat, & καταπραϋνόμενος ab eius duriori infeſtatione recedebat. Linguam omnẽ, omne ingenium ſuperat pſalmorum virtus, οἷ ταῦτα τῆς σοὶ θεολογίας πλέα. Multo magis tamen præſtat experiri cum timore dei quàm ſolo ſermone perſonare.

Verum vt eò regrediamur vnde digreſsi ſumus,tandem perſuaſi ſumus vt opus ipſum tam diues typis excuderetur,ſubnotatis noſtra quali quali vigilãtia doctoribus quos in quandã farraginẽ concitauerat. qua effectũ eſt, vt quod cæteri ſparſim in pſalmos commentati fuerant, ipſe collectim quodam laconiſmo complecteretur. Et hæc eſt dignitas huiuſmodi commentariorum. Quia vero non ſatis liquebat, quæ loca & quàm integrè ſuis reſponderent authoribus,eo quod tumultuatiè ſubinde ſignabantur, neceſſum fuit ſingulos quos adducebat percurrere quaſi ſyllabatim, vt amplius noſtra præfatio demonſtrabit,quanquam ἀκρίβεια πρὸς τὸ ἀκριβὲς non fuerunt obſeruata vt deſideraueram. Cæterum videbamus editionem eccleſiaſticam,quam dicunt vulgatam, fermè in ſpretum poſſe venire.quod & factum eſſe propemodum comperimus, quaſi alienus ſit Dauid à nobis, & à canticis hactenus apud Chriſtianos celebratis, ob tot inuectas tranſlationes nouas, vt iam poſſet quiſpiam exiſtimare germanam illam pſalmorum lectionem eſſe adulteratam, in communi eccleſiarum ac monaſteriorum pſalmodia, quæ diu noctúque deo domino potentiſsimè perſoluitur. Etiam ſi non ſum neſcius quantum lucis adferat diuerſarum tranſlationum collatio. Id quod teſtatur diuus Auguſtinus ſecundo de doctrina Chriſtiana, capite decimoquarto. Plurimum, ait, iuuat interpretum numeroſitas collatis codicibus inſpecta atque diſcuſſa, tantum abſit falſitas. Nec abſonum tamen videbatur tutari ſacroſanctum eccleſiæ vſum, quantum tenuitas noſtra patiebatur: ſi iſti eo animo ſuis nouitatibus onerarint pagellas, vt traductio vulgata, & qua vtitur vniuerſus eccleſiæ ordo in peſſum abiret. Quod ſicut non eſſet candidi pectoris ea ratione edidiſſe ſua, ſic nec nos de ipſis quicquam ſiniſtri pronunciare voluimus, licet ſit perſpicuum eorum aliquos non ſatis probè audire. Igitur ſingulo cuique verſui collationẽ ſubnexuimus, ſi quid fortè variabat, qua dei gratia annitimur noſtram lectionem conciliare ad veritatem hebraicam, quemadmodum olim vſi ſunt interpretes. quod facile perſuadetur iis qui minus corrupto ſunt iudicio, & ritui eccleſiaſtico Chriſtiano affectu fauent. Vbi vero perpuſillum referebat inter lectionem noſtram & alias, pertranſeundum fuit. At diutius haud immerito fluctuabamus ſi tam arduum opus aggrederemur, perpẽdentes noſtræ infirmitatis exiguitatem, tum quod facillimum fuerit בְּרָה לָשׁוֹן לשׁוֹ etiam ſummè exercitatis, tum quod nec illam linguarum peritiam mihi arrogem, vt valeam de cæteris vel tantillum iudicare. Quia tamen ſcopus noſter quem totum proſpectabamus, eſt immobilis, nempe eccleſiaſticæ conſuetudinis firmiſsimum robur, quo etiam interdum Apoſtolus ſua dicta non veritus eſt confirmare. Nos, inquit, talem conſuetudinem non habemus, neque eccleſia dei, primæ Corint. vndecimo: auſum dedit minus temerarium, vt nauiculam ſine contentione pelago committeremus, & crederemus dicenti, Signa eos qui in me crediderint, hæc ſequentur, Linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent: & ſi quid mortiferum biberint, non nocebit eis. Nec dubito eos qui totos dies expendũt in literarum Hebraicarum שׁגיון minori negotio & maiori laude negotium iſtud potuiſſe promouere, tantum abeſt vt quiſquis eorum editionem latinis auribus tot retro ſeculis religioſè inculcatam atq; receptam præcipitanter damnaſſet. Neque velim vt quiſpiam calumniator ex ore meo ſtatim rapiat, quaſi eccleſia per ſe alioqui tuta me defenſore indigeat. Sed meminerit receptos etiam fuiſſe, qui vel pilos caprarum in tabernaculo domini cõficiendo offerrẽt. Verũ enimuero nondũ animo obfirmatũ erat id muneris ſuſcipere, donec reuerendiſsima paternitas tua obedientiæ iugum & meritum addiderit, quod detrectare non erat vtique liberum. Sed ſi quid audaculæ temeritatis in humana φιλαυτίᾳ latitauerit, obedientiæ tenor ſimul & mandatum excuſabit. Et ita excuſabit, vt nolim tamẽ lapſus meos pertinaciter defendere aut aliquo fuco prætexere, quin potius velim ingenue confiteri meæ ignorationis culpam, vbi deprehenſa fuerit, paratus recantare ſi quid abſonum vel imperitia, vel incogitantia ſcripſero. Quid enim dictandum venit, quod non ſit eccleſiæ iudicio, & doctorum examini ex omni ſubmiſsione & modeſtia relinquendum? Quare primam fœturam in alienis laboribus noſtro marte vtcunque partam tuæ religioſiſsimæ paternitati debeo: quandoquidem abſque iuſſu tuo, & eo multoties repetito in medium prodire nimis formidabile mihi fuiſſet.

Et quicquid illud est obedientia tua perfecit, cui opera nostra dicare omnia, consultissimum. Accessit cõgruentia sanè cõpositissima, vt cuius functio generalis ab vnico laudis diuinæ ac pietatis statu pendet, ipsi illi laudum lucubrationes consecrarentur. Quid enim iam pene ipsum orbem Christianum cursu apostolico peragraueris inexhaustis sudoribus? quid tam operose perquiris, nisi vt collaudetur Deus Opt. Max. non solum apud fratres Franciscanos, quorum vniuersum ministerium officiose exerces, sed apud omne genus hominum dei honorem multo cum fœnore promoueas per spiritus sancti præsentissimã gratiam, quæ tibi reddidit summum Pontificem, & maiores Christianæ fidei principes, quantum religioni orthodoxæ propensi sunt, fauorabiles: apud quos tam bene audis, quàm vellem hoc ingenioli nostri monimentum qualecunque semper æquum lectorem sortiri. Exeat igitur sub tuis auspiciis tutum, quod tam facilè tibi erit à dentibus theoninis atque calumniosis asserere, quàm copiosa & quàm varia est tuæ eruditionis vbertas.

Parisiis, anno Christianæ salutis quadragesimo supra sesquimillesimum.

PROLOGVS IN MAGISTRVM ET

Collatio diuersarum translationum psalterii: et apologia ecclesiasticæ lectionis, in versibus quos putant ab Hebraici fontis veritate variare: per fratrem Richardum Cenomanum, Doctorem Theologum, Ordinis Minorum.

VANQVAM ignorata vocsbulorum quin& syllabarum ratione, non possit rerum vlla baberi intelligentia: quia tamen sola huiusmodi pertractatio quasi ieiuna foret: consentaneum fuit nostras annotationes inserere commentarijs Petri Longobardi, Parisiensis quondam episcopi, magistri sententiarum optimo iure nuncupati, nunc primum in lucem editis. Proinde nihil expectet lector in hisce scholijs, nisi quod promittit titulus. Primum enim stomachum suum pascat doctis psalmi enarrationibus: deinde si de vulgatæ editionis fidelitate hæsitet, aut iuuet varias traductiones nuper natas conferre, fortasse inueniet quod quærit: nec lectionis pœnitebit: modo æquum præstet adfectum, & minime contentiosum. ¶ Quoniam intra limen sui procemij, Magister paucula tangit de numero librorum in psalmis, & eorum authoribus: non absonum fuerit rem disputationémque altius repetere: simul & nonnulla præfari conuenit, quæ necessaria iudicantur ad stabiliendum suscepti negotij propositum. Ne (quod aiunt) illotis pedibus lucubrationis nostræ qualemcunque procursum aggrediamur. Imprimis libri psalmorum, an plures sint, videtur D. Hieronymus varius, & non sibi constare, si quis oscitabunde legat. nam quod adducit Magister in suo prologo, habet Diuus Hieronymus tomo tertio, in quadam epistola ad Marcellam: cuius verba subteximus, Amen, Septuaginta γένοιτο, id est fiat. Vnde & in fine librorum (In quinque siquidem volumina, psalterium apud Hebræos diuisum est) fiat, fiat, transtulerunt, quod in Hebraïco legitur amen, amen, quo scilicet ea verè dicta quę sunt supra, confirmentur. Hæc ille. ¶ Eiusdem sententiæ potest colligi fuisse, quum ad Marcellam de exitu Leæ tomo primo sic scribit, Quum hora fermè tertia hodiernæ diei, septuagesimum secundum psalmum, id est tertij libri principium legere cœpissemus, & docere cogeremur tituli ipsius partem, ad finem secundi libri partem ad principium tertij libri pertinere &c. Ex quibus apparet D. Hieronymum sentire psalterium in libros distinctum. At contrariam opinionem sequitur, ad Sophronium tomo tertio, scribens, Scio quosdam putare psalterium in quinque libros esse diuisum: vt vbicunque apud Septuaginta interpretes scriptum est, γένοιτο γένοιτο, id est fiat, fiat, finis librorum sit: pro quo in Hebræo legitur amen, amen. Nos autem Hebræorum authoritatem secuti, & maxime apostolorum, qui semper in nouo testamento psalmorum librum nominant, vnum asserimus psalmorum volumen. Et rursus paulo post. Si enim amen, pro quo Aquila transtulit πεπιστωμένως, in fine tantummodo librorum poneretur: & nō interdum aut in exordio, aut in calce sermonis siue sententiæ, nūquam saluator in euangelio loqueretur, Amen amen dico vobis. Nec Pauli epistolæ in medio illud continerent. Moses quoque & Hieremias, & cæteri, in hunc modum haberent libros, qui in medijs voluminibus suis amen frequenter interserunt. Sed & numerus viginti duorum librorum Hebraïcorum & mysterium eiusdem numeri commutabitur. Nam & titulus ipse Hebraïcus סֵפֶר תְּהִלִּים sepher tehillim, quod interpretatur volumen hymnorum apostolicæ authoritati congruens, non plures libros, sed vnū volumen ostendit. Hæc Hieronymus. Sed num ista videntur tibi contradictionem sonare? quandoquidem priori loco dixit, In quinq; siquidem volumina psalterium apud Hebræos diuisum est: & nunc dicebat, nos Hebræorum authoritatem secuti, vnum asserimus psalmorum volumen. ¶ Verum quomodo intelligat, & à se non dissentiat diuus Hieronymus, perpendes ex psalmi octuagesiminoni explanatione, ad Cyprianum tom. tertio, vbi sic disserit, Aiunt Hebræi, vno psalmorum volumine quinque libros contineri, à primo vsq; quadragesimum, & à quadragesimo primo vsq; ad septuagesimum primum, & à septuagesimo secundo vsque ad octuagesimum octauum, & ab octuagesimo nono (qui quarti libri initiū est, & quem nūc disserimus) ad centesimum quintum: in quorum omnium fine duplex amen positum est, quod Septuaginta transtulerunt, fiat, fiat, & à centesimo sexto, vsque ad finem, instar duodecim prophetarum, qui & ipsi cum proprios libros ediderint, vnius voluminis nomine continentur. Et amplius in præfatione in libros Regum. Secundus à Dauid, quem quinque incisionibus & vno psalmorum volumine comprehendunt. Vides itaque quod sicut duodecim prophetæ in vnum, sic & quinque psalmorum incisiones in vnum copulantur volumen.

De author. psal morum.

Disceptatio de authoribus psalmorum.

GRANDIS cõcertatio est inter eruditos, de authoribus psalmorũ. Sed disputationis gratia, duo dicã, nullius iudicio præiudicãs. Prius. Licet diuus Hieronymus videatur magis declinare ad eam opinionẽ, quæ dicit plures esse psalmorum authores, interdum tamen diuersam sequitur sententiam Secundo, Si quis oculatius introspiciat dicta Hieronymi & Augustini, forsan inueniet conuenire inter eos de hac controuersia. Igitur quòd videatur Hieronym. sentire nõ omnes psalmos esse Dauid, ostẽditur ex tomo tertio in epistola ad Cyprianum, Sciamus quoq; errare eos, qui omnes psalmos, Dauid arbitrantur, & non eorum quorum nominibus inscribuntur. Rursus eodẽ Tomo ad Sophronium, Psalmos omnes eorum testamur authorum, qui ponuntur in titulis, Dauid scilicet, Asaph & Idithun filiorum Coræ, Eman Ezraitæ, Moysi & Salomonis, & reliquorum quos Esdras primo volumine comprehẽdit. Item ad Cyprianum, Quod autẽ in plærisq; codicibus nonagesimus octauus habet tit. Psal. Dauid, in Hebraico non habetur: hãc habẽte scriptura consuetudinẽ, vt omnes psalmi, qui cuius sint, titulũ nõ habent, his deputentur, quorũ in prioribus psalmis nomina cõtinentur. Deniq; in procemio in Malachiam, In psalmis diximus qui titulos nũ habent, eorum esse credendos, quorum priores psalmi nominibus prænotati sunt. Hæc Hieronymus. Nec valet euasio, qua diceres Hieronym. non loqui iuxta sensum proprium, sed iuxta opinionem præceptoris sui in Hebræis bar Hanina vel aliorum. Nam interpretatus locum Matth. decimo tertio, Vt impleretur quod dictum est per prophetam dicentem, Aperiam in parabolis os meum, &c. Legi (inquit) in nonnullis codicibus per Esaiam prophetam, quod quidẽ quia minime inueniebatur in Esaia, arbitror à prudentibus viris esse sublatum: sed mihi videtur in principio ita editum, quod scriptum est per prophetam Asaph, dicẽtem, Septuagesimus enim septimus psal. de quo sumptum est testimonium, Asaph prophetæ tit. inscribitur. Hæc Hieronym. Quando dicit, mihi videtur, propriã sentẽtiã satis insinuat. Quòd autem nonnunquã loquatur secundum diuersam opinionẽ, probemus. To. 3. ad Fabiolam, de quadraginta duabus mãsionibus, in 77. psalmũ, quem iuxta euãgelistam Matth. ex persona domini dictum credimus, decem plagarum in AEgypto, & egressionis Israel in solitudinẽ, narratur historia. Deinde paucis interiectis subdit, Nam idem ꝓpheta in alio loco dixerat, Habitaui cum habitantibus cedar, multum incola fuit anima mea, absentiam terræ sanctæ nõ sustinẽs, lachrymabiliter ingemiscit, & dicit, Hęc recordatus sum, & effudi in me animam meam, donec transeam in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei: In voce exultationis & confessionis, sonus epulantis. Et in alio psalmo, Reuela oculos meos, & cõsiderabo mirabilia de lege tua. Hęc ibi.

Ex quibus constat Hieronymum psalmos citatos, videlicet septuagesimum septimum, centesimum decimum nonum, & centesimum decimumoctauum, eidem prophetę tribuere: quod nõ potest esse, nisi Dauid intelligat. Nam vt visum est septuagesimus septimus, Asaph: quadragesimus primus filiis Coræ, centesimus decimus nonus, & centesimus decimus octauus, non habent proprium titulum. Sed si vera est sententia Hieronymi, quam supra cõmemorauimus, eius sunt, cui præcedentes psalmi inscribũtur. Primus autem præcedẽtium qui titulum habet, est psalmus cẽtesimusnonus, qui aperte Dauid tribuitur. Rursum Hieronymus tom. 3. ad Fabiolam, de vestitu sacerdotali, vnde & Dauid (inquit) orabat in psalmo, Reuela oculos meos, &c. Et tomo 1. ad Paulinum de institutione monachi. Totũ quod legimus in diuinis libris, nitet quidem, & fulget etiã in cortice, sed dulcius in medulla est. Qui edere vult nucleum, frãgat nucẽ. Reuela (inquit Dauid) oculos meos, & cõsiderabo mirabilia de lege tua. Si tantus propheta tenebras ignorantiæ confitetur, qua nos putas paruulos, & pené lactẽtes inscitię nocte circundari? Hæc Hieronymus. Vbi vides psalmum illum, Dauid nominatim deputari, quẽ supra dicebat eundem prophetam in psalmo septuagesimo septimo, & quadragesimo primo. Prętereà Hieronymus, psalmo septuagesimo secũdo qui inscribitur Asaph, ex persona Dauid citat in Ecclesiasten cap. 4. Plenius hunc locum Dauid in psalmo 72. & Hiere. in suo volumine exquirũt. Et in commẽtariis ad Ephes. cap. 3, Quorum, inquit, verba Dauid in persona sua exprimens, ait, Quã bonus Israel deus, &c. Item in Matth. sicut scriptum est in Dauid, Transierũt in affectum cordis. Hæc autem sunt in psalm 72. Insuper tom. 3. ad Dardanum, Dauid in alio psalmo canit, Gloriosa sunt dicta, &c. Manifestariũ est verò illum psalmũ 86. inscribi filiis Coræ. Ad hęc. psal. 88. Ethan Ezraitæ inscribitur. & tamen Hieron. tom. 3. ad Damas. de duobus filiis, desumit nõnullos versiculos ex eodẽ tanquam ad Dauid dictos. Secundum illud (ait) quod locutus sum ad Dauid, si dereliquerint filii eius legem meam, & in iudiciis meis nõ ambulauerint, si iustitias meas prophanauerint. Diceret aliquis: ideo quia Dauid maiorem psalmorũ partem composuit, ob id sępe totũ psalterium nuncupatur Dauid. Et sic loquitur diuus Hieronymus in prologo quẽ præfixit libris Regũ. Inter hagiographa prim9 est liber Iob, & secũdus Dauid. Nã interdũ secus citat quã nomine Dauid, vt secũdo libro aduersus Pelagianos, Asaph loquitur, Cibabis nos pane lachrymarũ, &c. Hoc autem desumitur à psalmo septuagesimo nono, qui inscribitur ipsi Asaph. Verum & si eo pacto euaderes, nõ omnino tamen satisfacis omnibus prętactis, cum dixerit eũdem prophetã loquutum in psalmo septuagesimo septimo, & cæteris quos adduximus. Et vt nulla detur tergiuersandi occasio, quomodo dissolues, quod scribis ipse D. Hieronym. tomo tertio ad Cyprianum? vbi cõtradiceret sententię apostoli ad Hebræos quarto, nisi diceres diuum Hieronymũ mutasse sentẽtiam, & loca superius cõmemorata hoc ostendere, accipiendo Dauid in persona, non in

psalterio. Sed & videamus quomodo alioqui cõtrairet apostolo ad Cyprianũ. sic ait de Moyse, Cuius ore creaturam mũdi eorum duntaxat quæ visibilia sunt, conditionem hominis, & omnis retro historiæ didicimus veritatẽ, qui non solum nobis quinque reliquit libros, Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros, & Deuteronomiũ, sed & vndecim quoque psalmos, ab octogesimo nono, cuius principiũ est, Domine refugium factus es nobis, vsque ad 99. qui inscribitur psalmus in confessione. Hæc Hiero. Apostolus autem ad Hebræos quarto, psalmum nonagesimum quartum, qui de numero illorũ vndecim cõuincitur esse, manifeste tribuit Dauid, Quoniam ergo (inquit) superest introire quosdam in illam, & ii quibus prioribus annunciatum est, non introierũt propter incredulitatem, iterũ terminat diem quendam, hodie in Dauid, dicendo. Post tantum temporis (sicut supra dictum est) Hodie si vocem eius audieritis, &c. Ex quo palam est Apostolum non deputare Moysi hunc psalmũ, quoniam tertio capite de Moyse loquens dicit. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius, tãquam famulus in testimonium eorum quæ dicenda erãt. Deinde paulopost subdit, quapropter sicut dicit spiritus sanctus, Hodie si vocem eius audieritis, &c. Quæ pertractans Apostolus cap. 4. ostendit ex contextus digesta & aptata consecutione, spiritum sanctum locutum fuisse in Moyse, quantum ad constitutionem mundi: & post tantum temporis rursum in Dauid, Hodie si vocẽ, &c. Attende igitur ordinem sentẽtię apost. Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis. Dixit enim in quodam loco de die septimo sic, Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis. & in isto rursum, Si introibunt in requiem meam: quoniam ergo superest quosdam introire. &c. Vbi cõsiderandum spiritũ sanctum post multum temporis dixisse in Dauid, ex quo locutus fuerat per Moysen de conditione mũdi. Propterea colligitur psalmum non esse editum à Moyse, sed à Dauid, quẽ satis designat in persona, magnum temporis interuallum commemorando inter duos prophetas.

Posses tamen subterfugere, referendo (dixit) ad Moysen, non ad spiritum sanctum quantum ad literam: vt Moyses dixit eum requieuisse die septimo, & post tantum temporis, idem Moses terminauerit diem quendam hodie in Dauid, hoc est, per hoc quod hodie dicitur in psalterio, quod nuncupatur esse Dauid. quod quidem fuisse tempore apost. promptum est. Verumtamen hæc expositio esset (ni fallor) paulo coactior. Superest demonstrare secundum principale, nempe quòd forsan D. Hieronymus & D. Augustinus non sibi aduersantur in huius argumenti materia. Ex verbis enim eorum facile est videre, tituli inscriptionẽ, aut significare à quo editus sit, aut à quo recitatus psalmus. Nam D. Augustinus manifeste in hanc sententiam descendit, differens in principio cur primus psalmus titulum non habeat. Centum itaque & quinquaginta psalmos esse nulla dubitatio est; & qui psalmus quotus sit, vel à quo recitatus sit, titulorũ inscriptione ostẽditur. Non enim omnes psalmi à Dauid æditi sunt. Ipse enim Dauid ex omni populo quatuor principes spiritu sancto mũdatos elegit, quorum nomina sunt, Asaph, Eman, Ethan, & Idithun, vt in quẽcunque diuinus spiritus intrasset, hymnum deo caneret. Dauid ergo solus nouem psalmos ore proprio cecinit: reliqui autem ab illis quatuor principibus iuxta titulorum inscriptionem sunt dicti. Hæc Augustinus. Quem vides dicere non omnes psalmos esse editos à Dauid, maxime quãtum ad rationẽ accinendi. Nec abest ab hac sententia ipse diuus Hieronymus ad Sophronium, quod supra etiam commemoratum est. sed indistinctè tractatum. Ait itaque, Psalmos omnes eorum testamur authorũ, qui ponuntur in titulis Dauid scilicet, Asaph, & Idithun, & filiorũ Chorę, Eman Ezraitę, Moysi & Solomonis, & reliquorum quos Esdras primo volumine comprehẽdit, Hæc ille. Vbi nouissima particula innuit psalmos esse eorum quorum nomina tacẽtur, & quos dicit Esdrã comprehẽdere in primo volumine. Ait enim Esdras. 1. Esdræ 2. cantores filii Asaph centum viginti octo. Liquet autem non posse pertinere psalmos ad eos quos Esdras comprehendit, nisi tanquam cantores, quando lex & psalmi reparata sunt. Facit quod scribitur Neemiæ duodecimo. In diebus Dauid & Asaph ab exordio erant principes constituti cantorum, in carmine laudantium & confitentium deo. Et 1. Paralip. 25. Igitur Dauid & magistratus exercitus, segregauerunt in ministerium filios Asaph & Eman, & Idithun: qui prophetarent in citharis & psalteriis & cymbalis, secũdum numerũ suum dedicato sibi officio seruientes. Deinde recitatis filiis eorum iuxta regem prophetantibus, subtexit. Vniuersi sub manu patris sui ad cantandum in templo domini, distributi erant in cymbalis & psalteriis & citharis, in ministeria domus domini iuxta regẽ, Asaph, videlicet & Idithun & Eman. Sicut ergo oporteret exponere D. Aug. in li. 17. de Ciui. dei, ca. 14. ne sibi contradicat in eo quod dixit in prologo 1. psal. ita & D. Hieron. vbi multos psalmorum authores nominat, vt in id cõueniant, sicut ante meminimus psalmorũ inscriptionẽ denotare, authorem aut cantorem. Ait autem D. August. lib. superius adducto. Mihi credibilius videntur existimare, qui omnes illos 150 psalmos eius operi tribuunt, cumque aliquos prænotasse nominibus aliorũ, aliquid quod ad rem pertineat figurantibus. Hæc ibi. Quę quomodo debeant conciliari cum aliis eiusdem verbis, quære si potes, & viam aperuimus quæ prius à nõnullis attacta est, licet authoritates vtriusque doctoris magna ex parte silẽtio prętererierim. Accedit nostrę sententię, qđ titulus psalmi 38. sic habet, pro Idithun, canticũ Dauid: & psalmi 71. pro Idithun ipsi Dauid. Atqui de Idithun præter ea quæ citauimus habetur 1. Paral. 25. Idithun qui qui in cythara prophetabat super cõfitentes, & laudantes dominum. Nec obest titulus psalmi 76. pro Idithun, psalmus Asaph, quasi Asaph esset primarius author, & Idithun cantor. Potuit enim Asaph inchoare psalmum cantando,

& Idithun respõdere, sicut dicitur secundi Machabæorum primo, Ionatha inchoante, cæteris autem respondentibus. Consimiliter debet intelligi titulus psalmi octuagesimiseptimi, canticum psal. filiorũ Core, intellectus Eman Ezraitæ: vnde in Hebræo dicitur, ad respondendum intellectus Eman. At dices, Opinando Dauid esse authorem omnium psalmorum quãtum ad materiam, remanet scrupulus quomodo deberet intelligi titulus psalmi 71. videlicet Solomonis & psalmi 89. oratio Moysi hominis Dei: cum non possit ita commode de his duobus conuenire, ceu de aliis cantorum officio fungentibus, & Dauid synchronis. Quantum ad primum, finis psalmi suum authorem prædicat, defecerũt laudes Dauid filii Isai, ob id titulus Solomoni, intelligitur pro Solomone vel in Solomonem: qui fuit figura veri Solomonis regis pacifici, de quo materia totius psalmi apte loquitur, quod & Hebræum indicat לִשְׁלֹמֹה lishlomoh. Nam lamed teste Pagnino libro primo institutionum Hebraicarum, nõnunquam causam materialem denotat, vt Exodi quarto, לְנָחָשׁ lenachasch. In serpẽtem, & Septuaginta interpretes in proposito dixerunt, in Solomonem psalmus, εἰς σαλωμῶν ψαλμός. Cõsimili modo potest intelligi titulus psalmi cẽtesimi vigesimi sexti, Canticum graduum Salomonis. Quãtum ad secundum de titulo psalmi 89. D. Hieronym. ad Cyprianum refert solutionem opinantium omnes psalmos esse Dauid, licet forte aliter (vt prælibauimus) sentiret D. Hieronymus. Vnde (inquit) & hunc psalmum volunt sub nomine Moysi, à Dauid esse compositum, quod scilicet legislator communem humani generis & calamitatem, & deinde expectationem salutis sacro ore describat. Nec reuinceret quod opponit do minus Lyranus causans, quod etiã in plerisque aliis psalmis fiat mentio de ea ipsa materia, quia argumentum illud non tam breuiter & concinenter, nec per modum orationis in aliis tangitur. Hinc in Hebræo habet לְמֹשֶׁה lemoscheh, in Moysen, de titulis aliorum psalmorum suo loco tractari poterit.

De commentariis diui Hieronymi in omne Psalterium.

Casterum quia frequẽtissime in enarratione psal. magister citat D. Hieronymũ. ex commentariis: quos nonnulli temerarie inter pseudepigrapha deputant: haud absonum fuerit ostendere eos commentarios non esse falso D. Hierony. inscriptos, vt ipsi somniant, & impudenter asserũt, cuiusmodi sunt Erasmus & Bruno Amorbachius. Ille recensens alienorum indicem (vt ipse vocat) inter mixta Hieronymo tributa (vt vult) sic ait, Commentarii quos habemus in omne Psalteriũ D. Hieronymi titulo, palam ipsi prę se ferunt, quòd non sint vnius authoris. Si quis autẽ meũ requirat iudicium, nihil illic esse arbitror D. Hieronymi, verumvna pars est hominis, quisquis fuit, plane docti & sermonis expoliti, longe tamen discrepãtis ab D. Hieronymo. Nam hic minus habet nitoris ac leuitatis, plus neruorum: deinde vbique copiosior ac diligentior, ac magis ostentans suas opes. Altera pars est loculculei cuiuspiã ac penè dixerim tabulæ. Ecce quantã iniuriam præter ea quæ addit in calce illius recensionis, audet inferre his cõmentariis Erasmus. Ille verò in epistola pręfixa psalterio ad lectorem ait, Hic octauus tomus (optime lector) commentarios Dauidicorum psalmorum complectitur: qui tametsi non vacant eruditione, diuo tamẽ Hieronymo hactenus sunt falso inscripti. Andistis eorũ censuram, videamus quantum executiant.

Loquatur ipse sanctissimus Hieronymus, & seipsum defendat aduersus huiusmodi importunos censores. Nam libro 1 Apologiæ aduersus Ruffinum, istorum nimiam audaciam cõfutat, Ruffino quidem respõdens, sed Aristarchos pla ne damnans. Illud (inquit) quoque carpere dicitur, quòd secundum psalmum interpretans pro eo quod legimus in latino, Apprehẽdite disciplinam, & in Hebraico volumine scriptum est, נַשְּׁקוּ בַר nasequ bar, in commẽtariolis meis dixerim, adorate filium. Et rursum, omne psalterium in Romanum vertẽs sonum, quasi immemor expositionis antiquę, posuerim adorate pure: quod vtique sibi esse contrariũ omnibus patet. Deinde fusius huiusmodi purgat calũniam, ex ratione venerandi sensus versiculi multiplici intelligentia, & Hebraismi æquiuocatione.

Constat autem commentarium psalmi secundi in eum versiculum, Apprehendite disciplinam, sic habere. In Hebræo legitur נַשְּׁקוּ בַר nasequbar, quod interpretari potest, Adorate filium. Et hanc interpretationem carpebat Ruffinus. Et isti morsicatores dicunt in his commentariis, quos D. Hieronymus aperte fatetur suos, nihil esse Hieronymi. O impudentia. Ad hoc D. Augustinus commentarios D. Hierony. multis verbis adducit in psalm. 93. eodem ordine, eadem dictione, eadem verborum forma, eadem sententia, expresso nominatim D. Hieron. & ipsius commentariis. Nam Augustinus epistola centesima vndecima, quæ in antiquis codicibus est centesima nonagesimaoctaua, disputans aduersus Anthropomorphitas, docet, si quãdo scriptura dei membra commemoret esse spiritualiter intelligenda, queãdmodum omnes accipiunt, qui illis spirituali intelligentia resistunt. Deinde hoc ad verbum subdit, Ex quorum literis, ne multa commemorando maiores moras faciam: hoc vnum sancti Hieronymi interpono, vt nouerit iste frater non se de hac re meecum magis quàm in priorib' agere debere, si quid eũ cõtra permouet. Quum ergo ille vir in scripturis doctissimus psalmũ exponeret, vbi dictũ est, Intelligite ergo insipientes in populis, & stulti aliquãdo sapite. Qui plantat autẽ nõ audit? aut qui finxit oculum non considerat? Inter cætera iste locus, inquit, aduersus eos maximè facit, qui Anthropomorphitæ sunt, qui dicunt

Aug. pro commẽt. D. Hier. in psalm.

deũ habere mẽbra, quæ etiã nos habemus, verbi causa, dicatur deus habere oculos, Oculi domini respiciunt omnia, manus dei facit omnia. Et audiuit, inquit, Adam sonum pedum domini ambulantis in paradiso. Hæc simpliciter audiũt & humanas imbecillitates ad dei magnificentiam referunt. Ego autem dico quod deus totus oculus est, totus manus est, totus pes est. Totus oculus est, quia omnia videt: totus manus est, quia omnia operatur, totus pes est, quia vbique est. Ergo videte quid dicat, Qui plãtat aurem, non audiet? Non dixit qui plantauit aurem, ergo ipse aurem non habet? Non dixit, ergo ipse oculos non habet? Sed quid dixit? Qui plantauit aurẽ, non audiet? Qui finxit oculos, nõ considerat? Mẽbra tulit, efficiẽtias dedit. Hæc Augustinus amplè excerpsit de commentariis diui Hieronymi in omne psalteriũ, in quibus etiam breuiter tangitur eadẽ sentẽtia, ad versum psalmi sexagesimi quinti. Oculi eius super gentes, &c. Eant nunc & dicãt temerarii censores, illic nihil esse Hieronymi. Negent Augustinum, negẽt & ipsummet Hieronymũ, qui testimonium manifestum pro se tulit contra impostores mordẽdi studio insanientes. Quid quod vix euadit psalmus in quo interpretando non admisceat plura Augustinus, desumpta ad verbum ex iis commentariis, licet latiori extẽsione expatiatus, vt legendo vtrunque probabis? Quin apparet Augustinum idẽtidem cõmentarios illos Hieronymi voluisse insinuare, quũ in psalmo quinquagesimo ad versiculum, Et spiritu principali confirma me, ait, Intelligunt ergo hic nonnulli trinitatẽ dictam, In spiritu recto filium, in spiritu sancto spiritũ sanctum, in spiritu principali patrem. Nam ipse Hieronymus in eum locum tale attexuit interpretamentum, verbis Augustini omnino respõdens. Tu verò (inquit Hieronymus) qui legis sanctam scripturã, sanctam hic intellige trinitatem. spiritum principalem, patrem: spiritum rectum, filium: spiritũ sanctũ, spiritũ sanctũ. Et amplius eandem intelligentiã pertractat in capite ad Galat. 4. Hoc ipsum manifestè corroborat Cassiodorus hunc locum interpretatus. qui, ni fallor, claruit ante annos nongẽtos sexaginta, qui ad eundem sensum adfert Hieronymũ, vt clare dignoscas, quàm longis retro seculis huiusmodi commentarii indubitati fuerint authoris. Adde quod Gregorius in eundem psalmum ad versum, Cor cõtritum, nominat Hieronymũ. Quia verò Erasmus inuenit quandã epistolam ad Damasum, luce clarius testificantem de commentariis in psalmographũ, eam tantis cõuitiis, & tanta debacchatione insectatus est, vt pigeat referre. Ea autem habetur tomo 4. in hunc modũ, Beatissimo papę Damaso sedis apostolicæ vrbis Romæ Hierony. supplex. Legi literas apostolat⁹ tui, poscentes vt secũdum simplicitatem Septuaginta interpretum canens, psalmographum interpretari festinem propter fastidium Romanorum, vt vbi obscuritas impedit, apertius & latine trahatur sensus. Precatur ergo cliens tuus, vt vox ista psallentium in sede Romana die noctuque canatur, & vt in finem cuiuslibet psalmi, siue matutinis horis, siue vespertinis, coniungi præcipiat apostolatus tui ordo, Gloria patri & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorũ Amẽ. Istud carmen omni psalmo cõiungi præcipias, vt fides trecẽtorum decem & octo episcoporũ Niceni consilii etiã vestri oris consortio declaretur. hæc ibi. Ad hoc facit quod refert Sigebert⁹ in suo chronico, Damasũ papam instituisse rogatu Hieronymi, vt caneretur in ecclesia, in fine psalmorũ, Gloria patri, &c. Cuius rei fidẽ magnã facit, qđ id vbiq; terrarũ obseruatur apud latinos. Quare ne simplices decipiantur istorum censorum nugacissimis mẽdaciis, stat eorum fidem eleuare clarissimis argumentis, vt nulla tergiuersatio relinquatur, & vt ex vno insigni mendacio, tam impudenter conficto, in cæteris nullo negocio suspecti habeantur. Age paulo digredientes, vt ocyus reuertamur, demonstremus Erasmum sępenumero non legisse, quæ suis censuris iugulare præsumpsit: sed impendio credulus, suæ farinæ hominibus rem committebat, qui vt tractatus nimia stertentes vecordia legissent, mendacia mera suo Erasmo referebãt, atque adeo omnia Erasmi nomine cudebãtur. Quod ne videar fingere, audi censuram cuiusdam Erasmiani, quę est pręfixa tom. 7. ad Parab. Salo. in Hieronymo. Non clam me est (inquit) candide lector cõmentarios in Prouerbia Salomonis, quibus primum in hoc tom. locum dedimus, Hieronymi non esse. Nam id vel hinc deprehenditur, quòd tota dicendi figura ab Hieronymiana dictione modis omnib⁹ dissidet. quin Gregorius semet atque iterum in hoc opere citatur. Vetustissimi codices in membrana scripti Bedæ vindicabãt, hæc ille. Audiamus nũc ipsum Erasmũ tomo 1. in recẽsendis operibus Hieronymi vel germanis, vel vt vult alienis. In Prouerb. Salomonis libri tres, quos vel hinc apparet non esse Hieronymi, quod in his citetur Gregorius, quanquam & alioqui omnia longe lateque dissidẽt ab Hieronymianis. Is qui adornauit Venetam editionẽ graue putat argumẽtum, quod hinc quædam citantur in epistolis decretalibus Hieronymi nomine. Suspicatur autem à Beda è diuersis collectum opus. cui coniecturæ non admodum reclamo. Hæ sunt cẽsuræ doctorum hominum. Demus ergo illis vt sint Bedæ illi libri, aut alterius cuiuslibet: sed absit vt demus illis commenta mera, quę confingunt effrontea nimis. Nam semel & iterũ anxie perlegi commentarium vniuersum, ne semel quidem (ita me deus amet) citatur Gregorius. Bis autem adducitur Augustinus sexto videlicet & vicesimoquarto capite. Imo verò & ipse Hieronymus cap. tricesimo. Mirum vbi mẽs eorum versabatur, quum maxime (si quidpiam aliud) ad censuram faceret. Hinc colligere licet, aut quòd non legerit, aut si legerit nimis pręcipiti & cęco fuisse iudicio: si excusare velis incogitãtiã in re tam seria. quod si videatur hic diuinare, quid in aliis faciat intimius pẽsita: etenim si pateretur locus, promptissimum foret commostrare, quot in locis toto cęlo aberrauerit, & pios authores mendacibus censuris fœde confuderit atque detur-

parit. Iam redeamus ad commentarios Hieronymi in Psalterium, & quatenus fieri poterit diluamus quæ in diuersum mouere possent, ne spernatur authoritas, quæ in hoc libro Hieronymi nomine sæpius profertur. Age, posset quispiam fluctuare, quòd Hieronymus aliter exponat nonnullos psalmos in aliis tractatibus, & interdum reprobato sensu, qui ponitur in hisce commentariis. Etenim illud psalmi 44, Eructauit cor meum verbum bonum, interpretatur dictum ex persona patris, qui sibi æquale genuit verbum, & tamen hoc improbat tom. 3. ad Damasum de duobus filiis. Ait ergo, Fidelis mecum lector intelligis, quia pinguedine saturati, in fructum laudis eius erumpimus, dicentes, Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. licet quidam superstitiosè magis quàm verè, nõ considerãtes textum psalmi ex patris persona arbitrentur hoc intelligi. Hæc ipse Hieronymus.

Ad simile respõdit Ruffino (vt supra tactum est) calumnianti, quod contrario modo vertisset psalterium in latinam transferens linguam, quàm in commentariis dissetuisset. Adde quod dupliciter explanat hunc versiculum ad Principiam virginem, adducẽs diuersitatem opinantium, Quidam (inquit) ex persona Christi, quidam ex persona patris dictum intelligi voluut, quod ex imis vitalibus, & arcanis cordis, verbũ suũ quod in se erat semper protulerit, iuxta alterius psalmi vaticinium, Ex vtero ante Luciferum genui te: vt quomodo vterus non significat vterum, (neque enim deus diuiditur in membra) sed eandem substantiam patris filiiq; demonstrat: sic cor & verbũ profertur ex corde, vt patrem ostendat & filium &c. In quo neutram intelligentiam improbando vtranque satis comprobat. Et certè Augustinus interpretatur de æterna verbi dei generatione. Verũ enimuero Erasmus nobis toties inculcat stili distantiam. Respondeo, Commentarios esse multæ eruditionis, quod non diffitentur censuales isti, nec oportet semper scriptorem seruare eundem dicendi characterem, sed pro ratione materiæ, aut lectionis vtilitate, sæpius stilum deprimit, quod ne putes meum esse figmentũ, audias purgatis auribus ipsum Hieronymum ad Paulum concordiensem de Pauli monachi vita. Misimus, inquit, interim te tibi, id est Paulo seni Paulum seniorem: in quo propter simpliciores quosque multum in deiiciendo sermone laborauimus. Hæc ille. Quæ si non scripsisset: dicturus erat Erasmus, Pauli monachi vitam non esse à diuo Hieronymo conscriptam ob discrepantiam (vt solet) dictionis. Bene præterea cecidit, quòd in epistola de vitando suspecto contubernio nobis addiderit diuus Hieronymus, circa finem. Vnde de scripturis pauca perstrinxi, nec orationem meam vt in cæteris libris solitus sum, illarũ floribus texui. Extemporalis est dictatio, & tanta ad lumen lucernulæ facilitate profusa, vt notariorum manus lingua præcurreret. Hæc si non essent adiecta, non licuisset per Erasmum diuo Hieronymo à cõsueto more discedenti, eam tritissima in buere epistolam. Amplius Erasmus ipsa se suo gladio miserere cõfodit, incensione quam præmisit operi Augustini de moribus ecclesiæ tomo 1. Prodit, ait, Manichæorũ mysteria: idque facit mirabili sermonis elegantia, qua vtinam illi licuisset in cæteris vti lucubrationibus: hoc sane opere declarauit, si quid offendit eruditos in ipsius dictione, non fuisse inscitiæ sed charitatis, qua stilum demisit ad imperitorum intelligẽtiam. Nam quo pateret lectionis vtilitas, ad vulgi captũ mutauit stilum in opere posteriore: quod quidem in plerisque suis operibus fecisse videtur. Hæc Erasmus. Cui quadrat aptissime quod dicit D. Hieronymus de optimo genere interpretandi. Quid agis ô columen literarum, & nostrorum temporum aristarche, qui de vniuersis scriptoribus sententiam feras: si ergo perspicuũ sit diuum Augustinũ depressisse dictionem, ad lectionis maiorem fructum, quid vetat diuum Hieronymũ, ita nonnunquam factitasse, præter ea quæ ante cõmemorata sunt, præsertim cum scribat ad Pammachiũ tomo 2. Ecclesiastica interpretatio etiam si habet eloquii venustatem dissimulare eam debet & fugere, vt non ociosis philosophorum scholis, paucisque discipulis, sed vniuerso loquatur generi hominum. Rursus aduersus Pelagium ad Ctesiphontẽ. Audi ecclesiasticam simplicitatem, aut imperitiam vt vobis videtur. Et libro primo aduersus Iouinianum. Est in verbis simplicibus semper diuinarum scripturarũ sensus angustior. Plurimum inoat quod dicit in prooemio tertii libri ad Galatas, Omnem sermonis elegantiam, & Latini eloquii venustatem, stridor lectionis Hebraicę sordidauit. Et quæ postea subiungit in eundem sensum. Item in fine commentariorum in Aggæum prophetã. Obsecro te lector, vt ignoscas celeri sermone dictanti, nec requiras eloquii venustatem, quam multo tempore hebrææ linguæ studio perdidi. Deniq; ad Marcellam de Ephod. Nos (vt scis) Hebræorum lectione detriti, in latina lingua rubiginẽ obduximus. Quid proinde mirum si diuus Hieronymus in nonnullis operibus tersior sit quàm in aliis, vt quasi alter videatur? Quòd si adduxeris contra nos diuum Hieronymum in Apologia aduersus Ruffinum libro 2. apertè docẽtem, quandam epistolã non exiisse à sua officina, sed esse suo nomine confictam, non aliunde sumẽdo argumentum quàm ex charactẽris distantia, hoc nihil obest, quandoquidem in ea epistola assumebatur persona diui Hieronymi, tanquam pœnitentiam agẽtis, quòd Hebræa volumina traduxisset ab Hebrẽis inductus, in quib' nulla esset veritas: quòd si res ita habuisset, diuus Hieronymus se ipse totum & manifeste proditurus erat, qualis ab omnibus habebatur nempe disertissimus, ne in epistola, qua palinodiam caneret, sese in forma eloquii fucata quasi celaret, non audens planè errorem fateri, veluti in quibusdam tenebris. Secus verò cum res, vel humilitas, vel lectionis vtilitas expostulabat sic aut sic dicere. Consultius fecisset Erasmus, si eãdem hic tenuisset sententiã, quam aperte tradit in suis annotationibus in nouum testamentum, nempe Actuum decimo tertio, & Hebrœorũ secundo. Illic enim omnes cõmentarios ingenue tribuit diuo Hieronymo, & qui-

Erasmus suis se verbis in clarissima hic iugulat

bus sua dicta communit: nisi quis malit eum recantasse in annotationibus, id quod scripserat in diuum Hieronymum. Siquidē annotātur opera diui Hieronymi fuisse escussa anno 1526. sed annotationum quartam recognitionem anno 1527. Hæc voluimus longiusculè discutere, ne quis offendatur in lectione explanationum Magistri sententiarum, passim citantis diuum Hieronymum ex commētariis, quibus tanquam nothis derogare ausi sunt nouelli censores.

Qui sit authori scopus in huius ætatis Aristarchos.

Nec tamē velim ex his protinus colligas libros esse cōstanter authorum quorum titulis inscribuntur, quasi nusquam aberratum sit, nec vllos esse adulterinos. sed eo tendebā ne temerè iudicetur.

De Hebręis codicibus.

Porrò scrupulū mouere posset id quod sæpe dicturi sumus, ecclesiasticam editionem cum Hebraica veritate cōciliando, Hebręorum codices quos habemus, esse vitiatos post Septuaginta interpretes, aut aliâs variasse: maxime quū ipse diuus Hieronymus in versione ad Hebraicam normam, scribēs ad Sophronium, sequatur lectionem codicum Hebræorum nostræ ætatis, vt plurimum. Satisfaciemus huic scrupulo duobus axiomatibus. Primum, diuus Hieronymus Hebræorum codices sua etiamnum ętate cœpit in nonnullis locis habere suspectos. Alterū. Post diuum Hieronymum Hebræorum volumina manifestis scatēt mendis, & à primęua scripturæ germanitate longe distant. Hęc probationibus munienda sunt.

Duobus axiomatis probat author Hebraicos codices esse vitiatos.

Axioma primum.

Quantum ad primum. Enarrans diuus Hieronymus 5. capite Micheæ Et tu Bethleem domus Ephrata. Legimus (inquit) iuxta dūtaxat Septuaginta interpretes in Iesu Naue, vbi tribus Iudę vrbes & oppida describūtur, inter cætera etiā hoc, Theco & Ephrata, hęc est Bethleem, &c. quod nec in Hebraico, nec apud alium inuenitur interpretem. Et siue de veteribus libris erasum sit malitia Iudęorum, ne Christus de tribu Iuda ortus videretur: siue à Septuaginta additū, nequaquam liquido agnoscentes certū quid nouimus. Rursum pertractans illud apostoli ad Galatas tertio, Maledictus omnis qui pendet in ligno: quærit cur apostolus omiserit à deo, quod habetur in Deuteronomio capite 21. Et respondet dupliciter. Primo sic, Mihi videntur aut veteres Hebræorum libri aliter habuisse, quàm nunc habēt: aut Apostolū, sensum posuisse non verba: aut quod magis æstimandum est, post passionem Christi, & in Hebræis & in nostris codicibus, ab aliquo dei nomen appositum, vt infamiam nobis inureret, qui in Christum à deo maledictum credimus. Deinde differit quod in nullo loco scripturæ posset ostendi, quempiam à deo esse maledictum, per nomē dei expressè additū: & vt suam firmet opinionē scilicet esse à perfidis additum, dicit, Audaci itaq; pede ad hoc procedo certamen, vt ad libros prouocē, nullo loco scriptum, à deo maledictum. Et vbicūque maledictio ponitur, nunquam nomen dei adiunctum. Postea adducit multas authoritates. Maledictus tu ab omnibus bestiis, dicitur ad serpentem. Et ad Adam, Maledicta terra in operibus tuis, &c. Forsan grauius insurges, opponens, quod ait diuus Hieronymus in capite Esa. 6, Et si aliquis dixerit, Hebręos libros postea à Iudęis esse falsatos: audiat Origenē, quod in octauo volumine explanationum huic quæstiunculæ respondeat: quòd nunquam dominus & Apostoli, qui cętera crimina arguunt in scribis & pharisæis, de hoc crimine quod erat maximum reticuissent. Sin autem dixerint post aduentum domini saluatoris, & prædicationem apostolorum, libros Hebræos fuisse falsatos, cachinnum tenere non potero: vt saluator & apostoli & euangelistæ ita testimonia protulerint, vt Iudæi postea falsaturi essent. Hæc ibi diuus Hieronymus. Sed si diligenter aduertas, deprehendes non pugnare, cum prędictis Hieronymi sentētiis. Esset nempe ridiculū dicere, Iudæos falsasse libros in testimoniis de Christo, aut Christi mysteriis, quæ antequam proferrentur à Christo & Apostolis, nō fuissent in eorum codicibus, sed ex prędicatione Apostolorum addidisse, ex AEgypto vocaui filium, & quoniam Nazaræus vocabitur, & flumina fluent de ventre eius aquæ viuæ, & videbunt in quem transfixerunt, & cætera his similia, quę ante hanc quæstionē obiectam pręmiserat D. Hieronymus, cuius intelligentiā facilè colliges ex consequentia dictorum.

Axioma secundū.

Secūdum axioma probatur. Hieronymus in illud Matth. 26. Quem dicūt homines esse filium hominis. Et nota (inquit) quod vbicunque scriptum est in veteri testamento filius hominis, in Hebræo filius Adam, positum sit. Illud quoq; quod in psalmo legimus, Filii hominum vsquequo graui corde, in Hebræo dicitur, Filii Adam, & tamē in Hebraicis codicibus qui extant legitur בְּנֵי אִישׁ bene isch, id est, filii viri.

Nescio tamen qua ratione factum sit, vt ad eundem modū legatur in versione diui Hieronymi iuxta Hebræū, si modo germana sit, licet ad sensum parum habeat momēti. Sed & Bruno Amorbachius in epistola triplici psalterio pręfixa, haud obscurè fatetur Hebræos codices variatos. Ait enim, Quid quod Hebraicam veritatem, vt vocant, in Iudęorum nostri temporis (sic suspicamur) gratiam, nam illorum expositionibus admodum fauet, nōnihil immutatam comperimus, ab aliquo Hebraicè docto? Siquidem exemplari Veneto, cum vetustissimis diui Hieronymi codicibus, multis locis non conueniebat. Hæc ille.

Probatio axiomatis ab aduersario desumpta.

Verum pergamus ostendere liquido corrupta esse exemplaria Hebraica. Legimus Geneseos octauo, iuxta veritatē coruum fuisse ab Noe emissum, & non reuersum: vbi tamen omnes Hebręi codices, qui prostant habēt cōtrariū sensum, nēpe fuisse egressum & reuersum, וַיֵּצֵא יָצוֹא וָשׁוֹב vaietze iatzo vaschob, id est, qui egressus est egrediendo & redeundo. Septuaginta autem interpretes legerunt cum negatione, οὐχ ὑπέστρεψεν nō est reuersus, quos sequitur diuus Hieronymus, aduersus Luciferianos. Emittitur (inquit) coruus de arca, & nō rediit, & postea pacem terrę columba nuntiat. Idem ad Oceanum, Statimq; columba spiritus sancti expulso teterrimo alite, deuolat ad eum. Astipulatur & Iosephus Iudæus libro primo de antiquitatibus capite quinto. Post paucos dies,

Corruptiora nūc, quā ętate Hieronymi Hebraica exēplaria.

aqua amplius recedẽte misit coruum, volẽs cognoscere siquid etiam aliud terræ fuisset derelictum ab aqua, & ad egrediendum iam tutũ esse videretur. qui cuncta reperiens inundãtia, non regressus est ad Noe. Hæc Iosephus. Nõ debuit itaque Sanctes in epistola ad Clemẽtem 7 prælata suæ nouæ emissioni, hũc locũ præcipue taxare, quasi ecclesiastica lectio sit falsata: & maluissem dicere Hebræos esse vitiatos, quàm veterem lectionẽ, tot annorum centenariis in precio habitam repudiare: vt nihil faciat etiam Augustinus Eugubin⁹ (licet alioqui defensor Hieronymianæ editionis) qui contendit hũc locum esse à librariis corruptum, aut temporum diuturnitate, & addit huc esse innectas interpretationes fabulosissimas ab expositoribus, ob id ꝙ fuit coruus detentus in deuorando cadauere. Et tamẽ diuus Augustinus ecclesiæ iubar non abhorret ab hac sententia, quam Eugubinus dicit fabulam. Quæritur (inquit) verũ coruus mortuus sit an aliquo modo viuere potuerit? Si enim fuit terra vbi requiesceret, similiter columba requiẽ inuenisset: vnde conicitur à multis, ꝙ cadaueri potuerit coruus insidere, quod naturaliter refugit colũba. Ad idem alludit D. Ambrosius libro de Noe & arca cap. 17. manifestãs quoque se cũ negatione legisse. Nam differens, cur coruus sit emissus & non regressus, ita ait, Sensus altior significat ꝙ omnis iustus quando mundare se incipit, quæ tenebrosa sunt & immunda & temeraria primo à se repellit. Siquidem omnis impudentia atque culpa, tenebrosa est, & mortuis pascitur sicut coruus: lumini autem vicina est virtus, quę mẽtis puritate & simplicitate resplendet. Et ideo tãquam emittitur & fugatur culpa, & separatur ab innocentia, vt nihil remaneat in viri iusti mente tenebrosum. Denique egressus coruus non reuertitur ad iustum: quia fugitans culpa omnis æquitatis, nec probitati videtur & iustitię conuenire. Hęc D. Ambrosius. Quæ certe non sunt nec dici debẽt fabulosa. Quòd autẽ ipse Eugubinus obiicit dicẽs. Deinde si coruũ reuersum negauit, quomodo cohæret quod mox additur, donec siccarentur aquæ? Quid enim sibi vult, qui egrediebatur & nõ reuertebatur, donec siccarẽtur aquæ? Nũquid post arefactas est reuersus? quod ne colũba quidem fecit. Soluit idem D. Ambrosius & omne scrupulũ amouet. Cõsiderandũ etiã (ait) quare nõ regressum dixerit coruũ, donec siccaretur aqua à terra, quasi verò postea sit regressus. Sed hæc locutio familiaris est scripturæ diuinæ. Siquidẽ in Euãgelio habes scriptũ de sancta Maria, ꝙ non cognouerit eã Ioseph, donec peperit filiũ, quũ vtiq; nec postea cognouerit. Hactenus ille. Idcirco nõ est eradenda à nostris codicibus negatio, vt vult Eugubinus, qui itidẽ affirmat exẽplaria D. Hieronymi esse corrupta in hebraicis quæstionibus quæ habẽt negationem. Siquidẽ ad eũ modũ legitur, Post quadraginta dies aperuit Noe ostiũ Arcæ quod fecit, & emisit coruũ, & egressus nõ rediit ad eũ, donec siccaretur aqua de terra. Hæc dixerũt LXX. deinde subdit suã traditionẽ. Pro ostio fenestra scripta est in Hebræo, & de coruo aliter dicitur, Emisit coruũ & egressus est: exiens & nõ reuertens. Motus est autẽ Eugubinus dicere vitiatos codices, etiam nobis traditos ex Germania, ex hoc quòd scripsit D. Hieronymus, & de coruo aliter dicitur. Sed mirũ esset omnia damnare exemplaria & vetusta & recẽtia. ideo (ni fallor) sicut vicina sunt fenestra & ostiũ, tamen annotat D. Hieron. ostiũ positũ ꝓ fenestra: sic LXX. dixerunt de coruo, egressus non rediit, aliter in Heb. & egressus est exiẽs & nõ reuertẽs, qđ traducunt Sanctes & Munsterus, exeũdo & reuertẽdo. Ponit ergo aliter D. Hierony. nõ vt intelligas modũ contrarium, vt arbitrabatur Eugubinus, sed aliã lectionẽ. Igitur non fabulose scribit D. Augustinus mystice interpretãs negationem in Psalmũ centesimum secundũ. Fratres nolite tardare conuerti ad dominũ. sunt enim qui præparãt cõuersionẽ & differũt, & fit illis vox coruina, cras, cras. Coruus de arca missus nõ est reuersus: non quærit deus dilationẽ in voce coruina, sed cõfessionem in gemitu columbino. Insuper Iob 13. Legim⁹, Etiã si occiderit me, in ipso sperabo. Hebræus habet desperatã sententiam, & contrariam prorsus, videlicet non sperabo. Vbi manifestum est mẽdum, nisi quis gratis desipiat. Error autẽ irrepsit quòd in ipso, siue in ipsum, & negãdi aduerbium, in voce apud Hebræos non differãt, sed scriptione. Nã illud per lamed & vau לו, hoc vero per ל & א. לא. Hinc Sanctes vertit, Ecce occidet me, non sperabo. Sed & Munsterus sentiens intelligentiam simpliciter acceptam, blasphemum quid sonare, coactus est dicere, quòd alterum loco alterius positum sit, aut interrogatiue debere legi, vt redeat eodem sensus. Ecce clamant isti Genes. octauo negationem esse abradendam, & editionem nostram mendosam, & ibi permittũt sibi quod volunt, quando non inueniunt quod respondeãt. Demum alia quę per varietatem, aut ęquiuocationem solui habent, in scholis nostris dei gratia pro virili discutientur. Est nanque vigilanter animaduertendum pro multis inter differendum explicãdis, quod perhibet diuus Hieronymus in apologia aduersus Ruffinum libro primo quanta sit sylua apud Hebręos ambiguorum nominum atque verborũ, quæ res diuersæ interpretationi materiã prębuit: dum vnusquisque inter dubia, quod sibi cõsequentius videtur hoc transfert. Deinde satisfaciendum quoque admirationi, quæ quorundam mentibus suboritur, quum in subiectis plerunque conamur defendere ecclesiasticam traductionem & quòd nõ dissidet ab Hebraica veritate, causabimur secus legisse Septuaginta, quum tamen diuus Hieronymus ad Sophronium testificetur confidenter, & multos sui operis testes citat, se duntaxat nihil sententiæ, de Hebraica veritate mutasse. Et sicubi editio sua à veteribus discreparit, mittit ad quemlibet Hebręum, vt liquidò peruideat lector Hieronymũ frustra ab æmulis lacerari. At versio diui Hieronymi è regione respõdens Hebraico, longe lateq; discrepat sępius à cõsueta lectione, igitur frustra desudamus in huiusmodi apparãdis cõciliationibus. In promptu est responsio, si perspicias diuũ Hieronymũ

non tradidisse editionem, quam iuxta Hebraicum elucubrauit, quasi in communi tenendam & amplectendam: sed illam tradidit priuato homini peculiarem, quo respōdeat Iudæis calumniantibus: secus legi in Hebræo, vt Sophronius quęrebatur pene per singula se eludi, & inde fides habebatur contēptui, quum tamē Hebræorum lectionem sequendo, quam probant, etiam pro Christi fide testimonium aduersus eos mox proferatur, quod ipsi pertinaciter Sophronio literarū Hebraicarum imperito denegabāt. Verba ad Sophronium libuit subiicere, Quia igitur nunc cum Hebræo disputans, quędam pro domino saluatore de Psalmis testimonia protulisti, volensq; te illudere per sermones penè singulos, asserebat non ita haberi in Hebræo, vt tu de Septuaginta interpretib⁹ opponebas, studiosissime postulasti, vt post Aquilā & Symmachū & Theodotionē, nouā ęditionē latino sermone transferrē. Et paucis interiectis infert, Nec hoc dico, quo præcessores meos mordeā, aut quicquam arbitrer his detrahēdum, quorū translationem diligentissime emendatam, olim linguę meæ hominibus dederim. Sed quòd aliud sit in ecclesiis, Christo credentium Psalmos legere, aliud Iudæis singola verba calūniantibus respōdere. Super hęc, in Apologia aduersus Ruffinū lib. 2. Ego ne contra Septuaginta interpretes aliquid sum locutus? quos ante annos plurimos diligentissime emendatos, meæ linguę studiosis dedi, quos quotidie in cōuētu fratrū edisfero, quorum Psalmos iugi meditatione decanso? Tam stultus eram, vt quod in pueritia didici, senex obliuisci vellē? Vniuersi tractatus mei horū testimoniis texti sunt. Hęc Hieronymus.

Ex quibus palam constat, ecclesiā legere psalmos iuxta Septuaginta pręter paucula: nec aliter voluisse D. Hieronymū more istorū, qui ex Hebræo suo, volunt ecclesiæ regulā imponere. Scimus quidem Aristeum, Iosephū & omnem scholam Iudęorum duntaxat tribuere Septuaginta interpretibus quinque libros Moysi, id quod refert Hieronym⁹ in cap. Ezechiel. quintum, & in Micheæ 2. At verò Hieronymū eam non sequi opinionem liquet, pręter authoritatem modo adductā plus millies ex eius cōmentariis, & ad Suniam & Fretellā aliisq; locis non paucis. Nihil est itaque incōmodi, si per quandam disceptationis rationem, non per rem iudicatam, reducamus distantiā editionis LXX. ab Hebraico ad varietatē lectionis, quę potest eruiaut literarū affinitate, apicū diuersitate, sensus clariori expressione, æquiuocationis multiplicitate, exemplarium falsatione, aut quauis alia probabili cōiectatione. Meliori autem iudicio omnia cōmittimus. Potissima autē dissonantia videtur esse orta ex additione pūctorum vocalium, quæ tempore D. Hieronymi fuisse nondum mihi persuasum est. Nunquam enim apud eum deprehendes nominari aut patha aut cametz, aut id genus vocales motiones, quas recētiores Hebręi nobis tradiderūt. Quin potest ex eius cōmentariis in variis locis, plane colligi, transtulisse Biblia neutiquā punctulis distincta. Primo, in illud Abacuc tertio, Ante faciem eius ibit mors, pro eo (inquit) quod nos trāstulimus mortē. in Hebræo tres literæ positæ sunt דבר daleth, beth, res, absque vocali: quæ si legantur dabar דָבָר verbum significant. si deber, דֶבֶר pestem. hic typographi addiderunt apices.

Rursus in illud Esaiæ 9. Verbum misit dominus in Iacob, apud Hebræos dabar, דָבָר quod per tres literas scribitur consonantes דבר daleth, beth, res, pro locorum qualitate. si legatur dabar דָבָר verbū significat. si Deber דֶבֶר mortem & pestilentiam: quam ob causam plerią; sermonis ambiguitate decepti, nō verbum dicunt missum, sed mortem. Et in illud Hieremię 9. Loquere, hęc dicit dominus, & cadet morticinium hominis. Verbum Hebraicum quod tribus literis scribitur דבר daleth, beth, res (vocales enim in medio non habet) pro cōsequentia sermonis & legētis arbitrio. si legatur dabar, דָבָר sermonem significat. si deber, דֶבֶר mortem. si dabber, דַבֵּר loquere. Ex his euadit perspicuum, si fuissent puncta vocalia (quæ nunc vocant) & ea adscribūt calcographi operib⁹ Hieronymi: non esset in legētis arbitrio situm, quid legendū foret, cōtra pręscriptum motionum. Et amplius idipsum clarescit ex epistola ad Euagrium, in qua tractat an Salē debeat dici, an Salim proferri, ciuitas Melchisedech Regis Salem. Nec refert (ait) verū Salem an Salim nominetur, cū vocalibus in medio literis, perraro vtantur Hebræi: & pro voluntate lectorū, atque varietate regionū eadem verba diuersis sonis, atque accentibus proferantur. Plæraque id genus obuia sunt in eius explanationibus. Vocales autem vocat diuus Hieronymus quas nūc Hebraicantes appellant gutturales: vt in confesso est ex prologo Amos prophetæ, vbi dicit quod Amos non est ille, quem patrem Esaię legimus. ille enim scribitur per primam & vltimā nominis sui literā aleph, א & Tzade, צ: hic per ayn, ע & samech ס. Deinde subiungit. Nos tantā vocalium literarū, & s, literæ, quæ apud Hebræos triplex est, differentiam non habemus.

Sebastianus Mūsterus in pręfatione ad suam editionem recēs natam, qui tamen totis neruis cōtendit pūcta vocalia, non esse nouiter aduenta. Refert quosdam sentire, à Tyberiæ commorantibus, qui semper in lingua sancta fuere cultiores & politiores commenta. Tandē confitetur D. Hieronymū fuisse destitutū codice punctulis distincto: & quòd olim omnia fere exemplaria punctulis carebāt, eousque deueniens, vt ingenue asseras fuisse acceptionē caballisticam, quam sacerdotes scire tenebantur, & plebeis hominibus explanare. Quum verò temporū successu, demerentibus eorum peccatis, multæ irruerent tribulationes, & passim per orbem dispergerētur, doctiq; imminuerentur, coacti sunt multa calamo excipere, quę prius solū traditione sciebantur. Hęc ille. Deinde grādis est cōtrouersia apud Rabinos, de lectionis illibata & germana integritate, vt nihil agant qui nostræ editioni præscribunt leges, ex suorū pūctorum (vt ita loquar) superstitione. Siquidē Rabi Dauid Kimhi non vulgaris authoritatis apud Iudæos

& Hebraicantes in Proœmio quod præmisit prophetis, & 3. Regum 18, ait,& quod Müsterus vertit, In captiuitate prima, corrupta sunt exemplaria, eliceruntq; ex vno exemplari sic, ex alio aliter:& vbi clarum non potuerunt habere sensum, scripserunt vnam dictionem intra contextum, & aliam ad marginem. Perieruntq; exemplaria & distracta sunt,& morientibus sapientibus,qui tenebāt scripturæ sensum conati sunt ii qui erant de synagoga magna, restituere legem ad vetustatem suam, inuenientésque dissensiones in exemplaribus, adhibuerunt fidem pluribus consentientibus. Vbi verò claram cognitionem habere non potuerunt, scripserunt vnam dictionem absque punctis, aut scripserūt in margine,& non intra contextum. Hāc Kimhi & aliorum Rabinorum opinionem, reprobat rabi Iacob,filius Haim ad hunc modū, Sententia illorū longe est à me. Nec enim adduci possum vt credam,& labiis confitear, Esdram scribam librum legis diuinæ atque libros prophetarum dubios,corruptos & confusos inuenisse. quin magis sentētia mea est, quod Esdras & collegæ eius inuenerint Biblia sacra integra & illæsa,quodque Esdras iudicio suo cognouerit,qui libri scripti essent per sapientiam illam excellentem. En cernis non conuenire inter Hebræorum doctores de codicum suorū fidelitate,quos tamen non addubitauerim apostolorum ætate fuisse incolumes. tamen de punctorum notulis (vt prædiximus) nondum est demonstratum. Quū hæc scriberemus peruenit ad manus nostras tandiu desideratus libellus Heliæ Iudæi,editus de accentibus,& à Münstero versus:in quo tam copiose & tam luculenter nostram sententiam omnibus modis confirmat,vt nihil scrupuli restare posfit quantum ad quæstionem punctorum. Tandem post multā discussionem, persuadet puncta vocalia esse inuecta,& Bibliis addita à magistris Masoreth, viris Tiberitis ex Mœsia Asiæ minoris, vt superius tetigimus, in sacra scriptura exercitatissimis: idq; post quadringentesimum tricesimum sextum annum à destructione templi secūdi: ergo post quadringentesimum sexagesimum octauum annum à passione domini nostri Iesu Christi, ac præter alia dicit argumento esse quòd nomina punctorum ex bona parte sunt Syriaca, & Babylonica. Et hic Elias adhuc superstes est,in re grammatica nemini secundus,quod ingenue deprædicant omnes. Forsan obiectabis. Matthæi 5. scribitur,Amen dico vobis,donec transeat cælum & terra, iota vnū aut vnus apex, non præteribit à lege donec omnia fiant. Hebræi verò vocant puncta vocalia apices,quo fit,vt si puncta erant tempore Christi,non potuisse à recentioribus Iudæis adinueniri. At euangelium non accipit apices,pro illis suis pūctis,sed minimam literæ particulam:quod euadit notū ex ipso diuo Hieronymo in eundem locū. Ex figura literæ ostenditur, quòd etiam quæ minima putantur in lege, sacramentis spiritualibus plena sint. Rursum in Abdię vnicū caput, Illud quod in Esaia scriptum est, Onus duma paululū apice commutato,pro ד daleth posse legi ר res, & sonare Roma. Vau quippe litera & ף v, & pro o,eorū lingua accipitur. Et in illud Sophon.3. Reddam populis labium electum. Septuaginta legerunt Bedorah בְּרוּרָה res, literā ף daleth, existimātes, ꝑpter elemēti nimiā similitudinē, quod paruo apice distinguitur. Itē in illud Esaię 27. Quē docebit sciētiā. Quòd autē verbū Hebraicū דֵּעָה deah, quod omnes verterūt scientiā,soli Septuaginta κακά,id est mala,interpretati sunt. Error perspicuus est. Prima enim litera ד daleth vel res, paruo apice distinguitur. Si ergo legatur דֵּעָה deah, sciētiam sonat, si רָעָה raah malitiam. Vnde glosa ordinaria. Apex est literæ summa particula, significat enim minimū præceptum, vel minimam præcepti particulam. quin D. Hieronymus aduersus Heluidium apices accipere videtur ꝑ ipsis literis. Nónne(inquit) mihi ipsi apices loquentur, & me stultitiæ redarguent eum esse dictum primogenitum, qui aperuit vuluam, non qui habeat fratres? Insultabis iterum ex illo diui Hieronymi ad Ephesios tertio esse gentes cohæredes, & concorporales & comparticipes. Scio(inquit) appositionem cōiunctionis,per quam dicitur cohęredes, & concorporales,& comparticipes, indecoram facere in latino sermone sententiam: sed quia habetur in Græco,& singuli sermones,syllabæ, apices, puncta, in diuinis scripturis plena sunt sensibus. Vbi videtur diuus Hieronymus ponere discrimen inter apices & puncta, sed nulla alia inueniuntur, nisi ea quæ sunt apud Hebraicantes, vocalia: quare nō sunt nuper orta. Nec valet dicere, quòd diuus Hieronymus loquatur de punctis hoc est accentibus Græcis, eo quòd interpretatur epistolam ad Ephesios, quæ scripta est Grecè. Nam addit in scripturis diuinis, vt appareat ipsum loqui generatim.

Apex q̄d in sacris literis.

Hierony. memorabiles aliquot sententię.

Verum hęc nō cogunt. Siquidem ab initio forsasse fuerunt Hebræis sicut & Gręcis nonnullę accentuum notulæ, quæ possunt intelligi puncta. Nā diuus Hieronymus in capite Ezechielis 27. scribit, Frequenter Hebræa nomina, pro diuersitate accentuum,& mutatione literarum vocaliū, vel maxime, quæ apud illos habēt proprietates suas, varie interpretantur. Vel potuit accipere pūcta, vt scribens ad Euagrium de variis opinionibꝰ Melchisedech. Hęc legi in Gręcorū voluminibus, & quasi latissimos terrarum situs in breui tabella volui demōstrare, non extendēs spacia sensuū atq; tractatuū, sed quibusdam pūctis atq; cōpendiis infinita significās, vt in parua epistola multorū simul disceres voluntates. Cōsimili intelligētia accipi debet illud eiusdē in Malach.3 Ex quo(ait) perspicuū est, apostolos & euāgelistas & ipsum dominū saluatorem, nō LXX. interpretū authoritatē sequi, qua hebręæ linguę habētes sciētiā nō indigēt: sed ex Hebræo trāsferre q̄d legerint, nō curātes de syllabis, pūctisq; verborū, dūmodo sententiarū veritas trāsferatur. Et clarius in procœmio in Malachiā prophetā. Alios cōmentarios in hūc ꝓphetā me legisse nescio, excepto Apollinaris breui libello, cuius nō tā interpretatio, q̄ interpretationis puncta dicenda sunt.

De commentariis an sint magistri.

De commentariis magistri sententiarum.

POSTREMO ut præfari tãdem desinamus & rem proxime accedamus, age, discernendum vnde argumenta sumpserimus hosce centones varie, sed & accuratissimè in vnũ velut corpus coactos, esse Petri Lombardi, quãdoquidẽ dubitatio posset suboriri iusta, ex hoc quòd exemplaria, quæ nobis licuit videre, & ea quatuor, non habeant nomen authoris adscriptum. Verũ tibi faciet satis abbas Trithemius in catalogo scriptorum ecclesiasticorũ. Petrus (inquit) Lombardus scripsit sagaci studio, ex dictis sanctorum patrum commẽdabile opus sententiarũ libr. quatuor, in totum Psalterium librum vnũ, cuius exordium, Quum omnes prophetas & cætera. Fidem itidem facit non inferiorẽ, regestũ instructissimę bibliothecę pientissimi cœnobii patrũ sancti Victoris, vnde eodicem vetronea & allubenti familiaritate excepimus, quod proculdubio hos commentarios Petro Lõbardo nominatim tribuit. Adde quòd quidem manu vetusta, in exemplari nobis communicato cœperat annotare M. literã in margine, vbicũque videbat assui diuersas interpretationes diuersorum doctorum, quasi insinuans magistri sedulam diligentiam, licet forsan somnolẽtia laboris longiusculi victus, tãdem pergere omiserit: interdum tamẽ excussi atus idem subinde repetit. Adde quòd quidam codex habebat ad calcem, etsi diuersa manu, Psalteriũ de glosis Lombardi.

Cæterũ commonefaciendus est lector, quòd varie in variis exemplaribus adnotabantur, in supremo vertice pagiparum nomina authorum in explanationibus citatorum. Nam in quibusdam signatur, Aymo, in aliis nusquam. Et in his Gregorius, Remigius, & Isidor⁹, in istis minime. Et vtcunque citabãtur authores, ordine tumultuario & vago relinquebãt lectorem incertum, vbi loquerentur, quum accedendũ erat ad contextũ cõmentariorum, & quanta pars sententiæ ac quatenus danda illi foret, quanquam in nostro exemplari ad cũctationem liocarum, superscriberentur passim certæ punctorum notulæ quib⁹ posset internosci, cuius interpretis essent verba subscripta: si perpetuo deprehendissemus nihil dormitatum fuisse & quatenus excẽderetur interpretamentum, signati authoris, ex punctis discreuissemus, qui mihi indicabant quisnã cœpisset loqui, quousque verò nõ item. Siquidem inter sequentes ordinatim apicolos, sæpissime miscentur multa, quę suas desiderabãt notulas. Deinde experti sumus crebro aberratum esse in talibus signis, & in plurisbus omissa. Ex quibus subolère licet, aut primitus non fuisse id genus designatos apices, aut corruptè trãscriptos. Idem apparet dicendũ de titulo & numero citatorum authorum, etiam si in nõnullis exemplarib⁹ ordinatim ad marginem signacis & subiectis locis allegentur authores, scrupulo tamen, quem cõmemorau mus, i clicto. Quamobrem necesse fuit, labore pertinaci vt ab originariis fontibus hauriremus quæ appingẽda erãt suis locis, vt eum (verbi gratia) videris aperto codice Augustinũ & Hieronymũ, & cæteros, adduci simpliciter, intellige ex scriptis suis in eos Psalmos. Si verò loca petenda erant ex aliis suis voluminibus, quantum licuit signantur ad marginem, & quędam pauca quæ poterant aut lectorẽ remorari, aut obscuritatẽ facere, aut declaratiunculam desiderare, aut scrupulum mouere, breuiter illustrãtur. Amplius quia non sem per ad verbum proferuntur doctores, sed sententia colligitur & construitur, nunc ex principio, nunc ex calce, rursus ex principio & medio suorum operum, maluimus describere punctim per marginem, ex tali aut tali authore, quàm in recto casu. Et vbi Cassiodorus & posteriores consentiunt cum Augustino, opus erat duntaxat Augustinũ designare: quum ex ipso decerpentes pro vnico debeant haberi. Licet autem Hieronymus sit antiquior Augustino, tamen vbi conueniunt, potius Augustinũ quàm Hieronymũ subindicamus: quia si quid Hieronymus breuiter disserit, Augustinus latè suo more expatiatus in eo profluit: simul & in hoc opere perpetuus est prẹter cæteros, qui subinde & interpollatè adducuntur, nisi quòd Cassiodorus identidem frequentissimus occurrit. Vbi verò singuli singulare quid dicunt, separatim insinuantur. quod si sententia trahatur ex duobus coniunctim, vna copula colligantur. Quando denique authorem non comperimus citatum, magistro tribuimus, M, literæ insinuatione. Et hoc est per quam rarum & quadam incogitãtia omissum à typographo. Porrò citamus sępenumero Alcuinum & glossema interlineale, quo aduertas per Alcuinum nos intelligere glossam ordinariam, sequentes dicta Antonini Florentini, & Roberti Guaguini historicorum. Hic de Karolo magno agẽs, Liberalibus (ait) disciplinis animum excoluit, præceptore primũ Petro Pisano, deinde Alcuino Anglo, viro apprime diuinis humanisq; rebus erudito, quẽ glossę in Bibliam (quã ordinariã vocant) authorẽ Antoninus Florentinus prodit, id est parte secunda titulo 14. capite 5. Ad quae quod scribit in suo Chronico Sigebert⁹. Alcuinus alias Albinus de Britãnia oriũdus magister deliciosus regis Caroli, scientia literarum præpollet in Gallia, cuius præcipue magisterio, ipse rex omnes artes liberales didicit. hic multa scripsit, inter quę multa eminent libri de sancta Trinitate scripti ad ipsum regẽ, hic etiam iussu ipsius regis diuinam correxit historiam. At scrupulum mouet abbas Trithemius asseuerans Strabum fuisse huiusmodi coaceruatorem. Hic (ait) Strabus glossam quę nunc ordinaria dicitur, super totã bibliam ex dictis sanctorum patrũ primus comportasse memoratur. Satis huc accedunt, quæ dicuntur chronica chronicorum. Strabus commẽtator diligentissimus, Rabani auditor, in libris Bibliæ perpulchrẽ commentatus est. Vt vt fuerit, certissimum est tales Rhapsodias fuisse à posteriorib⁹ vtroq;, nẽpe Alcuino & Strabo ampliatas & ditatas. Nam sæpe indicatur Rabanus qui fuit auditor Alcuini, strab⁹, scriba Rabani ipsemet Alcuinus, quos probabilius est à posterioribus adscriptos fuisse q̃ à seipsis. Adde quòd sæpicule citatur Isidorus, qui fuit his omnibus

superior. Interdum adlegantur Haymo, Beda, Remigius: hic iuniori illi prædictis satis vicini. Nobiscum est Tritehemius in hoc articulo, qui subsecutus ait, quā videlicet glosam alii postmodum adiunctis sententiis patrū ampliarunt. Super hæc longe plura habemus in codicibus typis excusis, quàm in vetustioribus manu descriptis. Libuit tamen potius Alcuinum asciscere quàm glossam ordinariā, aut quemlibet alium: propterea quòd in quibusdā exemplaribus huius gnomologiæ, nonnunquam signabatur Alcuinus. Præter hoc, magister in secundo sententiarū distinctione duodecima profert nominatim Alcuinū super Genes. Et id legitur in glosa ordinaria. Rursus lib. 3. distinctione 18. profertur Ambrosius, cuius sententiam videtur Magister accepisse ex glosa ordinaria ad 9. caput epistolæ ad Hebræos, quum Ambrosii commentarius in eam epistolam desideretur. Insuper libro quarto, distinctione quarta, glossam ordinariam videtur vocare magister, authoritatem. adducēs enim epistolam ad Hebræos sexto, sic ait, Vnde authoritas dicit, ideo apostolū pluraliter dixisse fundamētum baptismatū, quia est baptismus in aqua, in sanguine, in pœnitentia, &c. quæ omnia cōperies in glosa ordinaria, ad illud caput. Nec mireris in hac magistri Farragine, cuncta quæ sunt in glossa ordinaria & interlineali fere ad verbum legi: quādoquidem vtrobique idem argumentū assumebatur, non poterat fieri, quin consarcinatio similibus collecta coaptationibus pari gradu ad eundem scopū tenderet. Sed quæ erant in glosa ordinaria, & interlineali, quasi arena sine calce, hic iubet illi adhibito temperamēto, in ordinem subtextum redegit. Adde quod quisquis is tandē fuerit, qui præfixit titulos nominū, quibus internoscerentur citati authores in Faragine glosę ordinarię cōfusissime & mendosissimè sępius ea recēsuit. Nam vbi adnotandus erat Augustinus, ascribit Cassiodorum, & ediuerso. Et vbi principium aut finis sententiæ pertinet solummodo ad hunc vel illum interpretem, sic indicat nomen, quasi tota sit illius

Nunc dicitur excussus.

quem notat. Imò verò quod interpretatur vno modo, alter contrario, sic tribuit quandoque præpostero ordine, illorum scripta, vt vterque habeat sententiam sibi oppositam. Ad hęc creberrime relinquit loca anonyma quasi incerti authoris, quum tamen proprium sibi vendicet, sicut & alia, ac forsitan interdum certius quàm quæ signat. Hæc omnia legendo comprobabis facile. Etenim tā obuia sunt, vt superuacaneum fuerit diutius immorari. In libris autē manu descriptis, rarissime nomina ascribebantur authorum. Itaque negotium fuit non ociosum, sed operosum magnopere, citationes citatis restituere, ne quasi confusum chaos exurgeret. Denique vt finem faciamus, quātum ad glossam interlinealem, illam arbitrari antiquiorem huiusmodi consarcinatione satis persuasum habemus, ne quis suspicetur, quòd ea quę commentatur magister, potius sint trāslata in huiusmodi glossemata quàm ediuerso. Nam in veteribus & libris & bibliothecis hæc glossa interseritur, maxime quum prisci illi authores ob inopiā scriptorū, & scripturæ angustiam laconismo delectarentur. Sed & multis partibus Ioannes Tritehemius à nobis stat, qui inter scriptores ecclesiasticos recenset Anselmum Laudunensem virum ingenio acutum, sermone scholasticum, non minus vita quàm scientia insignem, nono expositionis genere, vtriusque testamenti scripturas glossa interlineali & marginali ex patrū scriptis explanasse. Is autē (vt ex eodem authore colligimus) claruit ante magistrum sentētiarum annis circiter triginta. Denique adeo preclara disces ex his commentariis, quę nō habentur in aliis glossarum fasciculis, vt nō pœniteat freqnētis lectionis. Fruere igitur & vale in Crucifixo Iesu amice lector.

Finis Prologi in Magistrum & in Apologiam.

Index ſententiarum ac rerum.

IN HOC INDICE PRIMVS NVMERVS FOLIVM, ſecundus columnam, tertius pſalmi verſum, & T titulum ſignificabit, nos tamen aliquando tertium numerum omiſimus. facile enim poteris reperto folio & columna locum inuenire loci citati.

ABEL primitię eccleſię 272.c.8
Abſalon pax patris rectè dicitur 5 b.t
Adam ſicut terra pinguis ſpinas germinauit, quãdo lignũ vetitũ vſurpauit 302.d.9
Adam & ſuperbi homines increpãtur. 256.a.5
Adoratio duliæ debetur tantum carni Chriſti. 215.a.5
Aduentus ſeptem antiphonæ O ſapientia, &c. 263.b.1
Aduentus duo Chriſti ſunt miſericordia & veritas 50.d.11
Aduerſitatibus & preſſuris dignoſcuntur boni à malis vt torcularis preſſura vinum ab acinis 182.d.t.
Aduerſitatis & proſperitatis ordo 137.c & d
Aduerſitatis tempore maxime deo adhęrẽdum eſt 260.a.7
Aduerſariorum quatuor genera 123.b.t
Aduerſarii nominis Chriſtiani 186.b.5.& 6
Aduerſæ fortunæ nihil perturbãt illuminatum fide & charitate 71.b.5
Adoleſcentiæ tempore maxime via corrigenda 254.c.1
Affligens deus & vleiſcens etiam propitius eſt, 215.b.9
Alleluia quare non canitur à ſeptuageſima vſque ad paſcha 134 c.t
Altaria quare cõcaua olim & quadrangula fuerint 171.b.t
Amare & odiſſe eundem hominem quis poteſt 267.b.1
Amor dicitur tartareus & ęthereus 301.d.t.
Angeli etiam gratia egent 153.a.21
Angeli quare ante Chriſtum adorari ſinunt ſe, nunc non permittunt 49.b.9
Angeli ſiue boni ſiue mali quænam mala inferant hominibus 175.b.5
Animæ trea affectiones 118.b.pſal.55
Anima corpus regit non contra 310.d.2
Anima licet peccatrix, tamen corpore melior, ibidem.
Animę pca 20.b.16
Animalia munda quę ruminant 303.d.t
Antichriſti vox, exaltatio, & odiũ in Chriſtianos 186.a.2.& deinceps.
Antichriſti vita, crudelitas, dominatio & eiuſdem deſtructio 21.a.b.& c.
Antichriſti & membrorum eius increpatio & comminatio 113.c.t.& deinceps.
Antichriſti deſcriptio, deiectio, & irriſio 111.c d.& 112 a
Apoſtoli quomodo cæli ſunt & firmamentum, 38.c.t.
Apoſtoli quomodo dicũtur excuſſi 282.b.6
Apoſtoli & prophetę ſunt brachia Chriſti 37.a.43.
Apoſtoli in toto orbe prędicauerũt 224.d.12
Apoſtoli celeriter totũ orbem ſagittarum more pertranſierunt 282.b.6
Apoſtoli & prædicatores dicũtur arietes 57.c.1
Apoſtoli duodecim fontes elim erãt 247.a.4
Araneæ proprietas 85.b.15
Aſcenſionis ſpiritualis deſcriptio 100.c.t.
Aſcendendi ad perfectionem ratio & gradus 275.c.d t.
Auarorum definitio 166.c.5
Auari lucrum inuocant non deum 63.d.20
Auaritia impedit purum dei cultum 257 d.4
Auris dei eſt eius pręſentia 9 d.t
Auxilium dei quare ſepe differtur 12.c.3.
Auxilium dei neceſſarium pręceptis ſeruandis. 254.d.2

B

BAPTISMATIS ſuſcipiẽdi ratio 91.c.8
Beatitudinis percipiendę ratio 69.c.12
Benedictionis diſtinctio, ratio, ordo, & finis 138
Beneficiorum dei veteribus & euangelicis patribus collatorum differentia 93.d.t
Beneficia dei numerantur 169.b.11
Benignitas dei ſumma, & clemẽtia 118.d.pſ.55
Beati viri per opera definitio 253.c.2
Beneficiis dei indignũ genus humanũ 307.b.4
Blaſphemorum pœna deſcribitur 24.b.7
Bonis qui aduerſantur 186.b.5.& 6

C

CALVMNIAS omnes vincit qui crucifixum reſpicit 268.d 2
Canes optimi quiusm ſunt 142.c.25
Cantus & tædium & labores leuat 259.d.6
Canticum, pſalmus, canticum pſalmi, pſalmus cantici quomodo differunt, & quid ſignificant 6.c.t.
Canticum vetus ac nouum 86.d.4.& 211.b.t
Cantores Dauid inſtituit 83 d.t.
Caro Eua eſt virum ſeducens 103.d.5.
Carnalis, homo dicitur, ſpiritualis, filius hominis 17.c.4
Caro Chriſti adoranda 215.a.5
Carcer mundus & corpus hominis 304.d.10
Cain offerendo male diſtinxit 137.d.12
Cæca eſt quiſquis extra eccleſiam eſt 102.b.7
Cæcitas AEgyptiorum initium plagarum, 230 a.27.
Cæli non omnes perituri 220.b.25

Cæli inclinati quãdo deus inclinata deitate homo factus est 307.b.6
Ceruus Christus fuit 37.a.43
Ceru⁹ fidelẽ multis rationib⁹ significat 90.c.& d
Charitas psalterium decẽ chordarum est 58.a 2
Charitas & bona voluntas æquat donum malus & minus 281.b.6
Charitas nos vnum facit cum Christo 301.d.t
Charitas radix fidelium 111.d.5
Charitas omnia scit 180.b.2
Charitas Christi simillima naturæ gallinæ 124.a.5
Christiani stellæ, Iudæi arena sterilis 297.d.17
Christiani falsi ficus valde malę 63.b.14
Christus derelictus clamat 43.c.1.& 2
Christi charitas & amor in corpus suum mysticum 61.c.t
Christi virtutes & gloria describuntur vigesimo psalmo 41.d.t
Christi corpus tabernaculum abscondendorum hominum 54.c
Christus parentis virtusq; præstat officia 55.b
Christus ceruo comparatur 37.a
Christũ genitum a deo & doctũ idem 265.d.4
Ciuitatum duarum reges & ciues 129.d
Christ⁹ quatenus homo nihil sibi tribuit 29.c.1
Christus incarnatus nobis lac efficitur 285.c.4
Christus vtilis multis modis 1.h.3
Christus verus deus & homo describitur vigesimo psalmo 41.d.t
Christus lumen & lucerna varia ratione dicitur 266.c.1
Christus nõ exauditur pro se orans, & quare id fit 44.b
Christus liber hominũ semper legẽdus 87.c.12
Christi corpus vestis est odoramentorum plena 97.b
Christo quomodo conueniunt virtutum effecta 29.a.7
Christi triumphus 302.c.7
Christus quare vermis 44.a.6
Christus fidelium pascua 266.b.t
Christus quare rea dictus 10.a.12
Christus quatenus orat, aut exaudit 74.h.16
Christus caput nostrum loquitur aliquando in persona membrorum sicut lingua & caput pro corpore aut membris 101.d.t
Christum in morte desinere putauerunt Iudæi 305.c
Christus misericordia & veritas pulchrè dicitur 120.b
Ciuitas Christi amplificatur & crescit 101. d
Ciuitas dei & diaboli 292.d.t
Ciuitas diaboli quæ 19.b.6
Clamor cordis 271 c.1
Concionatores missi, & angeli sunt dei habitaculum 69.d
Concionatori etiam nihil petenti repẽdendum est 225.b.15
Concionatores reprehenduntur 38.c
Concordia fraterna Christus vestitur 288.c.3
Confessio & accusatio peccati, iudicis, & accusatoris dei vocem excludit 256.d.2
Confessio peccatorum necessaria 66.b
Cõfessio diuini iudicij quãtũ mereatur 270.d.t
Confessionis vtilitas 211.c.6
Confidentia misericordiæ diuinæ 109.c
Columba ex archa emissa, Christus ad Iudæos missus est 115.a
Colendi dei intentio 94.c
Comprehendere deum non possumus, participare possumus 312.b.5
Consilia meliora post meditationem 254.c.1
Consolatio triplex 270.c.t
Contemplatio desideratur 114 d
Comæ detonsæ in veteribus causa 87.d.17
Cordis dilatatio quid 257.a.8
Cor prauum & tortum frangitur, vt post a deo fiat rectum 312.a.3
Cor hominum abyssus profunda 290.a.12
Cordis grauitas peccati pondus est 7.a.3
Cornua nouam vitam significant 149.b
Corporis molestia 256.c.5
Cordis humani rectificandi exemplum & ratio 208.d.15
Corpore Christi absconduntur fideles 54.c
Corpus hominis carcer animæ 304.d.10
Crucifixus Christus calumnias iniquorum & persequentium suos frangit 268.d.2
Crux Christi lumen vultus dei 8.a 7
Crux Christi legem dulcem fecit 214.b.9
Cura in domino constituenda 116.c

D

DAMNATORVM infelicitas 104.d
Damnationis ordo 42.d
Dauid vincens Goliam Christum significat 306.1.c
Dauid ter vnctus fuit 53.b.t
Dauid beneficia à deo collata 206.d.3
Dauid varia significatio 56.a.c
Defunctis est cura charorum suorum 239.c.8
Defectus bonus & malus 263.b.5
Dextera & sinistra dei quid 277.b.5
Dæmones præpositi sunt morbis & pœnis quos deus infligit 229.b.16
Dæmonis cibus conuersatio peccatoris 14.c.6
Desiderium malum esca laquei diaboli 300.d.9
Dextera dei & sinistra æternam & temporalem salutem significant 296.a.8
Dei quærendi circunstantiæ 168.b 2
Deo seruiendi intentio 94.c
Deus minatur & blanditur 309.b.6
Deus dicitur tribus modis 106.a
Deus alleuat corruentes multipliciter 310.a.15
Dei cognoscendi ratio & gradus 91.a
Deus continuè laudandus 309 a.2
Deus author malorum non est 229.d 24
Deus gratis colendus 257.d.4
Deo appropinquare quid 74.c.17
Deus ex malis etiam bona educit 229.d.24
Dicere patris multiplex 3.d.7
Dies Christus & lux 292.c.16
Dies alta Christus est 120.a
Dierum varia appellatio, & ratio eius 48.b
Dierum diuersæ appellatio 48 b.t
Digiti diuisiones sunt gratiarum spiritus sancti 307.a.3
Disputationes quæ vtiles 255.b.7
Diabolus maximè noctis tẽpore tẽtat 260.d8.
Diaboli ciuitas 19.b.6

Diabolo vtitur deus 175.a.54
Disciplinæ humaniores Christiano mutuandæ sunt à Philosophis & secularibus literis 230.c.36
Diuitiæ sunt lectus quietis 89.b.3
Diuitis & pauperis differentia 45.d
Diuitum & secularium hominum flos 113.c.t.
Diuitiæ cur vel dantur vel auferuntur, aut bonis aut malis 138.d
Diuites egeni sunt 71.c.10
Diuitijs & rebus secularibus deuoti, nomen dei proprium intelligere nequeunt 19.d.10
Diuitiæ huius seculi, mendacia quare dicuntur 7.a.3
Diuinæ essentiæ declaratio 146.a.b
Docetur duobus modis quispiam in rebus diuinis 208.c.12
Doctrina solidior mensa dicitur 47.d
Doctrina Christi omnes alias deuorat 99.d
Doctrinæ Christianæ ordo pulcher 285.c.4
Doctrina viuendi traditur centesimo decimo octauo psalmo 253.b.t
Doctor noster deus, quia nos fecit 306.a.11
Doctoris ecclesiastici regula 42.a
Ductores vani 253.c.2
Dolor duplex 85.b.14
Dona dei quare dicuntur esse spiritus sancti 35.b
Donorũ spiritus sancti varia distributio 57.d.3
Dona dei pulchrè distincta 58.a.b
Dormit deus nobis dormientibus 73.a.3
Dormire deus quando dicitur 176.b.7t
Draco quare portatur diebus rogationum 80.c.28
Dormitiones variè 131.c

E

ECCLESIAE vnitas & charitas tunica Christi est 45.c
Ecclesiã verã rari homines intrant 48.c
Ecclesia nunquam desitura 154.c.5
Ecclesiæ pars altera in terris, altera in cælis 311.a.2
Ecclesia mater carnali parẽti cõparatur 122.a
Ecclesiæ membra in animalibus figurata 107.a
Ecclesiæ tribulatio vnde 127.e
Ecclesiæ ætatum cõputatio & ratio 79.d.26
Ecclesiæ consummandæ ordo 234.b.45
Ecclesia duos oculos habet 263.c.2
Ecclesiæ fundamentum, & laudatoria descriptio 101.c.t
Ecclesia crescit aduersis 283.d.3
Ecclesia fidei tabernaculum dicitur ob militiam 64.c
Ecclesiæ odorifica ornamenta 97.b
Ecclesiæ quatuor ætates 152.d.19
Ecclesiæ constitutio per dona dei 57. & 58. psalmo vigesimo octauo.
Ecclesiã veteres homines nõ intrant 220.c.29
Ecclesiæ perficiendæ ordo 154.c.5
Ecclesię primitię fuit Abel 272.c.8
Ecclesia torcular & area cur dicitur 16.d.t
Ecclesia quomodo facta sine macula & ruga 223.c.3
Ecclesia circumacta tentationibus, insula dicitur 212.d.1
Ecclesia lunæ comparatur 23.c.d.
Ecclesia morte sanctorum fœcundata, vt ager fimo 302.d.9
Ecclesia gẽtium aducna, imitatione sanctorum filia 311.c.8
Ecclesiæ filiæ 20.a.14
Educatio spiritualis ordinem habet & gradus, perinde atque carnalis 122.a
AEgyptiorum spoliatio figurat philosophorũ sciẽtiam mutuãdam esse Christiano 230.c.36
AEgyptiorũ cæcitas, initium plagarũ 230.a.26
AEgypti plagæ & mirabilia illic facta ad Christianos pertinent 172.c.15
Aegyptiorũ spoliatio quib⁹ furtũ fuit 230.c.36
Equus seculi fallax securitas 69.d.17
AErumnæ mortalium superborum increpatio est hæreditaria 256.a.5
Eruditur in diuinis dupliciter aliquis 208.a.12
Escam dat deus quando conuenit vt medicus 310.a.16
AEtas matura iuuentus bonis moribus instituta 272.b.4
Euangelicæ prędicationis preconium 38.b.c
Euangelica vox omnium audacissima non erubescit 259.a.6
Euangelici homines soli canunt cantica 68.b.3
Euãgelica vita cornua defensionis habet 149.b
Euangelica lex in veteri abscondittur 165.b.8
Euangelium apostoli in totum orbem portant 224.b.12
Excusantes peccata 66.c
Excitatur deus peccatis 176.b.
Extasis duplex 61.b.t

F

FAMIS dies hæc vita est 79.c.21
Fami angelus malus præpositus 229.b.16
Felicitas iniquorum fouea est 208.c.13
Felicitas temporalis sinistra est, æterna dextera 308.a.18
Fidelis suis viribus non redimitur à fratre Christo 104.b
Fides Christi necessaria, siue ante incarnationẽ, siue post 229.b.15
Fidelis stabilis est 207.a.2
Fides vera non est sine operibus 174.a.45
Fide sine præcedentibus operibus iustificatur homo 143.b
Fideles populi Christi 311.c.8
Finis in titulis psalmorũ variè sumitur 86.b.t
Fortuna nõ accusanda in peccatoribus 8.b.4
Fuga corporalis permissa à Christo: spiritualis vituperata 304.b.6

G

GAVDERE quare debemus 312.b.4
Generatio duplex filiorum dei 309.a.4
Gentes in fine recedent à fide 14.d.8
Generatio æterna 96.c
Gloria duplex beatis 198.a.36
Gladius benignus & malignus 307.d.11
Gloria futura nõ seruis, sed filijs datur 229.a.15
Goliæ & Dauid certamen, Christi & ecclesiæ aduersus diabolũ pugnam significat 306.d.c
Gratiarũ dona, arma sunt corporis Christi, quibus pugnat aduersus diabolum 307.a.3
Gratiæ effectus 131.c

Gratia euangelicæ legis 188.b.7
Gratia dei non solum remittit peccata, sed operari facit 172.a.11
Gratiæ decem, quibus à Christo pastore pascitur anima 47.b c.d
Gratiæ duplex adiutorium 155.b.13

H

Helias & Enoch Israel cōuertent 146.c
Hæretici muneri seculi sunt 77.b 7
Hæreticorum tabernacula 312.d.11
Hæreticorum vita ibidem
Hæreticorum prædicationes, filię cōpositę ib.
Hæretici sunt vasa mortis, & sagittæ quas parat deus 15.c 14
Hæretici mutuo dissidentes victoriam ecclesiæ faciunt 130.b
Hæretici vulpes igne segetes vastant 183.d 8
Hæretici doctrinæ ordinē perturbāt 285.c.4
Hæreticorum leuitas & inconstantia 143.a
Hæretici nouellæ plantationes 308.a.18
Hierusalem restituta Iudæis, signat fideles hic captiuos, aliquando reddendos Hierusalem super cælesti 313.b.1
Hierusalem trinomia ecclesiam significat 129.d
Hierusalem trinomia 126.c
Hierusalem in summa solennitate pascha destructa 161.a.5
Hominis infelicitas, infirmitas, necessitas 62.b
Hominis exterioris studia 169.c.13
Homo seriosè creatus est 262.b.1
Homo araneæ comparatur 85.b.15
Homo peccando desijt esse quod erat 262.b.1
Homo vanitati similis per peccatum 307.b.5
Hominem quanti æstimat deus 307.b.4
Hominis dignitas 262.b.1
Humanū genus virgę Mosi cōparatur 160.d.3
Humanum genus egenum 73.d.2
Humilitas contra superbiam medicina 65.c.1
Humilitas nihil sibi, oīa deo tribuit 275.b.8
Humilitas Dauid post beneficia dei 307.a.3
Humilitatem sequitur eleuatio 296.d.1
Humiliatio pręcedit exaltationem 282.a.3
Hypocrisis paries dealbatus 211 b.1
Hypocrita sepulchris similis 194.c.12

I

Ieiunium diei sancti parasceues quare tam religiosè obseruatur 74.b.16
Ieiunium eleemosynæ coniungendum 93.c
Ignis est malitia 73.c.9
Ignis materialis pręueniens iudicium 106.b
Imago triplex 201.c.19
Imago triplex 87.d.7
Impij dicuntur caligo 34.c
Incarnatus dominus nobis alendis lac efficitur 285.c.4
Infirmitates humanas quare assumpsit Christus 194.a.3
Infirmitates siue imbecillitates humanę 62.b
Inferna duo 191.d.12
Infernus hic mundus est 191.d.12
Insipientes qui sint 205.d.6
Inimici corporum non timendi 54.a
Inimici sapientiæ qui verè dicantur 117.b.3
Inuocandi dei ratio 63.d
Inuocare deum qui digni sunt 164.d.2
Inuidi libenter suspicantur 258.a.8
Inuisibilium rerum inuestigandarum ratio & gradus 91.a
Interior homo vbi versetur 169.c.13
Iuuentus formandis moribus accommodatissima 254.c.1
Ioannes mortuus non pro nomine Christi, sed pro iustitia 303 b.11
Iob patientia 214.a.7
Ira duplex 162.d
Ira dei quæ 178.d.6
Ira vitanda 78.d.8
Ira & furor quid 12.b.1
Irrisio dei quæ 3.b.4
Ira dei motus in anima sancta 3.c.5
Ira dei duplex 13 .a.7
Ira dei maximè malis parcit 201.a.13
Iudęi feces sunt vini dei 165.b.8
Iudæi arena sterilis, Christiani stellę 297.d.17
Iubilus quid sit 101.a.& 215.d.1
Iudas electus à Christo 118.b.6. psalmo 15
Iudęi Caim conferuntur 87.b.9
Iudæorum obcæcatio & delectio 42.d
Iudęi signum retinent ne occidantur 87.b.9
Iudas vxorem & filios habuit 239.c.4
Iudas alter Absalon 5.b.c
Iudaicæ synagogę finis 161.c.10
Iudęi per Heliam & Enoch conuertēdi 146.c
Iudæorum exterminium & dispersio 33.c
Iudęi olim filij, nūc degeneres claudicātes 37.b
Iudiciorum dei confessor quid mereatur 270.d
Iudicia duo iustum perturbans 91.d
Iudicium quando futurum 12.a.1
Iudicabit Christus iuxta vtrāq; naturā 164.d.2
Iudicia dei quæ sunt 35.d
Iudicari vult deus cum homine 108.d
Iudex irreuocabilis deus 109.a
Iudicium sequitur misericordiam 272.b.5
Iustitia hominis 62.a
Iuramentum permittit Dauid 48.d
Iurare quomodo liceat 266.c.2
Iudicij dies æstas est 78.b.2
Iudicia dei omnes pompas seculi superant 39.d
Iudicij futuri modus 106 b
Iudicij magni quatuor ordines 1.d.6
Iudicium quomodo nescit filius 12.a.1
Iudicium intrare cum domino quid sit 305 b.1
Iudicia dei quot, & quęnam sint 18.d.1
Iudicium quo plus extenditur vt arcus, eo ferit vehementius 126.d
Iudæorum vastatio septuagesimotertio psalmo deploratur 160.b.1
Iudicium dei non timet iustus 273.b.2
Iudęi confutantur 165, 166.b.1
Iudicabunt qui sua reliquerunt 278.a.5
Iustū negantes deum, deum ipsum esse negant 112.d
Iustorum comparatio 206.a.11
Iustitia dei 305.b.1

L

Lapis Christus expositur 171.d.6
Latesis dei nomine sancti intelliguntur 204.a.7
Laudandi dei multiplex ratio 316.c.3
Laudandus deus ex creaturis, oo creaturę deum obliuiscendo 309.b.4
Laus dei bona & decora 311.d.1
Laudando se deus misericordem ostendit & amabilem 308.c.d
Laudis diuinæ nouem modi 309.a.4
Laudis diuinæ locos cötinet psal 92. 207.c.7
Laudare deū docet scriptura & ipse de* 308 c.d
Legis nouæ suscipiendę hortatio 38.b.1
Legis antiquę in euangelicā permutatio 86.b.1
Legis mādati & testimonij discrimen 254.a 4
Lectus quietis & doloris 89.b.3
Lex vetus initium nouæ 171.c.6
Lex vetus cruce dulcescit 214.b.9
Lex dei remedium contra mala 259.c.3
Lex Mosi multis exemplis carnalis & mortua 152.c.17
Lex dicitur multis modis 1.a.2
Lex vetus euangelio dulcescit 122.b
Lex vetus nouam abscondita continet 165.b.8
Lex vetus dicitur tempus loquendi 269 a.6
Lex Mosi quomodo bona & mala 57 c d 6
Liberationes duæ sunt 148.a
Lignum scientiæ boni & mali quare sic dictum 153.a.21
Lingua gladius malignus 307.d.11
Linguæ detrectatio primus insultus nouo milici Christiano 276 a.1
Linguosus vir serpens 300.b.2
Loquacitatis detestatio 301.a.12
Loculos quare Christus habeat 225.b.15
Loqui dei quid sit 130.c.d
Lumen & lucerna Christus est ratione diuersa 266.c.1
Luna ecclesia est 23.c.d.3

M

Mala bonis nō nocēt, sed malis 301.b.12
Mali cū bonis quare permittūtur 114.c
Mane quid 306.a.9
Mandatorum dei via quomodo lata 265.a.8
Marię virginis vicius vellus Gedeonis 154.d.5
Martyrum præconium 273.c.5
Martyrum in oratione & tormentis perseuerantia 95.c
Martyres timore dei velut ligantur compedibus 219.c.21
Matutinum resurrectionem pleuam lætitia significat 60.a
Medicina suauis infirmo danda est 261.d.4
Memoria duplex 150.a.c
Mendacium labor appellatur 301.a.10
Mendacij genera 10 c.d.6
Mendacio impiorum augetur credentium merces 137.a
Medicinæ duo officia 15.b.11
Mentiri & mendacium quid differant 10.c.6
Mentis excessus duplex 61.b.c
Mens animam hortatur ad laudem dei 310 d.1
Mensæ tres in sacris 47.d
Miles Christi hostibus multis patet 183.d 8
Mirabilia dei in cōuertēdis peccatorib* 196.a.5
Missæ tres die natalis domini quare celebrantur 297.a.15
Misericordia super veritatē comitatus 272.c.7
Misericordia dei cognosci solet in aduersis 91.d
Misericordia dei in conuersione peccatorum 196.a.5
Misericordia an in malos exercenda 221.d.6
Misericordia dei fluuius est 135.c
Misericordiæ executores & fructus 221.d.6
Misericordiæ & iudicij ordo 272 b.5
Misericordia maximè vincit diabolus 307.a 3
Misericordiæ commendatio ibidem
Misericordia cōsistit in dando & dimittēdo ib.
Monachi & religiosi vani 288.c.3
Monachi mēte & corpore habitare debēt 288.b
Mortem nemo passus est pro confessione Christi aute Christum 303.b.1c
Mortem non timent mali 103.d
Mortis definitio 174.b.44
Mortem timet Christus 43.c.d
Moses non fidelis 230.c.33
Mundi huius ciuitas caduca 155.c.d.16
Mundana habitatio infernus est 191.d.12
Mundi huius flumina qui facile pertranseunt 137.b
Mundus iste via peccatorum dicitur 1.a.1
Mundi amatores non vident deum 10.b.4
Mundus carcer, vbi omnia vana 304.a.10
Murmurantes fratres 288.c.3

N

Natalis domini et in missarum ordine mysterium 87.a.b.9
Natalis domini trium missarum ratio, causa & ordo 297.a.15
Noctis silentio infestior diabolus solet esse tentator 260.d.8
Nomen dei proprium intelligunt tantum, qui mundum non diligunt 59.d.10
Nocere nihil potest sine deo 69 a.9
Noua, vetera, & vetustissima 297.a.15
Nuptiarum dei & hominis carnem & epithalamium 96.a.c
Nutritio spiritualis vt carnalis quinque tempora habet 285.b.4

O

Obscuritas mysteriorū sacrę scripturæ ex peccato primi parentis 296.c.c
Obliuio dei quid 159.b.2
Obstinatio à malis angelis fit 175.b.54
Obstinati siue indurati dormiunt ab increpatione dei 166.d.6
Oculis iusti magna inest virtus 162.c.2
Oculus iustitiæ 268.c.c
Oculos duos habet ecclesia 163.c.2
Oculosum tentatio 290.b.12
Odium bonum 298.b.21
Odorū plena vestis corpus Christi dicitur 97.b
Offertorium deo circunstantię psal.28. 57.c
Oleum adulatio falsa 302.b.6
Oratio quotidie offerenda deo mane, vt primitię vocis & cordis 272.a.4
Orandum est potissimū noctis tempore 260.d

Orandi modus 164.d.2
Orationis ratio & gradus 191.a.3
Oratio Christi multis modis fit 190.d.e
Orandum manibus eleuatis in figuram crucis 135.d
Oratio pro impijs non fit 72.a.15
Originale peccatũ post baptismũ pœna est 66.a
Ori custodia ponenda 302.a.3
Operum bonorum agendorum ratio 203.c.3
Operum merces speranda 255.c.1
Opera extra nidũ ecclesiæ nõ prosunt 188.a.4
Operum bonorum retributor deus 35.c
Opera quomodo facienda 152.b.16
Opera necessaria ad ingressum cælestis terræ 220.c.29
Opera bona iudicia fidei & gratiæ acceptæ 244.b.10
Opera dei iustum consolantur, & spem veniæ dant 305

P

PAGANORVM filij, coruorum filij dicũtur 312.d.10
Papa omnia ex charitate & zelo facere debet 271.a.4
Papa cur pallio rubro vtatur 271.a.4
Pascha, Pentecoste, & Xeoophegia, quid Iudæis significabant 234.b.45
Passio Christi laudãdi dei maxima ratio 71.a.t
Passio Christi commutat homines 145.d.t
Passio Christi fuit Iudæis opprobrium sempiternum 176.b.72
Passio Christi tractatur 5.b.c
Passus Christus appositè comparatur aquæ effusæ 45.d.23. & seq.
Pastoris Christi decem officia, per decem gratiarum genera toto psalmo vigesimosecundo describuntur 47.b.c.d
Passio Christi tenebras legis euacauit 270.b.7
Passionis fructus 45.b
Passio Christi vigesimoprimo psalmo aptè tractatur 43.b.t
Pascua fidelium 266.b.t
Patris ac matris loco dominus est, psalmo vigesimosexto 55.b
Patiẽtiam docet totus nonagesimustertius psalmus 207.d.t
Patientia Iob tuta est laudi diuinæ accommoda 214.a.7
Patientia purgat ac perficit cæteras beatitudines 25.d.7
Paulus doctrinæ guttas plus alijs stillauit 140.b
Patiens deus 309.c.8
Pax metitur voluntate bona 281.b.6
Pauperes Christi imperatores & reges ligant 315.d.8
Peccatores fimus 79.c.25
Peccati remittendi septuplex modus 12.a.t
Peccator in lacum descendit, cum licentiã peccandi sibi assumit, sine spe veniæ 306.a.8
Peccata comparata vinculis 121.d
Peccati vitandi ratio duplex 72.a.14
Peccator est omnis homo & angelus deo comparati 305.b.c.2
Peccata funes 300.c.6
Peccatum quod irremissibile 124.b
Peccatum quare mortis aculeus dicitur 12.d.5
Peccatoris vita cibus diaboli 14.c.6
Peccator omnis sibiipsi & alijs nocet 300.t.a
Peccans in cælum & peccans in terram quis 268.a.7
Peccata omnia faciunt timor & amor 182.a.57
Pecuniam & loculos quare habebat Christus 125.b.15
Pœnitentes diuersi generis, diuersis auibus cõparantur 218.c.8
Pœnitendi & peccata delendi septẽ modi 12.a.e
Pœnitentia dei quidnam est 242.b5
Pentecoste & cæteri Iudæorum festi dies, quid significabant 234.b.45
Perfectionis status describit centesimodecimo psalmo 116.c.t
Perseuerantiæ impotes & desides 172.b.12
Persecutio laqueus, in quo vitæ huius amor est, tanquam æstas 303.a.15
Persecutorum duo sunt genera 150.b
Pes animæ 20.b.16
Potentia dei toto psalmo centesimo quadrageßimoseptimo prædicatur 313.b.t
Potentia humana fallit sibi deuotos 69.d.17
Potestas omnis à deo est, cupiditas autem mala hominis est 69.a.8
Portæ vitæ & mortis 20.a.14
Precantis vocem nihil prohibet, quin ad aures dei ascendat 284.c.1
Precatione interdicuntur qui manent in peccato 298.a.3
Præcepta homo sine gratia dei non seruat 254.d.2
Præcepta dei quomodo implenda 205.c.3
Præceptũ de ligno paradisi quare factũ 153.a.2
Prædicatores nubibus comparantur 77.b.7
Prædicare indignis vitium est 254.d.3
Prædicare qui debeant 107.b.
Prædestinati lanæ comparantur 313.d.5
Prædicatores aquis comparantur 35.b
Prædicatorũ officium in prædicando 290.b.12
Prædicandi finis multiplex 154.d.3
Prædicatores lucerna sunt alijs 36.b
Prædicatoribus corporalia danda 183.a.2
Prædicatores nubes & cæli dicuntur 34.d
Prædicatoribus temporalia dominus ordinauit 225.b.15
Prædicatores variè pascunt 173.d.32
Prælati qui debeant esse 142.c
Prælatus negligens eijcitur ore dei 154.d.2
Prælati mali deuorant plebem dei 27.d.8
Præsumptores operum suorum 152.b.17
Proximus tribus modis dicitur 25.b.2
Promissa dei chirographo scripta 310.a.14
Psalmorũ claues & intelligentia tituli sunt 3.a.t
Psalmus 158 inter cæteros psalmos est vt sol inter stellas 253.a.c
Psalmus, canticum, psalmus cantici, canticum psalmi, quid differant & quid significẽt 6.c.t
Psalterium ecclesiasticum ex græco versum est 260.a.8
Psalmus operationem bonam significat 3.a.t
Psalmi septem pœnitentiales, & totidem laudis 308.d.t

Psalmus est laus dei in voce & organis, opera vo ci concordia significantibus 311.d.1
Psallendi modus apud Iudæos 7.b.4
Puniens deus etiam propitius est 215.b.9
Purgandi qui nam sunt 12.b.1

Q

QVIATII humanæ hosteis tres 77.a

R

RECTI qui nam sint 68.a
Reges & sacerdotes, quare olim vncti 53.b.c.
Regni dei gloria, potētia, decor 309.d.12
Redimi nō potest qui suis viribus fidit 104.a.b
Religionis Christianæ tres status 134.b.45
Repetitio, confirmandæ sententiæ indicium 164 c.1
Resistere deo quid sit 152.a
Resurrectio quare fuit mane & vesperi sepultura 60.b
Resurrectio spem confirmat 192.b.14
Resurrectio Christi tractatur 5.b.c
Retributiones quatuor 255.c.c
Rogationum diebus quare draco portatur 80.c.28

S

SABBATI nomine quilibet dies Iudæis erat 48.b.c
Sabbatum triplex 205.a.c
Sacramēta ecclesiæ latibulū dei dicuntur 34.d
Sacrificium iustitiæ 7.c.6
Salus temporalis per sinistram dei, salus æterna per dexteram significantur 296.a.8
Saluat nos Christus & quando 115.b
Samuel non fuit sacerdos 215.b.6
Sapientiā etiam vane gloriosi quærunt 271.c.1
Saul quid 34.b.c
Scientia summa vbi consistit 205.d.6
Scientia euangelij reprobat alias 99.d
Scientia vnica est quæ accedit ad deum 66.d
Scientia non contemnenda, superbiæ fugiendæ causa 285.d.4
Scientia dei dicitur ab executione mandatorum 266.b.8
Scriptura sacra per orbē totum extensa 223.c.3
Scriptura sancta lucerna est 266.c
Septenario numero veteres, octonario patres gratiæ seruiunt 275.c.c
Scripturæ intellectus cui aperitur 312.c.6
Scripturæ mysteria abscondita ne vilescant, & vt exquirant 301.c.c
Scriptura diuina mensa referta est 148.c
Scriptura quare operta 312.c.8
Scripturæ difficultas, iusto non est scandalo 274.b.5
Scripturæ obscuritas vtilis non reprehenda 312.c.6
Scriptura eadem sæpius commemorat, quia cogit ea mundus obliuisci 301.d.c
Seculū relinquere primus gradus cælestis ascensionis 275.d.c
Septuagesimæ tres sunt 134.b
Seditiosi primi Dathā & Abirō 115.d.& 116.a
Similis deo quis esse potest duobus modis 153.a.21
Silentium aduersus calumniatores optimum remedium 84.a.2
Sinapis granum Christus in montem crescit 146.a
Solis officia 38.d
Sors est prædestinatio 63.c
Spei solamen contra seculares iustitias & incōmoda mundi 90.c.c
Spes timori iungenda 313.a.12
Spes & timor in via connecti debent 191.c.10
Sperandum in domino 63.c
Sperandum in filio hominis, non quia filius hominis, sed filius dei 311.a.12
Spiritualis filius hominis, carnalis homo dicitur 17.c.5
Spiritus humilium deficit, vt viuat in eis spiritus dei 305.d.7
Spiritus hominis quomodo vadat & non redeat 377.b.44
Sponsi Christi & sponsæ præconia 96.a.c
Stellas in ecclesia numerat deus, id est veros sanctos 312.a.4
Studia & affectiōes hominis exterioris 169.c.13
Superbi volucres sunt 18.a.8
Superbia comparatur equo 69.d.70.a. vers.17
Superbi à diuina laude arcentur 246.a.1
Superbiam sola lex dei vitat 259.c.3
Superbia ab iniuria dei increpat 159.c.3
Superbia omne peccatum est 64.c.
Superbiam cedrus significat 57.d.psalmo 28
Superbia humani delicti origo 259.c.3
Superborum spes, fundamenta montium 34.b
Superbiæ curatio 165.c.c
Superbi definitio 208.d 13
Suspitio ferē inuidorum est 208.a.8
Suspitio maximum vitium 258.a.7
Synagogæ & ecclesiæ differentia 160.b.c
Synagogæ finis 161.c.10

T

TABERNACVLVM militans ecclesia 64.c
Taciturnitatis commendatio 301.a.12
Talio fit multis modis 239.b.4
Temporalia rependēda euangelium prædicantibus, etiam non petentibus 225.b.15
Tentationis duas portas habet diabolus 62.b
Temporalia non amanda 311.a.2
Tentatio appetitur 15.b
Temporis ac dierum ratio in conuersatione hominum 317 a
Tentatores quot & quinam 52.b
Tentatio fit duobus modis 203.c.3
Tentatio oculorum 290.b.12
Tentatio vento simillima 187.a.12
Tentationū quatuor genera 205.d.5
Tenebræ passione Christi euacuatę 270.b.7
Tentatio vtilis 128.b
Temporalia rependenda spiritualibus 278.a.5
Testamenti veteris in nouum translatio 86.b.c
Testimonij & præcepti discrimen 215.b.8
Testamentum vetus & nouum, gladius bis acutus 307.d.11

Testamenti vtriusque necessaria connexio 221.b.2
Testamentorum noui & veteris similitudo 269.a.4
Testimoniorum, mandatorum & legis differentia 254.a.4
Tituli psalmorum ab Esdra additi 3.a.r
Timor dei ligat martyres 219.c.21
Timoris diuisio ac diffinitio 39.e
Timenti deum nec necessaria temporalia desunt 71.c
Timor dei basis est verbi dei 257.d.6
Timenda peccatori quæ sint 270.d.2
Timor & spes in via connecti debent 191.c.t
Timendi non sunt hostes corporum 54.a
Timor aut omne bonum, aut omne malum facit 182.a.17
Timores quatuor præter naturalem 283.a.t
Torcular ecclesia est 16.d.t
Torcular tribulationum separat bonos à malis 182.d.t
Transfigurati Christi vestes albæ, sanctos significant 109.t
Transfiguratio domini 263.c.3
Trinitas diuina ostenditur 110.a
Tribulatio ecclesiæ oritur à vita impiorum 127.c
Tribulatio ignis & nox dicitur 31.b
Tribulationem sustinens iustus quare non liberatur 44.a
Trinitas ostenditur 39.a
Tribulationem ferentibus verbum dei esca est 259.c.2
Tortum medici frangunt, vt post rectum faciāt: sic cor prauum frangitur vt dirigatur 312.a.3
Tenebræ mali homines sunt 114.d

V

VERBI diuini auditores discriminati 162.b.16
Verbi diuini prudens dispensatio 38.c
Verbi diuini velocitas 313.c.4
Verbum bonū quare Christus dictus est 96.c
Verbum dei dulcis esca tribulatis 259.a.2
Verbum dei septem donis splendet in preconibus veritatis 25.d.7
Verbum prædicationis 169.c.17
Verbum dei ante Christum latebat 35.b
Verbum dei quare comparatur argento 25.d.7
Verbum dei duo efficit 47.b.&c.
Verbum dei sagitta dicitur 82.a.4
Veniam debet homo homini dare 270.d.t
Veritas & misericordia quare Christus dicitur 120.b
Vetera, vetustissima & noua quæ 297.a.15
Vespasianus, aper synagogam exterminans 181.c.14
Via peccatorum mundus est, & praua operatio 1.a.1
Via paranda domino quomodo est 190.b.13
Via munda venit ad nos deus 36.b
Via Christus, iuxta quem laqueus ponitur à malis 304.b.4
Via charitas ibidem
Viæ domini, iustæ sunt volūtates eius 310.b.18
Viæ domini apostoli & prophetæ 253.d.3
Vita hominis sine Christo amara 170.a.19
Vita hominis triplex annuncianda deo 118.c
Vita hominis vesper dicitur 60.a
Virtutē omnē faciunt timor & amor 182.a.17
Virtutum effectus decem 28.c.d
Virga Mosi Iudæos, & genus humanum significat 160.d.3
Vindicta diuina sagittæ similis 81.d.2
Vindictæ ordo 175.a.7,4
Vindicta homini non appetenda 207.d.t
Vnctionis triplicis varia significatio 53.b.c.t
Vota quædam communia, quædam propria 167.a.11
Voluntatis torrens quid 77.c.9
Voluptas & vitia huius vitæ, aqua sine substantia dicuntur 279.c.4
Voti reddendi ordo 137.d
Voluptas dei regula iusti viri 68.a
Vsura spiritualis in Christo laudatur 29.a.7
Vulpes hæretici cauda religati 183.d.8

Z

ZELVS amoris 271.a.3
Zelus dei qui 178.d.6
Zelus in pastoribus necessarius 271.a.4

FINIS.

Aduerte lector, in hoc indice non omnes locos sacri canonis qui in Longobardo citantur indicari, sed eos solum qui egregiè ac doctè exponuntur: quod, vt intelligas, expende versum psalmi, expositionémque eius cum citata authoritate, tunc non iniuria locum senties annotatum

GENESIS

Caput 1 Fecit deus firmamentum &c. 101.c.1
cap.1 Fiant luminaria in firmamento cæli &c. 207.1
cap.1 Producant aquæ reptile animæ viuentis &c. 182.d.1
cap 1 Fecit deus hominẽ ad imaginem suã 7.d
cap.2 Ipse conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius 226.d.28
cap.2 Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna 61.c.c
cap.2 De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas &c. 153.a.21
cap.2 Eritis sicut dij &c. 276.a.1
cap.2 In quacunque hora comederis, morte morieris 81.d
cap.3 Fecit quoque dominus deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas 223.d.3
cap.3 Terra tua germinabit tibi spinas & tribulos 66.c
cap.3 Inimicitias ponam inter te & mulierem: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius 103.d
cap.3 Terram comedes omnibus diebus vitæ 266.d.28
cap.3 Adam vbi es 256.a.5
cap.3 In dolore paries filios 282.a.3
cap.3 Cum deambularet dominus in paradiso ad auram post meridiem 60.a
cap.3 Quumque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia fici 154.a.6
cap.4 posuit deus signum in Cain &c. maledictus Cain &c. 87.b
cap 8 Dimisit coruũ q egrediebatur & nõ reuertebatur &c. emisit quoq; columbam 114.d
ca.13 Lapis iste erit testimonium &c. 254.a.4
cap.15 Sume mihi vaccam triẽnem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam 224.d.13. & 225.a.13
cap.19 Vim faciebant tunc vehemẽtissimè iámque prope erant vt effugerent fores 114.d
cap.21 Fecit Abraham grande cõuiuium in die ablactationis eius 205.c.4
cap.22 Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & sicut arenas maris 297.d.17
cap.24 Et ingressus fuerat ad meditandum in agro 114.d
cap.25 Maior seruiet minori 122.a
cap.28 Iacob scalam videbat, & ascendentes angelos & descendentes 275.d.1
cap.32 Quumq; videret quod eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius &c. 171.d.6
cap.35 Erexit Iacob lapidem, fundens oleum desuper 27.b
cap.41 Vendiderunt enim Ismaelitis 169.c.4
cap.45 Ego præueni parare vobis escas 220.c.29

EXODI

cap.3 Apparuit ei dominus in flamma ignis de medio rubi 271.a.4
cap.3 Tolle calciamenta de pedibus tuis, terra enim in qua stas, terra sancta est 252.a.25
cap.4 Mitte manum tuam in sinum tuum &c. 161.c.10
cap.7 Tulitq; Aaron virgam coram Pharaone, & versa est in colubrum 96.d
cap.12 Est enĩ phase trãsitus domino 145.d.1
cap.12 Os non comminuetis ex eo 72.b
cap 13 Dominus autem præcedebat eos ad ostendẽdam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis 257.d.1
ca.15 Et venerunt in marath, & non potuerũt bibere aquas de Marath, eo quod essent amaræ 214.b.8
cap.16 colligebant autem singuli quantum sufficiebat singulis ad vescendum, quumq; incaluisset sol &c. 290.b.12
cap.17 Manus autem Moysi erant graues &c. 259.a.8
cap.20 Reddam peccata patrum in filios &c. 239.d.13
cap.21 Dentem pro dente, manum pro manu, &c. 239.b.4
cap.24 Ingressúsque Moyses medium nebulæ ascendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus 259.c.2
cap 25 Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper 148.c
cap.27 Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt 171.a.1
cap.32 Arripiénsque vitulum quem fecerant, cõbussit & contriuit vsq; ad puluerẽ 162.a.15
cap.33 Non potes videre faciem meam, sed sta in foramine petræ, & protegam te &c. 277.a.4

LEVITICI

Omne animal quod findit vngulam & ruminat, mundum est &c. 211.b.2

NVMERI

ca.10 Fac tibi duas tubas argẽteas &c. 214.a.7
cap 14 Omnes qui numerati estis à viginti annis & murmurastis contra me, non intrabitis in terram super quam leuaui animam meam, præter Caleph filium Iephonę & Iosue filium Nun 229.c.29
cap.16 Et aperiens terra os suum &c. 115.d

DEVTERONOMII

cap.5 Honora patrem tuum & matrem, sicut præcepit tibi dominus 167.b.1
cap.5 Non declinabitis, neque ad dexteram, neque ad sinistram, sed per viam quam pręcepit dominus deus 203.b

cap.24 Nõ accipias loco pignoris superintem vel inferinrem molam 191.c.10
caput 25 Non alligabis os bouis triturantis 225.b.15
cap.25 Si mortuus fuerit frater sine semine, accipiat vxorem frater eius 97.c
cap.27 Qunmque fuerit constitutus, nõ multiplicabit sibi eqnos 166.d.6
cap.32 Ego occidam & viuere faciam: percutiam & sanabo 218.c.8

IOSVE

cap.2 Dimittéusque eos vt pergerent, appendit funiculum coccinenm in fenestra 192.c.3

IVDICVM

cap.6 Si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas &c. 154.c.5
cap.7 Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos 142.c
cap.14 Et post aliquot dies reuertens vt acciperet eam, declinauit vt videret cadauer leonis. & ecce examen apum in ore leonis erat, & fauus mellis 183.c.7
cap.15 Perrexitque & cepit trecentas vulpes, caudásque earum iunxit ad caudas 183.d.8

4 REGVM

cap.4 Et ille ait ad Giezi, accinge lũbos tuos & tolle baculnm meum &c. 152.c.17
cap.7 Inueni cor meum vt orarẽ ad te 191.a.4

IOB

cap.1 Dominus dedit, dominus abstulit. sicut domino placuit ita factum est: sit nomen domini benedictum 214.a.7. & 69.a
cap.2 Benedic domino & morere 152.a
cap.2 Pellem pro pelle, & omnia quæ habet homo, dabit pro anima sua 114.c
cap.9 Terra tradita est in manus impij psalm. vigesimosexto 55.c
cap.13 Homo quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra 84.d
cap.24 Facit deus regnare hypocritam propter peruersitatem populi 34.b.1

PROVERBIORVM

cap.1 Quærunt me mali, & non inuenient, oderunt enim sapientiam 271.d.1
cap.2 Omnes qui in ea ambulant nõ reuertentur 174.b.44
cap.3 Longitndo dierum & anni vitæ in dextera eius, & in sinistra eius diuitiæ & honor 277.b.5
ca.5 Et in plateis tuis discurrũt aquæ 257.b.8
cap.7 In plateis tnis discurrent aquæ tuæ, & nemo alienus communicet tibi 223.b.3
cap.16 Spinæ & tribuli nascuntur in manibus temulenti 66.b.c
cap.18 Iustus in principio sermonis accusator est sui 256.d.2
cap.18 Peccator cum venerit in profundum, contemnit 284.c.1
cap. 20 Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrunq; abominabile est apud deum 130.b
cap.20 Ventilator est impiorum rex sapiens, & immittit illis rotam malorum 25.d
cap.23 Melior est manifesta correctio, quàm amor absconditus 62.d
cap.23 Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis 62.d
cap.23 Sedisti ad mensam diuitis, vide quæ tibi apponuntur &c. 47.d
cap.24 Septies in die cadit iustus 274.b.4
cap.25 Sicut vermis ligno, & tinea vestimẽto; ita viri tristitia nocet cordi &c. 116.c
cap.27 Sicut enim igne aurum probatur: ita vir lingua adulantium 150.b
cap.31 Nobilis in portis vir eius quando sederit cum senatoribus terræ 2.a.6

ECCLESIASTES

cap.2 Fili accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem 187.c.1
cap.3 Omnia tempus habent, tempus loquendi & tempus tacendi 169.a.6
cap.6 Audi fili, & excipe sententiam meam, & ne abiicias consilium meum, & infer pedem tuum in compedes illius 219.c.21
cap.10 Muscæ morientes, perdunt suauitatem vngnenti 77.a

CANTICORVM

cap.2 Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me 277.b.5
cap.1 Vnguentum effusum nomen tuum 64.c
cap.2 Vna est columba mea &c. 141.a
cap.2 Capite nobis paruulas vulpes, quæ demoliuntur vineas 183.d.8
cap.3 Per noctes quæsiui quem diligit anima mea 272.a.4
cap.4 Vulnerasti me in vno oculorum tuorum 265.b.2
cap.8 Soror nostra paruula est, & vbera non habet 285.c.4

SAPIENTIAE

cap.7 Actus mobilis, certus, incoinquinatus &c. 313.d.4
cap.8 Ama sapientiam tanquam sponsam, & ipsa amplexabitur te 283.d.4
cap.11 Disposuit deus omnia in numero, mensura & pondere 312.b.5

ECCLESIASTICI

cap.1 Altiora te ne quæsieris 266.b.8
cap.6 Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam 254.c.1
cap.24 Desudet eleemosyna in manu tua donec inuenias iustum cui des 225.b.19

ESAIAE

cap.1 Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui 282.b.6
cap.1 Quorum si fuerint peccata vt vermiculus, velut nix dealbabuntur 109.c
cap.2 De Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem 106.b
cap.2 Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces 100
cap.5 Væ his qui trahunt peccata sicut vestem longam 121.d
cap.5 Educẽs nubes ab extremo terræ 190.a.12
cap.5 Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem 77.b
caput 9 Auferam à Iuda caput & caudam 273.a.1

cap.10 Virga furoris mei Assur, ipse vero non cognouit 34.d

cap.53 Et vidimus eum & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum 146.a

cap.14 Ascendam in cælum, & ponam sedem meam ad montem aquilonis 101.d

cap.19 Ascendit dominus super nubem candidam, & ingredietur AEgyptum 198.b.7

cap.19 Ascendet dominus super nubem leuem 7.a

cap.21 Custos quid de nocte, custos quid de nocte, & dixit custos, venit mane & nox 277.a.4

cap.26 A timore tuo domine concepimus & parturimus spiritum salutis 102.a

cap.31 Viuit dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus in Hierusalem 134.c

cap 33 Ve vobis qui iustificatis impium pro muneribus 53.a

cap.35 Lætetur desertum, & floreat tanquam lilium 115.a

cap.40 Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius 62.b

cap.40 Clama, & respondit, Quid clamabo? 254.d.3

cap.40 Consolamini populum meum sacerdotes, loquimini ad cor Hierusalem, solutum est peccatū eius, quoniam recepit de manu domini duplicia 270.c.1

cap.40 Omnis caro fœnum 115.c.d.16

caput 43 Dic iniquitates tuas vt iustificeris 256.d.2

cap.46 Redite præuaricatores ad cor 269.e.13

cap. 52 Mundamini qui fertis vasa domini 107.b

cap. 53 Et brachium domini cui reuelatum est 275.b.7

cap. 53 Vidimus eum non habentem speciem neque decorem 96.b

cap.57 Omnem flatum ego feci propter peccatum 93.a

cap.58 Exclama exalta vocem tuam 183.a 13

cap.60 Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbres 290.a.12

cap.60 Qui sunt isti qui vt nubes volāt? 77.b

cap.61 Sicut sponso alligauit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamentis 62.a.c

cap.68 Eligite lapides de plateis 36 b

cap.66 Cælum mihi sedes est 214.d.2

cap.66 Terra autem scabellum pedum meorum 215.a.5

HIEREMIAE

cap.1 A, a, a, domine deus non possum loqui 101.a

cap.1 Ecce ego constitui te super gentes, & regna, vt euellas, & destruas, & ædifices, & planties 195.d.3

cap.1 Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie aquilonis 127.c

cap.1 Virgam vigilantem ego video &c. 109.d

cap.6 State in vijs, & interrogate vias domini æternales, & quærite quæ sit via bona 253.d.3

cap.17 Maledictus omnis qui ponit spem suam in homine 63.c

cap.17 Perdix congregauit quæ non peperit, fecit diuitias &c. 91.c

cap.20 Erat ignis flammigerans in ossibus meis 271.a.4

cap.24 Quid tu vides Hieremia, calathos ficuum ego video 65.b

THRENORVM

cap.3 Ex ore altissimi non egredientur, nec bona, nec mala 3.c

EZECHIEL

cap.9 Transite per mediam ciuitatem & signa Thau super frontes virorum gementium &c. 275.b.8

cap.23 Ero mors tua ô mors &c. 115 a.

cap.47 Egreditur de tēplo domini fons aquæ viuæ, & vadit ad mare mortuum 170.a.19

DANIELIS

cap.9 Quum venerit sanctus sanctorum, cessabit vnctio vestra 161.c.10

OSEE

cap.3 Ego deus & non homo, & ciuitatem non ingredior 115.b

cap.4 Reddemus deo vitulos labiorum nostrorum 106.d

IONAE

cap.1 Et clamauit Ionas ad dominum de ventre ceti 284.c.1

ABACVC

cap.3 Pro iniquitate vidi tentoria AEthiopię, turbabuntur pelles terræ Madian 104.c

cap.3 Ascendisti equos tuos, & equitatus tuus salus 257.a.8

SOPHONIAE

A prima porta erit clamor, & secunda vlulatus 42.d

MALACHIAE

cap.2 Labia sacerdotis custodiunt scientiam 148.c

MATTHAEI

cap.2 In Bethleem Iudæ, sic enim scriptum est per prophetam dicentem, 102.b

cap.4 Et obtulerunt illi omnes male habentes varijs languoribus &c. 169.c.13

cap.5 Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam 217.a.7

cap.5 Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur 221.d.6

cap.5 Diligite inimicos vestros sicut pater cælestis 153.a.11

cap.5 Non potest ciuitas abscondi supra montem posita 111.d

cap.5 Non iurandum omnino, neque per cælum &c. 266.c.2

cap.5 Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur 281.b.6

cap.5 Diligite inimicos vestros & odite &c. 267.b.1

cap.6 Primum quærite regnum dei, & hęc omnia adijcientur vobis 71.c

cap.6 Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua &c. 168.b.2

cap.6 Quum facis eleemosynam, noli tuba canere 168.b 2

cap.6 Non potestis seruire deo & mammonæ 253.c.8

cap.6 Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra 54.b
cap.6 Tu autem cum oraueris intra in cubilum tuum, & clauſo oſtio ora 77.a
Cap.7 In qua menſura menſi fueritis 307.a.3
Cap.7 Et erat docens tanquam poteſtatem habens 207.d.t
Cap.7 Nolite ſanctum dare canibus, & margaritas ante porcos ponere 254.d.3
Cap.8 Dormiebat Ieſus in mari 73.a
Cap.10 Non veni mittere pacem in terrã, ſed gladium 212.d.1.317.d.11
Cap.10 Nolite timere eos qui occidunt corpus 274.a
Ca.10 Dabo vobis claues regni cęlorũ 251.c.19
Cap.10 Qui recipit iuſtũ in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet 221.d.6
Cap.10 In quancunq; domum intraueritis, dicite, Pax huic domui &c. 74.b
Cap.10 Cum exieritis de ciuitate in qua non audiuerint vos, excutite puluerem de pedibus veſtris 182.b.6
Cap.10 Calicem quidem meum bibetis, ſedere autem ad dexteram aut ſiniſtram nõ eſt meum dare vobis 225.b.15
Cap.11 Inuenietis aſinam alligatam & pullum cum ea, ſoluite & adducite mihi 282.c.6
Cap.11 Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde 203.t. & 272.c.2
cap.11 Euntes renunciate hæc quæ audiſtis & vidiſtis, cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur 169.c.13
cap.12 Qui dederit calicem aquæ frigidę, non perdet mercedem ſuam 281.b.6
cap.12 Non dabitur vobis ſignum, niſi ſignũ Ionæ prophetæ 192.a.12
cap.13 Omnis ſcriba doctus in regno cælorum de theſauro cordis ſui profert &c. pſalm. 28. 57.c
cap.14 Domine ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas &c.64.d. & 209.a. 18.&'87.a
Cap.14 Modice fidei quare dubitaſti 255.c.1
cap.14 Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens 38.c
cap.15 Mulier à finibus illis egreſſa clamabat &c. 98.a.1
cap.15 Quæ procedunt de ore hæc coinquinant hominem 280.d.2
cap.16 Alij Ioannem Baptiſtam, alij Heliam, alij vero Hieremiã aut vnũ ex prophetis 141.c
cap.17 Vade & mitte hamum in mare, & piſcẽ qui primo aſcenderit &c. 296.a.9
cap.17 Veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix 263.c.3
cap.19 Sedebitis ſuper ſedes duodecim iudicãtes duodecim tribus Iſrael 204.a.7
cap.19.& Mar.10 Facilius eſt camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem in regnum cælorum 244.c
cap.19 Quod deus coniunxit, homo non ſeparet 305.d.8
cap.20 Et erunt nouiſsimi primi, & primi nouiſsimi 271.b.12
cap.21 Et impoſuerunt veſtimenta ſua, & deſuper ea ſedere fecerunt 190.b.13
cap.21 Publicani & meretrices præcedent vos in regnum cælorum 192.c.3
cap.22 In reſurrectione neque nubent, neque nubentur 253.c.3
cap.22 Redde quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt dei deo 8.a.& 250.a.8
Cap.23 Hieruſalem Hieruſalem, quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alis 203.t.4
cap.23 Similes eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus &c. 194.c.12
cap.23 Hieruſalem Hieruſalem, quoties volui congregare pullos quemadmodum 224.a
cap.24 De die autem illo nemo ſcit, neq; filius neque angelus, neque homo 78
cap.24 Si ſciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non ſineret perfodi 275.d.1
cap.24 Amodo videbitis filium hominis venientem in nubibus cæli 212.a.12
cap.24 De die autem illo nemo ſcit, neq; angelus neque filius, niſi ſolus pater 12.a.t
Cap.25 Ite maledicti in ignem æternũ 97.d
cap.25 Venite benedicti patris mei, & ite maledicti in ignem æternum 97.c
cap.25 Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt nolite facere 107.b
cap.25 Euge ſerue bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis 249.c.1
cap.26 Pater tranſeat à me calix iſte, non tamẽ ſicut ego volo 209.d.15
cap.26 Relicto eo omnes fugerunt 304.a.7
cap.26 Nunquam ſcandalizabor 297.c.16
cap.26 Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem 194.a.3
cap.26 Tranſeat à me calix iſte 43.c.d. & 44 b.
cap.26 Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte &c. 68.a
cap.27 Templum dei ſciſſum eſt 270.b.7.

MARCI

Cap.1 Pœnitemini & credite euangelio 126.d
cap.10 Centuplum accipient, & vitam æternam poſsidebunt 180.t1,3
cap.11 Qumque vidiſſet à longè ficum habẽtem folia, venit ſi quid &c. 74.a
cap.14 Cœpit Ieſus pauere, & tędere, & mœſtus eſſe 34.c

LVCAE

Cap.1 Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi 141.c
cap.2 Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit abſcondit 254.d.3
cap.2 Tranſeamus vſque Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum eſt 130.1.d
cap.2 Erit in ruinam & in reſurrectionem multorum, & in ſignum cui contradicetur &c. 183.d.8
cap.2 In terra pax hominibus bonæ voluntatis 245.a.1

Cap.2 In terra pax hominibus bonæ voluntatis 281.b.6
Cap.10 Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico 234.b.45
Cap.10 Infudit vinum & oleum &c.283.b.4
Cap.10 Gaudete quia nomina vestra 312.b.4
Cap.10 Samaritanus alligat vulnera 312.a.3
Cap.11 Panem nostrum quotidianum da nobis hodie 259.c.2
Cap.12 Ignẽ veni mittere in terram 271.a.4
Cap.13 Dicite vulpi illi 262.b.1
Cap.13 Ecce eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor 234.b.45
Cap.13 Ecce hodie & cras dæmonia eiicio, & sanitates perficio, & die tertia consummor 126.d
Cap.13 Ecce eiicio dæmonia,& sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor 317.c.
Cap.14 Qui non oderit patrem & matrem, & vxorem,& filios & fratres propter me, non est me dignus 267.b.1
Cap.15 Quis ex vobis homo qui habet cẽtum oues,& si perdiderit vnã ex illis &c.174.b.44
Cap.15 Da mihi portionem substantiæ quæ me contingit 266.d.5
Cap.15 Quis ex vobis homo qui habet cẽtum oues & si perdiderit vnam &c. 275.b.8
Cap.15 Abijt in regionem longinquam &c. 279.c.2
Cap.16 Qui in modico fidelis est, & in magno fidelis est 291.d.c
Cap.16 Chaos firmatum est inter nos & vos 72.c
Cap.16 Sepultus est in inferno 191.d.12
Cap.16. Habeo enim quinque fratres vt testetur illis &c. 230.c.8
Cap.17 Quum omnia benefeceritis, dicite, serui inutiles sumus 275.b.8
Cap.18 Putas cum venerit filius hominis, inueniet fidem in terra? 14.d
Cap.18 Gratias ago tibi domine, quia nõ sum sicut cæteri hominum 267.d.7
Cap.18 Descendit hic Publicanus iustificatus ab eo 208.d.13
Cap.19 Zachæe festinans descende, quia hodie &c. 281.b.6
Cap.19 Dimidium bonorũ meorum domine do pauperibus &c. 281.b.6
Cap.22 Vt edatis & bibatis super mensam meam 47.d
Cap.24 Aperuit eis sensum vt intelligerent scripturas 247.b.8
Caput 24 Nonne cor nostrum ardens erat 271.a.4

IOANNIS.

Cap.1 In principio erat verbum, & verbum erat apud deum 297.a.15
Cap.1 Et mundus eum non cognouit 223.d.3
Cap.1 Erat lux quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum 282.a.3
Cap.1 Verbum caro factum est 385.c.4
Cap.1 Dedit eis potestatem filios dei fieri 277.b.5
Cap.2 Vt autem gustauit architriclinus aquam factum vinum 174.c.49
Cap.2 Et quum fecisset flagellum omnes eiecit de templo 152.b.17
Cap.3 Ira dei manet super eos qui non credunt 219.a.11
Cap.3 Qui autem non credit, iam iudicatus est 1.d.& 2.a.6
Cap.3 Non illi datus spiritus ad mensuram 288.b.2
Cap.3 Sicut Moses exaltauit serpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis 268.d.2
Cap.4 Qui diligit me, mandata mea custodit, & ego diligam eum, & ostendam illi meipsum 189.d.7
Cap.4 Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum 233.c.13
Cap.4 Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam 347.b.8
Cap.5 Hierosolymis erat probatica piscina, in qua iacebat multitudo &c. 152.d.17
Cap.5 Erat Hierosolomis probatica piscina, in qua &c. 188.b.7. & 221.d.7
Cap.5 Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio 31.c
Cap.6 Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eum 194.c.11
Cap.7 Qui crediderit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ 223.d.3
Ca.7 Si quis sitit veniat ad me & bibat, & qui crediderit in me flumina eius fluent aquæ viuæ 257.b.8
Cap.7 Si quis sitit, veniat ad me &c.172.d.18
Cap.8 Qui loquitur mendacium, de suo loquitur 205.c.4
Cap.8 Iesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terram 202.d.6
Cap.8 Sicut docuit me pater hæc loquor vobis 265.d.4
Cap.8 Abraham exultauit vt videret diẽ meũ, vidit & gauisus est 229.b.15
Cap.9 Ego in iudicium veni in hunc mũdum, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant 269.d.2
Cap.10 Ego sum ianua, per me si quis introierit ingredietur & egredietur, & pascua inueniet 203.a.t
Cap.10 Alias oues habeo, quę non sunt ex hoc ouili,& illas oportet me adducere 180.b.1
Cap.11 Nonne duodecim sunt horæ diei 118.a psalmo quinquagesimoquinto
Cap.12 Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuũ fuerit, multũ fructũ affert 8.c
Cap.12 Dominus loculos habebat 225.b.15
Cap.13 Exiui à patre,& veni in mundum: iterum relinquo mundum,& vado ad patrẽ 39.a
Cap.14 Philippe, qui videt me, videt & patrẽ meum. non credis quia pater in me est, & ego in patre? 142.a.4
Cap.14 Ego sum via veritas & vita 191.c.10
Cap.16 Arguet mũdum de peccato 173.d.20
Cap.17 Clarifica pater filium tuum, ea claritate

te quam habuit apud te antequam mundus fieret 30.a
Cap.17 Hæc est vita æterna vt cognoscãt te. 30.a
Cap.17 Hæc est autem vita æterna vt cognoscãt te & quē misisti Iesum Christũ 242.a.4
Cap.18 Quia ergo dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum & ceciderunt interram 285 d.1
Cap 19 Non haberes in me potestatē nisi tibi datum esset desuper 69.a
Cap.20 Noli me tangere.nōdum enim ascendi ad patrem meum 124.a

ACTVVM

cap.1. Cœpit Iesus facere & docere 253.c.2
Cap.3. Aurum & argētum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do 260.b.
Cap.4. Non possumus non eloqui quæ vidimus & audiuimus 107.c.4
Cap.10. Macta & manduca,&c. 224.d.12. & 279.a.b
Cap.10. Surge, Petre macta & māduca 124.c. & 148.a.

ROMANORVM

Cap.1. Non enim erubesco euangelium 148.a
Cap.1. Sicut enim non probauerunt deum habere in notitia, dati sunt in reprobũ sensum, 27.b.2
Cap.1 Propterea tradidit illos deus in passiones contumeliæ 175.a.54
Cap.2 Qui sine lege peccauerũt, sine lege peribunt 1.d.& 2.a.6.
Cap.5 Tribulatio operatur patientiā, patientia verò probationē, probatio verò spem, spes autem non confundit 127.c
Cap.6 Vetus homo non cõfixus est cruci cum deo 35.b
Cap.6 Vetus homo nō simul crucifixus est cũ illo 151 d
Cap.7 Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? 62.b
Cap.7 Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ 314.a.6
Cap.7 Peccatum vt appareat peccatũ, per bonum operatum est mihi mortem 171.d.6
Cap 7 Quis me liberabit de corpore mortis huius? 82.b
Cap.7 Iam nō ego operor illud, sed quod inhabitat in me peccatum 10.c
Cap.9 Quid ergo dicemus, nũquid iniquitas apud deũ? absit. Moysi enim dixit, Miserebor cuius miserebor, & misericordiā præstabo cuius miserebor 244.c
Cap.10 Finis enim legis Christus est ad iustitiam omni credenti 171.c.6
Cap.11 Quod si aliqui ex ramis fracti sũt, &c. 101 b.
Cap.15 Christum ministrum fuisse circũcisionis propter veritatem dei implendam, gentes autem super misericordiam honorare deum, 195.d.3

I.CORINTH.

Cap.1 Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum: placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes 223.c.3
Cap.1 Stultā fecit deus sapientiā huius mundi 99.d
Cap.3 Tāquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed nec nunc potestis, adhuc enim carnales estis 285.c.4
Cap.3 Nō potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus 173.c.32
Cap.3 Templũ dei sanctum est quod estis vos 244.d.c.& 211.c.c.
Cap.4 Quid enim habes quod nō accepisti? 244.b.10
Cap.5 Prædicamus Iesum Christum crucifixum Iudæis quidem, &c.38.c
Cap.6 Qui adhæret deo vnus spiritus est cum illo 172.c.a.15
Cap.6 Qui adhęret deo vnus spiritus est cum eo 263 b.t
Cap.9 Hilarē enim datorē diligit deus 93.c.9
Cap.9 Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnũ est si carnalia vestra metamus? 278.a.5
Cap.9 Dominus ordinauit his qui euāgelium annunciant de euangelio viuere 225.b.15
Cap.10 Vnus panis & vnũ corp⁹ multi sumus, 148.b
Cap.11 Quis infirmatur & ego non infirmor? &c. 114.d.
Cap.12 Diuisiones gratiarum sunt 307.a.3.
Cap.13 Nunc enim videmus per speculũ, tunc facie ad faciem 34.d
Cap.15 Caro & sanguis regnũ dei nō possidebunt 110.a
Cap.15 Igitur sicut portauimus imaginē terreni, portemus & imaginem cælestis 244.d.t
Cap.19 Castigo corpus meũ & in seruitutē redigo, ne forte qñ aliis prædicauero, &c. 107.b

2. CORINT.4

Cap.3 Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, &c. 270.b.7
Cap.4 Habemus autem thesaurũ istũ in vasis fictilibus 266.c
Cap.4 Habemus autem thesaurũ istum in vasis fictilibus 36.b
Cap.6 Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nũc dies salutis, &c. 147
Cap.6 Quasi tristes semper autē gaudentes, 251.b.15
Cap.6 Os nostrum patet ad vos ô Corinthii cor nostrum dilatatum est 258.d.5
Cap.9 Spiritualia seminamus, nō magnum est si carnalia metamus 183.a.2

GALAT.

Cap.4 Lętare sterilis quę nō paris, &c. 178.c.d
Cap.4 Quotquot in Christo baptizati estis Christum induistis 109.c.4
Cap.4 Filioli mei q̃s iterum parturio 282.a.3
Cap.5 Caro cõcupiscit aduersus spiritũ. 256.c.1
Cap.6 Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi 148.a
Cap.6 Operemur bonũ ad omnes. &c. 221.d.6

EPHES.

Cap.2 Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraque 101.d

Cap.2 Ipsius enim figmẽtum sumus in operibus bonis 205.c.4
cap.2 In ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ędificatio conscripta crescit,&c. 180.b
cap.2 Fuimus & nos natura filii irę. 219.a.11
cap.5 Exurge à mortuis & illuminabit te Christus 60 b
cap.5 Redimẽtes tempus quoniam dies mali sunt 117.a
cap.5 Surge,qui dormis & illuminabit te Christus t.d.6
cap.5 Non est vobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem,sed aduersus principatus & potestates,&c. 168.c.4
cap.5 Hoc sacramentum magnum est,ego dico in Christo & ecclesia 61.c t
cap.5 Vt exiberet ipse sibi gloriosam ecclesiã non habentem maculam neque rugã.288.b.d

PHILIP.

cap.2 Dedit ei nomẽ quod est super omne nomen 42 b.
cap.2 Omnia facite sine murmuratione positi in medio nationis prauæ,vt luceatis tanquam luminaria in mundo 237.d.t
cap.2 Qui cũ in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se ęqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit,formã serui accipiẽs 185.d.1
cap 2 Semetipsum exinaniuit formã serui accipiens 152.c.17

COLLOSCEN.

cap.3 Nunc vita vestra abscõdita est cũ Christo in deo 54.c
cap.1.& 2 Vt sit primogenitus in multis fratribus 42.b

I.THESSAL.

cap.3 Nunc viuimus si vos statis in dño 63.a

I.TIMOTH.

cap.1 Iusto non est lex posita 1.a.2
cap.2 Adã nõ est seductus sed mulier 188.a.4
cap.2 Vnus enim mediator dei & hominũ Iesus Christus 229.b.15
cap.2 Leuantes puras manus in oratione sine ira & disceptatione 131.d
cap.2 Saluabitur autem mulier per generationem filiorum,&c. 188.a.4
cap.3 Habentes formam pietatis,virtutem verò eius abnegantes 102.c
cap.3 Oportet episcopũ irreprehensibilẽ esse, sobrium,castũ,pudicũ,doctnrẽ,&c. 253.c.2
cap.5 Vidua quæ in delitiis est mortua est 20.a.14
cap.5 Quum enim luxuriatæ fuerint nubere volunt, habentes damnationem quia primam fidem irritam fecerunt 167.a.11

2.TIMOTH.

cap.2 Verbum dei non est alligatum 249.c.t
cap.3 Ex his sunt qui penetrant domos & captiuas ducunt mulierculas 143.a
cap.4 Reposita est mihi corona iustitiæ,quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, 255.c.1
cap.4 Reposita est mihi corona iustitię 52 a

HEBR.

cap.1 Multipbariã multisq; modis olim deus loquutus est 130.c

IACOBI

cap.1 Sit autẽ omnis homo velox ad audiendum,tardus autem ad loquendum 254.d.3

I. PETRI

cap.4 Si iustus vix saluabitur, impius vbi parebit? 12.c
cap.4 Modo incipit iudiciũ à domo dei 209.b.20
cap.4 Tempus est vt incipiat iudicium à domo dei 273.b.2

2. PETRI

cap.1 Habemus certiorem propheticũ sermonem,cui intendentes benefacitis tanquam lucernę in obscuro loco 266.c.1
cap.1 Intendentes ad propheticũ sermonem quasi ad lucernã in nocte, donec dies luceat, &c.t12.a
cap.1 Nos habemus certiorem propheticũ sermonem cui benefacitis intẽdentes, velut lucernę in obscuro loco dies est 168.b.2.
cap.2 Debemus intendere sermoni prophetico tanquam lucernæ lucenti 306.a.10
cap.2 Quasi modo geniti infantes 285.c.4
cap.3 Terra autẽ & cæli qui nunc sunt eodem verbo repositi sunt igni reseruandi 220.c.27.

I. IOAN.

Cap.1 Si dixeritis quia peccatum nõ habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est 253.d.3
cap.5 Est peccatum ad mortem, nõ pro eo dico vt quis oret 25.d.t24.b

APOCALYP.

cap.1 Ego sum alpha & ω 273.a.t
cap.3 Qui vicerit dabo ei sedere ĩ throno meo 2.b.6
cap.3 Vtinã frigidus esses aut calidus.sed quia tepidus es incipiam te euomere ex ore meo. 254.d.2
cap.21 Noli me adorare, conseruus enim tuus sum 49.b

FINIS.

ERRATA.

Pagina 1.d.in margine pro Hieronymo, lege Gregorio.
Pagina 27.b.linea 21.expunge non.
Pagina 87.d.t.l.7.a fine,lege autem.
Pagina 111.linea 30.expunge Christum.
Pagina 120.b.linea 6.lege affectiones.
Pagina 179.versu vlt.lege vitio temporalis scilicet vt ęternam euadant.
Pag.185.lege excæcati sunt.
Pag.188.a lege nudos
Pag.217.a.linea 10.lege longanimis.
Pag 263.c.linea prima lege loqui.
Pagina 266.c.linea 9.lege lumen.
Pagina 268.d.linea 22.pro misericordia,legẽ illa.
Pagina 272.b.l.5.& 22.lege audi & item in expositione.
Pagina 312.a.3 linea 9.lege tortum pro totum.

QVANTVM frugis amice lector, & accessionis ad eruditionē tuā noster hic Petrus Lombardus tibi sit allaturus satis vel te docere potest sylua proborum authorum quos in margine citatos vides. Deinde non vnius rātum doctoris mentem hic reperies, id quod in alijs contingere solet, sed oraculum quoddam diuorum (sic enim dixerim) & inter sanctos & veteres illos doctores definitam sancitámque expositionē, ab eo cōprobatam, cui nomen magistri bono iure tributum est, velut à primo senatore post assidentium suffragia latam sententiam. Quicquid enim hinc haurire licebit, non è lacunis, non ex amnibus turbidis, Aegyptijs, & amaris hæreticorū fluuiis petitum velim existimes. Omnia plena sunt veteris & primæ illius doctrinę qua floruit ecclesia, cū veteribus doctoribus tanquā gemmis ac margaritis perlucebat. Quòd si Lōbardus sui animi sensum tantum scripsisset, profecto non tam est inferior doctrina & opinione, quin potuissent eius lucubrationes inter doctorū monimenta recenseri. Iam verò quando sua sententia aliorum nec vulgarium authorum interpretationes comprobauit vt sacrosanctas, quid non dignum viro bono se modesto, quid non antiquum receptumque poteris hic vel audire vel legere? Equidem pro tam multis in psalterium commentarijs, vel hic vnus tibi esse poterit, sicque carebis cæteris, vt quos delegit doctissimus censor, simul in isto habeas vniuersos. Adde quòd tituli psalmorū ita copiose, docte, & vtiliter collecti sunt, vt nec apud quempiam reperias huiusmodi diuitiarum penu: & fatearis postea nihil esse, quod breui compendio ad veram psalmorum intelligētiam viam paret expeditius. Hæc de commētarijs. Cæterum quod attinet ad apologiam viri optimi & eruditissimi doctoris Richardi Cœnomani paucis hominū duo genera velim, alterum eorum qui nostra vulgata editione fuerunt hactenus contenti, alterū hebraicę linguę candidatorū. Illi statim, vbi vel Hebręas aut Gręcas voces aliquot viderint, non desperent tanquam qui nihil vtilitatis sint inde laturi, quòd in linguis illis non promouerint. Legant enim diligenter apologiam (quam collationem vocat) & eam conferant cum eo versu qui tractatur, legāntque commentarium loci illius, tum perspicient, quàm ridiculum sit, leui occasione & de industria editionem ecclesiasticam, quæ ab omnibus veteribus summe laudata est, à Hieronymo, Lirano, & aliquot alijs viris peritis Hebraicæ linguę recepta, probata, cōmentarijs illustrata sugillare vt ineptam & indignam quæ apud Christianos habeatur in manibus. Deinde hic inuenient obiectionem præsentissimam aduersus leues quosdam huius ætatis sciolos, qui vix prima elemēta sanctæ linguæ docti deblaterant in editionem latinam si quando verbum verbo non respondet, aut phrases, quibus mirandis abundāt Hebræi, apud nos non satis explicantur. scilicet modestię student isti qui sibi vendicare audent, quod verecunde faciunt etiam si qui linguæ illius peritissimi sunt, & iudicio acerrimo valent. Postremo rogatos cupio Hebraismi candidatos dare veniam huius apologię authori, si quosdam acrius reprehendat quàm vellent. Vir enim candidus & pręcipitis nouitatis impatiens rem Christianam forsitan hac via periclitatū iri reformidauit. Et vide quid indoctum vulgus existimare poterit obrutum tot versionibus tam dissidentibus non solum à vulgata, sed inter sese quoque longissimo interuallo. profecto testatos audeam bonos viros non esse modestiæ partes tam faciliter & libere à communi editione recedere, vel suam tanquam absolutam & eam solam in vulgus intrudere. Aliud est indicare Hebraismum, seorsúmque aperire locum eundem varie posse transferri: aliud propria cupidine, & minimo cum iudicio de re grauissima suum phantasma edere: ac velut indigestum cibum in vulgi conspectum euomere. Vtinam verò quos habet Lutetia in ea lingua absolutissimos, sed modestissimos, suum iudicium, quod quàm acerrimū habent, de huiusmodi ferrent aliquando: tum animaduertere liceret multos huius ętatis sciolos magis nouitatis & animi ostentandi causa, ne dicam lucri, varias editiones præcipitasse, quàm vt puram & integram scripturā haberemus. Nam qui prodesse cupit, & non est dementatus, ita rem instituit, vt tum maxime negotium non facessat cum rem aggreditur, atque adeo de pollicita vtilitate grande incōmodum non faciat egredi. Vtere itaque his commentarijs amice lector, & apologiam amplectere, si quidem diligis ecclesię auctoritatem, & pessundados veterum doctorum in psalterium commentarios non cupis. Cæterum si venia deprecanda est aliquando typographis, quòd omnia tam correcte nō licet excudere, equidem Ioannes Lodoicus Tiletanus optimo iure etiam si non deprecetur suæ diligentiæ fidens, tamen venia dignus est. Quantum enim laboratum sit in exemplari veteri manu scripto non facilè exprimi posset: nam præter hoc quòd innumeris scateret mendis, tum in orthographia, tum in distinctionibus constituendis, etiam ita lectu difficile erat, vt bonam partem dictionum potius diuinare quàm legere liceret. In Hebræis autem vocabulis nihil mendosum adnotauimus, tametsi in aliquot paginis erratum sit, quod non liceret tempestiue apud typographum adesse cum prima quoque folia inciperet excudere. Sed id raro, & in paucissimis paginis primum datis prælo id accidit. Quemadmodum in epistola nuncupatoria legendū est וּבִרְעָדָה pro וּבִתְעָדָה & in prologo דָּבָר pro דָבָר & דָּבָר. Vale.

Petri Lombardi in psalmos Da-
VIDICOS COMMENTARII.
PRAEFATIO.

VM OMNES prophetas spiritus sancti reuelatione constet esse locutos, Dauid prophetarum eximius quodã digniori atque excellentiori modo, velut tuba spiritus sancti, Ex Cass. quàm alii pphetauit. Alii nanque prophetæ per quasdam rerũ imaginea atque verborum integumenta, scilicet per somnia ac visiones, facta, ac dicta propherarũt. Dauid autem solius spiritus sancti instinctu, sine omni exteriori adminiculo, suam edidit prophe- Ex Hier. & Remig. tiam Vnde conuenienter dicitur liber iste Soliloquiorum. Dicitur quoque psalteriũ quod nomen accepit à quodã musico instrumẽto, quod Hebraice nablum, Græce psalterium, à Græco ψάλλειν quod est tãgere, latine organum dicitur, quod est decacordum & à superiori reddit sonum per manuũ tactum. Ab illo autem instrumento ad literã ideo nominatur liber iste, quia ad vocem illius instrumenti, Dauid decantabat psalmos ante arcam in tabernaculo domini. Et quemadmodum singulę modulationes illius instrumẽti, vocabãtur psalmi: ita & singulæ istius libri particulę vel clausulę. Iuxta spiritualẽ quoque intelligentiam bene ab illo instrumento nomen sortitur, quia sicut illud instrumentum est decachordum, ita liber iste docet obseruantiã decem mandatorum. Et sicut illud instrumentum reddit sonum à superiori per manuũ tactũ: sic liber iste docet bene operari, nõ pro terrenis, sed Prima ratio. pro cælestibus, quæ sursum sunt. ¶ Cõsistit autem liber iste, in centum & quinquaginta psalmis, non præter altioris significãtiæ rationem. Hic enim numerus celeberrimis annuratur mysteriis. Cõstat enim ex octogenario & septuagenario. & octogenarius idem significat quod octonarius, & septuagenarius idem quod septenarius. Octonarius verò, octauam significat resurrectionis, quia cum sint 6. ætates viuentium, & 7. morientiũ: octaua ætas erit resurgentium: quę extunc cœpit, quando animę quiescere cœperunt in passione Christi. Per septenariũ verò significatur tempus huius vitę, quæ septem dierum repetitione agitur. Recte ergo compositus est liber iste in tali numero psalmorũ, cuius partes pręfata notãt mysteria, quia sic nos in huius vitæ septenario operari ac viuere docet, vt in octaua resurrectionis non induamur diploide confusionis, sed stola geminæ glorificationis.

Secunda ratio. Ex Aug. ¶ Vel ideo in hoc numero psalmorum est compositus, quia vt diximus hic numerus cõstat ex octogenario & septuagenario, qui idem significant quod octonarius & septenarius. Octõnarius verò significat nouum testamẽtum. Patres enim noui testamenti ogdoadi, id est, octonario deseruiunt. obseruãt enim octauam diem resurrectionis Christi, id est dominicã & octauas sanctorum, expectantes octauã resurrectionis. Per septenarium verò significatur vetus testamentum, ideo quia veteris testamenti patres hebdoadi, id est, septenario seruiebãt. Obseruabãt enim septimũ diem, septimam septimanam, septimum mẽsem, septimum annũ. Et septimũ annũ septimę decadis, qui & iubileus dicitor. Vnde Salomõ, Da partes septẽ nec nõ & octo. & Michęas, Suscitabimus super eos septem pastores, & octo primates. Bene igitor hic liber in hoc numero psalmorum est editus, cuius partes vtriusq; testamenti significãt doctrinam, vt per hoc ostendatur in hoc libro vtriusque testamenti contineri mandata. ¶ Distinguitur autem liber iste per tres quinquagenas, quibus tres status Christianæ religionis significãtur: quorũ primus est in pœnitẽtia, secundus in iustitia, tertius in laude vitæ æternæ. Quocirca, prima quinquagena terminatur in pœnitẽtia, scilicet, Miserere mei deus secundũ: secũda in iustitia. s. misericordiam & iudicium cantabo tibi domine: tertia, in laude vitæ ęternæ. s. Omnis spiritus laudet dominũ. & quia hęc ita docet Dauid in lib. hoc, ideo hæc triplex fit psalmorũ distinctio. ¶ Notan- Ex Rem. Prima ratio dum quoque hanc scripturã plus cæteris in ecclesiasticis freqoentari officiis, quod ideo fit, quia in hoc libro consummatio est totios theologicæ paginæ. hic enim describuntur præmia bonorum, suplicia maiorũ, rudimenta incipientium, progressus proficiẽtium, perfectio peruenientium, vita actiuorũ, speculatio cõtemplatiuorum. Hic etiam docetur quid peccatum auferat, qoid pœnitentia restituat, quid pœnitẽs peccati conscius dicat, scilicet, Domine ne in furore tuo arguas me, &c. Et alibi, Miserere mei deus secũdum magnam, &c. & quid per pœnitẽtiam assequatur subiũgit, Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te cõuertentur. Per quod ostenditur nulli quantumcunque delinquenti de venia ac de misericordia dei fore diffidendum, assumpta pœnitendi humilitate. Cũ enim cernimus Dauid homicidam & adulterum per pœnitentiam factum doctorem atq; prophetam, nulli pœnitentiam agenti locus diffidentię relinquitor. Sicut & de Sauli conuersione, eiusdemque in apostolũ promotione de dei misericordia plene certificamur Vnde & epistolis eius plusquam aliorum, sicut prophetia Dauid ecclesia in officiis vtitur. Ideo quoqoe hęc prophetia in frequen- Secunda ratio. tiori vsu habetur, quia inter alias dictorũ excellit apertione. Ea quippe quæ alii prophetæ obscure & quasi per ęnigmata dixerũt de passione & resurrectione Christi, & æterna genitura, & de cæteris mysteriis: Dauid prophetarum excellentissimus ita euidentissime aperuit, vt magis videatur euãgelizare quàm prophetare. His consideratis intueri restat, quis titulus, quæ sic

eius materia, quæ intẽtio, quis modus tractandi. Eſt itaque titulus talis.

INCIPIT LIBER HYMnorum, vel ſoliloquiorum prophetæ de Christo.

LIBER] dicit & non libri, cõtra illos qui dicebant plures libros eſſe ꝓpter quinque pſalmorum diſtinctiones quæ ſiunt per fiat fiat. Quib⁹ quoque Hieronymus conſentit, ſed hęc illorum nõ valida eſt ratio. Licet enim quinque ſint diſtinctiones, nõ tamen ideo quinque libri ſunt dicendi: ſicut plures ſunt diſtinctiones epiſtolarum Pauli, & tamen vnus liber. Ex verbis quoque ipſius Dauid hoc clareſcit, qui in Chriſti perſona loquẽs ait, In capi-
Ex Caſs. te libri ſcriptũ eſt de me. Libri ait nõ librorum, vnum librum, & nõ plures fore ſignificans. Inde etiã in actibus apoſtolorũ dicitur, ſicut ſcriptũ eſt in libro pſalmorũ, nõ dixit libris. Itaque liber vnus eſt: quãuis Hieronymus quinq; eſſe dicat propter quinq; diſtinctiones [HYMNO-
Ex Aug. rum vel ſoliloquiorũ] Hymnus eſt laus dei cum cantico. Canticum eſt exultatio mentis habita de ęternis in vocem prorumpens. Bene ergo dicitur, Liber, iſte Hymnorũ, quia docet nos laudare deum cum exultatione habita de æternis: & hoc nõ tantũmodo corde verũ etiam voce, vt qui audit, dicat veni, & cortina ducat cortinam, & fontes noſtri diriuentur foras. Et ſunt iſti hymni apud Hebręos metrice ſcripti: quod in tranſlatione ſeruari non potuit, vel, Solilo-
Ex Caſs. quiorum, Hic vidẽdum eſt, quid ſit prophetia, & quibus modis fiat, & ſecũdum quæ tempora. Eſt igitur prophetia inſpiratio vel reuelatio diuina, rerũ euentus immobili veritate denuncians. Vnde prophetia viſio, propheta vidẽs dicitur. Fit autẽ quatuor modis, per facta vel per dicta, Per ea quę videtur dici vel fieri, id eſt, per ſomnia & viſiones. Per facta vt per arcam Noe, quæ ſignificabat eccleſiam. & ſicut per ſartaginem ferream inter prophetam Ezechielẽ & ciuitatem poſitam. Per dicta vt per ea quæ angeli dixerunt Abrahę & aliis fidelibus, vt, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes & huiuſmodi. Per viſiones, ſicuti factum eſt Hieremię, qui vidit ollam ſuccenſam à facie aquilonis. Et ſicut Moyſi qui vidit rubum ardere, qui non conſumebatur. Et Ezechiel vidit rotam in medio rotæ. Per ſomnia, vt per ſomniũ Nabugodonoſor, qui vidit lapidem de monte ſine manibus præciſum. Quod autẽ fuit ſomniũ regi, fuit prophetia Danieli. Et per ſomnium Pharaonis, qui vidit ſeptẽ boues, & ſeptẽ ſpicas, quod fuit prophetia Ioſeph, ſpiritualiter intelligenti. Præter hęc, eſt & alius ꝓphetiæ modus, cęteris dignior quãdo ſcilicet ex ſola ſpiritus ſancti inſpiratione remoto omni exteriori adminiculo facti, vel dicti, vel viſionis vel ſomnii prophetatur. Hoc modo prophetauit Dauid, ſcilicet ſolius ſpiritus ſancti inſtinctu. Vnde in ſequẽti, Audiam quid loquatur in me dominus deus. Propterea ſoliloquium dicitur, quaſi ſolius ſpiritus ſancti eloquium: licet enim & in titulis & in pſalmis quibuſdã alludat diuerſis hiſtoriis, tamen ex eis nil didicit, ſed in eis quod per ſpiritũ ſanctũ ante cognouerat, figurari intellexit. Vel Soliloquia dicũtur quaſi ſola de Chriſto eloquia: alii nãq; obſcure, & quaſi per ęnigmata propheta rũt, de Chriſto: Iſte verò Dauid ꝙ & de incarnatione & de paſſione, & de ęterna genitura, & de reſurrectione, euidẽtiſsime diſſeruit: & ideo dicit Liber ſoliloquiorum. Sicut autẽ prophetia diuerſis fit modis: ita etiam ſecundum diuerſa tempora. Eſt autem prophetia alia de pręſenti, alia de prętерito, alia de futuro. De præſenti, vt Elizabeth, Vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? De præterito, vt Moyſes, In principio creauit deus cęlum & terram. De futuro, vt, Ecce virgo concipiet, &c. Et ſit prophetia per bonos, vt per Eſaiam, Hieremiã & alios. Et per malos, vt per Balaam, Caypham, & alios. Item prophetia alia ſecundũ pręſcientiam dei, quam neceſſe eſt omnib⁹ modis impleri, etiã ſecũdum tenorem verborũ, vt, Ecce virgo concipiet. alia ſecundũ comminatione, vt, Quadraginta dies ſunt, & Niuiue ſubuertetur, quæ nõ ſecundum verborũ ſuperficiem, ſed tacitę intelligentiæ ſignificatione impletur. [PROPHETAE] per excellentiam cũ dicitur propheta ſine adiectione proprii nominis, intelligitur Dauid, vt cũ dicitur apoſtolus intelligitur Paulus, & vrbs Roma. Hæc autem dicit cõtra quoſdã qui dixerũt plures fuiſſe pſalmorum ſcriptores, vel auctores, eo quod eorum nomina in titulis habeantur, vt Aſaph, Eman, Ethan, & Idithũ, quod pro myſteriorum ſignificatione quæ ex interpretationibus nominũ percipitur factum eſſe in libro oſtẽdemus Non ergo illi auctores pſalmorũ fuerũt, ſed poſitio nominum rationi ſeruit myſteriorum [DE Chriſto] Ecce de quo agũr Soliloquia, de Chriſto toto. ſ. de capite & corpore.

MATERIA itaq; huius libri eſt, totus Chriſtus, ſcilicet ſponſus & ſponſa. Intentio. Homines in Adam deformatos, Chriſto nouo homini conformare. Modus tractandi talis eſt, Quandoque agit de Chriſto ſecundum caput, aliquando ſecundum corpus, aliquãdo ſecundum vtrunque De Chriſto autẽ agit ſecundum caput tribus modis. Quandoque ſecundũ diuinitatem vt, Tecũ principium: aliquãdo ſecundũ humanitatẽ, vt, Ego dormiui & ſomnũ cepi: aliquãdo per trãſumptionẽ, vt quãdo vtitur voce membrorũ, ſicut ibi, Longe à ſalute mea, &c. Et ibi, Deus tu ſcis inſipientiã meã, &c. Item de eccleſia, tribus modis. Aliquando ſecundũ perfectos: aliquãdo ſecũdũ imperfectos, interdũ ſecundũ malos q ſunt in eccleſia corpore, nõ mẽte: numine, non numine. ¶ De ordine quoque pſalmorum, qui à ſerie hiſtoriæ diſcordãt quęri ſolet, quare ſcilicet non ſunt eo ordine diſpoſiti quo compoſiti. Quod non eſſe liquet, cũ hiſtoria de qua agitur, in Miſerere mei deus, præceſſerit illud, de quo agitur, in Domine qd multiplicati ſunt. Et benedictus dñs deus meus qui docet manus meas, &c. ante ambos ꝑdictos pſalmos editus fuerit. Ad quod dicitur, quia ſi in quibuſdam poſsit reddi ratio ordinis, nõ tamen

in omnib⁹. Neque tamē sine ratione ita dispositi sunt. Esdras nanq; propheta, qui psalterium & totam bibliothecam à Babylonijs combustam instinctu spiritus sancti reformauit, eodem spiritu reuelāte, psalmos ita disposuit, eisdem & titulos apposuit, qui sunt quasi claues psalmorū. Sicut enim per clauē intratur in domum: Ita per congruas titulorū expositiones, subiectorū clarescit intelligentia psalmorū. Hæc autē circa totum librum aduertenda sunt. ¶ Præter hæc autem in singulis psalmis quędam specialia consideranda sunt.

Hiero. in commēt.

DE primo itaque psalmo videamus, vbi considerandū est, quare ei titulus nō præponitur sicut & alijs, quæ sit eius materia, quæ intentio, quis modus tractādi. Hinc primo psalmo, ideo titulus non apponitur, quia psalmus iste principium est & præfatio, & caput libri, sicut in sequenti dicitur, In capite libri scriptū est de me: & de illo agit, qui est omniū principium, id est, de Christo, qui non habet principium. Ideo itaque titulo caret, ne titulus præscriptus, libri caput & initium videretur. vel etiā ideo, quia iste psalmus, quasi titulus & prologus est sequentis operis. Continet enim summam & materiā totius libri.

Psal. 39.

Ex Cass.

Hiero. in cōment.

Materia autem huius psalmi eadem est, quæ & totius libri, scilicet Christus integer. Similiter intentio. Modus autem tractandi talis est. Bipartitus est psalmus. Primo, agit de beato viro, per beatitudinem nobis blandiens. Secundo, agit de vltionibus iniquorū, terrens nos aduersis, ibi, Nō sic impij, non sic. De beato autem viro agit hoc modo. Primo versu ostendit eum immunem ab omni malo. Secūdo, plenū omni bono in se, inde vtilē alijs, & hoc vsque ad partitionem. Ad ostēdendum verò eum immunem ab omni malo vtitur comparatione veteris hominis, scilicet Adæ; ostendēs illum plenum esse omni malo: quia non valet melius ostēdi cuiusque rei excellentia, quàm si sui contrarij vilitas atq; oppressio vel depressio nō taceatur. Ostendit itaque veterē Adam triplici genere peccandū deliquisse, scilicet cogitatione, voluntate & actu, verbi doctrina vel cōsuetudine. Item, Cogitatio large accepta tria cōplectitur. s. primum motū animæ qui est venialis culpa, delectationē atq; cōsensum, quæ sunt mortalia, Qui ergo peccat cōsensu & cogitatione peccat. Qui verò nec cogitatione peccat; nec cōsensu, vel delectatione. Hic autē tria genera peccandi notat per tria verba. s. Abiit, stetit, sedit. Per abiit, peccatū volūtatis. p stetit, peccat operis. per Sedit peccatū verbi, vel cōsuetudinis. abiit ergo Adā à deo, nō loco, sed dissimilitudine, cū persuasioni diaboli & Euæ cōsentiens à deo recessit. Stētit cū pomum vetitū comedens, in peccato delectatus est. Sedit, cū se excusando & culpā in creatorem referendo in superbia cōfirmatus est, dicēs, Mulier quam dedisti mibi seduxit me, nōn valēs redire nisi per eū liberatus, qui nihil horū habuit, Et dicitur hoc à simili exulantium, qui dū sunt in via, facilius reuocantur: cum iam stāt, difficilius: demum difficillime, cum iam ibi magistri & domini effecti sunt. Ita qui sola volūtate peccat facilius redit, qui opere difficilius, qui verò consuetudine vel doctrina verbi, difficillime reuocatur. Isti sunt tres mortui, quos dominus suscitauit, in domo, in porta, in sepulchro. hoc est triduum quo Moyses volebat educere populū dei de AEgypto. Item nota. Peccatorū impiorū pestilētiæ. Nam impius est qui peccat in deū, peccator in se, pestilens in proximum. Et Adam in deū & in se, & in proximū peccauit. Quasi diceret, Primus homo miser & infelix, qui abiit in consilio impiorum. i. serpentis & Euæ. i. cōsensu voluntatis peccauit, In via peccatorū stetit, id est, opera peccauit. Et in cathedra pestilentiæ sedit, dāns alijs exemplū peccandi, id est docendo: vel consuetudine peccauit. Cathedra enim proprie doctorū est sicut thronus regū, tribunal iudicum. Ecce ostendit primum hominē tribus modis peccasse. Peccatur enim cogitatione, actu, verbis, docēdo. Nūc quo ordine creuerūt in primo homine remoueri debent à secūdo. Ac si dicat, Primus homo infœlix, qui abiit, stetit, sedit, sed secundus est beatus.

Ex Cass.
Ex Alc.
Ex Aug.
Ex Aug. t. libro de sermone domini in monte.
Ex Aug. serm. 90. de tēpore
Ex Rem.
Ex gl. int.
Ex Alc.
Ex Rem.

Petri Longobardi in Psalmos DAVIDICOS COMMENTARIVS.

BEATVS vir qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.

Ex Cass. BEATVS] dicitur, cui omnia optata succedunt [VIR] scilicet cōtra prospera & aduersa firmus, Ex gl. int. [QVI NON abijt] à deo in regionem dissimilitudinis, id est cogitatione non peccauit, quamuis esset positus, [IN CONSILIO impiorum,] id est quamuis impij hoc molirentur. quod est laudabilius, Nōn abijt iste, sicut Adam, qui consensit vxori, à Ex Aug. & Hier. diabolo deceptæ. Impij hōc molientes, dæmones sunt, & scribæ, & Pharisæi. [ET IN VIA pec-Ex Aug. catorum non stetit,] Viā peccatorum, mundus est: in quo quidem natus, & inter peccatores conuersatus est, sed nō tenuit eum illece-Ex gl. int. bra seculi. Vel, Viā peccatorum, est praua operatio, quæ ducit ad mortem. Et est, In via peccatorum non stetit, id est vel in mundo, vel in praua operatione. [ET IN CATHEDRA Ex Aug. pestilētię non sedit] id est, nōluit terrenum regnum. Est enim pestilentia, morbus latè peruagatus, omnes, aut penè omnes inuoluēs. & dicitur à pastu, quasi pastulētia Hic est amor dominandi quo vix caret aliquis. Vel, Cathedra pestilentiæ, accommodatius accipitur praua, & perniciosa doctrina, quæ vt cancer serpit. Et est, In cathedra pestilentiæ non sedit, id est non perniciosam doctrinā docuit, sed salubrē. Ecce hoc primo versu ostenditur immunis ab omni malo, per remotionem eorū quæ in primo homine fuerunt.

2 Sed in lege domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte.

Ex Rem. SED IN LEGE domini] Hic ostenditur Christ⁹ plenus omni bono in se, quia non est perfecta laus fugere vituperanda, nisi sequantur laudanda. Vnde post ostensam immunitatem, addit, Sed in lege, quasi dicat, Nō abijt, nō stetit, non sedit: Sed in lege domini fuit volun-Ex Aug. tas eius: Aliud est esse in lege, aliud sub lege. Qui est in lege, secundum legem agit, voluntariè legi obediens. Qui autem sub lege est, secundum legem agit, necessitatis timore coactus. Ille liber, iste verò seruus. Iterū, Aliud est lex literæ, quæ scribitur seruo: aliud lex sanctitatis, quæ mente conspicitur à filio, qui non indiget literis. Iusto enim lex posita non est, vt ait Apostolus. Dicit ergo, [IN LEGE DOMINI] quia voluntate seruiebat: non sub lege, quasi ex tristitia & ex timore seruiret [VOLVN-TAS EIVS] id est Christi. Voluntas dicit, vt Ex Cass. ostendat quod non sit tædium ei laborum. Et hæc voluntas non est otiosa, vel non est ad horam. Sed [MEDITABITVR DIE AC NO-CTE.] id est, assidue, & in prosperis, & in aduer- Ex Aug. sis. Dies enim lætitiam, nox aduersitatem significat. [IN LEGE EIVS.] Non vtique in lite- Ex Cass. ra legis, sed in sanctitate propositi. Et est hæc legis meditatio, sanctitatis iugis obseruatio. Vide qualiter hæc præcedentibus respondeant. Ibi dicit, Non abijt: hic, voluntas in lege. Ibi, Non in via peccatorum stetit, non in cathedra pestilentię sedit: hic, assidue in lege domini meditabitur.

3 Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo.

[ET ERIT TANQVAM LIGNVM QVOD PLANTATVM] Supra ostendit Christum immunem ab omni malo, & plenum omni bono in se: hic vtilis nobis ostēditur. & hoc Ex Alcu. tribus modis, scilicet dans fructum vitæ, & folia, & obumbrans. Et nota, quia hæc omnia nō omni beato viro conueniunt, sed Christo soli. Et est hæc plena diffinitio beati viri. quasi dicat, Meditabitur die ac nocte. Et erit tanquam lignum. Loquitur de Christo, à simili ligni vitæ, quod erat in medio paradisi, de quo homo obediens si comederet, viueret in æternum. Ita qui Christum spiritualiter sumit, non videbit mortem in æternum. Et sicut illud lignū cæte- Ex gl. in. ris viridius erat, sic & Christus cæteris sanctis viridior erat, cui spiritus non est datus ad mensuram. Erit ergo tanquam lignum, id est verè Ex Hier. lignum vitæ, vt ait Sapientia, Est lignum vitæ omnibus amplectentibus eam. Tanquam, ali- Ex gl. in. quando similitudinem notat tantum, aliquando veritatis expressionem facit, aliquando vtrunque, vt hic. Ita enim notat similitudinem, vt veritatis nō excludat expressionē, [QVOD PLANTATVM EST] id est humanatum est, Ex Aug. vel incarnatū, per quod ad eum accedere possumus. Et hoc, [SECVS DECVRSVS AQVA-RVM.] Aquæ spiritum sanctum significant, Ex Alcu. & Augu. iuxta illud, Qui crediderit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et est contra æstum vitiorum, vt aquæ contra æstum sitis. Et est, Plātatum est secus decursus aquarum, id est homo fiet secundum operationem spiritus sancti, qui in eum plenissime descēdit. Et ideo sponsa: Decursus aquarum, vt plenitudinem notet. Vel per aquam, sapientia Dei intelligitur. Ex Alcu.

qua interior homo reficitur, vt sitis aqua. Et est plantatum secus decursus aquarum, id est secundũ sapientiã, quæ hominẽ suscepit.i.fiet homo, vnitus sapiẽtię dei. Et bene ait, Secus aquã, quia non est factus homo deus, vertibilitate naturæ in naturam, sed vnione personæ. Et ita
Ex Aug. aquæ sunt mortale genus. Vnde Ioãnes in Apocalypsi, Aquæ multæ, populi multi, qa defluũt in mortẽ, vt aqua in mare. Et est plantatũ secus decursus aquarum .i. secũdum fluxum populorũ: quia i similitudine carnis peccati apparuit. Quod lignũ [DABIT fructum suum].i. vitam.
Ex gl.int. æternam: [IN tẽpore suo].i. in tempore plenitudinis, quo reseratus est aditus paradisi. de quo, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies
Ex Augu. salutis. Vel ita, Dabit fructum suum.i. ecclesias constituet in tempore suo.i. post resurrectionẽ, & ascensionem, misso spiritu. Vel ita, Dabit fructum suũ.i. spiritum sanctũ mittet. In tempore suo.i. post glorificationẽ suam. Vnde in Euãg. Non est datus spiritus sanctus, quia nondũ glorificatus est Christ^9. Et nota hoc lignũ esse ra-
Ex Cass. tionabile, per hoc qđ ait, Dabit. Dare etenim pertinet ad rationabilem sensum, & ad voluntatem offerentis.

4 Et folium eius non defluet: & omnia quæcunque faciet prosperabuntur.

Ex Aug. ET folium eius non defluet].i. verbũ eius non erit irritum, sed deducet ad vitam. Vnde, Cælum & terra transibunt, verba autem mea
Ex Cass. non transibunt. Et bene verba, folia dicuntur, quia sicut folia tegũt fructus suos, ita verba do-
Ex Alcui. mini suas promissiones custodiunt. Et quid per singula? [ET omnia quæcũque faciet prospe-
Ex Augu. rabũtur].i. fructus & folia.i. facta & dicta, pro-
Ex Cass. sperabuntur sibi, contra casum Adæ, & mẽbris
Ex gl.int. suis. Et bene dicit omnia, quia etsi moreretur, tamen omnia quæ faciet prosperabuntur, quia mora eius est salus mundi.

PARS II. 5 Non sic impii, non sic: sed tanquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ.

NON sic impii] Hic est secũda pars, vbi agit de vltionibus iniquorum, & terret aduersis. Horum formido gratiora facit promissa, quasi dicat, omnia illius prosperabuntur. Sed impii non sic, quia nihil poterunt assequi. Et nota, quia hac repetitione immobilis firmitas mõstratur: Nõ sic, [SED] sunt [TANQVAM puluis] quia cedunt prauis suggestionibus, non habentes humorem gratiæ dei [QVEM proiicit ventus,] id est superbia: quæ vento comparatur, quia petit alta & inflat [A FACIE TERRAE,] id est à præsentia stabilitatis æternæ. quę dicitur ter-
Ex Aug. ra i similiquia sicut hæc terra nutrit & continet exteriorem hominem, ita illa interiorem.

6 Ideo nõ resurgũt impii in iudicio: neque peccatores in concilio iustorum.

IDEO NON resurgunt impii] Et quia vẽtus proiicit, id est quia dati fuerũt in reprobum sensum, Ideo non resurgunt impii, prima resurrectione, quæ est in fide, scilicet à peccatis. Et hoc, [IN IVDICIO] id est vt se iudicent & accusent. ¶ Duæ quippe resurrectiones sunt. Vna, animæ, in præsenti, qua resurgit homo à peccatis. Vnde Apostolus, Exurge qui dormis & illuminabit te Christ^9. Altera, corporis, in futuro. qua fiet impassibile & immortale. Hic agit de illa quæ est animę. [NEQVE] ipsi [PECCATORES] item resurgent, [IN CONSILIO iustorum] vt voluntatem Dei, suis præferant volũtatibus, quod est consilium iustorum. Vel, In concilio, alia litera, iustorum, id est in concordi multitudine iustorum, & est idem sensus cũ priori: & accipit eosdem peccatores & impios. Vel ita, Dicit superbis tolli, quod ipsi ambiunt, id est vt iudicẽt. agens de resurrectione corporis & iudicio futuro. quasi dicat, quia ventus proiicit, Ideo non resurgũt impii in iudicio, id est vt iudicẽt. quod
plani^9 repetit, [NEQVE] ipsi, id est, [PECCATORES] resurgent in concilio iustorum, id est in iudicio, vt cum eis iudicent. Cõsilium dicit iudicium ex similitudine, quia iudiciũ dei, quasi in consilio erit, in quo diuersa peccata diuersis pœnis punientur. Vel ita, vt alios accipia- Ex Aug.
mus impios, alios peccatores. Impii sunt infi- Ex Cass.
deles, idololatræ, apostatæ, qui cum resurgent Ex Aug.
non iudicabuntur, quia iam iudicati sunt. Peccatores, sunt Christiani falsi. Et est, quia ventus proiicit, Ideo impii, id est, penitus infideles, Non resurgent in iudicio, ad hoc vt iudicẽtur, quia iam iudicati sunt. Neque peccatores, id est falsi fideles, Resurgent in consilio iustorũ, id est vt iudicent, sed iudicabuntur tantum.
¶ Nota quòd quatuor ordines in iudicio erũt. Ex Hier.
Alii nanque erunt, qui iudicabunt & non iu- & Aug.
dicabuntur, vt Apostoli, & alii perfectissimi. Alii, qui neque iudicabunt, nec iudicabuntur, quia iam iudicati sunt. Sententia enim damnationis eorum, toti ecclesię nota est, vt infideles. Alii iudicabuntur, & saluabũtur, vt mediocriter boni. Alii iudicabuntur, & damnabũtur, vt mediocriter mali. Ideo Iob ait, Non saluat impios, & pauperibus iudicium tribuit. Quia hi qui nequiter opprimuntur, ipsi tunc super op-
pressores suos iudices venient. Duæ quippe Ex Hier.
sunt partes, electorum, scilicet, atque reproborum. sed bini ordines eisdem singulis partibus continentur. Alii nanque iudicantur & pereũt, alii non iudicantur & pereunt: alii iudicãtur & regnant, alii non iudicantur & regnant. Iudicantur & pereunt, quibus dominica inclamatione dicitur, Sitiui & non dedistis mihi potũ, Discedite maledicti in ignẽ æternũ, qui parat^9 est diabolo, & angelis eius. Alii verò in extremo iudicio non iudicantur, & pereunt. de quibus ꝓpheta ait, Nõ resurgũt impii in iudicio. & dominus ait, Qui autem non credit, iam iudicatus est. Et Paulus, Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Resurgũt verò omnes, etiã infideles, sed ad tormentũ, non ad iudiciũ.

Nō enim tunc eorū causa discutitur, qui ad cōspectū districti iudicis, iam cum dānatione suę infidelitatis accedunt. Professionem verò fidei retinentes, sed professionis opera non habētes, redarguuntur vt pereant; vt mediocriter mali. Qui verò nec fidei sacramenta tenuerunt, increpationem iudicis in extrema examinatione non audient, quia præiudicati sunt infidelitatis suæ tenebris, eius quem despexerant inuectione redargui non merētur. Illi saltem verba iudicis audiunt, qui eius fidē saltem verbo tenuerunt. Isti in damnatione sua æterni iudicis nec verba percipiunt, quia eius reuerentiā ne verbotenus seruare voluerunt. Illi legaliter pereunt, quia sub lege peccauerunt positi. Istis in perditione sua de lege nihil dicitur, quia nil legis habere conati sunt. Princeps nanque terrenam rempublicam regens, aliter punit ciuē interius delinquentem, atque aliter hostem exterius rebellantē. In illo iura sua consulit, eúmq; sub verbis dignę inuectionis addicit. Cōtra hostem verò bellum mouet, instrumēta perditionis exercet, dignáq; eius malitiæ tormenta retribuit. De malo verò eius quid habeat, lex nō requirit. Ita ergo in extremo iudicio & legalis illum inuectio percutit, quia ab eo quod professione tenuit, actione declinauit. & iste sine iudicij inuectione perimitur, qui lege fidei nō tenetur. Ex electorum verò parte, alii iudicantur & regnāt, qui vitæ maculas lachrymis tergēt. Qui mala præcedentia factis sequētibus redimētes, quicquid illicitū aliquando fecerunt, ab oculis iudicis, elemosynarū superductione cooperiūt. Quibus iudex veniēs, in dextera cōsistētib' dicit, Esuriui, & dedistis mihi māducare &c. Alii autē nō iudicātur, & regnāt, qui & præcepta legis, perfectionis virtute trāscendūt, quia nequaquam hoc solum quod cūctis diuina lex præcipit implere cōtenti sunt, sed præstātiori desiderio plus exhibere appetūt, quàm præceptis generalibus audire potuerūt. Quibus dominica voce dicitur, Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę sedebitis & vos super thronos iudicātes XII. trib' Israel. Et de quibus propheta ait, Dominus ad iudicium veniet cum senatoribus populi sui. Et de quibus Salomon, cum de sanctæ ecclesiæ spōso loqueretur, intulit dicens, Nobilis in portis vir eius, quādo sederit cum senatoribus terræ. Hi itaque in extremo iudicio nō iudicantur, & regnāt, quia cū authore suo etiā iudices veniūt. Relinquentes quippe omnia plus propria deuotione executi sunt, quàm iuberi generaliter audierūt. Speciali nanq; iussione paucis perfectioribus, & nō generaliter oībus dicitur, hoc qđ adolescēs diues audiuit, Vade & vende omnia &c. Si enim sub hoc præcepto. i. cōsilio, cūctos iussio generalis adstringeret, culpa pfecto esset, aliquid nos de hoc mūdo possidere. Sed aliud est quod per scripturam sacrā dicitur omnib', aliud qđ specialiter perfectioribus imperatur. Hi ergo recte sub generali iudicio nō tenentur, quia & præcepta generalia viuēdo vicerūt. Sicut enim nō iudicantur & pereūt, qui suadente perfidia legē spernere cōtemnunt: ita nō iudicantur & regnāt, qui suadente etiā pietate vltra generalia diuinæ legis præcepta perficiunt. Hinc est q̄ Paulus etiam specialia præcepta transcēdens, plus operę exhibuit q̄ institutione legis & pmissionis accepit. Cū enim accepisset vt Euangelium prædicans de euāgelio viueret, & euangeliū au- Ex Aug.
dientibus cōtulit, & tamē euangelii sumptibus sustentari recusauit. Cur ego iste iudicetur vt regnet, qui min' quod seruaret accepit: sed maius quo viueret, inuenit? Recte ergo iudicium pauperibus tribuit. quia quāto huic mūdo magna humilitate despecti sunt, tanto tunc acceptis sedib', maiori culmine potestatis excrescūt. Hinc aliàs dicitur, Donec iustitia cōuertatur in iudiciū. Iustitia ergo in iudiciū vertitur, quia hi qui nunc iuste atque irreprehensibiliter viuunt, tunc iudicandi potentiam nanciscuntur. Hinc Laodicensi ecclesiæ dicitur, Qui vincit dabo ei sedere mecū in throno meo, sicut & ego vici & sedi cū patre meo in throno eius'. Vincēs dominus, in throno cū patre sedisse se asserit, quia post passionis certamina, post resurrectionis palmā, claruisse omnib' quòd potestati patris esset ęqualis iudicauit, eíq; se nō disparē, calcato aculeo mortis innotuit. Vnde & Marię, necdū se credēti patri similē, dicit, Noli me tāgere, nondū enim ascēdi ad patrē. Nobis enī in throno filii sedere est, ex eiusdem filii potestate iudicare. Quia enim iudicii principatū ex eius virtute percipim', velut in eius throno residemus. Nec abhorret à vero, quod aliàs sup XII thronos, vēturos testat̄ esse discipulos. Hic verò in throno suo phibet esse sessuros. Per thronos quippe XII, vniuersale iudiciū: Per thronū verò filij, singulare culmē iudiciarię potestatis ostenditur. Vel ita, Et accipit eosdem impios & peccatores, quos quia vētus proiicit, ideo non resurgent impij in iudicio, id est vt iudicent in futuro. Hoc conuenit cū secunda sententia, sed differt quod sequitur, Et ipsi ideo peccatores non resurgēt in concilio iustorum. i. vt iudicati in collegio sanctorum quiescant. Vel, In consilio iustorum, in eodem sensu. i. in æterno bono, quod sanctis sequi, consilium est.

7 Quoniam nouit dominus viam iustorum, & iter impiorū peribit.

QVONIAM nouit] quasi dicat, impij non resurgunt cum sanctis in iudicio, quia opera iustorum deus diligit: impiorum verò, non: hoc est, Quoniam nouit, &c. Vel sic, iunge secundum primam præcedentem sententiam, Non resurgunt hic in anima, quia deus non approbat eorum opera. nam iustorum tātum. & hoc est, [QVONIAM nouit dominus viam iustorum:] vt suā, & approbat. [AT iter] id est opus [IMPIORVM peribit.] Peribit dicit pro nō no nouit dominus. sed planius dicitur, quia hoc est nesciri à domino, quod perire: & sciri à domino est, manere & esse.

COLLATIO.
In Psal. primum, Beatus vir.

1 IN cathedra pestilētiæ non sedit.] Noster interpres significantius expressisse videtur dictionem Hebraicam & Græcā, hæreticæ prauitatis notando perniciē corruptissimā, quàm si dixisset illusorū Hebraice לֵצִים letzim. aut vertisset pestilentiarum, Græcè λοιμῶν. Nam legendo simpliciter illusorum, aut pluraliter pestilentiarum, non habetur forsan tale pondus emphaseos, quā præscribit Propheta, & quam diuus Hieronymus explicat, ad illud Esa. 66, Eligam illusores, siue illusiones eorum, & quæ timebant adducam eis. Causas (inquit) reddit cur traditi sint Scribis & Pharisæis illusoribus suis, de quibus primus psalmus, iuxta Hebræos canit, Et in cathedra illusorum non sedit, quos appellāt L x x pestilētes, quales fuerūt filij Heli, filii pestilentiæ. Idem in illud Esa. 3. Et effœminati dominabuntur eis. Pro quo (ait) in Hebræo scriptum est תַּעֲלוּלִים taalulim, quos Lx x, & Theodotio illusores interpretati sunt. Deinde subdit, Possumus illusores dicere & magistros populi Israel, qui deuorant populū Dei sicut escā panis, & peruerse scripturas sanctas interpretantur, illudúntque stultitiæ discipulorum. Rursus in illud eiusdē prophetę, Popule meus, qui te beatū dicūt, &c. Scribas & Pharisæos exactores appellauerat non magistros, & suprà illusores. hæc ille. Quæ pspicue insinuāt nostram editionem præter alia, prophetice taxare pestilentem Pharisæorum farinam, de qua saluator ait Matth. 16, Cauete à fermēto Pharisæorū. Ad hæc idem Hieronymus in præsentem locum psalmi commentando dicit, Pro pestilētibus in Hebræo delusores habet, quòd scilicet omnes discipulos peruersus doctor illudat. Radix etiam Hebraica, vnde vocula deflectitur, signat interpretari verbose: Iob 16, Verbosi amici mei מְלִיצַי רֵעָי melitzai rehai.

Hæretic⁹ lenocinio verborū conatur inficere.

Quid autem sunt hæretici, nisi verborum venatores? iuxta illud Prouerb. 19. Qui tantum verba sectatur, nihil habebit: qui autem possessor est mentis, diligit animam suam. Nónne aperte nunc vides hæreticos ampullatis & sesquipedalib⁹ verbis, & interpretationib⁹ distortis, omnes ecclesiæ ceremonias, dissolutis quasi cachinnis, atq; rugato subsannare naso? quibus miseras animas immedicabili tabe inficiunt, ad communē omnium perditionē, si fieri posset. Itaque (vt sparsa colligam⁹) hæretica, superstitiosa & vētosa doctrina, quā in principio volebat abesse à beato viro Dauid, vnico pestilētiæ nomine, congruentissime designata est. A quacunque enim illarū, pestilentissima corruptio, si minus caueatur, late peruagata ꝓcedit. Proinde tāta detestatione deprecādi sunt peruersi doctores, in eam malitiæ dementiam prolapsi, vt non dicantur mali, sed ipsamet malitia: non pestilentes nō illusores, sed singulariter & extreme, pestilētia. Disce igitur nostram venerari versionem, quæ tantillo verbo, re maxima comprehēdit tam abstrusum sensum, quo pręgnans erat vocula Hebraica לֵץ lotz.

Hæretici iure optimo sunt pestilētia ipsa.

5 NON sic impii non sic.] Hebræus legit semel duntaxat, non sic לֹא כֵן lo chen. Lxx aut aliæ versiones Grecę, sentētiæ grauitatē repetitione insinuauerunt, vt psalmo 21, Deus deus meus respice in me, quare me dereliquisti? vbi Hebręus nō habet, Respice in me. Podus enim rei, additione illa vocali intimius sentitur, pro immensitate doloris Iesu Christi, in cruce dire patientis. de cuius mira patiētia, totus ille psalmus loquitur. Consimile adducit diuus Hieronymus, de optimo genere interpretādi ad Pāmachium ex Marc. 5, טַלִיתָא קוּמִי talitha qumi, quod est interpretatum, puella tibi dico surge. Arguatur (inquit Hieronymus) mendacii, quare addiderit, tibi dico, quum in Hebręo tātum sit, puella surge. Sed vt ἐμφατικώτερον faceret, & sensum vocantis atq; interpretantis exprimeret, addidit, tibi dico. Hæc ille. Quantum tamen pertinet ad præsentem locū, Hieronym⁹ asserit se duntaxat semel reperisse. Nō sic, in hexaplis Origenis.

Interpretātes quædā nō frustra addūt

[QVEM ꝓiicit ventus à facie terræ.] Hebraice tātum habetur, quem proiicit siue proiiciet ventus eum אֲשֶׁר תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ ascher tid pennu ruach. Lxx conformiter ad nostram editionem ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, quo exprimerent latentiam sentētiæ, q̄ includebatur in verbis Hebraicis. Quòd autem vertit Sanctes glumam, quem sequitur interpres pro Caietano, Munsterus palea, Cāpensis paraphrasis festucam, non perinde quadrat sensui ꝓphetæ, ac puluis, vt versio nostra habet, & Hieronymus iuxta Hebræos, Cōrardus, & Pratensis. Nam licet מוֹץ moth significet indiscriminatim glumā, paleā subtilem, vel puluerē aut quisquilias: non tamen ita ventus solet proiicere à facie terræ communis glumā: quin potius ventilabrū, aut excussorium proiicit à facie areæ. Ventus verò vbiq; (vt perspicuum est) indesinenter puluerem exagitat, per quod significātissime denotatur impiorū incōstantia, & à stabilitate vitæ æternæ separatio perpetua, iuxta illud Threnorū 1, Peccatū peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Nec video qua ratione isti reiecerint editionē quam dicūt vulgatam. & certe quanto vulgatiorē, tanto receptiorē. Nam noua indigēt lōgiore multo probatione, quàm vetusta, quę tā multis annis explorata sunt. Et illa noua nulli⁹ essent authoritatis, vel certe minoris, nisi vetusta fierent.

Impios adpositissime puluis significat.

Tempus parit reb⁹ authoritatem.

6 NEQVE peccatores in cōcilio iustorum.] Magister interpretatur conciliū & id quod est volūtatis, & qđ est cōgregationis, duplici sensu quemadmodū acceperunt L x x. quū notum sit βουλὴν verūque significare. Nec ex hoc læditur Hebræum עֲדַת adath. i. congregatio, quādoquidē cōsilium domini, est cōgregatio iustorū, qui ne ad latū vnguē discedūt à volūtate eius. vnde Psal. 88, Deus qui glorificatur in cōsilio sanctorum: dupliciter legi potest, aut per s, aut per c, etiā ex Hebræo בְּסוֹד besod. vt intelligas cōgregationē sanctorū, quorū est salutiferū consiliū, fragilitate sua agnita in dn̄o gloriari.

βουλὴ & cōsiliū & cōcilium.

II. PSALMI TITVLVS, Psalmus Dauid.

Ex Cass. QVARE fremnerunt gẽtes] Psalmus iste secundus est in ordine, & primus in titulo. Vnde & in actibus Apostolorum primus dicitur, Titulos autẽ Hesdras propheta psalmis apposuit, qui sunt quasi claues & ianuæ psalmorum. Per eorũ nanque intelligentiam, subiectorum psalmorum clarescit sententia. Licet enim in titulis frequẽter tangatur historia, vel ponãtur aliquorum nomina, vnde ad literã non agitur in psalmis: tamen & historia mysticè intellecta, & nomina congrue interpretata, psalmorũ cõtinentiam aperiunt. Vt hic vbi ponitur Dauid, qui interpretatur manu fortis, vel desiderabilis aspectu. Et significat Christũ, qui verè est manu fortis, debellando aërias potestates: & desiderabilis aspectu, id est, in quem sancti angeli desiderant prospicere. Psalmus bonã operationẽ notat. Dicebatur enim ad literã Psalmus, modulatio quę fiebat per tactum decem chordarũ. ita bona operatio, quæ fit per obseruantiam decem mandatorum. Et est sensus tituli, [PSALMVS] iste. i. tractatus iste, qui dicitur psalmus, quia monet ad bene operandum, attribuitur [DAVID] id est Christo, qui agit hic de se rege. Intẽtione monet vt ei subdamur. Modus talis, Tripertitus est psalmus. Primo increpat persequentes & minatur, & loquitur Christ° vel propheta. Secundo, inducit verba Christi agentis de omnipotentis regno, & inenarrabili genitura sua: vbi de diuinitate & humanitate eius multa discimus. ibi, Ego autem constitutus sum, &c. Tertio, pro his arcanis patefactis admonet omnes humiliter obedire, & suadet ab vtili. s. ne pereant: & ab honesto, quia beati qui cõfidunt in eo. ibi, Et nũc reg. Increpãs ergo persequentes propheta, vel Christus, dicit,

1
VARE FREmuerunt gentes: & populi meditati sunt inania.

Ea Remi. GENTES] id est Romani milites, crucifixores: Ea Cass. &Remig. [FREMVERVNT] vt feræ sine ratione. fremere enim ferarum est. [ET Ex Cass. populi] scilicet Iudæi [MEDITATI sunt ina- Ea gl. int. nia.] .i. falsa in scripturis, vt de futuro adhuc Ea Alcui. Messia, quem expectãt. Ipsi enim sunt pueri Abrahæ, expectãtes cum asina. Vel, Meditati sunt Ex Rem. inania, id est Christum detinere in morte. Vel, Meditati sunt inania. s. ne mũdus post eum ab- Ex Augu. iret: & hoc, [Quare?] .i. qua vtilitate sua? quasi dicat frustra; quia non impleuerunt, vt Christus extingueretur.

2 Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnũ aduersus Dominũ & aduersus Christũ eius.

Ex Rem. [ASTITERVNT reges] q. d. non solũ populi & gentes, id est minores, contra Christum sutreaerunt, sed etiam maiores: quia astiterunt, quasi cũ mora. mora enĩ notatur in hoc. [RE- Ea gl. int. GES terræ] id est Herodes [ET principes] id est Ex Augu Pilatus. Ponitur plurale pro singulari, per sy- stino 3. cõ necdochen. Vel ita, Reges terræ, scilicet Hero- sensu Endes prior, qui infantes occidit: & posterior He- angelistarodes, eiusdẽ filius, qui Pilato consensit in mor- rum capite Christi. Astiterũt [ET principes] scilicet sa- te 16. cerdotum, videlicet Anna & Caiphas [CON- Ex Cass. VENERVNT IN VNVM] id est in vnã pra- Ea Rem. uam voluntatem. Stulta præsumptio, reges ter- Ea Cass. ræ, contra regem cœli conuenerũt. quod apetit dicẽs, [ADVERSVS dominum] id est, patrem. Qui enim contradicit filio, & patri cõtradicit, ideo aduersus dominum [ET] id est quia [ADVERSVS Christum eius] id est me, secundum hoc quod Christus loquitur.

3 Dirumpamus vincula eorũ, & proiiciamus à nobis iugum ipsorũ.

4 Qui habitat in cælis irridebit eos, & dominus subsannabit eos.

DIRVMPAMVS vincula] q. d. ipsi ita, sed ô mei, dicit Christ°, ne cõsentiatis in morte mea. Ea gl. int. & hoc est, dirumpamus vincula eorum. i. blandicias & minas. [ET proiiciamus à nobis iugum Ea Rem. ipsorum.] ne dominentur nobis. Ea gl. int. [QVI habitat in cœlis] Sic continua, secũdum hanc sententiam, Dirumpamus, dicit Christus, quia qui habitat in cælis. ¶ Aliter ab illo loco, Dirũp. vincula. Licet enĩ hoc possit dici in persona Christi, vt legimus: aptius tamẽ illis con- Ea Augu. ueniunt hæc verba qui nolunt iugum Christi Remig. & sibi imponi, id est persecutoribus Christi. quasi Cassiod. dicat Christ°, vel propheta, Cõuenerũt in vnũ reges & principes dicentes, [DIRVMPAMVS vincula eorum] id est rationes eorum. i. Dei & Ex Alcui Christi, vel Christi & eius discipulorũ, quibus nos sibi astringere volũt [ET proiiciamus à no bis iugũ ipsorum] id est legem. Ipsi ita, sed cer- Ex Rem. te [QVI habitat] id est dominus [IN cælis] scilicet spiritalibus .i. in sanctis animab°, & angelis Ex Augu. [IRRIDEBIT eos] quasi buccis, vt factũ est, & Alcui. quando positis custodibus surrexit [ET dominus subsannabit eos] q. d. naso. vt factum est, quando per mũdum dispersi sunt. Irrisio enim Ea Hier. fit bucca: subsannatio verò, rugato naso, atque contracto exprimitur, quæ tamẽ de deo certè minimè nullatenus sunt existimãda. sed est ἀνθρωποπαθὲς. Aliter, Irrisio dei est vis præscietiæ, Ex Aug. quam dat sanctis: vt videntes nomẽ Christi futurum in omnibus gentibus, & dominationem peruagaturam in posteros, illos inania meditatos intelligant. Et accepit pro eodem, Irridebit & subsannabit, &c. Qui habitat in celis, hoc nõ mutatur. Irridebit eos, id est dabit sanctis suis intelligere eos esse irridẽdos, & inania meditatos. Et dominus subsannabit eos. Repetitio est.

5 Tũc loquetur ad eos in ira suã: & in furore suo conturbabit eos.

TVNC] id est præterea: & tũc, scilicet quando irridebit [LOQVETVR ad eos in ira sua.] ἀνθρωποπαθὲς est hic, id est humana propas-

fio, quãdo quod creaturæ eſt, attribuitur crea-
Ex Aug. tori. Nam ira dei, motus eſt, qui fit in ſaucta anima, quæ nouit legem dei, cum eam videt à malo homine præteriri. Per quem motum multa vindicantur: vt fecit Moyſes, quando deſcendens de monte, & videns populũ ante vitulum ludentẽ, tranſiuit gladio accinctus à porta vſque ad portam: & Phinees, quando transfixit Iudæum & Madianitidẽ turpiter coeuntes. Et eſt, Loquetur ad eos in ira ſua. i. increpabit, & vindicabit in eos, per ſanctos qui mouebuntur pro peccatis eorum. Poſtea planius aperit di-
Ex Aug. cẽs, [ET in furore ſuo conturbabit eos] Et ira dei & furor eſt obſcuratio mentis tranſgreſſorum legis. Et eſt, Tunc loquetur ad eos. i. excæcabit eos. Vel ita, vt partim de præſenti, partim de futuro legatur verſus iſte, ſic, Tũc, id eſt
Ex gl. int. quando irridebit, Loquetur ad eos, per prophetas, & per ſcripturã ſanctam. & hoc, In ira ſua, id eſt in cõminatione pœnæ: & in futuro, Cõturbabit eos, corpore & anima. In furore ſuo, id eſt, in æterna pœna. Vel totũ de futuro legitur ab illo loco, Qui habitat, hoc modo, Qui
Ex Remi. habitat in cælis, hoc nõ mutatur. Irridebit eos, id eſt irriſione dignos reddet eos ĩ futuro. Poſt ea idem repetit, Et dominus ſubſannabit eos. Tunc. i. in futuro, Loquetur ad eos, qui modo tacere videtur dum tolerat. In ira ſua, & in fu-
Ex Aug. rore ſuo conturbabit eos. Ira dei & furor, non eſt perturbatio, quæ ab eo penitus relegata eſt: ſed vis, id eſt virtus eius, qua iuſte vindicat. & eſt, in virtute ſua puniet eos.

6 Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Syon mõtem ſanctum eius, prædicans præceptum eius.

EGO autem] Hic eſt ſecunda particio, vbi
Ex Caſſ. inducit verba Chriſti lĩgentis de omnipoten-
Ex Alcui. ti regno, & ineffabili genitura ſua, vbi multa diſcimus de diuinitate, & humanitate Chriſti. q. d. illi ira turbabũtur: ſed [EGO] dicit Chri-
Ex Aug. ſtus. Ego cum pondere. q. d. cuius iugum & vin-
& gl. inte. cula volebãt abiicere, [CONSTITVTVS ſum rex ab eo] patre [SVPER Syon montẽ ſanctum eius,] id eſt, ſuper eccleſiam de Iudæis, quæ dicitur mons ſanctus, quia prius recipit radios fidei, vt montes prius ſuſcipiunt radios ſolis, ſecũdum illud, Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierũt domus Iſrael. [PRAEDICANS præce-
Ex Hier. ptũ eius.] i. euãgelium, vel illud ſpirituale pre-
& Caſſio. ceptum. de quo, Mãdatum nouũ do vobis,
Ex Remi. vt diligatis inuicem. Et nõ tantũ rex eſt ſuper Iudæos, ſed & ſuper gentes: de quibus probat
Ex gl. int. authoritate patris, quia dubium erat. & hoc eſt, verè etiam ſuper gentes ſum rex, quia,

7 Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.

8 Poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ.

DOMINVS] ſcilicet pater [DIXIT ad me]
Ex Alcu. id eſt, promiſit mihi. Et nota, quia perſona regnantis hic loquitur, id eſt, Chriſtus vt regnãs. vel perſona regnãtis, id eſt, patris, promiſit hoc quod dixi, id eſt, promiſit mihi pater, ecce,
[EGO dabo tibi gentes] id eſt, nãtiones mun- Ex gl. int.
di [HEREDITATEM tuã] quas ſcilicet excolas [TVAM] q. d. quę hæreditas eſt tua, ſecũ-
dum quod tu es deus. Hæreditas dicitur ab hĕ- Ex Caſſ.
ro, eo quòd in ea libera poteſtate dominetur.
[ET dabo terminos terrę.] Terminos hic ponit Ex Aug.
pro eo quod ſupra dixit gẽtes. ſed hoc planius, vt omnes gentes intelligas, non particulam terræ, ſed omnem [POSSESSIONEM] quas ſcili-
cet poſsideas ad earum vtilitatem ac ſalutẽ, & Ex Aug.
tibi bona fructificẽt. Poſſeſsionẽ dico, [TVAM] q. d. dabo tibi gentes, quas tamen vt deus me-
cum poſsides. Et vt ego dem tibi, [POSTVLA Ex gl. int.
à me] id eſt obedi patiẽdo, moriẽdo, vt ſic poſ-
ſis poſtulare. Hoc enim quod dicit, Poſtula, ad Ex Aug.
ſuſceptionem hominis, id eſt, humanæ naturæ pertinet, quæ pro ſalute hominum facta eſt, ſecundum quam interpellat pro nobis, quod eſt poſtulare. Ideo autem dabo tibi gentes, hæredi
tatẽ, potius quàm alicui obediẽti, quia [TV es Ex Alcui.
filius meus] per naturam conſubſtantialis, ineffabili genitura. & verè, quia [EGO] coæter-
nus tibi [HODIE] id eſt, æternaliter, [GENVI Ex gl. int.
te.] i. non eſt noua, ſed ab æterno facta genera
tio. Quod dicit, hodie genui, & ſi poſſet ad li- Ex Aug.
teram accipi de die illo quo Chriſtus ſecũdum hominem natus eſt, tamen quia hodie præſentiam ſignificat, & quod æternũ eſt, ſemper eſt, de ęterna generatione ſapiẽtię dei diuinitus accipitur. Et nota, quia in quibuſdam prædicto-
rum conuenit Chriſto cum aliis. Cõſtitutus eſt Ex Alcui.
enim rex à deo: ſic & reges terræ cõſtituti ſunt
ab eo. & prædicans ſuper Syon, ſicut Prophetę Ex Caſſ.
prædicauerunt. Ipſe eſt filius, ſic & Iſrael dicitur filius. Vnde dominus ad Pharaonem dicit per Moyſem, Dimitte primogenitum meum
Iſrael. Hodie genui te, hoc ſoli Chriſto. ¶ Ali- Ex Rem.
ter, per Syon, quę interpretatur ſpecula vel ſpeculatio, intelligitur eccleſia generalis, quæ ſpeculatur gloriã dei: & eſt mons, eminentia virtutum & firmitate. Et eſt, Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo, hoc non mutatur. Super Syon
montem ſanctum eius, id eſt, ſuper ſanctam ec- Ex Aug.
cleſiam generalem, quæ deum ſpeculatur, firma & alta in virtutibus. Prędicãs pręceptum eius, nec hoc mutatur. Bene dico, quòd ſum rex conſtitutus ab eo, quia dominus dixit ad me, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c. hæc & ſequẽtia non mutantur. Nota vero, quia dicere patris, pluribꝰ modis accipitur, pro diſponere, pro facere, pro gignere, & pro promittere: hic autem pro diſponere, vel promittere poteſt accipi.

9 Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.

REGES eos] q. d. tibi dabo gentes, & meri- Ex Caſſ.
tò, quia reges eos. i. non eris tyrannus [IN virga ferrea] id eſt, in iuſtitia inflexibili, vel in rega- Ex Augu.
li poteſtate, [ET cõfringes eos.] ad vitã [TAN- & Caſſio.
QVAM vas figuli] id eſt, ſecundum hoc quod
ſunt vas figuli, id eſt, lutum. id eſt, quicquid de- Ex Aug.

peccatore limo contraxerunt, conteres in eis.
Vel ita, vt partim in bonu, partim in malu acci
piatur: secundum illud Symeonis, Ecce hic po-
Ex Alcui. situs est in ruinam, & resurrectionem multo-
rum: vt qui iustus est, iustificetur adhuc: & qui
in sordibus est, sordescat adhuc. Et est, Reges
Ex Cass. eos, id est, bonos, In virga ferrea, hęc est regalis
potestas Christi: & cōfringes eos.s. peccatores,
permittendo eos amplius sordescere. qui sunt
tanquam vas figuli, quod & luteum est, & faci-
le frangitur.

10 Et nunc reges intelligite. erudimini qui iudicatis terram.

[ET NVNC reges] Hic est tertia parti-
Ex Cass. tio. vbi pro his patefactis, admonet omnes hu-
militer ei obedire. & suadet ab vtili, scilicet ne
pereant: & ab honesto, quia, Beati omnes qui
confidunt in eo. Et nota, quia in prima parte
Propheta loquitur secundum quandam senten
tiam: in secunda parte, Christus tantum: hic in
tertia, iterū Propheta loquitur post Christum
secundum quandam sententiam. In prima ergo
parte praecedit quasi Propheta.i. ante Christū
Ex Cass. loquitur: sicut Prophetae ante Christum pro-
phetauerūt. In hac post Christū loquitur qua-
si apostolus, id est, gerens figuram Apostolorū,
qui post Christum praedicauerunt. q.d. contri-
tum est lutum. [ET nunc] iam contrito in vo-
Ex Aug. bis luto, iam innouati & facti [REGES] id est,
iam valētes regere vos, scilicet [QVI iudicatis]
Ex Rem. id est, dāmnatis [TERRAM].i. terrena in vo-
bis [INTELLIGITE] quae dicta sunt. Et si
per vos non sufficitis, [ERVDIMINI] ab aliis.
& dicit Reges, sanctos. & loquitur Christus vel
Ex gl. int. Propheta. Aliter, & loquitur Christus, q.d. Ita
promisit mihi pater, sed ō vos facti Reges, scili
cet qui iudicatis terram. haec non mutantur à
prima sententia. Nunc, id est, per ea quae dicta
sunt, Intelligite, quanta facit filius. & si per vos
Ex Aug. non sufficitis, erudimini ab aliis. Ne autem in-
de superbiant, subditur,

11 Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore.

SERVITE domino] qui non finit pecca-
Ex Aug. re [IN timore] vt qui stat, videat ne cadat. Ne
vero misera seruitus videatur, addit, [ET exul
Ex Cass. tate ei] quia timor domini non est miseriae, sed
Ex Aug. gaudij. Sed nē iterum in temeritatē eatur, sub-
Ex Cass. ditur [CVM tremore] nē sit negligens exulta-
Ex Aug. tio. Aliter totum, & loquitur Christus ad reges
terrę. q.d. Cōstitutus sum rex, & nūc me cōsti-
tuto rege, vos reges qui iudicatis terrā, ad lite-
rā, ne contristemini: sed intelligite & erudimi-
ni. expedit enim vobis, vt sub illo sitis, à quo est
intellectus & eruditio: & expedit, vt temerè nō
dominemini, sed domino omnium seruiatis, &
in beatitudine exultetis. & hoc est quod seq-
tur, Seruite domino in timore, & exultate ei cū
tremore. Et,

12 Apprehendite disciplinam, nequando irascatur dominus, & pereatis de via iusta.

APPREHENDITE] etiā si fugiat [DISCI-
PLINAM] dei.s. aduersa. Apprehendite, dico, Ex gl. int.
quasi praesidium & munimentū. [NEQVAN- Ex Aug.
DO irascatur dominus,] Dubitatiue dicit, Ne-
quando. Hęc autem dubitatio nō est secūdum Ex Aug.
prophetam, sed secundum illos qui cum dubi-
tatione cogitant iram Dei. Vel, Nequāndo, di- Ex Cass.
cit propter patientiam Dei, quia in hoc saeculo
diu sustinet. [NE pereatis de via iusta].i. Chri-
sto sublati, vel de operatione bona. A quā de- Ex Aug.
ficere magna poena est, his scilicet qui dulcedi-
nem iustitiae gustauerunt.

13 Cū exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

CVM exarserit] q.d. apprehendite ne perea-
tis, & vt beati sitis, qđ plus est. quia [CVM ex-
arserit] modo non ardēt, cum castigat vt pater: Ex Alcu.
sēd in futuro ardebit, quia nihil patientiae erit Ex Cass.
[IN breui] quia non singula horū separatim, Ex Cass.
sed simul omnia discutiet. Vel, In breui, qui cū Ex Aug.
putent lōge futurum [IRA eius] id est vindicta
iniquorum [BEATI] erunt [OMNES qui con-
fidunt in eo.] & est sensus, Cum exarserit, id est Ex Aug.
cum venerit vindicta iniquorum, nō modo nō
attinget confidentes in Deo: sed & beati erūt,
quia ad regnum peruenient.

COLLATIO.

In Psalm. 2. Quare fremuerūt. &c.

6 EGO autem constitutus sum rex ab eo, Versu 6.
super Syon montem sanctum eius,] Hebraeus,
נָסַכְתִּי מַלְכִּי עַל צִיּוֹן הַר קָדְשִׁי nasa-
cti malki al tzion har quodsi, Constitui Regē
meum, super Syon mōtem sanctum meum, aut
sanctitatis meae. At LXX & subsequenter no-
stra traductio reddidit sensum in passiua signifi
catione per tertiam personam pronominis, re-
ferēdo ad patrē, propter versum proxime prae-
cedentem, Tunc loquetur ad eos. quo senten-
tiae aptius cohaererent. Dauid enim in superio-
ribus nominauerat Deum in tertia persona,
ob id apposite intulit post punitionem malis
comminatā, Constitutus sum rex ab eo, in per-
sona filii, non obstante concilio iniquorum.
Versus etiā continuo sequens eo modo ordina
tus subnectitur, Dominus dixit ad me. quia se-
quēdo anxie lectionē Hebraicam, sermo trāsit
à persona verbi tertia in primam, & mox de
prima in tertiam, iuxta quod suggerebat impe-
tus spiritus, qui vt vult spirat, & mentē pphe-
tae tāgit. Boni autē interpretes licet eodem spi Mos boni
ritu tangātur, tamē attēperāt se proximius hu- interpre-
manae cōsuetudini, quod & spirit⁹ ipse passim tis.
facit, nōnunquam & super humanum sensum.

Hic Faber magis probat lectionē, quam in-
uenit in exemplari Caelestinorū Parisiensium:
videlicet, Ego autem vnxi Regem meū, quàm
alias quaslibet. Nam Hieronymus iuxta He-
braeum vertit, ego autem ordinaui regem meū,
Quem sequitur Pellicanus, Sanctes Pratensis,
Munsterus hebraïsmo addictissimi, cōstitui re-
gē meum. Campensis & interpretes pro Caie-

tano, præfeci regem meum: tamē Campensis in versione habet vogā. Sed Faber interim sequutus est (vt grāditer prędicat) authoritatē principis apostolorū: qui in Actis 4. cap. palam refert hunc psalmum, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterūt reges terræ, & principes conuenerunt in vnū, aduersus dominum, & aduersus Christū eius. Deinde quasi alludens ad interpretationem Fabri subdit, Conuenerūt enim vere in ciuitate ista, aduersus sanctum puerū tuum Iesum, quem vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus, &c. Quanuis autē nihil verius quàm quòd pater filium suū Iesum vnxerit spiritu sancto, oportebat tamē aduertere principē Apostolorū respicere Christi nomen, quem proxime cōmemorauerat: nec cogebat vt diceretur referri ad versum, postea in Psalmo positum, quem non produxit ipse Petrus.

Faber taxatur.

Cæterū vocula Hebraica נָסַךְ nasac teste Munstero in suis scholijs significat libare & fundere. & quia reges oleo perfundebantur quum regno præficerentur, vtitur hic propheta verbo נָסַךְ nasac, quæ ostendunt parui referre ad sensum, seu legeris vnxi, seu cōstitui, tamen non erat sibi sapiendum.

In eodē versu, [PRAEDICANS præceptū eius,] Hinc in Hebręo versus exorditur in prima psona אֲסַפְּרָה אֶל חֹק יְהוָה asaperah el hoq Adonai. Narrabo pręceptum domini. Vtraque contextio suæ personę pro varietate respondet inuiolato sensu, vt prælibatum est. De diuersa distinctione nil mirū, quum hoc passim occurrat, mox causam reddemus. Quia verò grauissima & plus quàm ardua incipiebatur materia: nempe de æterna filij generatione: non inconcinne certè debuerunt LXX illinc versum inchoare; vt caput sermonis respōdeat capiti sententiæ. Quum autem semel poneretur duntaxat nomen Dei, LXX addiderūt ad declarationem sensus, pronomē eius. Hieronymus & Pellicanus genitiuū Dei, interpretes pro Caietano, ad præceptum Messiach, Dominus &c. Sāctes simpliciter, narrabo statutum, facta diastole. deinde, Dominus dixit, &c. Et ad eūdem modum Pratensis. sed Munsterus magis audet, Narrabo velut statutum, quod Dominus dixit. & Campensis, Erudiam eum lege domini. Sic etiā apud me cogito, Tu es filius meus, &c. En ceruis quo tādem insaniæ deueniemus, nisi ad vnum scopū ecclesiastici ritus tēdamus, omnia certè erunt cōfusa & incerta. At quum in progressu non raro se offerāt aliæ & aliæ versuum sectiones, in editione Latina & Hebræa, operępretium est & hunc nodum dissoluere. & semel hoc loco dictum, puta alijs locis vbi expostulat, repetitū. Siquidem psalterium Hebraice lyrico carmine constat. ob id nō potuit Latine aut Græce pedum numerus æqualiter respondere. Quòd si mihi non credis, loquatur Hieronymus in epistola ad Paulinū to. 3, Dauid, Simonides noster, Pindarus & Alcęus, Flaccus quoque, Catullus & Serenus, Christum lyra personat. Idem in prolog. in lib. Iob, Quòd si cui incredulum videtur, metra scilicet esse apud Hebræos, & in morem nostri Flacci, Græcique Pindari & Alcæi & Sapphus, vel psalterium vel lamentationes Hieremiæ, vel omnia ferme scripturarum cantica comprehendi, legat Philonem, Iosephum, Origenem, Cæsariensem Eusebium, & eorum testimonio me verum dicere comprobabit. Rursum in caput Hierem. 50. Et Dauid in lyrico carmine canat, A domino gressus hominis dirigentur &c. Itidem in caput Hier. 25. Vnde in psalterio, male quidem iuxta textum historiæ, psalmorum requirunt ordinem, quod in lyrico carmine nō obseruatur. Iterū ad cap. Ezech. 30. Vt cætera prętermittā quæ in psalmorū ordine continentur, quęritur quomodo tertius psalmus præponatur iis psalmis: in quibus mutat faciem suam Dauid coram Abimelech, & de Doech Idumæo, & quādo inuentus est in spelunca: & quinquagesimus pœnitentię, in cuius titulo demonstratur, quòd introierit ad Bethsabee vxorem Vriæ, quū priores sint isti psalmi tertio, in quo fugere notatur à facie filii sui Abessalon. Sed in psalmis facilis est responsio, carmen esse lyricum, & in huiusmodi opere, non quæri ordinem historiæ, sed factorum carmina singulorum.

Cor sæpe versuū sectiones nō respondeant hebraicis.
Psalteriū lyricum carmen.

9 REGES eos in virga ferrea.] Cur Munsterus cōfringes, Sanctes cōteres, & Pratēsis, interpretes pro Caietano confringes, & Campensis reges & confringes? quandoquidem notius sit q̄ vt à me dicatur תְּרֹעֵם teroem apud Hebræos significare reges eos, siue, vt vertit Hieronymus, pasces eos. Siquidem pascere & apud Græcos ποιμαίνειν, est cum authoritate gubernare. Vnde dominus dixit Petro, Io. 21. Pasce oues meas. Et ad rem, Pellicanus hoc in loco, Reges eos, nobiscum. quum etiam Mūsterus & Pratensis psalmo 22. aperte transferant, Dominus pastor meus, ac Sanctes, dn̄s pascit, vbi est eadem radix verbi, quę hic יְהוָה רֹעִי adonai roi. Non negamus tamen, quin nonnunquam significet conterere. sed hic non debebant spiritum cōtradictionis habere, si tamen habuerint. Adde quod D. Ioannes apoc. 19 adducere videtur hunc versiculum iuxta nostram lectionem.

12 APPREHENDITE disciplinā.] Heb. נַשְּׁקוּ בַר nasequ bar, quod Sanctes, Munsterus, Pratensis, pro Caietano interpres, adorate filium, dicunt, Hieronymus in commētariis, adorate filium, vt in prologo nostro supra commemorauimus. In versione iuxta Hebræū adorate purè. Pellicanus, osculamini purè: Campensis, osculamini filium. Omnes sensus possūt excerpi ex hebreis voculis. נָשַׁק nascaq significat quandoque armatum esse. 1. Paralipo. 12. נֹשְׁקֵי קֶשֶׁת nosque quescheth armati arcu, siue tendentes arcum. בַר bar vero nullo Hebręorum reclamante nunc filium, nunc puritatem, nunc pabulum, nunc electum notat. Itaq; iuxta significantiam armari, in נָשַׁק nascaq, LXX sensum rectè reddiderūt, apprehēdite disciplinam, quasi armamini filio, puritate electa tā-

quam pabulo, delectemini & corroboremini in disciplina Christi. Vt enim scribit Hieronymus ad Simiam & Fretellam, Hæc est regula boni interpretis, vt idioma alterius linguæ, suæ linguæ exprimat proprietate. quod quidem & Tullium in Protagora Platonis, & in Oeconomico Xenophontis, & Demosthenis in AEschinem oratione fecisse cōuincimus, & Plautū, Terentium, Cæciliúmque eruditissimos viros in comœdiis transferendis. Neque ex eo quis latinam linguam angustissimam putet, q᷑ non possit verbum de verbo transferre, quum etiā Græci pleraque nostra per circuitus transferāt, & verba hebraica non interpretationis fide, sed linguæ suæ proprietatibus nitantur exprimere.

Interpretis boni regula.

Quō ergo totis neruis & viribus (quę concinne innuuntur per arma) debeamus disciplinæ christianæ mordicus hærere, cuius summa est in confessione & adoratione nominis Christi, osculando eius sanctimoniam, de cuius plenitudine omnes accepimus, per amoris adfectum totam amplexantes, iuxta illud Canti. 1. Osculetur me osculo oris sui, digna & exosculanda phrasi dixerunt LXX, δράξασθε παιδείας, apprehendite disciplinam. Muniriola quidē prudentes pertransimus. A nobis stat apertissimè paraphrasis Chaldæa, Recipite doctrinam.

Disciplinæ multiplex cōditio Christiano militi amplectenda.

III. PSALMI TITVLVS, Psalmus Dauid cum fugeret à facie Absalonis filii sui.

DOMINE quid multiplicati] Titulus, Psalmus Dauid cū fugeret à facie Absalonis filij sui. De historia sumpsit Esdras velamē mysteriorum. legitur enim in libro Regum quòd Absalon filius Dauid persequens patrē suum, quærebat eum occidere. cui Dauid cessit cum suis, exiēs de ciuitate Hierusalem, nudis plantis: intelligens hoc sibi cōtingere propter peccatum adulterii commissi cum Bersabee, & homicidii de Vria perpetrati, sicut Nathan propheta prædixerat ei dicēs, Nō recedet gladius de domo tua, & suscitabit dominus semen tuum contra te. Dum autem Absalon persequeretur Dauid cōuerso contra eum exercitu, Dauid terga vertit in fugam, atq; impetu muli ductus est in ramosam quercum: ramis cuius circunnectentibus collum eius, ibiq; capite intercepto pendēs, ab Ioab principe militiæ Dauid, interfect᷒ est. Quo mortuo Dauid restitutus in regnū, in pace regnauit. Huic historiæ alludit titulus, de quo tamen nō agit psalmus, sed de significato historię, id est, de passione, & resurrectione Christi. Dauid enim, Christus est: Absalon filius eius, Iudas est, quē cum aliis Apostolis filium vocat Christus in Euangelio, dicens, Non possunt filii sponsi ieiunare quandiu sponsus cū illis est. A quo Iuda Christus fugit, cum illo ad Scribas & Pharisæos discedente, cum cæteris Apostolis in montem secessit: & potius tūc ab eo fugit, cū mentem eius sapiētia dei deseruit, vt totus esset & plene diaboli. quæ desertio dicitur fuga, propter celeritatem. Vnde & dominus ei dixit, Quod facis, id est, facere moliris, fac citius, id est, facies. Et sicut Dauid pacē exhibuit filio iniquo. s. Absalō, qui præcepit populo eunti ad bellum, seruare puerum Absalon: eóq; interempto dixit, Quis mihi det vt moriar pro te fili mi Absalon? Ita Christus Iudæ proditori, vt in conuiuio, & in osculo, & in aliis: propter quod bene Absalon dicitur, quod pax patris interpretatur: aba enim pater, salē pax dicitur: inde Absalon, quasi Absalem dicitur. Et sicut Absalon, ita Iudas suspensus interiit. Quo mortuo Christus in pace regnauit, quia in gloria resurrexit. Hoc igitur intelligens Esdras, illo facto significari mysteriū passionis & resurrectionis Christi, de quibus agit psalmus, tituli verba posuit de historia, qđ idē & Dauid per spiritum sanctū tantū intelligēs, in psalmi serie verbis allusit historiæ.

Ex Aug. (left margin)

Ex Rem. (right margin)

& est sensus tituli, [PSALMVS] iste, attribuitur [DAVID]. i. Christo, qui hic loquitur. psalmus dico agens de eo quod figuratum est [CVM fugeret à facie Absalonis filii sui.] id est, de passione & resurrectione Christi, quæ in illa historia significata sunt. Et est psalmus iste primus de his qui breuiter de passione & resurrectione Christi agunt. *Ex Aug.*

Intētio prophetæ est, redarguere eos, & maxime paganos: qui non putant gloriam maiestatis posse descendere ad humilia. i. deum & hominem fieri, pati, mori. Modus talis est bipartitus est psalmus. Primo, ponit duas partes oppositas à simili præliantium, ex vna parte persequentium multitudinem: ex altera, Christum oratione armatum, & deo susceptore securum. Secundo finis rei ostenditur. i. resurrectio quę est consummatio passionis. vnde proponit non esse timendum ibi, Ego dormiui. Christus ergo ad patrem loquens, & quasi admirans cur tot habeat persequutores, cum ad saluandum venerit, dicit, *Ex Cass.*

1 DOmine quid multiplicati sunt qui tribulāt me, multi insurgunt aduersum me.

[DOMINE MVLTIPLICATI SVNT QVI TRIBVLANT me.] vt de numero discipulorum augeretur numerus persecutorum. & vt [QVID?] nimirum est, quia nil mali ab eis merui. Multiplicati dico, quia ecce [MVLTI insurgunt] deprimendo me, id est, vt deprimāt me. [ADVERSVM me,] & verè. *Ex Aug. Ex Cass. Ex Rem. Ex gl. int.*

2 Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in deo eius.

MVLTI] enim [ANIMAE meæ] insidiantes [DICVNT] in rei euidentia. i. hoc, scilicet, ostendētes verbo & opere. Et nota iteratiō MVLTI] pro magno numero persequētium. Quid dicunt? hoc, [NON est salus ipsi in deo eius] id est in eo quem sibi deum facit. hoc dicunt persecutores. Nisi enim resurrecturum desperatēt, nec Iudas traderet, nec illi occiderent. & est sen *Ex Cass. Ex gl. int. Ex Aug.*

ſus, Deus non ſaluabit eum, nec eſt filius dei.

3 Tu autē domine ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.

TV autem domine] Propoſuit multitudinem hoſtium contra ſe: hic alteram partem, ſcili
Ex Caſs. cet ſuam cōtra illos oſtendit. q. d. illi ita, ſed [TV]
ô [DOMINE] verbum filij dei æterne, dicit ho
Ex Aug. mo Chriſtus [ES ſuſceptor meus] id eſt, meæ hu
manitatis, non perſonæ quidem, ſed naturæ hu
manæ. Hominis vero, id eſt humanę naturæ ſu-
Ex gl. int. ſceptio, eſt verbum caro factum, id eſt, verbi in-
Ex Rem. carnatio. Et nota, quia loquitur de deo à ſimi-
li oratoris, & iudicis, & medici. Suſcipit enim
Ex Caſs. orator reum, vt eum defendat: Iudex vero, vt
parcat: Medicus ægrum, vt curet. [GLORIA
Ex Aug. mea] ecce procedit augendo, tu gloria mea es,
quia homo ille eſt, & deus vnus cum illo, qui
ſuſcipit .i. cum verbo quod illius humanitatē
hominis ſuſcepit. Et es [EXALTANS caput
meum.] id eſt, mentem meam, quæ tanta paſ-
ſione non deponitur. Hoc mihi merito, quia,

4 Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte ſancto ſuo.

VOCE mea] voce cordis, quæ ſonat deo:
Ex gl. int. qua Moſes tacens ore clamabat ad dominum,
quando dictum eſt ei, Quid clamas ad me de
Ex Aug. terra? Hac etiam voce clamans Suſanna, audi-
& gl. int. ta eſt. Hac, inquam, voce [CLAMAVI ad do-
minum] Clamor dicitur oratio, propter vim in-
tentionis [ET exaudiuit me de monte ſancto
ſuo] id eſt, de me, qui eram ſanctus mons, in quo
habitat: de quo Eſaias, Et erit in nouiſsimis die
bus mons domus domini in vertice montium,
& fluent ad eū omnes gentes &c. Hic eſt lapis
paruus de mōte ſine manib⁹ præciſus, qui creuit
in montē magnum, & occupauit totam faciem
Ex Aug. terræ. ſicut ait Daniel. Vel, de monte ſancto
ſuo, id eſt, de ſua iuſtitia. Iuſtū erat, enim vt inno
centem reſuſcitaret, qui pro alijs, nō pro ſe mo
ri voluit.

PARS II. 5 Ego dormiui & ſoporatus ſum, & exurrexi, quia dominus ſuſcepit me.

Ex Alcu. EGO dormiui] Hic eſt ſecunda pars huius
pſalmi, vbi oſtenditur finis rei, id eſt, paſsionis.
Ex gl. int. Vnde proponit non eſſe timendum. q. d. Exau-
Ex Alcu. diuit me. In quo? in hoc, quia [EGO exurre-
xi] à morte, & [QVIA dominus ſuſcepit me.]
in regno ſuo. vnde miſſo ſpiritu cōfirmat præ-
dicatores. Et merito, quia mortem ſponte ſuſce
pi. Et hoc eſt quod dicit, quia [EGO dormiui]
id eſt paſsioni me ſponte permiſi, [ET ſopora
tus ſum] alia litera, Et ſomnū cepi, id eſt, mors
Ex Aug. ſubſecuta eſt, vt à dormitatione tranſitur ad ſo
& gl. int. mnū. Aliter, ſecundū literæ ſeriem. q. d. ſeruiunt
illi cōtra me: ſed nō dormirem, niſi vellem. &
hoc [EGO] cum pondere pronunciandum eſt,
q. d. qui tātus ſum. [DORMIVI] .i. iniurijs fui
affectus: & ſoporatus ſum, in corde terræ ſepul
tus. & poſt exurrexi, quia dñs ſuſcepit me.

6 Non timebo milia populi circundantis me, exurge domine ſaluum me fac deus meus.

NON timebo] q. d. & ideo, quia modo ſum li
beratus [NON] amplius [TIMEBO milia po-
puli circundantis me] pendentē in cruce quan-
ta multitudo crucifixum circunſtetit, quæ poſt
reſurrectionem nihil ei nocere potuit. Et vt nō
timeam [EXVRGE domine] nec dormienti Ex Aug.
deo dicit, exurge: ſed mos eſt ſcripturæ ſacræ,
deo attribuere, quod in nobis facit ipſe. Et eſt,
Exurge domine .i. fac me reſurgere à morte.
Quod aperit ſubdens, [SALVVM me fac deus
meus.]

7 Quoniam tu percuſsiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa, dentes peccatorum contriuiſti.

QVONIAM tu percuſsiſti] hoc non retro-
pendet .i. à præcedentibus non continuatur, nec
præcedentis cauſa hic redditur. non enim pro-
pterea ſaluum facit, quia percuſsit: ſed inde cō-
triti ſunt dentes, id eſt, maledica verba in irri-
tum ducta, quia percuſsit. Et eſt, [SALVVM me
fac deus meus] & me ſaluato, [CONTRIVI-
ſti dentes peccatorū,] id eſt, maledica verba in
irritum deduxiſti: quibus mali dilacerant Chri
ſtum, & Chriſtianos. Vel, dentes ſunt principes
peccatorum, qui quoſdam de numero ſanctorū Ex gl. int.
præcidunt, & malis incorporant. Et hoc inde
eſt, quoniam percuſsiſti omnes aduerſantes mi
hi ſine cauſa: dētes peccatorū cōtriuiſti. i. omnes
hæreticos, qui ſunt intus in eccleſia nobiſcum,
corpore quidem, non mente.

8 Domini eſt ſalus, & ſuper populum tuum benedictio tua. Ex Aug.

DOMINI eſt ſalus] Conuertit verba ad ho Ex gl. int.
mines. q. d. Et quia ita eſt, vt dixi, ô homines
hoc vobis credēdum eſt, Quia domini eſt ſalus. Ex Aug.
inde pro eis fit oratio ad dominum, ad quē lo-
quitur Chriſtus ſic, & ô dñe [BENEDICTIO
tua] ſit [SVPER populum tuum] id eſt, qui
ſperat de te ſalutem, non ab alio. ¶ Aliter po
teſt legi pſalmus iſte, vt loquatur totus Chri-
ſtus hic, id eſt, eccleſia & caput eius inter pro-
cellas perſecutionum conſtituta. & ſecundum
hoc, in titulo per Dauid intelligitur eccleſia, cū
capite ſuo. Per Abſalon, perſecutores eccleſiæ. Et
eſt ſenſus tituli, pſalmus iſte attribuitur Dauid,
id eſt, eccleſiæ, agens de hoc quod fuit, cum fu-
geret Dauid à facie Abſalon filij ſui. i. à præſen
tia perſecutorū. Timēs ergo eccleſia, ait, Domi
ne multiplicati ſunt qui tribulāt me. & vt quid?
& vere, quia multi inſurgūt aduerſum me, Chri
ſtianū nomen extinguere cupiētes. Multi dicūt
animæ meæ, nō eſt ſalus ipſi in deo eius. Aliter,
perſecutores non ſperarent delere eccleſiam la-
tè pullulantem. Ipſi ita, Tu autem domine ſu-
ſceptor meus es, quia in Chriſto homine ſuſce-
pta eſt eccleſia, & cum eo exaltata. Vnde ſequi-

tur, Et tu es gloria mea, & exaltans in cælo caput meum, id est Christum, qui primus ascēdit in cœlum. Et merito, quia, Voce mea ad dominū clamaui. hoc non mutatur. Et exaudiuit me de monte sancto suo, id est, de Christo, vel de iustitia sua. Quid tibi fecit? ecce, Ego dormiui, olim in vitiorum torpore, & soporatus sum. & post exurrexi secundum illud, Exurge à mortuis qui dormis, & illuminabit te Christus. Et hoc non propter me, sed quia dominus suscepit me. Et ideo, Non timebo milia populi circūdantis me, id est, gentes quæ conantur extinguere Christianum nomen. Et vt hoc fiat, Exurge domine. s. Christe caput meum, in cuius resurrectione salus est. Vnde, Saluum me fac deus meus. Et me regnante dicit ecclesia, Percussisti confusione omnes aduersantes mihi sine causa. Et quoniā percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, ideo dētes peccatorum cōtriuisti. i. verba maledica vel principes. Et quia ita fecit dominus, ergo credite homines, quod domini est salus, & ô domine, super populum tuum benedictio tua. ¶ Potest etiam legi psalmus iste moraliter, in persona vniuscuiusq; fidelis, qui à vitiis & cupiditatibus impugnatur: & secundum hoc per Dauid accipitur quilibet fidelis: & per Absalon, vitia & concupiscentiæ carnales. Fidelis ergo vitiorum pugnam sentiens, ait, Domine quid multiplicati sunt qui tribulāt me, multi insurgunt aduersum me. Multi dicunt animæ meæ, nō est salus ipsi in deo eius. Coaceruatione namque vitiorum, surrepit desperatio sanitatis, quasi vitiis insultantibus animæ vel etiā diabolo & angelis eius per suggestiones. Tu autem domine susceptor meus es, gloria mea & exaltans caput meum. i. Christum in cælo, vel mentem meam quæ seruit legi dei. Et merito, quia Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. hoc nō mutatur. Ego dormiui & exurrexi, dominus susceptor meus. hoc nōn mutatur. Ideo non timebo milia populi circundantis me. Hic cum est populus vitiorū & demonum, Exurge domine saluum me fac deus meus. hoc nō mutatur. Quoniam tu percussisti oēs aduersantes mihi sine causa. Rectè hoc dicitur de diabolo & angelis eius in prædestinatione. i. secundum hoc quod à deo prædestinatum est de eis, & futurum. Dentes peccatorum. i. auctores vitiorum, qui conantur eum de corpore Christi præcidere, eos. s. qui et maledicunt. Domini est salus. Cauenda est superbia, & totum deo dandum. Et super populum tuum benedictio tua. i. super vnumquenque nostrum.

Ex Hier. & Aug.
Ex Alcu.
Ex Aug.
& Alcui.
Ex Aug.

COLLATIO

In Psalmum tertium, Dominē quid multiplicati.

3 Tv autē domine susceptor meus es,]Heb. מָגֵן בַּעֲדִי magen baadi. Hieronymus iuxta Hebr. clypeus circa me: Pellicanus, Sanctes, & pro Caietano interpretes, clypeus pro me: Pratensis & Campensis scutum pro me, in eandem recidunt sententiam, cum nostra lectione. Et certè radix vnde deriuatur id nominis, significat protexit. מָגֵן miggen, inde מָגֵן magen protectorem, siue susceptorem, spiritualiter refert ad quod alludit scutum seu clypeus, vt Munsterus vertit, protectio es circū me. Veruntamen longe magis respondet editio LXX, & latina mysterio incarnationis, vt clarè habes in explanatione contextus.

6 Non timebo milia populi &c,]Hebr. לֹא אִירָא מֵרִבְבוֹת lo ira meribaboth. Sanctes, Munsterus, Non timebo à decem milibus, quibus consentiunt LXX. ἀπὸ μυριάδων. Solenne est sumere milia indefinite. Vnde Hieronymus iuxta Heb. & Pellicanus verterunt simpliciter milia. Campensis, centum milia: & Pratensis, prælia, vsi paraphrasi, sed non mutatur intelligentia.

7 Percussisti omnes aduersantes mihi sine causa,]Heb. הִכִּיתָ אֶת-כָּל אֹיְבַי לֶחִי hicchita eth col oibai lehi. Pratensis, Sanctes, Munsterus, Pellicanus, interpretes pro Caietano, Campensis, verterunt in maxilla aut in maxillam. Lehi Hebreū signat percussionem cōtēptibilem, quæ etiam refertur ad blasphemias. iuxta illud Iob 16, Exprobrantes percusserunt maxillam meam. quod non negant Sanctes in suo thesauro, & Munsterus in scholiis. Idipsum vero q̃ aptè quadret Christo domino quis nō videt? quem impij Iudæi, licet per omnia innocuū, alapis & colaphis ceciderunt, blasphemiis onerantes, & in faciem eius spuentes, ceu in vilissimum homuncionem, quum tamen non esset inuentus dolus in ore eius. Hinc & seruo illi nefandissimo respondit percutienti maxillam, Quid me cædis? Quid enim peccauerat vt frustra cæderetur? Et iuuat multis partibus quod scribitur Luc. 6. & Matt. 5. Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe ei & alteram, Quod non esse intelligendū ad literam, erudite docet August lib. 1 de sermone dom. in monte. Quādo enim Apostolus 2. Cor. 11. dixit, Sustinetis enim si quis vos in faciem cędit, significat (inquit Augustinus) contemni, atque despici. aliàs enim nō impleuisset dominus quod iusserat, non præbens ministro sacerdotis alteram maxillam, quin potius redarguens. Si autem verteris (vt hebraicantes volunt) Percussisti omnes inimicos meos in maxilla, iam contradictiones & contumeliæ non referuntur ad Christum patientem, sed ad Iudæorum inimicorum Christi destructionem, vt etiam in scholio suo interpretatur Mūsterus. Ignominiosa cęde strauisti aduersarios meos. Et iuxta sensum catholicæ psalmodiæ, Iudæorū & hæreticorū multa subnectitur congrua, quasi pœna talionis respōdens ad percussiones irrogatas contumeliosè Christo. Etenim Sapient. 11. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Percusserunt maxillam Christi, contradicentes illi frustra, ergo iusta animaduersione dētes peccatorum debuerūt conteri, vt luant pœnam recto ordine culpæ debitam, iuxta alium psalmum 57. Conteret dentes eorum in ore ipsorum. Hieronymus dixit,

Percussorum Christi æqua animaduersio.

Percusisti omnium inimicorum meorum maxillam. Quod potest sonare, animaduertisti in percusioné illam, qua despicabiliter, nulla causa, me innoxium maligni ceciderunt.

IIII. PSALMI TITVLVS, In finem Psalmus Cantici Dauid.

Ex Aug. Hierony. & Alcu.

CVM inuocarẽ] titulus [IN finem psalmus cantici Dauid.] Finis duobus modis accipitur. s. pro consumptione, & pro consummatione. i. quãdo aliquid deficit, vel quando perficitur. Pro consumptione, vt cum dicitur, finita est candela, vel finita est expensa. Pro consummatione, vt cum dicitur, finita est domus, finitus est liber. i. consummatus est. In titulis autem psalmorum pro consummatione accipitur, & significat Christum, qui est cõsummatio fidelium in præsenti, ad iustitiam: in futuro, ad coronam: Vel significat plenitudinem temporis. Vnde Apostolus, Cum venit igitur plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum de muliere, factum sub lege. Quod autem hic habetur, [PSALMVS cantici] Diligenter aduertendum est in titulis nanque psalmorum aliquando tantum ponitur psalmus, aliquando tantum canticum, interdũ vtrunque: sed diuerso modo. Quandoque enim canticum psalmi, quandoque psalmus cantici, Esdras posuit. Cuius diuersitatis ratio, secundũ literã, vt liqueat, sciendum est, quia quandoque psalmus ante arcam in tabernaculo domini solius instrumenti, quod dicebatur psalterium, sono decantabatur sine chori voce: quandoque voce humana, sine instrumento: quandoque instrumento, & chori voce. Et quãdo vtroq; cãtabatur, aliquãdo præcinebat sonus instrumẽti, & acclamabat vox chori. Aliquãdo vox chori præcinebat, & instrumentũ sequebat. Quãdo solo instrumẽto cãtabatur, dicebatur tantũ psalmus. Quia psalmus ad literam sonus est instrumenti, & modulatio. Quãndo sine instrumento sola voce cantabatur, dicebatur tantum canticum. Canticũ enim sonus est humanæ vocis. Quando instrumento præcedente, & voce sequente, dicebatur psalmi canticum, vel canticum psalmi. Quando verò chori vox præcedebat, & instrumẽtum sequebatur, dicebatur cantici psalmus, vel psalmus cantici. Quod & si secundũ literam prædicta ratione factum esse videatur, maxime tamen pro mysterii significatione, hac diuersitate in titulis vsus est Esdras: sicut Dauid in magno mysterio vsus est prędicto instrumento. Vt enim supra diximus, psalmus bonam operationem notat, Canticum lætitiam mentis habitam de ęternis indicat. Dicitur itaque Psalmus in quo tantum de bona operatione agitur. Canticum, in quo de mentis exultatione solum tractatur. Psalmi canticum, vel canticum psalmi, vbi primum de bona operatione, postea de mentis iocunditate: Cantici psalmus, vel psalmus cantici, vbi primum de mentis lætitia, postmodum de bona operatione tractatur, vt hic. primũ enim dicit se exauditum, & in tribulatione dilatatum: deinde de pœnitentia & sacrificio iustitiæ agit. Et est psalmus iste de moribus, quia ad bonos mores nos informat. Et est sensus tituli talis, [PSALMVS] iste, qui dicitur psalmus, quia monet ad bene operandum. psalmus dico [CANTICI,] quia agit de mentis lætitia, faciens mentionem de æterna iocunditate. Psalmus dico dirigẽs nos [IN finem] id est, in Christũ, qui est finis consummans in præsenti ad iustitiam, in futuro ad coronam. Vel in finem. i. in plenitudinẽ temporis, quia agit de his quæ facta sunt tempore plenitudinis. Est [DAVID] prophetæ, qui hic loquitur in sua persona, vel alicuius perfecti. Intẽtio, monet vt deserantur falsi dij, & vana sæculi, id est, temporalia.

(Marginal notes in the left column: Ex Aug. — Ex gl. Lint. — Ex Cass. — Ex Aug. & Cass. — Ex Aug. psalm. 67 & Cass. Right margin: Ex Alcu.)

Ex Cass.

Modus talis. Tripartitus est psalmus. Primo, exemplo sui increpat infideles de falsis diis, & falsis bonis. Secundo, proponens nouum hominem, veterem iubet exuere. ibi, Et scitote quoniam &c. Tertio, deposito vetere homine, nos in sacrificium deo iubęmur offerre, quia certi sumus de bonis. ibi, Sacrificate &c. Propheta ergo redarguens idololatras, & ab idololatriæ superstitione reuocans, dicit,

C Vm inuocarem exaudiuit me deus iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi.

Ex Aug.

CVM inuocarem exaudiuit me] quasi dicat, vestri dij ò idololatræ cum inuocantur nequeunt exaudire, quia non verè viuunt: sed [DEVS] scilicet dator [IVSTITIAE meæ] id est, mẽ iustificans, scilicet, à quo est iustitia mea [EXAVDIVIT me] cũ inuocarem eum, id est, intus in mente habens per gratiam, vocarem ad maiorem conferendam. Vel in secunda persona legitur secundum aliam literam, quæ est, exaudisti me: sic, ò deus iustitiæ meæ exaudisti me cum inuocarem te. & est idẽ sensus cum priori. [IN tribulatione dilatasti mihi] id est ab angustiis tristitiæ in latitudinem gaudij, deduxisti me, quod gaudium est de pura conscientia, & de spe vitæ æternæ. Vnde Apostolus, Gaudemus in tribulatione, scientes quoniam tribulatio operatur patientiam: patientia, probationem: probatio vero, spem: spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris. Hæc dilatationẽ cordis generat, angustias depellit. Hac viri sancti intus recreantur, etsi extra affligantur: qua qui carent, in visceribus angustiantur. Hæc sunt deambulatoria sacerdotum in templo Ezechielis. Vnde alibi, Deambulabam in innocentia cordis mei. Et notã mutationẽ personæ. A tertia enim persona, vbi ait, Exaudiuit, transit ad secundam, vbi ait, Dilatasti mihi. Prius enim indicauit hominibus se esse exauditum, deinde quasi iam habens in corde dominum, de quo ante loquebatur, ex dilectione ei familiariter loquitur, in quo demonstratur cordis dilatatio.

2 Miserere mei, & exaudi oratio-

nem meam.

Ex Alcu. MISERERE] quasi dicat, Misertus es de iustitia, & de dilatatione. item adhuc [MISERERE MEI] Ex Aug. contra miserias huius vitæ. ut in me cœpta perficiantur, [EXAVDI ORATIONEM meam] quæ est de petendis bonis, dicit vir iustus. Et cum ita de me sit, ô

3 Filii hominum vsquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatē & quæritis mendacium?

Ex gl.int. FILII HOMINVM] quasi dicat, qui uti ratione deberent. Vel filii hominum, scilicet, Adæ & Euæ, non dei. Adam enim homo fuit, & non filius hominis, cuius filii sunt, qui eius imaginem portāt. Vos, inquam, estis [GRAVI CORDE] id est, cor vestrum sarcina peccatorum, & pondere iniquitatis grauatum est, quo demergitur in profundum. Iniquitas enim in Zacharia propheta legitur sedere super talentum plumbi. Ideoque de Pharaone & AEgyptiis legitur, quod submersi sunt velut plumbum in aquam vehementissimam, quia ingrauatum erat cor Pharaonis & AEgyptiorum. Petrus quoque quasi aliquid plumbi habens, super aquam ambulans timuit: sed pondere non grauatus, aquis non est submersus: sed extenta ad eum dominica manu, est eductus. Dominus autem Christus ab omni peccati contagione, immunis super aquas intrepidus ambulauit, tanquam plumbeæ grauedinis nihil habens. Vnde dicit Esaias, Et ascendit Dominus super nubem leuem. Quia carnem suscepit, nobis contra incentiua vitiorum refrigerum præbentem, omnis noxiæ grauedinis liberam. Vos, inquam, filij hominum, estis [GRAVI CORDE] Ex Aug. & [VSQVE QVO?] erit istud? id ēst, saltem in aduentu filij dei, præsente veritate cesset error vester. [VT QVID DILIGITIS] quasi dicat, verè graui corde estis, quia vos diligitis, id Ex Alcu. est, voto āmplexamini, [ET QVAERITIS] cum labore [VANITATEM ET MENDA- Ex Cass. CIVM] id est, idōla, quæ vana sunt, scilicet, à vero esse aliena & mendacia, quia nō sunt deus vt dicuntur. Et vt quid hoc facitis, vel diligitis, vel quæritis vanitatem & mendacium, id est, Ex Aug. tērrena, quæ sunt vana, quia vt vmbra transeunt. omnia enim quę sub sole sunt vanitas sunt Ex Rem. & mēdacia, q̄ũia nō faciūt quod promittunt, sci- Ex Aug. licet, beatos. Et vt quid hoc facitis, scilicet, Cūr de terrenis, quæ vana sunt & transeunt, vultis esse beati? Sola veritas facit esse beatos, ex qua vera sunt omnia. Vt quid igitur temporalium rerum amore detinemini? vt quid tanquam prima, extrema sequamini?

διάψαλμα. PARS II

4 Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me cum clamauero ad eum.

ET SCITOTE] Secunda pars, vbi pōsito Ex Hier. & Aug. nouo homine, veterem iubet exuere. Et Sciēndum quód vbi nos habemus diapsalma, Hebræi habent sela, quod interpretatur semper. Et est, confirmatio & commendatio præcedentium, vel sequentium. In huiusmodi vero locis, dum psalmi ante arcam domini cantarentur, in psallendo interponebatur silentium, & fiebat quę- Ex Hier. dam verborum intercisio, quasi speciali laude aliud intelligerentur sequentia continere, quàm præcedentia. Idĕoque LXX interpretes magis attendentes sensum, & rei ordinem, Ex Aug. quàm Hæbrei verbi proprietatem, non transtulerunt sela, sed pro eo posuerunt diapsalma. Quo vocabulo significatur vocum diuisio, in psallendo, vt Psalma sit, quod psallitur: Diapsalma verò interpositum in psallendo silentium. Sicut σύμψαλμα dicitur vocum copulatio in cantando. Et certum est, vbicunque diapsalma ponitur, rei & personæ fieri narrationem: vt hic post increpationem infidelium Christum proponit, per quem deus exaudit, dicens, [SCITOTE] Et nota, &, coniunctionem in initiis solere poni in propheticis scripturis, vt dicta cum visione quæ est in corde, coniungat. Nam sæpe inuenis ita cœptum, Et dixit dominus ad illum. Et factum est verbum domini ad illum. Ita hic. Vel ita coniungi potest cum superioribus, quasi dicat, Nolite diligere vanitatem. Et scitote. Quare? Quoniam mirificauit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me cum &c. Sed diapsalma interpositum sic iungi vetat. Proprietas enim diapsalmatis non coniunctionem inferiorum & superiorum verborum exigit, sed disiunctionem. licet hoc pene nusquam seruetur. licet enim diapsalma interponatur, sequens tamen cum præcedenti litera coniungitur. Vnde & hic aliter potest continuari litera. quasi dicat, quod vana sunt scitote, [ET] ētiam [SCITOTE] Ex Cass. quid sequamini. [QVONIAM DOMINVS] pater [MIRIFICAVIT SANCTVM suum] scilicet, Christum, qui est sanctus sanctorum, id est, mirabilem eum ostendit suscitando, & Ex Aug. ad dexteram suam collocando. ad quem conuerti debetis ab amore mundi. de quò dicitur, Cum venerit sanctus sanctorum, cessabit vnctio vestra. Sicut ergo dicitur dominus dominantium, & deus deorum: ita & sanctus sanctorum, qui in se sanctus est, & alios sanctificans. Et per eum [DOMINVS EXAVDIET me] de requie æterna. [CVM CLAMAREM (VEL CVM CLAMAVERO) AD EVM.] Ex gl.int. Ita & vos exaudiet si clamaueritis. Et ideo clamate, & sic digni auditu eritis, scilicet, si clamaueritis, & feceritis quod subditur,

5 Irascimini & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus vestris: & in cubilibus vestris compungimini.

IRASCIMINI] quasi dicat, vt autem &

vos mereamini exaudiri[IRASCIMINI & no
Ex Aug. lite peccare]id eſt, ſi mōtus animi ſurgit, qui nō eſt in poteſtate noſtra,nō ei cōſentiat ratio.
Ex Caſſ. Venialis enim ira eſt,quæ non ducitur ad effe-
Ex Alcu. ctum. Et ſciēndum quod primus motus animi non eſt in noſtra poteſtate, ſed dei gratia con-
Ex Caſ. temperare poſſumus. Quōd ergo conſuetudinis eſt,permittit,id eſt, non prohibet: quod culpę eſt,ſcilicet mortale,prohibet.quaſi dicat,Iraſcimini quidem primo motu, qui eſt inuincibi-
Ex Aug. lis. & ſi iraſcimini, nolite peccare,cōſentiendo,
Ex Hier. & ad effectum ducendo.Hæc eādem Apoſto-
lib.2. aduerſus Pelagianos. lus docet dicens,Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Quib⁹ verbis innuit,vt peccatū ſit omnino vel, id eſt, etiām leuiter iraſci: iuſtitia antem eſt,iram celeri pœnitudine mitiga-
Ex Aug. re . Vel, iraſcimini,vōbiſmetipſis, de præteritis
Ex gl.int. peccatis, & vlterius nolite peccare. Vel,Iraſcimini, primis motibus , eis reſiſtendo. & nolite peccare,id eſt,ne ducatis ad effectum. Poſt iram enim,remouet etiam ſimulationē,dicēs,[QVAE
Ex Aug. DICITIS] Lābiis etiā [IN cordibus veſtris] dicite, ne ſitis de illis de quibus dicitur,Populus hic labiis me honorat,cor autem eorum longe eſt à me.[ET IN cubilibus veſtris compungimini]id eſt,in cordibus veſtris compugimini dolore pœnitentiæ, vt ſeipſam anima puniens compungat,ne in dei iudicio damnata torqueatur.Vel,in cubilibus veſtris compungimini, id eſt,quaſi quibuſdam ſtimulis adhibitis excitate vos,non pro dolore peccatorum,ſed ad videndam lucem Chriſti,ſcilicet,non pro irriguo inferiori,ſed ꝓ irriguo ſuperiori, vt inuiſibilium amorē inardeſcatis.Vel ita,Dico nolite peccare, & ſi peccaueritis,compungimini per pœnitentiam de his quæ dicitis in cordibus,id eſt,dē
Ex Caſ. & Rem. his quæ tractatis in corde veſtro ,quæ etiam nouit deus,id eſt, de conſenſu & de his quæ voluiſtis.In cubilibus veſtris,id eſt, de delectatione carnis,in qua captiua verſatur ratio, vt fera in cubili.Vel cubilia ſunt cogitationes ferociū, vt de homicidiis,vel rapinis,& huiuſmodi. Et eſt,compungimini de his quæ dicitis in cubilibus veſtris, id eſt, compungimini de atrociſsimis cogitationibus.

6 Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in domino:multi dicunt quis oſtendit nobis bona?

διάψαλμα.
PARS III.

SACRIFICATE]tertia pars. Depoſito in præcedenti parte homine veteri, hic nos in ſacrificium iubemur offerre , quia certi ſumus de
Ex Caſ. & Alcu. bonis.q.d. Compungimini, iraſcimini,& [SACRIFICATE]id eſt, ōfferte, non animalia quibus non delectatur deus. Vnde per Eſaiam, Sacrificia veſtra odiuit anima mea.ſed, [SACRIficate ſacrificia iuſtitiæ] quod eſt ſpiritus contribulatus,vt ſe puniens homo per pœnitentiā, mactet deo.Vnde alibi, Sacrificiū deo ſpiritus
Ex Aug. contribulatus. Quōd bene dicitur ſacrificium iuſtitiæ. Quid enim iuſtius quām vt ſuis quiſq; peccatis potius quām alienis iraſcatur : ſeque puniens per pœnitentiam & ſatisfactionē deo offerat ? Vel ita , Compungimini & ſacrificate ſacrificium iuſtitię,id eſt,opera iuſta facite,poſt pœnitentiam & lamentum.quod notat fortaſſis interpoſitum diapſalma, ſcilicet,vt de veteri vita tranſeatur ad nouam. vt.ſ. extincto per pœnitentiam veteri homine, ſacrificium iuſtitię ſecundū regenerationē noui hominis offeratur deo.quia ſic ſe offert ipſa anima iā abluta in altari fidei, diuino igne.i. ſpiritu ſancto ſuccēſa, vt poſt paſcha,quando torrebant ſpicas igni cū fricantes manibus , ſequatur pentecōſte,quando nouos panes de nouis meſsibus offerebant. quibus ſignificabantur opera iuſtitiæ.Dico ſa-
Ex Aug. & Caſ. crificate.[ET]ſic [SPERATE in domino] dōna æterna. Non enim hic ea recipietis.ſed quia vix aliquis eſt qui diligat interiora bona,quæ ſola diligenda ſunt: cæteris autem ad neceſsitatē vtendum,non ad gaudium perfruendū eſt,ſubiicit, [MVLTI dicunt,] q.d.Dico ſperate , ſed [MVLTI dicunt,quis oſtendit nobis bona.].ſ.
Ex Aug. futura , de quibus ipſi dubitant , & deſperant. Ideoque dicunt , Quis nouit ſi vera ſint ? aut quis venit ab inferis,vt iſta nunciaret?Ad quos reſpondet propheta, ſcilicet quod quæritur, Quis oſtendit nobis bona? oſtendit breuiter quæ bona ſint quærenda,ſubdens,

7 Signatū eſt ſuper nos lumen vultus tui domine : dediſti lætitiam in corde meo.

SIGNATVM eſt] quaſi dicat, Hoc illi dicunt, ſed tam ō domine, [LVMEN VVLTVS tui] ſcilicet lumen gratiæ tuæ, quo reformatur imago tua in nobis,qua tibi ſimiles ſumus,[EST SIGNATVM SVPER nos]id eſt,impreſſum rationi,quæ ſuperior vis animæ eſt,qua deo ſimiles ſumus.cui impreſſum eſt illud lumē, vt ſigillū ceræ.Vultus ergo dei,ratio noſtra accipitur.quia ſicut per vultū cognoſcitur aliquis,ita per ſpeculū rationis,cognoſcitur deus. & ſicut vultus cōformitate alius alij aſsimilatur, ita per rationē nos deo ſimiles ſumus.ſecundū illud, Fecit deus hominem ad imaginē & ſimilitudinem ſuam . Hæc autem ratio per peccatum hominis deformata eſt , per quod homo diſsimilis deo factus eſt : ſed per gratiam Chriſti reformata eſt, vel recuperata. Vnde Apoſtolus, Renouamini ſpiritu mentes veſtræ &c. Gratia ergo qua renouatur imago creata,hic lumen dicitur . Triplex enim eſt imago, imago ſcilicet creationis , imago recreationis , imago ſimilitudinis . Imago creationis eſt , in qua creatus eſt homo, ſcilicet ratio. Imago recreationis eſt, per quam reformatur imago creata , ſcilicet, dei gratia : quæ menti reparandæ infunditur. Imago ſimilitudinis eſt,ad quam factus eſt homo, qui factus eſt ad imaginem & ſimilitudinē non patris tantum,vel filii,ſed totius trinita-
Ex Aug. tis. Per memoriam,ſimilis patri: per intelligentiam filio:per dilectionē , ſpiritui ſancto. Vnde meminerim te, intelligam te,diligā te . Lumen ergo vultus,eſt gratia iuſtificationis, qua imago creata inſignitur. Hoc lumen eſt totum &

verum hominis bonum, quo signatur vt denarius in imagine regis. Homo enim factus est ad imaginem dei, quã peccando corrupit, sed renascendo signatur. Vnde dominus in Euangelio, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Ex Alcu. dei deo. ac si diceret, Sicut reddit Cæsari suam imaginem, sic animam deo lumine vultus eius illustratam & signatam. Vel ita, vt intrãsitiue legatur, lumen vultus tui, id est, luminosus vultus tuus, & illuminans nos .s. imago per quam cognoscetis nunc in ænigmate, in futuro prout es. Signatũ est super nos. i. impressum est animæ Ex Hier. & Cass. nostrę. Et dicit, lumen vultus rationem, quia ipsa luminosa est, & illuminat hominem. & vultus dei: quia vt prædictum est, per eã videtur deus. Vel lumen vultus, dicitur crux Christi, quæ nõbis impressa est intus & exterius. s. in fronte mẽtis, & in fronte corporis, & in signum regis nostri. Vt enim nummus imperatoris imaginem portat, ita fidelibus signa cælestis principis im- Ex Aug. primuntur. que crux est lumen verum, quia in talibus irradiat deus. Et per hoc lumen [DEDISTI lętitiam] spiritualem non foris, & in vanis, sed intus [IN corde meo] vbi habitat deus, ibi quærẽda est lætitia. intus enim sunt vera & certa bona, quæ mali non vident, temporalia sectãtes. de quibus recte subdit,

8 A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.

A FRVCTV] vel, tẽpore frumẽti, q. d. dedisti Ex Alcu. mihi lætitiam intus. sed illi qui dicunt, Quis ostendit nobis bona, [MVLTI sunt à tempore frumenti, vini, & olei] id est, à temporali frumẽto, vino, & oleo. Vel, A fructu frumenti, vini & olei: quia putãt in his esse fructum, id est cõsummatum bonum. Et addit sui, non sine significationis causa, & est referendum ad hæc tria, vt dicatur frumenti sui, vini sui, olei sui, ad differentiam notandam. Quia est aliud frumentum nõ Ex Aug. suum. s. panis dei qui descendit de cælo. Est & aliud vinum quod lætificat cor hominis. Est & oleum dei de quo dictũ est, Impinguasti in oleo Ex Rem. & Alcui. caput meum. Et nõta quod hæc tria magis humanis vsibus necessaria ponit pro potiorib9. omnibus diuitiis, quibus illi multi qui nõ quęrũt verum bonum, multiplicati sunt. Qui enim nõ vident regnum cælorũ intra se esse, in his multiplicati sunt, non quidem in veritate, sed multiplicati in distractione & ęrumna. Non enim multiplicatio semper vbertatem significat, sed plerunque ad multa distractionem, cum anima temporalibus dedita semper exardescit cupiditate, nec vacare potest, sed multiformi & ærumnosa cogitatione distracta. Simplex bonum non sinitur videre. isti ergo innumeris fantasmatibus distracti, non in simplicitate cordis quærunt simplex bonum: agentes cõtra quod pręceptum est, Seruite domino in bonitate, & simplicitate cordis quærite illum. Ista multiplicitas vehemẽter aduersa est illi simplicitati, qua simplex & verum bonum quæritur. de quo bonus exultat dicens,

9 In pace in idipsum, dormiam & requiescam.

IN PACE in idipsum] quasi dicat, dedisti mihi lætitiam vtique de hoc quod in pace Ex Cass. quæ est [IN IDIPSVM] id est, immũtabilis. Ex Aug. [DORMIAM] ab omni strepitu mundi secretus. Et hoc erit, cum mortale hoc induerit immortalitatem [ET REQVIESCAM] id est, fruar vita beata. Et hoc verè, quia iam est spes Ex Alcu. quæ non confundit. Et hoc est quod ait,

10 Quoniam tu domine singulariter in spe, constituisti me.

QVONIAM TV DOMINE] &c. Vel ita, In pace, quasi dicat, Illi laborãt multiplicari his Ex Rem. temporalibus, ëgo autem in pace mentis dor- Ex Cass. miam, hic oblitus mundi tendens in idipsum, id est, ad illud bonum, quod est id ipsum. i. quod nulla vicissitudine commutatur, sed ipsum in se manens immutabili perennitate consistit. Et requiescam in futuro. Et hoc vere erit, [QVONIAM] iam [TV DOMINE constituisti me] Vel [HABITARE fecisti me singulariter in spe.] id est, in vna spe, qua singulariter vnum & verum bonũ speratur, nõ in multiplicitate seculi. Et profecto erit quod speratur. Et bene ait singulariter. hoc enim ait contra hoc quod multiplicati sunt à tempore frumenti, vini, & olei. perit enim hęc multiplicitas, & singularitas tenetur in sanctis. de quibus dicitur, Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna in deum. Secreti enim ab omnibus rebus nascentibus & morientibus amatores æternitatis & vnitatis, vni deo hærere debent.

COLLATIO

In Psalmum quartum, Cum inuocarem exaudiuit me deus iustitię.

CVM inuocarem exaudiuit me.] Heb. עֲנֵנִי aueni, Munsterus, Sanctes, Campensis, exaudi me. Hieronymus iuxta Hebr. videtur legisse auitani עֲנִיתָנִי, & Pellicanus עֲנָנִי per duplex kamet auani. Vnde argumento est codices variasse: quia transtulerũt, exaudisti me, & exaudiuit me. Quod autem Pratensis, & interpretes pro Caietano vertunt, responde mihi, gratis faciunt: quum deum nobis respondere, sit orationes exaudire. Vtrunque legeris, exaudiuit, exaudi, exaudisti, responde, nihil læditur sensus. Faber tamen mallet occini in ecclesiis, exaudisti me, in secunda persona. Sed cur? Ex græco (inquit) & translatione Romana. Si contulisset exemplaria quædam habere εἰσήκουσάς μου, quædam εἰσάκουσόν μου, non prætulisset aliam translationem nostræ vulgatæ. Eadem cæcitate laborat Cæcus Burgensis in quadam Apologia, cuius est talis titulus, Petri de Ponte Cæci Burgensis, Apologia in eos, qui pleraque diuini sacrificij vocabula & sensa perperam obstinatis suis erroribus pertinaciter

inhærent, hic volebat cum Fabro legi in secunda persona, exaudisti. quod quàm cęcutiat conuicimus. Omnia tamen quæ in ipsis iste reprehēdit, à Fabro vix apice mutato expiscatus est.

3 FILII hominū] in Heb. בְּנֵי אִישׁ bene isch, id est, filij viri. & ad eum modum traducit Hieronymus iuxta Heb. attamen in commentariis in Matth. 16, Quem dicunt homines esse filium hominis, Et nota, inquit, quod vbicunq; in veteri testamēto scriptum est filij hominum, in Hebræo quoque scriptum est filii Adam: nominatim hunc recensens locum. Quare luce clarius collegimus ætate etiam Hieronymi codices variasse. & LXX verterunt, υἱοὶ ἀνθρώπων.

VSQVEQVO GRAVI corde.] Hebr.: עַד מֶה כְבוֹדִי לִכְלִמָּה ad meh quebodi lichimmah. Quod Hieron. in versione quam sæpe citamus ad preces Sophronij ita reddit, Vsquequo inclyti mei ignominiosa diligitis &c. Pratensis, Vsquequo gloria mea opprobrio. Sāctes periphrasi vsus est, Vsquequo gloriam meā vertetis in ignominiam. Munsterus, Vsquequo gloria mea erit in ignominiā. Interpres ꝓ Caietano, Erit ignominiæ. Paraphrasis cāpensis, Sui debitis contumelia afficere. consentit Pellicanus, Vsquequo gloria mea ad ignominiā. Trāslator ad Campensem, Quousque spreta magnitudine mea. Tanta varietas & discrepantia, à lectione vulgata oritur ex æquiuocatione verbi hebræi כָּבֵד cabad, quod interdum significat, grauis fuit, quādoq; honorabilem esse. Hinc כָּבוֹד cabod gloria, & כְּבוֹדִי cebodi, gloria mea. Sed merito rogamus, vnde habeamus graui seu graues corde. βαρυκάρδιοι? Luce clarius constat LXX legisse, עַד מֶה כְּבוֹד לֵב לָמָּה ad meh cabod leb lāmah, id est, vsquequo graui corde, posita diastole. deinde secuti, vt quid &c. adeo vt qđ nūc legitur vnica dictione לִכְלִמָּה duab⁹ distinctim legebant LXX לֵב לָמָּה leb lāmah, pręsertim cum beth ב & caph כ habeant affinitatem non paruam, & facilis est lapsus, vt alterum loco alterius irrepat. Cæterum LXX iungunt lammah לָמָּה quod est pars dictionis, quum alii secus legunt iunctim liclimah, ad id quod mox sequitur illud, vt quid, facta prius disiunctiuncula in leb, id est, corde לֵב, vbi alij legerunt לִךְ lic, initium dictionis in lectione quam nobis tradunt. Hieronymus Iudæis pro Sophronio satisfaciens, vt in pręfatione explicuimus, iunxit לִכְלִמָּה liclimah ad id verbi diligitis, & adiectiue accepit כְּבוֹדִי quebodi, quando vertit, inclyti mei. quod alij dicunt, gloria mea.

4 MIRIFICAVIT.] Non possum satis mirari cur Sanctes, Munsterus, Pratensis, interpretes pro Caietano, voluerint vertere, segregauit aut separauit, quum ipsi atestentur verbum, hic positum הִפְלָה hiphla significare extra controuersiam, tum mirabilem reddere, tum segregare. ac Hieronymus dixit, mirabilem reddidit, licet ad sententiam parui referat: quasi quæ sunt mirifica, extollendo cæteris superiora facimus & segregamus. Ostendunt tamen se sponte discedere à lectione communi & recta. Sunt & pleraque id genus, quæ piget annotare ceu leuicula.

5 IRASCIMINI & nolite peccare.] Heb. Quantum ad primam particulam רִגְזוּ rigzu Pratensis, Munsterus, & interpres pro Caietano, contremiscite seu tremite: Sanctes, pauete, vt peccati nomine homines timere debeant & id repręsentat sua paraphasi Campensis, date operam sedulo ne peccetis. quod licet quàm verissimum sit, tamen non congruit hoc loco interpretationi apostolicæ. Ephe. 4. Qui hunc versiculum intelligit de ira moderanda. Quum enim præmisisset, ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε, confestim quid intelligat explicat, Sol nō occidat super iracundiam vestram. Quam intelligētiam plane tradit Hieronymus lib. 2. aduersus Pelagianos, cuius verba haud grauatim audito, Ira dei iusta est, ira autē viri de perturbata mente procedit. Vnde & in psalmo dicitur, Irascimini &c. Qui versiculus quem sensum habeat, Apostolus docet, Sol non occidat super iracundiam vestram. vt peccatum omnino sit vel leuiter irasci: iustitia autem, celeri pœnitudine mitigare. Eandem sententiam in commentariis ad Ephesios recenset. De quarto psalmo (ait) hoc vsurpatum nulli dubium est, & videtur illi esse contrarium, quod alibi dicitur, Nunc autem deponite & vos omnem iram, & indignationem & malitiam, & blasphemiam, & turpem sermonem ex ore vestro. Sed & simpliciter intellectum nocet, dum putantur iræ frena laxata. Duplex autem non solum ad nos, verumetiam apud Philosophos iræ nomen accipitur, vel cum iniuria lacessiti naturalibus stimulis concitamur, vel cum requiescente impetu & furore restincto, potest mens habere iudicium, & nihilominus super eo qui putatur lęsisse desiderat vltionem. Arbitror itaque de priori ira nunc dictum, & nobis quasi hominibus esse cōcessum, vt ad indignæ alicuius rei faciem moueamur, tranquillitatémque mentis velut leuis quædam aura conturbet, nequaquam tamē tumētis gurgitibus furoris subleuemur. Hæc sacer Hieronymus. quæ nihil aut parum respondent ad versionem istorum quæ dissidet à sensu Apostoli, & ita psalmographi. germanam intelligentiam forte aut deprauant aut distrahūt. Vnde & Hieronymus in versione iuxta Heb. scripsit, Irascimini, & non more istorum, Pauete aut contremiscite. Sic & Pellicanus, irascimini. Quanuis autem pauor cum ira possit conciliari, vt reddat intelligentiam dignam, tamē non est idem animi adfectus.

Interpretū nouorū versiones n. Paulus & Hieronymus labefactāt

Ira qualis concessa Christiano.

QVAE DICITIS IN cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini.] Hebr. אִמְרוּ בִלְבַבְכֶם עַל מִשְׁכַּבְכֶם וְדֹמּוּ imru bilbabchem al miscabchem vedommu. i. loquimini in corde vestro super cubili vestro, & silete: vt contendunt hebraïsmi candidati. Quatuor sunt quæ in nostra editione & LXX

pariunt diuersitatem. Nempe relatiuum, quæ, non positum in Hebræo: deinde indicandi modus, dicitis: tertio coniunctio copulatiua, & transposita: postremo verbum compungimini. Quod numerus hic vel ibi varietur, sensum nõ mutat, quũ sępenumero alter pro altero soleat poni in sacris. Quantum ad primum, relatiuum, quod, casu quocunq;, genere, numero apud Hebræos passim subauditur, vt liqueat exempli causa, psalm. 7. In præcepto quod mandasti, & incidit in foueam quam fecit. in Hebręo non ponitur relatiuum. De secundo quatuor literæ, aleph, men, res, vau, citra pũctorum distinctionem sic, אמרו possunt intelligi amru indicatiui modi אֲמַרְתֶּ id est, dixistis vel dicitis, pręteritum pro præsenti, sicut etiam Munsterus accepit initium psalmi secũdi, Quare fremuerunt, traducens, quare ad tumultum conueniunt gentes, vbi certum est hebraice legi per præteritum. רָגְשׁוּ rageschu. de cõiunctione transposita non esse magnopere digladiandum, quum possit respicere pro bonitate intelligentis aut præcedentia aut sequẽtia. Postremo verbum דָּמַם damam, id est, siluit, inde וְדֹמּוּ do mu, refertur ad compunctionem cordis, quæ fit in abscondito, & soli deo patet. Silentium enim cordis, est ex intimis visceribus secreto ad deum ire & conuerti, iuxta illud psalm. 37. Domine ante te desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus. Alia pete ex commentario.

7 SIGNATVM est super nos lumen vultus tui dñe.] Heb. legũt נְסָה nesah, quod magno cõ sensu vertunt leua, aut exalta super nos, à themate nasah נָסָה loco נָשָׂא per sin & aleph. i.

Silētium cordis qd

exaltaui. Apparet LXX legisse id vocabuli nominaliter pro signo, licet sensum ponderantes verterint, signatum est. Etenim citra controuersiam Hebræi affirmant נֵס nes à radice nasas נָסַס significare vexillum, quod proculdubio exaltatur, à quo nomine non incongrue desicaerunt LXX נְסָה nesah, id est, signum, & traduxerunt ἐσημειώθη, signatum est. Esa. autẽ 49. legimus אָרִים נִסִּי arim nisi. i. exaltabo signum meum. Quid ergo prohibet LXX sic vsurpasse, præsertim cum lumen illud de quo canit Psaltes descendens à patre luminum, pertineat ad dei cõgnitionem & cõtemplationem, quę quatenus hominem exaltet, nemo nouit nisi qui accipit. Adde quod radix vocabuli vnde id proficiscitur, vt probat auctoritatibus adductis in suo thesauro Sanctes, rectè significat præter alia non pauca, capere & donare, quod abunde quadrat imagini, quã naturaliter gestamus, & qua dei participes sumus.

8 A FRVCTV frumenti vini, & olei multiplicati.] Hebræi, מֵעֵת דְּגָנָם וְתִירוֹשָׁם רָבּוּ meeth deganan vetiroschan rabbu, quod potest interpretari à tempore frumenti eorum, & musti eorũ multiplicati sunt, vel vt in versione Hieron. In tempore frumentum eorũ & mustũ eorum multiplicata sunt. Pratẽsis habet quum, Sanctes & Munsterus, quo. frumentum eorũ & vinum eorum multiplicata sunt. Interpres pro Caietano non addit, quo, sicut nec in Heb. habetur. Pellicanus, magis q̃ tempore frumẽti totum & musti eorum multiplicentur. Interpretes qui dixerunt à fructu &c. emphasin sententiæ propius expresserunt. Quid nanq; est multiplicari à tempore frumenti, nisi fructu qui tempore suo colligitur, quod non male παραφραστικῶς ostendit Campensis, quod illis frumentũ & vinum, quemadmodum optauerant, abundanter prouenerit, & diuites facti sunt. Faber vult gratis particulam, olei, cõfodi, tanquam superfluã. Nec, inquit, sacer Hieronymus particulam illam reperit, quũ vetustũ Origenis hexapli psalterium reuoluisset, quod ipsius manu fuerat emendatum, neq; in Heb. neq; in cæteris editionibus, nec apud LXX reperiri. Quare in ecclesiis nihil formidini esse debet illico locum illum emendare, & cõuellere particulam illam, olei, & amodo canere, à fructu frumẽti & vini sui multiplicati sunt. ita Faber. O bone, quid grauat guttur tuum olei particula tam mollis? Certe in veteri testamento solet dominus innuere bonorũ affluentem abundantiam per hæc tria simul, frumẽtum, vinũ & oleum, vt est illud Iocl. 2. Ecce ego mittã vobis frumentũ, vinũ & oleum, & replebimini in eis. Patiaris itaq; cantum ecclesiasticum oleo lætitiæ perungi, quoniam citra oleũ nulla est melodia in ecclesia. Nec mouere debet dictũ Hieronymi, quũ nolit particulã illam cõfodi, conuelli (vt exaggerat Faber) si in ecclesia decantetur, præsertim etiam si nõ ponatur, debeat intelligi, ad significandam diuitiarum omnium opulentiam. quod quasi insinuat Pellicanus in scholiis. De spirituali consolatione tua nos longe magis gaudeamus, quàm illi seculares de messe & vindemia copiosissima. Perspicuum est autem vindemiam & ad alia transferri. Deinde Hieronymus quæstione to. ad Hedibiam prædicat nihil sibi placere, nisi quod ecclesiasticum est, & quod publice in ecclesia dicere non timet. Apparet nihilominus codices variasse, quia in Græcis nunc legimus ἐλαίου. Quod si in quibusdam aliis non fuerit, non refert, vbi intelligentia sana est, & eodem recidat. Quin si verum est quod adduximus in prologo de rabi Dauid Kimhi, qui dicit dissensiones fuisse in exemplaribus, & nonnullas dictiones fuisse adscriptas margini, non est omnino improbabile, quibusdam codicibus additam in fine illius vocabuli literulam duntaxat vnam videlicet num, vt legas תִּירוֹשְׁכֶן loco תִּירוֹשָׁם habebis vinum & oleum tiroschamen dictionem compositam. Facilè est autem aut addere aut expungere vnam literulam. Nec obstat quod sequendo lectionem illam neque coniunctio secũda haberetur, neque affixum seu pronomen, quia interpretes hoc supplent, maxime quum psalterium sit carmen lyricũ, vt probauimus in prefatione. Et in hoc versu Mũsterus & Sãctes addiderunt quo. sic primo psalmo dixit Munsterus, Non sic impii, sed mouentur ad malum, sicut palea. sed mouentur ad malum, non habetur in Heb. tamen ostendit debere subaudiri.

16 IN pace in idipsum dormiam & requiescam] Duplex potest fieri distinctio. Primò sic, In pace in idipsum:deinde, Dormiam & requiescam. Vel sic, In pace in id ipsum dormiam, & requiescam. Priorem insectatur Cęcus Burgensis in Apologia, & subsannat cantum ecclesiasticorum ad completorium & ad alias preces, qui suspendunt spiritū, in pace intdipsum: quasi deberent occinere, in pace in idipsum dormiā, facta pausa. At neutra est reiicienda, quia si perpendas quid significet in idipsum, fortasse magis probabis distinctionem priorem q̄ posteriorem. Profectò August. interpretans illum versiculū psalmi 121, Hierusalē quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum: docet idipsum esse quod mutari nō potest, & significare ipsum nomen dei, qui est, Ego sum qui sum. Cætera quæ creata sunt aliter & aliter possunt esse: qui autem creauit, aliter & aliter non potest esse: quoniam dictum est ei, Mutabis ea, & mutabuntur: tu autem idem ipse es. Igitur quum Christus sit pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & ea pax est æterna, quæ exuperat omnem sensum: & immutabilis, in qua omnes vnum sumus: nonne congruentissimè tibi videtur, quod idipsum conueniat huic paci? & iubilemus in pace in idipsum, pace. quæ est sula impertutbabilis & immortalis. Quòd si propius vocabulum in Hebræo positum inspicias, peruidebis nō positum simpliciter יחד iahad, id est, simul, sed cū pronomine vau, quod significat eum יחדיו iahadau, quod LXX interpretes dixerūt ἐπὶ τὸ αὐτό, ad innuendam summam vnitatem. Hæc potuissent silentio premi, si quidem tacuissent. Nec tamen prohibeo emendare, sicubi in pausis ant ahis manifeste aberretur, sine imperitia, sine incogitantia.

Christus pax & idipsum vocatur.

V. PSALMI TITVLVS, In finem pro ea quæ consequitur hæreditatem.

Ex Rem. VERBA mea] Titulus [IN finem pro ea quæ consequitur hæreditatem.] Titulus huius psalmi historię Genesis alludit, vbi legitur quòd Abraham duos filios habuit: vnū quidem de ancilla Agar. s. Hismaelem: alterum vero, de libera Sara, scilicet Isaac. Hismael vero maior natu persequebatur Isaac, dum ludebat cum eo. Intelligens ergo Sara ludum Hismaelis cum Isaac, persecutionem esse, dixit viro suo, Eiice ancillam & filium eius de domo. Eiecta itaque est ancilla de domo cum filio, & libera cum filio hæreditatem obtinuit. Ad hāc historiam videtur respicere titulus, cui etiam quædam verba psalmi alludunt. Verum non de historia, immo de significato agitur hoc psalmo Libera enim Sara, quæ non secundum naturam, sed per dei gratiam peperit, ecclesiam significat, quæ filios spiritales deo generat, non vt carnis, sed gratia dei. Ancilla significat synagogam, quæ pro temporalibus seruit: & totum corpus malorum, qui fœcundi, & terrenis abundantes, persequuntur ecclesiam & filios eius tormentis & illusionibus: quæ tamen consequitur hæreditatem æternam, illis exclusis. Et est sensus tituli talis, [PSALMVS] iste, dirigens nos [IN finem] id est, ad æternā hæreditatem, quæ est consummatio. Est [PRO ea] libera. i. Sara honoranda. i. agit de ecclesia honoranda, per liberam Saram significata. Qūia hic honoratur ecclesia, cui habenda hęreditas affirmatur, à qua æmula excluditur. Vnde sequitur, [QVAE consequitur hæreditatem] non sic synagoga, quæ eiicitur de domo. Ecclesia vero est, quæ hæreditatem, id est, vitam æternam, id est, ipsum deū accipit. Qui dicitur nostra hæreditas, quia ipse pascit nos & continet. & nos quoq; hęreditas dei dicimur, quòd ipse nos administrat & regit. Ex Rem. Ex Alcu. Ex Aug.

Intentio prophetæ est, certificare fideles de hæreditate habenda. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo, agit de hęreditate quam sibi petit, & asserit sibi dari, æmulam dicens excludi. Secundo, petit auxilium contra ea quæ æmula ingerit. ibi, Domine deduc. Tertio, pręmia bonorum ostendit. vt sicut terret pœna, ita alliciāt præmia. ibi, Et lætētur. Hoc modo distinguitur hic psalmus, secundum Cassiodorum. Augustinus autē, qui quinq; facit partitiones, hoc modo, Prius orat ecclesia, vt audiatur. Secundo, vt intelligat quæ impediunt eam ad videndum deū, vel vt se exauditam cognoscat. ibi, Quoniā ad te orabo. Tertio, promittit se futuram dei domum. ibi, Ego autem. Quarto, orat iuuari intus. ibi, Deduc me. Quinto, prophetat quæ pœna sit malis, quod præmium iustis. ibi, Iudica illos. Ecclesia ergo vocatę à deo, trina est oratio hic. quæ orat separari à malitia seculi, & ad deum peruenire, ita dicens, Ex Cass. Ex Aug. in fine psalmi. Ex Cass.

VERBA mea auribus percipe domine, intellige clamorem meum 1

DOMINE percipe verba oris mei] id est, psalmōdiam [AT intellige clamorem meum] id est, cordis affectum, quo ad te clamo. Quō clamabat Moses tacens: & Susanna à presbyteris accusata. Intellige, dico, [AT percipe auribus] i. præsentia tuę maiestatis. Et per hoc quod ait, Intellige, bene ostenditur quod spiritualis clamor est, non vocalis, qui intelligitur. Vnde & auris dei, non corporeum instrumentū, sed præsentia diuinæ maiestatis accipitur. Vox enim corporalis aure corporis auditur, spiritualis vero intelligitur. Ideoq; nota cōgruam verborum distinctionem, cū ait, Verba percipe, clamorem intellige. Et quia ore & corde clamo, ideo, Ex Cass. Ex Aug.

2 Intende voci orationis meæ, rex meus & deus meus.

INTENDE voci orationis meæ,] vel, exaudi orationē meam, Alia litera. Ecce iter de eodem orauit, orationem dirigēs ad sanctam trinitatem, dicēs, Tu dico qui es [REX meus] scilicet Christus [AT] tu qui es [DAVS meus] scili Ex Cass.

Ex Aug. cet pater. Rēx enim proprie dicitur filius, secūdum cōsuetudinem scripturæ. & fortaſsis ideo, quia secundū hominē vnctus est oleo spirituali. Et bene primo ponitur Rex, quia per eū itur ad patrem. Vnde subditur, Et Deus meus. Et tamen non dicit, Intendite, sed intende. Quia fides catholica non duos aut tres deos prædicat, sed ipsam trinitatem vnum deum. nō vt eadem trinitas simul poſsit aliquando pater, aliquando filius, aliquando spiritus sanctus dici, sicut Sabellius credidit: sed vt pater, nō nisi pater: & filius, non nisi filius: & spiritus sanctus, non nisi spiritus sanctus. Et hęc trinitas nō nisi vnus deus sit: quia vere vnus deus est. Vnde
Ex Aug. tracta. 36 in Ioannē Christus domin' ait, Ego & pater vnū sumus, Vtrunque audi, & aduerte, & vnum, & sumus, & à Charybdi, & à Scylla liberaberis. Quòd enim dixit vnum, liberat te ab Arrio. quòd dixit sumus, liberat te à Sabellio. Si vnum, ergo non diuersum: si sumus, ergo & pater & filius. Sumus non determinate diceret de vno, nec vnum de diuerso. Erubescāt ergo Sabelliani, qui dicunt ipsum esse patrem qui est filius, confundētes psonas: qui dicti sunt Patripaſsiani, quia dicunt patrem fuisse passum. Arriani verò dicunt aliud esse patrem, aliud filium: non vnam substantiam, sed duas: patrem maiorem, filium minorē. Noli hoc dicere tu catholice. vna enim substātia patris & filii, & vna diuinitas, vna coæternitas, perfecta æqualitas, nulla disſimilitudo. Si igitur credis alium Christū esse à patre in aliquo tamen distantem secūdum naturam, à Charybdi Sabellii enatisti: sed in Scyllæis scopulis Arrii naufragasti. In medio ergo nauiga. vtrunque periculosum latus deuita. & dic, Pater, pater est: Filius, filius. alius pater, alius fili', sed non aliud. imo hoc ipsum, quia vnus deus.

3 Quoniam ad te orabo domine: máne exaudies vocem meam.

Ex Aug. QVONIAM ad te] Secunda pars secūdum Augustinum. Hucusque est oratio ecclesiæ, vt audiatur, hic tamen intellectus eorum quę impediunt eam ad videndum dominū. Vel ad hoc vt se exauditam esse cognoscat, prius ecclesia quasi in præsenti volēs audiri, dixit, Exaudi orationem, in quo ipsa suam vocationem ostendit. sed caligans inter pcellas huius seculi, sentit, se non videre quod cupit, & tamen sperat, Scit autem quare non videat, quia adhuc est ei nox peccatorum. Dicit ergo, [QVONIAM ad te]. q. d. oraui, nec sum exaudita: nec tamen desistam, imò [AD te orabo] ò [DOMINE] non in nocte peccatorum, sed [IN máne exaudies vocem meam.] Non in nocte, quoniam peccata fecerūt: sed ea finita, videberis. Mānę est finis
Ex Alcu. tenebrarum, & initium lucis, quæ semper crescit, vt nec incipientes excludantur, qui cōsuetudine & amore peccandi discedentibus quasi tenebris & incipiūt dominum videre, & in eo
Ex Aug. paulatim proficiunt. Et quia nondum exaudita est, sed se exaudiendam dicit, cur ergo prius dixit, Exaudi, & non, exaudies? Quia forsan suprà clamauit, volēs in præsenti audiri, & ideo dixit, Exaudi. Sed quia in nocte clamauit, non est exaudita. Et quia non est exaudita, sentit quid oporteat transire, vt audiatur. Et ideo ait, Exaudies. Vel superius exaudita est, sed nō intelligit se exauditam, quia nondum videt auditorem, nisi tenuerit. Et est sensus, Oraui, nec sentio me exauditam: & adhuc, Ad te orabo domine. Et Ex Alcu. quoniā ad te orabo, [MANE,] hoc nō mutatur, [EXAVDIES vocem meam,] id est intelligam me exauditam. Et in hoc,

4 Mane aſtabo tibi, & videbo: quoniā non volens deus iniquitatem tu es.

MANE] Non ero horarius, sed [ASTABO tibi] perseueranter, & për munditiam vitæ. non Ex Aug. taceбо in terrenis, quærens in eis beatitudinem. Per hoc enim quod ait, Aſtabo, duo notat, mentis directionem ad æterna, & perseuerantiam. [ET videbo] id est sciam [QVONIAM tu es] proprie, qui stabilis manens das cuncta moueri. [DEVS] es. Et ideo [NON] es [VOLENS iniquitatem] id est scientiam, quod deum esse, Ex Alcu. & placere iniquitatem, nunquam cōueniunt. Nota singula verba. [ES] dicit, quod proprie Ex Caſs. & Alcui. conuenit deo. Item aſtabo tibi. Aſtat ille deo vt præsens, qui purus est. Et hoc, Mane. s. mox vt Ex Hier. & Aug. tenebras vitiorum deserit. Vel ita, Mane aſtabo tibi, non mutatur. Et tunc videbo, te. Nō enim videt deum qui terrenis inhęret, sed qui in mane virtutum deo aſtat. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt &c. Ideo, Mane aſtabo, vt videā te, Quoniam tu deus es non volens iniquitatē. Iniquitas. s. mendaciū, homicidium, dolus, & huiusmodi sunt nox: qua trāseunte fit mane, vt videatur deus. Et reddit hic causam, quare mane aſtabit, & videbit, Quoniam deus non vult iniquitatem. quoniā si vellet, posset ab iniquis videri sine mane. Verè nō vis iniquitatem, quia,

5 Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

MALIGNVS] Qui mālum vult proximo, Ex gl. int. & si non poſsit [NEQVE habitabit iuxta te]. s. Non sic videbit te, vt adhęreat tibi. Vnde subdit, [NEQVE permanebunt iniusti] Iniustus est qui non facit quod debet. [ANTE oculos tuos] id est ante lucem tuam, quia oculi mentis eorum prę tenebris peccatorum non sustinent lucē rectæ intelligentię. & si aliquādo vident verā lucē, nō permanent, quoniā ea amant quæ à verò auertunt. Sed si hæc nox transit, fit eis mane, vt videant, & inhęreāt veritati. ¶ Vel ita, Mane, Mane dicit, quando incipiet ęternitas. Et est, Orabò ad tē domine: & quoniā ad te orabo, hoc nō mutatur. Mane, id est in initio Ex Rem. æternitatis. Exaudies vocem meam. Et in illò, Mane, ego, Aſtabò tibi, vt præsens. Et tunc plene vdebo, Quoniam tu es deus non volēs iniquitatem, id est, intelligam, quod non placent tibi iniqui. Et vere. quia tunc, Nō habitabit iuxta te malignus, sed tolletur impius, ne videat gratiam dei. Et tunc non permanebunt iniusti

ante oculos tuos,& si hic misericordiam eius ha
Ex Alcu. buerunt, qui solem suũ oriri facit super bonoa
& malos.Iniusti sunt,qui mala faciunt.Vere nõ
permanebunt.Nam,

6 Odisti omnes qui operãtur iniquitatẽ: perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Ex Rem. ODISTI omnes] id est vidẽris odisse, dum
Ex Augu. separas à te.Nõn enim odium cadit in deum,si
odire dicitur malos, quia non sinit manere in
se.Omnes dico, [QVI operãtur iniquitatem.]
Ex Hier. Non dicit qui õperati sunt, ne excludat pœnitentiam. per quam peccatores iustificãtur. sed
qui operantur iniquitatem. Et accipit iniquitatem, generaliter quodlibet à diuinis manda-
Ea gl.int. tis alienũ:quod operatur ille cui placet.Si vẽrò
displicet,etsi cadit,lãguor naturæ facit,nõ ipse
facit. Vnde Apostolus, Iam non ego operor illud,sed quod inhabitat in me peccatum.Sequitur,[ET PERDES omnes] Non solũ operantes,sed etiam eos,qui [LOQVVNTVR mẽdacium.] Quia hoc est veritati contrarium. Ve-
Ex Aug. ritas enim est de eo,quod est. Mẽndacium verò, non est substantia, vel natura, id est non est
de eo quod est naturaliter, sed de eo qnod
non est. Et merito perditur, qni declinat ab eo
qnod est ad id quod non est. Et sciendum quia
non omnino idem est, mẽtiri,& mendaciũ lo-
Ea Aug. in ench. cap.18. & de mẽdacio,ca.12. qui. Mẽntiri enim est, cõtra loqui quàm quod
animo sentit quis. Et sanè aliquãdo verum dicens,mentitur: quia contra conscientiã loquitur:aliquando falsum dicẽs, verax est,quia non
contra conscientiam loquitur. Mẽdacium verò est,falsa significatio vocis, cum intẽtione fallendi.Vt ergo mandacium sit,necesse est vt falsitas subsit,& contra cõscientiam dicatur.Hoc
autẽ quod hic ait,nõ generaliter de omni mendacio accipiendnm est:sicut nec illud,Os qnod
mentitur occidit animam.Sunt enim tria genera mendaciorum.Nam sunt mendacia quædam
pro salute, vel commodo alicuius, non malitia,
sed benignitate dicta: vt obstetrices in Exodo
fecisse leguntur, quæ dixerũt Pharaoni falsum,
pro filiis Hebrçorum seruatis.Hęc autem mendacia, non re, sed in dolo, vel indole laudantur. qui sic mentiuntur, non mẽdacinm in eis,
sed dolus,id est prudentia vel indoles laudatur:
quia qui sic solummodo mentiuntur, merebuntur aliquando ab omni mendacio liberari.

Est etiam aliud mendacii genus,quod fit ioco,quod non fallit. Scit enim ille cui dicitur,
causa ioci dici. Et hæc duo genera mendaciorum non sunt sine culpa, sed non cum magna.
Perfectis autem non conuenit mentiri, nec etiam pro temporali vita alicuius seruanda, cuius morte nõ occiditur anima sua,id est iusti tacentis,vel alterius.i.occisi.Licet autẽ eis si non
falsum dicere, verum tacere. Vt siquis non vult
hominem ad mortẽ perdere,verum taceat, sed
non falsum dicat: ne pro corpore alterius animam suam occidat. Non est enim culpa verum
aliquando tacere, vt & dominus in Euangelio
ostendit discipulis suis,dicẽs, Multa habeo vobis dicere,quæ nõ potestis portare modo.Illud
autem vbi non est duplex cor, non debet dici
mendacium. Vt verbi gratia,Si quis commẽdet
mihi gladium, & promittam reddere poscenti:
Si furens poscit, nõ debeo reddere, ne se,vel alium occidat.Ideo non hic est duplex cor,quia
cum promisi reddere, nõ cogitaui furentẽ posse repetere. Si quis ergo omnia mendacia vitare non potest, vel sola huius necessitatis habeat
mẽdacia, vt etiam ab istis, si sola remãserint,liberari mereatur,& spiritus sancti robur accipere. quo quicquid perpetiendum est, pro veritate contemnat. Tertium verò genus mendacii est, quod ex malignitate & duplicitate procedit,quod omnibus summopere cauẽdum est.

7 Virum sanguinũ & dolosum abominabitur dominus.

8 Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ intrabo in domum tuam: adorabo ad templũ sanctum tuum in timore tuo.

VIRVM sanguinum].i. hõmicidã. idem repetit quod supra dixit.ibi, Qui operantur ini- Ea Cass. & Aug.
quitatẽ[ET dolosũ]scilicet qui decipit vicinum,hoc est,quod supra dixit,Qui loquuntur
mendacium. Hos inquam [DOMINVS abominabitur,]id est.exhæredabit.Solent enim abominati dici exhæredati.Ecclesia autẽ quæ cõ-
sequitur hæreditatem,exultat in spe,dicẽs,Ego Ea Augu. in cõclusione huius psalmi
autem. Tertia pars secundum Augustinum,vbi
ecclesia se promisit futuram dei domum,& nũc
proximare in timore, ante futuram cõsummationem, quæ expellit timorem.q.d. Maligni &
iniusti non permanebũt ante oculos,[EGO autem in multitudine misericordię tuæ,]id est nõ
meis meritis,sed multa misericordia tua. [INTROIBO in domum tuam].i.cœlestẽ.vel mul- Ea Rem.
titudo misericordię dei est, multi & perfecti sancti,quos nunc parit ecclesia.Cum quibus dicit
ecclesia,Introibo in multitudine misericordiæ
tuæ, id est cum multitudine hominũ perfectorum, & beatorũ, qui tales sunt ex misericordia
tua. Introibo in domum tuã cœlestem, vt lapis Ex gl.int.
in ædificium. Hic notatur liberæ Saræ.i.ecclesiæ receptio,sicut supra ancillæ exclusio,vt dictum est,Non habitabit iuxta te malignus,&c.
In hoc introitu perfectio est, per hoc introibo:
quia [ADORABO ad templũ sanctũ tuũ] Cœ-
leste.Id est propriè templum: nõ in templo, cui Ex Aug.
operibus bonis,& orationib⁹ appropinquo. optans vt sim in eius ędificio. hoc dicitur de progressu,qui est prius quàm detur consummatio.
Adorabo dico,[IN timore tuo,] qui est magnũ
præsidium proficientibus ad salutem, sed peruenientibus foras mittitur. Non enim timent
iam amici,quibus dictum est,Iam non dicã vos
seruos, sed amicos. cum scilicet ad id perducti
fuerint,quod promissum est.

9 Domine deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Ex Aug. DOMINE deduc me] Quarta pars secundum Augustinum, vbi ecclesia proficiens inter impedimēta orat iuuari intus, ne linguis dolosis auertatur. Ex Cass. & Alcu. Secũdum Cassiodorum, est hic secunda pars, vbi ecclesia petit auxilium cõtra ea quę ęmula ingerit, vnde ipsa pcribit. q.d. Introibo, in futuro, adorabo, sed nunc contra aduersa, ô [DOMINE deduc me] id est, fac me proficere. Ex Alcu. & gl. int. Dēductio enim conuenit proficienti. Per hoc declarat se in profectione esse. i. in puectu ad perfectionem, nondum in ipsa perfectione. Ex Cass. Deduc, dico [IN iustitia tua] quā pœnitentes Ex Aug. & supplices recipis. non in iustitia hominis, id est quę homini videtur iustitia, vbi malum pro malo datur, quod videtur homini iustitia, quod deus non facit. Quia etsi punit, non suum malum infert, sed suis malis eos relinquit, in id quod elegerunt expellens eos. Homo verò cum punit, malo voto hoc agit. Et ideo ipse prior malus est, dum punire vult malum. Deinde causam supponit, quare debeat deduci. [PROPTER inimicos meos.] confundendos, vel cõuertendos. [ET dirige viam meam] qua itur ad te, [IN conspectu tuo] id est in conscientia, vbi homo aliquis non videt, sed tu solus, cui homini laudanti vel vituperanti nõ est credendum: quia non videt in cõscientia, in qua iter ad deũ dirigitur. Ideo subditur,

10 Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

Ex Hier. QVONIAM non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est.] Vel ita secundum aliam literam, vbi etiam distinguitur litera sic, Propter inimicos meos, qui insidiantur mihi, Dirige, id est ostende. Ex Rem. Viam tuā, id est præcepta tua. In conspectu tuo, vt prę oculis habeā ipsa pręcepta. Et per ea me regas, ita vt in hęresim non declinem, vel ad dexteram prosperitatis, vel ad sinistram aduersitatis: sed regia incedā via, quæ est Christ⁹, qui dicit, Ego sum via, veritas, & vita. Ex Aug. [QVONIAM nõ est in ore eorũ veritas]. s. inimicorum meorum, quorum iudicio non est credendũ. Et ideo ad cõscientiā vbi deus videt, fugiendum est. Nec mirum si veritas in ore eorum nõ est, quia, [Cor eorum vanum est]. Et ex abundantia cordis, os loquitur. Vanum est cor eorum, quia cor eorum fallitur de peccato. putans peccata quædam non esse peccata, & aliquid esse peccatum quod nõ est peccatum. Et de pœna peccati, quia promittũt sibi impunitatem. Et tãtum modo non est in ore eorũ veritas. Sed etiam,

11 Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant, iudica illos deus.

Ex Hier. & Remig. & Alcu. GVTTVR eorum est sepulchrum patens:] id est comparabile sepulchro patenti, quia fœtida promunt ad corrumpendum alios. Quibus si non proficiunt [LINguis suis] .i. malis, [DOLOSE agebāt.] Si enim aptè nõ possunt decipere, dolose agunt, sub specie veri falsa inducentes. Et nota quod ait, Agebant, quia non modo moliuntur dolos, sed efficiunt quod intendunt, cum alios seducũt. Vel ita, Guttur eorum est sepulchrũ. Pro vŏracitate, pro qua adulando mētiuntur. Et addit, [PATENS] Quia semper hiat illorum voracitas, vt sepulchrũ patens in recipiendis cadaueribus paratũ est. Vel ita, Guttur eorum est sepulchrum patens, quia mendaces blanda adulatione ad se trahunt homines, & sibi assimilādo deuorāt. Ex Aug. quibus mortuis, ipsi sunt sepulchra. Sequitur, Linguis suis dolose agebant. hoc non mutatur. [IVDICA] Quinta pars secundum Augustinum. Et est hæc prophetia, qua prędicitur quę pœna sit malis, quod præmium iustis. Non est hic optatio, sed videt quod futurum est, secũdum iustitiam dei. q.d. Et quia tales sunt, O deus iudica illos. Non optat, sed quod futurum est prædicit. Iudica, dico, sic,

12 Decidāt à cogitationibus suis: secundum multitudinem impietatatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine.

DECIDANT à cogitationibus suis] id est Ex Cass. & Augu. frūstrentur opinionibus suis. Decidit enim qui spe sua frustratur. Vel sic, [DECIDANT] id est dānentur. Et hoc, [A COGITATIONibus suis] id est teste cõscientia eorum, & accusante eos. Ita decidant. [Expelle eos] qui sibi vidētur intromissi [SECVNDVM multitudinē impietatum eorum,] id est longe, vt merentur multæ impietates eorum, pelle eos ab hęreditate æterna, quæ videndo deum possidetur. Nam secundum quantitatem & qualitatem peccatorum, expellētur plus minusve. Ideo expelle, [QVONIĀ] ô [Domine irritauerũt te,] vel amaricauerunt te, id est peccando te cibum veritatis suauem sibi amarũ fecerunt. Panis enim qui de cęlo descēdit, qui in se dulcis est, & vita ægris, ita amarus est per peccata, vt sustinere nõ possint.

13 Et lætentur omnes qui sperāt in te: in æternum exultabunt, & habitabis in eis.

Ex Cass. ET lætentur] Tertia pars est hic secundum Cassiodorum, vbi post retributiones malorum subdit præmia bonorum, vt sicut terret pœna, ita alliciant præmia. q.d. illi decidant, & cõtra Ex Hier. lætentur boni, In futuro de habita hæreditate. Ex Aug. [OMNES qui] modo [SPERANT in te] Quibus gustantibus suauis es. vnde, Gustate & videte, quoniā suauis est dominus. Dico lætētur, Ex Cass. & non dubie dico, quia [Exultabũt] in æternũ, non temporaliter. Vnde exultabũt? ecce, [ET] id est quia [HABITABIS in eis.] Hæc est æ- Ex Aug. terna exultatio eorum, cum templum dei fient iusti, & erit gaudiũ ipsorũ, ipse incolatus eorũ.

14 Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniā tu benedices iusto.

ET] tunc [QVI diligunt nomen tuum gloriabuntur in te] tanquam habētes ad fruendum

quod dsligũt, quæ est hæreditas æterna. de qua intitulatur psalmus. Ideo gloriabuntur, [QVONIAM tu benedices iusto] id est benedictionẽ æternam dabis iusto. Benedictio est, gloriari in
Ex Aug. deo, & habitari ab eo. Sẽd quia hanc præcedit vocatio, quæ est gratiæ, subdit,

15 Domine vt scuto bonæ volũtatis tuæ coronasti nos.

DOMINE vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.] .i. bona voluntas tua, qua nos vocasti, nobis est vt scutum contra inimicum, quo protegamur: & ipsa est vt victricia arma,
Ex Aug. & Cass. quibus vincitur inimicus. Nam bonã voluntas dei præcedit nostram bonam voluntatẽ, vt vocet ad pœnitentiam: & hæc sunt arma, quibus
Ex Aug. expugnatur inimicus. Hõc est scutũ cõtra eum, qui in tribulationibus & tentationibus suggerit desperationem. Et est sensus, bona voluntas tua qua vocas, protegit nos, & vincere facit. &
Ex Cass. accipitur totum de præsenti. Vel ità, Vno verbo indicat beneficia dei. s. præsentis & futuri tẽporis, cum ait, [SCVTO bonæ voluntatis tuæ coronasti nos, &c.] Et accipitur partim de pręsenti, partim de futuro. Scutum enim quòd à rotunditate dicitur, & est rotundum in patria Dauid, duo facit, quia corp[9] munit, caput coronat. Ita gratuita dei volunta', qui nos vocat, est defensio hic contra omnia, & in futuro corona. vt clypeus capiti aptatus, corona est, cordi defensio. Et, Domine coronasti nos vt scuto bonæ voluntatis tuæ, id est bona voluntas tua, in pręsenti, nobis est vt scutũ, ĩ futuro, vt corona.

COLLATIO

In Psalmum quintum, Verba mea.

DIRIGE in conspectu tuo viã meam.] In Heb. cõuersus est sermo הַיְשַׁר לְפָנַי דַּרְכֶּךָ hanesc:har lephanai darchecha, Dirige in conspectu meo viam tuã. Hieronymus ad Simiam & Frete'lã, & lib 3. aduersus Pelagianos attestatur variasse exemplaria, & eodem recidere sententiã. Ait enim, Salomon loquitur, Esto cõfidens in dominum in toto corde tuo. In tua autẽ sapientia, ne exalteris, in omnibus viis tuis cognosce eum, vt rectas faciat vias tuas. Intellige quid loquitur, Nec in sapiẽtia nostra, nec in vllis virtutibus confidẽdum: sed in solo domino, à quo gressus hominis diriguntur. Deniq; pręcipitur, vt ostẽdamus ei vias nostras, & nostras esse faciamus, quę non labore proprio, sed eius adiutorio atq; clementia rectę fiunt. Vnde scriptum est, Rectam fac in conspectu meo viam tuam. Siue vt alia exemplaria habent, Rectã fac in conspectu tuo viam meam, vt quod tibi re-
Via dei, nostra dicitur. ctum est, etiam mihi rectum videatur. Ita Hieronym[9], Profecto via dei, est via nostra. Est via dei quam præcipit & ostendit. Est via nostra, quia ad eum tendimus. Vnde psalmo 118, Seruaui mãdata tua & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in cõspectu tuo. In hoc psalmo & cæteris oĩbus, ponunt neoterici interpretes alia vocabula à vulgatis, sed quũ nõ lędatur sententia, nolo his leuiculis torqueri lectorẽ, quanquã debuissent meo iudicio cõmuni editioni deferre, si tamen eo animo relinquunt vt damnent, quod nõ facilè credimus de omnibus. monet tamẽ decimus versus, in quo habemus, Cor eorũ vanum est, Heb. קִרְבָּם הַוּוֹת quirbam hauoth. Intimum eorum prauitates. Et quanquam non dissideat sensus, tamen Hieronymus asserit melius haberi in Hebræo קִרְבָּם quirbam. Non dicit Hieronymus quod melius transferatur intimum quàm cor, sed quod melius sonat in Hebræo. Nam statim subdit in cõmentariolo huius loci, Vere enim insidiatur cor hęreticorum omnibus quos decipit. Deinde reddita est ratio supra, cur non semper eædem sectiones & membra versuum occurrant, ob id de huiusmodi minus anxie digladiari, hominis esset ociosi.

12 IRRITAVERVNT te domine.] Nihil miraberis quod domine non sit in Hebræo, sed apud LXX. & nos, vt maiorem energiam faciat, ad declarandam rebellionis superbiã, quãdo serui mali irritãt tam bonum dominum. Siquidem & isti permittunt sibi liberius similia, & dissimilia. Verbi gratia, Iob 15, vbi habet nostra lectio, Cucurrit aduersus eum extento collo &c. Sanctes vertit, Deus curret aduersus eum, vt percutiat eũ in collo. Munsterus, Idcirco festinabit manus dei contra eum, vt comprehendat eum in collo. Cernis sententiam esse conuersam, propterea quòd addiderunt deum, aut dei manum, quod non legebatur in eo loco. Ac oportet lectorem huius rei meminisse, ne cogamur sæpius eandem cantilenam cãtare, vbi cõsilia se offerunt.

15 VT scuto bonæ voluntatis tuæ.] Pratensis, vt scuto dilectione. Hieronymus, Scuto placabilitatis. Vocabulum Heb. רָצוֹן zatzon est pius mentis adfectus, seu vt ait Pellicanus, beneuolẽtia. vnus vertit in genitiuo, alius in ablatiuo. Quandoquidem Hebræi non habent huiusmodi casuum varietates, habent tamen statum regiminis, vt appareat lectam esse priorem dictionem כַּצִּנָּה catzmath.

CORONASTI nos.] תַּעְטְרֶנּוּ taatrennu id est coronabis eum, haud dubie legerunt interpretes sine puncto in ventre literæ, Num, quem punctum vocitant Hebræi Dagges. Qui si inseratur in ventre literæ sic, נּ significat eũ, vbi sine ipso significat nos. Adiuuat quod dicit Faber inueniri in nõnullis codicibus Hebræis, nos. ad sententiam perparui refert, coronasti eum iustũ aut nos, nisi referatur ad Christum coronatum. De diuersitate temporis non est certandum. Est enim familiarissimum Hebręis tempus pro tempore accipere, præsertim in prophetis.

VI. PSALMI TITVLVS, In finem psalmus Dauid pro octaua.

Ex Aug. DOMINE ne in furore] Titulus [IN finē psalmus Dauid pro octaua.] Octauā dicunt aliqui, aduentum domini ad iudicium: quia venturus est dominus ad iudicandum viuos & mortuos, post septem milia annorum, vt aiunt. sed nulli hoc tempus notum est, vt dominus dicit in Euāgelio, De die autem illa & hora nemo scit, neque angelus, neque filius, nisi solus pater. Et apostol⁹ ait, Dies autem Domini tāquam fur, ita in nocte veniet. Filius autem dicitur nescire, nō quod apud se ipse nō nouerit, sed quia nescire faciat eos quibus non expedit hoc scire. Vnde quorundā nimiū videtur temeraria præsumptio, qui annis cōputatis certissimum sperant post septem milia annorum diem domini futurū. Potius ergo octauus dies dicitur, dies iudicii, quia omnia tempora septem dierum repetitione voluuntur, post quæ erit ille dies qui nullam habet varietatem. Vel ideo dies iudicii dicitur octauus, quia post duas vitas futurus est, scilicet carnalem & spiritualem. Duæ enim vitæ sunt, quæ in præsenti agūtur. Vna est in delectatione carnis, quæ pertinet ad corpus: quod est exterior & vetus homo: cui datum est vetus testamentum, scilicet viuenti secundum corpus, in qua vita regnauit mors. Altera verò vita, pertinet ad animū, qui est nouus homo, regeneratus per Christū. Ad corpus autem pertinet quaternarius, quia constat ex quatuor elementis, & quatuor qualitatibus afficitur, scilicet sicca, humida, calida, frigida, & quatuor temporib⁹ anni administratur, vere, æstate, autumno, hyeme: ad animam verò pertinet ternarius propter triplicē vim animę, quę est rationalis, irascibilis, cōcupiscibilis. Peracta ergo vtraque vita, quasi septenario numero trāsacto, veniet octauus dies iudicii, vbi cuique pro meritis reddetur. Vnde timēs ecclesia, & pœnitēs hic orat. Et est sensus, [PSALMVS] iste, qui dicitur psalmus eo quod monet ad bene agendum, dirigens nos, [IN finem], id est in Christū, qui est consummatio fidelium, in pręsenti ad iustitiam, in futuro ad coronam. attribuitur [DAVID] id est pœnitenti, qui hic loquitur, pœnitēs & timēs de peccatis suis. Psalmus dico, cōpositus, [PRO octaua] .i. prò metu iudicii.

Ex Cass. & Alcui. Octaua est aduentus domini, in quo peccator timet argui, & ideo pœnitet. Et est iste psalmus primus omnium pœnitentialium psalmorum, qui sunt septem. Ideo vt ostendatur per septiformem spiritū posse deleri quicquid in septenario huius vitæ committitur, & quia septem sunt præcipue modi remissionis, quibus peccata delentur. s. baptismus, eleemosyna, martyriū, cōuersio fratris errantis, remittere in se peccāti, fletus & satisfactio pro peccatis, cōmunicatio corporis & sanguinis domini: horum pœnitentialium psalmorū talis est forma. quia à lachrymis, & amaritudine pœnitudinis incipiunt, & in certitudinē veniæ terminātur, sicut hic patet. Cōcessio quoque deprecatiua est hic, vbi peccatum conceditur, & venia postulatur. quę licet apud iudices seculares locum non habeat, apud deum tamen multum valet, cui placet peccati confessio, & damnatio.

Intētio. Monet ad pœnitentiā. Modus. Quatuor sunt partitiones. Primo, est exordium in quo captat à persona iudicis, per eius potestatē: & à sua persona, per infirmitatem suam. Item à persona iudicis per consuetudinē parcēdi, quia non vult à mortuis, sed à viuis rogari. Secundo, exponit ærumnas pœnitentis. Ibi, Laboraui. Tertio, ostendit se correctū, vt separetur à malis. ibi, Discedite à me &c. Quarto, pro inimicis cōuertendis orat. ibi, Erubescāt &c. In persona ergo pœnitētis, in iudicio puniri metuētis orat dicens, ô

DOMINE ne in furore 1
tuo arguas me: neq; in ira
tua corripias me.

Ex Augu. DOMINE ne arguas me in furore tuo] Furor idem est ex Græco, quod ira, vnde & hic varie dicitur. Nā in aliis codicibus prius inuenitur furor, pòst ira. In aliis ecōuerso, prius ira, deinde furor. In aliis ꝓ furore, indignatio ponitur siue bilis, alia litera. Est autem ira & furor motus animi, prouocans ad pœnam inferendam, qui tamen motus in deum nō cadit. De quo scriptū est, Tu autem domine virtutum cum trāquillitate iudicas. Quod autem tranquillum est, perturbatum non est. Non ergo in deum iudicē cadit perturbatio: sed furor eius idem accipitur quod ira, scilicet iudicium quo malis quasi irat⁹ videbitur, & velut furibūdus. Argui autem & corripi diuersa sunt. Nam argui grauius est quàm accusari, vnde dānatio timetur. Corripi verò mitius est, id est emendari vel erudiri. Arguentur ergo in iudicio .i. dānabūtur qui sine fidei fundamēto sunt. Emendabuntur verò, id est purgabūtur, qui super fundamentum illud, Ligna fœnum, stipulam ædificauerūt. Iste ergo nolens esse inter eos, qui arguentur, vel corripientur, sciens horrendū esse incidere in manus Dei viuentis, orans dicit, ô

Ex Alcu. & gl. inte. [DOMINE] qui potens es, hic seca, hic vre me: sed [IN furore tuo] vel indignatione tua. i. in futuro iudicio, vbi malos damnabis [NE arguas me] id est quasi damnandum conuincas. [NEQVE] etiam [CORRIPIAS] quod minus est, [ME] quasi castigandum [IN ira tua] id est in iudicio. q. d. hic sana me, ne ibi op⁹ sit.

Ex Aug. Vbi enim est sanitas, nec mors metuenda est, nec vrentis aut secantis medici manus. vnde subiecit,

2 Miserere mei domine, quoniā
infirm⁹ sum: sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.
3 Et anima mea turbata est valde, sed tu domine vsquequo.

Ex Rem. MISERERE]. q. d. Ne arguas, sed potius ô [DOMINE miserere] in hac vita [MEI] miseri.

Ex Hier. & Rem. Et òpus est [QVONIAM infirmus sum] natura

Ex Caſs. & vitio, adeo qũia iuſtitiam ſuſtinere nequeo.
& nõ parum ſum infirmus,ſed vſq; ad oſſa per-
uenit infirmitas, id eſt ad robur animæ. & hoc
Ex Aug. valde. Et hoc eſt quod ait, Vẽrè ſum infirmus
[QVONIAM CONTurbata ſunt oſſa mea.]
id eſt fortitudo animæ. Deinde ſequitur expo-
ſitio oſsium cum ait,
ET anima mea]Ecce oſſa[TVRBATA eſt]
& hoc[VALDE] Et quia ita morbum detego
Ex Hier. tibi[SANA me ô domine]quaſi dicat, Curã me
vt ſapiens medicus , quia ego ægrotus ſum, tu
medicus: ego habeo infirmitatẽ, tu ſanitatem:
ego ſom infirmus pro peccato,tu ſana per miſe-
ricordiam. oro vt ſanes [ET TV domine] dif-
fers,ſed[VSQVEQVO?] Innũit iſte ſe diũ lu-
Ex Aug. ctari cum vitiis.Non eſt autem crudelitas dila-
tio dei:ſed ideo differt , vt perſuadeat animę in
quæ mala ſe præcipitauit . Et ideo etiam, quia
nondũ hic tam perfectè orat,vt dicatur ei, Ad-
huc te loquente, dicam, Ecce adſum . Et etiam
ideo, vt ex difficultate ſanationis , inde magis
caueat ſibi. Quod enim facile ſanatur,non mul
tum cauetur. Ex difficultate autem ſanationis,
fit diligentior cuſtodia receptæ ſanitatis . Et
ideo, vt oſtendatur quę pœna ſit non conuer-
ſis,ſi tanta difficultas eſt conuerſis. Vnde alibi,
Si iuſtus vix ſaluabitur,impius vbi parebit? Vel
ita poteſt legi , Miſerere mei domine . Hoc non
mutatur. Et neceſſe eſt,Quoniã infirmus ſum.
Ex Alcu. Rẽatu infirmatur anima. A quo reatu,Sana me
domine. Et debes, Quoniam oſſa mea cõtur-
Ex Rem. bata ſunt, id eſt mẽns mea conturbatur ad pœ-
nitentiam.Et anima mea,id eſt etiam ſenſuali-
tas,Turbata eſt valde,ad pœnitẽtiã. Ergo, Vſ-
Ex Alcui. quequo? ô Domine,tu differs?q.d. Quid reſtat
quin ſanes?nihil.Et ideo tu qui pius es,ne diffe
ras:ſed potius,ô,

4 Conuertere domine & eripe animã meam : ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

Ex Aug. CONVERTERE DOMINE]ad me,qui
auerſus eras, vt ego conuertar ad te: iuxta illud,
Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos,
dicit dominus.Sed quia perfectę noſtræ cõuer-
ſioni ſemper eſt paratus deus,ſicut propheta di
cit, Tanquam diluculum paratum inueniemus
illum. quẽ vt admitteremus nõ fecit eius abſen-
tia,qui vbique eſt,ſed noſtra fecit auerſio.Me-
lius autẽ videtur dici, Cõuertere domine,id eſt
fac me perfectè cõuerti. in quo ſentit laborem.
Durum enim eſt,& laborioſum ad ſerenitatem
& tranquillitatem diuinæ lucis,à terrenarũ cu-
piditatum caligine retorqueri. Vnde poſtquam
dixit, Cõuertere,addit, [ET eripe animã meã]
peccatis ligatam , quaſi in conuerſione , multis
impeditam hoſtibus,& oppreſſam: tãquam in-
hęrẽtem perplexitatibus huius ſeculi, & ſpinas
quaſdam dilacerantium deſideriorum in ipſa
conuerſione patientem. [ET SALVVM me
fac] id eſt fac me incolumẽ proficere in bono,
dando virtutes . Et hoc, [PROPTER miſeri-
cordiam tuam]non meritis meis, quia iuſta da-
mnatio debetur peccanti, & datum pręceptum
prætereunti. Vel ita, Cõuertere domine à vin-
dicta . Et eripe animam meam, ab imminente Ex Caſs.
morte. Saluum me fac propter miſericordiam
tuam.hoc non mutatur,ſequitur,

5 Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui : in inferno autẽ quis confitebitur tibi?

QVONIAM non eſt] .q.d. ideo hic feſtino Ex Caſs.
dimitti,quia poſt mortẽ vel in inferno non ac-
cipitur confeſsio. Et hoc eſt, Qm̃ nõ eſt in mor
te qui memor ſit tui,ad veniã,ſcilicet [IN mor
te] .i.poſt quam mortuus eſt . Intelligit enim Ex Aug.
nunc eſſe tempus conuerſionis;quia cũ hæc vi-
ta tranſierit,non reſtat niſi retributio . Non eſt
[QVI MEMOR ſit tui]in morte [IN inferno
autem quis confitebitur tibi?] Nullus confite- Ex Caſs.
bitur ad veniãm,ſcilicet, vel poſt iudiciũ. Non &Augu.
eſt ergo contra hoc, quod in inferno confeſſus
eſt diues ille Euangelicus , qui Lazarũ vidit in
requie: etſi de profundo,cuius lazari compara-
tione coactus eſt confiteri mala ſua , vſque a-
deo vt etiã fratres roget ab his præmoneri. Sed
poſt iudicium in profundiorib⁹ tenebris erunt
impii, vbi nullam dei lucem videbunt , cui ali-
quid cõfiteantur . Vel mortem dicit peccatum
quod contempta diuina lege committitur : vt
aculeum mortis mortem appellamus , eo quod
mortem generet . Aculeus enim mortis pecca-
tum eſt,in quo immemor eſt dei, qui præcepta
eius contemnit. Infernum autẽ dicit cęcitatem
animi quam incurrit quis cum deſperat. Cęci-
tas enim deſperationis,peccantẽ,id eſt morien
tem excipit & inuoluit , vt detur in reprobum
ſenſum. Litera ſic cõtinuatur, Ideo ita gemo
pro peccato & doleo, Quoniã non eſt qui me-
mor ſit tui in inferno,id eſt in peccato, quo lex
diuina contemnitur . In inferno autẽ.i.in cæci-
tate deſperationis,quæ mortuũ inuoluit. Quis
confitebitur tibi?nullus.

6 Laboraui in gemitu meo,lauabo per ſingulas noctes lectum meum : lachrymis meis ſtratũ meum rigabo. PARS II.

LABORAVI]Secunda pars,vbi narrat æ- Ex Caſs.
rumnas,quibus pœnitens atteritur,quaſi dicat & Alcu.
nũllus eſt memor tui in morte , vel in inferno: Ex Aug.
ſed vt inde liberer,ego, Laboraui, ſatiſfaciẽdo. Ex gl.int.
[IN gemitu meo.]id eſt cõrdis. Gemit iſte, dum ExCaſs.
videt quid egit, & quę pœna ſit futura. Et quaſi & Alcu.
parũ profuerit, addit. Et poſt, [LAVABO per Ex Aug.
ſingulas noctes lectũ meũ] ad literã, per noctes Ex Hier.
in lecto plorabo pro peccatis . Quod idem re- & Caſs.
petit alijs verbis, [LACHRYMIS meis ſtratum
meũ rigabo.] Idem accipitur hic ſtratus quod
ſupra lectus. q.d. veſtẽ ſuperpoſitã lecto rigabo
lachrymis meis.i.multũ lachrymabor. Vel lectũ ExRem.
võcat conſcientiam, quæ quibuſdam eſt quies, & Alcu.
quibuſdam tormentum. Ibi enim mundi corde
quieſcunt. Ibi male cordati cruciãtur. Stratum
dicit ſenſualitatẽ. Et eſt ſenſus, [LAVABO le-
ctũ meum]id eſt mundabo conſcientiã meam.
Per ſingulas noctes , id eſt pẽr ſingula peccata. Ex Rem.

Ex Rem. & Alcu. Et lachrymis meis .i.ámaritudine pœnitentiæ, Stratum meum.i.sensualitatem Rigabo.i.fertilem faciam,quæ prius erat arida à bonis operibus. Ex Aug. & Cass. Vel, Lectus est võluptas corporis & delectatio seculi,in qua æger anim⁹ quiescit:in qua homo resoluitur. Stratus est,cumulus peccatorum, vt vestium;quo resoluto per imbrẽ lachrymarum, noua messis virtutum succrescit. Et est sensus, Lauabo, id est lachrymis pœnitẽtiæ delebo, Ex Aug. & Rem. Lectum meum, id est võluptatem corporis & delectationẽ sęculi, quam lauat ille qui se ab ea conatur extrahere. Et hoc faciam, Per singulas noctes, id est per singula peccata ex ea orientia. Ideo autem ait, Per singulas noctes, vt intelligi daret, quod quasi alternatim patitur, dies & noctes. Qui enim spiritu prõptus, sentit aliquam lucem veritatis, & tamẽ in delectatione huius seculi per carnis infirmitatem aliquando requiescit, tanquam dies & noctes alterno affectu cogitur pati. Noctes patitur, cum carne seruit legi peccati. & dies sentit, cum mẽte seruit legi dei. Ex Cass. Lachrymis meis stratũ meum rigabo, id est hymbre lachrymarũ cumulũ peccatorum dissoluam, vt post messis virtutũ germinet. Et nota, quod ait Rigabo, cum supradixit, Lauabo. Amplius enim est rigare quam lauare, quia potest aliquid in superficie lauari, rigatio verò ad interiora pertinet. Per quod significat fletũ vsq; ad cordis intima permanere.

7 Turbatus est à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Ex Aug. TVRBATVS est à furore] Vel [AB ira oculus,] Furor siue ira accipitur hic, vel Dei, vel ipsius hominis. Item ira dei duplex est, scilicet quę in iudicio erit, & hic in præsenti est, in cęcitate mentis, cum dantur peccatores in reprobum sensum. ibi exteriores tenebræ erunt, quia tũc peccatores penitus erunt extra deũ, id est extra lucem, quia in summa cæcitate erunt. Quid enim est penitus esse extra Deum, nisi esse in summa cęcitate? Siquidẽ deus habitat lucẽ inaccessibilẽ: hæ autẽ tenebræ hic iam incipiunt in peccante, cum ab interiore dei luce secluditur: sed nondum penitus dum in hac vita est. Et ideo dicit turbatum, non extinctum oculũ. q.d. Ideo lauabo, quia [OCVLVS meus] .i. ratio mea [TVRBATUS est à furo.] dei, & futuro, quẽ timeo: & pręsenti, quẽ sentio. Et à sua ira propria turbatus est oculus, qua conturbãte solẽ interiorẽ .i. sapientiã dei, non potest videre, & quasi occasum in se pati arbitratur mẽs quæ sua perturbatione illũ videre nõ sinitur. Vnde apostolus, Sol non occidat super iracundiã vestrã. Et est, Ideo sic gemo, quia, Oculus meus.s. ratio, Turbat⁹ est à furore, vel ab ira, mea ꝓpria. Turbatus est, & merito, quia Inueteraui inter omnes inimicos meos.s. vitia vel malos homines qui vere sunt inimici ad deũ se conuertentium, à quibus separatur omnis bonus, nõ loco, sed animo. Et addit, Omnes. q.d. etiam inter omnes inueteraui, à nullo fui immunis, omnibus cõsensi. Vel ita legi potest. Ideo sic laboro, quia Inueteraui, membrũ factus veteris hominis. Et dicit hoc à simili veteris vestis, quæ nec est decori, nec vsui. Inter omnes inimicos meos visibiles & inuisibiles, quib⁹ cõsensi. Per hoc ostendit se omnib⁹ vitiis subiectum. Hoc ideo dicit, quis desperet de grauitate peccatorũ. Sed vnde hoc? quia, Oculus meus, rationis, Turbatus est Ex Alcu. à furore, prĩmo parẽti exerto, id est à pœna primo homini illata, per quẽ in vniuersam posteritatem est transfusa. ipse enim origo, nos propago Ex Aug. & Alcu. sumus pœnæ. Quĩa verò non est inanis labor pœnitentiæ post laborem & gemitum, & imbres creberrimos lachrymarum, exauditum se significans subdit,

8 Discedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.

Ex Cass. DISCEDITE à me] Tertiã pars, vbi ostenditur correptio huius qui orat, vt separetur ab illis malis nũc animo, in futuro, etiã loco, quorũ collegio peccauit, & insistat mandatis dei. Vel non est optatio, sed ꝓphetia hic, quia ita in iudicio futurum est, quãdo a iustis impii separabuntur. Vel etiam nunc fit hoc in area, vbi iam grana a paleis nuda sunt, & separata mente, & si inter eas lateant, & eisdem cõuenticulis contineantur. Dicit ergo iste pœnitens post tantas difficultates se exauditum significans, Discedite à me, nunc animo, in futuro, etiam loco. [OMNES qui operamini iniquitatẽ: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.

9 Exaudiuit dominus deprecationẽ meam: dominus orationem meam suscepit.

EXAVDIVIT dominus] remittẽdo [DEprecationẽ meam] Ex Rem. & Augu. quæ est pro deponẽdis peccatis. Rẽpetitio eiusdem sentẽtiæ crebra est hic ex affectu nimio, quia gaudenti non sufficit semel dicere quod gaudeat, vnde subdit, [Dominus suscepit] Ex Cass. & Rem. quasi oblationem [ORATIonem meam.] quæ est pro virtutibus adipiscẽdis. Ex gl.int. & Alcu. Deprecatio nãque est, pro remouẽdis malis: Oratio, pro adhibendis bonis. His verbis dat exem- Ex Cass. plum fideliter orantes exaudiri. Et nõta quod ter hic ponitur dominus, quia sanctam trinitatem precib⁹ affuisse ostendit. Incipit à lachrymis, exauditus exultat, sicut fit & in aliis pœnitentialibus psalmis.

10 Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valdę velociter.

ERVBESCANT] Quarta pars vbĩ iam liber à peccatis in cõclusione exultans, pro inimicis vt conuertãtur orat, vt sicut ipse, habeãt veniam. q.d. & quia dominus me pœnitentẽ exaudiuit, ergo iam meo exẽplo [OMNES inimici mei cõuertãtur & erubescãt] .i. detactib⁹ suis quia mali sunt [ET cõturbẽtur] iudicii timore, ad pœnitentiã. Et hoc, [VEHEMENTER] id

Ex Aug. est vehementi gemitu. Perfectus vir orat hic, vt mali de peccatis erubescaut, & pœniteant. [E T

Ex Cass. conuertautur] nẽ eant quò tendebant. & non differatnr, sed [E R vbescant valde velociter.]

Ex Aug. Hõc ad effectũ optantis refertur, vel ad potẽtiam Christi, qui tam celeri tempore cito gẽtes ad fidẽ cõuertit. Vel ita, Couuertãtur velociter à malis. Et post cõuersionẽ, Erubescãt valde, ex recordatione peccatorũ, quod est custodia virtutũ. Vel prophetia est hic nõ optatio, vbi prædicit quid futurum sit iuimicis qui hic suorum peccatorum pœnitere noluẽt. q.d. me exaudiuit dñs, sed [Oẽs iuimici mei, &c]. i. erubescẽt & cõturbabuntur, Vehemeuter, in futuro. Hoc vtique non est hic, vbi potius iniqui irrident eos qui omnia relinquunt, & suis irrisionibus infirmos de Christi noĩe erubescere faciũt. Sed in iudicio hoc erit, vbi erubescentes dicẽt de bonis sicut scriptum est, Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & iu similitudinẽ improperũ, uos insensati vitã illorũ æstimabamus insaniã, & finẽ illorũ sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarũ iactãtia cõtulit nobis? Trãsierũt omnia illa tanquã vmbra. [Et conuertãtur & erubescãt] q.d. illis cõuersio fit ad confusionem qui noluerũt habere ad salutem quod iustissimum est. Et hęc omnia fiant, Valde velociter. Quia cũ desperare cœperint de iudicio, & dixerint, pax & securitas est; tunc repentinus superueniet interitus. qui cũ venerit, sentietur non esse longa omnis vita; quia sicut desiderãtibus tarde, ita desperantibus cito venire videbitur. ¶ Psalmus hic in exequiis mortuorũ cãtatur, quia per huiusmodi gemitũ atq; pœnitẽtiale lamẽtum, post hãc vitã à fidelibus obtinetur, quod in hac vita diu ac vehemẽter desiderauerũt; & à malis sentitur, quod hic nõ timuerunt, sed contempserunt.

COLLATIO.

In psalmũ sextũ Domine ne in. &c.

3 I N hoc psalmo recentiores ponunt diuersa vocabula, intelligeutia tamẽ remanet inuiolata, nec est nostri instituti omnia syllabatim venari. sufficiet discutere quę magis & lõgius distrahuut, leuia quandoque ad alia transeuntes annotando Sanctes de suo addidit cæteres, Munsterus affliges, Sed tu domine vsquequo contęres me. Iuterpres ꝓ Caietano, Iratus eris. quanquam explanatio Hieronymi & Aug. eò tendis vt subaudiatur, nou eripis, nõ emendas. Si latinus interpres hoc addidisset, uescio si vociferati fuissent non haberi in Hebræo, quare iugulandum, conuellendum, confodiendum.

5 I N inferno quis &c.] Quid iu mentẽ venit Sancti & Munstero vt trãsferrent foueã & sepulchrũ pro inferno, quũ ipsi doceant, שאול Schcol significare foueam, sepulchrũ, infernũ, & ex locis scripturæ corroborẽt, ac Hieronym. Pratensis, Pellicanus, Cãpensis, Nebiensis posuerint infernum.

VII. PSALMI TIT.

In finem psalmus Dauid quem cãtauit domino pro verbis Cusi filii Gemini.

DOMINE Deus meus] Titulus [I N finem psalmus Dauid quẽ cãtauit domino pro verbis Cusi filii Gemini.] Historiã vnde occasionẽ ꝓpheta sumpsit, in secũdo libro Regum facile est cognoscere, vbi legitur, quod Dauid fugiens Absalon filiũ suũ de ciuitate nudis plantis exiuit, cuius consilio Cusi amicus eius cessit in parte Absalou, ad explorãda cõsilia & renũtianda quę aduersus patrẽ ille moliebatur, auctore Architophel, qui defecerat ab amicitia Dauid, & filiũ aduersus patrẽ cõsiliis quib⁹ poterat instruebat. cum inter oĩa hoc cousiliũ dedit, vt Absalon impetũ permitteret fieri in patrẽ suum, eúmque occidi. quod mutatũ est prudẽtia Cusi, qui cõsuluit Dauid, & secreto mãdauit vt de cãpestribus fugeret in solitudinẽ, vnde Architophel dolore cõmotus laqueo se suspẽdit. Huic historiæ alludit titulus, de qua tamen uon agit psalmus, sed de historia propheta velamẽ sumpsit mysteriorũ, quę iuxta noĩm interpretationes declarantur. Cusi enim interpretatur silẽtium. Gemini, dexter. Architophel, fratris ruina. quo significatur Iudæ scelus, id est scelerosus Iudas, qui dominũ tradidit Iudæis, & ita fuit ruina fratris sui. s. Christi. cuius discipuli nõ solũ filij, sed & fratres dicti sũt: sicut in Euãgelio dominus ait, Vade & dic fratrib⁹ meis. Et Apostolus dicit eũ primogenitũ in multis fratrib⁹. Et sicut Dauid dimicauit cõtra Architophel & Absalõ per cõsiliũ Cusi, ita cõtra oẽs dolos Iudæ. s. & Iudæorum, dominus dimicauit Cusi. i. silẽtio id est alto secreto, quo cæcitas in Israel facta est, vt plenitudo gentium subintraret: & sic omnis Israel saluus fieret. De quo silentio Apostolus admiraus, non exponẽs exclamat, O altitudo diuitiarũ sapiẽtiæ & sciẽtiæ dei, &c. Hoc silẽtio dominus occultãs Iudę & Iudęis passionis sacramentum, ruinã fratris, id est scelus Iudæ cõuertit in misericordiam. & quod ille ad pernitiem fecit vnius hominis, iste ad salutẽ omnium inflexit. Cãtat ergo hũc psalmũ domino fidelis, cui facta sunt verba Cusi, id est manifestatio huius silẽtii. i. secreti, qđ dexter deus & fauens operatus est. Non enim erat abscondendũ eis, pro quib⁹ gestũ est. Mysteriũ ergo incarnationis & passionis, silẽtium fuit Iudęis, sed reuelatio fuit fidelibus, quibus Christus uota fecit omnia ꝗ à patre audiuit. Et sicut per Architophel significat Iudas, ita per Absalon significãtur Iudæi. Vt enim à filio iniquo patitur, ita Christ⁹ à populo quẽ uutrierat, sustinuit, sicut per Esaiã ait, Filios euutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerũt me. Et est sensus tituli talis, [P S A L M V S] iste diriges nos [I N finẽ, id est in Christum, attribuitur [D A V I D,] id est fideli, cui facta est mysterii reuelatio [Q V E M] Psalmum, ille fidelis [C A N T A uit domiuo,] id est ad honorem domini [P R O V E R B I S Cusi] id est pro manifestatione alti silentii, quo Chri-

Ex Aug. sed hác tituli expositionem improbat Hiero.

Ex Rem.

ftus dimicauit cōtra Iudæos, occultās mysteriū
pafsionis . Cusi dico, [F I L I I Gemini] .i. de-
xtræ, quia illud filētium deus dexter, id est fã-
Ex Aug. uēs & propitius, huic fideli aperuit. Ad literam
& Cafs. Cusi filius Gemini, id est dextræ esse dicitur:
quia cōsuluit saluti Dauid necessaria proditio-
ne. Et est iste psalmus primus eorum in quibus
per actus Dauid futura mysteria domini signi-
ficantur, late scilicet & aperte. In tertio enim
psalmo similiter per act⁹ Dauid significata sunt
Christi mysteria, sed breuiter & obscure. In-
tētio. Monet ad gratiarum actionem, pro mani-
festatione silentii. Modus. Quinq; sunt par-
titiones. Primo, petit ab omnibus persecutori-
bus, vel persecutionibus liberari. Secundo, petit
vt gloria resurrectionis Christi subueniat. ibi,
Exurge domine. Tertio, agit de iudicio regres-
si. ibi, Domin⁹ iudicat populos. Quarto, metu
futuri iudicii terret, spem reuersis promittens.
ibi, Dominus iudex. Quinto, læta cōclusio po-
nitur de confefsione laudis. ibi, Confitebor. Fi-
delis ergo iste nō de se præsumens, orat à domi-
no liberari, prætendens meritum hoc modo, ô,

OMINE Deus
meus in te spera-
ui: saluum me fac
ex omnibus perse-
quentibus me, &
libera me:

DOMINE] omnium per potētiam, cui de-
Ex gl.int. betur dulia: qui es omnium per recreationem
deus, cui debetur latria. Ec [MEVS] domin⁹. &
[DEVS] volūtate. ego [SPERAVI in te] non
Ex Hier. in me. Eccē prætēdit meritū, deinde petit libe-
& Cafs. rari à vitiis, & à diabolo, dicēs, [SALVVM me
&Remig. fac ex omnibus persequentibus me,] id est ab o-
& gl.int. mnibus spiritualibus nequitiis, scilicet vitiis &
peccatis. Et libera me,

2 Nequādo rapiat vt leo animam
meam, dum non est qui redimat,
neque qui saluum faciat.

Ex Hier. NEQVANDO,] id est aliquādo [RAPIAT
& Aug. VT leo] .s. diabolus, qui vt leo rugiens circuit,
quærens quē deuoret, qui in illis pugnat. Vitiis
enim & peccatis vtitur, quasi armis, ad impu-
Ex gl.in. gnandū fideles. Rapiat dico, [ANIMAM meā,]
De corpore non curat iste si affligatur. Et notā
Ex Cafs. quia propria verba ponit cum ait, Libera & ra-
& Alcui. piat. Domini enim est liberare, leonis rapere.
Attende etiā congruum ordinē, dum prius po-
Ex Aug. nit persequentes, deinde leonem. Qui enim ex-
& Alcui. piatus est ab omnibus spiritualibus nequitiis,
id est, à sordibus delictorum, à diabolo libera-
Ex gl.in. tur. Vel aliter, vt persequentes & leo idem ac-
cipiatur, inuidus, scilicet, diabolus. Perfectus e-
nim vir hic loquitur, qui iam victis vitiis non
habet bellum nisi contra diabolum dicens, Sal-
uum me fac ex omnibus pers &c. .s. à diabolo &
Ex Augu. angelis eius. Quasi superato omni bello vitio-
rum, iam perfecto nihil restet, nisi inuidus dia-
bolus. Deinde quod per pluralē numerū dixe-
rat per singularem subinfert dicens, Libera me
nequando, id est aliquādo, Leo, id est diabolus,
Rapiat animam meā. Rapiat dico, [DVM non
est qui redimat] nisi Christus. q.d. si non redi-
mis, ille rapit [NEQVE] est [QVI saluum fa-
ciat] id est dando vitā æternā, nisi qui redimit,
scilicet Christus. Si enim Christus nō redimat,
neq; saluum faciat, ille rapit. Et vt manifestum
sit perfectū virum hoc dicere, cui solius diaboli
fraudulentissimę insidię sunt cauendæ, subdit,

3 Domine deus meus si feci istud,
si est iniquitas in manibus meis.

DOMINE Deus meus, &c.] Vbi item præ-
tendit meritum, scilicet quia innocēs, & patiēs; Ex gl.int.
quasi dicat, Libera & salua, quia ô [DOMINE
deus meus, &c.] Ego [NON feci istud] scilicet Ex Aug.
vniuersale peccatum, quia illud sine nomine & Alcu.
dixit, quod est superbia, quæ est radix omnium
malorum. hoc est vitiū primū recedentibus, &
vltimū redeuntibus. Et [NON est] modo [INI-
QVITAS in manib⁹ meis] id est in operibus.
Vel ita, Nō feci istud. Deinde exponit quid di- Ex Alcu.
xit, Nō feci istud, scilicet illud quod sequitur, Ex Alcu.
Non est iniquitas in manibus meis, quod de o-
mni peccato dicitur & accipitur. Deinde repe-
te secundum ordinem singulorum verborum,
& ô Domine deus meus si feci istud. Vel vni- Ex Aug.
uersale peccatū, quia sine nomine dixit. Vel hoc
qd sequitur, scilicet, Si est iniquitas in ma. &c.

4 Si reddidi retribuentibus mihi
mala: decidam merito ab inimicis
meis inanis.

SI reddidi] mala, scilicet [RETRIBVĒTIBVS mihi
mala] pro bonis. Maior patientia est si nō red- Ex Aug.
didit his qui pro bonis reddunt mala, quam si
sustineret ab his quib⁹ bona non fecerit. quod
est dicere, Si te nō sum imitatus patiētia quam
pro me operat⁹ es in illo silentio, vt patientis-
sime sustineres dolos proditoris tui [MERITO
decidam] Non iure iurando hoc imprecatur si-
bi, sed dicit quid contingat se vindicātib⁹. Pro-
phetat ergo, nō iurat per execrationē sicut vi-
detur: quod est grauissimum iurisiurādi genus,
cum homo dicit, si illud feci, illud patiar. Deci-
dam dico [AB inimicis meis] superatus. & [IN-
ANIS] factus. Qui enim se vindicat, occultè à
diabolo superatur, inanis factus vana & super-
ba lætitia de hoc quod vinci non potuit. qui ve-
rò non retribuit mala, vincit iram. Et melior est
qui vincit iram, quàm qui capit ciuitatem, vt
ait Salomon. Et patet hic perfectū virū loqui.
Hoc enim nō potest dicere nisi perfect⁹ vir. s.
Si reddidi retribuentibus mihi mala, sciens hoc
Christum fecisse. Vel ad literā de Dauid potest Ex Cafs.
accipi, qui contra Absalon nō commisit, quare & Alcu.
sibi mala inferret, qui ait, Domine deus meus si
feci, &c. a. si hoc malū qd sustineo, mihi per præ-
teritam culpā quam cōmiserim cōtra Absalon
cōtingit. Vel, Si modo est iniquitas in ma. &c. i.
in operibus, quare hoc mihi contingat. Vel, Si
reddidi retribuentibus mihi mala: quod dicitur
æquitas apud homines. Merito decidam, etsi nō

ita videator hominib⁹. Decidam dico, superatus. Ab inimicis meis, Absaloo, scilicet, & complicibus eius. & factus, Inanis, à fructu mãsuetudinis, quæ io Dauid abuodauit. Deinde ex persona ipsius Dauid, & viri perfecti communiter subditur,

6 Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & cóculcet in terra vitá meam, & gloriam meam in puluerem deducat.

Ex Aug. PERSEQVATVR] q.d. Dixi, Decidã inanis, & etiã quod grauius est, [ENimicus]. s. diabolus, qui singulariter est inimic⁹, qoi supra leo
Ex gl.int. dictus est [PERsequatur aĩam meã] Cuĩ homines nõ habent qoid faciãt. In carnem quidẽ sęuire possunt, sed animam in potestate habere nequeoot. Quam diabolus impugnando. s. suggerendo persequitur, & comprehendit cũ decipit. Vnde subdit, [ET cõprehendat] .i. decipiat, per cõsensum [ET cóculcet in terra vitá meá,] .i. coneulcãdo vitã meã terrã faciat. s. eibũ sibi, quia nõ tãtũ est leo, vt supradictũ est, sed & serpẽs appellatos est. Cui dictũ est in maledictione, Terrã mãducabis. Et pctõri dictñ est, Terra
Ex Alcu. es, & in terrã ibis. Vita ergo peccatoris, cib⁹ serpentis .i. diaboli est, quia terrã .i. terrena est. Ideo
Ex Cass. hic ait, [Cõculcet in terra vitã meã] .i. animam
Ex Aug. meã in terrã redactam sibi incorporet, & ibi sit despicabilis. Vnde subdit, [ET gloriã meã] .i. mẽ hoĩem ad imaginẽ dei factũ [Deducat io puluerem] q.d. ad nihilũ redigat. Vel ita, Et gloriam meá, qũæ debet esse in cõscientia vbi deus videt, & solida in domino. vt quí gloriatur, in domino glorietur, Deducat io puluerẽ .i. in superbiam & iactantiã, vt velim gloriari apud homines. Puluis enim, quem proiicit vẽtus, superborum iactantia est. Vult ergo vt gloria sua sit solida iotus, vbi deus videt. Est enim puluis si apud homines gloriatur. Ecce quàm cauẽda est superbia.

7 Exurge domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Ex Cass. & Alcu. DOMINE exurge] Secunda pars, vbi petit, vt gloria resurrectionis Christi suboeniat. q.d.
Ex gl.int. si hõc feci, hoc mihi contingat; sed quia nõ me-
Ex Aug. rui, ô [DOMINE exurge] .i. Appare, per carnẽ. Dormit enim, dũ in secretis suis latet incognitus. Appare dico [IN ira tua] id est in vindicta
Ex Cass. cõtra diabolum. Pẽrfectua enim iste non precatur hic aduersus homines, sed aduersus diabolũ, vt possessionẽ amittat, id est peccatores & impios, qui sunt eius possessio. Cũm enim iustifi-
Ex Aug. catur impius, ex possessione diaboli migrat in templum dei. Et quia ablatio hominis pœna est diaboli, ideo dicitur ira dei cõtra eũ. Vnde subdit, [ET EXALtare in finib⁹] .i. in possessione
Ex gl.int. & Augu. [INimicorũ meorũ.] id est diaboli & angelorũ eius, vt ibi honoreris à cõuersis, qui prius erant possessio diaboli. Et quia superbus diabolus per humilitatem vincitur ostendens qualem vult apparere Christum, subdit,

8 Et exurge domine deus meus in præcepto quod mandasti: & synagoga populorum circundabit te.
8 Et propter hác in altum regredere: dominus iudicat populos.

ET exurge,] id est appare [DOMINE deus meus io præcepto] humilitatis [QVOD mãdasti] id est, Qnĩa humilitatẽ præcipis, eam prior Ex Aug.
imple. homilia appare, vt à te discãt aliĩ superbiam vincere, ne posideantur à superbo. Dico appare humilis [ET] ita [SYNagoga, id est cõngregatio [POPVlorum circũdabit te.] quidam Ex Alcu. & gl.int.
amando, quidam persequendo. Circũndederũt Ex Aug.
enim Christum populi, vel humilem enotemnẽtes, vt persequẽtes: vel amando, vt credẽtes.

ET] ô domine [REGredere] resurgendo, ascendendo [IN Altum] id est in cælom [PROpter hanc] id est propter synagogã credituram, vt de alto mittas spiritum quo fit cõgregatio. Vel propter hanc, scilicet propter persequentem synagogam [REGRedere in altum] tẽ illi Ex Cass.
subtrahendo. q.d. quia locum non habes in ma- & Alcu.
lis, subtrahe te illis. Vel ita ab illo loco, Exurge in præcepto, vbi precatur Christi resurrectioonem, sicot in præcedenti versu, eiusdem incarnationem. q.d. Appare per carnem. Et ô [DOmine deus meus exurge,] id est tõto orbe notus Ex Rem.
efficere, resurgendo. Et hoc, Io præcepto im- & Alcu.
plendo, Quod mandasti, id est vt præceptũ humilitatis, quod mandasti, facias homines adimplere. Et hoc modo seqoitur, quia, Syoagoga populorũ, id est de diuersis populis, vel specialiter de Iudæis. Circundabit te, amãdo vel persequẽdo, sicut ante dictum est. Et propter hác, scilicet propter amantem synagogam. Regredere in altum, id est fac eos qui te amant scire tuam omnipotentiam, qui descendisti vt te viderent. Vel, Propter hanc, id est propter persequẽtem, in qua locũ non inuenis. Regredere in altum, id est subtrahe te his, qui te persequuntur. Et ennuenit hæc sententia in parte cũ pręcedenti. Vel ita ab illo loco, Exurge ô domine io ira tua, id est exerce iram tuam cõtra inimicos meos, scilicet Iudæos, dicit Ecclesia. Deinde quasi exponendo subdit, Et propter hoc, Ex Aug.
Exaltare in finibus inimicorum meorũ, ô Christe, id est altus efficere, & incognitos inimicis meis, qui suot tui inimici, vt te oon iotelligant quod est silẽtium, vnde iotitulatur psalmus, vt sic te crucifigant. Et exurge domine deus meus in præcepto quod mandasti, id est cum appares humilis, qoi humilitatẽ præcipis, altus esto. Ipse enim humilitate exaltatus est, id est non iotellectus. Et per hoc quod non intelligunt te Iudæi, qui crucifiguot, credẽt in te gentes. Et ita, Synagoga populorũ, id est plenitudo gentium. Circundabit te, credendo. Et propter hanc, id est, synagogam gentium. Regredere io altum, id est rurius desine intelligi, quia & ista te offensura est, in fine, & à fide recessura. Vnde ait in Euãgelio, Putas cum filius hominis venerit, inueniet fidem in terra? Refrigescet enim cha-

ritas multorum,& abundabit iniquitas.Et dominus in altum regredietur,vt à paucis sincera fides, & ab omnium prauarum opinionũ labe purgata teneatur. & quomodolibet hic locus exponatur,conuenienter sequitur.

Ex Caſs. DOMINVS IVDICAT populos.] Tertia pars vbi agitur de iudicio regreſsi.i.Christi, cuiˢ regreſsio multiplicit supra expoſita eſt. Post quã
Ex Aug. de iudicio cõgrue ſubdit.Poſt aſcenſionẽ namq; in cælum, quæ regreſsio accipitur,aperte ſubdit de iudicio,quia inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. vel cum peccãtes Chriſtianos deſeret intelligentia veritatis,quæ item regreſſio dicitur,ſecundũ aliam ſententiã,ueniet iudicare. Q.d.dixi regredere. & poſt regreſsionẽ Dominus iudicat, vel iudicabit populos.quod iudicium non timens perfectus,audet orare,

9 Iudica me domine ſecundũ iuſtitiam meam, & ſecundũ innocentiam meam ſuper me.

Ex Rem. IVDICA me domine ſecundũ iuſtitiã meã,] Quæ eſt in bonis faciendis [ET ſecundũ innocentiam meam &c] quia ſine malis ſum,quia non reddidi retribuentibus mihi mala. Et no-
Ex Aug. tã quia pœnitens ſupra in pœnitentiali pſalmo aiebat, Saluũ me fac propter miſericordiã tuã, in qua vocat peccatores ad pœnitentiã,nullũq; meritũ ſuũ cõmemorat.Nũc verò iam vocatus, quia præcepta ſeruauit,ſecundum iuſtitiã petit iudicari.[Super me]q.d.iuſtitiã meam,& innocentiam meã, quæ tamen iuſtitia & innocentia ſunt ſuper me,quia a deo ſunt,non à me.

10 Conſumetur nequitia peccatorum, & diriges iuſtum, ſcrutans corda & renes deus.

Ex Aug. CONSVMETVR nequitia] q.d.dominus iudicabit,& interim[NEQUITIA peccatorũ cõſumetur].i.perficiatur,vt qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc,vt iam tandẽ veniat iuſtũ iudiciũ,
Ex Rem. & prędicit,non optat.Et quia creſcente inuidia malorum, creſcũt merita iuſtorũ, ſubditur, [ET diriges].q.d.cõſumet nequitia malorũ.Et ex eo,[DIRIGES iuſtum]vt iuſtus iuſtificetur adhuc.Et quia propter ſimulationẽ nõ cognoſcitur ab hoïe vbi ſit vera iuſtitia, ſubdit, quod deo tantũ cõuenit.Tu dico,ô [DEVS ſcrutans corda & renes].i.cogitationes& delectationes, quas in occulto ſcrutatur, vbi nullus videt niſi ipſe qui proſpicit corda.i.deus. Ipſe enim ſolus ſcrutatur corda.i. quod quiſque cogitet: & renes.i.quid quenque delectet. quia finis curæ & cogitationis eſt delectatio: ad quã cura & cogitatione nititur quiſq; peruenire.quæ delectatio per renes accipitur,quia in renibus eſt generãdi voluptas. per quã in ærũnoſam, & fallacis letitię vitã, per prolis ſucceſsionẽ natura humana trãſfunditur. Opera autẽ noſtra quæ ſunt in dictis & factis poſſunt videre hoïes:ſed quo animo fiãt,& quo venire cupiãt,ſolˢ videt deus: q cũ videt cor eſſe in cælo & non delectari in
Ex Aug. carne ſed in dño.i.cũ bonę ſunt cogitationes, & earum fines, dirigit iuſtum. & nõ ſolum dirigit, ſed etiam adiuuat.vnde ſubdit,

11 Iuſtũ adiutorium meum à domino,qui ſaluos facit rectos corde.

IVSTVM]eſt[ADIVTORIUM meũ à dño]ideo iuſtũ.quia iã iuſto tribuitur. Et eſt quaſi medicina,q ſeruat ſalutẽ:altera eſt,q facit.Duo enĩ ſunt officia medicinę.ſ.morbũ ſanare,& ſanitatẽ cuſtodire.ſedm primũ officiũ dixit in alio pſalmo, Infirmus ſum,ſana &c.iuxta alterũ dicit hic pfectus,Iuſtũ adiutorium à do. &c. Et illa enim & iſta medicina ſaluos facit: ſed illa ex ęgritudine ad ſalutem trãſfert: hæc in ipſa ſalute cõſeruat: illa,ad morbũ euadendum remediũ: hęc autem ne in morbum redeat, vel recidat, remediũ pręſtat. Illa ſanamur infirmi, hac cuſtodimur ſani, Et nota quod ait,[RECTOS corde]nec adiunxit & renibus, quia vbi eſt cor, ibi etiã eſt delectatio,cũ æterna cogitantur:& quia delectatio boni non ad renes,ſed ad cor pertinet. Ex Aug.

12 Deus iudex iuſtˢ fortis,& patiẽs nũquid iraſcitur per ſingulos dies? PARS IIII

DEVS iudex]Quarta pars,vbi metu futuri iudicii terret, & ſpem reuerſis promittit. q.d. mihi eſt adiutorium. Sed ô vos iniqui,quorum hic nequitia cõſummatur,Deus vibrauit gladiũ. ſcilicet in iudicio.Et vere,quia ipſe eſt[IVDEX] ipſe eſt[IVSTVS]ſecundũ merita ſingulis reddens.Ipſe eſt[FORTIS]cui non reſiſtitur[ET] ſi, modo[Patiẽs] eſt,qui ſuſtinet in multa patientia vaſa iræ.Et verè eſt patiẽs.[NVNQUID]enim [IRASCITUR per ſingulos dies?] non, ſed expectat ad pœnitentiã. vnde poſt grauius punit,ſi nõ cõuertantur.Et ſecundum aliã literã [NVNquid adducet irã per ſingulos dies?]Ita in Gręco inuenitur: & ſignificantius dicitur q iraſcitur,quia nõ in ipſo eſt ira, qua punit,ſed in angelis iræ, per quos punit:qui nõ propter iuſtitiam qua nõ gaudẽt, ſed propter malitiam pœna humana delectantur. Nõ ergo adducit iram deus[PER SINGULOS dies].i. non congregat ad vindictam miniſtros ſuos, per ſingulos dies,ſed per patientiam ad pœnitentiam inuitat. Ex Caſs. & gl.inte. Ex Aug. Ex Aug. μὴ ὀργὴν ἐπάγων. Ex Aug.

13 Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrauit, arcum ſuum tetẽdit & parauit illum.

NISI conuerſi]q.d. Modo eſt patiens, ſed [NISI conuerſi fueritis]iniqui [VIBRAUIT gladium]vel,[Frãmeam ſuam ſplendificauit.]Alia litera.Gladius dei,eſt Chriſtˢ,qui in primo aduẽtu tanquã vagina humilitatis,tectus fuit:ſed in ſecũdo coruſcabit lumen ſuis, terrorem impiis. Vel,Gladiũ ſuũ vibrauit.i. manifeſtã vindictã exeret.Nec impręedictũ eſt hoc,q[ARCũ ſuum tetẽdit & parauit illũ]Arcũ dicit,ſacram ſcripturã,vbi per chordã noui teſtamẽti duritia veteris flectitur,& domatur.Tetẽdit ergo arcũ, tẽperando vetus teſtamentũ per nouũ. Parauit arcũ, per explanationẽ expoſitionis, per quam intelligibilem fecit. Et dicit hoc à ſimili. Sicut enim qui tendit arcum minatur,ita per ſacram ſcripturam minatur deus malis, ne putetur remiſſa dei patientia. Ex Rem. Ex Aug. Ex Rem. Ex Alcui.

14 Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.

Ex Cass. & Alcui. ET in eo parauit] vt mox infusus sagittam pateretur, sicut quis arcũ parat, vt sagittam mittat[ET in eo]arcu.i. in sacrã scriptura.[PARAUIT vasa mortis] .i. hereticos qui ex scripturis Ex Aug. & Alcui. venenant animas, ideoq; de vasa mortis dicuntur, qs parat in scriptura nõ faciẽdo, sed errare permittẽdo. & ex eodẽ arcu iaculat[sagittas suas] .i. apostolos. de quib⁹ alibi, Sagittę potẽtis acutę: quas sagittas[EFFECIT].i. operat⁹ est. [ARDENTIBUS]amore dei. Qui his sagittis vulnerati, tãto amore rẽgni cælorũ ardẽt, vt omnia resistẽtia, & à proposito reuocãtia cõtemnant, dicentes, Quis nos separabit à charitate Christi? Vel, Vasa mortis, & sagittas, pro eodem accipit; scilicet, quædam loca obscura scripturæ sacræ. Ex Alcu. Vnde mors est hereticis praue intelligẽtibus, sed ardentibus studio eadem loca sunt sagittæ, quia ipsa difficultate intelligẽdi exercitantur, vt sanè capere valeant, & aliis aperire. Ex Aug. Vel, Vasa mortis & sagittas dicit hereticos, qui ex eodem arcu sacræ scripturæ in animas non charitate inflammandas, sed venenis perimendas insiliunt. quod non contingit, nisi pro meritis hominum. Parat enim & disponit deus, vt quidã malo voto legentes, propter peccata male intelligãt in scripturis, qd̃ est eis pœna peccati: & illi quasi spinę & sagittę, à somno excitãt bonos catholicæ ecclesiæ filios, vt scripturis intelligendis inuigilent, vt manifesti fiant, qui probati sunt argento. Hoc autem diuinę dispositioni tribuitur: nõ quia ipsa peccatores faciat, sed quia ipsa de malis eorum ordinat, cum peccauerint. Vel de bonis vtrunque potest accipi. Iidem enim sunt vasa mortis, quibusdam, & sagittæ aliis, secũdum illud Apostoli, Alijs sumus odor mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitã. Et est sensus, Et in eo arcu, id est in sacra scriptura: Parauit vasa mortis, id est apostolos, qui quibusdã sunt odor mortis. Et eosdẽ [EFFECIT sagittas suas]id est odorem vitæ in vitam. [ARDENTIBUS]amore verbi. Post hanc autẽ dispensationem, & pro peccatis malorum veniet iustũ iudicium. De quo dicitur, quod non pax dei & ineffabile lumen de se profert, vnde puniantur iniqui: sed ipsa peccata vertuntur homini in pœnam: vt quæ fuerunt delectamenta homini facienti, sint instrumenta deo punienti.

15 Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem: & peperit iniquitaté.

Ex Alcu. ECCE]inquit[PARTURIT iniustitiã].q.d. hoc parauit deus in scripturis, vnde videtur esse causa damnationis hominum malorum. sed [ECCE] cum in manifesto est, quod non ex deo est, sed ex homine est causa damnationis, quia iniquus similiter est aperienti lacũ & effodienti, & incidẽti in foueã quam fecit. Et verè, Ex gl. int. & Aug. quia[Cõcepit] à diabolo, scilicet per suggestionẽ. [DOLOREM]id est appetitũ temporaliũ rerum. Qui dicitur dolor, quia dolor est malis de terrenis rebus amissis, pro quibus mala machinantur. Hæ sunt semen, vnde iniquitas.i. iniustitia nascitur. Vnde addit, [ET parturit.i. nititur efficere iniustitiam. s. vt decipiat proximũ. Et huiusmodi, & tãdẽ[PEPERIT].i. effecit & emisit [INIQVITATEM.] Iniquitas hoc est quod iniustitia. Hoc ergo peperit, quod parturijt: In quo notatur peccatum operis patrati. Emisit enim iniquitatẽ, cum ad actũ perduxit. Et in emissa iniquitate, est lacus, id est præcipitium aliis. Vnde subdit,

16 Lacum aperuit & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit.

LACUM APERUIT]q.d. Concepit, parturiuit, peperit, & sic iam, Lacum aperuit .i. compãrabilis est aperienti lacum, concipiendo. s. quod Ex Alcu. est dicere, fraudẽ inchoauit cõnsentiendo suggestioni terrenarum cupiditatum. [ET effodit Ex Aug. eum].i. similis est effõdienti parturiendo.i. instãdo operi fraudis. [ET incidit in foueã quam Ex Alcu. fecit].i. similis est incidẽti in foueam, pariendo, id est fraudem perpetrando. Prius enim fraudator læditur dãno innocentiæ, quàm alius damno pecuniæ. Ex Aug.

17 Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticẽ ipsius iniquitas eius descendet.

DOLOR eius]quod concipitur [CONUERTETUR in caput eius].i. in mentem[ET iniquitas eius] quã peperit [DESCENDET in verticem ipsius] .i. rãtionem, quam dixerat caput. Hoc Ex Aug. & gl. int. ideo, quia noluit ipse peccatum euadere, sed seruus esse peccati, libidine dominante rationi. Et ideo ipse inferior grauatur iniquitate, quæ sedet super talentũ plumbi, in Zacharia propheta, & in illum descendet; & oneçat, vt non reuolet ad requiem sanctorũ. Vel distinguit inter caput & verticem, & conuertetur & descendet. Ex Cass. & Alcu. Caput est anima, vertex ratio: cui vtrique dominantur peccata, & supersunt, & postea superdescendent, cum in pœnas detrudet. Et est, Dolor, eius, quẽ concepit. Et[INIQUITAS] quam peperit. [Cõuertetur in caput eius]id est in animam. Et in verticem eius.i. in rationẽ cui dominantur hic. Et postea dolor & iniquitas, Ex Cass. & gl. int. Descẽdet. s. cum impetu, super caput & verticem, cum pœnis æternis subiicient eum.

18 Confitebor domino secũdum iustitiã eius: & psallam nomini domini altissimi.

Ex Cass. CONFITEBOR Domino]Quinta pars, vbi est psalmi cõclusio; qua omnia in summam colligens, dicit se alacriter cõfiteri. q.d. Et quia adiutorium meum est à domino, ideo; Confitebor domino .i. laudabo dominum. Et hoc, [SECUNDUM].i. ꝓpter [Iustitiã eius.]Hæc enim Ex Augu. confessio non est peccatorum, sed iustitiæ dei: qui intus iustos ꝓtegit, & malos pro sua malitia punit. Cõtra hanc laudẽ nihil valẽt blasphemiæ impiorũ, qui volentes suæ culpæ tribuere quod peccãt, mala sua excusant per fortunam, vel fatũ, vel diabolũ, cui potest resisti, vel per aliam naturam, quæ non sit ex deo. Hi tales stu-

ctuant errátes, potius quam confiteantur deo, vt eis ignoscat. Qui autẽ videt merita animarum sic ordinari a deo, vt dũ sua cuiq; tribuuntur, pulchritudo vniuersitatis nulla ex parte violetur, in omnibus laudat deum, distinguens aliud deũ fecisse & ordinasse, videlicet vniuersum bonũ: aliud autẽ nõ fecisse, sed ordinasse, vt malũ [ET PSALLAM] opere [NOMINI domini altissimi.] Psallẽre ad gaudiũ pertinet: sicut pœnitentia peccatorum ad tristitiam. Potest & hic psalmus in persona Christi intelligi, si ea quæ humiliter sunt dicta, ad infirmitatem nostram referantur: quam ipse Christus gestauit.

Ex Cass.

COLLATIO

In psalmum septimum, Domine deus meus in te speraui.

2 DVM non est qui redimat, neque qui saluum faciat.] Heb. פּוֹרֵק וְאֵין מַצִּיל poreq veen matzil, id est lacerans seu lacerer, & nõ sit qui eripiat, vt volunt hebraïcantes. Hoc tamẽ non est necessarium, quãdoquidem פּוֹרֵק paraq significet liberauit, redemit, psalm. 135, Et redemit nos ab inimicis nostris. vbi idem verbum legitur quod hic. Sed LXX acceperunt negationẽ relatam ad priorẽ & posteriorem dictiones.

4 SI reddidi retribuentibus mihi malum.] Pratensis, Si reddidi pacem habenti mecum malum. Sanctes, Si retribui pacifice degenti mecũ, malum. Munsterus, Sed reddidi malum pacifico meo. Interpres pro Caietano, Si retribui pacifico meo malum. In eandem sententiam descendit Campensis in paraphrasi tantum, quæ longe discrepat à latina. Sed vocabulũ hæbraicum est multiplex שׁוֹלְמִי scholmi, pacifico meo, vel retribuenti mihi: à radice שָׁלַם schalã, pacificus fuit vel restituit. Posteriorẽ significãtiam acceperunt Hieroymus iuxta Hebræũ, & LXX. de varietate mihi perpusillum refert. Translator ad campensem propemodum est nobiscum, Si damnum mihi dantibus reddidi.

DECIDAM merito ab inimicis meis inanis.] Heb. וָאֲחַלְּצָה צוֹרְרִי רֵיקָם vaahaltzah tzoreri requam. Hierony. Dimisi hostes meos vacuos. Pratensis, Oppressi aduersantes mihi sine causa. Mũsterus, Qui etiam eripui ab afflictione aduersantẽ mihi sine causa. Sanctes, Quieui hostẽ meum gratis. Interpres pro Caietano, Et erui angustatorem meũ inaniter. Pellicanus, Et si nõ eripui inimicos meos sine causa. Trãslator ad Campensem, Si hostem meum temere spoliaui. Vt conuenisset? Hæc itaq; diaphonia & verborum & sensus profecta est ex æquiuocatione duarũ vocularum. Siquidem verbũ חָלַץ halatz polysemon est, modo signat, declinauit. Vt Oseæ 5. Vadent ad quærẽdum dominum & non inuenient, ablatus est ab eis. In quo Heb. ponitur hæc particula. Eundẽ vero sensum refert, ablatus est ab eis, & declinauit ab eis. Itidẽ declinare inanis ab inimicis, quid aliud est q̃ superari ab eis: sicut acceperũt LXX. Alias id vocabuli significat eripuit, exuit, armauit. Secũda רֵיקָם requam, interdũ notat inaniter, gratis, frustra, quãdoq; vacuum, vt Deuteron. 15. Nõ patieris eum abire vacuum, ea ponitur in Hebræo particula, vacuus autem & inanis idem sunt.

6 EXALTARE in finibus inimicorũ meorum.] LXX habent (nisi fallant codices) τῶν ἐχθρῶν σου inimicorum tuorum, vt etiam legitur in psalmodia Rom. Et apparet variasse volumina. Nam in hoc psalmo, versu 9. Iudica me secundum iustitiam meam, Simia & Fretella mouerant quæstionem ipsi Hieronymo, cur in græco haberetur κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου, id est, iuxta iustitiam tuam, quum tamen legamus iustitiam meam. Si autem in præcedenti versu exemplaria habuissent similem diuersitatem, similẽ excitassent forte quæstionem in eodẽ pronomine. Adde q̃ in codicibus nostris versus, de quo requirebant Simia & Fretella habet, μου, non σου. quod est argumentum clarissimum varietatis. Sed legas inimicorum meorum, legas tuorum, non mutatur sensus. Nam inimici iustorũ, sunt etiam inimici dei, iuxta illud Act. 9. Saule, Saule, quid me persequeris? idque propter vnitatem corporis & capitis. Multò secus Hebræi videntur habere, ꝓpter particulã beabroth בְּעַבְרוֹת Hieronymus iuxta Hebræũ, eleuare indignãs. Pratensis, eleuare inter iracundias tribulantiũ me. Paraphrasis Campensis, Commoueant te furores hostium meorum. Munsterus, Eleuare propter indignationes hostium meorum. Sanctes, Eleua te, propter indignationes hostium meorum. Pellicanus, Eleuare in transgressiones vel iracundias tribulantium me. Interpretes pro Caietano, In indignationibus angustiatorum meorum. Nebiensis, Eleuare in iram molestantium me. Chaldæus, Irrue in fremitu super molestatores meos. Æquiuocatio verbi עָבַר abar fecit diuersitatem, quum enim quandoq; notet, vltra transire (vnde secundum quosdam, Hebræi dicuntur, quasi transfluuiales) & fines sint ad quos semper trãsimus, erudite iuxta sensum verterunt LXX, in finibus, quos Augustinus interpretatur possessionem dei, quę per conuersionem migrauit de ditione diaboli in tẽplum dei. Felix est transitus iste, vltra quem non est alius quærendus. Idem etiam verbum significat irasci, cuius significantiam alij secuti sunt, vt verissimum sit quod in prologo adduximus de Hieronymo aduersus Rufinum lib. 1. Quanta sylua apud Heb. ambiguorum nominum atque verborum, quæ res diuersæ interpretationi materiam præbuit, dum vnusquisque inter dubia quod sibi consequentius videtur, hoc transfert.

Varia lectio.

γνώμη memorabilis ex Hieron.

10 CONSVMETVR nequitia peccatorũ.] Nebiensis, Cõpleatur, obsecro. יִגְמָר־נָא Chaldæus, Destruatur nunc malitia, ugmor na. Pratensis, Sãctes, interpres pro Caietano, Cãpensia accipiunt actiuè, Cõsumet malum impios. Hierony. iuxta Heb. Pellicanus, Munsterus, vertit passiuè, Absumatur, quæso, malum impiorum

iuxta Munsterum in græco est pasiiuum συντελεσθήτω, vt sit consummetur per duplex, m, iuxta expositionem August. Qui in sordibus est sordescat adhuc. Tamen id non est necessarium ex Hebræo גָּמַר gamar, vnde per futurum hic dicitur יִגְמָר iigmor.

SCRVTANS corda & renes deus.] Primum vocabulum sequentis versus in ordine versionis latinæ, Hebræi referunt ad finem præcedentis. vt sit, Scrutans corda & renes deus iustus. deinde, Adiutorium meum &c. In Græco quędam exemplaria habent in fine versus ὁ θεὸς δικαίως, id est, deus iustè, aduerbialiter: alia δίκαιος, id est, iustus: alia nempe Aldina, in principio sequentis versiculi, δικαία ἡ βοήθεια, id est, iustum adiutorium, vt legimus. Vtrunq; accipias, & deus est iustus, imò ipsa iustitia, & iustū eius adiutorium.

12 DEVS iudex iustus, fortis & longanimis.] In Hebræo non est longanimis, LXX addiderunt μακρόθυμος. Hoc autem non superfluè fecerunt, quia nunquam iustitia dei separatur ab eius misericordia. Amb. autem lib. 3. hexameron ait, Multa non otiosè à LXX viris hebraïcæ lectioni addita & adiūcta comperimus. Hieronymus ponit fortis, cæteri repetūt deus, vox autem hebræa אֵל el vtrunq; dicit. Munsterus, Deus iudex iustus est. Sic Pratensis & Pellicanus. Sanctes vero, Campensis, interpretes pro Caietano, ac Nebiensis, Deus iudicat iustum, ambiguo sensu. Qui q̃ rectè transtulerint, viderint. Siquidem potest in hunc vtrunq; sensum accipi, vt deus iudicet iustum hominem, aut rem iustam.

Ambrosij sententia

NVNQVID irascitur per singulos dies?) Hebræi legunt sine interrogatione. Hieronymus iuxta Hebræum, Comminans tota die. Munsterus, Commouetur per singulos dies. Sāctes addit de suo, Irascitur impio die omni. Reliqui in eundem sensum. Apparet LXX bis legisse citra puncta אל אל aleph & lamed, vt prius sit אֵל el, id est, deus vel fortis. Secundum אַל al. non accipiendo interrogatiue, sicut Munsterus volebat intelligi Iob 13, Etiam si me occiderit, nō sperabo? Vbi nostra editio caret negatione, & redit idem sensus, si interrogatiue cum negatione legatur. Vtut fuerit non variatur intelligentia, quòd deus per singulos dies comminetur, & tamen non irascitur, mox peccatores puniendo.

13 NISI cōuersi fueritis.) Heb. אִם לֹא יָשׁוּב im lo iasub, id est, nisi conuersus fuerit, in singulari numero. Sed ad eum modum transferendo redditur sententia dubia, an videlicet debeat id referri ad deum, an ad peccatorem, an ad gladium. In plurali vero, traditur sensus multo clarior, vbi numerus singularis subaudiret impium. qui si non resipiscat, vindictam suam exercebit ad eum deus. quare LXX pluraliter more boni interpretis ambiguitatem suppresserūt, ponentes secundam personam pluralem. Vnde Hieronymus vertit per participium, Non conuertenti, suum gladium acuet. quanquam manifestum sit hebræum esse in futuro verborum quarti ordinis: Chaldæus respondet nostræ editioni, Si non reuertatur ad honorem eius. Nebiensis aliter, Profecto non reuertetur.

13 SAGITTAS ardentibus effecit.) Cur debuerunt Sanctes, Munsterus, Pratensis, & interpretes pro Caietano vertere persecutores aut persequentes, pro ardentibus? quandoquidem דָּלַק dalaq nullo reclamante etiam significet arsit. Et Hieronymus traduxit ad comburendum, Pellicanus ardentes, Campensis vtrunque comprehendit, Qui ardentissime persequutur aliquem. Quomodo autem debeat intelligi, sagittas effecit ardentibus in ablatiuo ne, an in datiuo, habes supra in enarratione commentarij.

VIII. PSALMI TITVLVS,
In finem psalmus Dauid pro torcularibus.

DOMINVS dominus noster] Titulus, [In finem psalmus Dauid pro torcularibus] Nihil de visibilibus torcularibus, in textu huius psalmi dicitur, sed de spiritualibus, & per visibilia torcularia significatis. i. de ecclesijs, quia de ecclesiæ constitutione, & causa constitutionis hic agitur. s. de Christi ascensione, & spiritus sancti misione. Cum enim dominus post resurrectionem ascendit, misit spiritum sanctum in Apostolos & alios fideles: quo impleti prædicando ecclesias congregauerunt. Ecclesia autem dicitur torcular, eadem ratione, qua dicitur area. Multis enim & varijs similitudinibus, eadem res in scripturis sæpe insinuatur. Ideo vero areæ vel torculari comparatur. quia sicut in area grana à paleis, & in torcularibus vinum diuiditur à vinatijs, ita in ecclesia boni à malis opere ministeriorū separantur: nō loco, sed affectu, & quasi à tegumentis purgantur, vt frumenta in area à paleis, & in torcularibus vina exuuntur à vinatijs. quæ tamen necessaria erant, vt simul nascerētur, & crescerēt, ad maturitatémque peruenirent. Ita in ecclesia ammixtio malorum est necessaria bonis: qui simul incipiant, crescunt, & cōsummantur. sed boni in bono, mali in malo. In futuro vero etiā loco separabuntur, cum frumenta recondentur in horreis, paleæ vero comburētur igne inextinguibili. Vel ecclesia ideo dicitur torcular, quia in ea intellectus verbi dei dum sono vocis ministratur, quasi vinum includitur in vinatijs, & sic fertur ad aures, quasi ad torcular, vbi discernitur, quia sonus valet auribus, intellectus vero à memoria auditorum, quasi quodam lacu excipitur: inde in mentis habitum & morum disciplinam, tāquam de lacu in cellas transit: in quibus si negligentia non acuerit, vetustate firmabitur. Vel torcularia sunt etiam martyria, vbi corpora eorum qui pro Christi nomine, afflictione persecutionum calcātur, quasi acina remanent in terra: animæ vero ad requiem habitationis cælestis emanant. Et quia hæc fiunt in ecclesijs, ideo ipsæ ecclesiæ torcularia dicūtur.

Ex Aug. & Alcu.

Ex Aug.

& est sensus tituli,[PSALMVS]iste,[DAVID]
prophetæ,tendens[IN finem]id est,in Chri-
Ex Cass. stum,quia agit de exalratione Christi,secūdum
& gl. int. duas oaturas, est agens[PRO torcularibus].i.
de ecclesijs,de quarum constitutione & causa
constitutionis agit. Iutentio est hic Prophe
tæ, errorem Iudæorum,qui dicūt in Iudæa tan
tum notum deum: & Donatistarum, qui tan-
tum in Africa notum dicunt,& similiom, coo-
Ex Cass. futare. Modus.Bipartitus est psalmus. Prīmo,
laudes Christi describuntur. s. maiestas eius &
operatio excelsa. Secundo,dicit naturam homi
nis olim incitatam,in Christo super omoia ex-
altatam. ibi, Quid est homo. A laude ergo inci
piens propheta, ait,ô,

DOMINE dominus noster: quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

Ex Rem. DOMINE]omnium secūndum potentiam.
& gl. iot. Qui es specialiter[DOMINVS noster]secun-
dum receptionem & cultum[NOMEN tuum]
id est,gloria & fama.[ADMIrabile est] propter
creaturas quas fecisti,& regis, &[QVAM admi
Ex Cass. rabile]q.d.infinite.Nūllus eoim sufficit omnes
& Alcui. creaturas cognoscere,in quibus admiramur te.
Admirabile est dico,[IN vniuersa terra.] noo
iu Iudæa tantum,vt dicunt Iudæi;nec tantum
io Africa,vt dicunt Donatistæ.Ne ergo Iudæi
vel quilibet sibi vendicent,quasi proprium,qđ
est commune omnium,quod est inteotio psal-
mi,& dirigitur sermo ad deum trinitatem, de-
inde supponit in parte,per quid est admirabile,
loquens ad deum patrem,

2 Quoniam eleuata est magnificentia tua super celos.

QVONIAM eleuata est]q.d.per hoc est ad-
Ex Rem. mirabile, quia[MAGNIficentia tua]id est fi-
& Cass. lius tuus,deus homo[ELAVATA est]de terre-
na humilitate.[SVPER cælos]ad literam,homo
deus ad dexterā dei patris sedēs. Vel,Eleuata est
Ex Aug. magoificentia tua super cælos,id est, sūper scri-
pturas.quia excedit omnium eloquia scriptura
rum. Vel eleuata est,in comprehēsibilitate.Su-
Ex Rem. per cælos.i. super ōmnes rationabiles creaturas.
Vel,magnificētia tua, id est fama & gloria tua,
idem quod ante dixerat nomen, eleuatū est so-
per cælos.i. super scripturas, qoibos ad pleuum
noo explicatur. Scripturæ autem dicuntur cæ-
li, eo quod diuina mysteria celant. Et ô do-
mine tu,

3 Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicū & vltoré.

PERFACISTI laudem ex ore infantium,]
Ex Cass. Infantēs & lactentes non pro ætate dicit, sed
pro simplicitate.sicut Petrus in epistola Cano-
nica ait,Quasi modo geniti &c.qui.s.nondum
escam, sed lac capere possuot, quales erant illi,
Ex Aug. quībus Apostolus lac dabat dicens, Tanquam
paruulis in Christo,lac potum dedi vobis, non
escam.quos significabant illi, qui dominum ve
nieotem ad passionem laodabant: in quos hoc
vtitur dominus testimonio,cum Iudæis dicen-
tibus,vt eos corriperet,respondit,Non legistis,
Ex ore iofantium &c.Bene autem,non ait feci-
sti,sed[PERFECISTI]Ex his enim perfecit
deus laudem,quia si soli perfecti esseot in eccle
sijs,nō ita cōsuleretur humano generi,sicut nūc
cum etiam minimi ooodum capaces cognitio-
nis rerum spiritualium atque æternarum no-
triuntur fide temporalis historiæ & deum lau-
dant.& est sensos,[PER PECisti laudem ex ore
infaotium & lactentium].i. nōn solum à perfe- Ex Cass.
ctis,sed ab incipientibos prædicaris: & hoc fe-
cisti[PROPTAR inimicos tuos] destruendos,
& [VT destruas inimicum & vltorem]vel dē-
fensorem,alia litera,Inimici sunt generaliter o- Ex Aog.
moes, qui dispensarioni per crucifixum factæ
contraria dicunt.Defensores videntor hæretici
fidei, & philosophi sapientiæ, cum tamē & illi
fidem,& hi sapientiam veram impugnent. Vel,
Infantēs & lactenres,dicit Apostolos.quia stul
ta mundi elegit deus, vt fortia confunderet. Ex Rem.
Vnde perfectior est laus,quia ad eam nō huma-
na sapientia,sed diuina gratia acceditur.Et est,
Ex ore infantium & lactentium,id est,Apostolo
rum, perfecisti laodem. Vēl de pueris Hebræo- Ex Cass.
rum potest accipi,quia ex verbis illorum poero & Rem.
rum,perfecta est laus.Quod videbatur pueril-
ter agi,sed sancti spiritus instinctu fiebat. Et est
sensus,Ex ore infantium & lactentium perfeci
sti laudem,id est,ex verbis puerorum Hebræo-
rum perfecisti laudem. Et hoc totum, Propter
inimicos tuos coofundendos.s. Paganos. Idēo Ex Cass.
enim à talibus laudari voluit,ne videretur hæc
sapientia humana, sed diuinitus data. Et ideo
hoc fecisti, Vt destruas inimicom, id est, Iu-
dæum,Et vltorē vel defensorem.Iudæus enim
inimicos est dei, dom patrem solum defen-
dit: qoia qoi non honorificat filium, non hono
rificat patrem. Vel,Inimicus est voto. &,Vltor
scilicet suæ sectæ defensor.

4 Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum: lunam & stellas quæ tu fundasti.

QVoniam videbo]q.d.verē perfecisti laudē,
& destrues inimicū,[QVONIAM videbo cęlos
tuos]id est,præuideo iam per spiritom sanctum Ex Rem.
Apostolos,& videbo etiam præsentialiter in po & Alcu.
steris.Hoc dicere,bene conueoit primitiuis.Cę
los dico, qoi sunt[OPERA digitorū tuorum]
quia cooperatiooe trinitatis instructi sunt:quę Ex Cass.
trinitas in tribus digitis sigoificatur hic.vt ibi,
Qui appēdit trib⁹ digitis molē terrę. Et p eos
cælos,videbo ædificari[LVNAM]id est,vni- Ex Hier.
uersalem ecclesiam.&[STELLAS].i. ecclesias & Aug.
singulatim per loca diuersa,vel doctores alios. & Alcu.
Quæ tamē.s.lunā & stellas,vel quas scilicet stel
las[TV fundasti]noo illi. Apostoli enim mini
stri sunt ædificationis: tu vero auctor vel fun-
dator. Vel aliter ab illo loco,Ex ore,& proce-
ditur de illa seotentia, in qua cælos appellauit

Ex Aug. scripturas. Quia ergo dixerat Christum excedere omnium scripturarum eloquia, forte videretur, quod per scripturas ad eius notitiam parvuli pervenire, vel ascendere non valerent. Hoc autem removens, dicit eum etiam infantibus scripturas humiliasse. per quod & ipsi magnificentiam dei caperent, & inimici destruerentur. Et hoc est, super scripturas elevatus est filius. Et per illas tamen, Perfecisti laudem ex ore infantium, & lactentium, id est, illas scripturas inclinasti infantibus & lactentibus ad ascendendum, ut sic foret laus perfecta, quod est p scripturas quas infantibus inclinauit. Vnde alibi, Inclinauit cælum & descendet. Et hoc fecisti, Propter inimicos tuos, scilicet, inimicos crucis Christi destruendos. Et quasi exponendo subdit. s. Vt destruas inimicum & defensorem. & accipit eosdem per inimicū & defensorē, quos dixit inimicos omnes. s. qui cruci Christi cōtradicunt. qui destruūtur cū vidēt. i. intelliguntur scripturæ, vsq; ad infantiū capacitatē ductę: & p eas vsq; ad robur nutriuntur, & ad sublimitatem intelligentiæ eriguntur. De quibus subdit, Quoniam videbo cælos. Et vere destrues, dicit propheta, in persona ecclesiæ, Quoniam videbo cælos tuos, id est, Intelligam scripturas sacras, quę sunt opera digitorum tuorum, id est spiritu dei factæ sunt: cuius septem sunt dona, cum sit vnus spiritus: sicut plures digiti sunt in vna manu.

Ex Rem.

Ex Aug. Et videbo lunam. i. vniuersalem ecclesiam. Et stellas. i. ecclesias singulas, vel doctores. Quæ vel quas tu fundasti in cælis vel in eisdem scripturis collocasti. quas cælorum vocabulo positas credimus.

5 Quid est homo quòd memor es eius: aut filius hominis quoniam visitas eum.

Ex Cass. & Alcu. QVID est homo.] Sēcunda est pars. vbi dicit naturam hominis olim viciatam in Christo super omnia exaltatam. prius enim ostenderat omnipotentiam deitatis. Ideoque cōgrue in hac parte agit de exaltatione humanitatis: sed præmittit de humiliatione totius humanæ naturæ, ostendens nullum esse penitus homini meritum, dei beneficio dignum. Q. d. & quia omnia hæc per filiū sunt, ergo [QVID est homo &c.]

Ex gl. int. Vel ita continua, Eleuata est magnificētia tua, [ET quid est homo quòd memor es eius, aut filius hominis] Per hominem accipiūtur peccatores: per filium hominis, spirituales. Distinctio enim innuit distare inter hominem, & filium hominis. omnis enim filius hominis, homo est, sed non econuerso: vt Adam qui fuit homo, sed non filius hominis. Homo ergo hic accipitur, omnis qui portat imaginem terreni, id est, omnis peccator & carnalis: filius hominis accipitur, omnis qui portat imaginem cælestis, id est Christi. Et merito nouus homo, filius hominis dicitur, quia nouus ex veteri quadam mutatione fit. Spiritualis enim regeneratio, qua innouatur mutatione vitæ terrenę atq; secularis, à deo inchoatur, vt runque vero respicit misericordia dei: sed illum quasi longe seiūctum à deo: istum,

Ex Aug.

id est, filium hominis quasi præsentem. Ideoq; cum despectu pronuntians, ait, Homo peccator terrenus. q d est [QVOD tu es memor eius] quasi longe positi: cuius deus memor est, dando salutem tēporalem. s. benedictionem sinistrę. Vnde alibi, Homines & iumēta saluabit dominus. [AVT filius hominis] id est, spiritualis, qui portat imaginē cælestis, quid est? [QVONIAM tu visitas eum] quasi præsentē, qui prope est deo mū ditia vitæ. Et ideo præsens visitatur, id est lumine vultus dei illustratur. Vnde alibi, Signatū est super nos lumen vultus tui domine, à peccatoribus vero longe est salus. Vel per hominem accipit generaliter quēlibet hominem: & per filiū hominis, Christū hominem. Et est, Quid est homo, quilibēt vilis & miser, Quod memor es eius. eius memor est deus miserendo. Aut filius hominis. Hic voce surgēdum est, id est, homo Christus, quid est? quoniam tu per eum, Visitas eū. s. hominem. quod fuit cum verbū caro factum est: in qua incarnatione medicus cælestis venit ad infirmos, & factus est dei filius, hominis filius: de quo propter carnis infirmitatē, subdit.

Ex Cass. Ex Aug. Ex Aug. & gl. int. Ex Cass. Ex Aug.

6 Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eū: & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Ex Aug. & Cass. MINVISTI eum] q. d. non modo in alijs humana natura est humiliata, sed etiam in ipso Christo, quia [MINVISTI eum] qui est caput omniū fidelium [MINVS ab angelis] quia passibilis, & mortalis, sed [PAVLO] quia in alijs superat angelos quib' imperat. Dico, Minuisti, sed postea, [CORONASTI eum gloria] id est corporis incorruptibili claritate [ET honore] vt omnibus sit venerabilis. Et bene ait, [CORONASTI] quia circulus mūdi qui est quasi similis coronæ, ad fidem eius venit. [ET constituisti] id est, stabilisti [SVPER opera manuū tuarum] Quia ergo & angeli sunt opera manuum dei, & super eos cōstitutus est vnigenitus dei filius.

Ex gl. int. Ex Cass. Ex Aug.

7 Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi.

Ex gl. int. OMNIA &c.] Dico quod constituisti super opera [OMNIA] quidē [SVBIECISTI sub pedibus eius] id est, sub dominio & potestate eius. & enumerat quæ. s. [OVES &c.] Cūr relictis altiorib'. s. exercitibus angelorū, & ipsis hominibus, hæc ima dicit? Sed mystice intelligendū est. Oues ergo innocentes dicit: Boues dicit illos, qui operātes, terrenos faciunt fructificare. Et hoc de angelis & hominib' dicitur, vt de omnib' probet quod subiecta sint Christo. Et est, [SVBIECISTI ei oues] i. innocentes, tam homines quàm angelos [ET boues] scilicet arātes, & triturātes, qui in vinea domini, vomere spirituali arbusta criminis conscindunt. Boues dico, [VNIVERSAS] fœminino genere vtitor, vt notet fructificātes, qui semine verbi dei hominum corda fructificare faciunt: & illi

& Aug. Ex Aug. Alcuino & Rem.

suot homines, & angeli. [INSVPER &c.] quasi dicat nō tantum boues subiecisti ei, sed [INSVPER & pecora campi] Per hoc quod dicit, Insuper, distinguit hæc à prædictis sanctis. Hæc enim sunt acina, sicut prædicti sunt viuū. Et malos ergo Christo subiectos esse ootat, qđ minus videretur, quod significat cum ait, Pecora campi, id est, carnales in amplitudioe voluptatum, tanquam in latitudine camporum, oon in montibus virtutum habitantes. Pecora ergo campi, sunt homines qui in carne viuuot; vbi nil arduum, nil laboriosum ascendunt: sed lata via est cui inhærent, quæ ducit ad mortem. Vnde & Abel à fratre in campo occiditur. Et subiecisti ei,

Ex Aug.

8 Volucres cęli & pisces maris: qui perambulant semitas maris.

Ex Aug. & Alcu.

VOLVCRES cæli] id est superbos. Bene per volucres cæli sigoificantur superbi: de quibus dicitur, Posuerunt in cælū os suum. Quorum caput dicit, Ascēdam io cælum, & exaltabo solium meū &c. [ET pisces maris] id est, curiosos, [QVI perambulant semitas maris] id est, qui in profundo sæculi temporalia, quæ quasi semitæ in mari cito vanescunt, inquirunt pertinaci stūdio. Vnde recte non ait, ambulant, sed perambulant: per hoc ostendens pertinacissimum studiū inania & præterfluentia requirentium. Hæc autem tria genera vitiorū, id est, voluptas carnis, superbia & curiositas includunt omnia vitia: quæ sicut Ioannes ait, sunt coocupiscentia carnis, ambitio seculi, id est, superbia, & concupiscentia oculorum. Per oculos nanq; curiositas maxime præualet. De his tribus teotatus fuit domious & saluator, & vicit: quibus primus homo victus succubuit.

9 Domine dominus noster: quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

DOMINE dominus noster quàm] Ecce cōclusio psalmi. Ecce quo totum teodat. q. d. & quia hæc omnia fecisti, ergo, ô [DOMINE dominus ooster q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.] Decenter principium repetit, ostendens initium & finem boni ad deum referendum.

Ex gl. int.

Ex Aug.

COLLATIO
In Psalmum octauum, Domine dominus noster.

3 EX ore infantium & lactentium perfecisti laudem.] Vtioam sine temeritate oeoterici hebraïcaotes verterint, Perfecisti robur, aut fortitudinem, pro perfecisti laudem. Reprehendant ergo Euangelistam Matth. 21, imò Christum ipsum, qui hunc locum in Iudæos calumniantes retorsit. Nunquam legistis, inquit, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Ecce Christus dicit laudem, & tu sapientior Christo, aut interprete Ioanne Euangelista, qui Matthæum, referente Theophylacto, græcum fecit, secuodum quosdam: probabilius est enim Matthæum scripsisse hebraïcè: vis melius trāsferre robur, fortitudinem? Quid ergo mirum, si alia loca ooo timeas labefactare, qui vel Euangelistis non parcis? Quid deinceps non audebunt belli homines? Nonne legitur Matth. 21. græcè κατηρτίσω αἶνον. Quid ergo in mentem venit Munstero vt verterit fortitudinem, & in Psalmographo, & in Mattheo? Scimus quidem dignam esse intelligentiam, quod eò vsque fundata sit fortitudo Christi, adeò vt sit insuperabilis, & testimonio infantium confirmata. Vide tamen si Hieronymus iuxta Hebræū vertit aliud quàm laudem. Nebiensis est nobiscum.

Interpretum Neotericorū temeritatē Matth. arguit.

6 MINVISTI eū paulominus ab angelis.] Plerique vt Faber & Cæcus Burgensis contendunt debere constāter legi, à deo, quia habetur Heb. אֱלֹהִים elohim. Et in eam, proruperūt insaniam, vt dixerint & scripserint locum beatissimi Pauli Hebræorum 2. ad incudem reuocandum, taxantes eius interpretem (quem ferunt quidam fuisse Lucam) vt perperam legatur ab angelis: sed deinceps in ecclesijs psallatur, Minuisti eum paulominus à deo. Vt præsentem locum euentilemus, Primo non est disceptādum de vocabulo, quod nemo ambigit significare deū & iudices, principes & viros admiratiooe dignos ac fortitudine, atq; adeò ipsos angelos. Exod. 21. Offerat eum dominus dijs. Et Exod. 22. Dijs non detrahes, ponitur elohim. Caput negotij versatur circa intelligentiā Prophetæ & Apostoli, quam (vt reor) nequaquam assequutus est Faber, quin multis partibus pugnat cum sensu prophetico & Apostolico, si oculatius introspiciantur precedētia & sequentia. Præmisit enim Dauid admirando & suspiciendo omnis, vnionem illam naturæ humanæ ad verbum. Quid est homo, natura humana tam fragilis, tam despecta, cuius tamen memor es per multam miserationem, vt assumas ad dignitatem vnionis hypostaticę? Deinde vt oppòsita sese ex vicinitate mutuò collustrent, ostendit eius mortalitatem & abiectionē & passibilitatem, vt mox subiungat gloriosam exaltationem, iuxta illud Philipp. 2. Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, factus obediens vsque ad mortem. Deinde subsecutus, Propter quod & deus exaltauit illum, &c. Dicit itaque Propheta, Minuisti eum paulominus ab angelis, propter mortalitatem & passibilitatem, quibus angeli noo suot obnoxij. Licet igitur fuerit mortalis, & hinc minor angelis, tamen postea triumpho inenarrabili, supra naturam angelicam sedet ad dexteram patris: quare continenter subtexuit, Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuū tuarum. Nec obest, quin alia ratione, Christus sit superior angelis, gratia capitis & plenitudinis influentiæ, etiam quatenus est homo, iuxta illud Ephe. 1. Instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis & quæ in terra sunt, in ipso. Et ad Col. 1. Et per eum recōciliare omnia in ipsum. pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quę io cęlis sunt. At diceret forsitan quispiam

Christus quatenus aut inferior aut superior angelis.

contentiosus. Qui fit, vt dicatur duntaxat pau
lum ab angelis imminutus: quum scribatur psal
mo 22, Vermis & non homo, opprobrium ho-
minum & abiectio plebis. Quæ sententia sona-
re videtur plurimum esse imminutum ab ange-
lis, non paululum. Hoc certe ratiocinium con-
futat illam opinionem, quæ vult dici minoratū
à deo, quod non potest intelligi secundum na-
turam diuinam, igitur secūdum humanam, cu-
ius nulla est proportio ad diuinam, vel post as-
sumptā stolæ immortalis gloriam. Contra ve-
ro alteram nihil obstrepit, si attētius perpēdas
sensum prophetæ. Recipimus enim Christum
fuisse habitum infra abiectissimos homines, iu-
xta æstimationem impiorum Iudæorum & in-
fidelium, quū re vera ipsa sanctimonia esset ac
bonitas. Vnde accommodatissimè dicit Pro-
pheta, Paulominus, quia licet mortalitati vl-
tro se substrauerit dominus, eóque angelis infe-
rior, verumtamen ad vnionem illam superbene
dictam, si mentis oculos defixeris, paulo minor
fuisse videbitur illa diminutio. Nec etiā absonū
est quod Chrysost. & Theophylactus inter-
pretantur de modo temporis. Christus quidem
mortalitatem nostram induit, sed ad glorifica-
tionem subsequutam, breui tempore miserijs
nostris fuit attritus. Sed frustra interpretamen-
tum hoc reiicit Faber, quia מְעַט meat apud
Hebræos ait, non refertur ad modum tempo-
ris, sed quantitatis. Nam psalmo 36. Adhuc pu
sillum & non erit peccator. Heb. legitur meat
מְעַט. Et psalmo 2. Cum exarserit in breui ira
eius, quæ manifestè respiciunt rationem tempo
ris. Consentit Græcus βραχύτι, ad breue tēpus.
Verum obstrepes & vociferaberis Hieronymū
vertisse, Paulominus à deo, iuxta Heb. Huic ob
iectioni satisfactum est in prologo, Hieronym.
tradidisse illam versionem Sophronio disputā-
ti cum Iudæo, qui penè per singulos sermones
illudere volens Sophronium, asserebat non ita
haberi in Hebræo, vt ipse opponebat. Et aliud
est (inquit) in ecclesijs Christo credentium psal
mos legere, aliud Iudęis singula verba calumniā
tibus respondere. Cernis itaque Hieronym. ita
vertisse propter calumniosos. Hinc in commen
tario huius loci ait, In Hebræo pro eo quod est
ab angelis, qui dicuntur מַלְאָכִים malachim,
Deum habet, hoc est elohim. Hunc locum Apo
stolus in epistola ad Heb. super Christo inter-
pretatur. Vbi perspicis Hier. sentire Apostolū
interpretari Heb. elohim pro angelis. Nō enim
ignorabat lectionē grecanicam epist. ad Heb. Et
in ea dicit Apost. Eum autem qui modico q̄ ab
angelis minoratus est, videmus Iesum, propter
passionem mortis gloria & honore coronatum.
Iuuat quod Pellicanus, Sanctes, & Munsterus
vertūt ab angelis. Hic I scholiis docet אֱלֹהִים
pro elohim accipi מַלְאָכִים malachim. post
Heb. interpretationē & Chaldaica paraphra-
sis manifeste habet ab angelis.

Contra aduer te Erasm. ad Heb. 2. fecisse cō-mētarios Hier. esse & pbasse, quos post ea infecta tur, vt de claratur I prologo.

IX. PSALMI TITVLVS,
In finem pro occultis filii psal-
mus Dauid.

CONFITEBOR tibi] Titulus [IN finē
pro occultis filii, psalmus Dauid.] Cum
dicitur filius, nec additur cui*, sicut hic,
per excellentiā intelligitur Christus, qui est vni
genitus dei filius. sicut ip se sine additamēto de
se ait, Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Ex Aug.
Vel filius est etiā ipsius Dauid, quia de eo nat*,
cum dicit, [PRO occultis] nominādo occulta fi
lij, dat intelligi, quia alia eius sunt manifesta.
Sciendum igitur, quia duo sunt aduentus Chri
sti. Primus, in humilitate, qui occultus fuit Iu-
dęis, qui cęcatis Iudęis, gentibus profuit. Vnde,
Cæcitas contigit Israel, vt plenitudo gentium
intraret. Secūdus in maiestate, qui omnib* erit
manifestus. Duo etiam sunt iudicia dei, scilicet
occultum, quod nunc agitur, quod incipit à do
mo dei, id est, occultum dei iudicium est pœ-
na, qua nunc quisque hominum vel exercetur
ad purgationem, vel monetur ad cōuersionem.
Vel si contemnit dei vocantis disciplinam, ex-
cæcatur ad damnationem. Manifestum iudiciū
erit in vltimo, cum cuique retribuet iuxta meri
ta. Hic ergo agit de occultis, id est, de humili ad
uētu, qui cæcatis Iudæis profuit gētibus. & de
pœna qua iudicat purgando, conuertendo, ex-
cęcando. Et est sensus tituli, [PSALMVS] iste,
[DAVID] prophetæ, qui hic loquitur in perso-
na ecclesiæ dirigens nos [IN finem]. i in Chri-
stum, est [PRO occultis] id est, agit de occultis Ex gl. int.
[FILII] scilicet dei. Vel filij ipsius Dauid, de
quo natus est Christus secundū carnem. In
tentio. monet, vt non casu vel fato, quis credat
mundum regi, sed iusto iudicio dei. Modus.
Quinque sunt partitiones. Primo, Propheta Ex Cass.
lætus psallit. quia cultura diaboli aduentu Chri
sti destruitur, & Christus regnat, iudicat, adiu-
uat. Secundo, fideles prouocat ad laudem. ibi,
Psallite domino. Tertio, finem malorum ventu
rum peccatoribus cum Antichristo prædicit:
ibi, Conuertantur peccatores. Quarto, mala tē
poris Antichristi pertractat. ibi, Vt quid domi-
ne. Quinto precatur iudicium maturari, vt san
ctorum mala finiantur. ibi, Exurge domine. Cō
tra illos ergo qui de flore malorum & labore bo Ex Aug.
norum murmurant, putantes non diuina dispo
sitione, sed casu hoc contingere, loquitur hic
Propheta.

Onfitebor tibi do-
mine in toto cor-
de meo: narrabo
omnia mirabilia
tua.

CONFITEBOR ti-
bi] quasi dicat, quidam murmurant & detra-
hunt: sed ego [CONFITEBOR tibi domi-
ne] id est, laudabo te, quicunque detrahat: & Ex gl. int.
hoc [IN TOTO corde meo] & non in parte,

vt faciunt illi qui quædam opera domini ap-
probant,quędam blaſphemant.ſed ego,Confi-
Ex Aug. tebor in toto corde meo,quia in nullo de pro-
nidentia dei dnbito:ſed omnia recte agi ſentio,
quæ ſtulti temerè & caſu agi putant. Et etiam
[NARRABO]alijs[MIRABILIA tua]non
noſtra,& [OMNIA] ſcilicet viſibilia & inuiſi-
bilia:omnia enim narrat,qui de viſibilib⁹ trãſit
ad inuiſibilia, vt qui dicit eum quod Lazarum
ſuſcitauit in corpore,Paulum ſuſcitaſſe in men-
te,quod maius eſt, & excellentius. Vel,Narrabo
omnia mirabilia tua,id eſt quæcunque dicam de
tuis operibus, ſunt mirabilia.

2 Lętabor & exultabo in te:pſal-
lam nomini tuo altiſsime.

Ex gl.int. LAETABOR]Nõ ſolũ alijs narrabo.ſed &[LAE
TABOR & exultabo] quod plus eſt quàm læta
Ex Caſſ. ri.Exultatio enim eſt intenſiſsima lætitia. Læta
bor dico,& exultabo[IN te] nõ in ſecularibus,
Ex Aug. non in iocunditate rerum labilium:ſed in occul
& gl.int. tis filij. alibi,nõ eſt vera lætitia,[AT pſallam]o-
pere[NOMINI tuo]exultando,ô[ALTISSI
ME.]quod faciam vt eo exemplo pſallant & a-
lij.Deinde cauſam laudis ſubijcit dicens,

3 In conuertendo inimicum meũ
retrorſum : infirmabuntur & peri-
bunt à facie tua.

Ex gl.int. IN conuertendo &c.] Eccẽ quare prędicta
facit.q.d.ideo lętabor & pſallam,quia [IN con
Ex Hier. uertendo inimicũ meum]ſcilicet diabolum[RE
& Rem. TRORSVM].i.quia dum diabolum conuerti-
& gl.int. ſti retro amiſſo iure, qui ante aduentum Chri-
ſti præcedebat,vt dux itineris mortis[INFIR-
Ex Aug. mabuntur].i.infirmãtur impij,vt nihil poſsint
vel velint contra pios. [ET peribũt] quia non
erunt impij,iuxta illud, Conuerte impium &
non erit.Et hoc,[A FACIE tua].ſ.à cognitio-
ne dei: quia iniquitatum eorum non recordabi
tur.Ita perijt ille qui dixit, Viuo ego, iam non
ego:viuit vero in me Chriſtus.Vel in malo po-
teſt accipi,quia diabolum cõuertiſti in fugam.
Ex Hier. & ideo membra eius, Infirmabũtur,in malis,vt
& Rem. nihil nocere poſsint bonis.Et peribũt in die iu-
& Alcu. dicij,A facie tua .i. ab impugnatione tua, cum
dices,Ite maledicti in ignem æternum. Deinde
oſtendens per quid conuerſus ſit diabolus re-
tro,ſubdit,

4 Quoniam feciſti iudicium meũ
& cauſam meam: ſediſti ſuper thro
num qui iudicas iuſtitiam.

QVOniam feciſti] q.d. conuerſus eſt retro
Ex gl.int. inimicus,& perierũt impij:ſed quõmodo hoc?
& per quid?ecce,[QVONIAM feciſti iudicium
meũ]hoc fuit.ſ.quãdo iudicatus eſt Chriſtus,&
ſentẽtia in eum data, [AT cauſam]quam Chri
ſtus egit contra impios accuſatus. Iudicium di
co & cauſam[MEAM]& meum: quia mihi ſer-
Ex Aug. uierũt, & ad vtilitatem meam fuerunt. Quali-
ter & nautæ dicunt ventum ſuum, quo vtũtur
ad bene nauigandum[SEDISTI] vel[SEDES]
q.d. feciſti cauſam meam per hoc, quia ſediſti,
vel ſedes ô deus pater [SVPER thronum].i.ſu Ex Rem.
per animam Chriſti, quia deus.ſ. pater erat in
Chriſto,mundum reconcilians ſibi. Tn dico,ſe-
diſti [QVI iudicas] ô pater [IVSTITIAM]
ſcilicet, vt Chriſtus moriatur pro genere hu-
mano. Et per hoc,

5 Increpaſti gentes & periit im-
pius,nomen eorum deleſti in æter-
num,& in ſeculum ſeculi.

INCREPASTI].i.terruiſti[GENTES]de
peccatis. Vel ad Chriſtum dirigitur ſermo, Se
diſti.q.d.feciſti iudicium,& ô Chriſte ſediſti vel Ex Aug.
ſedes,poſt reſurrectionem,Super thronum .i.ad
dexteram patris.Tn,dico,ſedes,Qui iudicas,id
eſt,iudicabis in fine,Iuſtitiam,quia Chriſtus in
fine iuſte iudicabit, cui pater omne iudicium
dedit. Dico ſedes ad dexteram patris. Vnde mit
tens ſpiritum ſanctum in apoſtolos, & per apo-
ſtolos,Increpaſti gẽtes pro peccatis.Et ſic, [PE
RIIT impius] factus pius. Vel impius.i.diabo
lus,perijt amiſſa poteſtate à deo.Perijt impius,
quia[DELESTI nomen eorum] impiorum.
Non enim dicuntur impij qui deo credunt. Et
hoc[IN ęternum]vel [IN ſeculum].ſ.præſens,
[ET in ſeculum ſeculi].ſ.ęternum. Seculum eſt
hoc præſens,quod voluitur viciſsitudine tem-
porum ſibi ſuccedentium:Seculum ſeculi,eſt ę-
ternum,quod incommutabili æternitate conſi-
ſtit,cuius iſtud ſeculum imago eſt & vmbra.Vel
quod dicit,In ſeculum ſeculi, determinatio eſt
& expoſitio pręcedentis.ſ.in æternum:ne dicen
do in ęternum,hoc præſens ſeculum acciperes,
Deleſti ergo nomen impiorum in æternũ & in
ſeculum ſeculi: quiã amodo nihil poterunt in Ex gl.int.
populo dei tranquillo. Et verè, quia,

6 Inimici defecerunt frameæ in
finem : & ciuitates eorum deſtru-
xiſti.

FRAMEAE inimici] genitiuus caſus eſt.i. Ex Aug.
rebelliones diaboli, & diuerſi errores quibus a- & gl.int.
nimas occidit,[DEFECERVNT in finẽ].i.per
Chriſtũ in primo aduẽtu ex parte, & in ſecũdo
plenarie. Iſtẽ finis eſt, ille gladius quẽ vibrauit Ex Aug.
deus aperte,iudicãs.Vnde ſupra in alio pſalmo
dixit,Gladiũ ſuũ vibrauit,qui modo occulte iu-
dicat,vſq; ad quem aperte iudicãtem in futuro
aliquid valent hoſtis frameæ: ſed tunc deficiẽt
penitus,quãdo palam vibrabitur.Et nũc eo oc-
culte iudicãte [DESTRVXISTI ciuitates eorum] .i.
mũnitiones.ſ.illos in quib⁹ diabolus regnat,vbi Ex Hier.
dolosa & fraudulenta conſilia,quaſi curiæ locũ Ex Aug.
obtinent.cui principatui, quaſi ſatellites & mi
niſtri adſunt officia ſingulorũ mẽbrorum.ſicut
oculi ad curioſitatẽ,aures ad laſciuiam, manus
ad rapinã,& in hunc modum cætera mẽbra ty-
rannico principatui,id eſt peruerſis conſilijs mi
litant. Huius ciuitatis quaſi plebs eſt omnes de-
licatæ affectiones, & turbulenti motus animi,
quotidianas ſeditiones in homine agitantes.
Has ergo ciuitates vbi rex,vbi curia,vbi mini-
ſter,vbi plebs inuenitur,deſtruxiſti, vt excluſo
diabolo ſeruiant iuſtitiæ. Et ideo,

7 Periit memoria eorum cum so nitu: & dominus in æternum permanet.

Ex gl.int. MEMORIA eorũ perijt] Apud deum, nc pu niat. Vel, Memoria eorum, i. impiorum perijt .i. ritus eorum excidet. Perijt dico, [CVM soni tu] vel strepitu. i. & strepitus & tumultus impie
Ex Aug. tatis perijt. Vel ideo dicit, cum strepitu, quia cũ impietas euertitur, strepitus fit. quia non venit ad summã pacem, nisi qui cum magno strepitu cum vitijs pugnauit. Vel de futuro potest acci-
Ex Cass. pi totum ab illo loco, Inimici. i. diaboli, Frameæ .i. virtus diaboli, Defecerunt in finem. i. in fine seculi destruetur. Et ciuitates eorũ, id est, popu los eius, Destruxisti, id est, destrues. Nota quod pluraliter dicit, eorum, cũ supra dixit singulari ter, Inimici, quia cum plures sint dæmones, in malitia similes sunt, & quasi vnũ. Sequitur, Pe rijt, id est peribit, in futuro, Memoria eorum cũ sonitu, id est, cũ magno clamore, vt fit cum res
Ex Aug. prosperæ graui fine clauduntur. Sed contrà Dominus permanet in æternum, frustra ergo contra eum nisi sunt impij.

8 Parauit in iudicio thronum suũ: & ipse iudicabit orbẽ terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia.

PARAVIT thronum suum] Dico, Permanet in æternum & iudicabit, quia, Parauit thro
Ex Aug. num suum, id est, iudiciariam potestatem [IN iu dicio]. i. cum iudicarus est, quia per patientiam
Ex Cass. cælum acquisiuit, & potestatem iudicij. Nãm quia in humilitate iudicatus est, in maiestate iu
Ex Aug. dicabit. Vnde subdit, [ET ipse iudicabit] tandẽ apertẽ [ORBEM terræ] .i. mundum ipsum, vt habeat incorruptibiles qualitates, & vt sit pur-
Ex gl.int. gatus. Vel de toto orbe, gẽtes omnes. Iudica-
Ex Aug. bit dico, [IN æquitate] mẽritis reddens digna. Et repetit alijs verbis, [IVDICABIT populos] hoc est quod dixit orbem [IN iustitia] hoc est quod dixit, in æquitate.

9 Et factus est dominus refugium pauperi: adiutor in oportunitatibus in tribulatione.

Ex Aug. & gl.int. ET factus] q. d. in futuro iudicabit, & interim vt inimicus retro cõuersus nõ noceat, [DOMINVS factus est refugium] in malis vitandis, sed hoc nõ nisi [PAVPERI] .i. illi qui nil amat in transitorijs. & quantũ est eũ qui iudex est esse refugium pauperi, qui nihil mũdi cupit? Et ipse est etiam [ADIVTOR] in agẽdis bonis. In quibus est adiutor & refugium? [IN oportunitatibus]. i. in his in quibus opus est. Deinde exponit oportunitates. s. [IN tribulatione] posito est adiutor &
Ex Cass. refugium. Dulce auxilium & refugium est, quod
Ex Aug. in necessitate datur. Tribulationes bene dicit oportunitates, quia nõ oportunius auellitur homo à seculo, nisi his voluptatibus nugatorijs & perniciosis labores & dolores misceantur,

10 Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quærentes te domine.

ET sperent] q. d. Et quia refugium es & ad-
Ex gl.int. iutor, ideo ò domine [SPERENT in te] non in seculo [QVI nouerunt nomẽ tuum] Quòd
Ex Aug. faciunt, cũ desinunt sperare in rebus seculi: tũc enim illos auersos à seculo, & quærentes vbi figant spem, excipit cognitio nominis dei. Nomen autem scitur, cum ille cuius est nomen cognoscitur. Nomen autem dei, est dominus. Vnde, Qui ascẽdit super occasum, dominus est nomen illi. Quod nomen bene nouit, qui libenter ei vt domino seruit. Vel nomen dei est, qui est, Vnde dominus dicit ad Mosen, Ego sum qui sum. Et hæc dices filijs Israel, Qui est, misit me ad vos. Quod nomen rectè intelligit, qui spem non ponit in rebus his, quæ temporis volubilitate præterfluunt, nihil ferme habentes, nisi erit & fuit: quoniam quod in illis futurum est, cum venerit, fit statim præteritum, & expectatur cũ cupiditate, & amittitur cum dolore, nõ tenetur cum certitudine. Et ideo nemo speret in transitorijs, sed in eo, cuius essentia non nouit præteritum vel futurum. [QVONIAM non dereli
quisti] q. d. Vẽrè adiutor es & refugiũ, quoniã Ex Aug.
non dereliquisti, & si ad horam videtur, [QVAERENTES te domine.] Cum quo nemo potest & gl.int.
quærere transitoria. Nemo enim potest duobus dominis seruire.

11 Psallite domino qui habitat in Syon: annunciate inter gentes studia eius. PARS IX

PSALLITE domino] Secũnda pars, vbi fi- Ex Aug.
deles prouocat ad laudem Propheta, respiciens beneficia præsentis temporis & futuri. q. d. Et quia dominus non dereliquit quærẽtes se, ergo ò vos quos quærẽtes nõ dereliquit, [PSALLITE domino] id est laudate dominum: cũ præ- Ex Hier.
dicando, & opere quod prædicatis implendo. Domino dico, [QVI habitat in Syon] id est, in præsenti ecclesia, quæ nunc per speculum con Ex Aug.
templatur deum. Sicut enim Hierusalem, quæ interpretatur visio pacis, significat supercælestem ecclesiam: ita Syon gestat imaginem ecclesiæ, quæ nunc est. Quia Syon interpretatur speculatio, quæ modo agitur, vt perueniamus ad pacis visionem, id est, de Syon in Hierusalem. Quælibet autem studiosa speculatio it in errorem, nisi dominus in ea habitet, [ANNVNCIATE inter gentes studia eius] quæ habet ergo suos. Quæ sunt illa? Hæc, scilicet,

12 Quoniam requirens sanguinẽ eorum recordatus est: non est oblitus clamorem pauperum.

QVONIAM] Ipse [REQVIRENS] vltionẽ, quam exercet contra occisores. [SANGVINEM eorum recordatus est] ipsorum occisorũ, consolando eos, & glorificando. Vel ita, Annunciate inter gentes studia eius, id est, mãdata Ex Hier.
eius, in quibus studendum est. Sẽd quasi dicant Ex Aug.
qui missi sunt euangelizare, Nemo credit nobis, sed occidimur. Respondet, Non fine fru-

ctu æternitatis occiduntur missi à Christo. [QVONIAM] dominus [REquirens] vltionē .i. [SANguinem eorū] in iudicio futuro, vbi pœna occisori, & gloria occiso erit [REcordatus est] suorum, glorificādo eos & cōsolando, & in terfectores puniendo. Recordatus autem dicit, non quod obliuio cadat in deum: & post obliuionem memor fiat: sed quia post longum tempus futurū est iudicium. & dicitur hoc secūdum affectū infirmorum, qui oblitū putant, quia non tam cito fit, vt volunt: quibus etiam addit, [ET non est oblitus clamorem pauperum.] q.d. dixi, Recordatus est, per quod videtur fuisse oblitus, immo nō est oblitus clamorē pauperum, vt putatis. Et si dixi, Recordat⁹, hoc dicit cōtra querentes, qui pro dilatione putant deum oblitum. Quis autem sit ille clamor pauperū, ostendit;

13 Miserere mei domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.

Ex gl. int. MISErere mei &c.] Ecce ille clamor. Vnūs pro omnibus loquitur: & in suā persona dicit, quod vnusquisq; petit. sic inquā, Miserere mei [DOMINE vide] contuitu misericordiæ [HVmilitatem meam] Aspectus dei, auxiliū est, qui cum sit lux, tenebras fugat serenans mētem. Et est sensus, Vide humilitatem .i. adiuua humilitatem meam, quæ quanta sit æstimatur [DE inimicis meis.] de superbia quippe inimici æstimatur humilitas patientis; quia tantū hi humiliātur, quantum illi extolluntur. Tu, dico, vide,

14 Qui exaltas me de portis mortis: vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Syon.

Ex Aug. Ex Cass. QVI exaltas me] .i. lōgè me facis. [DE portis mortis] .i. ab omnibus prauis cupiditatibus, quibus itur ad mortem. Mors autem est ipsa lætitia, quæ iam habetur in hac vita in perfruēdo cupitis. Vnde Apost. Vidua quæ in delicijs viuit, mortua est. Ad quas delicias per cupiditates tanquam per portas mortis venitur. à quibus ideo me elongas [VT annunciem omnes laud.] Ex gl. int. Quia quicquid dico, laudatio dei est. Annunciem dico, ego existens & existentibus [IN portis filię Syon.] Ex Aug. Portę filię Syon, sunt optima studia per quæ venitur in sancta ecclesia, ad visionem pacis. vbi non erit aliquid quasi nondum sit, nec fuit, quasi iam non sit: sed est tantum id quod est, & ipsa est æternitas. In his ergo portis bene annūciantur omnes laudes dei, vt petētibus detur sanctum, & nō canibus. qui malunt pertinaciter latrare, quàm studiose quęrere. Et sunt hæ portæ cōtra prædictas portas. Illę nanque sunt portæ mortis: hæ portæ vitæ. Filia vero Syon, est ecclesia. Syon enim oēs ecclesias generauit mūdi, quia ibi natus est Christus, vnde fides incepit. Vel portæ mortis, sunt corporei sensus, à quibus exaltantur qui quærunt, nō quæ videntur, sed quę non videntur. Et portæ filiæ Syon sunt sacramenta, & initia fidei, quæ pulsantibus aperiuntur, vt perueniatur ad occulta, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit. Et est sensus, Exaltas me de portis mortis .i. ab appetitu tēporalium quinq; sensibus subiacentiū. Ad quid? Vt annunciem omnes laudes tuas his qui sunt in portis filiæ Syon .i. in sacramentis, & initiis fidei. Aliter, Portæ mortis sunt hæ- Ex Hier. & gl. int. retici, vel eorū dogmata. Portæ vitę sunt, prophetæ, apostoli, & eorum doctrina, qui per bonam doctrinam ad vitam ducunt: sic hæretici per malam doctrinam trahunt ad interitum. Et est, Qui exlatas me de portis mortis .i. a doctrina hæreticorum: & collocas me, in portis filiæ Syon .i. in prophetis & apostolis .i. in doctrina prophetarum & apostolorum. Vt ibi, annunciem omnes laudes tuas.

15 Exultabo in salutari tuo: infixę sunt gentes in interitu quē fecerūt.

Ex Aug. & Alcu. EXultabo] Hūcusq; fuit clamor pauperum, quem non obliuiscitur deus: inde dicit ecclesia quæ affligitur, se gaudere, & asserit se saluari dicens, Exultabo. q.d. Quia exaltas me de portis mortis: ideo, [EXultabo in salutari tuo] .i. in Iesu Christo. Spe enim iam salua est ecclesia. Ego exultabo, sed [GENTES] volētes occidere corpora sanctorū [INfixæ sunt in interitu] animę quibusdā clauis peccatorū cōfixæ .i. moriūtur in anima. In interitu, dico, [QVEM fecerūt] Pœna Ex Aug. & Cass. n. cuiq; est sua iniquitas. Deinde quomodo suis peccatis quisq; cōstringatur, ostendit dicēs, Et,

16 In laqueo isto quem absconderunt: comprehensus est pes eorum.

IN laqueo isto] etiam [QVEM abscōderunt] id est, in fraude quam tegunt [COMPREHENsus est pes eorum.] .i. affectus eorum. Ex Aug. Laqueus occultus est dolosa cogitatio: pes animæ amor est. qui si prauus est, dicitur cupiditas vel libido, si rectus est, dicitur charitas. amore enim mouetur anima, quasi ad locum quo tendit. id est, ad delectationem bonā vel malam, quò se peruenisse per amorem lætatur. In laqueo ergo isto quem absconderunt, id est, in fraudulento consilio, Pes eorum .i. amor qui per fraudē venit ad vanā lætitiam, Cōprehensus est, quia illa delectatio alligat eos, vt inde abrumpere amorē, & ad vtilia vertere nō audeant. Si enī conētur, dolor est deserere quæ delectant, & ille dolor non sinit abscedere. Et hęc fiunt occulto dei iudicio, quo nunc iudicat. Vnde subdit, Et

17 Cognoscetur dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarū comprehensus est peccator.

Ex gl. int. COgnoscetur dominus] Hic a suis [FACiens iudicia] vera, secernēs. s. hic, merito nō loco, malos a bonis. Deinde quomodo crucientur mali hic, & quę iudicia faciat, ostēdit subdēs [IN operib⁹ manuū suarū] q.d. hęc sunt iudicia q̄ facit. s. ꝙ [PEccator comprehensus est in operib⁹ &c.] quia nō à deo procedit, quo cruciat eos: sed ab eis, quia ipsa peccata sunt eis cruciatus & tormēta. Deinde non optando sed prędicēdo, subdit.

18 Conuertantur peccatores in infernum: omnes gentes qui obliuiscuntur deum. διάψαλμα.

PARS DES

Ex Aug.

CONVERTANTVR] Tertia pars secundũ Aug. & est hic canticum diapsalmatis.i. in hac tertia parte est diapsalma, vbi est & canticũ.s.quasi occulta lętitia separationis.i.de separatione quæ hic fit inter bonos & malos:non loco, sed affectu. Horũ ergo separationem prędicẽs Propheta, ait, [CONVERTANTVR peccatores in infernũ] .i. illaqueẽtur delectatione mortifera. Et quos dixerit peccatores, aperit .s.[OMNES gẽtes quę obliuiscũtur deum] q.d. Sicut nõ probauerunt deũ habere in notitiam sui, ita det illos deus in reprobũ sensum. Vel de futuro iudicio potest ac-

Ex Cass.

cipi totũ ab illo loco, Cognoscetur.q.d.Hic cõprehẽsus est pes eorum in laqueo, & in futuro damnabuntur: quia, Cognoscetur, in futuro iudicio, ab omnibus, Dominus faciens vera iudicia, quãdo secernet etiam loco malos à bonis. Inde scietur dominus vera iudiciã facere: quia, Cõprehensus est peccator in operibus manuum suarũ .i.peccator suis operib⁹ cõstringetur, nõ eorum memoria tantum punietur, vt quidam falsò putant: sed pro qualitate operum, damnatus pœnis exterioribus. ¶[CONVERTANTVR] Tertia pars secundum Cassiodorum, vbi peccatoribus cum Antichristo finem malorum prædicit.q.d. Hoc interim est, quod gentes infixæ sunt in interitu, & pes cõphẽsus est in laqueo: sed tandem, Conuertantur, id est, conuertentur Peccatores, ne in suis voluptatibus gaudeant. Conuertentur dico, In infernum, ne alibi mittendos se putent, scilicet, omnes gentes quæ obliuiscuntur deum.

19 Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.

Ex Aug.

QVONIAM non in finem]q.d.non est oblitus deus clamorem pauperum: & verè, [QVONIAM obliuio pauperis non est] apud deum [IN finem] vel fine, id est, Pauper non erit in fine in obliuione: & si hic videtur, cum mali florent felicitate seculi, & iusti laborant. In fine mundi non contemnentur pauperes : & hoc propter patientiam. Vnde subdit, [ET patientia pauperum non peribit in finem] & propter hoc præcipue memor erit deus pauperis, scilicet, propter patientiam, qua modo opus est ad ferendos malos, qui iam separati sunt voluntatibus, donec finaliter, id est, in vltimo iudicio separentur localiter. De quo iudicio subdit,

20. Exurge domine non confortetur homo, iudicentur gentes in cõspectu tuo.

Ex Cass.

EXVRGE domine] Precatur hic futurum iudicium Propheta. Lõquens enim de fine seculi prospexit cordis illuminatione aduentum Antichristi. Vnde quasi territus exclamat, [EXVRGE domine]q. d. dico quod non peribit patientia pauperum. Vt autem non pereat, Exurge domine, ad iudicandum [ET non confortetur]

Ex gl.int.

.i.non præualeat super eos[HOMO]purus, non deus sicut finget: sed ante [IVDICENTVR gentes]id est, per eũm præcipitentur in peccatum.

Ex Cass.

Et hoc quod dicitur de Antichristo, est [IN cõspectu tuo]id est in õcculto, quod pauci sancti, & iusti vident & intelligunt. Et õ,

Ex Aug.

21 Cõstitue domine legislatorem super eos, vt sciant gentes quoniam homines sunt.

Ex gl.int.
Ex Hier. & Aug.
Ex gl.int. & Aug.

DOMINE]qũia te & legẽ tuam noluerunt. [CONSTITVE]Antichristũm [LEGISLATOREM]prauũ [SVPER eos]id est in ruinã eorum : & sic [GENTES] id est, gẽntiliter viuẽtes [SCIANT] id est, cruciati experiantur. [QVONIAM homines sunt] .i.quod stulti fuerunt. q. d. quia nolunt esse filij hominis.i. noui, sint homines veteres, veteri homini.i.peccatori seruientes.

PARS IIII [illegible] [illegible]

22 Vt quid domine recessisti longè : despicis in oportunitatibus in tribulatione.

Ex Cass. & Alcu.
Ex Aug.

VT quid domine.] Quarta pãrs. Vbi mala illius temporis pertractat, quorum nimietate permotus dicit deo, Vt quid domine &c. Quia enim illi licebit tanta facere, vt deus putetur, subdit quasi vocem gementium & querentium de dilatione iudicij, dicens, Vt quid &c.q.d. gẽtes iudicentur: sed à tuis, ò domine, Vt quid id est, cur [RECESSISTI longe] Hõc videtur, dum tardat subuenire. Hoc autem quærit Propheta, vt simplices sanctos doceat : & mox quasi subito intellexerit, vel quasi sciens vt doceret quę scierit, soluit subdẽs[DESPICIS &c.] q.d.Eccẽ cur recessisti longè, quia, Despicis [IN oportunitatibus] .i. oportune despicis, & sinis tribulari. Despicis dicit, secundũ hoc, quod videtur gemẽtibus, dũ differtur vel.i. saltẽ modico tempore auxiliũ. sed oportune id facit, ita.s. quod,

Ex Cass.
Ex Aug. & Cass.

23 Dum superbit impius, incenditur pauper : comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.

Ex Aug. Alcuino & Cass.

DVM superbit impius, incẽditur pauper]q.d. Hoc cõsilio despicis, & tribulari sinis, vt incendatur pauper, desiderio tui aduentus, quia, Dũ superbit impius, pauper spiritu incenditur, amore dei. Vel, incẽditur.i.purificatur .fornax enim tribulationis ligna vitiorum cinerat , & aurum virtutũ purgat. Vel malos vitiat, bonos purificat. Ex his liquẽt, quod mirè prouidẽtia dei de malis operatur. Cõparatione nanq; peccãtium boni magno studio bonę spei accẽduntur ad recte viuẽdum: sicut & per hęreses crescit, & gratior est cognitio veritatis. Et ipsi impij [COMPREHẽDũTVR in cõsilijs].i.in cogitationib⁹ [QVIBVS cogitant]cõprehendere sanctos. Malæ enim cogitationes sunt eius vincula . Et quasi quis quæreret cur hæc sunt malis, respondet,

Ex Aug.

24 Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur.

QVONIAM laudatur &c.]q.d.Ideo superbit impius, vel comprehenditur. quoniã [PECCATOR] qui in se peccat, [LAVDATVR]

à ſuis non corrigitur.[IN deſiderijs animę ſuę]
Ex Caſſ. id eſt, Implētione deſideriorum ſenſualitatis
& Alcu. ſuæ. Hæc eſt māgna ira dei, vt deſit correctio,
Ex gl.int. & adſit adulatio. Adūlantium linguæ alligant
Ex Aug. animas in peccatis. Delectat enim hominem ea
& Alcu. facere in quibus non ſolum nō metuitur repre
Ex Caſſ. hēſor, ſed etiam auditur laudator. Vnde ſubdit,
& gl.int. [ET iniquus] quod eſt nocendo alijs [BENE-dicitur] quaſi deus. Et per hoc peccator, ſcilicet Antichriſtus.

25 Exacerbauit dominum peccator, ſecundum multitudinem iræ ſuæ non quæret.

Ex Hier. EXACERbauit dominum].i. vērum deum in iram prouocauit, vt ab eo puniatur. Vel ita dixi, quod peccator laudatur in deſiderijs, & hoc vtique meruit, quia [PECCATOR] ſcilicet Antichriſtus, Exacerbauit, vel irritauit do-
Ex Aug. minum, vt hæc patiatur .i. cōrrectionis flagella, ab eo ſuſpendantur. Adeo exacerbauit, quod Antichriſtus [NON quæret] deum [SECVN-
Ex Caſſ. dum multitudinem iræ ſuæ] Antichriſti, qui ōmnia turbulente, & crudeliter faciet. Vel, deus qui ſolet alios quærere, & à malis reuocare, Nō
Ex Aug. quæret eum, id eſt, nōn attendet peccata eius, vt hic vleiſcatur: in futuro grauius puniturus. Et hoc [SECVNDVM multitudinem iræ ſuæ].i. dei. Et hoc ideo, quia deus eſt multum ei iratus, dū per fraudes & ſcelera ad diuitias & honores peruenire ſinit. Magna enim ira dei eſt, quādo peccantem non corripit, ſed vagā licentiam in peccatum ruendi permittit. Vnde ad peccantē ſynagogam dicit, Receſsit à te zelus meus. Non viſitabo ſuper filias tuas & vxores cum fornicatæ fuerint. Et tāta eſt ira dei, vel nequitia ipſius Antichriſti, quia,

26 Non eſt deus in cōſpectu eius, inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.

Ex Aug. NON eſt deus in cōſpectu eius] Magnū eſt malum luce veritatis deſeri, cū magnum malum putent homines eſſe oculorū corporalium cæcita-
Ex Aug. tem, qua lux iſta retrahitur. Nēquitiæ autē ſuę
& Alcui. eſt cauſa, quod deū nō habet ante oculos ſuos. Et ideo [VIAE illius].i. cogitationes, & conſilia, & opera, [INquinatę ſunt].i. ſordent [IN omni] ſuo [TEMpore].i. omni tēpore vitæ ſuæ. Vel, In omni tēpore.i. ad cōparationem omniū, qui fuerunt in aliquo tempore. Quod inde procedit, quia ô deus,

27 Auferentur iudicia tua à facie eius, omnium inimicorum ſuorum dominabitur.

AVFErentur iudicia tua à facie eius].i. putat quod deus non iudicet. quia enim differtur iudiciū, nō putat ſe puniēdum. Et ideo etiā inquinatę ſunt [QVIA omniū inimicorū ſuorum dominabitur] Dicitur enim omnes reges ſuperaturus, vt ſolus regnet & ſedeat in templo dei, extollens ſe ſupra omne quod colitur, & dicitur deus. Et quia per nefarias & malas artes ad illud inane culmen dominationémq; veniet, addit,

28 Dixit enim in corde ſuo: non mouebor à generatione in generationem ſine malo.

DIXIT enim in corde ſuo.] q.d. Vērè domi- Ex gl.int.
nabitur, quia per malas artes. Dixit enī in corde ſuo.i. apud ſe: extrà, alia dicit, vt bonus videatur. Quid dixit? [NON mouebor à generatione
in generationē ſine malo].i. famā mea non trāſi- Ex Aug.
bit de hac pręſenti generatione ad poſteros, niſi malis artibus tale culmen & tā excelſum principatum cōſequatur, de quo poſteri tacere non poſsint. Animus enim perditus & expers bonarū artium, atq; à iuſtitię lumine alienus: malis artib⁹, ſibi aditū molitur ad famā tam diuturnā, vt apud poſteros etiā celebretur. & qui nō poſſunt bene innoteſcere, cupiūt vel male de ſe homines loqui: dūmodo nomen eorū latiſsimè peruagetur. Vel ita, Dixit, ego mouebor à generatione, mortali, In generationē, immortalem: ſed nōn, Sine malo.i. nō ſine malis artibus. Putabit enim Antichriſtus ſe malis artibus, & nō aliter, vēturum cū corpore de mortali generatione, in ęternā: de terra, in cęlū. quod & Symon Magus putauit, cū ſceleratis artibus cælū ſe arbitratus eſt adepturū, & de humana generatione in diuinam artibus magicis tranſiturū. Vel ita, Mouebitur à generatione in generationē.i. omnes gē-
tes occupabo. ſed nō, Sine malo .i. ſine pēccato, Ex Caſſ.
quod ei proprium eſt. Vel ita, Ego nō mouebor. & Alcu.
hic diſtingue.i. nō inquietabor, ſed potius, A generatione præſenti, tendens, In generationē fu- Ex Rem.
turam, ſemper ero, Sine malo.i. ſine inquietatione. Deinde exequitur eius malitiam, dicens, & Alcu.

29 Cuius maledictiōe os plenum eſt & amaritudine & dolo: ſub lingua eius labor & dolor.

CVIVS maledictione &c] q.d. Hoc ſibi p- Ex gl.int.
mittit ille [CVIVS maledictione os plenū eſt]
.i. blaſphemijs & cōtumelijs. Bēne intra os eius Ex Aug.
dicitur eſſe maledictio, nō extra, quia effectu carebit. Valebit enim tātummodo ad eū perdēdum, & nō nocebit electis. Et os eius plenū eſt [AMA-
ritudine].i. amaris verbis, & minis [ET dolo].i. Ex Aug.
blanditijs. Quia amaritudine & dolo.i. ira & & Caſſ.
inſidijs alios ſibi cōuertet. Et [LAbor].i. iniquitas [ET dolor].i. pernicies, quę inde ſequetur, eſt [SVB lingua eius] nō in lingua, quia tacite apud ſe iſta cogitabit. Aliter extra loquetur homini-
bus, vt iuſtus videatur. Vel ſub lingua eius labor Ex Caſſ.
& dolor.i. cōgitationes eius ſunt de labore ſanctorū, & dolore corporeo: quia cogitabit qualiter ſanctos affligat, & occidat: quod in martyribus ab eo & a ſuis occiſis patet. Vel, Labor, ſanctorū, & Dolor, qui eſt extra in pœnis corporis, eſt, Sub lingua eius.i. ſecutor eſt lingua eius quæ
intus in anima nocet illa extra: quia verba eius Ex Alcu.
plus timebūtur & nocebūt, quibus præcipitabi-
tur anima, q̄ verbera. Deinde cōparat cum latro- Ex Caſſ.
ni, qui occultas inſidet vias, vt interficiat innocentes, dicens,

30 Sedet in inſidijs cum diuitibus

in occultis:vt interficiat innocentē.

SEDET] q.d.cum mōra [IN insidijs cum
Ex Rem. diuitibus] huius sæculi, quos ditabit, & munerl-
Ex Aug. bus cumulabit: quorum falsam felicitatem, ad
alios decipiendos, ostentabit. Insidijs dico posi-
tis [IN occultis] id est, in ambiguis, vbi non
facile intelligitur quid appetendum sit, quidve
non. Ad quid ibi sedet? [VT interficiat innocē-
tem] ei innocenti, faciendo nocentem. Deinde
exponit insidias eius dicens,

31 Oculi eius in pauperem respi-
ciunt: insidiatur in abscondito qua-
si leo in spelunca sua.

Ex Alcu. & Cass. OCVLI eius respiciunt] q.d. misericordia &
affectu [IN paupere] Vel alios sic decipit, Quia
oculi eius respiciunt crudeliter, In pauperem,
Ex Aug. spiritu. Quia iustos & pauperes spiritu, quorū
est regnum cælorum, maxime persequetur. Et
ipse, [INSIDIATVR in abscondito] quia il-
le nescit qui decipitur Ipse dico, existēs [QVA-
Ex gl.int. SI leo] propter vim [IN spelunca sua] scilicet
Ex Aug. propter dolum. Rectè comparatur leoni existē-
ti in spelūca, quia in eo vis & dolus operabitur.
vis, in imperio: dolus, in miraculis. Hæc est ter-
tia persecutio, composita ex vi & fraude. Duæ
enim sunt ante persecutionē Antichristi. Prior
fuit violenta, cum martyres proscriptionibus
& tormentis & cædibus agebantur, vt sacrifi-
carent idolis. Altera est fraudulenta, quæ nunc
fit per hæreticos & falsos fratres. Illa vero erit
violenta & fraudulenta. vis, per leonem: dolus
per spelūcam intelligitur. quę duo in Antichri-
sto erunt. Deinde eius intentionem exponens
de vtroque scilicet dolo & vi, repetit,

32 Insidiatur vt rapiat pauperem:
rapere pauperem dum attrahit eū.

INSIDIATVR] q. d. Ad quid insidiatur?
Ex Aug. Ecce [INSIDIATVR vt rapiat] dolo [PAV-
PEREM] Eccē dolus. Item insidiatur [RAPE-
Ex gl.int. RE] violentia [PAVPEREM dum attrahit
eum] ād se, cruciatibus. Vel econuerso potest di-
ci: vt prius de vi, postea de dolo agat, hoc mo-
do, Insidiatur vt rapiat pauperem vi. Item, Insi-
diatur vt rapiat pauperem dolo: dum blanditiis
attrahit eum ad se, quod tamen non minus est
rapere. Deinde apertius de illis duobus subdit,
& prius de dolo, dicens,

33 In laqueo suo humiliabit eum:
inclinabit se, & cadet cum domina-
tus fuerit pauperum.

Ex Aug. & gl.int. IN laqueo] Eccē dolus [SVO] scilicet, qui
sibi fit. Vel in muscipula sua. Non quidem in-
Ex Aug. tercipiet, vt cadat in anima, sed [HVMILIA-
BIT EVM] pauperem. Quia quanto mirabi-
liora signa faciet, tanto ei sancti cōtrarij magis
contemnentur, & pro nihilo habebuntur: sed
inclinabitur & cadet cum sanctis supplicia in-
tulerit. vnde subdit, [ET INCLINABIT SE
Ex Cass. & cadet] Cūm enim nimia felicitate in ocium
remiserit animum, cadet repentino interitu.
Cadet dico, [CVM DOMINATVS fue-
rit pauperum] Ecce vis. Vt enim muscipula be-
ne signat insidias, ita dominatio terrorem aper- Ex Aug.
tissimè insinuat. Et merito cadet,

34 Dixit enim in corde suo, obli-
tus est deus: auertit faciem suam ne
videat in finem.

DIXIT ENIM &c.] Vel ita continua,
vērè inclinabitur & cadet: quia hoc modo [DI- Ex gl.int.
XIT ENIM IN CORDE SVO, oblitus est
deus] pauperū, vt eos saluet. Vel, oblitus est, deus
mei, ad puniendum. Hōc autem putare, scili- Ex Aug.
cet, se impunitum, inclinatio est & casus. Item
dixit, [AVERTIT FACIEM suam] deus
[NE VIDEAT] me vel illos. Vsque [IN
FINEM] id est, in diē iudicij. Vel, Auer- Ex gl.int.
tet faciem suam ne videat in finem, id est, ne
videat ea quæ in terra & in mundo aguntur.
In finēm negant deum videre, qui dicunt eum Ex Aug.
non curare humanas res, quia terra finis est
rerum, & vltimum elementum, in quo nihil
agitur sine ordine: sed homines eū non vident,
quoniam pertinet ad occulta filij. Laborans er-
go ecclesia illo tempore, quasi nauis in ma-
gnis fluctibus & procellis, velut dormientem
excitat dominum, vt imperet ventis, & tran-
quillitas veniat, dicens,

35 Exurge domine deus, & exal- PARS V.
tetur manus tua: ne obliuiscaris pau-
perum.

EXVRGE DOMINE] Quinta pars in qua Ex Cass.
prēcatur iudicium, vt hæc cito finiantur. quæ Alcuino
tanta sunt, vt nemo velit tempus quo hæc fi-
unt dilatari. quasi dicat, tālia dicet AntiChri- Ex Cass.
stus & faciet, sed ô domine [DEVS] iam [EX- & Aug.
VRGE] id est, cito veni, & manifesta tuam po-
tentiam. Iam de vindicta agitur contra Anti-
christum. [ET EXALTETVR MANVS tua]
id est, pōtentia & iudicium. Et [NE OBLI- Ex Hier.
VISCARIS pauperum] vt putat Antichristus
& complices sui, dicentes, Auertit faciem suam
&c. Iām itaque de iudicio illo ecclesia intelli- Ex Aug.
gens & exultans, dicit,

36 Propter quid irritauit impius
deum: dixit enim in corde suo, non
requiret.

PROPTER QVID irritauit impius] Anti-
christus [DEVM], i. quid profuit ei tanta mala
facere. Dicō irritauit, & verè [DIXIT enim in Ex Rem.
corde suo] nōn est deus: nō credens, deum puni- & Cass.
torem [NON requiret] deus quæ facio. Ita dicit
Antichristus, sed ô tu deus,

37 Vides quoniam tu laborē &
dolorem consideras: vt tradas eos
in manus tuas.

VIDES] id est, nosti [VT] .i. qualiter [TRA-
DAS eos] scilicet Antichristum & complices Ex Hier.
suos [IN manus tuas] .i. in vindictas tuas. Qua-
re? [QVONIAM tu laborem & dolorem consi-
deras] quem infert sanctis. de quo supra dictum
est, sub lingua eius labor & dolor. quod putant

deum nescire, sed verè scit. Vel ita, Dixit in eos de suo, non requiret. Et Vides quoniam tu laborem & dolorem. Vel iram, cõsideras: vt tradas eos in man⁹ tuas. Solẽnt enim homines interdum non sumere vindictam de vniuersis sibi illatis, quia timent laborare, vel irasci. sic & iste impius de deo putat, quod non valeat deus tot mala punire, sine labore & ira. Sẽsus autem iste pronunciationem quęrit, in qua si erratum fuerit, obscuratur. Sic enim dixit impius, Non requiret deus. Quasi deus laborem & iram consideret, vt tradat eos in manus suas, id est quasi laborare, & irasci timeat. Et ideo parcat eis, ne puniendo eos laboret, & turbetur ira: sicut aliquando faciunt homines, dissimulata vindicta ne laborẽt vel irascãtur. Et est sensus, Dixit antichristus, Nõ requiret deus mala quæ facio. Et dixit quod tu ô deus, Vides, id est sustines mala, & impunitá dimittis. Ideo, Quoniá tu laborem & dolorem, vel iram cõsideras, Vt tradas eos in manus tuas, id est quia times laborare & irasci, si eos punias. Sed nunquid times hoc? absit.

Ex Aug.

38 Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.

TIBI derelictus] q. d. ne obliuiscaris pauperũ, nec debes, quia, Tibi derelictus est pauper: Ideo enim pauper est omnibus huius mũdi, tẽporalibus relictis, vt tu tantum sis spes eius. Et [TV] nõ alius [ERIS adiutor orphano] cui moritur pater mundus, per quem carnaliter est genitus: vt dicat, mihi mũdus crucifixus est, & ego mũdo. Et nõta, quia pœnis terret, bonis demulcet. Et quia tibi derelictus est pauper, ergo,

Ex Aug. *Ex Alcu.*

39 Contere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur.

CONTERE brachium peccatoris & maligni] id est pôtẽtiam illius pessimi, qui peccator est in se, & malign⁹ in alios. vel peccator, in vi: & malignus, in fraude. Deinde quod orauit, affirmat [QVAERETVR peccatum illius] id est iudicabitur de peccato suo [ET non inuenietur] id est & ipse peribit, ꝓpter peccatũ suum. Vel, Quęretur peccatum illius, an sit adhuc necessarium ad purgãndos bonos, sicut ante. Vnde supra, Dum superbit impius, incenditur pauper. Et non inuenietur, tunc esse necessarium, quia iam nõ est in quo sit locus peccato illius, omnibus iustis tunc purgatis, sicut plano ferro non est opus lima.

Ex Augu. & gl. int. *Ex Rem. & Alcu.* *Ex Aug.*

40 Dominus regnabit in æternũ & in seculum seculi: peribitis gẽtes de terra illius.

41 Desiderium pauperum exaudiuit dominus: præparationẽ cordis eorum audiuit auris tua.

DOMINVS] autem [REGNABIT in æternũ & in seculum seculi] Hõc regnũ gratius erit pro præcurrentibus malis, quod veniet destructo antichristo. Sed vos [GENTES] id est peccatores omnes, qui sine lege dei estis [PERIBITIS de terra illius] scilicet de terra viuentium, id est ab hoc regno peribitis. sed pauperes habebũt, quia [DOMINVS exaudiuit pauperũ desiderium] quo ęstuabant in malis seculi huius, cupientes diem domini. Deinde conuertens sermonem ad deum, ait, Et [AVRIS tua] id est potentia qua audis, vel misericordia. Nõ enim corporeũ membrum fas est in deitate accipere, sed nominatis mẽbris quæ in nobis visibilia & corporea sunt, potẽtias operationum oportet intelligi. Auris, inquam tua [AVDIVIT præparationẽ cordis eorũ], id est cõr paratũ seruire, per patientiam expectans. Vel secũdum aliam literam, Audiuit auris, inquam, tua præparationem, vel concupiscentiá cordis eorũ, id est ardorem desiderii eorũ, quod est vbi omnibus viribus animæ aliquid ardentius petitur. Vel, Audiuit præparationem cordis eorum, id est hoc quod in cordibus eorum ipse deus præparauit. Vel, Præparationem cordis eorum audiuit auris tua, id est quàm statim volunt petere, deus audit.

Ex Cass. *Ex Cass. & Aug.* *Ex Aug.* *Ex Cass. & Alcui.*

42 Iudicare pupillo & humili: vt non apponat vltra magnificare se homo super terram.

IVDICARE pupillo] Ecce desideriũ pauperum. Eorum enim desiderium est, te iudicare, id est vt iudices, Pupillo, nõ conformi seculo. [ET humili] nõ superbo. Aliud est enim iudicare pupillum, aliud iudicare pupillo. Iudicat enim pupillum, etiam qui condemnat. Iudicat verò pupillo, qui pro illo profert sentẽtiam. Et notandum, quod hic memoratur secundus aduentus ad iudicium, qui manifestus erit. cũ iste psalmus de occultis filii agat, sicut titulus insinuat. Sed & ille aduẽtus nũc inter occulta filii rectè ponitur, quia de eo nemo scit, neque angeli, neque virtutes, neque filius hominis. Non vtique ad cognoscendum, sed ad prodendum nobis [VT NON APPONAT] q. d. ideo desiderant, vt iudices, vt homo. s. ille superbus antichristus, qui est homo purus, nõ deus [NON apponat vltra] vt fecit in terra [MAGNIFICARE se] id est se mãgnum facere [SVPER terrá.] Tunc enim omnia mala finientur, cum homo, id est auctor malorũm, cum sua plebe damnabitur.

Ex Aug. *Ex gl. in. & Cass.*

COLLATIO
In Psalmum IX, Confitebõr.

QVANTVM ad titulum, quem LXX. verterunt pro occultis filii: Rabini & versiones nouæ pepererunt mõstruosas & cõfusaneas interpretationes. Vnus dicit, super morte cuiusdam inimici Dauid, qui nuncupabatur Laben. hic asserit Metathesin, Laben, pro Nabal. Alius scribit nomen esse cantoris. Pracensis transfert pro morte insipientis. Pellicanus ad victoriam iuuẽtutis filio. Interpretes pro Caietano, super morte, filio. Hieronym⁹ autẽ super morte filii. Sanctes & Munsterus reliquerunt Hebręum עַלְמוּת לַבֵּן almuth, Labben. Si legatur vnito vocabulo almuth potest significare occultũ,

Mira inconstãtia

vt acceperũt LXX. à themate עָלַם alam, id est abscondit. si diuidatur in duas particulas, super morte, vt vertit Hieronymus.

4 QVONIAM fecisti iudicium meũ & causam meam.] Nescio quo motu verterit Pratẽsis, Rigorẽ meum, pro, Causam meam, quum omnes Hebræi, Græci & Latini, quos licuit videre, transferant causam meam. In Hebræo est דִּינִי dini. In Græco τὴν δίκην μου.

6 INIMICI defecerũt frameæ in finem] Pratensis, Munsterus, Nebiensis, Sãctes, Campensis verterunt, ô inimice, vocandi casu. Tamen Hieronymus & Pellicanus cum LXX ponunt genitiuum. Deinde pro frameis Hieronym⁹ dicit solitudines, reliqui pene desolationes, seu populationes, eodem sensu. Vocula Hebraica חֳרָבוֹת horaboth est anceps ad gladios & desolationes. Vnde Pellicanus & Pratensis traduxerunt frameæ.

7 PERIIT memoria eorum cum sonitu] Heb. cum ipsis. Vnde ergo acceperũt LXX cum sonitu? Sed aduerte LXX accepisse הֵמָּה hemah, non vt est pronomen, sed vt est nomen deflexum à radice הָמָה hamah, quod significat sonare, fremere, tumultum facere, quod liquet ex psalmo 45. Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum. Pro sonuerunt, Hebr. legitur illud vocabulum. Ad quod videtur alludere Cãpensis paraphrasis, cum (inquit) admiratione transeuntium.

17 IN operibus manuum suarũ comprehẽsus est peccator.] Hebr. addunt הִגָּיוֹן higaion, quod significat meditationẽ. Septuaginta autẽ omiserũt, sicut & vocabulum selah, quod non est de contextu psalmorum סֶלָה selah. Sed vt scribit Hieronymus ad Marcellã, est diapsalma, quo animaduertimus superiora pariter inferioráque connecti, aut certe doceri sempiterna esse, quæ dicta sunt.

21 CONstitue domine legislatorẽ super eos] Hieron. Sãctes, Munsterus, Cãpensis, terrorem: Pratẽsis iugũ: Interpretes pro Caietano dominiũ. hoc prouenit ideo quod vocabulũ מוֹרָא morah potest deflecti à radice יָרֵא iare cum aleph in fine, significabitque terrorẽ. Vel à themate יָרָה iarah per he in fine, id est docuit, vt morah seu moreh sit doctor, seu legislator. Aleph autẽ & he, apud Hebræos, sunt literæ passim commutabiles.

24 QVONIAM laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicit] Deinde subsequitur principiũ alterius versus apud nos & LXX, Exacerbauit dominum peccator. Hebræi codices, alia sectione reuocant duo vocabula sequẽtis versus, videlicet exacerbauit dominum, ad priorem versum, & varie trãstulerunt. Hieronymus, Auarus applaudens sibi blasphemauit dominum. Pratensis, Iniquus benedicit blasphemãti dominum. Munsterus, Benedixitque auarum: quem execratur deus. Sanctes, Et auaro benedixit, irasci fecit dominũ. Interpres pro Caietano, Auarus benedixit, spreuit dominum. Pellicanus, Auarus benedicit, blasphemat dominum. Paraphrasis Campensis, Nec desunt qui adulẽtur ob spem prædæ illi (videlicet impio) tam manifeste blasphemo in dominũ. Nebiensis, Raptorẽ benedicens, blasphemauit dominum. Chaldæus, Qui benedicit hominẽ raptorem, reiicit deum. Sed quo tandem diuertemus? Septuaginta legerũt בָּרוּךְ Baruch, id est benedicitur seu benedictus, & nõ בֵּרֵךְ berech, benedixit, cum alia distinctione, vt fit propter rationem metrici carminis, quo psalterium est numeratum, vt supra docuimus.

26 INQVINATAE sunt viæ illius in omni tẽpore.] Ob ambiguitatem vocabuli Hebraici חוּל hol, vel חָלַל halal, oritur magna diuersitas trãsferentium. Quum enim illæ radices significent polluere, dolere, parere, prosperari, Hieronymus & Nebiensis vertunt parturient viæ eius. Pratẽsis & Sanctes prosperabuntur, sequẽtes Chaldæum Interpretem. Munsterus, Molestæ sunt viæ eius: cui alludit Campensis. Editio tamen ad hũc modũ habet, prophanæ viæ eius, more nostro. Pellicanus, Dolebunt viæ eius יָחִילוּ דְרָכָיו iahilu deracau.

30 Sedet in insidiis cum diuitibus] Pratẽsis, In insidiis pagorum. Sanctes & interpres pro Caietano, villarum. Munsterus, vicorum. Pellicanus, atriorum. Hieronymus, vestibulorum. חֲצֵרִים hatzerim. LXX legerunt per aleph אֲצָרִים atzerim à radice אָצַר atzar thesaurizauit. Vox est eadem præter aspirationem. Et certe facilis est transitus mutuus inter gutturales, quas vocant. De discrepantia autẽ exemplarium sæpe iam inculcatum est nõ ociose, & amplius dilucescet.

31 OCVLI eius in pauperem respiciunt] Solus Hieronymus iuxta Hebræos quantum licuit videre, vertit in robustos tuos לְחֵלְכָה lehelecah. Vnde liquet luce clarius Hieronymũ per duas dictiones legisse, aut vnam ex duabus cõflatam, & priorẽ duxisse ab חַיִל hail. i. robur, alteram verò sumpsisse per caph seruile non essentiale: sicut & idem facit versu 38, Tibi derelictus est pauper. vbi transtulit, Tibi derelinquuntur fortes tui. Habemus in nostris bibliis Hebraicis חֵלְכָה heleca. Varia lectio.

33 Quum dominatus fuerit pauperũ.] Heb. בַּעֲצוּמָיו חֵלְכָאִים baatzumau helcaim. Hieronymus, In viribus suis valenter. Vbi Pratensis, Cadet in fortitudine eius exercitus cõtritorũ. Sanctes, Cadet cum fortibus eius cõgregatio pauperum. Munsterus, Vt cadat in manu fortium eius cœtus pauperum. Pellicanus, Deiiciet per fortitudinem suam depauperatos. Alludit & Campensis. Hæ versiones referunt cadet, ad pauperum congregationem. Septuaginta ad personam antichristi, quia interpretati sunt beth literam seruilem pro quando, velu-

ti haud infrequenter accipiont Hebræi, & verbum substantiuum suppleuerūt, videlicet dum est exercitus paoperum seu insontium, in fortitudinibus nēpe antichristi. Quia verò id fuisset paulo subobscurius, extulerunt per verbū & participiū, quū dominatus fuerit pauperū. Nec debet verbum verbo reddere fidus interpres. Hieronymus habuit oculum ad vocabulū, quasi compositū ex חיל haiil, vt in superiori mox versu tangebatur & כָּאָה caah, id est doluit, seu oppressus est, quia vertit valēter. In eodem versu Faber dicit io ista clausula, Inclinabit se, quod se debeat expungi, ex Græco & Hebręo. quod quàm falsum sit manifestat radix שׂוּחַ Schoah, id est inclinauit se. & professores Hebraismi haud dissentiuot. Sed & Græcū κύπτω significat seipsum inclinare.

36 SN corde suo nō reqoiret.] Hebræi oēe legūt nō requires in secūda psona לֹא תִדְרֹשׁ lo tidros, quum tamen Hieronymus iuxta Hebræum vertat cum LXX, in tertia persona. Et licet eodem recidat intelligentia, tamen argumento est præter alia, quòd Hebraica lectio respondens versioni Hieronymianę oon omnino sit germana etsi Germanica.

Hieronymus aliter legit quā nunc habeatur io Hebræo.

39 Contere brachium peccatoris & maligni, quæretur peccarum illius & non inuenietur.] Hieronymus, Contere brachium impii & maligni, quæres impietatem eius & ooo inuenies. Idem sensus quē sequitur Munsterus, Nebiensis & Chaldæus interpres. Aliā distioctionem & iotelligeotiam faciunt, Pratensis, Pellicanus, & Ioterpres pro Caietano. Primus sic, Cootere brachium impii, & malū requires, impietatem eius non inuenies. Secundus, Contere brachium impii, & malignum insequaris. Tertius, Frange brachium impii, & malum queres. Sanctes addidit aliquid de suo, Quęres impietatem eios, quam dixit, quod nō inuenies. Perpēdis quid & quatenus sibi permittant oeoterici professores, nempe quicquid sopniant.

42 VT nō appooat vltra magnificare se homo super terrā.] Nebiensis satis accedit, ne apponat vltra superbire homo de terra. Pratensis, Vt non pergat vltra conterere hominē ex terra. Accedit Sanctes, Ne addat impius, vt cōterat hominem de terra: seu vt interpres pro Caietano, Non adiiciet vltra ad frangendum hominem à terra. Hæc diuersum faciunt sensum à nostro, licet eodem tendant. Hebræi autē non habēt inflexionem casuum more Latinorū, ob id homo potest accipi casu nomioādi aut accusandi. Hinc Hieronymos vertit, nequaquā vltra superbiat homo de terra, quod nō distat ab intelligentia nostræ editionis, vt id etiam innuat paraphrasis Campensis, Ne tētet amplius virib' suis fidere miserabilis homūcio prognatus è terra. Munsterus secus, Et oō adiiciat amplius grassari cōtra eos homo de terra. Pellicanus, Ne addatur vltra cōsteroari animo homo ex terra. Vbi Munsterus refert hominem ad antichristum aut tyrānum, Pellicanus ad pauperem. Et vocabulum ארץ aratz anceps est.

X. PSALMI TIT.

In finem Psalmus Dauid.

IN DOMINO confido] Titulus [IN finem psalmus Dauid.] Agit hic propheta de hæreticis, qui in ecclesia putrida membra mentiuntur se Christum habere, atque ab vnius ecclesiæ verę matris vberibus alios auertere atque abripere moliontur, & ad se trahere volūt, affirmaotes quod apud se sit Christus, & quasi pie studioseq; ammonētes, vt ad eos transeundo trāsmigremus in Christum. Quibus hic respōdet propheta, in persona alicuius fidelis, redarguendo eos & docēdo, eis esse resistendum. Et est seosus tituli, [Psalm'] iste, dirigēs nos [IN finem] id est in Christū, est [DAVID] prophetę. Docentis resistere hæreticis. Quæ est intentio psalmi. Mod'. Bipartit' est psalmus. Primo, de hęreticis agit, qui catholicos in suam prauitatem volunt conuertere. Secundo dicit, Quid vtrisq; det deus. s. bonis & malis. ibi, Iust' autē. Hęreticis ergo respōdens, cū iocrepatione, ait, Ex Cass.

1 IN domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, Transmigra in mōtem sicut passer.

IN domino cōfido] Q. d. vnus mōs est, scilicet Christ', in quo confido, quem teneo, qui est mons in vertice montium [QVOMOOO] ergo [DICITIS] Ecce increpatio: [ANIMAE meæ] quid? [TRANSMIGRA in mootē] id est io Christum qui apud nos est. id est, quomodo monetis, me transire ad vos, tanquā multi sint Christi? q. d. Mirum est. Vos ita monetis, sed si hæc fecero, ero [SICVT passer] id est sicut auis, id est instābilis & leuis sum, si transeo. Ponitur enim species pro genere. Vel ita, Dicitis animæ meæ, Transmigra in montes, alia litera, id est in oos, qui sumus montes. Mōntes vere sunt, per superbiam, ooo per humilitatem, vt iusti. Et debes ad nos transire, quia tu es sicut passer, id est pennatus virtutibus, & præceptis. sed hæc quæ obtenditis vt transeam ad vos, non sinunt me transire: quia si passer sum, habeo domū vbi requiescam, secūdum illud, Etenim passer inuenit sibi domum. Sed quam domū? Dominū, qui est refugium pauperi. Quomodo ergo dicitis, vt ad vos trāseam? Vel ita, Dicitis animæ meę: transmigra, à tuo imo, In mōtem, id est in eminentiam intellectus, quam nos habemus. Et ita eris, Sicut passer, qui in altis nidificat. Et quomodo hoc dicitis? q. d. hoc mirum est. Deinde fidelis, in cuius persona loquitur propheta, conuertens se ad alios, ait,

Ex Aug.

Ex Cass. & Rem.

Ex Aug.

2 Quoniā ecce peccatores intenderunt arcum: parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.

QVONIAM ecce] Q.d. aliquis diceret, qui- Ex gl.int. bus hoc dicis, & quare? Respõdet, Ecce peccatoribus hoc dico: ideo, [QVONIAM ecce peccatores intenderũt arcum, &c.] Vel ita cõtinua, Ideo in domino confido, Quoniã ecce. q.d. in Ex Hier. euidenti est, quod peccatores .i. hæretici, Inten- Ex Rem. derũt arcum, id est versus sc. iuxta volũtatem suam detorserunt scripturam sacram ad vulne- Ex Cass. rãdas animas simplicium. Vel, Intenderunt ar- & gl.int. cum, id est in scripturis sanctis subtilẽm, vt sibi videtur, intellectum habuerunt, & alios remissum habere æstimant [ET parauerunt sagittas Ex Aug. suas in pharetra] id est pãrata habent in corde suo verba venenosa. Ad quid? [VT sagittent re- Ex Hier. ctos corde in obscuro] id est in simplici sensu degentes. Vel, Sagittẽt rectos corde in obscuro, id est in suis ambiguis, & obscuris sentẽtijs. Per arcum hoc faciunt, non quod scriptura ad hoc valeat, id est non ex vitio scripturæ, sed

3 Quoniã quæ perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit?

QVONIAM destruxerunt] Male exponen- Ex Cass. & Rem. do, id est peruerterũt ea, [QVAE PERFECISTI] id est scripturas quas perfecte edidisti. Vel, Perfecisti, implendo in re, prædicta in scripturis. Vel secundum aliam literam, Vt sagittent in obscura luna rectos corde. Luna cõgrue significat ecclesiã. Duæ enim sunt opiniones de luna, quarum quæ vera sit, quæ non, omnino, vel difficile sciri potest. Alij dicunt eam suũ lumen habere, sed globum eius dimidium lucere, dimidium obscurũ esse. Dum autem partem illã quæ lucet paulatim ad terrã cõuertit, vt videri possit, corniculata apparet: & sic crescit donec tota illa pars videatur: & dum iterum cõuertitur, obscura pars incipit apparere, donec nobis tota iterũ auferatur. Hęc est ecclesia, quę ex spiritualiũ parte lucet, & ex carnalium parte obscura est. & spiritualis quidem pars, modo apparet hominibus per bona opera: modo latet in conscientia soli deo nota, & solo corpore videtur. Sicut contingit cum oramus in corde, & quasi nihil agere videmur, cum tamen nõ terram sed sursum corda dirigamus ad dominum. Alij autem dicunt quòd luna non habet lumen nisi à sole, sed quando est cum illo habet partẽ illã ad nos quæ nõ videtur ab eo, & ideo non lucet nobis, sed cum recedit ab eo illustratur ab ea parte quam habet ad nos. donec sole occidente, plena surgat ab oriente. Cum autem ex alia parte soli cœperit appropinquare, superior pars illuminatur, inferior obscuratur. Hoc idem bene cõuenit ecclesiæ, quæ lumen non habet, nisi à sole iustitiæ, id est Christo, qui in multis locis scripturæ allegoricè sol appellatus est. Quęlibet ergo istarum duarum opinionum vera sit. Cõgruenter luna, allegoricè ecclesia accipitur. Siquis autem hęc obscuravitat, cum in his obscuritatib⁹ magis negotiosis, quàm fructuosis animum exercere aut non libet, aut nõ vacat, aut animus ipse non valet, satis habet omissis obscuris causis, attẽdere popularibus oculis incrementa & detrimenta lunæ, quæ si deficit vt renouetur, notat ecclesiam, vbi creditur resurrectio mortuorum futura. Ecce qualiter luna significat ecclesiã. Nunc videndum est, quomodo obscuritas lunæ, obscuritatẽ ecclesiæ significat. Obscura autem est, vel fit luna tribus modis, vel cum menstruis cursibus finitur, vel cum eius fulgor nubilo interpolatur, vel in eclipsi, vbi cruenta videtur. Similiter & ecclesia fuit obscura, eũ in initio fidei adhuc noua nondum terris maior effulsit, vel cum nubibus blasphe- Ex Aug. morũ recta vituperatur, vel cum cędibus martyrum est cruenta. In his tetroribus & obscuritatibus ecclesiæ, iniqui dolosa verba iaculantur, vt rectos peruertant, quia sciunt hæc tempora decipiendis infirmis accõmoda. Dicit ergo, Vt sagittẽt rectos corde in obscura luna, id est in obscuritate Ecclesiæ. quæ tribus modis obscuratur, vt supra dictum est. Vel obscura dicitur ecclesia, dum filii eius peccant, & imperiti & carnales multi in ea abundant, & tunc occasione obscuræ lunæ opprobria ingerunt iniqui heretici catholicis, eo quod talibus cohabitent, & à talibus sacramenta accipiant. Sed nihil timendum est confidenti in domino. Timeat ille qui cõfidit in homine, qui tũc dicit sancta esse sacramenta, cum per sanctos dentur. Et est sensus, Vt sagittẽt rectos corde in obscura luna, id est cum senserint se non posse cõuinci, lumine ecclesiæ obscurato, propter multos carnales & imperitos. Quoniam quæ perfecisti destruxerũt. hoc nõ mutatur. Vel ita ab illo loco, Quoniam ecce. & sunt hi terrores & verba hæreticorũ comminãtium nobis de peccatoribus, nisi ad se quasi ad iustos trãseamus. Dicũt enim, debetis ad nos transire, Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, id est scripturas carnaliter interpretantur. Et parauerunt sagittas suas in pharetra, id est venenata verba in corde. Ad quid? Vt sagittent in obscuro rectos corde. hoc non mutatur à sententia primæ lectionis. Quõ quæ perfecisti. Cõuertit fidelis sermonẽ ab istis hereticis, quib⁹ ante loquebatur, ad deum. quasi aliquis dicat, Cur dicũt tibi, trãsmigra? cur de peccatoribus te terrent, quum tendunt sagittare rectos? Respondet, Quoniam ea quæ perfecisti, id est laudem quam ex ore infantium perfecit deus. Destruxerunt quãtum in ipsis est, in suis conuenticulis vbi paruulos qui erant lacte nutriendi fidei, vanis & scrupulosis quæstionibus sagittant, vel exagitant, & venenis prauorum dogmatũ necant: quibus quasi nituntur efficere ne laudetis. [IVSTVS autẽ.] Secũda pars vbi dicit quid vtrisque det. s. bonis & malis, & minãtur iudicium, cuius timore saltem deserant Ex Cass. falsitates. q.d. ita hęretici nos offendunt & turbant. Iustus autẽ, id est Christus [QVID fecit?] secundum vtrãq; partem .s. bonorum & ma- Ex Aug. lorum. q.d. Si heretici offendunt, nõnne Christus pacem dat vobis? Qui dicit, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Dat vtique pacem, quã hæretici nefanda dissensione violãt. Christus verò tantam pacem exhibuit, quod etiam traditorẽ suum Iudam mira patientia tolerauit, & ad prædicandum regnum cælorum cum aliis apostolis misit. Et ei sicut in cæteris eucharistiam dedit, quam antè traditorẽ suum

& diabolum nominauit. Cui prædicta ideo cõtulit, vt ostẽderet dona dei ad eos peruenire qui fidem accipiũt, etiam si talis sit per quem accipiunt, qualis Iudas fuit. Et nota quod hac in- Ex Alcu. terrogatione inuitat vtrosque ad solutionem, quæ est ibi,

4 Dominus in templo sancto suo: dominus in cælo sedes eius.

DOMINVS in templo sancto] vbi ostendit quid faciat bonis. & ibi, Pluet super peccatores, vbi dicit quid faciat malis. Prius ergo ostẽdit quid bonis faciat, præmissæ interrogationi respondens sic, Dominus est [IN templo sancto Ex Alcu. suo] i. in suis, vt faciat eos sibi templum. Quod Ex Aug. & Alcui. templum est etiam cęlum, vnde subdit, [DOMINUS] etiam hoc facit qđ [IN cęlo est sedes eius,] id est eos quos facit templum, facit & cælum, id est arcana secreta. Vel ita potest distingui, [DO- Ex Augu. & gl.int. MINVS] cõmmuniter omnium per potentiam est dominus, specialiter, in templo sancto suo, id est in fidelibus. vnde dicitur, Templum dei sanctum est, quod estis vos: vbicunque non sic est ipse deus, vt in suo tẽplo. Deinde repetit in cælo, id est in sanctis est sedes eius.

5 Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum.

OCVLS eius] q.d. ita de maioribus facit, sci- Ex Rem. & gl.inc. & Hier. Ex Aug. licet quod sint templum & cælum. [IN pauperẽ verò, id est in minores. Oculi eius, id est misericordia eius [RESPSCIVNT] quod est ei pauperi lux. Nanque respectus dei, & auxilium, & lux suis est. Et ideo non sunt timẽdi tumultus tribulationũ qui in retib' fiunt, antequam ad litus æternitatis veniatur. Vel per pauperẽ, eosdem significat quos per cælum & templum significauit. Quasi dicat, quidã sunt templum & cælum. Et hoc etiam, non modo alia, à domino est, quia oculi eius, id est misericordia, Respiciunt in pauperem, per quod fit cælũ [ET palpebræ eius] id est crebra apertio scripturarum per loca, & opertio per alia loca, quæ scripturæ quasi oculi dei sunt [INTERROGANT,] id est probant [FILIOS hominũ], scilicet de veteribus innouatos per fidem .i. probãt bonos: quia boni de obscuris non fatigantur, sed exercẽtur: de cognitione non inflantur, sed confirmãtur, Et etiam,

6 Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Ex Hier. & gl.inte. Ex Aug. DOMINVS interrogat] id est per tribulationes & hæreses probat [IVSTVM ET IMPIŨ] Quid ergo times tu iuste, ne obsit tibi impius, sacramẽtis non sincere cõmunicans, cum dominus interroget te & illũ. Vel, Dominus in- Ex Cass. terrogat iustum & impiũ, quia dominus solus de conscientiis vtriusque iudicat, dominus interrogat vtrunque: interrogando autẽ hoc in- Ex Aug. & Alcu. uenit quod ille [QVI diligit iniquitatẽ, odit animam suam] id est animæ suæ nocet dilector iniquitatis, non iusto qui credit deo. Cur ergo times si corporaliter tecum est iniustus? Nota quod ait, Qui diligit iniquitatem, nõn qui fa- Ex gl.in. cit. Iniquitas idem est quod peccatũ, vnde Iohannes, Omnis qui facit peccatũ, & iniquitatẽ facit. Nemo verò sine peccato viuit. Ille verò diligit iniquitatem, qui ex desiderio & affectu peccat, qui etsi semper viueret, semper peccare vellet.

7 Pluet super peccatores laqueos ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

PLVET super peccatores] Hucusque dixit, quid iustus faciat bonis. Hic dicit, quid malis Ex Alcu. reddat. q.d. Dominus est in templo, & in cælo. dominus, etiã [Pluet super peccatores laqueos] Vel ita iũge, Dico qui diligit iniquitatem, odit animam suam, & hoc effectus indicat, quia dominus pluet laqueos, id est doctrinã illaqueantem super peccatores. Hõs laqueos pluit domi- Ex Aug. & gl.int. nus de nubib', scilicet de pseudoprophetis, qui veris falsa admiscẽt: vel etiam de bonis prophetis, de quibus laquei manant, cum male intelliguntur eorũ doctrinę. sed hos laqueos nõ pluit dñs nisi his q peccatores sunt. Vnde aliis sumus odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortẽ. Oẽs ergo siue boni siue mali, qui verbo dei animas irrigãt, nubes dici possunt, de quibus pluit dominus super peccatores, vt inde sint inexcusabiles. Quę pluuia est illis laqueus, quia vel nõ sane intelligunt, vel opere non complent. Deinde pœna blasphemorũ describitur, cum subditur, [IGNIS] scilicet cupiditatis [ET SVLPHVR] id est fœtõr malorũ operum [ET spi- Ex Aug. & Hier. ritus procellarum] qui erit in futuro, id est vltima illa separatio à iustis, sunt [PARS calicis] id est pœnę [EORVM.] Ideo pœnãs eorũ calicem Ex Aug. dicit, quia & pœnę eorum sunt, secundum modum & mensuram meritorum. Et notatur hic ordo pœnarum quas patiuntur iniqui. primo enim igne cupiditatis vastãtur, inde malorum operũ fœtore abiiciũtur à sanctis, inde mergũtur æternis pœnis. Vel aliis nõ mutatis, illud de præsenti potest accipi, Spiritus procellarum, id est tumultuosa mens. Ex Cass.

8 Quoniam iustus dominus, & iustitias dilexit: æquitaté vidit vultus eius.

QVONIAM iustus domin' [Q.d hæc prędicta reddet dominus bonis & malis, & quãrę Ex Aug. hoc faciet? [QVONIAM domin' est iustus: & iustitias] id est iustos [DILEXIT] pluraliter dixit iustitias: vt iustos accipias, in quibus multæ sunt iustitię, cum vna sit dei, qua omnes participant. Et [AEQVITATem vidit vult' eius.] Vel, Facies eius .i. æquitas visa est in facie, id est in notitia eius. Facies enĩ eius est notitia eius, id est potentia, qua dignis innotescit. Vel, Vultus eius vidit ęquitatem, secundũ vtranque partem .s. bonorũ & malorum, quia non se dat noscendũ malis, sed bonis, quod est ęquitas. ¶ Potest iste psalmus & aliter legi, vt de passione

Christi accipiatur. & dicit Christus secundum hominem vt solet cõtra errores Iudæorum. In domino confido, Quomodo ergo dicitis animę meæ, Transmigra in montem sicut passer, id est consenti nobis, in legalibus obseruãtiis, & in cæteris. Ideo, In domino confido, quoniam ecce peccatores Scribæ & Pharisæi, intenderunt arcum: parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde, id est volunt sagittare fideles, in obscura luna, id est repleta peccatorib⁹ synagoga. Alia litera, Quoniã quã perfecisti, id est me quem perfectum fecisti, de-

Ex Hier. & Aug.

struxerunt Iudæi, id est destructorem legis arbitrati sunt. Iustus autem quam tanquam destructorem legis contemnebant, quid fecit? Ecce dominus in tẽplo sancto suo est, id est verbũm patris, in homine vel filius hominis in cælo est ad dexteram patris. Et repetit, In cælo est sedes eius. Et, Oculi eius respiciunt in pauperẽ, quem suscepit secundũ deum. Vel propter quem passus est secundum hominem. Et palpebræ eius interrogant filios hominum. Palpebræ Christi sunt apertio & opertio oculorum, id est mors & resurrectio, vbi probauit filios hominum, id est discipulos. Et Dominus, iam de cælo regẽs ecclesiam, Interrogat iustum & impium, interrogando autẽ hoc inuenit, quod qui diligit iniquitatem, odit animã suam. Et cur ita sit, docet. Pluet enim super peccatores. Hoc & cętera vsque in finẽ, à priore expositione, nõ mutantur.

COLLATIO

In psalmum decimum, In domino confido.

1 QVOMODO dicitis animæ meæ, Transmigra in montẽ, sicut passer.] Pratensis, Transmigra ex mõte vestro, velut passer. Cõsentit Sanctes. à quibus non longe est Munsterus, Auola de mõte vestro sicut passer. Interpres pro Caietano, Vagare montẽ vestrum auis. Statim ipse refert literam seu lectionẽ Hebraicam, quæ non habet expresse præpositionem, nec similitudinis notam. Pellicanus vertit, ad montem eorum passer, quum tamen in Hebræo nunc legatur הָרְכֶם harehem, mõtem vestrum. Sed Hieronymus iuxta Heb. sine pronomine, Transuola in montem velut auis. Vbi cernis quod Rabini, & eorũ asseclę, volunt intelligi præpositionem à vel ab. Septuaginta, Hieronymus, Pellicanus, præpositionẽ in vel ad, nec pronomen vestrum legit Hieronymus, sicut nec LXX. Trãslator ad Campensem, Abi hinc protinus in mõtes tuos volucre citius. Et Paraphrasis, Fuge de monte in montem sicut soles cum tuis, & absconde te vsquã in antro, sicut consueuit passer. Si autem vnusquisque suum cerebrum pergat edere, tota plaustra diuersitatum sacris infulcientur, vsque adeo vt lectores tandem nihil reportẽt nisi cõfusionem, & auis vltro citroque deuolantis instabilitatem.

Hoc verò verius re ipsa experimur.

2 PARAVERVNT sagittas suas in pharetra.] Hic poterat cõqueri quod Hebraismi iuxta pro pharetra ponunt neruũ aut chordam, nisi ꝙ pręsentius videtur periculum sagitta adaptata super neruum, quàm recõdita pharetrę, licet eodẽ tendat ratio sensus. Tamen quum interpretetur Augustinus de insidiis hæreticorũ, vt accipiatur pharetra pro corde eorũ, in quo machinantur cõtra simplices prauas cogitationes, quibus postea letaliter vulnerẽt incautos, accommodatior est pharetra huic intelligentię, quàm sagitta iam posita super neruum. Et particula Heb. יֶתֶר ieter, facilè potest accõmodari ad violentiam malignorum, & occultas fraudes eorum. Huiusmodi certe particulam interpretatus est Hieronymus Iob 30. pharetrã. Pharetram (inquit) suam aperuit.

3 QVONIAM quæ perfecisti destruxerũt.] Hieronymus, Leges dissipatæ sunt. Non variatur sensus, quia leges dei sunt ea, quę perficit, & quæ nos perficiunt. Ad idem reducuntur, quæ vertunt Pratẽsis, Augustinus, Nebiensis, Munsterus, & interpres pro Caietano, videlicet fundamẽta: vel vt Pellicanus vult quę posita sunt. Solus Sanctes vertit retia, imitatus quosdã Rabinos. Translator ad Campensem & paraphrasis nescio quomodo sensus lacerant & discindũt. Ille vertit, Vt funditus perdãt: hęc, In ipso conatu irrita facta sunt consilia.

5 OCVLI eius in pauperem respiciunt.] Septuaginta declarationis gratia addiderunt τὸν πένητα, id est pauperem, cuiusmodi frequentissime facere solent iuniores interpretes.

6 QVI autem diligit iniquitatem, odit animã suã.] Quia Hebręi destituuntur variatione casuum, idcirco potest reddi sensus cõuersus, ad hunc modum, Diligẽrem iniquitatẽ odit anima eius. Casus commutatio facit, vt versio nostra referatur ad peccantem, qui salutem suam peccando oderit. Altera verò ad deũ, qui odio prosequatur peccatores, quam posuit Hieronymus & reliqui. Vtraque dignitatem suæ intelligẽtiæ obtinet. Tãtum obstrepit, quod שָׂנְאָה saneah, id est odiuit, est fœminini generis, vt sic nõ possit respicere nisi animam, quæ esse dei dicitur. Verùm facilè fieret, vbi non sunt puncta adscripta, vt litera he pertineret ad particulã sequentem נַפְשׁוֹ naphsso dicendo הַנַּפְשׁוֹ hanaphsso, ac remaneret superior dictio שָׂנֵא legenda sana שָׂנֵא. Mirum quam tragicè Faber, & Cæcus Burgẽsis insectẽtur latinã lectionem, quasi contradicat ex diametro euãgelio, quando admonet vt qui oderit animã suã, in vitam ęternã custodiat eam, ceu anima semper debeat accipi pro vita carnali. Quid est ergo illud ꝓuerbiorũ 29, Qui cum fure participat, odit animam suam? Et, Sitiuit anima mea ad te deus: cumque toties anima in scripturis in bonã partem dicitur, debuissent aduertere, quod euãgelium seipsum exponat, quãdo additum est, Qui odit animam suam in hoc mundo. Deinde nituntur belli homines excusare Septuaginta, qui reformidarunt animã tribuere deo, nihilominus eam excusationem statim supprimentes, quod ꝓphetæ nihil veriti fuerint tribuere deo animã, dum sanè intelligatur, quãdo dixit Esaias, Solẽnitates vestras odiuit anima mea. quasi

Iure & hic pecllitur Faber cum suo cęco.

non ſcripſerint LXX. τοῖς ἑορτοῖς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. Eſa. primo. Propter huiuſmodi caſuũ indiſtantiã effectũ eſt, vt in ſequẽti verſu, Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis, ſulphur, ſpiritus procellarum pars calicis eorum, quidam verterint ignẽ & ſulphur, in accuſatiuo: & mox ſpiritus procellarũ, in nominatiuo: alii, omnia in accuſatiuo. Quos tandem ſequemur? Ne vacillemus, habemus ritum eccleſiarũ nulla ſui parte vacillantem.

Sequere eccleſiã.

8 AEQVITATEM vidit vultus eius.] Hieronymus iuxta Hebræos, & Pellican⁹ traducũt facies ſeu vultus eorũ. Hebr. legũt פָּנֵימוֹ panemo. Solẽt autẽ Hebręi accipere mo, vt valeat eis eos eorũ iuxta rationẽ regiminis, & ita intelligẽtia referretur ad iuſtos, quorũ facies viderũt quid rectũ ſit. Tamen LXX acceperunt פָּנֵימוֹ panemo, loco פָּנָיו panan. i. vultus eius. Quod ne videatur cõmẽtum meũ, Munſterus in ſcholiis haud diffitetur. Cõſimiliter trãſtulerũt Sanctes, Pratẽſis, & interpretes pro Caietano. Senſus tamen vterque quadrat.

XI. PSALMI TIT.

In finem Pſalmus Dauid, pro octaua.

Ex Aug

SALVVM me fac deus.] Titulus [IN FINEM Pſalmus Dauid pro octaua.] Octãua ſicut in ſexto pſalmo dictum eſt, accipitur dies iudicii, quia poſt hoc tẽpus quod ſeptẽ diebus agitur, venturus eſt dominus ad iudiciũ. Supra peccator culpę cõſcius timebat octauam ne ibi puniretur. Hic propheta in perſona viri

Ex Caſs.

perfecti pro ea orat, vt veniat. Quiã hic petit propheta iniquitatẽ mundi deſtrui, vt ad veritatem futurę promiſsionis perueniat. Et eſt ſenſus, [Pſalmus] iſte dirigẽs nos [in finẽ] eſt Dauid prophetæ, qui hic loquitur in perſona alicuius iuſti, habit⁹ [Pro octaua]. i. die iudicii, quẽ deſiderat, vt ſeculi iniquitas deſtruatur, & veritas

Ex Caſs. & Alcu.

promiſſa veniat. Intẽtio. Reuocat homines à falſitatibus ſeculi, & ad eloquia dei, vbi ſalus eſt

Ex Caſs.

Modus. bipartitus eſt. Prĩmo, à peruerſitate ſeculi petit ſaluari. Secundo, oſtenditur cõtra mala ſeculi Chriſtus à patre miſſus, cuius eloquia ſunt vera. ibi, Propter miſeriam, &c. Videns ergo ſanctus vir multiplicatam vanitatem ſeculi, quaſi timens, ſubito exclamat, pro magnitudine periculi, & ait,

1 SALVVM me fac domine, quoniam defecit ſanct⁹: quoniã diminutę ſunt veritates à filiis hominum.

Ex Caſs.

SALVVM me fac domine,] Deinde exponit quæ timuit, multa congregans in vnũ, vt maior vis periculi appareat, dicẽs, [QVONIAM defecit ſanctus] q.d. ideo clamo, Quoniã defecit ſanctus, id eſt nõ inuenitur ſanctus in hoc mundo, vbi tot mala ſunt. Hęc opinio fuit & in Helia, quando dixit, Domine relictus ſum ſolus. 3. Reg. 19
Vel, Sãctus, id eſt deus, qui vbique eſt præſens: quantum ad homines, Defecit, quia vix ab homine agnoſcitur. Defecit ergo, quãtum ad eos, qui in eum non credũt. Et vere defecit ſanctus, quia defecit veritas. Et hoc eſt, [QVONIAM diminutæ ſunt veritates à filiis hominũ] Pluraliter dicit veritates, quia agit de veritatibus hominum. Veritas enim dei vna eſt, qua illuſtrantur animæ ſanctæ: ſed in hominibus multę ſunt veritates. Sicut ab vna facie multæ in ſpeculis imagines apparent. Et nõta quod non ait in filiis, ſed, A filiis hominum, quia dona dei culpa eorum deprauãtur, & diminuuntur. Sequitur,

Ex Alcu. Ex Aug. Ex Caſs.

2 Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum: labia doloſa in corde & corde locuti ſunt.

Ex Caſs.

VANA locuti ſunt, &c.] q.d. Vẽre diminuta eſt veritas, quia creuit falſitas. Et hoc eſt, [VANA locuti ſunt.] Vel ita iũge, Diminutę ſunt veritates. Et inſuper, Vana locuti ſunt, [VNVSQVISQVE ad] decipiendum [PROXIMVM ſuum,] quẽlibet hominẽ. Proximus enim eſt omnis homo cõditione primæ natiuitatis. Cum nullo ergo male agendũ eſt. Vel, Proximum accipit aliqua opportunitate cõiunctũ, ad quem etiam decipiendũ vtũtur, quod deterius eſt. Et ſciendum, quia proximus dicitur tribus modis, ſcilicet cõditione primæ natiuitatis, ſecũdum quem modũ omnis homo poteſt dici proximus. Cognatione carnis, ſecundũ illud, Diliges proximũ tuum, & odio habebis inimicũ tuum. Impenſa beneficii, & cõpaſsione miſericordiæ. vnde in Euangelio dicitur, in parabola de vulnerato, Quis tibi videtur proxim⁹ fuiſſe illi? Qui fecit miſericordiam ſuper illũ. Dico, locuti ſunt vana, ipſi dico exiſtentes [LABIA doloſa] id eſt garruli, ad oblatrandum, & doloſi ad decipiendum. Et vere doloſi ſunt, quia [IN CORDE & corde locuti ſunt] id eſt in multiplici corde. Geminatio enim duplex cor ſignificat. Sequitur,

Ex Aug. Ex Alcu. Luc. 10 Ex gl. inc. Ex Aug.

3 Diſperdat dominus vniuerſa labia doloſa: & linguã magniloquã.

DISPERDAT] Quaſi dicat garruli ſunt & doloſi, ſed diſperdat [DOMINVS LABIA doloſa] Nõn ipſos homines, ſed dolos & garrulitates eorum. Et addit, [VNIVERSA] ne quis doloſus ſe excipiat, id eſt ſe exceptũ putet, quaſi paſsim pereant, qui in vna prauitate conueniunt. Et diſperdat, [LINGVAM MAGNILOQVAM] id eſt ſuperbam. Hĩ ſunt hypocritæ, habentes ſpeciem in ſermone, ad decipiendos homines, & deo non ſunt ſubditi. Vel philoſophi per linguam magniloquam ſignificantur, propter eloquentiam. Deinde qualiter linguam magniloquam habeãt hypocritę, vel philoſophi, ſubdit,

Ex Caſs. Ex Rem.

4 Qui dixerunt, Linguã noſtram magnificabimus: labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter dominus eſt?

[QVI dixerunt]hoc.s.[LINGVAM nostrã ma
Ex Cass. gnificabimus] Et ita faciunt, qũia loquacitate
& Rem. se extollunt,& ponũt in sua potestate, quod se
à deo non putant accepisse. Dixerunt enim hoc
& aliud [LABIA nostra à nobis sunt]id est fa-
Ex Cass. cũdia nostra à nobis est, non à deo. Iactãt enim
se de potestate labiorũ, quasi à deo nõ sit. Vn-
Ex gl.int. aiũt,[QVIS noster dominus est?]id est qũis est
cuius regulæ nos subiicimur?q.d.nullus.

PARS II. 5 Propter miseriam inopũ,& gemitum pauperum nunc exurgã,dicit dominus.

PROPTER miseriã] Secũda pars,vbi con-
trá mala seculi,Christus à patre missus dicitur,
cuius eloquia sunt vera,sicut impiorũ sunt fal-
sa.q.d.Ita hęc prædicta dicunt, & faciunt mali,
Ex Hier. sed contra hęc [DOMINVS] pater[DICIT]
& Cass. hoc[EXVRGAM].i.apparebo in filio[Nũc]in
hoc tempore gratiæ,quod non in priore popu-
lo feci. Et hoc [PROPTER MISERIAM] tol-
lendam[ET gemitũ inopũ].i.gẽtium[ET pau-
Ex Rem. perum].i.Iudæorum. Inõpes recte dicũtur gen
tiles,qui nec legẽ,nec prophetas habuerũt:pau-
peres,Iudęi, qui spiritualiter legem nõ intelle-
Ex Aug. xerunt. Et est sensus,Pro inõpia & paupertate,
spiritualium bonorum quam patiuntur Iudæi,
& gentiles,mittã filium. Vel per inopes & pau-
peres eosdem significat. Et est sensus, Mittã fi-
Ex gl.int. lium,Propter miseriam inopum tollendã.i.mor
talitatem & passibilitatẽ. Et hoc faciã,Propter
gemitum pauperũ,qui de malis gemunt, & pro
peccatis cõterũtur. Nã aliter nõ essent digni au
xilio. Quid autẽ faciet exurgẽs supponit,dicẽs,

6 Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo.

Ex Aug. PONAM in salutari].i.in Iesu non in seruis.
Ex Cass. Nõ dicit quid põnat, sed sciendum est, quia ad
pauperes cõsolandos pertinet. acsi diceret, põ-
Ex Aug. nam in Iesu consolationem pauperum Et [FI-
& gl.inte. DVCIALTER, id est potẽter[AGAM in eo,]
quia nihil ei resistet. Quin etiã docebit,nõ qua
si Scribę & Pharisęi,sed tãquã potestatẽ habẽs,
addens legi,& mutans quædã pro volũtate sua,
vt auctor legis. Ideo ait, Fiducialiter agam in
eo,quod non in seruis.

7 Eloquia domini, eloquia casta: argentum igne examinatũ probatum terræ,purgatum septuplum.

Ex Aug. ELOQVIA domini]Hũcusque fuerũt ver-
& Cass. ba patris de filio. Hæc autem dicit propheta in
sua persona,verba prędicationis Christi cõmen-
dans,quorum sinceritatem & vtilitatẽ ostẽdit.
Ex Aug. q.d. pater mittet filium. Et Eloquia domini.s.
filii,sunt[ELOQVIA casta].i.sinẽ corruptione
simulationis. Multi enim prædicant veritatem,
sed non caste, quia vendũt illam pretio cupidi-
Ex Cass. tatum huius seculi. Hõc dicit contra hoc quod
supra de malis dictum est, Vana locuti sunt[ET
argentum] dominici eloquii est [EXAMINA-
TVM igne]quia domini eloquia per tribulatio
Ex Cass. num ignem probata sunt,contra illud,quod su
pradictũ est,Labia dolosa in corde,& corde lo-
cuti sunt. Argẽto autem comparatur diuinum
eloquium, quia sicut inter omnia metalla nihil
est quod dulcius tinniat argento, ita inter om-
nia eloquia sermo diuin⁹ dulcius insonat mẽti.
& illud argentum est [Probatũ terræ].i. à terra Ex gl.int.
.s. nihil terrenitatis habens, & ponitur geniti-
uus hic pro ablatiuo,more Gręco. Et est [PVR-
GATVM septuplũ]id est, perfecte. Septenarius Ex Alcu.
nanque numerus perfectionẽ, & vniuersitatem
significat. Vel est,Pũrgatũ septuplũ.i.per septi- Ex Aug.
formẽ spiritũ,verbũ nitet,& rutilat.s.per timo
rem dei,per pietatẽ,& per cætera dona spiritus
sancti,quæ sunt septem, per quæ diuinum elo-
quium splendet,dum verbi dei prędicatores his
charismatib⁹ refulgẽt. Vndẽ ostẽditur sanctum Ex Aug.
esse quod prædicant. Vel ita, vt specialiter de
sermone domini in monte habito ad discipulos
accipiatur. q.d. & illud argentũ diuini eloquii
est Septuplum, quia septem sunt gradus beati-
tudinis, de quibus totus sermo in monte pro-
ductus est.s.paupertas spiritus, mansuetudo,mi
sericordia,&c. Et illud argẽtum est, Purgatũ se-
ptuplum, id est septempliciter.i. per singula se-
ptem est purgatũ igne, persecutionis, de quo a-
gitur in octaua beatitudine,cum dicitur, Beati
qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã,&c.
octaua ergo beatitudo est, patiẽtia persecutio-
nis,qua velut igne purgatur argentũ septẽpli-
citer.i.secundũ illa septẽ quæ præmittuntur in
sermone. Hoc enim igne purgãtur & pauperes,
& mites,& misericordes,& alii, ideo in sermo-
ne septem præmittuntur virtutes,quę & beati-
tudines dicuntur,quę consummãt,& beatos fa-
ciunt. Octaua autẽ quæ redit ad caput,exami-
nat,& clarificat,& qđ perfectũ est demonstrat.

8 Tu domine seruabis nos: & custodies nos: à generatione hac in æternum.

TV domine] Hic ostẽdic vtilitatẽ diuinorũ Ex Cass.
eloquiorũ, conuertens se ad dominũ. q.d. talia
sunt eloquia domini. Et ô domine,cui⁹ eloquia
sunt casta,Tu,nõ nos ipsi[Seruabis nos]per illa
eloquia hic & in futuro. Sũpra dixit de malis,
Disperdat dominus vniuersa labia dolosa: hic
dicit quod seruet,agens de bonis. Sequitur,[ET
CVSTODIES nos] Hic tãnquã inopes & pau- Ex Aug.
peres,in futuro tanquam opulentos & diuites.
Custodies dico,Ducẽdo[A GENERATIO-
NE hac]scilicet huius seculi [IN æternum,id est
ad æternam beatitudinem. Ex Cass. & Rem.

9 In circuitu impii ambulant secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

IN circuitu]q.d.nos seruabis [IMPII] autẽ
[AMBVLANT in circuitu].i.in cũpiditate re- Ex Aug.
rum temporalium, quæ septẽ dierũ repetitione
voluuntur. Et ideo nõ perueniunt in octauũ.i.
in ęternũ,quod dabitur in octaua,vnde psalmus
iste intitulat. De hoc circuitu dicit Salomõ in Pro. 20.
Prouerbiis, Ventilator est impiorũ rex sapiẽs,
& immittit illis rotã malorum, id est ambitum Ex Augu.

volubilium, quę tanquã rota volutantur. Sequitur [SECUNDUM altitudinẽ] impii sunt in eo cultu, sed [PSALTER hominum multiplicasti] nõ quidem in temporalibus, sed, Secundũ altitudinẽ tuam, id est virtutib⁹, per quas facis eos ascendere ad te altum cõtemplãdum. Hoc ideo adiunxit, quia est & multiplicatio in temporalibus, quæ auertit ab vnitate dei. Sed iusti multiplicantur secundũ altitudinẽ dei, quãdo eunt de virtute in virtutem. Vel ita, Multiplicasti filios hominũ, sicut stellãs cæli, secundũ promissionem factam Abrahæ. & hoc, non secundum merita eorũ, sed secundũ altitudinẽ tuam, id est sicut te altum decet.

Ex Cass.

COLLATIO

In psalmum XI. Saluum me fac.

6 FIDUCIALITER agã in eo. Hebr. habet יפיח לו iaphiah lo. Pratensis, Loquetur pro eo. Munsterus aliquid addidit, vt subaudiri voluit de suo, & sic reddidit, ab eo qui sufflat in eum, vel qui ponit ei laqueũ. Interpres pro Caietano simplicius vertit, Sufflabit ipsi. Sanctes plus audet, ab eo qui deridendo sufflat in eum. Pellicanus aliter, Flatus erunt. Quid hic faciemus, inter tot dubios viarũ aufractus? Teneamus certũ & relinquamus incertum. Certum est quidem פוח pohach significare sufflare aut loqui, LXX autem per metaphoram haud incongruam ceperunt sufflare aut spirare alicui vel in aliquo, quod est in illo pnere hoc est suggerere & discere velut in aurem, quid agendũ sit. Id quod satis indicat versio Hieronymi, videlicet auxiliũ eorũ, vt legerit in Hebræo למו mo, Pro לו. Et LXX. אפיח לו aphiach lo. i. spirabo ei, si verbum verbo reddas. Et similia hand infrequenter contingere argumentis nõ futilibus causati sumus, & æquum lectorem nanciscetur.

Non esse fidendum nouis interpretib⁹

7 ARGENTUM igne examinatũ, probatũ terræ.] Græcanicã locutionem sequitur interpres, quod est iam de multis receptum in vsu ecclesiastico, vt illud, In conuertendo dominus captiuitatem Sion, In conuertendo inimicum meũ retrorsum, Vado piscari, & id genus non panca. Et tamen hanc lectionem nimis contemnunt Faber & suus cæcus. Consuetudo latinæ locutionis magis recipit, quod vertit Hieronymus, separatũ à terra. Mirũ quãm inter se variẽt neoterici hebraizãtes. Münsterus dicit, In exquisito loco terræ. Sanctes, A domino terræ. Itidem Pratẽsis, Interpretes pro Caietano, De testa terræ. Pellican⁹, Alchimico terreo. Paraphrasis Campensis, Arte & instrumẽtis ad eam rem aptis, ablatũ est quicquid inerat terræ impurioris. Alii, In furnulo aurifabri, de exquisita formatõ terra. Chaldæus & Nebiensis, Argentũ repurgatũ in fusorio à terra. In Hebræo tãtum sunt duo vocabula בעליל לארץ baalil laaretz, quæ pariunt tot sensus quot volunt homines, si ad ecclesiasticã lectionẽ dormiant.

Ecclesiastica lectio venerãda.

9 SECUNDUM altitudinem tuam multiplicasti filios hominũ.] Hebr. כרם זלות לבני אדם cerum zulloth libne adam. Hieronymus iuxta Heb. ad eum modũ reddidit, quũ exaltati fuerint vilissimi filiorũ hominũ. Pratẽsis, Quũ exaltabitur opprobria filiis adam. Munsterus, Quum exaltãtur in ignominia, sunt filii hominum. Interpretes pro Caietano, Velut eleuãdo vilitatea filiis adæ. Sãctes, Quum exaltati fuerint, vilitas est filiis hominum. Pellican. Quum exaltati fuerint, comessationes filiis hominum. Paraphrasis Campẽsis, Quum principatũ nacti fuerint, qui inter homines sunt perditissimi. Editio ad eandem, Quũ vanitas exaltatur inter filios hominum. Nebiensis, Quum exaltati fuerint vilificabũtur filii hominum. Chaldæus paraphrastes, Tanquã sanguisuga, quę sugit sanguinem filiorum hominũ. Sed expendamus ecclesiasticã lectionẽ. Imprimis quatenus pertinet ad exaltationẽ, seu vertas per verbũ, participiũ, aut nomẽ, adhuc tenes eundem sensum. Sed de vocabulo sequente videlicet זלות zulloth, maner scrupus. Quod si deflectas à radice זלל zalal, significat comessationes, aut vilitates. & punctum quod vocant Dages in ventre literæ Lamed denotat more suo, alterũ lamed deficere. Si verò deduxeris zulloth, à radice נזל nazal. i. defluxit, tunc zuloth significat fluenta seu defluxiones. Igitur fluxi filiorũ hominũ quadranter intelliguntur generationes hominũ, quę multiplicantur vt stellę cæli, & fluunt more aquarũ: iuxta illud Ecclesiast. primo. Generatio preterit, generatio aduenit. Et illud 2. Reg. 14, Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terrã quæ non reuertuntur. Porrò si ad verbum vertere res, posses ita reddere, Secundum altitudinem fluenta filiorum hominum. Et LXX, quo dilucidior esset sensus, extulerũt per verbum clarius, Multiplicasti filios hominũ. Et non incõcinnè.

Homines fluentis cõparantur.

XII. PSALMI TIT.

In finem Psalmus Dauid.

VSQUEQUO domine] Titulus, [IN finẽ Psalmus Dauid]. Titulus iste patet. Psalmus iste agit de charitate Christi, in qua totius legis perfectio est, quam qui habet, mundum nõ amat. Hic enim propheta plenus charitate, qua auide Christi incarnationem expectat, per quã futuram redemptionẽ intelligit, in persona antiquorũ patrũ, quasi de dilatione conqueritur. in quo etiã dilectio proximi ostẽditur: cuius saluti hoc optatur, vt superstitione abiecta, vnius dei cultura suscipiatur. Vel in persona sanctorũ modernorũ loquit, secũdũ Christi aduẽtum desiderantiũ, vbi certi sunt de salute. Quãto enim desiderio antiqui primum desiderauerunt aduentũ, tanto moderni secundum cupiunt, iuxta illud, Cupio dissolui & esse cum Christo. Interiõ. Ad idem desiderium incitat. Modus. Bipartit⁹ est psalmus. Prima pars est conquestio de dilatione aduentus primi, secundum antiquos: secũdi, iuxta modernos. Secũdo, orat illuminari ne cedat fraudib⁹ inimici. Ibi, Respice, &c. Prius ergo propheta in persona antiquorum de incarnationis dilatione cõquerentium ait, ô,

Ex Cass.

Ex Alcui.

Ex Cass.

1 SQVEQVO domine obliuiſceris me in finē? vſquequo auertis faciem tuam à me?
2 Quandiu ponam conſilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?

DOMINE obliuiſceris me], id eſt præſentiā incarnationis mihi ſubtrahis [VSQVE in finē] id eſt vſquē ad tempus plenitudinis. Vnde Apoſtolus, Cum venit plenitudo tēporis miſit deus filiū ſuū, &c. [VSQVEQVO] expectabitur hoc? deinde repetit aliis verbis [AVERTIS faciem tuam à me]. ſ. præſentiām filii tui, qui eſt facies tua, quæ hominibus eſt videnda. Et vſquequo erit hoc? Et,

Ex Caſs. Gal. 4. Ex Caſs. & gl. in.

QVANDIV ponam conſilia] ſcilicet dē diuerſis, vt qui anxius eſt [IN anima mea] Magnus ardor ſuſtinentis hic oſtenditur, qui dicit ſibi deeſſe conſilium, vt, id eſt qualiter videndi mitiget affectum. Quando antē magna anxietas eſt, concupiſcere bonum, & diutius ſuſtinere, creſcit deſideriū in dolorem, quia ſpes protrahitur. vnde ſubditur, [ET quandiu ponā dolorē in corde meo.] Et hoc [PER diem] abſolute, id eſt per ſingulos dies. Et,

Ex gl. int. Ex Caſs. Ex Aug & Caſs.

3 Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? reſpice, & exaudi me domine deus meus

VSQVEQVO exaltabitur inimicus meus] id eſt diabolus [SVPER me] Hoc ideo dicit, quia ante aduētum Chriſti diabolus captiuos tenebat homines. Vel, Super me. i. ſuper meā credulitatē, quia ille toto orbe colitur, mea fides eſt in paucis. Et quia ſic orbis interit, plorat hic ſanctus [RESPICE ET EXAVDI] Secunda pars. poſt conqueſtionem orat, vt illuminetur, ne cedat fraudibus inimici iſte qui in miſericordia confidit. q. d. modo dolor eſt, cum facies tua eſt auerſa, & cū exaltabatur inimicus; ſed ô [DOMINE] cuius ego ſum ſeruus, qui es [DEVS MEVS] cuius ſum creatura [RESPICE] id eſt, mitte quem miſſurus es [ET EXAVDI ME] Pro omnibus loquitur iſte, pro quibus generaliter petit.

Ex Caſs.

4 Illumina oculos meos ne vnquam obdormiā in morte: nequādo dicat inimicus meus, Præualui aduerſus eum.

ILLVMINA OCVLOS meos] Interiores, vt ſi nō corpore videmus, vel, id eſt ſaltem mente videamus. Aliter totum legitur ex perſona modernorum ſanctorum, & ſecūdum Chriſti aduentum optātium, vt cum eo beate viuāt; & pro dilatione conquerentium, ſic vt ô Domine vſquequo obliuiſcēris me in finem capiendum ſit, quouſque differs me ad intelligendum Chriſtum ſpiritualiter, qui eſt patris ſapientia, & finis rectus intentionis omnis. Et repetit, Vſquequo auertis faciem tuam à me? id eſt vſquēquo non das animæ meæ notitiā tui? More noſtro loquitur ſcriptura, cū dicit, deum obliuiſci & auertere faciem. Hic enim nō iuxta rerum proprietatem, ſed per creaturarum ſimilitudinē dicitur: in Deum quippe obliuio non cadit, nec aliqua permutatio. Et, Quandiu ponam conſilia in anima mea? cōſilio nō eſt opus, niſi in aduerſis. Et eſt ſenſus, Quādiu ponā, &c. id eſt quādiu ero in aduerſis. quod exponit ſubdens, ſcilicet, Quādiu ponam dolorem in corde meo per diem? Diem ponit pro tēpore iſto, quo vult exui dolens, precanſque æterna. Vel, Per diem, id eſt cōtinue. Vel non ſub interrogatione dicitur iſtud, Quādiu ponam: ſed eſt reſponſio præcedenti interrogationi. q. d. tandiu obliuiſceris, & faciem auertis, Quādiu ponam conſilia; id eſt, Quandiu neceſſe erit vt ponam conſilium, In anima mea, vt niſi ponat quiſque conſilium in anima ſua, tale, ſcilicet, vt operetur miſericordiam, non eum dirigat deus in finem, neque det ei plenam notitiam ſui, vt eum facie ad faciem videat. Deinde ſequitur, Quādiu ponam dolorē in corde, &c. hoc nō mutatur. Sequitur. Et, Vſquequo exaltabitur inimic⁹ meus ſuper me. ſ. diabolus. vel carnalis conſuetudo. Vt autem hoc tollatur, Reſpice & exaudi me domine deus meus, &c. Reſpice dicit, cōtra hoc quod ſupradictū eſt, auertis faciem tuam à me: Exaudi, contra obliuiſceris me. [ILLVMINA oculos meos] cordis [NE vnquā obdormiā] Per concupiſcentiam quæ ex me ſit [IN MORTE] id eſt, nē peccati delectatione claudātur ipſi oculi. Oculi enim obdormiunt in morte, quādo fidei lumine ſepulto carnali delectatione clauduntur. Vel, Ne vnquam obdormiam in morte, id eſt, ne obuoluar quolibet criminali peccato. Vel, in morte, id eſt, in pēccato, quod fit in ſpiritum ſanctum, de quo dicit Iohannes, Eſt peccatum ad mortem, nō pro eo dico vt quis oret. Dico nō obdormiam per me, nec etiam per aliū. Et hoc eſt [NEQVANDO dicat inimicus meus]. i. diabolus, qui inſultat dum capit. Quid dicat [PRAEVALVI aduerſus eum.] Ecce inſultatio diaboli, quæ vehementer timenda eſt. Ideo dico, ne dicat inimicus, quia,

Ex Hier & Aug. Ex Aug. Ex Caſs. Ex Rem. & gl. int. 1. Ioan. 5. Ex Caſs. Ex Aug.

5 Qui tribulant me, exultabunt ſi motus fuero: ego autē in miſericordia tua ſperaui.

QVI tribulāt me] ſcilicet diabolus, & angeli eius [EXVLTABVNT ſi mot⁹ fuero] de ſtabilitate fidei. ac ſi diceret, Non ſolū propter me debes illuminare, ſed & propter hoc, nē inimicus gaudeat. Sequitur, [EGO autē] q. d. illi tribulant [EGO autē in miſericordia tua ſperaui] nōn de me præſumpſi, qui etiā id ipſum, quod non cōmouetur, nō ſibi dat, ſed deo. Vel in miſericordia tua. ſ. de aduētu filii. quiā et ſi feſtinat iſte vir ſanctus, tamen eſt patiens: qui & ſi differtur quod deſiderat, firmus eſt in ſpe: & interius iam videns illū, quem in carne videre deſiderat, exultat. vnde ſubdit,

Ex Aug. Ex Alcu. Ex Aug. Ex Caſs.

6 Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit mihi, & psallam nomini domini altissimi.

Ex Aug. & gl. inte. Ex Aleu.

EXVLTABIT, vel exultauit cor meũ] Q.d. speraui in misericordia, vnde [EXVLTABIT cor meũ in salutari tuo] .i. in Iesu quem mente venturum conspicio. Vnde & sibi bona data dicit iste, qui prius conquerebatur subdens, dominus Tribuit mihi bona spiritualia, nõ ad humanum diem pertinẽtia. Et ei domino [QVI tribuit bona] cantabo corde. s. cordis lętitia, quod ad cõtemplatiuam vitam pertinet. Et nota quod ait, Tribuit, nõ tribuet, in quo notatur magna virtus fidei. Iam enim habet quod futurum est. Sequitur [ET psallam] opere, quod ad actiuã vitam pertinet. Psallam dico, Nomini domini altissimi. Et est sensus, Cãtabo & [PSALLAM nomini domini altissimi,] id est cũ gaudio gratias agam corde & opere. Si ergo iste fidelis tantum desiderat, si sic famulatur Christo, adhuc venturo, quid faciendum est iam suscepto? vtiq; omni modo ei est famulandum.

Ex Aug. & Cass. Ex Aug. & Cass. Ex Cass. in cõclusione psal.

COLLATIO
In Psalmum duodecimum Vsquequo.

PSALLAM nomini domini altissimi.] Hoc non legimus in Hebræo. Quod si in Græco sic additum ex contextione quorundam aliorum psalmorum, nihil adfert incommodi.

XIII. PSALMI TIT.
In finem Psalmus Dauid.

Ex Cass.

DIXIT insipiens] Titulus, [IN FINEM psalmus Dauid.] Facies quam in præcedenti psalmo desiderabat propheta venire, hic ostẽditur venisse: & à Iudæis contemptã fore. Ideoque propheta in suã, vel Christi persona loquens, increpat hic insipientiam & duritiam Iudæorum, qui Christo præsenti quem optauerunt, non credunt. Et est iste primus psalmus de increpatione Iudæorum, & cõuersione. Et est sensus tituli, [Psalmus] iste dirigens nos [IN finẽ] est [Dauid] id est Christi, vel prophetę. Intentio prophetæ est cõfutare Iudæos, Christi contemptores. Modus. Tripartitus est psalmus. Prima pars est increpatio Iudæorum, descripta eorum malitia. Secundo minatur iudiciũ. ibi, Nonne cognoscẽt omnes. Tertio, prædicatur eorũ cõuersio. ibi, Quis dabit ex Sion. imprecãs ergo duritiã Iudæorũ ait,

DIXIT INSIPIens in corde suo, non est Deus.

Ex Cass.

DIXIT insipiẽs] Q.d. priores patres expectauerunt Christum venturum: sed cum appareret, Insipiens. i. Iudæus dixit [IN corde suo] non tãtum ore, hic homo [NON EST DEVS.] hoc ideo dixerunt, quia,

2 Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum, nõ est vsque ad vnũ.

CORRVPTI sunt] Omnĩ vi rationis priuati. [ET ABominabiles] id est reprobi [FActi sunt]. Et hoc [IN studiis suis] id est, quia seculum amant, non deum. & quia à Christo recedunt, [NON est] de illis [QVI faciat bonũ.] Vel de gentilibus potest accipi, deum non esse putantibus. Insipiens, id est gẽtilis, Dixit non est deus. Et hoc dixit, In corde suo, non in ore, quia nemo audet dicere, & si cogitare, deus nõ est. Hoc ideo dicunt, quia corrupti sunt, id est cæci sunt, vt dicant, Nõ est deus. Et abominati facti sunt, id est reprobi. Sicut enim non probauerunt deum nõ habere in notitiam, ita tradidit illos deus in reprobum sensum. Et hoc, In studiis suis, vel affectionib⁹, id est quia seculum amant, & non deum. Et ideo, Nõ est, siue de Iudæis, siue de gentibus, non credentibus, Qui faciat bonum. Nõ est dico [VSQVE ad vnum] id est nec etiam vnus. Vel, Vsque ad vnum, id est præter vnum, id est præter Christum, sine quo nemo facit bonum, quia nõ potest quisquã facere bonum, nisi ipse monstrauerit.

Ex Cass. & gl. int. Ex Aug. & gl. int. Ex Aug.

3 Dominus de cælo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens aut requirens deum.

DOMINVS de cælo] Ab hoc loco specialiter agit de Iudæis. q.d. Nullus de eis facit bonum, sed hoc est, vnde inexcusabiles sunt, quia, [DOMIN⁹,] scilicet Christus [DE CAELO prospexit,] id est de humana natura, quam assumpsit, eminuit virtute deitatis diuina operans. Ipse dico intẽdens [SVPER filios hominum] Vel, De cælo, id est per sanctas animas, Prospexit. Nam per se eum nihil latet. Cælũ sedes dei dicitur, sedes autẽ dei, anima iusti. Ideo per cælum, hic animas sanctas significat, per quas prospexit, Super filios hominum. Non dicit super homines, sed, Filios hominũ. i. Iudęos, quos honoratius nominat propter vnius dei cultũ. Vel, Dominus, pater. De cælo, mittẽdo filium. Prospexit super filios hominum, id est misertus est Iudæorum, ad quos misit corporaliter filium. Ad hoc inquã prospexit. [VT videat] id est vt videri faciat [SI quis est intelligẽs] corde deum esse in homine [AVT requirẽs deum.] sequendo mandata eius. Sed inuenit hoc quod,

Ex Aug. & Alcu. Ex Rem. & Alcui. Ex Aug. & Aleu. Ex Aug. Ex Cass. Ex Rem. Ex Cass. Ex Hier.

4 Omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

5 Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant venenum aspidũ sub labiis eorum.

OMNES declinauerunt] Vel ita iũge, vidit

si aliquis est intelligens aut requirẽs. & hoc in-
Ex Aug. nuit, quod aliquis non intelligit, quia non re-
quirit, sed declinat. Et vere. Nam [O M N E S de-
Ex gl. int. clinauerũt] Iudæi tales facti sunt, quales & gen
& Hiero. tes, de quibus superius dixit. ibi, Dixit insipiens
Ex Hier. non est deus, &c. Et, [S I M V L] cũ ipsa declina-
& Aug. tione [I N V S T S facti sunt] id est perniciosi si-
bi & aliis, à deo declinauerũt, quia [N O N est qui
faciat bonũ, nõ est vsque ad vnum.] id est pre-
Ex Cass. ter vnum, quiã nullus facit bonum, nisi vno, sci
& Alcu. licet Christo.

SEPVLCHRVM patẽs, &c.] Dicũtur hi três
versus qui sunt vsque ad diuisionẽ secundá, non
esse de Hebræo, quos tamẽ apostolus in episto-
la ad Romanos contra Iudæos adducit, sed di-
cuntur ab apostolo propter Iudæorum vitupe-
rationem. De multis psalmis compacti dicũtur.
etiam à septuaginta interpretibus additi, vnde
in sequẽti iste psalmus repetitos, eos nõ habet.
in quibus ostẽditur qualiter illi qui declinaue-
runt, inutiles sunt aliis & sibi. & prius quo-
Ex Cass. modo aliis. q.d. Itã aliis inutiles facti sunt, quia
& Rem. [G V T T V R eorũ est sepulchrũ patẽs] .i. similes
Ex Aug. sunt sepulchro patẽti. Quib⁹ verbis, vel võraci
tatẽ hiantis gulæ significat, vel quia alios occi-
dunt, in fœtidis quæ promunt, & quasi deuo-
rant eos, quibus morum suorum peruersitatem
Ex Cass. persuadent. Nãm sicut sepulchrum cum patet
fœtidos odores exhalat, ita & istorũ guttur, ser-
mones pestiferos. [E T, L I N G V I S suis dolose
Ex Aug. agebant] adulantes aliis. cõmes enim est vora-
cibus adulatio, & omnibus malis. Vel, Dolose
Ex gl. int. agebant, mãla suadẽtes sub specie boni. Et [V E-
nenum aspidum] .i. dolos aspidũ est [S V B labiis
Ex Rem. eorum] .i. in cõrde, qđ peius est quam in ore. A-
spis aures obturat, ne vocem incãtantis audiat.
Ex Aug. Rẽcte ergo aspidi cõparantur, quia nolunt au-
& Hiero. dire præceptum legis, sed mala reddunt prædi-
& gl. int. cantibus ea. vnde subditur.

6 Quorum os maledictione & a-
maritudine plenum est: veloces pe-
des eorũ ad effundendũ sanguinẽ.

QVORVM os maledictione plenũ est] id est
Ex Cass. õpprobriis, blasphemiis, hoc est venenum aspi-
& Aug. dum, & [A M A R I T V D I N E] id est minis. Et [P E-
D E S eorũ] .i. volũtas & affectiones eorum sunt,
VELOCES] quia omnia inconsulte faciũt,
Ex Aug. Vel, Veloces .i. expediti, pro consuetudine male
Ex Cass. faciendi. [A D effundendum sanguinem] Christi
& gl. int. & suorum.

7 Cõtritio & infelicitas in viis eo-
rum: & viã pacis nõ cognouerunt:
nõ est timor dei ante oculos eorũ.

CONTRITIO &c.] Hic ostendit qualiter
Ex Hier. inutiles sibi fuerũt. q.d. & quia tales sunt, ideo,
CONTRITIO & infelicitas est in viis] .i. o-
Ex Augu. peribus eius. Omnẽs enim viæ malorum plenæ
Ex Cass. sunt dolorib⁹ & miseria Et rectẽ via impiorum
& Alcu. contritio dicitur: & infelix cõtritio: quia & te-
rit, & teritur. dum alii nocet & sibi. Vel quia &
hic pœna est, & in futuro punietur. Infelicitas,
quia ad infernũ ducit a quibus viis nõ reuertũ-
tur mali. Ideo, Et .i. quia [N O N cognouerũt viã
pacis] .i. Christũ. Vel viã pacis .i. euãgẽliũ, de qua Ex Aug.
via domin⁹ ait, Iugũ meũ sua. &c. Vel speciali-
ter de Iudæis potest dici. q.d. ita inutiles sibi fue
runt, quia, Cõtritio & infelicitas est in viis eo-
rũ, quia prõ suis operibus cõtriti sunt, per Ti- Ex Alcu.
tũ & Vespasianũ. vbi & infelices sunt, quia v-
bique dispersi sunt. Vel, Cõtritio, est modo, In
viis eorũ, & infelicitas, in futuro. Nũc enim lã- Ex Rem.
pis angularis .i. Christus super eos cadẽs, cõteret
eos per excæcationẽ. Infelicitas verò erit in in-
ferno, cũ anima & corpore dãnabuntur. Et hæc
ideo, quia, Viã pacis nõ cog. hoc nõ mutatur. &
hæc omnia ideo, quoniã deũ non timẽt. Et hoc
est, [N O N est timor dei ante oculos eorũ.] Isti Ex Aug.
non dicunt non est deus, sicut supra gẽtiles, sed
tamen non timent.

8 Nónne cognoscent omnes, qui
operantur iniquitaté, qui deuorant
plebem meam sicut escam panis?

NONNE cognoscẽt] &c. Secũda pars. minã- Ex Aug.
tur iudicium impiis. q.d. prædicta mala faciunt,
& nẽc de his timẽt in futuro puniri. Sed, [NON- Ex Cass.
NE cognoscent qui operantur iniquitatẽ,] quoniam
dominus est in generatione iusta. q.d. hoc co-
gnoscẽt tunc quod modo scire nolunt .s. quod
dominus est in generatione iusta, non in ea quæ
seculum diligit, quæ me occidit, dicit Christus.
Et quam iniquitatẽ operẽtur, interponit dicẽs,
[Q V I deuorant plebem meã] sẽducẽdo, vel oc- Ex gl. int.
cidẽdo [S I C V T escam panis] .i. vt sit ẽis satie- & Cass.
tas, de deceptione Christianorũ. Vel, Deuorant
plebẽ, vt faciunt illi qui in ministerio suo vtun- Ex Aug.
tur ad capienda commoda ab hominibus nõ ad
salutẽ hominũ, vel ad gloriã dei. Et hoc, Sicut
escã panis .i. quotidie, sicut panis est quotidia-
nus cib⁹; ita & illi quotidiana rapina simplices
Christianos absorbent. Cur hoc faciunt?

9 Dominum nó inuocauerũt: illic
trepidauerunt timore vbi non erat
timor.

DOMINVM non inuocauerũt] Nõn enim Ex Aug.
vere deũ inuocant, qui deo displicentia amant.
Indẽ ergò augetur interitus eorũ, quia Domi- Ex Cass.
num non inuocãt, quia necesse est mala agere,
cũ superbi deum nolũt inuocare. Et quia deum
nõ inuocauerũt, ideo, [T R E P I D A V E R V N T
timore] illic [V B I nõ fuit timor] id est in dãm- Ex Aug.
no rerum temporalium trepidauerũt. Timue-
runt enim Iudæi perdere regnum terrenum,
vbi non erat timendum: & non timuerunt per-
dere cælum, vbi esset timendum. Et nota quia Ex Cass.
sicut cautela est oportune timere, ita ignauia est
inepte trepidare, vt pro gẽte & loco, timore dei
abiecto. vt fecerant Iudæi. dixerunt enim, Si re-
linquimus eum sic, omnes credent in eum, &
venient Romani & tollent nostrum locum &
gentem. Sequitur,

10 Quoniã dominus in generatio-
ne iusta est, consiliũ inopis cófudi-
stis: quoniã dominus spes eius est.

Ex Caſſ. CONSILIVM inopis]õſtenſa ſententia damnationis communis aduerſus Iudęos, ſpecialiter inuehitur, dicens, Conſilium inopis [CONFVDISTIS] q.d. dominus eſt in iuſta generatione, ſed vos miſeri Iudæi, Confudiſtis conſi- Ex Aug. lium inopis, id eſt, hũmilem aduentum Chriſti contempſiſtis, factum ideo, quia vt quos vocabat, in deo ſolo ſpẽ ponerent non in ſeculo tráſeunti. Et ideo ipſe aduentus dicitur conſilium. Ex Caſſ. Ecce inuectio in Iudæos, quibus obſcure dicitur, Cõſilium inopis, id eſt, Chriſti, Confudiſtis, id eſt, recipere noluiſtis, qui ad vos liberádos venerat. & eſt admiratiue legendum. Vel conſiliũ inopis, cuiuſlibet, qui eſt membrum Chriſti. Et hoc ideo feciſtis, [QVONIAM dominus eſt ſpes Ex Caſs. & gl. int. eius] Vnde ergo magis reuerendus eſſet, inde magis contemnitur.

PARS III 11 Quis dabit ex Syon ſalutare Iſrael: cum auerterit dominus captiuitatem plebis ſuæ, exultabit Iacob & lætabitur Iſrael.

Ex Caſs. QVIS dabit] Tertia pars. Poſtremo cõuerſio iudæorum prædicitur, quæ fiet, cum plenitudo gẽtium intrauerit. q.d. vos cõſilium Chri- Ex Rem. & Aug. ſti confudiſtis: ſed quis alius [EX Syon] id eſt, de Iudæis procedens [DABIT ſalutare Iſrael] id eſt, ſaluabit fideles, niſi, ſubãudi, ille quem humilem ſpreuiſtis? Ipſe enim in claritate venturus eſt ad iudiciũ. q. d. nullus alius ſaluabit: ſed iſte in futuro ſaluabit, quia [CVM dominus] Chriſtus [AVERTERIT captiuitatem ple- Ex Caſs. bis ſuæ] id eſt eũm damnauerit diabolum, qui populũ dei captiuauit [EXVLTABIT Iacob Ex Aug. & lætabitur Iſrael.] Repetitio eſt, ſicut frequenter ſolet fieri. Nam idẽ puto eſſe, Exultabit Iacob, quod eſt, Lætabitur Iſrael. Et nota quod pro Iudęis etiam hoc teſtimonium ponit Eſaiæ Apoſtolus, ſcilicet, Veniet ex Syon, qui auertet captiuitatem vel impietatem à Iacob, ſicut hic poſitum eſt pro Iudæis.

COLLATIO

In Pſalmum decimumtertium, Dixit inſipiens in corde ſuo.

5 Verſus 5. 6. 7. quorum initia ſunt, Sepulchrum &c. Contritio &c. Quorum os &c. non habentur in Heb. nec in Græco in hoc loco, ſed deſumpti ſunt ex alijs locis ſcripturæ. Id palam indicat Hieronymus præfatus in cõmentarium 16. Eſaiæ prophetę, reſpondens Euſtochio virgini, quæ illi obiecerat Apoſtolum ad Rom. 3. qui hos verſiculos aperte recenſet. Hieron. verba non pigebit audire. Itaque omnem ſcripturã mente perluſtrans, animaduerti ſicut omnis pe- Hierony. nõ tollit è pſalm. quę veterũ authoritate aliũde addita ſunt. nè ad Romanos epiſtola de veteri ſtructa eſt inſtrumento, ſic & hoc teſtimonium de pſalmis, & in Eſa. eſſe contextum. Nam primi duo verſus, Sepulchrum patẽs eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant, quinti pſalmi ſunt. Illud autem quod ſequitur, Venenum aſpidũ ſub labijs eorum, centeſimi triceſiminoni pſalmi eſt. Rurſumq; quod dicitur, Quorum os maledictione & amaritudine plenũ eſt, de nono pſalmo ſumptum eſt. Tres autem verſiculi, qui ſequuntur, Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem, Contritio & infelicitas in vijs eorum, &, Viam pacis nõ cognouerũt; in Eſaia propheta reperi. Vltimus autem verſus, Nõ eſt timor dei ante oculos eorum, in 35. pſalmi principio eſt, Arbitror ſolutam quæſtionem tuam, & noſtrã regulam ſuper tranſlatione vet. teſt. concuſſam magis eſſe q̃ motam, & non tam apoſtolum de pſalmo 13. ſumpſiſſe, quod in Heb. nõ habetur, q̃ eos qui artẽ cõtexendarum inter ſe ſcripturarum apoſtoli neſciebant, quæſiſſe aptũ locũ, vbi aſſumptũ ab eo ponerent teſtimonium, quod abſque authoritate in ſcriptura poſitum nõ putabant. Denique omnes tractatores, qui nobia eruditionis ſuæ in pſalmos commentarios reliquerunt, hos verſiculos veru annotant atque prætereunt, liquidò confitentes in hebraico nõ haberi, nec eſſe in LXX interpretibus, ſed in editione vulgata, quæ græcè κοινὴ dicitur, & in toto orbe diuerſa eſt. Hæc Hierony. qui eandẽ habet ſententiam in Eſa. cap. 59. At vero nihil periculi eſt, ſi hos verſus decantemus in hoc loco, quanuis nõ ſint de hoc loco, quos nec grauatim in commentario huius pſalmi Hieron. expoſuit, vel indicans ex alijs locis aſſumptos. Vulgata editio quę nam ſit.

9 ILLIC trepidauerunt timore vbi nõ erat timor.] In Hebræo tantum legitur, Illic trepidauerunt timore, & altera pars videtur deſumpta ex pſalmo 52. Et quid, ſi ſubaudiatur in Hebræo, quod interpretes expreſſerũt? Nam Chaldęus habet, quem non decebat timere. Cęterum quod eſt alia diſtinctio, hoc iam ſemel & iterũ annotatum eſt. Et ſi quandoque varium pariat ſenſum, dum ſit ſanus, iuuat, abſit tamen proteruitas. Spiritus enim ſapientiæ eſt multiplex, vnicus, ſanctus, ſubtilis, & mobilis, Sap. 7. Tolle proteruã mentẽ, ſenſus varius iuuat.

XIIII. PSALM. TIT.

Pſalmus Dauid.

DOMINE quis habitabit] Titulus [PSALMVS Dauid] Patet titulus. Pſalmus iſte Ex Caſſ. & Alcu. proprie eſt inſtructorius morum, & pręſumptionis repreſsio, vbi agitur de vnitate eccleſiæ præſentis, & de futura quiete. In pręſenti nanque eccleſia, quia propter corporalem ſco habitationem malorum cum bonis nõ permittimur ſcire qui verè ſint de vnitate eccleſiæ, ideo quidam licet indigni, iactant ſe eſſe de eccleſia, cum tamen verè nõ ſint. Illorum ergo præſumptionem retundens Propheta, quaſi ſacerdos ante propitiatorium aſtans quęrit, qui & in præſenti eccleſia digni deo militent, & in futura beatitudine ſint quieturi. Cui datur à deo reſpõſum plenæ definitionis, quo clare oſtẽditur q vere ſint de pręſenti eccleſia, & in futura beatificandi. Et eſt intẽtio prophetæ, cõprimere eos qui ſe iactãt eſſe de eccleſia, cũ nõ ſint. Modus. Bipartitus eſt. Primo, interrogat Propheta, Ex Caſs. q.d. ſacerdos ante faciem domini ſtans, & petit reſponſa, volens ſcire quos deus iudicet ſua eccleſia dignos. Secundo, ſubditur domini re-

ſponſio.ibi, Qui ingreditur ſine macula. Propheta ergo velut ſacerdos petẽs reſponſum,ait,

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo,aut quis requieſcet in monte ſancto tuo.

Ex Caſs. Ex Aug. [DOMINE quis habitabit]digne.ſ.[IN tabernaculo tuo] id eſt, in præſenti eccleſia, vbi contra diabolum dimicamus,quia & ſi tabernaculum aliquando ponatur pro habitatione ſempiterna,tamen proprium eſt belli, atq; militantium. Vnde cõtubernales milites dicuntur, tanquam ſimul habentes tabernacula. Hic autem ſenſus adiuuatur ex eo quod continet alia trãſlatio, ſcilicet, quis peregrinabitur in tabernaculo tuo? [AVT quis requieſcet in monte ſancto tuo?].i.in æterna beatitudine? vbi eſt viſio

Ex Aug. & Caſſ. pacis, & ſupereminentia charitatis: vbi nullus in agone cõtendet, ſed in æterna pace quieſcet.

PARS II 2 Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam.

Ex Caſs. & Alcu. QVI ingreditur] Secunda pars, vbi ſubditur reſponſio domini,qui dicit in exemplũ decalogi,decẽ virtutibus ad atria ſua perueniri.Et nota quod decẽ virtutes hic appellat decẽ effectus virtutum,qui omnes ad quatuor principales virtutes referuntur .ſ. iuſtitiam, temperantiam,prudentiam,fortitudinem.& quædã vtique de his decem ad aliquã harum quatuor virtutum ſpecialiter referuntur: quędam vero cõmuniter ad plures. Et item,quædã perfectis tantum,quædam imperfectis cõueniunt,vt in pſal

Ex Caſs. mi lectione oſtendetur. Ex ãdictis ergo atrij dominus reſpondens,ait,[QVI ingreditur ſine macula]q.d.ille habitabit & requieſcet, Qui ingreditur,in tabernaculum, Sine macula,id eſt,inno

Ex Rem. & gl.int. Ex Hier. & Rem. cens.Eccẽ prima virtus, id eſt primus effectus virtutis,in quo notatur temperantia. Sequitur ſecunda virtus[ET operatur iuſtitiam]quia non eſt ſatis abſtinere à malo. & refertur hoc ad iuſtitiam.Deinde exequitur hæc plenius,id eſt, has duas virtutes,ſubijciens alios earũ effectus.

3 Qui loquitur veritatem in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua.

Ex gl.int. QVI loquitur veritatem] Eccẽ tertius virtutis effectus. Veritatẽ dico, [IN corde ſuo]cõ

Ex Aug. ceptam,id eſt,qui ſcit veritatem & dicit,in quo notatur prudentia, etiam & iuſtitia. Congrue addit, In corde ſuo, quia aliquis putat fallere quandoque,& verum dicit.Et habet ille veritatem in labijs,ſed non in corde, vt ſi quis alicui doloſe oſtendat viam, putans in ea eſſe latrones,& dicat,ſi hanc teris,à latronibus tutus eris:

Ex gl.int. & contingat, vt vere ibi latrones non inueniantur: verum ille locutus eſt, ſed non in cordẽ.Sequitur quarta virtus,[QVI non egit do-

Ex Aug. lum in lingua ſua] Hęc eſt pars innocentiæ,id eſt temperantiæ. Dolus eſt in lingua, cum aliud dicitur, aliud eſt in pectore. Sequitur quinta virtus.

4 Nec fecit proximo ſuo malum: & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.

Ex gl.int. Ex Aug. NEC fecit proximo ſuo malum]Itẽ pars innocentiæ eſt hic. Proximũ accipit pro omni homine. Sequitur ſexta[ET opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos[.i. temere vel libenter nõ credit criminatori. Sequitur ſeptima,

5 Ad nihilum deductus eſt in cõſpectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.

Ex gl.int. AD nihilum deductus eſt] Eccẽ fortitudo. q.d. non accepit opprobrium: ſed [MALIGNVS] id eſt diabolus, vel homo male ſuggerens[DEDVCTVS eſt ad nihilum] .ſ. non potuit cogi nocere alicui. Et hoc eſt [IN conſpe-

Ex Aug. ctu eius] .ſ. quare ſit malignus. Hæc eſt magna perfectio,vt nihil in homine valeat malignus,& vt hoc ſit in cõſpectu eius, id eſt,certe ſciat ma

Ex gl.int. lignum non eſſe, niſi qui à creatore ad creaturam conuertitur.[TIMENTES autem domi-

Ex Aug. nũ glorificat]Septẽ virtutes ſupra poſuit,quæ perfectorum ſunt: nunc tria alia ponit,quæ incipientibus conueniunt. q.d. non ſolum perfectos qui prædicta habent glorificabit, ſed etiam glorificat deus, Timentes dominum,id eſt incipiẽtes,quia timor eſt initium ſapientiæ. Sicut ergo ſuperiora ad perfectos, ita hæc quę dicturus eſt ad incipientes pertinent. Sequitur octaua,

6 Qui iurat proximo ſuo,& non decipit: qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram: & munera ſuper innocentes non accepit.

Ex gl.int. QVI iurat proximo ſuo & nõ decipit] Ille qui iurat non nocet proximo, ſed ſubuenit. Iurat proximo firmiter,id eſt promittit,& nõ decipit, quia promiſſum reddit. Sequitur nona, [QVI pecuniam ſuam non dedit ad vſuram].i.

Ex Rem. & gl.int. non temporalem expetit mercimoniam. Sequitur decima,[ET munera ſuper innocentes non accepit]id eſt,cauſam innocentis non deprimit

Ex Aug. pro munere alicuius. Hęc tria non ſunt magna, ſed qui nec iſta poteſt, multo minus poteſt loqui veritatem in corde, & non agere dolum in lingua, & non facere malum proximo. Hęc tamen parua ita concludit,

7 Qui facit hæc,non mouebitur in æternum.

Ex Aug. QVI facit hæc nõ mouebitur in æternum] id eſt,perueniet ad illa maiora, in quibus eſt inconcuſſa ſtabilitas. Vnde & per futurum tempus dicit, Non mouebitur, cum in ſuperiori cõcluſione præteritum poſuerit, vbi ait, Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus.

¶Aliter, Qui ingreditur &c. & legitur ſpecialiter de Chriſto,qui hæc omnia pleniſsime ſeruauit. Quaſi,dicis, Quis habitabit, quis requieſcet? ille vtique, Qui ingreditur ſine macula, id

Ex Caſſ. eſt, Chriſtus qui proprie ſecundum legem ve agnus ſine fractura membrorum templum ingreſſus eſt, non vt expiaretur, ſicut cæteri: ſed ſine macula, id eſt, à peccatis liber: & operatur iuſticiam, vt cum vendentes & ementes eiecit de templo. Qui loquitur veritatem. Veritas eſt, cũ res ita eſt vt dicitur. hoc proprie Chriſtus fecit. Addit, In corde ſuo, quia aliquãdo Chriſtus tacuit, vt indignis, fraudulenter quærentibus. Et non egit dolum in lingua ſua, quia omnia quæ audiuit à patre ſine aliqua adiectione vel repreſſione nota fecit diſcipulis quæ eis notificanda erant. Nec fecit proximo ſuo malum, id eſt, iudæis ſecundum carnem ſibi proximis non fecit malum, ſed pro eis orauit. Et non accepit, id eſt, non acceptũ habuit, opprobrium aduerſus proximos ſuos. Sicut eſt patens per hoc quod Iudam nõ mordaci increpatione lacerauit. Ee, Ad nihilum deductus eſt in cõſpectu eius malignus,
Matth. 4. id eſt, diabolus deſpicitur ab eo, vt cũ dixit, Va-
Ioan. 15. de retro Satana. econtra autem, Timentes dominum glorificat Chriſtus. Qui iurat proximo ſuo & non decipit. Iurauit Chriſtus, quando apoſtolis certiſsima veritate promiſit, Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos. Sequitur, Qui nõ dedit pecuniam ſuam ad vſuram, terrenam. Pecunia enim duplex eſt: vel terrena, quæ penitus ad vſuram dari prohibetur; quoniam dominus Iudæ tradidit ad erogãdum pauperibus, non ad vſurã, ſed ad inſtruẽdos homines: Vel ſpiritualis eſt, quę ad vſuram dari iubetur, id eſt prędicatio verbi dei, quæ lucrum ſalutis animarum refert. Et munera ſuper innocentes non accepit. Accepit Chriſtus munera quidem, vt à Magis, & quotidie pias oblationes à fidelibus in eccleſia, ſed non contra innocentes: immo animam pro eis dedit. Sequitur, Qui facit hęc, Ecce abſoluta reſponſio fit interroganti. Et eſt hic concluſio pſalmi. q. d. ſicut de Chriſto dixi, ſimiliter quicũque proximo ſuo facit hæc, Non mouebitur in æternum, id eſt ab ipſo deo non diuidetur, ſed requieſcet in monte æternæ beatitudinis. Et nota quod dicit, facit hęc, vt ad actum nos inuitet, non ſolum ad cantandum hæc.

COLLATIO

In Pſalmum decimum quartum, Domine quis habitabit.

5 AD nihilum deductus eſt in cõſpectu eius malignus.] Hierony. Deſpicitur in oculis eius improbus. Sanctes, Qui deſpicit ſe in oculis ſuis, abiicit ſe. Pratenſis, Neglectus in oculis ſuis abominabilis. Munſterus, Qui deſpectus eſt in oculis propriis & contemptus. Sic & cæteri fere in eundem modum, præter hoc quod aliqui eorum faciunt diſtinctionem in ea parte, in conſpectu vel in oculis eius ſiue ſuis. Alij iſtigunt ſimul particulam, malignus aut improbus abominabilis, aut contemptus, adeo vt Munſterus quo tolleret ambiguitatẽ, voluerit addere coniunctionem copulatiuam, ad denotandam diſtinctionem, quæ tamen non habetur in Hebr. ſicue nec relatiuum qui, niſi quod poſſit ſubaudiri ex ſuperioribus. Ex cuius acceſsione turbatur ordo ſenſus. Quantum vero ad primam particulam, quam vertunt deſpici aut negligi, & nos diximus, Ad nihilum deductus eſt, in ortum habuit ex vocabulo Hebraico æquiuocatione נִבְזֶה nibzeh. Quod ſi deſcẽdat à radice בָּזָה bazah, eſt neglectus ſeu deſpect⁹. Si vero à themate בָּזַז bazaz, recte vertitur ad nihilum deductus eſt, cuius radix ſignificat depopulari atque deprędari: etiam ſi non poſſet eſſe participium cum tali forma, dicendũ enim foret נָבַז nabaz. Vel etiam à priori radice, perinde quaſi diceres, nullius momenti eſt in conſpectu eius malignus.

6 QVI iurat proximo ſuo & non decipit.] Heb. נִשְׁבַּע לְהָרַע וְלֹא יָמִר niſeba leharavelo iamir. Hierony. Qui iurat, vt affligat, & non mutabit. Munſterus, Iurat malum inferre, & non mutat. Pratenſis, Iurauit affligere, & nõ mutabit. Sanctes, Qui ſeipſum iurauit affligere, & non mutauit. Nebienſis, Iurat vt ſe affligat & non variat. Interpres pro Caietano, Iurauit ad malefaciendum ſibi. Vltimam particulam ponit tanquam gloſſulam. Varietatem fecit anceps lectio, videlicet הָרַע hara, vel tranſpoſita litera רָעָה raah, vel ſiuis רֵעֶה reeh, poteſt etiã ſic legi לְרֵעַ pro proximo vel ſocio leharea. Secunda autem manifeſtè proximum repręſentat, vt acceperunt Lxx. quibus accedũt Pellicanus & Paraphraſis Cãpenſis. Hic enim ſic explicat. Firmiſsime ſtatuit in amicitia ſemel cum aliquo inita perſiſtere, nec propoſitũ mutabit. Alter autem, Qui iurat proximo ſuo, & nõ mutabit, ſed & hoc non mutabit, eandem intelligentiam prętendit, quam & illud non decipit. Qui enim violat iuramentum, mutat: ob idque decipit cui iurauit. Vnde Chaldæus interpres dicit, Et non peierabit.

XV. PALM. TIT.

Tituli inſcriptio ipſi Dauid.

CONSERVA me domine] Titulus[TITVLI inſcriptio ipſi Dauid] Hic titulus de Euangelio non de veteri teſtamẽ-
Ex Hier. to ſumitur. In Euangelio enim legitur quod cru-
& Caſſ. cifixo domino Pilatus talem titulum ſuperpoſuit, Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. quem cũ multi Iudæorum delere vellent, dicentes, Noli ſcribere Ieſus Nazarenus rex Iudæorum: ſed quia dixit, Ego ſum rex Iudæorum. Reſpondit.
Ex Caſſ. Pilatus, Quod ſcripſi, ſcripſi. Ibi quamuis per neſcientem deo ſignificãte hoc ꝙ regnũ Chriſti per paſsionis humilitatem non infirmaretur, ſed confirmaretur: de quo regno hic agitur, cuius confirmationem titulus immutatus notauit. Ideoque Eſdras de illius tituli inſcriptione, quam per ſpiritum ſanctum futuram præuidebat, hunc pſalmum prætitulauit, oſtendens
Ex Alcu. hic agi de regno Chriſti, illa inſcriptione ſignificato. Ee eſt ſenſus, [Inſcriptio tituli] i. victoria & regnum quod tituli inſcriptio notauit, attribuitur vel conuenit [Dauid.] Nõn illi actua
Ex Caſſ. li filio Eſai: ſed ipſi vero Dauid, id eſt Chriſto

Ex Aug. qui secundum hominem hic loquitur, de quo
titulus regalis in passione eminuit, scriptus he-
braicè, græcè & latinè, vt ostenderetur rex esse
omnium verè Iudæorum, id est, confitentium.
Ex Cass. Sicut ergo in arcu triomphali scribebatur Ro-
& gl. int. mę titulus, quo triumphi regum monstrantur:
ita & Christo titulus fuit inscriptus, qui erat
Ex Hier. suæ victoriæ nota. Très enim sunt tituli qui
scribũtur, Vnus super tumulos mortuorum. A-
lius in liminibus ciuitatis vel domorum. Ter-
tius, in victoriam regis. Hic ergo de titulo regis
Ex Cass. nostri dicit. Et est iste psalmus secundus eorum
qui breuiter de Christi passione & resurrectio-
ne agunt. Intentio. Monet omnes ne regno
Christi aut titulo contradicant. Modus. Bi-
partitus est. Primo, Verã hominis naturã Chri
stus ostendens, petit se inter pericula seruari, di
cens omnia quæ pertulit, ad gloriam suæ hære-
ditatis perducta. Secundo, agit gratias patri de
intellectu sibi dato & passione & resurrectio-
ne ibi, Benedicam dominum &c. Christus ergo
secundum hominem ad patrem orans, ait, ô,

C ONserua me domine
quoniam speraui in te,
dixi domino deus me-
us es tu, quoniam bo-
norũ meorũ non eges.

Ex Cass. DOMINE] pater [CONSERVA me] inter
& gl. int. pericula. & debes [QVONIAM in te] non in
me [SPERAVI] Ecce meritum quo seruari de
bet. Dico speraui, & merito, quia tu es [DEVS
Ex Cass. meus] id est mei hominis, & hoc [DIXI] non
labijs, sed cordis affectu tibi [DOMINO]. Vel ita,
Speraui in te, & dixi tibi domino, de° meus [ES
Ex Aug. tu] in eo quod homo sum. & verè deus [QVO
NIAM bonorum meorũ non eges] id est, meis
Ex Cass. bonis non expectas fieri beatus. Si autem bonis
Christi non eget deus, sed ab ipso habet omnia,
destruitur arrogantia hominum, & hæresis Pe-
lagianorum, qui putant aliquod bonum suis vi
ribus fieri, cum etiam Christus à se homine ni-
hil boni habeat. Sequitur,

2 Sanctis qui sunt in terra eius: mi
rificauit omnes voluntates meas
in eis.

SANCTIS qui sunt] exposuit Christus qua
liter orauit, nunc incipit narrare quæ bona sibi
fecit dominus. q. d. hæc dixi domino, deus au-
Ex Alcu. tem [MIRIFICAVIT] id est miras fecit [O-
MNES voluntates meas] hæc sunt bona mea.
Omnes voluntates suas dicit Christus, volun-
Ex Cass. tatem moriendi & resurgendi. Hæ autem sunt
miræ, dum eis obedientes fiunt de terrenis cæle
stes, de filijs diaboli, filij dei. Has, inquam, volũ
tates mirificauit, Sãctis, qui sunt in terra eius. s.
in terra cui benedicitur, non in terra maledi-
ctionis. non quidem de seculi ambitu iactanti-
Ex Aug. bus, sed qui sunt in terra eius, id est qui in terra
viuentium spem suam fixerunt, quæ est eis an-
chora in fluctib° huius seculi. Miras fecit omnes
voluntates meas, id est voluntatem moriẽdi &
resurgẽdi. Voluntates dico plãtãtas & comple- Ex gl. int.
tas [IN eis] id est in profectu eorum in quo sen- Ex Aug.
serunt, & incipientes & perfecti, quid eis pro-
fuit & humilitas, vt morerer: & potentia, vt re-
surgerem. Vel, Mirificauit omnes voluntates
meas in eis, id est, inter eos qui hæc viderunt &
intellexerunt. Sequitur,

3 Multiplicatæ sunt infirmitates
eorum: postea accelerauerunt.

MVLTIPLICATAE] q. d. mirificauit vo-
luntates meas, Sãctis, quibus ante per seueritã-
tem legis infirmitas carnalis multiplicata est,
vt gratiam noui testamenti desiderarẽt. & hoc
est, Mirificauit sanctis, sed prius [MVLTIPLI-
catæ sunt infirmitates eorum,] quia data lege
infirmitas eorũ aucta est, nõn vtiq; ad perniciẽ, Ex Aug.
sed vt ad medicum accelerarent. Vnde subdit,
[POSTEA accelerauerũt] currentes ad medi- Ex Cass.
cum. Vel de exteriori afflictione agit, qua sæpe & Alcu.
flagellati sunt, vt sanarẽtur. Et est, Infirmitates
eorum exteriores, Multiplicatæ sunt, salubri af
flictione, deo prouidẽte. Et flagellati, Postea ac
celerauerunt. sed nõn priore more, quia, Ex Rem.

4 Non congregabo conuenticu-
la eorum de sanguinibus: nec me-
mor ero nominum eorum per la-
bia mea.

NON congregabo conuenticula eorum] in- Ex gl. int.
stituta [OR sanctus] id est non erunt cõuentus
eorum carnales, nec de sanguinibus pecorũ pro
pitiatus, Congregabo eos. q. d. non secundum
legalem ritum faciam est [NEC memor ero no
minum eorum] sed spirituali mutatione obliui-
scentur quid fuerint, quia iam non dicentur pec
catores, vel inimici, vel homines, sed vocabun-
tur iusti & fratres & filij dei. Vel, Non ero me-
mor nominum eorum, sicut prius in veteri te-
stamento, quando specialiter designabat, vel po Ex Alcu.
pulum, vt, Hæc dices filijs Israel. Vel personam,
vt, Moysi. Vel tribum, vt, Dic domui Iudę, do-
mui Beniamin. Nunc autem non est acceptio
personarum, sed in omni gente qui timet domi
num, hic acceptus est illi. Non ero memor no-
minum eorum per labia mea, propria, quibus di
cam in futuro malis, Ite maledicti in ignem ęter Math. 25
num. quod non illis. Vel, [PER labia mea] id est
per apostolos, per quos loquitur deus. Vel, Lã- Ex Cass.
bia dicit duo testamẽta, quæ in vno sonãt, qui-
bus voluntates eius ostenduntur. Sed nec apo-
stoli, nec testamenta talibus minãtur iudicium. Ex Cass.
Sequitur,

5 Dominus pars hæreditatis meę
& calicis mei: tu es qui restitues hæ
reditatem meam mihi.

DOMINVS pars] q. d. non ero memor no-
minum eorum, sed potius mecum habebunt hæ Ex Aug.
reditatem, ipsum deum. Et hoc est, Dominus, pa
ter, est, Pars [HAEREDITATIS meæ] intransiti-
ue legitur, id est, est pars hæreditaria mei & meo Ex gl. int.
rum. Eligant sibi alij alia, quibus fruantur: Pars Ex Aug.
autem mei & sanctorum deus est. Et, Dominus

est pars [CALICIS mei] id est, calix meus est.
Ex Aug. Bibát ergo alij venena, & mortiferas volupta-
tes: ego autem & mei bibemus deum. Deinde
conuertens sermonem ad dñm ait, [TV es] q.d.
tu domine es hæreditas, tu etiam es restitutor
eius. Et hoc est, Tu es, ô pater [QVI restitues hę
reditatem meam] id est, notitiam hæreditatis. i.
claritatis meę [MIHI] Non mihi in meipso ali
quid restitues quod amiserim, quia nihil amisi
sed meis in quibus eo sum, & cum quibus vnũ
sum, restitues notitiam claritatis meæ, quam
per peccatum amiserunt. quæ claritas erat apud
Ioan.17 te antequàm mũdus fieret. Vnde ipse ait in eu-
angelio, Clarifica pater filium tuum ea clarita-
te, quam habuit apud te antequam mundus fie
Ex Hier. ret. Vel hæreditatem dicit lumen clāritatis, id
est, gloriam immortalitatis, quam in Adam per
didimus, quæ Christo in sua resurrectione resti
tuta est, & nobis in nostra restituetur. Vnde ipse
Psalm.27 sibi ait, Et refloruit caro mea. Sequitur,

6 Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Ex Aug. FVNES] q.d. restitũes hæreditatem, quę est
præclara. Nam [FVNES ceciderunt mihi in prę
claris] id est, līmites possessionis meæ in totam
claritatem quasi sorte eeciderũt, sicut possessio
sacerdotum & leuitarum deus est. Bene dixi in
præclaris, [ETENIM hæreditas mea præclara
est mihi] non vtique omnibus, sed videntibus, in
quibus ego sum. Et ideo dico mihi,

7 Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum: insuper & vsque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Ex Aug. BENEDICAM dominum] q.d. vídētib⁹
est præclara. Ego autem benedicam dominum
Ioan.17 [QVI tribuit mihi intellectum] qũo hæc hære
ditas videri & possideri potest. Vnde, Hæc est
autem vita æterna, vt cognoscant te &c. [IN-
SVPER & vsque] q.d. tribuit mihi intellectum
insuper autem, id est super intellectum, & vsque
[AD noctem] id est vsq; ad mortem [INCRE
puerunt] vel erudiuerunt, vel emendauerunt
Ea Aug. [ME renes mei] id est, vsqũe ad mortem erudi-
& Alcu. uit me inferior pars mea, scilicet, carnis assum-
ptio, vt experiret tenebras mortalitatis, quas te
nebras ille intellectus non habet, quia pro eis
nec turbari, nec deficere potuit. ¶ Vel ita, ab il-
lo loco, Dominus pars, & accepit per hæredita
tem gētes cõuērsas, id est omnes fideles, qui sunt
Ex Alcu. hæreditas Christi. quasi diceret, Nõn congrega
bo fundentes sanguinem, sed eos qui deum eli-
gũt partem. Et hoc est, Dominus est pars, id est
Ex Cass. pōrtio & præmium hęreditatis meę, id est san-
ctorum, qui sunt hæreditas mea. Et est, Pars ca-
licicis mei. i. merces passionis meæ. Hærēditas
enim ad gētes, calix ad passionem pertinet, qui
bibitus dat resurrectionem, Et ô domine pater,
Tu es qui restitues hęreditatē mihi, Christo. vel
hæreditatem meā. i. genus humanum, quod de-
disti mihi hæreditatem & regnum, vt excolam,
& in eo regnem, quod diabolo faciēte perierat.
Sēd nemo putet se hæreditatem, nisi præclarus Hierony.
sit, quia funes ceciderunt mihi in præclaris, id
est in sanctis. Idēo dicit funes, quia sancti sunt Ex Cass.
hæreditas Christi. q.d. sorte, in quo intelligitur
diuina electio, qua in partem Christi cesserunt,
sicut sors cecidit super Matthiam, qui ab æter-
no electus erat: & quisque capit ad mensuram Ea Hier.
suam, id est, prout gratia dei mensurat cuiq;. Se
quitur, Etenim. q.d. Bēne dixi in præclaris, Et- Ex Rem.
enim hæreditas mea præclara est mihi. Quãuis
enim sancti sint in mundo quibusdam abiecti,
mihi tamen præclari sunt. Benedicam dominũ.
Sēcunda pars, vbi Christus gratias agit patri de Ea Alcu.
intellectu & passione, in qua eo fauente vicit, & Cass.
& de resurrectione & confessione. & hæc sunt
per quæ hæreditas restituitur, vt sit rex Iudęo-
rum, vt titulus dicit. q.d. mihi restituta est hære
ditas: Ego autem benedicam dominum qui tri-
buit mihi intellectum, quō omnia vera & san- Ex Cass.
cta vidit Christus. Insuper de hoc benedicam,
quod renes mei, id est Iudæi qui de Iuda sunt,
vnde ego sum, ea quibus secundum carnē exi-
ui, scilicet parentela mea, increpuerunt me in-
iuriis, & per tētationes & passiones. Et hoc est,
vsque ad noctem, id est, vsque ad mortem. Sed
in his semper.

8 Prouidebam dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi ne commouear.

PROVIDEBAM in cõspectu meo dominũ]
quĩ semper est. i. & veniens in ea quę transeunt, Ex Aug.
nō abstuli oculum ab eo qui semper est proui-
dens, quod in eum post temporalia peracta re-
currerem. Attende quod ait, Prouidebam sem-
per dominum. Hinc trahe exemplum quo pec- Ea Cass.
cata vitētur. Qui enim semper acie mentis deũ
intuetur, non peccatis inquinatur. Ideo deum
attendo, [QVONIAM à dextris est mihi, ne cõ-
mouear] i. fauet mihi vt in eo stabilis perma- Ea Aug.
neā, & ideo nil sinistri mihi pręualet. Et quia est Ex Cass.
à dextris.

9 Propter hoc lætatũ est cor meũ, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe.

PROPTER hoc lætatum est cor meum &
exultauit lingua mea] id est, ideō etiam in cogi- Ea Aug.
tationib⁹ & in verbis est exultatio. Hæc est plē Ex Cass.
na lætitia, quę & corde hilari percipitur, & ala
cri sermone profertur. [INSVPER & caro mea]
nōn deficiet in interitu. sed [REQVIESCET] Ex Aug.
id est dormiet [IN spe] resurrectionis. Nota ꝙ
ita dicit hic insuper, agens de gaudio & quiete, Ex Cass.
sicut & supra agens de passionibus dixerat, In-
super vsq; ad noctē increpuerũt me renes mei,
vt pro modo molestiarum gaudia fiot humani
tatis cælestia. Sequitur,

10 Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionē.

QVONIAM non derelinques] q.d. In qua
Ex Aug. spē requiescet? in hac, quia nec anima in inferno, possidenda dabitur, nec corpus sanctum, per quod & alij sanctificandi sunt, patieris corrumpi. Et hoc est, Quoniam non dereliquisti, com-
Ex Cass. muni more aliorum [ANIMAM meam] quam habeo, vt verus homo [IN infernoinec dabis sanctum tuum] scilicet corpus meum à te sanctificatum [VIDERE corruptionem] id est, putrefactionem. Alibi dicit se pati corruptionem, id est, vulnerationem. ibi, Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem. Dico non dabis, immo,

11 Notas mihi fecisti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem.

Ex Aug. NOTAS fecisti] per mē [MIHI] id est meis in quibus & ego sum. Dico mihi fecisti, & notas fecisti dico [VIAS vitæ] id est, vias humilitatis, vt ad vitam redeant homines. Vnde per superbiam ceciderunt. Et [ADIMPLABIS me] id est, meos in futuro [LAETITIA cum vultu tuo] id est, vt nihil vltra desiderēt, cum facie ad faciem te viderint, in quibus quia ego sum, dico, Adimplebis me, & interim sunt eis [DELE-
Ex gl. int. CTATIONES] in itinere huius vitæ. Et hoc
Ex Aug. [IN dextera tua] id est in fauōre & propitiatione tua. Delectationes dico, perducētes eos [VSQVE in finem] id est vsque ad consummatio-
Ex Cass. nē beatitudinis æternę. Et est sensus, Delectatio est eis in fauore tuo, in itinere huius vitæ, perducens eos ad finem gloriæ conspectus tui. Vel de seipso Christus dicit, Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes erunt mihi in dextera tua, id est, lętitia & delectatio erit mihi in consessu tuo, humanis obtutibus subtracto. Et hoc, Vsq, in finem. i. perfectè & æternaliter.

COLLATIO
In Psalmum decimumquintum, Conserua me domine.

Titulus secundum Hieronymum, humilis & simplicis Dauid, qui duas dictiones vel vnā ex duabus coactā legit. Nempe מָכָךְ macac & תָּם tam. Prior significat humiliauit, posterior simplicem & purum, vt sit מִכְתָּם michtam. alij vero cœperunt dictionem simplicē, deriuatam tamen, & verterūt insignia, vel ornatum auro optimo. Hinc Lxx dixerunt στηλογραφία .i. tituli inscriptio, à quibus non longe est Chaldæus, Sculptura recta.

1 DIXI domino deus meus es tu.] Sic Hieron. Sed Pratensis, Sanctes, Pellicanus, Munsterus, Interpretes pro Caietano & Cāpensis, vertunt in secunda persona, dixisti, id referentes ad animā quasi seipsam alloquentem, vt habet etiā interpres Chaldæus, Loquuta es tu anima mea. Punctulum in Heb. minimū, variat personam & genus. s. qui ponunt primam personam legunt אָמַרְתִּי amarti, & accessione punctuli vnius, reiecto iod, fit אָמַרְתְּ secundæ personæ fœminini generis, cū apud Heb. verba habeant genus sicut nomina, sensus tamen omnino conspirat.

BONORVM meorum non eges. Hier. Bene mihi non est sine te. Propter quod Faber, & cæcus Burgensis redarguūt Lxx, quasi qui cōuerterint intelligentiam prophetæ. Sed ignari potius literaturæ hebraicæ, hoc potuerunt temerario ausu dicere. Heb. autē habent טוֹבָתִי בַּל עָלֶיךָ tobati bal aleca, quod sonat si ad verbū reddideris, bonū meū, vel bonitas mea nō super te. Quæ certe sententia, quod alterutrā includat intelligentiam, nihil officit. Vnde Munsterus sic transfert, Bonum meum nihil tibi addit. Pratensis, Bonitas mea non confert tibi. Eodē tendunt Pellicanus & Campensis: Sanctes cum Hiero. alterum sequitur sensum, Bonum meum non est nisi à te. A Fabro, Cęco absurdū op.

2 MIRificauit omnes volūtates meas] Lxx acceperunt הֶאְדִּיר heedir, in verbo quod dicūt hiphil. Alij in nomine אַדִּירֵי addire, id est, magnifici, admirabiles, fortes, &c. Vel probabilius, copularūt Lxx nomen illud ad voluntates, ceu mirabiles voluntates meę in eis. quem loquendi modum extulerunt per verbum, non variato sensu. Cæteri autem retrahunt אַדִּירֵי addire, ad id quod præcessit, vt dicas in sanctis magnificis omnis voluntas mea est.

3 MVLTiplicatæ sunt infirmitates eorum] Hieron. & interpretes pro Caietano, Idola eorum. Cæteri transferūt, anxietates, dolores, molestias, quia עָצַב atzab signat afflixit, vel sculpsit. Vnde עַצָּבָה atzabah afflictio vel idolum, quod se colentibus sit in magnam afflictionem, vt vult Munsterus in lexico. ob idque Hieronymus in cōmentario huius loci, ait, Lxx interpretatos fuisse idola, infirmitates. Sed & Chaldæus interpretatur idola.

POSTEA accelerauerunt] Hier. Post tergū sequentium. Sequi autem post tergum, est celeriter reuerti, vt idem subindicat in cōmentarijs. Gentiles, inquit, relinquētes idola, ad me celerrime sunt reuersi. Quod nō dissidet ab eo quod est, postea accelerauerunt. Mūsterus & Sanctes de suo addētes, aliō detorserūt sensum. hic, multiplicentur dolores eorum, qui alteri deo donauerunt. Ille, multiplicabuntur anxietates eorū, qui festinant ad deum alienū. Satis accedit Pratensis, post alterum accelerauerunt. Et Nebiensis, post alienum properant. Nobiscum sunt Pellicanus, & interpretes pro Caietano, Postea accelerauerunt, videlicet ad cultum vnius dei. Hebræus habet יִרְבּוּ עַצְּבוֹתָם אַחֵר מָהָרוּ iirbbu atzebotā aher maharu. Chaldæus interpres, Postmodum festinant, vt sacrificent sacrificia.

4 NON congregabo conuenticula eorum de sanguinibus] Heb. בַּל אַסִּיךְ נִסְכֵּיהֶם bal assic nisschehem. Et vertunt, Non libabo libamina eorum: aut vt vult Nebiensis, Non miscebo mixtiones eorū de sanguine: vt significetur deinceps carnales obseruantias, non fore deo acceptas. Quia vero lectio ecclesiastica eodem con-

ſpirat, non eſt opus inquiſitione anxia, quãuis
etiam ad literam poſſet fieri conciliatio, diſcu-
tiendo radices נָסַךְ naſac, quæ notat libare &
miſcere, ac סָכַךְ ſacac, quę poteſt ſignare aggrẽ
gauit. Vtut fuerit, ſenſus eſt illęſus.
9 EXVLTAVIT lingua mea] Hebr. כְּבוֹדִי
quebodi.i.gloria mea. Sed quia verbum כָּבֵד
quibbed, ſignat glorificat, & nos quẽpiam glo-
rificamus lingua, idcirco maluerunt interpretes
transferre, per linguã. quod aptiſsimè quadrat
ſenſui verborũ præcedẽtium & ſequẽtium. Nã
primo poſuerũt cordis lętitiam, Propter hoc læ
tatum eſt cor meũ. Et cum ex abũdantia cordis
os loquatur, cõgruentiſsime ſubiectum eſt, exul
tauit lingua mea, iuxta illud pſal. 62. Sicut adi-
pe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs
exultationis laudabit os meũ. Tum demũ ſequi-
tur, Et caro mea requieſcet in ſpe, vt cõſumma
tam laudẽ abſoluerent, in corde, in lingua, in o-
mni opere. Quid etiam ſi interpretes legiſſent
לְשׁוֹנִי leſchoni pro quebodi, vocãdi ne forent
in ius? Senſus deniq; non aliò portendit.

XVI. PSALM. TIT.
Oratio ipſi Dauid.

EXAVDI domine] Titulus [ORATIO
Ex Caſſ. Dauid] Pſalmus iſtẽ primus eſt corũ qui
nomine orationis intitulantur, & ſequun
tur alij quatuor, qui bene ab oratione prætitu-
lantur, quia cum in alijs interſeratur oratio, in
Ex Hier. iſtis pene cõtinuatur. In hõc autẽ pſalmo Chri-
ſtus ſecundum hominem orat, adiuncta ſibi vo-
ce ſui corporis, quod eſt eccleſia. & facit iſte
pſalmus veram humanitatis naturam in Chri-
ſto attendere, qui in eadem voce cum membris
ſuis hic orat, non pro ſua vtilitate, ſed pro no-
Ex Alcu. ſtra neceſsitate. Chriſti enim oratio, eſt fidelium
inſtitutio. Sicut enim flendo Lazarum, charita-
tem proximi nos habere docuit, & ſicut perſe-
cutores fugit, vt inconſulte terminatis nobis au
ferret audaciam: Ita orauit, vt formam orãdi no
Ex Aug. bis proponeret. Et eſt ſenſus tituli [ORATIO]
huius pſalmi, conuenit [DAVID] id eſt perſonę
domini adiuncta ſibi eccleſia, quæ corpus eius
Ex Caſſ. eſt. Intentio. monet ad orationem. Modus.
Tripartitus eſt pſalmus. Primo, petit ſecundum
iuſtitiam retribui ſibi. Secundo, petit à Iudæorũ
inſidijs liberari. ibi, Ego clamaui. Tertio, orat ſi
bi & aduerſarijs retribui. ibi, Exurge dñe. Chri-
ſtus ergo ſecundum hominem ad patrem orans,
adiuncta ſibi voce corporis, ait, ô,

EXAVDI domine
iuſtitiã meam: in-
tende deprecatio-
nem meam.

Ex Caſs. DOMINE exaudi iu
& gl. int. ſtitiam meam] Quia iuſti
tia habet vocem apud deum, quæ penetrat cæ
lum. Et pro iuſtitia [INTENDE deprecatio-
nem meam] quæ eſt de cauendis malis. Et non
modo intendas, ſed,

2 Auribus percipe orationẽ meã:
non in labiis doloſis.

AVRIBVS percipe] q. d. nõn tranſitoriè, Ex Caſſ.
vt cito tranſeat [ORATIONEM meam] quę
eſt de bonis ſibi, & ſuis adhibendis. Orationem Ex gl. int.
dico, prolatam [NON in labijs doloſis] ſicut
oratio eorum qui iniquè me damnant, & meos. Ex Caſſ.
Vel ſicut eſt illorum oratio, qui dicunt, Domi- Ex Rem.
ne, domine, & non faciunt voluntatem patris. Matth. 7.
Sequitur.

3 De vultu tuo iudicium meum
prodeat: oculi tui videant æqui-
tatem.

DE VVLTV tuo] Eccẽ quid petit in ora- Ex gl. int.
tione, quaſi dicat, Exaudi orationem meam, qua
hoc peto [IVDICIVM meum] quõ fui iudi- Ex Rem.
catus à Pilato, & Iudæis [PRODEAT] ô do-
mine, id eſt videatur prodijſſe. De vultu tuo, id
eſt, de aſpectu tuo, qui omnia vides, nec eges te-
ſtimonio alterius, id eſt, ſecundum ea quæ agno Ex Caſſ.
ſcis in me, qui nullum habeo peccatum, videa- & Rem.
tur prouenitſſe, non de diſpoſitione, id eſt, ſecũ-
dum diſpoſitionem & voluntatem Iudæorum,
quod patet factum eſſe in reſurrectione, quan-
do præter eorum opinionem à mortuis reſurre-
xit. Et [OCVLI tui] ô domine [VIDEANT
æquitatem] vt mihi remedium, Iudæis pœnam
des, ſicut meruerunt. Vel ita, Iudicium meum, Ex gl. int.
dicit Chriſtus homo, quo diſcerno omnia. De Ex Alcu.
vultu tuo prodeat, id eſt, de illũminatione no- Ex Aug.
titiæ tuæ, vt veritatem iudicem. Et oculi mei. & gl. int.
Alia litera, ſcilicet, oculi cordis, Viderunt æqui
tatem. Vel eõdem ſenſu manente, ita diſtingue
literam, Percipe orationem meam, hic diſtin- Ex Aug.
gue. Deinde ſequitur, Non in labijs doloſis, De
vultu tuo iudicium meum prodeat, videlicet in
dicans non proferam labijs aliud quàm ex te
intelligo. Oculi mei videant æquitatem, hoc
non mutatur.

4 Probaſti cor meũ, & viſitaſti no
cte: igne me examinaſti, & non eſt
inuenta in me iniquitas.

PROBASTI] ideo fac quod peto, quia, Pro
baſti [COR MEVM, & viſitaſti nocte] id eſt, Ex Aug.
ipſum cor meum viſitatione tribulationis pro-
batum eſt. quæ tribulatio, non ſolum nox di-
citur, ſed etiam ignis. Nox, quia perturbat:
Ignis, quia exurit. Vnde ſubdit [IGNE] tribula-
tionis [ME examinaſti] hoc dicit ad ſimilitu- Ex Caſſ.
dinem fornacis, quæ metallum purgat [ET non
eſt inuenta in me] quaſi dicat, tribulatione me
probaſti, ſed in ea inuentus ſum iuſtus. Et, id eſt
quia, Non eſt inuenta in me [INIQVITAS]
quam uſtio coqueret. Adeo ſum iuſtus, & ſine
iniquitate,

5 Vt non loquatur os meum o-
pera hominum: propter verba la-
biorum tuorum ego cuſtodiui vias
duras.

Ex Aug. ET NON loquatur os meum opera homi-
num]id est, vt aliud non procedat de ore meo,
quàm quod ad gloriam & laudem tuam perti-
net: nō ad opera hominum, quæ faciunt præter
voluntatem tuam, id est nihil nisi bonum locu-
Thren. 3 tus sum. Alibi autem scriptum est, Ex ore altissi
mi, id est, humanati filij dei non egredientur
Lucæ 23 nec bona nec mala: qui cū staret ante Herodē,
scilicet, quando inquisitus ab eo multis quæ-
Esa. 53 stionibus & sermonibus, nihil respondit, sed tan
quam ouis coram tondente obmutuit. Vel, Ex
ore altissimi, id est, Christi, ascendētis in cęlum,
non egredientur nec bona nec mala, quia in a-
scensu nihil legitur fuisse locutus, qui ante mul
ta dixerat. Vel ex ore altissimi, id est, Christi, in
maiestate iudicaturi, non egredientur in iudi-
cio, nec bona, nec mala, id est, egredientur bona
& mala. Duæ enim negationes complēt sensum
vnius affirmationis. Dicet autem bona bonis,
Matt. 25 Venite benedicti: & mala malis, Ite maledicti.
Vel ex ore altissimi, id est, dei patris, non egre-
Ioann. 5 dientur in iudicio nec bona nec mala, quia pa-
ter non iudicat quenquam, sed omne iudicium
dedit filio [PROPTER verba] quasi dicat, &
Ex gl. int. ëgo si ita innocens sum, dicit Christus, tamen
[EGO custodiui] Vel iunge, Non loquatur os
meum opera hominū, sed potius ego, cum pō-
Ex Aug. dere, Custodiui [VIAS duras] vel labōriosas,
scilicet mortalitatis, & passionis. Vel secun-
dum aliam literam, Custodiui vias latronis, id
Ex Rem. est, Quŏd latro merito, ego immerito sustinui.
& hoc non pro mea culpa, sed, Propter verba la
Ex Aug. biorum torum, complenda, id est, vt cŏmplean-
& Rem. tur verba pacis tuæ, quæ significatur per labia,
quam verbis suis promisit. quæ promissio dici-
tur verba pacis. Vel, Propter verba labiorū tuo
rum complenda, id est, prophetarum. Sequitur,

6 Perfice gressus meos in semitis tuis: vt nó moueātur vestigia mea.

PERFICE] vel ad perficiēdos gressus meos
&c. q. d. Custodiui vias duras, vtiq; ad perficien
dos [GRESSVS meos in semitis tuis] id est, vt
Ex Aug. përficeretur charitas ecclesiæ meę, qua venitur
ad requiem tuam in angustis vija, id est, in ar-
ctiorib⁹ pręceptis. Per hoc enim docui quod nō
potest ad te peruenire ecclesia, nisi per angu-
stam viam, & [VT NON moueantur vestigia
mea] id est, signa itineris mei, quæ sacramentis
& scripturis apostolicis impressa sunt, vt illa in-
tueantur & obse. uent, qui me sequi volunt. Vel
ideo, Custodiui vias duras, & perfeci gressus, Vt
iam non moueantur vestigia mea, id est, vt sta-
biliter maneam in æternitate, postquam peregi
vias duras, & gressus perfeci. ¶ Aliter ab illo
loco, Vt non loquatur. q. d. Non est inuenta in
Ex Cass. me iniquitas. qūod tu scis, & si ego taceam. Et
hoc est quod ait, Hoc qđ dico nosti, Vt, id est,
quanuis, Nō loquatur os meum, id est, & si ego
taceam. Et hoc est quod ait, Tu scis me esse pu-
rum. Et distinguitur ibi litera, Os meum. Dein-
de sequitur, opera &c. q. d. Et licet tam purus
sim, tamen, Propter verba labiorū tuorum, hoc
non mutatur, Ego custodiui vias duras, scilicet,
Opera hominum, id est, quas merentur opera
hominum, scilicet passionem & mortem, & reli
quas passiones, & miserias. Vel vias duras dicit
virtutes, quę hominibus sunt difficiles, nō Chri Ex Hier.
sto. Et est sensus, Ego custodiui vias virtutum,
duras hōminibus, scilicet opera hominū, id est,
quas debent imitari homines: quibus iter vitio-
rum leue est, & virtutum difficile. Vel ita, dico,
Non est inuēta in me iniquitas: Ita tamēn hoc Ex Alcu.
dico, vt non loquatur os meum, vt non iactan
ter hoc dicam, quod est opera, id est opus homi
num, scilicet, iactanter loqui. Vel ita, Adeō sum Ex Rem.
iustus, vt non loquatur os meum aliquid inde-
bitum, id est, vt non peccem in lingua: quod est
opera, id est, opus hominum, scilicet peccare in
lingua. Sequentia non mutantur à sensu pri-
mæ expositionis vsque perfice. q. d. Et quia cu-
stodiui vias duras, ideo, Perfice gressus meos,
id est, hūmanas meas actiones vsq; in finem, id Ex Cass.
est, vsque ad passionem & mortem. Ante enim
non est nisi inchoatio. Perfice dico, In semitis
tuis, id est, in arctioribus præceptis tuis. Ad hoc
perfice, vt vestigia mea non moueantur, id est,
vt illi qui volunt me imitari, non moueantur à
te. Vēl, Vestigia dicit opera bona, quæ fecit, & Ex Rem.
doctrinam quam tradidit. Et est sensus, Ideo & gl. int.
perfice, vt vestigia mea, quibus est impressa for-
ma iustitiæ, non moueantur à bonis, qui vo-
lunt me imitari.

7 Ego clamaui quoniam exaudi- PARS II
sti me deus: inclina aurem tuam mi
hi, & exaudi verba mea.

EGO clamaui &c.] Sēcunda pars, vbi Chri Ex Cass.
stus petit vt à Iudæorum insidijs eius puritas li
beretur. q. d. Custodiui vias duras, & pfeci gres-
sus meos [EGO] etiā dīcit totus Christus [CLA
MAVI] .i. libera & valida intentione preces ad
se direxi, ideo [QVONIAM exaudisti me] ô
[DEVS] id est, quia certissime scio me exaudien
dum esse. Hōc dicere non conuenit nisi iusto, Ex Cass.
qui confidenter orat, quia se scit exaudiri, qui
conuerso verborum ordine potest dicere, Quo
niam exaudisti me clamaui, alioquin potius di- Ex Aug.
cendum videretur, Quoniam clamaui exaudi-
sti me. Vel ita, Clamaui, hoc non mutatur. ideo
vtiq;, Quoniam, vt hoc possem, ô deus, Exaudi
sti me, ōlim infirmius orantē. hoc proprie Chri Ex Aug.
stus in mēbris dicit Et quia clamaui, ideo [IN-
clina aurem tuam] .s. aurem clĕmentiæ & mise- Ex gl. int.
ricordiæ tuæ [MIHI] .s. humili [ET exaudi
verba mea] nōn deserat exauditio tua me humi- Ex Cass.
lem. Quę verba? hęc,

8 Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te.

MIRIFICA misericordias tuas] Mīra sunt Ex Aug.
quę noua sunt. Hæc sunt quæ in carne Christus
gessit mirantibus Iudæis. Et est, Mirifica miseri
cordias .i. fac noua quę & mali mirētur, ne vile-
scant misericordiæ, & ne minus amentur. Tu
dico [QVI saluos facis sperantes in te.]

9 A resistentibus dexteræ tuæ custodi me: vt pupillam oculi.

Ex Aug. A resistētibus dexterę tuæ] id est, ab illis qui
resistunt dexterę tuę, id est, fauori quo mihi fa-
Ex Cass. ues. Vel, Dexteræ tuæ, id est, mihi filiō tuo. Et
[CVSTODI me vt pupillam oculi] id est, custo
Ex Aug. di me secundum humanitatem. Pŭpilla enim
perexigua est, & tamen per eam acies luminis
dirigitur, quo lux & tenebræ diiudicantur. Sic
per humanitatem Christi deitas discernens est
inter homines bonos & malos: quia eos qui fi-
dem humanitatis habent, in sorte bonorum,
alios vero in consortio malorum annumerat.
Ex Cass. Hănc autem petit custodiri hoc modo,

10 Sub vmbra alarum tuarū protege me: à facie impiorum qui me afflixerunt.

Ex Aug. PROTEGE ME] vt gāllina pullos suos
[SVB vmbra alarum tuarum] id est, in mu-
Ex Cass. nimento charitatis & misericordiæ tuę. Mĭse-
ricordia enim & charitas sunt alæ patris, qui-
bus nos protegit. Protege dico, [A FACIE] id
est, ab instantia [IMPIORVM] id est, dæmo-
num & Iudæorum [QVI me affuxerunt] sic,

11 Inimici mei animam meam circundederunt, adipem suum concluserunt: os eorum locutum est superbiam.

Ex Cass. INIMICI mei] scilicet Iŭdæi [CIRCVN
DEDERVNT] consilijs [ANIMAM meam]
id est, vitam, volentes eā tollere. & [ADIPEM
Ex Aug. suum concluserunt] id est, lætĭtia sua pingui co
operti sunt, postquam cupiditas eorum de sce-
lere satiata est. Capto enim Christo lætitiam
pinguedine intus conceptā extra ostentarunt.
Ex Alcu. Vel à simili animalium, quæ ex adipe inflantur,
& Cass. & sunt lasciua. Dicit, Adipē suum concluserūt,
id est, superbiam retinuerunt: non macri, id est,
non humiles, sed inflati superbia. Vel, Adipem
suum concluserunt, id est, pinguem & carna-
lem sensum retinuerunt. Vel, Adipem suum cō-
Ex Cass. cluserunt, sceleribus saginati, vēram intelligen-
Ex Aug. tiam amiserunt. Vndē restat superba loqui. Et
ideo [OS EORVM locutum est superbiam] di
Matth. 27 cendo, Aue rex Iudæorum, & huiusmodi. Os di
Ex Cass. cit non cŏr, quia sæpe iniqui quod ore defen-
dunt, corde damnant. Sequitur. Et,

12 Proiicientes me nunc circunderunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.

Ex Aug. PROIICIENTES me] ĕxtra ciuitatem,
& gl. int. quasi lĕctus de me macularetur. Praui coloni q
Matth. 21 prius seruos in vinea missos occiderunt [NVNC
me] filium & hæredem [CIRCVNDEderūt]
ĭn cruce, non obsequio, sed furore, quasi ad spe-
ctaculum conuenientes. & hoc ideo, quia [STA
TVERVNT oculos suos] scilicet cordis [IN
Ioan. 11 TERRAM] scilicet, ne perderent locum & gē-
tem. Dixerunt enim, si dimittimus eum sic, to-
tus mundus abit post eum, & venient Roma-
ni, & tollent locum & gentem. Vel, Statuerunt
Ex Aug. oculos suos declinare in terram, id est, intēn-
tionem cordis sui, in terrena declinauerunt, pu
tantes eum pati malum qui occidebatur, & se
nullum qui occidebant. Et quasi quis diceret,
Vnde eis hæc oportunitas? Respondet,

13 Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam: & sicut catulus leonis habitans in abditis.

SVSCEPERVNT me] id est, aliide accepe Ex Alcu.
runt me à deo, cuius dispositio erat vt morere-
tur. Vel a Iŭda traditore, vel a iudice Pilato. Ex Rem.
Qui? principes qui erant [SICVT leo] id est, & Cass.
dĭabolus [PARATVS ad prædam] qui circuit 1. Pet. 5
quærens quem deuoret, id est, cōmparandi erāt Ex Cass.
leoni diabolo, quo auctore faciunt. Et non tan
tum principes, sed [ET] populus qui erat [SI- Ex Aug.
CVT catulus leonis, id est, filĭus diaboli, cui di
ctum est, Vos ex patre diabolo estis [HABI- Ioan. 8
TANS in abditis] id est, permanens & cogi-
tans in insidijs. qūia mos est malis vota tege- Ex Cass.
re, vt latenter possint perficere. Cōgitabant Ex Aug.
ergo insidias quibus circumuenirent & perde-
rent iustum.

14 Exurge domine pręueni eum & supplanta eum, eripe animam meam ab impio: frameam tuam ab inimicis manus tuæ. PARS III

EXVRGE domine] Pārs tertia, vbi de retri Ex Cass.
butionibus suis, & aduersariorum est oratio. q.
d. Illi ita, sed tū ō [DOMINE] qui videris dor Ex Aug.
mire, & iniquitates hominum non curare [EX-
VRGE] ad vindictam contra Iudęos [ET prę-
ueni eum] populum, vel eos, scilicet, Iudæos. à
simili currentis dicit. Currit enim populus, vt Ex Alcu.
crucifigat: Currit deus pater vt vindicet, sed
deus præuenit excęcando. Nemo enim non
prius in se quàm in alium peccat, id est, quisque
peccando prius se ledit quàm alium. Et est præ-
ueni eum, id est, factūm eorum vindicta excęca- Ex Aug.
tionis præueniat, & ita subuerte eos. Vel [SV-
PLANTA eum] à simili luctantis, id est, inef-
ficaces fac, & deiice eos, vt locum & gentem
perdant, pro quibus retinendis Christum oc-
ciderunt. Vnde subdit,

15 Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum: de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.

DOMINE A PAVCIS de terra] sed de
se interponit [ERIPE ANIMAM meam] q.
d. Illos supplanta, sed eripe animam meam [AB Ex Aug.
INIMICIS] diăbolo, resuscitando me à mor-
te illata ab impijs. Deinde exponit quod dixe-
rat, Eripe [FRAMEAM tuam ab inimicis ma
nus tuæ] anima mea & framea tua, quam ma-
nus, id est æterna virtus tua assumpsit, vt per
eam regna iniquitatis debellet, & iustos diui-
dat ab impijs hic affectu, in futuro etiam lo-
co. Hanc ergo, Eripe animam meā ab inimicis
manus tuæ, id est, virtutis tuę, id est, ab inimicis

hebraïzantes legunt נו nu in fine per van, vt sit gressus nostri. Similiter in sequenti vocabulo distinguendum venit סְבָבוּנִי sebabuni, quomodo legerunt Lxx. Hieron. Nebiensis, Sãctes & Pellicanus, vel סְבָבוּנוּ sebabunu, quomodo Munsterus, Campensis, & interpretes pro Caietano. Cernis, quàm facile variant exemplaria.

Exempla riũ Hebr. incõstantia.

53 SVSCEPERVNT me sicut leo paratus ad prędam] Heb. דִּמְיֹנוֹ dimiono .i. similitudo eius sicut leonis &c. Interpretes legerũt per iod in fine, non per van, quod passim fit apud Heb. Et quia fuisset subobscurius dicere, similitudo mea seu similitudo mei, sicut leo paratus ad prædã, intellectum clarum reddiderunt. Susceperunt me sicut leo. Quasi diceres, Hęc similitudo leonis parati ad prædam mihi aptata est, dũ instat leonis sæuientis, inimici in me debacchati sunt.

54 ERIPE animam meam ab impio, frameã tuam ab inimicis manus tuæ] Difficultas in hoc versu, & propriè sequẽtis est in varia distinctione, & aliorum verborum redditione. Nam hebraicam literam persequentes, faciunt finẽ versiculi in framea tua. Et Hiero. ita vertit, Eripe animam meam ab impio, qui est gladius tuus, quem versiones aliorum imitantur. Lxx intellexerunt in accusatiuo casu, frameam tuam, referentes ad animam, vt exponit August. Ob id aliter secuerũt contextionem versiculorum, quod & non rarenter faciunt, ob causas supra dictas.

Eodem versu, cuius principium secundum Heb. est finis versiculi 14, secũdum Latinos, ab inimicis manus tuæ. Hiero. A viris manus tuæ, quomodo & Nebiensis. Vel vt alij reddunt, à viris qui sunt manus tua, vel flagellum, erue, vt vertit Sanctes. Cæterum cum vocula hebraica מְתִים mathim secũdũ rabi Dauid, sint viri addicti desyderijs huius seculi, certe erunt inimici manus domini, quę largitur pręcipue dona spiritualia amicis suis. Vnde exponit Pellicanus, de quibus, inquit, vindictam sumis.

55 DOMINE à paucis de terra diuide eos in vita eorum. Sanctes, à viris de mundo, quorum pars in vita. Pratẽsis, A viris ex tempore, quorum pars in vita. Interpres pro Caietano, A viris de mundo, quorum pars in vitis. Pellicanus, A viris subsistẽtiæ modicæ, portio eorum in vitis. Munsterus, A viris inquam, & à seculo nequam, quorum pars est in vita. Nebiensis, A viris de seculo, pars quorum in vita eorum. Longe secus Hierony. Qui mortui sunt in profundo, quorum pars in vita. Singulas particulas sigillatim expendamus, in eo quod habemus. à paucis, in Hebrę̨o eadem repetitur dictio, quam interpretabantur Lxx in priori versu inimicos, sicut declaratum est. Sed quum significet etiam viros subsistentię modicæ, vt vertebat Pellicanus, nostra lectio non violat veritatem hebraicam. Dehinc sequẽs particula videlicet de terra חֶלֶד heled hebraicè innuit durationẽ vitæ huius seculi. Quare nihil est discrepantiæ, si sensus concilietur. Et Munsterus in priori suo lexico, scribit significare profundum orbis, quomodo accepit Hieronymus, qui etiam (vt manifestum est) legit מֵתִים methim per e longum, quod dicunt modo tzere, & significat mortuos, vt trãstulit Hierony. Cæteri vero per a breue, quod vocitant hateph pathah, Denique diuide eos in vita eorum. hebraicantes, Quorum pars in vita. sed nihil à fonte hebræo recedit. Nam חָלַק halaq, significat diuisit, & חֵלֶק heleq partem. Ob idque חֶלְקָם helquam pars eorum, vel holquam חַלְּקֵם diuide eos.

17 SATIABOR cum apparuerit gloria tua] Hieronymus, Quum euigilauero similitudine tua. Vel vt alij habent, Quum euigilauero ad similitudinem seu imaginẽ tuam. Sensus est prorsus idem. Nã gloria quam vobis promisit omnipotẽs de⁹, est vt trãsferatur ad imaginẽ filij sui, iuxta illud Ro. 8. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Et rursus 1. Io. 3, Quũ apparuerit, similes ei erimus. Scio tamẽ quosdã interpretari imaginẽ tuam, hoc est, animam. Sed ad hoc non astringimur. Cęterum quod Lxx dixerunt in tertia persona, alij in prima, procedit ex vocabulo hebraico infinitiui modi, qui accommodatur cuilibet personæ, בְּהָקִיץ behaquitz.

XVII. PSALM. TIT.

In finem puero domini Dauid, quę locutus est domino: verba Cantici huius in die qua eripuit eum de manu inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit,

DILIGAM te domine fortitudo mea] Titulus [IN finem puero domini Dauid, quæ locutus est domino, verba cantici huius, in die qua eripuit eum dominus de manu inimicorũ eius, & de manu Saul, & dixit.] Legitur in libro Regũ, quod rex iniquus Saul, persecutus est Dauid mitem & mansuetum. Quo mortuo Dauid liberatus est, & in pace regnauit. Prõ hac liberatione videtur Dauid hunc psalmum cantasse domino. sed quia titulus habet [IN finem & cantici] remouemur ab historia. Finis nanque Christus est, Canticum vero est exultatio de æternis. Melius ergo accipitur de toto Christo, scilicet, de capite & membris, quem totum dominus eripuit in die resurrectionis Christi [DE MANV inimicorum] id est, Iudæorum & dæmonum, & [DE MANV Saul] id est, mortis. Pẽr Saul enim intelligitur mors. Saul nanque interpretatur petitio, quia populus extorsit hunc regem à deo, qui non est electus ad permanendum, sed permissus ad tempus regnare, sicut dicitur in Iob, Facit deus regnare hypocritam propter peruersitatem populi. Dauid autem elegit deus ad permanendum, de quo Christus natus est rex in æternum. Sed non ante Dauid tenet regnum, quàm liberatur à persequentibus. Et sicut Dauid prius sustinuit Saulem quàm in pace regnaret, sic CHRISTVS ante sustinuit mortem,

Ex Hier. & Rem. Ex gl. int. Ex Caſſ. & Alcu. Ex Hier. & Alcu. Ex Aug. Ex Alcu. Iob. 24 Ex Alcu.

quàm regnaret quietus;sic & corpus eius quod
est ecclesia. Et bene Saul persequutor Dauid
mors dicitur,quæ sola nos persequitur. Nisi e-
nim mortales essemus,nihil nobis faceret inimi
Ioan.1 cus.Et sicut deus illum regem nō elegit,ita hác
Ex Hier. non fecit deus:sed impij manibus & verbis ac-
Aug. Re- cersierunt.Et est sensus tituli,[VERBA canti-
migio & ci huius]quod dicitur canticum,quia agit de læ
Cassiod. titia resurrectionis Christi,& constitutionis ec
Ex Hier. clesiæ. Hōc posuit ne de historia Dauid accipia
tur.Cantici dico,tēdentis[IN finem].i.in Chri
stum,conueniunt [DAVID]id est Christo,secū
dum caput : & secundum corpus eius,id est,ec-
clesiam.Dauid dico,[PVERO domini] dei pa
Esa. 9 tris.de quo Esaias ait,Puer natus est nobis, & fi
lius datus est nobis.quę verba [LOCVTVS est]
Ex gl.int. totus est Christus[DOMINO]id est ăd hono-
Ex Aug. rem domini.Hōc enim dicit Christus & eccle-
sia,id est,totus Christus.Cātici dico,habiti[IN
die] .i. pro die resurrectionis Christi[QVA]
die[DOMINVS] pater [ERIPVIT eum] id
est,Christum, secundum caput & corpus [DE
manu inimicorum eius] id est, de potestate Iu-
dæorum,secundum caput:& de potestate dęmo
Ex Aug. num,secundum caput & membra . In diē nāq;
& Cass. resurrectionis à diabolo Christus ereptus est,&
membra absoluta sunt. Et [DE manu Saul] id
est de potestate mortis Christum in re,&,mem
Ex Rem. bra in spe,& tandem in re eripiet.Et bēne prius
ait de inimicis,postea de morte, quia nouissima
inimica destruetur mors. Et pro hac spirituali
liberatione totus Christus agens gratias deo di-
Ex Cass. xit, Diligam te domine. Intentio. monet ad
gratiarum actiones pro liberatione spirituali.

Modus. Quatuor sunt partitiones. Primo
• Propheta de liberatione gratias agit, summam
beneficiorum dei colligens. Secundo agit de cla
dibus humani generis ante aduētum Christi, &
qualiter dominus sit misertus.ibi,Circundede-
derunt. Tertio, Christus agit de virtute ac po-
tentia sua.ibi,Deus qui præcinxit. Quarto,ec-
clesia læta munera dei laudat. ibi, Viuit domi-
nus. De spirituali ergo liberatione Christus
integer gratias agens,ait,ô

D ILIGAM te domine
fortitudo mea:dominus
firmamētum meum , &
refugium meum,& libe
rator meus.

Ex Rem. DOMINE diligam te] quōd tantum restat,
Ex Aug. de omnĭbus erepto.Et causam subdit,qui es vir
tus vel [FORTITVDO mea] pĕr quam,scili
cet,fortis sum super inimicos [DOMINVS fir
mamentum meum] vel domine, alia litera.q.d.
& ô Domine,tu es firmamētum meum.i. firma
sti me. Et hoc ideo, quia es [REFVgium meū]
quia ad te refugi:refugi autem[ET].i.quia[LI-
BERATOR meus]es de inimicis.i.quia libera
sti me.Deinde mutans personam,ait,&,

2 Deus meus adiutor meus:& spe
rabo in eum.

DEVS meus].i.creator est [ADiutor meus] Ex Hier.
q.d.qui me creat,me adiuuat [ET]eo adiuuāte, & Cass.
ego[SPERABO in eum]ac si in secunda per-
sona diceret, tu qui creas es adiutor, qŭi prius Ex Aug.
adiutorium vocationis mihi gratis pręstitisti,vt
per hoc possem sperare in te.Et tu es

3 Protector meus,& cornu salutis
meæ:& susceptor meus.

PROTECTOR meus]cōtra īnsidias.Quĭa Ex Cass.
nō de me pręsumpsi,quasi cornu superbiæ cōtra Ex Aug.
te erigēs,sed te celsitudinē salutis inueni.Vnde
subdit,[ET]tu es[CORNV].i. firma celsitudo
[SAlutis meæ]ad dĭssipādos inimicos.& vt hoc Ex Cass.
inuenirem,tu es [SVsceptor meus] id est,tū su- Ex Aug.
scepisti me per gratiam. Et ideo, & gl.int.

4 Laudans inuocabo dominum:
& ab inimicis meis saluus ero.

LAVDANS]nōn meā gloriā, sed domini Ex Aug.
quærēs [INVocabo dominū] ăd perseuerandū Ex gl.int.
[ET sic ab inimicis meis saluus ero].i.nō nōce- Ex Aug.
bit mihi impietatis error. Vel in persona ipsius
Dauid,totū legi potest. Qui ait,Diligā te domi
ne,qui es virtus mea,vel fortitudo mea, id est,
ex quo fortis sum.Deinde mutās personā de eo
loquitur hominib⁹ dicens,Dominus est firma-
mētū, quŏ firmus stetit in acie. Et refugiū meū, Ex Cass.
quia quando opus erat cōsilio ad eū refugit, &
inuenit.Et liberator meus,vt si potens captū ab
hostibus liberet. & Deus meus est, & Adiutor
meus,& sperabo in eū,& protector meus,cōtra
insidias,& cornu salutis meæ,ad dissipādos ini
micos.Et susceptor meus, sicut mĕdicus ęgri. Ex Rem.
Lăudans,post omnia beneficia nō elatus se ia- Ex Cass.
ctat,sed omnia deo tribuit, dicēs,Laudans inuo
cabo dominum. Et ideo[AB inimicis meis sal-
uus ero.]Nam qui aliter agit,sibi derelictus pe-
rit,etsi vicisse videbatur.Sequitur,

5 Circundederunt me dolores PARS II
mortis:& torrentes iniquitatis con
turbauerunt me.

CIRcundederunt me] Secunda pars,vbi in Ex Cass.
persona iustorū qui fuerūt ante aduētum Chri
sti, agit Propheta de cladibus humani generis,
& quomodo deus mysterio incarnationis miser
tus sit,& in baptismo de toto orbe Christianos
collegit.Et attēde regulā vnitatis capitis & cor
poris.i.Christi & ecclesię.quāsi enim vna perso Ex Alcu.
na est caput & corpus, ideoq; vna voce vtitur
caput cū mēbris:licet ea quę dicūtur ad diuer-
sos referātur. Quædā enim soli capiti cōueniūt,
quædā solis mēbris,quædā capiti & mēbris. Itē
quę mēbris cōueniunt,quædā præteritis,quæ-
dā præsentibus,quædā futuris,& quædam per-
fectis,& quædā imperfectis cōueniunt,& tamē
in tāta diuersitate vna vox est, & quasi vna per
sona videtur loqui, vt sicut duo sunt in carne
vna.s.sponsus & sponsa,ita sint & in voce vna.
Vide enim hic, quia cū ex persona antiquorū
loqui incipiat, & post de mysterio incarnatio-
nis agat, eo vsq; narrationem ducit, vt vtatur
verbis præsentis ecclesiæ de toto orbe in bapti
smo collectæ.ibi,Misit de summo &c. Sic con-

Ex Caſs. tinuā literam. Dixerat, Inuocabo, & ab inimicis ſalu*ero. modo quaſi quis diceret, mirū eſt quare hoc dicis. Quid coī tibi eſt? Reſp. Ecce quid, [CIRcundederūt me dol. mort.] nō de reb' mūdi, ſed mortis. i. diaboli, per quē mors. i. diabol', vt ait Apoſtolus, ante Chriſti aduentū vbique & in omnibus pene regnabat, inter quos rari erant iuſti, qui rapidis iniquitatibus conturbati ſunt. vnde ſubdit [ET torrentes iniquitatis cōturbauerūt me] .i. iniquitates abūdantes, & rapidę vt torrentes, conturbauerunt me.

6 Dolores inferni circundederūt me: præoccupauerunt me laquei mortis.

Ex Caſs. DOLORES inferni] id eſt, gĕntiles in inferno debito dolore torquendi [CIRCVNDEDERont me] Et præter hoc [PRAEOCCVPAuerūt me laquei mortis,] id eſt, originale peccatū, vnde eſt mors quæ ante ligauit me, quā ex propria virtute peccarem. Sed

7 In tribulatione mea inuocaui dominū, & ad deum meū clamaui.

IN] hac tanta [TRIBVLATIONE mea,] id eſt in hac tanta neceſsitate, vbi totis viribus
Ex Caſs. petitur [INVOCAVI dominū] quod eſt vnicum inter mala remediū. Dominū dico: nō vtique alienum, ſed meum deum. Et hoc eſt quod ſubdit, [ET AD dominum meū clamaui] quod plus eſt, quàm inuocare.

8 Et exaudiuit de tēplo ſancto ſuo vocē meā: & clamor meus in cōſpectu eius introiuit in aures eius.

Ex Caſs. ET] ipſe deus [EXAVDIVIT vocē meam de templo ſancto ſuo] id eſt de cęlō, vel de venturo Chriſti corpore, in cuius incarnatione effectum exauditionis cōſecuti ſunt. [ET clamor meus] .i. cauſa iuſtitiæ meæ. quæ bene ad deum intrat, quia pro mundi clade ſupplicat. qui cla-
Ex Aug. mor eſt [IN conſpectu eius] id eſt quē m intus habeo in conſcientia, nō coram hominibus [INTROIVIT] à ſimili fidelis nuntiū [IN aures] potentiæ & clementiæ [EIVS.] Sequitur.

9 Cōmota eſt & cōtremuit terra: & fundamenta montium conturbata ſunt, & cōmota ſunt, quoniam iratus eſt eis.

Ex Caſs. COMMOTA eſt] Dēcurſa triſtitia, quā ante Chriſti aduentū dei populus ſuſtinebat, ad incarnationis ſecreta peruenit, quę proprie notatur cum ait, Inclinauit cælos: ſed præmittit ea quæ facta ſunt tempore incarnationis, dicens, Commota eſt. Ecce quomodo audiuit de præmiſſa triſtitia .ſ. per incarnationē, quam per ea quæ tunc facta ſunt, ſic deſcribit, Cōmota eſt, q. d. hoc modo audiuit, quia tempore incarna-
Ex Aug. & Caſs. tionis [TERRA] id eſt peccatores, Cōmōta eſt interius ad pœnitentiam. Et poſt, [ET contremuit] ëxterius ꝑ peccatis. Neceſſe eſt enim vt
Ex Caſs. præſentiam iudicis tremant peccatores. [ET fundamenta montium] id eſt ſpēs ſuperborū in ſeculo [Cōturbata ſunt.] Fundamenta mōtium ſunt, præſumptiones ſuperborum, & huiuſmodi, quibus innitebantur. ſed hæc [CONturbata ſunt, & commota ſunt] vt iam ſpes mundi non
Ex Aug. habeat firmamentū in cordibus hominum. Spēs
Ex Caſs. enim mūdi abiit, quam deus odit. & quare hoc? [QVONIAM irat' eſt eis] id eſt, quia innotuit eis ira dei. Et ita,

10 Aſcendit fumus in ira eius: & ignis à facie eius exarſit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.

Ex Aug. ASCENDIT fumus] id eſt lachrymōſa deprecatio pœnitentium [IN IRA eius,] ſcilicet in pœna iudicii prēuiſa, id eſt cū cogniſſent quid minetur deus. Et poſt [IGNIS à facie eius exarſit] id eſt flagrans charitas, poſt pœnitentiā de notitia eius exarſit. Et ita [CARBONES ſuccenſi ſunt,] id eſt illi, qui iam mortui erant extincti ab igne dei, & à luce iuſtitiæ, & frigidi, tenebroſique remanſerāt. Rurſus accenſi, & illu-
Ex Caſs. minati reuixerunt. Et hoc, [AB EO,] id eſt vēniente domino. Sed nunquid venit? vtique venit. quia,

11 Inclinauit cælos, & deſcendit: & caligo ſub pedibus eius.

Ex Caſs. INCLINAVIT cælos] Vel cęlum. id eſt humiliauit ſe verbū dei, vt carnē ſumeret [ET deſcendit] id eſt ad nos venit, carne indutus. Vel
Ex Hier. ita, Carbones ſuccenſi ſunt, id eſt illi qui prius erant extincti, ſuccenſi ſunt ab eo, igne charitatis. Sed quomodo ſunt hæc omnia facta? ecce,
Ex gl. int. Inclinauit Deus pater cælos, id eſt, hŭmiliauit cæleſtia miſſo filio. de quo ſubdit, [ET deſcendit] ad nos. Hŭmiliauit autem tūc cœleſtia, quia angelos humanæ naturæ ſubiecit [ET caligo] id
Ex Caſs. eſt, diabŏlus, qui mentes obnubilat, eſt [SVB pedibus eius] quia domini poteſtate calcatur.

12 Et aſcendit ſuper cherubin, & volauit: volauit ſuper pēnas vētorū.

Ex Caſs. ET] ipſe qui deſcendit [ASCENDIT] ſupēr cælos, quando videntibus apoſtolis conſcēdit. quod tale eſt [SVPER Cherubin] quod inter-
Ex Aug. pretatur plenitudo ſcientiæ, id eſt ŏmnem mo-
Ex Caſs. dum ſcientiæ excedit. Quis enim attingit hoc arcanum quòd caro mortalis, & paſsibilis ſic eſt exaltata? [ET volauit] fama eius. Volauit itē itémque geminatum. Nanque verbū nimiā celeritatem ſignificat, qua per totum mundum fama eius cucurrit. Vnde & ſubdit, [SVPER pēnas, id eſt velocitatem [VENTORVM.] Ventos enim, quibus nihil eſt velocius, ſuperat fama eius: vt dum mox natus, Magis per ſtellam eſt nunciatus.

13 Et poſuit tenebras latibulū ſuū, in circuitu eius tabernaculum eius: tenebroſa aqua in nubibus aeris.

ET tenebras,] id eſt incarnationis myſteriū, quod nobis eſt profundum & obſcurum [PO-
Ex Caſs. SVIT latibulum ſuum] id eſt ſēcretum maieſta-

tis ſuæ,quæ nube carnis tegebatur.quod tūc a-
periet,quando videbimus eum facie ad faciem.
[TABERNACVLVM eius]id eſt eccleſia,quę
ei militat, eſt[IN circuitu eius,]id eſt ei proſt-
ma.Et ideo,& ſi nondum per ſpeciem videt,ta-
men per fidē.Vel ita ab illo loco, Circūdederūt
me,& legitur ex perſona Chriſti non mutata vo
Ex Aug. ce,qui referens paſsionem ſuam,ait,Circunde-
derunt me dolores mortis,id eſt carnis, qui ſunt
grauiſsimi.Et torrentes iniquitatis.i.turbæ Iu-
dæorū iniquę ad tēpus motæ,ſed cito deſiturę,
ſicut pluuialia flumina . Cōturbauerūt me.i. e-
gerunt vt me conturbarent . Et dolores inferni
circundederunt me,id eſt in circūdantibus me,
vt perderent,erāt dolores inuidię, qui mortem
operantur,ducuntq́; ad infernū.Et laquei mor-
tis,ſcilicet Iudæi, qui iactatione iuſtitiæ , mala
ſuadent,vnde eſt mors:Præoccupauerūt me,vt
priores mihi nocere vellēt,quod eis poſtea red-
detur. Vel ita,Dolores mortis circundederunt
me , Et dolores inferni circundederunt me, id
eſt dolentes de me Iudæi,quæ eſt eis cauſa mor-
tis interioris.Et inferni circundederūt me. Vel
ita, Circūdederūt me dolores mortis,id eſt do-
lores morientium,ſcilicet quos ſolent pati mo-
riētes. Et hi dolores,qui circūdederūt me,ſunt
Ex Alcu. infisi, alia litera, id eſt pro inferiori parte mea,
ſcilicet humanitatis infirmitate . Et torrentes
Ex gl.int. iniquitatis.i.tranſitorii impetus iniquorū. Cō-
Marc. 14 turbauerunt me,ſecundū illud, Cœpit Ieſus pa
uere,& tedere.& hæc omnia ideo,quia,Præoc-
cupauerunt me laquei mortis.i. quia præoccu-
pauerat me mortalitas & paſsibilitas.ſed, In tri
bulatione mea inuocaui dominum, hoc nō mu
Ex Aug. tatur.Et,Ad dominū meum clamaui,& hoc nō
mutatur. & Dominus exaudiuit vocem meam
de tēplo ſancto ſuo,id eſt de corde meo, in quo
habitat . &,Clamor meus,qui eſt,In conſpectu
eius,id eſt,quem intus habeo in cōſcientia, non
corā hominibus.Introiuit in aures eius,hoc nō
mutatur , niſi quia hic clamor eſt pro reſurre-
ctione.Introiuit dico,vnde clarificatus ſum.Vel
ita,Commota eſt & cōtremuit terra. Nam cla-
rificato Chriſto, commoti ſunt & contremue-
runt peccatores ad pœnitentiam.&,Fundamē-
ta mōtium conturbata ſunt, & commota ſunt,
quoniam iratus eſt eis deus,& hoc nō mutatur.
&,Aſcendit fumus in ira eius,carbones ſuccenſi
ſunt ab eo , hoc ſicut ante intellige . Inclinauit
cęlos,vel cælum.qualiter ira dei innotuit eis, &
prædicta facta ſunt,oſtēdit,quia,Inclinauit cę-
lum, & deſcendit cælum.i.humiliauit iuſtū, vt
ipſe deſcēderet ad hominum infirmitatem, do-
cēdo ſimplicia.Et,Caligo eſt,Sub pedibus eius,
id eſt impii qui terrena ſapiunt, caligine ſuæ ma
litiæ cæci,non eum cognouerunt . Terra enim
eſt ſcabellum pedum eius , quia terreni ad eius
contemplationē non eriguntur. Et aſcendit ſu-
per Cherubin,id eſt exaltatus eſt ſuper plenitu
dinem ſcientiæ, quæ eſt charitas: vt ad deū ne-
mo perueniret,niſi per charitatem. Et volauit,
quia dilectoribus ſuis ſe incōprehenſibilē oſtē-
dit, ne corporeis imaginibus quærāt eum com-
prehēdere. Volauit dico, Super pennas vento-
rum,quia incomprehēſibilitas eius,ſuperat vir-
tutes animarū, quibus ſe velut pennis , à terre-
nis timoribus in auras libertatis attollūt. Et po
ſuit tenebras latibulū ſuum, id eſt occultā ſpem
in corde credentium,vbi latet,non deſerēs eos.
Et poſuit tenebras latibulū ſuum, id eſt obſcu-
ritatem ſacramentorum,in quibus latet. Latuit
enim diuinitas in carne : remiſsio peccatorū in
baptiſmo, Chriſtus in altari ſub ſacramento pa
nis. Vel poſuit tenebras latibulum ſuum, id eſt,
in his tenebris vitę mortalis latet,vbi per fidem
ambulamus,& non per ſpeciem, & quod nō vi-
demus ſperamus, & per patiētiam expectamus.
Et quamuis lateat, tamen,Tabernaculū eius eſt
in circuitu eius.i. conuerſi,in quibus hoc tēpo-
re habitat & militat , ambiūt eum quaſi mediū,
quia omnibus æqualiter fauet, nec tamē vident
eum nunc per ſpeciem,etiā per ſcripturas.quia,
[TENEBROSA aqua,id eſt obſcura doctrina
eſt[IN nubib⁹ aeris,id eſt in prophetis, & in o-
mnibus prædicatoribus , qui à terrenis eleuati,
inferioribus compluunt verbum Dei. Obſcura
eſt dico,

14 Præ fulgore in conſpectu eius nubes tranſierunt, grādo, & carbo- nes ignis.

PRAE fulgore]qui erit[IN conſpectu eius] Ex Aug.
id eſt in cōmparatione fulgoris , qui erit in ma 1.Cor.13
nifeſtatione eius.Nunc ēnim per ſpeculum vi- Ex Aug.
demus,tunc facie ad faciem.Ne quis ergo putet
ſe eſſe in futura luce, ideo quia ſcripturas recte
intelligit,ſequitur, [NVBES tranſierunt] q.d.
obſcura aqua eſt in nubib⁹.quæ,Nubes.i.diuini
verbi prædicatores,Tranſierunt,ad gentes,non
iam in Iudęa tātum ſunt.Aliter ab illo loco,In- Ex Hier.
clinauit cælos, id eſt prædicatores humiliauit à
contēplatiua vita ad miniſterium actiuę,vt Ra-
chel virum ſuum Liæ concedat , Et deſcendit
ipſe per eorum doctrinam in quorundam ſim-
plicium notitiam, qui maiora capere non va-
lent. & ideo ait, Deſcendit,vel, Inclinauit cæ- Ex Alcu.
los.i. humiliauit prædicatores ad ferendas mo-
leſtias.Et deſcendit,ipſe paſſus in eis, cum qui- Ex hiſto-
bus eſt vnū.Et ideo in eis dicitur pati,ſicut ipſe ria paſsio
ait, Ecce venio Romā iterum crucifigi. Sequi- nis Petri
tur,Et caligo eius.i.tenebroſi, qui etiam perſe- apoſtoli.
quuntur, ſunt, Sub pedibus eius.i. ſub eius po- Ex Alcu.
teſtate. Vel, Caligo, id eſt, qui ſimpliciter cre-
dūt,ſunt,Sub pedib⁹ eius,id eſt ei ſubiecti ſunt.
Sequitur, Et aſcendit, quāſi in quibuſdam per Ex Hier.
cælos,id eſt per prædicatores. Deſcēdit,ſcilicet
in infirmis . Alii autem ſunt in quibus per eoſ-
dem aſcendit.Et hoc eſt,Et aſcendit ſuper che- Ex Alcu.
rubin, id eſt facit quoſdā plenos ſciētia, in qui-
bus ſupereminet, ſed nec illi penitus eum com-
prehendunt,quia Volauit ſuper pennas vento-
rum,id eſt cēleritatem intellectus eorū tranſcen Ex Augu.
dit. Et poſuit tenebras latibulum ſuum.i. tēne- Ex Alcu.
broſis latēter vtitur,ſicut ipſe ait per prophetā,
Virga furoris mei eſt Aſſur,ipſe verò nō cogno
uit.quia per Aſſyriū,id eſt per Sennacherib, vel
Nabuchodonoſor, afflixit deus peccantes in ſe
Iudæos,& alios multos:nec intellexit Aſſyrius,
quare,vel cuius virtute hoc fieret.ſed,Taberna-

culum eius est in circuitu eius, id est milites sui
Ex Alcui. cögnoscunt, quod per malos agitur. Sequitur,
Tenebrosa aqua in nubib⁹ ætheris. Alia litera,
secũdum quod in Hebræo habetur, Præ fulgo-
re in conspectu eius nubes. Hic distingue. q.d.
per cælos, id est, doctores noui testamẽti descen
dit in notitiam minorum, sed ascendit in noti-
tiam maiorũ. Sed per nubes ætheris.i.per pro-
phetas, in quibus nubibus est tenebrosa aqua.i.
Ex Cass. obscura doctrina, non sic ascendit, & descẽdit:
quia vmbra figurarum tecti, luce doctrinæ aliis
non irradiabãt. sed Nubes, quæ non sunt ęthe-
ris, id est apostoli, sunt Præfulgoræ, vna dictio,
id est pręfulgidæ. In conspectu eius, id est vici-
nius contemplantes eum. Et hæ nubes transie-
rũt, quia prædicatores de Iudæa ad gentes trãs-
ierũt. Hic in vnũ redigitur lectio. Et ex illis trãs
Ex Aug. euntibus processerunt [GRANDO & carbo-
nes ignis] id est obiũrgationes, quæ velut grãdo
dura corda feriunt: sed si ignis charitatis duri-
tiam resoluit, in miti animo fit aqua satians. Et
carbones, quia illo igne accẽsa corda reuiuiscũt

15 Et intonuit de cælo dominus, & altissimus dedit vocẽ suã: grando & carbones ignis.

ET intonuit] q.d. Nubes transierunt, & per
transeuntes [DOMINVS] qui est [DE cælo,] id
Ex gl.int. est excelsus [INTONVIT] mĩnis, quæ sunt de
pœnis æternis [ET ALTISSIMVS] hoc est
qđ dixerat, De cælo dedit vocẽ suã suauẽ, quæ
est de pręmiis ęternis. Vel ita, Intonuit de cęlo
Ex Aug. dominus, id est, de cõrde iusti sonuit dominus,
& gl.int. quando ingentia mysteria loquitur, quę est fidu
cia Euangelii. Per hoc enim & ipsi prædicato-
res fiducialius pręedicant, & auditores pręedicã-
tibus fidentius credunt. Et altiss. Dedit vocem
Ex Aug. suam, vt in profundo seculi, audiremus cęlestia.
Vel ad literam, Dominus intonuit de cælo, vt
Ex Cass. quãdo visum est tonitruũ, sicut legitur in Euã-
Ioan.12. gelio, deo patre dicente, Clarificaui, & iterum
clarificabo eum. Et [ALtissimus dedit vocem
Matth.3 suam] cum dixit, Hic est filius meus dilectus, in
quo mihi bene complacui. Et inde processit,
[GRANDO, & carbones ignis.] sicut supradi-
ctum est. Sequitur,

16 Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura multiplicauit, & cõturbauit eos.

ET misit] q.d. Domin⁹ intonuit [ET] domi-
Ex Alcu. nus [MISIT] q.d. nõn temere transibunt, sed
missi. non enim transitus apostolorum ad gẽtes
semper erat certus, neque rationabilis habitus;
ideoq; ait, [ET misit sagittas suas,] id est ẽuan-
Ex Aug. gelistas, cum pennis virtutũ recte volantes [ET
dissipauit] vel dispersit [EOS] ad quos misit vt
aliis eorũ essent odor vitæ in vitam, aliis odor
mortis in mortem [FVLGVRA] etiam [MVL-
tiplicauit] id est miracula, quæ stupidos reddũt.
Vnde subdit, [ET conturbauit eos.]

17 Et apparuerunt fontes aquarũ, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.

ET apparuerunt fontes aquarum] id est vẽ- Ex Cass.
ritas prædicatorum, qui aqnis cõparantur, quia
doctrina alios rigant. Vel, Apparuerunt fontes
aquarum, salientium in vitam ęternam, qui fa- Ex Aug.
cti sunt inprędicãtibus. [ET reuelata sunt fun-
damenta orbis terrarũ] id est rëuelati sunt pro- Ex Aug.
phetæ, id est qui ante non intelligebantur. super & gl.inte.
quos credẽs orbis ædificatur, id est ecclesia. quę
dicitur orbis, quia de toto orbe colligitur. Et be
ne ait reũelata, Christo enim veniente patuit Ex Cass.
quod diuinũ tegebat eloquiũ. Inde est qđ in die
passionis, illa sacramẽta deteguntur, in ecclesia,
quæ in præcedenti tempore XL. tecta fuerunt.

18 Ab increpatione tua domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ. Ex Alcu.

AB increpatione] Hic fit cõuersio ad ipsum
deum. Cui quasi cum gratiarum actione loqui-
tur. q.d. Et omnia facta sunt, ô, [DOMINE ab Ex Aug.
increpatione tua] id est tũi clamãtis, Appropin- Matth. 4
pinquabit regnũ cælorũ [ET ab in inspiratio- Luc.13
ne spiritus iræ tuæ] id est tui dicentis, Nisi pœ-
nitentiam egeritis, morte moriemini. Increpa- Ex Cass.
tionẽ verò, & inspirationẽ accepit Christ⁹ præ-
dicationem, quia per prædicationẽ increpabat
peccantes, & inspirabat vt timerent iram futu-
ram. Sequitur,

19 Misit de summo & accépit me: & assumpsit me de aquis multis.

MISIT DE summo] Hucũsque egit de ad- Ex Cass.
uẽtu domini. Hinc agit de tẽporibus Christia-
nis, ex persona præsentis ecclesię, nõ mutata vo
ce. q.d. hoc totũ factũ est, quia, Misit deus pater
Christum, De summo, id est de cælo. [ET acce-
pit me] ecclesiam sponsam. Et, [ASSVMPSIT
ME DE aqnis multis,] id est, de aqnis bapti-
smi. Vel, Accepit me, glõriosam ecclesiam sicut Ex Aug.
prius vocando ex gentibus in hæreditatẽ suam.
Vnde subdit, Et assumpsit me de aquis multis.
id est de multitudine popnlorum. Vel ita, Misit
spiritũm sanctum, qui est donum, De summo, id Ex Alcu.
est de alto, quia æqualis patri est, & filio. Spiri-
tus sanctus nanque vnus est deus cum patre &
filio, & donum, quia donari potest, & donatur:
cum incipit in aliquo esse secundũ charismata
gratiæ, quæ cũ à patre & filio pariter tribuan-
tur, sæpius tamẽ spirit⁹ sancti esse dicũtur, quia
ex dilectione nobis præstantur. & spiritus san-
ctus dilectio est vtriusq;, scilicet patris in filiũ,
& filii in patrem: amborumque connexio. Se-
quitur, Et accepit me. q.d. fugitiuũ. &, Assum-
psit me, in altitudinem virtutis, & boni operis.
Et hoc, De aquis multis, hoc non mutatur. Et,

20 Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderũt me: quoniam cõfortati sunt super me.

ERIPVIT me de inimicis meis fortissimis,]
id est deuitiis quę super inimicos omnes nocẽt, Ex Alcu.
[ET ab his qui oderunt iniquitatẽ] id est ab ex-
terioribus inimicis hominib⁹, scilicet & dęmo-
nibus quod necesse est, [QVONIAM cõfortati

Ex Aug. sunt]olim[SVPER me]quâm diū sub ipsis erã,
ignorabam deum. Et agit de se secundum statum, ante conuersionem. Secundum quid sunt
confortati?ecce,

21 Præuenerũt me in die afflictionis meç: & factus est dominus protector meus.

PRAEVENERVNT me] id est, præualuerunt
Ex gl.int. mihi[IN die afflictionis meæ] .i.in tēpore
meæ carualitatis. Vel inimicos, & odiētes dicit
persecutores, & agit ecclesia de se, secundũ statum post conuersionem, dicens, Eripuit me de
Ex Aug. inimicis meis, qui mihi inuidebant, iam volenti
eum. Fortissimis, quia præualuerunt temporaliter ad affligendam & peruertendã hanc temporalem vitam meam, Et ab his qui oderunt me,
quia volo eũ. Dico, eripuit per hoc, Quoniam
confortati sunt super me. Per hõc enim magis
Ex Cass. eripuit, quod illi sunt cõfortati. Cum enim affligitur ecclesia, magis crescit. Et, Præuenerunt
Ex gl.int. me, id est priõres mihi nocuerunt, à simili curreorium, & hoc non in tempore gaudii. sed, In
die afflictionis meæ, id est in tēpõre carnis, quo,
Ex Aug. scilicet mortale & laboriosum corpus gero[ET factus est protector meus dominus.]contra miserias & voluptates. Sequitur,

22 Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniã voluit me.

ET eduxit]q.d. cum carnales patiebar angustias[EDVXIT me deus in latitudinem] spiritualem cõtra angustias carnis, vt me dilataret,
merito & numero. Per mala enim dilatat deus
Ex Cass. charitatē: per sęuitiam quippe malorũ merito
& gl.in. crescit ecclesia. Et merito[SALVVM me fecit]
Ex Cass. quod fuit, quando ad fidem venit. Vt enim infidelitas mors animæ est: ita & vita eiusdem fides est. Vnde iustus meus ex fide viuit. Et hoc
totũ fecit [QVONIAM voluit me] antequam
ego cum vellem, id est gratis elegit me.

23 Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.

Ex gl.int. ET retribuet] q.d. Hæc omnia gratis dedit,
scilicet fidē, & charitatem. Sed post, [RETRIBVET mihi]hic in pręsenti [SECVNDVM iustitiam meam]id est, secundũm iustitiam bonę vo-
Ex Aug. luntatis, qui dedit per misericordiam vt vellem
bonum[ET retribuet mihi]hic [SECVNDVM
Ex Cass. puritatem manuum mearum,] id est, factorum
meorũ, qui dedit vt facerē, educēdo in latitudinem, id est, Retribuit mihi, secundũ iustitiam
bonæ voluntatis, & secũdum opera. quæ opera
sunt post prima beneficia Dei, scilicet, fidem &
Ex Alcu. charitatem, quæ gratuito sine præcedenti merito deus pręstat. Deinde pro illis. s. fide & charitate, & operibus ex illis prouenientibus, quasi
pro meritis bona spiritualia retribuit. Hic in
præsenti. s. perseuerantia, & alia. vnde subdit,

24 Quia custodiui vias domini, nec impie gessi à deo meo.

QVIA CVSTODIVI] q.d. hoc retribuet,
[QVIA custodiui vias domini] vt lãtitudinem Ex Aug.
operum longanimitas cõsequatur perseuerandi[NEC impie gessi]recedendo [A DEO meo.]
Vel ita, Et retribuet domin⁹ secundũ iustitiam
meam, & secundũ puritatem manuum mearũ,
id est retribuet mihi secundũ quod sum iustus, Ex Alcu.
& purus. i. innocens. Iustus sum, quia, Custodiui vias domini. Purus sum, quia, Non impie gessi, recedēdo, A deo meo. Et hoc vtrunque ideo,
quia consideraui iudicia dei, tã præsentia quàm
futura. & vidi iusta, & inuenta iusta non repuli,
id est placuerũt mihi, & sic custodiui. & hoc est
quod ait,

25 Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: & iustitias eius non repuli à me.

QVONIAM omnia iudicia eius sunt in cõ-
spectu meo] id est, pręmia iustorum, poenas im- Ex Aug.
piorum, flagella corrigendorũ, tētationes probandorum semper attendo, & perseueranti cõtemplatione considero [ET IVSTITIAS eius,]
id est illa iudicia inuenta iusta [NON repuli à Ex Cass.
me] vt facit ille, qui sub sarcina eorum deficit,
reuertens ad vomitum. Vel qui fragilitate carnis superat⁹, dimittit quod cœperat. Sequitur,

26 Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab iniquitate mea.

ET ero]q.d. itã olim vixi, & sicut cœpi, ita Ex Cass.
& postmodum [ERO cum eo] id est ei adhærēs & gl.int.
[IMMACVLATVS.]non ita quod prorsus si- Ex Alcu.
ne macula sim, sed quia, [OBSERVABO me Ex Cass.
ab iniquitate mea] ne iterũ eadã per peccatum
mortale, quod est mors beati. Sequitur,

27 Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.

ET RETRIBUET mihi]Sũpra dixit sibi retri- Ex Cass.
buendũ in præsenti pro fide, & charitate, & operib⁹: hic, in futuro. & addit, pro eisdē sibi retribui, vbi etiam pro perseuerantiæ longanimitate pręmium reddetur, quæ sicut superadictum
est, pro fide & operibus in præsenti redditur. Et
hoc est, Et retribuit mihi, in futuro[DOMINVS
secundum iustitiam meam] & secundum [PVRITATEM manuum mearũ] Iãm itaque non Ex Aug.
solum propter latitudinem fidei, quæ per dilectionem operatur, sed etiam propter longanimitatem, Retribuet mihi, qui sum[IN cõspectu
oculorum eius]hoc dicere solis iustis conuenit. Ex Cass.
vt sicut illi semper dominũ contuentur, ita domin⁹ iugiter eos respiciat. Vel determinat, quid
deus sibi retribuet: illud, scilicet, quod est, In cõ
spectu oculorum eius, nõ quod homines vidēt, Ex Aug.
sed quod deus solus. quia quæ videntur ab hominibus tēporalia sunt, quæ non vidētur æterna sunt, quo pertinet altitudo spei.

28 Cũ sancto sanctus eris: & cum

viro innocente innocens eris.

Ex Alcu. CVM ſancto ſanctus] Dixerat ſibi retribui
ſecundum inſtitiam ſuam, nunc vt videatur gra
tia cum libero arbitrio, oſtendit, quomodo ha-
beatur iuſtitia, & fit cõuerſio ad dominũ, quaſi
cum gratiarũ actione. q.d. Et ſi dixi, Retribuet
mihi ſecundũ iuſtitiam meam, tamen ô domine
tu, Eris ſanctus cum ſancto, id eſt, adiuuãs ſan-
Ex Hier. ctũ in ſanctitate, quia ſanctꝰ es natũra, & alios
ſanctificans gratia [ET cum viro innocente in-
nocens eris] id eſt, innocẽtem adiuuas in inno-
centia, qnia innocens es.

29 Et cum electo electus eris: & cum peruerſo peruertẽris.

Ex Aug. ET CVM electo electꝰ eris] id eſt, ãb eo quẽ
eligis eligeris [ET cum peruerſo peruerteris] id
Ex Alcu. eſt peruerſum peruertis .i. peruerti ſinis. Nota
quod ſecundum duo iudicia, occultum. ſ. quod
nũc agitur, & manifeſtũ quod erit in futuro, du
pliciter deus retribuit bonis & malis. Hic enim
Apo. 22. retribuit vt iuſtꝰ iuſtificetur, & qui in ſordibus
eſt, ſordeſcat adhuc. Vnde hic dicit, Cum ſan-
cto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris. Et
in futuro retribuet præmium bonis, & pœnam
malis. Vnde ibi ait,

30 Quoniam tu populum humilem ſaluum facies: & oculos ſuperborum humiliabis.

Ex Caſs. QVONIAM tu populum humilem] q.d. hĩc
ita facies bonis & malis. Et hoc ideo [QVONIÃ]
in futuro [TV populũ humilem ſaluum facies,
Ex Aug. & oculos ſuperborum,] qui ignorãtes iuſtitiam
Rom. 10 dei, ſuam volũt cõſtituere [HVMiliabis,] quã-
Ex Caſs. tõ plus alti ſunt. Vel ita, Cum ſancto, & loqui-
tur hominibus. q.d. ſicut ego ero immaculatus
cum eo, ſimiliter tu quicunque es cum ſancto,
ſcilicet cum Chriſto, qui eſt ſanctus ſanctorum,
id eſt ipſo donante, eris ſanctus, & cum viro in-
nocente. ſ. Chriſto, Eris innocens. Et cum ele-
cto, ſcilicet Chriſto, Eris electus. Et cũ peruer-
ſo, diabolo, Peruerteris. i. peruerſus eris. Et eſt
argumentum à conuictu, qnia ex conuictu mo-
Eccl. 4. res formantur: & qui tangit picem, inquinatur
ab ea. Et hoc totũ ideo, Quoniam tu, domine,
Populum humilem ſaluum facies. Vel ita, Cum
ſancto ſanctus eris. q.d. occultum eſt, qnod ſan-
Ex Augu. ctis in futuro retribues. Eſt etiam occulta pro-
funditas, qua intelligitur, quod, Cũ ſancto ſan-
ctus eris, ſcilicet ſanctificans eum, quia intelli-
geris, Cum ſancto ſanctus, quia tu ſanctificas; &
qua intelligitur, quod, Cum viro innocente in-
nocens eris: quia nulli noces, ſed funiculis pec-
catorum ſuorum quiſque cõſtringitur. Et cum
electo electus eris, id eſt ab eo quem eligis elige-
ris. Et cũ peruerſo peruerteris. i. peruerſo per-
Ezech. 18 uerſus videris. quia dicũt mali, Nõ eſt recta via
domini. Et hoc ideo, Quoniam populũ humi-
Ex Aug. lem ſaluum facies. hic peruerſum eis videtur,
qnod confitentes peccata ſaluas, quod [OCVLOS ſuperborum humiliabis] hoc nõ mutatur.

31 Quoniã tu illuminas lucernã meam domine: deus meus illumina tenebras meas.

QVONIAM tu illum.] Quod ſuprã enun- Ex Alcu.
tiauit de quibuſdam membris electis, & ſancti-
ficatis: hic orat de aliis. & itã ꝓgreditur eccle- Ex Caſs.
ſia. Affirmauit enim ſupra quod ſanctificat ſan
ctos: hic precatur vt illuminet alios qui ſunt
tenebrę, loquẽs ad patrem ſic, O domine, pater,
qui es [DEVS meꝰ tu illuminas lucernã meã]. i.
ãpoſtolos, & alios primitiuos. Lucerna enĩ fue- Ex Caſs.
runt prædicatores, in quibus fuit lux, id eſt co-
gnitio veritatis, qua illuminauerunt alios: ſicut
lucerna lumen habet in teſta. Vnde Apoſtolus,
Habens theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. Et, 2. Cor. 4
Quoniam illuminas lucernã meam, id eſt præ-
dicatores. Per eos [ILLVMina tenebras meas] Ex Alcu.
id eſt eos qui adhuc ſunt in tenebris. Tenebras
dico, Meas, quia licet ſint in tenebris mei, tamẽ
ſunt prædeſtinatione. Vel ita, vt nõ fiat diſtin-
ctio inter lucernã & tenebras, ſed idem per v-
trunque ſignificetur, ex alio quidem, & ex alio. Ex Aug.
Lucerna enim dicimur, quia nõ habemus à no-
bis lucem, ſicut lucerna à ſe non lucet: tenebræ
verò dicimur, quia vitiis noſtris tenebroſi ſu-
mus. Et eſt, Quoniam tu illuminas lucernam
meam domine, id eſt, quia noſtrum lumen non
eſt ex nobis, ſed à te, ô tu qui es, Deus meus, illu
mina tenebras meas, id eſt nos, qui peccatis no-
ſtris tenebræ ſumus.

32 Quoniam in te eripiar à tentatione: & in deo meo tranſgrediar murum.

QVONIAM in te] q.d. Tẽ rogo, & merito, Ex Aug.
Quoniam in te, id eſt, per te [ERIPIAR à tẽ- & gl. int.
tatione] diaboli. Deinde mutat perſonã ex gau- Ex Caſs.
dio dicẽs, [ET in deo meo] nõ in me [TRANSGREDIAR murũ] quẽm inter hoĩes & cœlum Ex Aug.
peccata extruxerunt. Et nota quod non ait, di-
ruam, ſed trãſgrediar. Diruere enim penitus nõ Ex Caſs.
poteſt homo, ſed ope dei tranſit murum, id eſt,
obſtaculum peccatorum.

33 Deus meus impolluta via eius: eloquia domini igne examinata: protector eſt omniũ ſperantiũ in ſe.

DEVS meus] q.d. Vere in te ô deus eripiar,
quia, Tu deus meus eripies me de cõtradictio-
nibus populi. Vſque hũc ordo literę extẽditur: Ex Caſs.
cętera interponit ad cõmendationem eius, mu- & Alcu.
tata perſona, de eo loquens aliis ſic, Deus meus
eripiet. Et, [VIA eius eſt impolluta,] id eſt non
incẽdit niſi per mundam viam, quia non venit Ex Aug.
in homines, niſi mundent viã fidei, qua veniat,
quia impolluta eſt via eius: vnde, Parate viam Eſa. 40
dñi, rectas facite ſemitas dei noſtri. Et alibi cla-
mat ꝓpheta, Eligite lapides de plateis. Inde eſt Eſa. 62
qnod in præcipuis ſolennitatibus templa ma-
nufacta mundantur, & ornantur, vt magnus ſa
cerdos cum proceſsione intret, ita & tu adorna
thalamũ mentis, vt æternus ſacerdos cum ple-
nitudine gratiarũ ad te introeat, teq; paulatim
procedere de virtute in virtutẽ faciat. Sequi-

tur, & [ELOQVIA Domini ſunt examinata (Ex Aug.) igne] id eſt, ignē tribulationis probātur. Et dominus [PROTECTOR eſt omniū ſperantium in ſe.] id eſt eos qui ſperant non in ſeipſis, ſed in illo, non conſumet tribulatio. Et bene prius de fide, poſt de ſpe agit: quia ſpes ſequitur fidem. (Ex Caſs.) Addit, Omniū. Nūllus enim excipitur, niſi qui ſperare nō vult. Vel ita, Deus meus. q. d. in deo meo tranſgrediar. Deus enim meus hoc habet, (Ex Alcu.) quod, Via eius eſt impolluta, id eſt, quod ipſe eſt via, qua itur ad cælū, impolluta. Vel hoc ha- (Ex Hier.) bet, quod, Via eius, quā venit in mundum, Eſt impolluta, id eſt ſancta & immaculata virgo Maria. & ſecundum hoc ordo literæ nō reſpicit ad inferiora. Sequitur, Et eloquia domini. i. Chriſti, ſunt, Igne, ſpiritus ſancti, Examinata, id eſt, (Ex Caſs. & Alcu.) qūicquid dixit ſpiritu ſancto examinatum eſt. i. vtile & honeſtū, vt ſapiēs quicquid dicit, prius apud ſe diiudicat.

34 Quoniā quis deus præter dominum? aut quis deus pręter deum noſtrum?

QVONIAM quis] q. d. deus meus, & bene. Quoniam quis alius deus eſt [PRAETER dominum] id eſt, niſi ille qui eſt in rebus mūdi dominus? [AVT quis Deus eſt pręter deū noſtrū?] (Ex Caſs.) id eſt qui in Iudęa natus eſt? nō dii gētium. Hōc dicit cōtra paganos, qui multos ſibi fingūt deos. Vel ita, Quoniam, non mutatur iunctura. q. d. (Ex Aug.) Dico deus, Quoniā quis, alius eſt, Deus præter dñm noſtrū, cui ex debito ſeruim⁹. Aut quis eſt deus ꝑter deū noſtrū, quē poſt bonā ſeruitutē, tanquam hæreditatē ſeparatā filii poſsidemus.

PARS II. 35 Deus qui præcinxit me virtute: & poſuit immaculatā viam meā.

(Ex Alcu.) DEVS qui pręcinxit] Pars tertia, Adhū e pręter cōmunia commēdat eū per ſpecialia. Dixerat enim quod ꝓtector eſt, & adiutor: nūc ſpecialiter docet qualiter, & in quibus ſit adiutor, (Ex Hier.) & protector. q. d. Bene dixi, deus meus. Deus enim eſt [QVI præcinxit me] id eſt, præārmauit. Vel, Præcinxit, à ſimili currentis, ne fluentes ſinus cupiditatis, impediant greſſus. i. opera bo- (Ex Aug.) na. Præcinxit dico [VIRTVTE] vt fortis ſim. & loquitur hic eccleſia. Sequitur, [ET poſuit immaculatā viam meam] ſcilicet charitatē qua ad illū aſcēdam. Sicut enim immaculata eſt fides, qua ad me venit: Sic charitas qua ad illum vadam. Sequitur, Ipſe eſt,

36 Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorū: & ſuper excelſa ſtatuens me.

(Ex Aug.) QVI perfecit pedes meos,] id eſt amorē meū, quo vado ad eum [TANQVAM ceruorum] id eſt ad tranſcēdenda ſpinoſa, & vmbroſa implicamēta ſeculi. Et ipſe eſt, [STATVENS ME ſuper excelſa] id eſt, in cælo figit cordis mei intentionem. Et ipſe eſt,

37 Qui docet manus meas ad pręlium: & poſuit vt arcū æreum brachia mea.

QVI docet manus meas ad prælium] cōntra (Ex Aug.) vitia & dęmones, id eſt docet operari nos ad ſuperandos hoſtes, qui iter cæli claudere nitūtur. Deinde mutans perſonā, ſubdit, [ET poſuiſti vt arcum æreum brachia mea,] id eſt dediſti mihi infatigabilem intentionem bonorum operum, & morum.

38 Et dediſti mihi protectionē ſalutis tuę: & dextera tua ſuſcepit me.

ET dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ:] (Ex Aug.) id eſt prōtexiſti me ad ſalutem, quia non ſufficiunt prædicta niſi adſit protectio, dei [ET dextera tua] id eſt fauor gratię tuę, [SVſcepit me.]

39 Et diſciplina tua correxit me in finē: & diſciplina tua ipſa me docebit.

ET diſciplina tua] q. d. prōteges, non vtique (Ex Alcu.) vt nihil patiar, quod tamen eſt ad profectū. Et, id eſt quia, [DISCIPLINA tua correxit] vel, direxit, vel erexit [ME in finem] .i. correctio tua nōn finit deuiare, vt quicquid ago, in eū finem (Ex Aug.) referam, quo tibi cohæretur [ET diſciplina tua ipſa me docebit] mĕlioribus inſiſtere .i. eadem (Ex gl. int. & Aug.) diſciplina docebit me peruenire, quò direxit, nec impediunt carnales anguſtiæ. Quia,

40 Dilataſti greſſus meos ſubt⁹ me: & nō ſunt infirmata veſtigia mea.

DILATASTI greſſus meos ſubtus me] id (Ex Aug.) eſt, quia latam feciſti charitatem hilariter operantem, etiam de his quę ſub me ſunt, ſcilicet de mortalibus rebus & membris. [ET non ſunt infirmata] per mala mundi [VESTIGIA mea] id eſt itinera, vel ſigna, quæ imitaturis reliqui. Ex his verbis patet, quod tribulatio eſt correctio, (Ex Alcu.) & doctrina & dilatio, & cōfirmatio. Non ſunt infirmata, dico, ſed,

41 Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant.

(Ex Aug.) PERSEQVAR inimicos meos,] id eſt, carnales affectus meos [ET comprehendā illos] vt abſumantur, non illi cōprehēdant me [ET non conuertar] ab hac intētione [DONEC deficiā] à rebellione, qui modo obſtrepunt.

42 Confringam illos, nec poterūt ſtare. cadent ſubtus pedes meos.

CONFRINGAM illos, nec poterunt ſtare] id eſt, nō durabūt aduerſum me [CADENT ſubtus pedes meos] id eſt, præponam illis amores, quibus itur in æternitatem. Et hoc totum eſt ex eo, quia,

43 Et præcinxiſti me virtute ad bellum: ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.

(Ex Aug.) PRAECINXISTI me virtute ad bellū] id eſt fluēntia deſideria carnis virtute ſtrinxiſti, ne in pugna prępedirer. [SVPplantaſti inſurgentes ſubtus me.] Hęc verba capiti Chriſto cōueniūt,

in cuius etiam persona potest totũ intelligi ab
PARS III. illo loco,[DAVS qui prçcinxit me vir.]Tertia
Ex Cass. pars vbi Christ° de virtute ac potẽtia sua agit,
dicẽs,deus pater est,Qui prçcinxit me virtute,
per hoc notat dignitatẽ & fortitudinẽ,quod ei
cõuenit qui potestate sua iudicabit mundũ.[ET
posuit].i.firmauit[VSAM meã im.].i.sine pec-
cato[QVS perfecit pedes meos tãquã cer.] Si-
cut enim ceruus spinas & humana loca trãsilit;
Sic & Christus vitauit spinas & foueas pecca-
torũ.[ET super excelsa] est[STATUENS me]q.d.
sicut ceruus petit alta, ita Christ° super omnes
creaturas cõscendit.Et ipse est,[QVI docet] ab
imminẽtibus insidiis me cautũ faciẽdo [MANUS
meas].i.opera vel volũtates [AD præliũ] cõtra
diabolũ [ET posuit vt arcũ æreũ brachia m.] .i.
dedisti mihi irremissibilẽ fortitudinẽ.Et hęc est
Ex Alcu. similitudo rei, quæ non est. Vel brachia Christi
Ex Cass. sunt ꝓphetæ & apostoli,per quõs operatur,qui
sunt arcus æreus,quia prędicãdo nõ mollescũt,
sed semper fortes,verba saluris iaculantur. [ET
dedisti mihi prot.sa.t.] .i.gloriã resurrectionis.
& dextera.s.tua[Suscepit me].i.potẽtia deitatis
quæ me hoĩem in altũ constituit. [ET discipl.t.
cor.]Vel,Direxit me in finẽ & dis.&c.hoc quã-
tum ad effectum,quia effectus correcti,& docti
fuit in Christo, qui tamẽ nec à malo correctus,
nec quod ignoraret doctus fuit.[DILATASTI gres.
meos sub.m.].i.opa etiã inferioris naturæ.i. hu
manitatis notificasti per mundũ. [ET non sunt
infirm.vest.m.].i.signa quę reliquit imitaturis.
Et quia ita me virtute firmasti[PERsequar ini.
Ex Hier. meos].i.Iudæõs arguendo eos, & diuersis affli-
& Alcu. ctionibus fatigãdo[ET cõprehendam il.].i.veris
rationib° circũueniã.Et nõ cõuertar,ab isto ope
Donec deficiãt, à rebellione. Confringã illos.i.
Ex Cass. diuẽrsis miseriis affligã . Nec poterũt stare, ad-
uersum me.Et cadẽt subt.ped.m.i.subiiciã illos
mihi.Et hoc ex eo,quia,Prçcinxisti me virtute
ad bellũ,cõtra dęmones & Iudæos.Et,Supplã-
tasti insurgentes in me, vt sint,Subtus me,id est,
Ex Aug. Dẽcipi fecisti insequentes me, vt mihi subes-
sent,qui superesse volebant.

44 Et inimicos meos dedisti mihi dorsũ:& odientes me disperdidisti.

ET inimicos meos dedisti mihi dorsum] id
est fecisti vt me sequerẽtur [ET odientes me] .i.
Ex Aug. perdurantes in odio[DISPERdidisti]pẽr vni-
& gl.int. uersum orbem.vbi,id est in qua dispersione,

45 Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret,ad dominum,nec exaudiuit eos.

Ex Aug. CLAMAVERVNT] ad alios deos[NEC
erat qui saluos faceret]eos. Alius enim non po-
terat.quis enim saluos faceret,quos tu non fa-
ceres? Postea,Clamauerunt[AD dominum, nec
exaudiuit eos,]id est,non iudicauit eos dignos
exauditione.ac si diceret,Alius enim nõ potest,
tu nõ vis saluare,quia nõ recedũt à malitia sua.

46 Et comminuam eos vt puluerem ante faciem vẽti,vt lutum platearum delebo eos.

ET comminuã]q.d.Disperdidisti eos]& prę-
ter dispersionẽ[COMMINUAM eos vt puluerem Ex gl.int.
ante faciem vẽti]id est,ãuferam virtutes vt cę- Ex Alcu.
dant omni vento doctrinæ & suggestionis, &
ita factũ est, quia ãridi sunt sine imbre miseri- Ex Aug.
cordiæ dei, vt elati & inflati superbia à spe fir-
ma,quasi à soliditate terræ rapiantur. Ecce ea-
dem operatio patris & filii.Supra enim dixerat Ex Alcu.
patri disperdidisti.Hic ait,Comminuam.Et,Vt
lutum platearum delebo eos, id est, dẽlebo eos Ex Aug.
vt luxuriãtes & lubricos,per latas vias,quæ du-
cunt ad mortem.

47 Eripies me de contradictionibus populi : constitues me in caput gentium.

ERIPIES me] Hic item ex pẽrsona capitis Ex Alcu.
Christi accipitur.q.d.de illis ita,sed[ERIPIES
me de contradictionibus populi] Iũdæorũ, qui Ex Aug.
dixerunt, Si dimittimus eum sic, totus mundus
post eum ibit.Et,[CONSTITUES me in ca-
put gentium;] id est, vt sim caput gentium . Et
vere,quia,

48 Populus quem non cognoui seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.

POPVLVS]Gentium[QVEM non cogno- Ex Aug.
ui]id est nõ visitãui corporali præsentia. Vel in
lege & ꝓphetis, [SERVIVIT mihi,in auditu
auris obediuit mihi]Oculis quidem non vidit, Ex Hier.
sed per prædicatores obediuit . Nõta quod in & Augu.
hac serie cõtinetur exaltatio gentiũ, & depres- Ex Alcu.
sio Iudæorum.de quibus subdit,

49 Filii alieni mentiti sunt mihi: filii alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.

FILII alieni]q.d.populus gentiũ obediuit,
sed,Filii,id est Iũdæi,quos enutriui & exaltaui, Ex Alcu.
facti[ALIENI,mẽtiti sunt mihi,]id est,ad meũ
honorẽ.Vnde alibi,In multitudine virtutis tuę
mentientur tibi inimici tui. Vel ita, Filii non
mẽi dicendi,sed,Alieni,id est Iudæi,quibus di- Ex Aug.
citur,Vos ex patre diabolo estis.Mẽtiti sunt mi-
hi.de quibus Esaias,Vẽ genti peccatrici,filiis a- Esa.1
lienis populo pleno peccatis. Prius enim Iudæi Ex Hier.
filii dicebãtur.Pro prærogatiua patris sicut per
Moysen dicit ad Pharaonẽ, Dimitte primoge- Exod.4
nitũ meũ Israel. Sed per peccatũ facti sunt alie-
ni.Et repetit vt exprobret [FILII alieni inue-
terati sunt] .i.in vẽteri homine remãserũt,quos Ex Aug.
innouare veni.[ET claudicauerũt]q.d. Vno pe
de debiles,quia vetus testamentũ tenẽtes,& no
uum respuentes,claudi effecti sunt, vnũ pedem
habentes,altero carẽtes. Et in illo etiam quam
habent claudi sunt,quia,Claudificauerũt. Etiã
[A semitis suis,] id est, etiam in vẽteri lege sunt
claudi,sequẽtes potius suas traditiones,quã dei.

50 Viuit domin°,& benedict°deus me°, & exaltetur deus salutis meæ;

Ex Cass. VIVIT dominus] Quarta pars, vbi exultãs ecclesia, summatim munera dei laudat. q.d. & quia ꝑdicta deus facit, patet, ꝙ dominus viuit, quia viuificat omnia [ET BENEdictus est deus meus] quia omnia benedicit. Et ideo, [EXALtetur deus salutis meæ,] id est, toto orbe credatur. Vel ita, Viuit dominus, quia præsens est in corde meo firma fide mihi visus. Et benedictus sit, Deus meus, id est laudatus sit. Et, Exaltetur
Ex Aug. deus salutis meæ, id est, dět mihi salutem in excelso, non in imo, id est cælestem, & non tẽporalẽ. Nõ enim terreno more, de deo salutis meæ sentiam, nec ipsam salutẽ terrenã, sed in excelso de illo sperabo. Deinde conuerso sermone ad Deum, ait,

51 Deus qui das vindictas mihi: & subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis.

DEVS qui das] quasi dicat, Benedicere deũ hortor, & merito, quia, Tu deus es, Qui das, dicit
Ex Aug. ecclesia [MIHI vindictas] subdẽndo mihi populos. vnde quasi exponendo subiicit, [ET sub-
Ex Cass. dis populos sub me] Pia vindicta est, dũ rebellis subditur. Tu, dico, existens [LIBERATOR meus de inimicis meis] nõ qualibetcũque, sed [IRAcundis] Maior gloria est à feruentibus malis liberare.

52 Et ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me.

Ex Cass. ET ab insurgẽtibus in me exaltabis me] quia quãnto altius insurgit in iram, tãto amplius exaltatur ille qui pertulit. Et, [A VIRO iniquo,]
Ex Rem. id est à quolibet schismatico [ERIpies me.]

53 Propterea confitebor tibi in nationib' domine: & nomini tuo psalmum dicam.

Ex Rem. PROPTEREA,] id est, propter ea quæ dicta sunt superius [CONFItebor tibi in nationibus domine] & laudes & peccata [ET no-
Ex Aug. mini tuo psalmum dicam] id est, latius innotesces bonis operibus meis.

54 Magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiam Christo suo Dauid: & semini eius vsque in seculum.

MAGNIFICANS salutes] Ordo literæ respicit ad illud prædictum, Exaltetur deus salutis meæ. Deus dico, Magnificans, id est, qui ma-
Ex Aug. gnificat [SALVTES regis eius] Christi, id est, admirabiles facit salutes, quas salutes eius filius dat credentibus. Et Deus, dico [FACIENS] id est, qui facit [MISERICORDIAM Christo suo Dauid] id est ipsi liberatori manu forti, qui vicit mundum hũc. [ET SEMINI eius,] id est, eis quos credẽtes in Euangelio genuit. Et hoc, [VSQVE in seculũ,] id est, sine fine. Vel ex per-
Ex Hier. sona Christi capitis loquentis ad patrem, accipi potest ab illo loco, ô Deus pater, Tu es qui das mihi vindictas, de Iudæis. Et subdis populos, id est gentes, Sub me. Tu dico, Liberator meus de inimicis meis, Iudæis. Iracundis, in passiõne Ex Aug. clamãtibus, Crucifige, crucifige. Et ab insurgentibus in me, patientem. Exaltabis me, resurgentem, vel ascendentem. Et à viro iniquo, id est à regno eorum iniquo eripies me. Propterea cõfitebor tibi in nationibus domine, id est, gentes per me confitebuntur tibi. Et nomini tuo psalmum dicam, id est latius innotesces bonis operibus meis. Magnificans, Interpositis verbis capitis, redit ecclesia ad id qđ cœperat. quasi dicat, Exaltetur deus. Deus, dico, Magnificãs salutes regis eius, & faciens misericordiam Christo suo Dauid: & semini eius vsque in seculum. hęc non mutantur.

COLLATIO.

In psalmum 17. Diligam te.

4 LAVDANS inuocabo dominum. Hieronymus, Sanctes, Munsterus, Interpres pro Caietano, Campensis dicũt laudatum, seu laude dignum inuocabo dominum: textus tamẽ in Campensi habet, laudibus cum cano dominum. Pratensis, Laudatus inuocabo, &c. Septuaginta & Pellicanus, laudans. In Hebr. sunt penitus eædẽ literæ, quando significatur laudans aut laudatus. Apices faciũt distinctionem. nam מְהַלָּל potest legi מְהֻלָּל mehullal, id est laudatus, vel מְהַלֵּל mehallel, id est laudãs. Quumque He-
bræi casuum deflexione careant, effectum est, Varia le-
vt quidam verterint, Laudatus inuocabo, quod ctio.
minus cõgruit. Alii, Laudatum inuocabo. Propter pũctorum quoque aliam prolationem, potuit reddi laudans, quomodo legimus. Sed & Chaldæus interpretatur. inter laudandum ego orabo coram deo.

9 IRATVS est eis.] Faber censet pronomen eis redundare. Heb. legitur חָרָה לוֹ harah lo, quod significat iratus est ipsi, si ad verbum reddas, vt respiciat terrã de qua paulo ante, ac ita Nebiensis Chaldæúsque interpres. Videtur tamen reclamare quod terra in Hebręo fœminini generis sit: quãquam Sanctes, Pratẽsis, & Munsterus accipiãt, vt deus ipse sit iratus. Hieronymus tamen iuxta Heb. habet nobiscum, Iratus est eis, si modo codices nostri veri sunt. Quo cognoscas legisse לָמוֹ lamo, id est, eis. Volebam hoc ipsum ceu perpusillum præterire, eo quod nihil turbat sensum, nisi inuenirem, qui vellent transfigere veru.

15 ALTISSIMVS dedit vocẽ suam, grando & carbones ignis.] Hic Faber & Cæcus reprehendunt tanquã incongruam locutionẽ, quum secundũ morẽ latinitatis debeat recte dici, dedit vocẽ suã, grãdinem & carbones ignis, appositione per quartum casum. Quasi verò non possit subaudiri verbũ descenderũt, vt indicat Munsterus, & intelligunt Pratensis & Sanctes. Et licet Hieronymus vertat per accusandi casum, tamen alteram versionem minus reiiciebat: quod liquet ex tractatu ad Suniam & Fretellam, vbi respondet cur istum versiculum Grãdo & carbones ignis, secundo non habeant Gręci interpositis duobus versibus. Sed sciendum (inquit)

quia de Hebraico, & de Theodotionis editione, in LXX interpretatione sub asterisco additum sit.

32 QVONIAM IN te eripiar à tentatione] Hieronymus iuxta Hebræos, In te curram accinctus, quem sequitur Pellicanus. Alii transferunt cóteram turmam, seu exercitum, seu militum cuneum. Septuaginta aperuerũt illius metaphoræ intellectum. Sed & quum גדד gadad, signet accinctus est ad prælĩu, Hieronymus accepit participiũ גדוד, non vt est nomen, quando legitur גדוד id est accinctio ad prælĩu, quæ aptissime respondet tentationi, quæ probat hominem, & ad prælium ciet. Siquidẽ Iob 7. Militia est vita hominis super terram. Proinde nõ erat, quod hoc in loco taxaret editionẽ Faber, qui vult solum illud referri ad Christũ, qui expeditus ad deum patrẽ ascendit. Sed debuit aduertere vnitatem corporis & capitis, ob quam trãsitus identidem ad alterutrũ, pro more scripturæ sacræ fit, quem morem crebrius docet Augustinus, qui etiam in præsentia interpretatur de membris.

37 POSVISTI vt arcũ æreum brachia mea.] Nec dissidet Hieronymus iuxta Hebræos. Cæteri conuertunt intelligentiam traducẽtes, cõtritus est arcus æreus brachiis meis. Voculã, quę ponitur in Heb. נִחֲתָה nihatah, sumunt deflexam à radice חתת hatath. Interpretes LXX cum Hieronymo, deduxerunt à themate נחה nahah, id est duxit, vt litera nun, sit radicalis, & legatur נחית nahita significetque duxisti, siue vt vertit Pellicanus, terendisti arcũ æreum brachia mea: Chaldæus, Corrobora veluti arcum chalibeum brachium meum.

39 ET disciplina tua correxit me in finem.] Istud non habetur in exemplaribus Hebraicis. Falsum est autem quod addit Faber, quod nec habeatur in Græco. Quandoquidem legimus, ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με εἰς τέλος. Fortasis Faber alio vtebatur codice. Cæterum apparet LXX voluisse exponere, id quod continuo subnectebatur, Disciplina tua ipsa me docebit. Vel vt vertunt propinquius sequẽtes literã, Multiplicabit me. Quomodo autem creuerit ecclesia tyrannorũ persecutionibus, hæreticorũ insultationibus, & malorũ tentationibus, demonstrat profectus sanctorũ ab initio mũdi, qui disciplina domini eruditi, multiplicati sunt, vt stellę cœli. Nec obest qđ tradit Hieronym⁹ iuxta Heb. cum reliquis, Mãsuetudo tua multiplicabit me, quia verbum Heb. ענה inach, vel ענה anach, interdum notat afflixit, vnde descendit particula hic posita ענוה anauah, eóque non officit, vt itidẽ significet afflictionem, qua alioqui à deo probamur cũ mansuetudine. Quos enim diligit arguit, & omnem filium flagellat quem recipit.

49 CLAVO ferauerunt à semitis suis.] Primã particulã ferme ponit eandẽ Hiero. nempe contrahentur. Pellicanus quãuum ad vtrũque omnino est nobiscum. Cæteri dicũt, Timebũt, vel expauescẽt. Nebiensis, Cingẽtur. Chaldæus Paraphrastes, Migrabũt de prætoriis suis. Nec tamẽ diffitẽtur præsertim Mũsterus quin verbũ Hebraicum חגר harag possit accipi per metathesin, loco הגר hagar, quod significat claudicare aut cõtrahi, eodẽ teste in suo lexico. Postea illud quod sequitur, à semitis suis, transferunt à clausuris, penetralibus carceribus, vel latibulis. Hieronymus, in angustiis suis. Quum antẽ hic locus interprete Augustino, & Hieronymo, significet Iudæos, sensum spiritualem relinquentes, & legis literæ, ac obseruãtiis carnalibus totos adhærentes, ne carceres & clausuræ intelligerẽtur, vt ad verbũ sonant, semitas maluerũt dicere interpretes, quibus intelligerẽtur perfidi Iudæi, vno pede cõtracti, deficiẽtes à vero scripturæ spiritu, vt iam non ambulent, nisi in superficie lubrica literę, quę occidit. Quod propemodum innuebat Hieronymus dicẽs, In angustiis suis. Quid enim angustius, quã in scripturæ intelligentiam, vinculis illis mortiferæ literæ tam arctim constringere. Iudæi in vincula literę mortuæ cõiecti.

51 LIBERATOR meus de inimicis meis iracũdis.] Nouissimam particulam quæ est iracũdis, addiderũt LXX, vt testatur Hieronym⁹ ad Suniã & Fretellã, ὁ ῥύστης μου ἐξ ἐχθρῶν μου δυνατῶν Liberator me⁹ de inimicis meis potẽtibus. Nostri codices pro δυνατῶν habent ὀργίλων, id est iracũdis. Ac secutus Hieronymus, ostẽdit quędam exẽplaria, legisse gẽtes pro inimicis, idque adhuc visitur in psalmodia Romanã.

54 MAGNIficans salutes regis eius.] Codex Fabri erat mendosus, qui legit in Hierony. magnificanti, & in eo quod sequitur, faciens misericordiam, &c. legit ex facienti, quum libri correcti habeant nominandi casum vtrobiq;, simul & alii ad eundẽ vertãt modũ pter Nebiensem, & Chaldaicam editionem. Sensus nõ mutatur.

XVIII. PSALMI TIT.
In finem Psalmus Dauid.

CAELI enarrãt] Titulus [IN finem psalmus Dauid.] Psalmus iste agit de primo aduentu Christi, per quem tyrannus diabolus cadit, & homo à peccato, & à morte absoluitur. Per finẽ verò accipitur Christus, vel plenitudinis tempus. De quo, Ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Et est sensus tituli [PSALMVS] iste, attribuitur [DAVID] respicienti [IN finem] id est in Christũ, qui est finis omnis cõsummationis, vel in tẽpus plenitudinis. Hic enim ꝓpheta respicit in finem, id est in Christũ, vel in vltima tẽpora, quibus acta sunt quæ hic tractãtur. In ictio. monet vt relicta vetustate ad nouũ hominẽ, vel ad nouã legem accedamus. Modus. Tripartitus est psalmus, Primo, propheta loquẽs de Christi incarnatione cõmendat prædicationẽ nouæ legis. Secũdo, laudat præcepta & noui & veteris testamẽti. ibi, Lex domini. Tertio, petit purgari à vitiis, vt sit dignus tãta sacramẽta referre. ibi, Delicta quis. Cõmendãs ergo prædicationẽ nouæ legis qui ꝓdicẽt, & quid & qui discrete, & quã mirifice, & quã late: in prima parte ostẽdit, ita dicẽs,

Ex Caſſ. 2.Cor.6 Ex Alcu. Ex Caſſ.

1 AEli enarrãt gloriã dei, & opera manuum eius annũciat firmamẽtum.

CAELI enarrãt] id est apostoli, in quib⁹ tãquam in cælis deus habitat [ENARRANT gloriã dei] id est exponũt gloriam Christi, in qua est æqualis patri, & qđ deus est, & qđ peccata gratis dimittit. Vel, Gloriã dei .i. gloriã qua ipse filius patrẽ glorificauit sup terram, & [FIRMAMẼTUM] id est, ipsi, iidem apostoli firmati spiritu sancto, & cælũ facti, qui prius & terra fuerant per timorem [ANNVNCIAT opera manuũ eius] id est facta virtutũ domini, quæ secũdum hominem egit, scilicet natiuitatem, passionẽ, mortẽ, & huiusmodi. Bene ergo in primo dicũtur cæli, id est alti, quia altũ nunciant. In isto sunt Firmamentum, id est firmati, & quia pro eo opus est pati. Nõ enim ideo passi sunt, quia prædicauerunt verbum in principio apud patrẽ: sed quia annũciauerint eundem dei filium hominẽ factũ, passum, mortuũ. Vnde apostolus, Non enim erubesco euangelium. Et alibi, Prædicamus Iesum Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalũ, Gentibus verò stultitiam. Ecce qui & quid prædicant. Vel ad literam, Cæli enarrant gloriã dei, & opera manuũ eius annũciat firmamentũ, Quia cæli stellam miserunt nouam, ortum summi regis nunciantem, quæ magos ad præsepe duxit.

Ex Aug.

Ex gl. int.

Ex Alcu. & Aug.

1. Cor. 5.

Ex Aug.

2 Dies diei eructat verbũ: & nox nocti indicat scientiam.

DIES diei] Ecce quam discrete prædicant. Nõn enim omnia omnibus dicunt. Sed, Dies diei, id est clari claris .s. sancti sanctis [ERVCTAT q.d. de pleno proferũt [VERBVM] id est sapientiam dei, ex patre genitã. q.d. spiritus, id est spiritualis, ex spiritualibus profert plenitudinem sapientiæ, quod est verbũ in principio apud patrem deum. [ET NOX] scilicet mortalitas carnis, id est, ipsi eidem mortalitati & infirmitati carnis condescẽdentes, & quasi nox .i. quasi carnales facti [NOCTI] .i. tenebrosis & carnalibus, quasi lõge positis [Indicat] vt simplicib⁹, nõ verbũ patris, sed [SCIENTIÃ] Q ue est de hũmanis .i. de humanitate Christi. Vel, Indicat scientiã .i. fidẽ humanitatis insinuãdo, annũtiat futurã scientiã .s. quod per illa minora perueniet ad maiora. Hãnc discretionẽ se habuisse, in prædicatione, docet Apostolus, cũ ait, Nihil me iudicaui scire inter vos, nisi Iesum Christũ, & hũc crucifixũ. Sapientiã autẽ loquimur inter pfectos. Et alibi, Siue excedim⁹ deo, siue sobrii Sum⁹ vobis. Excedũt, dũ mẽte ascẽdũt, vsq; ad verbũ patris, qđ semel locut⁹ est deus. Sobrii sunt, dũ se paruulis contẽperant. Vnde domin⁹ ait, Quis putas est fidelis seruus & prudẽs, quẽ cũ, &c. Pauci enĩ sunt fideles, & pauciores prudẽtes in dispẽsatione verbi dei. Rarus enim doctor est, qui eloquiis diuinis aliqđ adulterina opinione non admisceat. Rarior, q singulis congrua diiudicet. Illi ergo nõ sunt dispẽsatores, sed prodigi extirpatores, quia celãda irreuerẽter, quib⁹ nõ oportet detegũt, & studiose quærẽda sine mẽsura pfundũt incauti, vinoq; debriãt quos opus est alii lacte: plus curãtes ingeniũ ostẽtare, quam pximis prodesse. Vndè in tabernaculo dñi, in mẽsa erãt acetabula ac phialæ, ac cyathi, quib⁹ offerebãtur libamina. In acetabulis mordax, & aspera pdicatio ĩ cõminationib⁹: in phialis, larga prędicatio: in cyathis, minima & tenuis, signat. quia in doctrina sacri eloquii non solum sunt exhibenda magna & arcana quæ debriant: sed etiã parua & tenuia, quę quasi per gustũ notitiã præstẽt. Aliter enim instruendi sunt sapiẽtes, aliter insipientes, aliter senes, aliter iuuenes, aliter cœlibes, aliter cõiugati. Et ita, Dies diei eructat ver. &c. Vel, Dies diei eructat, &c. ad literã, Quia hæc doctrina diebus ac noctib⁹ cõtinuatur vsq; ad posteros. Et hoc tam mirifice, quòd oĩbus linguis locuti sunt. Et hoc est qđ subdit,

Ex Alcu. & Aug.

Ex Rem.

Ex Aug.

Ex Rem.

1. Cor. 2.

2. Cor. 5

Matt. 14

Ex Aug.

Ex Greg. libro 20. mor. in illis Iob 29 Et super illud Stilla bat eloquiũ meũ.

Ex Gre. li. 39. mo ra. ca. 6.

Ex Alcu.

3 Nõ sunt loquelæ neq; sermones, quorũ non audiantur voces eorũ.

NON sunt loquelę] q.d. Enarrãt, & hoc tam mirifice, quod Non sunt loquelę, id est linguę, quarũ .i. per quas nõ Audiantur, &c. [NEQ; sermones] id est, genẽra dicendi .s. humile, mediocre, altum [QVORVM] sermonum .i. per quos sermones [NON audiãtur voces eorũ] cęlorum, id est, per quos non sunt auditæ voces apostolorũ. Omnibus enim linguis primos doctores loqui fecit spirit⁹ sanctus, qui oẽs gẽtes in vnũ erat congregaturus. Et sicut vnus homo tũc omnibus linguis loquebatur, sic & modo & vnus homo .s. totus Christ⁹ caput & corpus, omnib⁹ loquitur, quia ex oĩbus gẽribus, vna & sancta constat ecclesia. Vel, Lõquelæ accipiuntur publicæ persuasiones, quæ fiũt ad multitudinẽ. Sermones, cões narrationes, quę quotidie & cuiq; fiũt.

Ex Alcu.

Ex gl. int.

Ex Aug.

Ex Aug. tract. 32. in Ioannẽ & in hoc psal. infra vers. 10.

Ex Cass.

4 In oẽm terrã exiuit sonus eorũ: & in fines orbis terræ verba eorũ.

IN omnẽ terrã] Hic ostẽdit quam late prædicauerũt. q.d. tã mirifice pdicarũt, & etiã tam late, quod, In oẽm terrã .i. in omni pte ambitus terrę [EXIVIT son⁹ eorũ] .i. famã apostolorũ, & si nõ psentia [ET] etiã [IN fin. orb. ter.] .i. etiã in angulis terræ exierũt [Verba e.] eadẽ q dixerũt.

Ex Alcu.

Ex gl. int.

5 In sole posuit tabernaculũ suum: & ipse tanquam sponsus procedẽs de thalamo suo.

IN SOLE posuit] Quod alios fecisse laudat propheta, ipse facit. Prædicat enim incarnationẽ. Et quasi quis quærat à propheta, Quõmodo hęc facta sunt. Respõdet, In sole. Vel possunt hæc esse verba ipsorum apostolorũ, quibus aperitur quid prædicent. q.d. Exierunt in fines terræ verba eorum, ita dicentium, Dominus belligerare volens aduersus regna temporalium errorum [POSVIT] tabernaculũ. q.d. militare habitaculũ, id est dispensationẽ incarnationis suę, in qua venit expugnare errores mundi. In sole, Sol tria facit, lucet, vrit, & varietatem tẽporum facit. Posuit ergo Tabernaculũ in sole .i. in tẽmpore, quia carnem assumpsit tẽporalibus vicissitudinibus subiectam. Vel, In sole, id est in ma-

Ex Cass.

Ex gl. int.

Ex Aug.

Ex Alcu.

Ex Aug.

nifestatione.s.in manifesto mũdi. Vnde ait, Nõ
venit lucerna vt ponatur sub modio, sed super
Ex Alcu. candelabrum. Vel, In sole, id est in labõre, quia
æstum laborum gratis sustinuit. Et Tabernacu-
Ex Aug. lum suũ.i.ecclẽsiam. Posuit in sole, id est in ma-
nifesto, non in occulto, vt lateat: secundũ illud,
Ex Cass. Non potest ciuitas abscõdi supra montem po-
Ex Aug. sita. [ET IPSE tanquam sponsus] quiã à pro-
phetis totiẽs ꝓmissus [PR ocessit de thalamo]
id est de virginali vtero, vbi deus humanę natu
Ex Cass. ræ, vt sponsus sponsæ copulatus est. Et est hĩc
magna & cõuenieus similitudn sactamẽti, id est
Ex Aug. signi & signati. Ideo enim de virgine natus est,
vt significaretur, qnod ecclesiam sibi virginem
copularet. Ecce humilis erat Christi misericor-
dia, sed fortis maiestate. Vnde subdit,

6 Exultauit vt gigas ad currendá
viam à summo cælo egressio eius.

Ex gl.int. EXVLTAVIT, &c.] q.d. prõcessit de tha-
lamo, & procedẽs, Exultauit, quia non inuitus
suscepit laborem [AD currẽdam viam] non ha-
Ex Aug. bitandã. Quia non stetit ĩn via mundi. Exulta-
uit dico [VT gigas] id est sicut fortissimus, & o-
mnes homines, incõparabili virtute præcedẽs.
Ex Cass. & Alcu. Beuẽ ergo giganti comparatur, quia impertur-
babilis, irreuocabilis humaná naturam potẽtia
superans [A SVMMO cælo] q.d. quam viam cu
Ex Aug. currit? ecce, Ipse qui æternaliter à patre exiuit,
venit in mundum, factus homo: & iterum relin
quens mundum, ascendit ad patrem. Et hoc est
quod ait, A summo cælo.i.à patre, scilicet ab ę-
qualitate patris est. [EGRESSIO eius] nõ tem
poralis, sed æterna, qua de patre natus est: qui,
subandi, in tempore factus est homo.

7 Et occursus ei' vsq; ad sũmũ eius:
nec est qui se abscõdat à calore eius.

ET occursus eius] facti hominis [OCCVR-
sus] est [VSQVE ad summum eins] Patris, id est
Ex Aug. õccurrit ipse homo, plenitudine diuinitatis, vs-
Ex Cass. que ad æqualitatem patris. Occũrsus ergo com
petit CHRISTO secundum hnminem, dum
ascendẽs ad sedem patris, occurrit. Ascẽdit au-
tem secundum hnmanitatẽ. Per hoc autẽ quod
dicit, Vsque ad summum, nõtat quia secundum
Ex Cass. & gl.int. Ioan.13. quod deus est, patri æqualis est. Hoc idem quod
dicit hic propheta, Christus de se in Euangelio
ait sic, Exiui à patre, & veni in mundũ: iterũ re-
linquo mundum, & vado ad patrem [NEC est
qui se abscondit] Post verbi incarnationem [A
calore eius] Vẽrbũ enim caro factũ mortalita-
Ex Aug. tem nostrã suscipiens, nou permisit vllũ mor-
talũ se excusare de vmbra mortis.i.de peccatis,
quia & ipsam vmbrã penetrauit, & dissnluit ca-
lor verbi.i.amor, vel gratia Christi: quando se-
dentibus in regione vmbræ mortis lux orta est
Ex Cass. eis. Vel cãlor est spiritus sanctus, quẽ reuersus
in cælũ post ascẽsinnẽ apostolis misit, à quo ne-
mo abscõditur, quia vt deus nmnium corda no
uit vt valeat arguere mundũ de peccatn, & iu-
stitia, & de iudicio. In his verbis nstenditur tri-
nitas, & vnitas, & vtraque Christi natura. Vbi
enim dicit, A summo cælo, pater intelligit: vbi
vero ait, Egressio, intelligitur ęterna generatio
filii: cum ait, Occursus, idem filius secundũ ho-
minem, intelligitur: cũ ait, Vsque ad summum
eius, ipse idem secũdum quod deus patri ęqua-
lis: cũ ait, A calore eius, intelligitur spiritus san
ctus. Dicẽdo vero eius, notat vnitatẽ trinitatis.

8 Lęx domini immaculata, cõuer PARS II.
tens animas: testimoniũ domini fi-
dele, sapientiam præstans paruulis.

LEX domini immaculata] Secundã pars, vbi Ex Alcu.
laudãtur præcepta noui & veteris testamenti.
Quasi dicat, non est qui se abscondat à calore,
id est à spiritu sancto. Quĩ spiritus est, Lex dn- Ex Aug.
mini, & Testimnnium, & Iustitiæ, & Pręcepta,
& Timor, & Iudicium. Hæc autem dicitnr esse
spiritus, quia hæc agit. quæ singula cnmmẽdat.
& primo legem. q.d. processit spõsus de thala-
mo, & sponsę dedit per spiritũ sanctum, dona.
Quę? legẽ & alia, quinque. Et, Lex domini, per
Mõysen data est [IMMACVLATA] vel irrepre- Ex Cass.
hensibilis, id est per omnia est vera. & [CON-
uertens animas] id est suã districtinne corrigẽs,
& ad Christi gratiam mittens. & [TESTIMO- Ex Cass.
niũ domini] est [FIDELE] & [SAPIENtiam]
de dininis [PRAEstans paruulis] non superbis.
Quæcũnque enim testimonia dedit Israel, ple- Ex Cass.
na veritate sunt, & humilibus sapientiam dedit
non superbis. Ideo & testimonium domini Fi-
dele dicitur, quĩa quod omnibus obseruantibus Ex gl.int.
promittit, complebitur. &,

9 Iustitię domini, rectæ, lætificá-
tes corda: præceptum domini, luci-
dum, illuminans oculos.

IVSTITIAE domini] sunt [RECTAE] id Ex Alcu.
est lẽx quæ iustificat quicquid præcipit iustum Ex Cass.
est. Iustitiæ dico [LAETIFICANTES corda] spẽ
premii [PRAECEPTUM domini] Hucusque com
mẽdauit vetus testamẽtum. Hinc cõmendat no
uum. ¶ Vel aliter, ab illo loco, Lex domini. q.d.
dico, quod Christi calor vmbram mortis pene-
trauit. & vere, quia ipse Christus est, Lex, nnn
hũmana, sed Domini: qui venit non legem sol- Ex Aug.
uere, sed adimplere, Immaculata, quia ipse pec- Matth. 5
catũ nnn fecit, & alios immaculatos facit, quod 1.Pet.2.
non prior lex fecit. Ipse, dico, Cõuertẽs aĩas, li-
bertate ad se imitãdum, non premens iugo ser- Ex Aug.
uitutis. Et nõta quod ait, Animas, id est volun-
tates, non solũmodo manus, vt vetus lex, manũ
maxime, nõ animum cohibebat. Et ipse est, Te- Ex gl.int.
stimoniũ domini fidele, quiã nemo nouit patrẽ Ad Phi.3
nisi filius, & cui vnluit filius reuelare. Ipse dico, Matth.11
Præstans sapientiã, de diuinis. [Paruulis,] quia
ea quæ sapientibus abscõdita snnt, per eum re-
uelata sunt paruulis, id est humilibus, nõ super-
bis. Et, Iustitię domini, oẽs in illo sunt. Rectæ,
quiã non docuit, quod non fecit: vt qui imita-
rentur eum, corde gauderent in eis quæ vel qui
libere cum charitate facerent, nõ seruiliter cũ ti
more. Iustitię. Dico, Lętificãtes corda, spe prę-
mii æterni, non terrẽtes timore poenæ, vt vetus Ex Augu.
faciebat. Et, Præceptũ domini, id est Christi est, & gl.int.
Lucidũ, id est sinẽ velo carnaliũ obseruationũ.
Præceptũ dico, Illuminãs oculos, id est interio-

tis hominis aſpectũ non obtundẽs, ſicut Moy-
2.Cor.3 ſet in cuius facie non poterant iutendere filii,
Iſrael,& ideo ponebat velamen ſuper faciẽ ſuã.

10 Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi:iudicia domini,vera,iuſtificata in ſemetipſa.

Ex Aug. TIMOR domini] eſt[SANCTVS] Gratis
ſcilicet amãs non puniri, ſed ſeparati timent, id
eſt non timore punitionis, ſed amiſsionis ſum-
mi boni ſeruiẽs.Hic eſt timor caſtus, & filialis.
3.Sétent. Quatuor enim ſunt timores, præter uaturalẽ,
partim ex ſcilicet Mundanus, quo timemus perdere bona
Augu. & mundi. Seruilis,quo timore pœnæ à malo ope-
partim ex re cohibemur.Initialis, quo partim ex timore
Caſsiodo pœnæ,partim ex amore iuſtitiæ ſeruitur.Filia-
ro in pſal. lis, ſiue caſtus, quo ſpõſum offeudere timemur,
127. & ſeparari. Et de hoc timore hic agitur. Non
Ex Aug. enim ille pœnãlis, pro terrenis, quorum amore
fornicatur anima, ſanctus eſt, ſed caſtus: quo
quanto diligit eccleſia, tanto diligentius cauet
offendere ſponſum. Et ideo non foras mittitur
hic timor à charitate pfecta,ſed permanet:quæ
foras mittit initialem, qui in charitate quidem
eſt,ſed non perfecta:ſeruilem autem & munda-
nũ,charitas etiã imperfecta euacuat. Timor er-
Ex Caſs. go ſeculi nõ eſt ſanctus,quia nõ eſt pficuus, ſed
cũ tẽporalib⁹ mutatur.i.mutari facit homines de
temporaliter habitis, vel amiſsis. Timor autem
domini ſine omni perturbatione eſt, quia eſt
mixta cum pauore dilectio: quia ſi timet iudi-
cem,ſcit miſericordem.ergo Timor[PERMA-
net in ſeculum ſeculi] quia fructus eius perma-
uet in æternum. Vel ipſe timor permanet ſecũ-
dum aliquem vſum ſine fine, vel vſq; ad finem.
Et[IVDICIA domini]id eſt pãtris,qui nõ iu-
Ex Aug. dicat quẽquã,ſed omne iudiciũ dedit filio, ſunt
in Chriſto[VERA] quia ſiue minatur, ſiue pol
licetur,neminẽ fallit.Et ſunt,[IVſtificata in ſe-
metipſa] vel,in idipſum, alia litera, id eſt incõ-
mutabiliter: quia non eripit quis præmia quæ
Ex Hier. dat,vel pœnas.Vel,Iuſtificata in ſemetipſa,quia
& Rem. uõ egent alterius auctoritate, vt firma habean-
tur,quàm ipſius domini.

11 Deſiderabilia ſuper aurũ & lapidem pretioſum multum: & dulciora ſuper mel & fauum.

DESIDERABILIA] Adhuc cõmendat iudicia
dei. q.d. Et quia talia ſunt iudicia dei, ideo ſunt
[MVLTVM deſiderabilia ſuper aurũ & lapidem
pretioſum] Vel, Super aurum, & lapidẽ multũ
pretioſum. Quocũque autẽ modo litera ordi-
netur, hic eſt ſenſus, Sunt Deſiderabilia ſuper
Ex Aug. aurũ & lapidẽ pretioſum multũ.i. ſupẽr omnes
pompas huius ſeculi, pro quib⁹ aliquãdo iudi-
cia domini non deſiderantur, ſed timentur, vel
contemnũtur, vel non creduntur. Quę pompę
per hęc duo.i.per aurũ & lapidẽ ſignantur. Et
eſt ſenſus, Iudicia domini ſunt, Deſiderabilia,
Ex Hier. ſuprã omne id quod appetitur pro diuitiis quę
notantur in auro. Vel pro potentia, quæ no-
notatur in lapide pretioſo. Vel pro voluptate,
quæ notatur in melle & fauo.vnde ſubdit[ET]
ſunt[DVLCIORA ſuper mel & fauum]id eſt,
ſupẽr omnẽ dulcedinẽ temporalis voluptatis. Ex Alcu.
Melli verò præfert iudicia, ſecundũ nouũ teſta- Ex Caſs.
mentum, in quo quaſi mel eliquatũ, manifeſta
ſunt iudicia dei ſine figuris.Fauo verò præfert,
ſecundũ vetus teſtamentum, id eſt ſecundũ hoc
quod in veteri teſtamẽto cõtinentur, vbi quaſi
in cellulis figurarũ claudũtur.Cõparatio tamen
ad mel vel fauũ fit,quia in nouo iudicia aperta,
& operta in veteri teſtamento, quæ dulcius ſa-
piunt palato fidei, quã faucibus carnis mel vel
fauus. Vel ita,Per aurũ & lapidẽ,& mel & fauũ Ex Aug.
intelligũtur ſancti. Et eſt, Deſiderabilia,ſunt ſu
per aurum & lapidem pretioſum multũ & dul-
ciora ſuper mel & fauum,id eſt, ſi quis eſt aurũ,
vel lapis,vel mel, vel fauus,plus deſiderat quàm
ſe,iudicia dei, cuius voluntatem ſuæ præponit:
& dulciora ſunt,quàm ipſe ſibi. Aurũ autem &
lapis pretioſus eſt lapis ille,qui non eſt igne cõ-
ſumendus,ſed purus in theſaurũ dei aſſumẽdus.
Cibus autẽ dei eſt ille,qui eſt mel, id eſt, ſolutus
iam à ſeculi huius vinculis,expectans diem quo
veniat in epulas dei. Et ille qui fauus eſt, id eſt,
qui adhuc circũplicatur hac vita, quaſi mel in
cera,non huic vitæ concretus,nec à carnalitate
omnino liber,cui opus eſt preſſura, non depri-
mentis,ſed exprimentis manus dei, vt de tẽpo-
rali vita dirigatur ad vitam æternam.

12 Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa.

ETENIM] Vere ſunt dulcia. Etenim,id eſt
quia[SERVVS tuus]nõ tãntũ dicit, ſed etiam Ex Aug.
opere[CVSTODIT ea]modo dulcia,poſt ſalu-
bria.Et ita nõ loquẽdo,ſed cuſtodiendo probat
ea dulcia. Cuſtodit ea dico, & [RETRIBV- Ex Caſs.
TIO multa] quæ quãtã ſit nequit dici.Eſt,[IN
cuſtodiendis illis] id eſt in eo ipſo, quod cuſto- Ex Aug.
diuntur nõ mõdo in extra poſita re,ſed in ipſis & gl.in.
dum cuſtodiuntur in hac vita, quia in eis gau-
detur,per ſe ipſa placẽt.Et ideo non ait,pro cu-
ſtodiẽdis,ſed,In cuſtodiendis illis. quia nõ tan- Ex Rem.
tum pro eis in futuro reddetur prẽmium,ſed &
hic meorũ cuſtodia magnũ eſt gaudiũ. Seruire
enim deo regnare eſt.

13 Delicta quis intelligit? ab occultis meis mũda me: & ab alienis parce ſeruo tuo. PARS III.

DELICTA] Tẽrtia pars,vbi propheta pe- Ex Caſs.
tit ſe à vitiis purgari, vt ſit dign⁹ pſalmiſta, qui
hæc referat ſacramẽta. q.d.Mẽnti videnti ſua- Ex Aug.
uis eſt veritas,dulcia ſunt iudicia :ſed nõ viden
ti quæ erit ſuauitas?nulla.Sed quare non videt?
Propter delicta.Nec mirũ.Delicta enim[QVIS
intelligit?] Vel ita cõtinua.q.d. Seruus tuus cu
ſtodit iudicia:ſed timeo ne quibuſdam pręoccu
per,quo minus ea cuſtodiam.Quis enim intel-
ligit delicta, ſcilicet õmnia? q.d. nullus,omnia. Ex Caſs.
Quædam enim nota ſunt, ideo delicta omnia
nullus intelligit.Quiã ſicut tenebræ oculos in- Ex Aug.
uoluunt,ita delicta mentem non ſinunt videre,
vel lucem,vel ſe: ideoq́ue orat pro delictis ſub-

dens [AB occultis.q.d.vt possim intelligere & te laudare, ô domine [MVNDA me ab occultis
Ex Cass. & parce ab alienis] Omniā peccata in duobus includit, occultis, scilicet, & alienis. Occulta sunt originalia, & etiam quæ secreta voluntate oriuntur, quæ multis ante effectum rei celātur.
Eccl.18 quæ si forte noscuntur, vt dicit Salomon, Non eas post concupiscentias: Illud tamen debemus aduertere, quoniam multa peccata sunt quę omnimode ignoramus, quorum nec origines possumus nec surreptiones agnoscere. Aliena sunt, quæ suadentibus malis hominibus, vel diabolo
Ex Aug. fiunt. Prō vtrisque ergo precans ait, Ab occultis, id est, à cupiditatibus in me latētibus. Meis, scilicet, quę ex me proueniunt, Munda me. Mea enim me inquinant. A meis dico, Munda, vt nō seducar ab alienis, quia non capitur ab alienis, qui est mundus à suis. Vnde congrue subdit, Et ab alienis, scilicet, à peccatis, quæ aliunde sunt, [PARCE] Aliena enim affligunt me. Et ideo dico, Parce mihi, seruo tuo, non superbo meo, & in potestate mea esse cupienti. Ab illis ergo, Munda, tollendo mihi malam cogitationem ex corde. Ab istis parce, repellendo suasorem. quia seruus tuus sum iam, non liber meus. Quę si nō dominantur, tunc sum mundus. Vnde subdit,

14 Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo.

Ex gl.int. SI mei] q.d. Dico, Parce ab alienis, nōn ita quod omnino tollantur, quod impossibile est: sed ne dominentur. quia si mei [NON fuerint dominati] alieni [TVNC immaculatus ero] à
Ex Aug. criminali. Vel ita, Mūnda ab occultis, parce ab alienis. Ita, scilicet, ne dominentur, quia si mei non fuerint dominati. alia litera, Occulta, scilicet & aliena, Tunc immaculatus ero, à criminali macula. quia non est certior origo peccati pręter occultum quo cecidit diabolus, & alienum quo homo seductus est, & consentiendo fecit suum. [ET emundabor] q.d. & si mei non fuerint dominati, Emundabor [A delicto maximo] id est, à delicto superbiæ, quod est vltimum redeuntibus ad deum, & primum recedentibus. Hoc verè est maximum. Non est enim maius delictum, quàm apostatare à deo, quod est initium superbiæ angeli & hominis. Superbia vero, est initium & causa omnis peccati: qua qui caret, ille vere est immaculatus.

15 Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

ET erunt] q.d. Immaculatus ero, & emundabor, & ita [ELOQVIA oris mei] erunt talia,
Ex Aug. vt [COMPLACEANT] in cōnspectu tuo, non hominum. Si autem non mundus à superbia fuero, eloquia mea placebunt in conspectu hominum, non dei. Si vero mundus fuero, non solum eloquia, sed [ET meditatio cordis mei] erit talis, non vt placeat hominibus, quia iam nulla est superbia: sed [IN conspectu tuo semper] qui intus vides, & conscientiam inspicis. In conspectu tuo dico, ô,

16 Domine adiutor meus: & redemptor meus.

DOMINE] qui es [ADIVTOR] in bonis agendis [MEVS] id est, mēi tendentis ad te [ET] Ex Aug.
hoc inde, quia es [REDEMPTOR meus] à malis, vt tenderem ad te. Caueat ergo quisq; ne sibi conuerti ad te vel peruenire tribuens, repellatur vt superbus.

COLLATIO

In Psalmum decimumoctauum Cæli enarrant gloriam.

3 NON sunt loquelæ neque sermones quorum non audiantur voces eorum] Hic versus atrociter est impetitus à Fabro & suo Cæco. Est (inquiunt) ineptus sermo, nullúsque omnino sensus, nec cunctandum timendúmq; est, in nostris codicibus hunc emendare errorem, vt diuina psalmodia rectè & intelligibiliter, ad eius qui illam inspirat, à modo concinatur honorem. Bona verba quæso, ô egregij viri, præscribite nobis regulam loquendi. Dicendum est (aitis) quibus, vel accommodatius, à quibus non audiantur voces eorum. quia Hieronymus iuxta Hebræos sic reddidit, Quibus non au- Quā ineptierit Fa.
diatur vox eorum. Et quia græcè habetur ὧν enarrans
οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. Vis bone scripturas
Faber intelligendum ἀφ' ὧν, vt tuo stomacho vel hic ar
respondeat à quibus. Ergo est ineptus August. gumento
ergo nullius iudicij per vos, loquatur rectè tan est.
tus doctor, & quas dicitis ineptias eius audiamus, in enarratione eius loci. Quorum, nisi cælorum, qui enarrant gloriam dei? Non sunt loquelæ neque sermones quorum non audiantur voces eorum. Legite actus apostolorum, quomodo veniente super eos spiritu sancto, omnes impleti sunt illo, & loquebantur linguis omnium gentium, sicut spiritus sanctus dabat eis pronunciare. Ecce non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. Sed non ibi tantum vbi impleti sunt, sonuerunt. Hęc diuus August. magnum ecclesię iubar. Quid plura? In Hebr. nullum relatiuum expresse ponitur, adeo vt nōnulli simpliciter verterunt, Nō auditur vox eorum, alij, Vt non audiatur vox eorum, בְּלִי נִשְׁמָע קוֹלָם beli nischma quolam. Solent tamen Heb. passim subaudire relatiuum, qui, quæ, quod, iuxta quod expostulat ratio sententię. Ob idq; potest subintelligi, quorum, aut quibus, vt genitiuus vel ablatiuus referat sermones omnium gentium, per quos vox apostolorum, vbiq; terrarum audita est. In explanatione magistri, accipitur genitiuus loco ablatiui, more græco, ὧν quorū, id est per quos, interprete Augustino.

4 IN omnem terram exiuit sonus eorum] Mūsterus, Directio eorum. Interpretes pro Caietano, Filum eorum. Sanctes, Linea eorum. Pratensis, Cursus eorum. Pellicanus, Regula eorum Heb. קַוָּם quauam. Isti non debuissent reprehendere Apostolum ad Rom. 10. Nam quomo

do credent (ait) nisi mittantur? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, φθόγγος αὐτῶν. Profectò nimis suis versionibus recens natis, derogant prædicationi apostolicæ, quæ toti mundo quodam tonitru statim insonuit. quod & significatum est die sancto pentecostes, in sono illo spiritus sancti aduentum clarissimè testante. Vide si Hieronymus aliud verterit q̃ sonum, vel iuxta Heb. Facis vt nihil tibi credatur in vertendis Hebræis, qui maluisti recedere ab Apostolo, quàm à tuis rabinis qui sine regula fidei interpretantur, regulam, lineam sphærarum, quæ sunt extensæ super literam. hoc est enim iudaizare. Verius dixit Campensis, vniuersam terram, peruagata est doctrina eorum: & alter, oratio eorũ. Hic rectè monuit Eugubinus, non esse alienum sentire LXX, addita vna literula, Nẽpe lamed, legisse pro קַוָּם quauã קוֹלָם quolam. Vel si superposueris ad vau verticem, apicis tractum, habebis קוֹלָם quolam.

Noui interpretes sibi fidem adimunt.

5 IN sole posuit tabernaculum suum. Hebr. לַשֶּׁמֶשׁ שָׂם אֹהֶל בָּהֶם lassemesch sam ohel bahem. Prima particula indiscriminatim potest accipi, in datiuo aut ablatiuo, & vltima reciprocè & relatiuè simpliciter. Inde potest reddi ad hunc modum, Soli posuit tabernaculum in eis, vel in sole posuit tabernaculum suum, quomodo variant translatores. Prior tamen modus difficilioris est intelligentiæ, & si sanæ, quæ eo tendit, vt Christus sol ille habitet in apostolis. Nostra autem clara est ex mente Augustini, vt habes in explanatione. Porrò minus arridet Augustinus Eugubinus, & placet sanctus Aurelius August. Ille enim spernit nostram lectionem, ceu male assutam, vt quæ non superioribus respondeat. Quis enim, ait, est is, qui in sole tabernaculum posuerit, quum neminem ante nisi cælos cõmemorauit. Et miratur, quænam res possit esse, vt ponat tabernaculum in sole. Sed nunquid paulo ante dictũ est, Dies diei eructat verbum? Et illud verbum posuit in sole tabernaculum, vt copiosissimè iuxta ac sapientissimè disserit diuus Augustinus.

11 SVPER aurum & lapidẽ preciosum multum.] In secunda particula quidam vertunt, Aurũ putum, videlicet, obrizon. Heb. paz פָּז quod anceps est ad aurum defœcatum, & lapidem preciosum. Vnde in nostro codice, Hieron. iuxta Heb. habet lapidem preciosum, in exemplari Fabri obrizon: tamen omni ex parte idem est sensus.

12 ETENIM seruus tuus custodit ea] Hier. Docebit ea. Pratensis, Cautus fuit in ipsis. Pellicanus, Cautus erit in eis. Mũsterus, Admonetur per ea. Sanctes, Illustratur in eis. Interpres pro Caietano, Sollicitatus est in eis. Campẽsis, Pro ea docetur. Heb. legitur, נִזְהַר בָּהֶם nizehar bahem. Radix זָהַר autem significat obseruare vel docere. Hinc Ezech. 33. vbi legimus, Et non se obseruauerit, habetur in Heb. eadem particula, quę in pręsenti loco. Tantum monet. quod interpretes & Hiero. vertunt actiuè, alij passiuè iuxta coniugationem hebraicam, quam dicunt niphal. Apparet interpretes & Hieronymum legisse יִזְהַר itzehar, in futuro, quod non frequẽter apud Hebr. loco præsentis sumitur, quanq̃ idem sit intellectus, custoditus est in eis, siue cauit sibi in eis, & custodiuit ea.

13 AB alienis parce seruo tuo] Hiero. A superbis. Consentiunt hebraizantes. Vel ex hoc loco palam fit interpretes legisse זָרִים per res literam, zerim, & non per daleth זֵדִים zedim. Et fluxa est huiusmodi cõmutatio, ob maximam affinitatem duarum literularum, quę paruo apice distinguntur, vt nouerunt etiam abecedarij. Si autem legas per, res, literam, manifestè significat alienos: si per, daleth, superbos aut insolentias. Quatenus vero spectat ad sensum, nulla est discrepantia, quũ per alienos intelligãtur dęmones superbi. à quibus precamur nobis parci, q̃si virtute dei a nobis repelluntur. ac si dicas, Ab alienis parce seruo tuo, cum alijs translatoribus prohibe vel contine seruum tuum. Vel cum Hieronymo, Libera seruum tuum.

Affinitate literarũ significatio nẽ immutari.

XIX. PSALM. TIT.
In finem Psalmus Dauid.

EXAVDIAT te] Titulus [IN FINEM psalmus Dauid] patet. Hic agit Propheta de Christo, quasi de sacerdote imolaturo, & rege pugnaturo, vbi figũra optandi canit Propheta quę ventura sunt Christo, tempore afflictionis eius, quod fuit vsque ad passionẽ: & tempore gaudij, quod fuit post resurrectionem. Intentio. Monet fideles ad idem desiderium. Modus. Bipartitus est psal. Primo, dicit ea quæ tẽpore tribulationis vult Christo fieri. Secũdo, optat & affirmat, quę tempore gloriæ fient. ibi, Tribuat tibi. Optans ergo Christi vocem tãnquam sacerdotis exaudiri, ait, ô Christe,

Ex Aug.

Ex Hier.

EXAVDIAT te dominus in die tribulationis: protegat te nomen dei Iacob.

DOMINVS] pãter [EXAVDIAT te in die tribulationis] qua dixisti, Pater clarifica filium tuum. Exaudiat dico, ita [PROTEGAT te nomen dei] cui studes. Dei dico, [IACOB] id est, iunioris populi. Ideoq; te protegat, quia ad te pertinet populus posterius natus, pro quo pugnas. Hic est populus Christianus. Et,

Ex Aug.

Ioan. 17.

2 Mittat tibi auxilium de sancto: & de Syon tueatur te.

MITTAT tibi auxilium de sancto] id est, auxilietur tibi, faciens tibi sanctificatum corpus. Corpus, id est, ecclesiam [ET de Syon tueatur te] Syon interpretatur specula, vel speculatio, q.d. de Syon ergo tuetur deus Christum, cum ecclesiam quę est corpus eius de alta speculatione tutam facit. Et,

Ex Aug.

5 Memor sit omnis sacrificii tui: & holocaustum tuum pingue fiat.

Ex Aug. MEMOR sit] dominus [OMNIS sacrificij tui] id est, memores nos faciat iniuriarũ omniũ & contumeliarum, quas pro nobis tulisti [ET holocaustum tuum pingue fiat] id est, iocũdum fiat deo, id est, crucem, qua totus oblatus es, conuertat in lætitiam resurrectionis. Aliter totum Exaudiat. Potest enim etiam ecclesiæ conuenire, quod hic optatur. Ex Cass. Prophetã enim ex nimia charitate, optat prospere euenire ecclesiæ: ea, scilicet, quæ per Christum videbat ventura, sic dicens, O ecclesia, Dominus exaudiat te in die tribulationis, quo maiori desiderio deum precamur. ita, Protegat te nomẽ dei Iacob, ita protegat, ita tibi faciat quod Iacob fecit: vt sicut illi, vt tibi gratiam benedictionis det, & prępонat Gen. 27. te Iudæis, sicut illum præposuit maiori fratri Esau, quem electo Iacob reprobauit, ita reprobatis Iudęis, ecclesiã gẽtium elegit. Secũdum illud, Matth 20 Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Et, ô ecclesia, Mittat tibi pater auxilium de sancto, id est, de misso filio. Et de Syon tueatur te, id est de speculatione te mittat, & faciat tutã. &, Memor sit omnis sacrificij tui, ad remunerandũ te. Sacrificium ecclesiæ præuidebat Propheta per spiritum sanctũ, quæ offert, non sacrificium pecudũ, sed corporis & sanguinis Christi. Et holocaustum tuum, vbi intentio amore dei tota incenditur. Pingue fiat, id est iucundum deo.

PARS II διάψαλμα.

4 Tribuat tibi secundum cor tuũ: & omne consiliũ tuum confirmet.

Ex Alcu. TRIBVAT tibi] Secunda pars, vbi optat & affirmat, quæ tempore gloriæ vult fieri Christo. q. d. Exaudiat te & tribuat tibi [SECVNDVM cor tuum] id est, secundum intentionem tuam, Ex Aug. qui scisti, quid valeret passio, non secundũ cor eorum, qui te delere voluerunt. [ET consilium tuum confirmet] id est, compleat, quia omnia alto consilio facit Christus. Et addit [OMNE] scilicet, non solum quo animam posuisti pro vita plurimorum, vt mortificatum granum copiosius surgeret: Rom. 11 sed etiam quo cæcitas ex parte cõtigit in Israel, vt plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.

5 Lætabimur in salutari tuo: & in nomine dei nostri magnificabimur.

LAETABIMVR] q. d. Ideõ hæc oro, ô Ex Aug. Christe, quia lętabimur [IN salutari tuo] id est, in eo quod tibi mors non nocebit, in quo nobis eam nocere non posse facis, & [IN nomine dei Ex Cass. nostri] scilicet Christi [MAGNIficabimur] eiũs & Rem. nomine dicti Christiani. Vel, In nomine dei no- Ex Aug. stri magnificabimur, id est, Cõfessio tui nomi- Ex Cass. nis non perdet, sed magnificabit nos. Dum ait, Lætabimur & magnificabimur, õstendit Propheta se vnum de ecclesia tanto tempore ante Christum.

6 Impleat dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluum fecit dominus Christum suum.

IMPLEAT] q. d. Quid per singula? Impleat [DOMINVS omnes petitiones tuas] Non sõ- Ex gl. int. lum quas in terra fecisti, sed eas etiam quas in Ex Aug. cælo facis, interpellans pro nobis. nec inde dubito, quia iam [NVNC cognoui] tanto ante per prophetiam mihi ostensum est [QVONIAM saluum fecit] id est, faciet [DOMINVS] pater [CHRISTVM suum] id est, quod resuscitabit dominus Christum. Et,

7 Exaudiet illum de cælo sancto suo: in potentatibus salus dexteræ eius.

EXAVDIET illum de cælo sancto suo] Ex Aug. Nõn solũ de terra, vbi petit clarificari: sed etiã in cælo, vbi interpellat pro nobis ad dexteram patris, mittens inde spiritum sanctum super credentes. [IN potentatibus] q. d. exaudiet illum vtiq; in hoc quod in potentatibus nostris est [SALVS dexterę eius] id est, potentatus nostri sunt, salus fauoris eius, id est, nos potentes sumus ex auxilio gratiæ eius, cum etiam de tribulatione dat nobis auxilium, vt quando infirmamur, tũc potẽtes sumus, quia vana est salus hominis, quæ est sinistræ: vnde & superbia nascitur, dum peccantes extollũtur, quia temporaliter salui sunt. De quibus subdit,

8 Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus.

Ex Cass. Hi in curribus] Vel ita, Quia dixerat Christum petere & exaudiri, per quod ostenditur veras homo, vt ipsum quoq; omnipotẽtem deum ostenderet, addit, In potentatibus. q. d. petet & exaudietur vt verus homo, tamen ipse est idem deus omnipotens: quia, Salus est dexteræ eius, id est, in dextera diuinitatis eius salus est, id est, habet in deitate, quod petit ex carne. & hæc salus non est temporalis, nec aliquibus malis afficienda: sed est, In potentatibus, id est, suos facit potẽtes in æternitate. Salus autem sinistræ, sunt Ex Alcu. temporalia, in quibus potentes erunt, non sui. Et hoc est quod subdit, Hi in curribus. q. d. Salus dexterę eius est in potentatibus: sed, Hi, qui Ex Aug. non sunt sui, sunt, In curribus, id est, volubili successione temporalium bonorum trahuntur, & in seculari potentia gaudent [AT hi] sunt [IN equis] id est, superbis honoribus gaudent. Tangit duo genera triumphorum, qui erant apud antiquos, vnus maior, alter minor. Maiõr Ex Cass. triumphus, qui dicebatur Laureatum, in curru fiebat. Minor, q dicebatur Ouatio, fiebat in equo. Et per hæc despicit eos Propheta, qui de Ex Alcu. terrena dignitate præsumunt. [NOS autem] q. d. illi exultant in huiusmodi, Nos autem [IN nomine domini dei nostri inuocabimus] spẽm Ex Aug. figentes in æternis, nec gloriam nostram quęrentes, sed dei.

9 Ipsi obligati sunt & ceciderunt:

nos autem ſurreximus, & erecti ſumus.

Ex Caſſ. IPSI obligati] Hic oſtendit quomodo vana ſit ſalus hominis. q.d. Illi ſunt in curribus & equis, ideo, Ipſi obligati ſunt, terrenis deſiderijs
1. Pet. 2 ſcilicet, cupiditate temporalium, nolentes par-
Ex Augu. cere domino, ne perderent locum & gentem. [ET] irruentes in lapidem offenſionis, & petrã ſcandali [CECIDERVNT] de ſpe cœleſti, in mortẽ cæcitatis, quamuis videantur ſtare recti, quibus cæcitas ex parte facta eſt, dei iuſtitiam ignoran-
Rom. 10 tibus, & ſuã cõſtituere volentibus, [NOS autem] q.d. Iudæi obligati ceciderunt. Nos autem populus gentium, de lapidibus ſuſcitati filij Abrahæ [SVRREXIMVS] à vitijs & morte. Et hoc, nõ viribus noſtris, ſed per fidem iuſtificati, [ERE-
Ex Caſſ. CTI ſumus] ad ſuperna.

10 Domine ſaluum fac regem: & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

DOMINE] Hic eſt cõcluſio pſalmi. Et quia ſic erit. i. quia ſaluo rege ſalui erimus, ergo ô Domine [SALVVM fac regem] Chriſtum, vt qui
Ex Aug. patiendo exemplum præliandi nobis dedit. Offerat & ſacrificia noſtra ſacerdos excitatus à morte, & in cælo conſtitutus. Et eo iam pro nobis offerente, quaſi per eum aduocatum [EXAVDI nos in die qua inuocauerimus te] id eſt, qua verè credimus eum reſurrexiſſe: quia hoc verè eſt inuocare.

COLLATIO
In Pſalmum decimumnonum, Exaudiat te dominus in die tribulationis.

3 HOLOCAVSTVM tuum pingue fiat] Demiror vehementer cur Munſterus, Sanctes, Nebienſis, Pratenſis, & interpretes pro Caietano, voluerint vertere, Holocauſtum tuum incineret, & ſi ſuum habeat ſenſum, quum apud Heb. nemine refragante דִּשֵּׁן daſſen ſignificet vtrũque & pingueſcere, & incinerare, etiam ſi ſit in coniugatione piel nuncupata. Et Lxx, Hieron. Chaldæus, Pellicanus, Campẽſis, acceperũt ſub priori ſignificatu. Si interpretes poſuiſſent, Incineret: vereor certè ne illi vertiſſent pinguefiat, ne dicam quod ſpernant lectionem eccleſiaſticam.

5 IN nomine dei noſtri magnificabimur.] Hieron. Ducemus choros. Alij transferunt, Erigemus vexillum, vel triumphabimus. דָּגַל dagal apud Heb. ſignificat erigere vexillum. Por-
Metatheſis. ro in confeſſo eſt interpretes ſic accepiſſe, vt tranſponerẽtur literæ gadal גָּדַל magnificatus eſt. In futuro נִגְדַּל nigdol, magnificabimur. Nec præterea longe ſunt à ſe, Erigere vexillum, & magnificari ſeu triumphare, ducere choros.

8 NOS autem in nomine dei noſtri inuocabimus.] Heb. nazcir נַזְכִּיר ſonat ad literã recordabimur, ſeu faciemus recordari. Sed interpretes intelligentiam reddiderũt. Nam quo pacto nominis dei recordabimur, niſi idipſum inuocando in tribulationibus? Hinc Nebienſis vertit, Thiera, ponemus.

10 DOMINE ſaluũ fac regem.] In Heb. diſtinctio mẽbri ponitur in verbo fac הוֹשִׁיעָה hoſchia, vt dehinc rex nominandi caſu ordinetur. Lxx ſecus. Sed in Heb. ne protinus colligas, quod ſi membri ſignum ponatur in verbis, debeat & itidem in ipſa fieri ſententia. Nam pſal. 21. Factum eſt cor meum tanquam cæra liqueſcẽs, ponitur in Heb. diſtinctio mẽbri magni ſic, כַּדּוֹנַג נָמֵס caddonag names, & tamen nõ eſt ſuſpendenda lectio in particula cęra, ſed continenter legendum, ſi Hieron. aſſentimur, transferenti, tanquam cęra liquefacta, ob id in præſenti loco, vtraque lectio poteſt habere ſuũ ſenſum & ſuam rationem. At Faber & Cęcus arbitran- Vide lector quo Fab. cũ cęcitate cadat. tur noſtram lectionẽ, eſſe quaſi blaſphemiam, quę videtur innuere prophetã orare pro Chriſto. Domine pater, ſaluũ fac regem, id eſt, Chriſtum. O lepidi homines, quid non reſpicitis initium ipſius pſalmi, Exaudiat te dominus in die tribulationis, protegat te &c. Ergo hic propheta orat deũ patrẽ pro Chriſto. Ignoratis quod huiuſmodi locutiones dicuntur ſæpe per aggratulationem: vel etiam propheticè ponuntur loco futuri, ſicut eſt illud, Iuda, quod facis fac citius. Et id genus ſexcenta. In eo autem quod ſequitur, Et exaudi nos in die &c. Hierony. legit, Exaudies nos. Cæteri, exaudiat nos. Varietas poteſt eſſe in principio particulæ, in qua ſi ſcripſeris תַּעֲנֵנוּ taanenu, vt legit Hierunymus, id eſt, Exaudies nos, vel יַעֲנֵנוּ iaanenu, vt acceperunt iſti. Vel וַעֲנֵנוּ vaanenu, vau pro iod, quod paſſim fit. Et exaudi nos, quomodo legerunt Lxx. Et Nebienſis vertit, Reſpõde nobis. Chaldæus, accipe orationem noſtram. Ad ſenſum vero nihil habet momenti.

XX. PSALM. TIT.
In finem pſalmus Dauid.

DOMINE in virtute tua] Titulus. [IN finem pſalmus Dauid] patet. Iſte eſt ter- Ex Caſſ. tius pſalmus eorum qui de duabus naturis in Chriſto agũt, de qua re præceſſerunt duo ſcilicet, ſecundus & octauus, & ſequuntur adhuc alij quidam de eodem, in quibus omnibus monſtratur vna perſona Chriſti, ſubſiſtens in Neſtoriani perſonã diuidebãt Eutician naturas confundebant. duabus naturis, contra hæreticos, qui vel perſonam diuidunt, vel naturas nefanda coniunctione confundunt. Hic autem Propheta deſcribit Chriſtum cæleſtem regem, verũ deum & hominem, vt auditum credat mundus, quem viſum contempſit Iudæus. Intentio. Monet, vt Chriſtum deum & hominem credamus. Modus. Tripartitus eſt pſalmus. Primo, ſummam proponit, id eſt, ſummatim meritum & præmium. Secundo, virtutes Chriſti, & gloriam deſcribit, ibi, Quoniam præueniſti eum. Tertio, agit de pœnis inimicorum ibi, Inueniatur manus. Quod

autem in præcedēti psalmo orauit de Christo. Hic annunciat ita incipiens, ô,

DOMINE in virtute tua lætabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer.

DOMINE] pater [REX] scilicet, hōmo Christus [LAETABITUR in virtute
Ex Aug. tua] scilicet verbi, id est, in eo quod verbum caro factū est. Quod rectè dicitur virtus tua, quia tibi coomnipotens. Ecce meritum, qūia non
Ex Cass. de se homo Christus præsumpsit: sed verbo o-
Ex Alcu. mnia tribuit. Vndē hoc præmium habuit, quod per eum omnia saluata sunt. Vnde subdit, [ET
Ex Aug. super salutare tuum] id est, supēr hoc quod per eum viuificans omnia [EXVLTABIT vehe-
Ex Cass. menter] vt rēs magna est. Et hoc ideo, quia,

2 Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

DESIDERIUM cordis eius tribuisti ei] scilicet
Ex Hier. cet cōmedere paschā cum discipulis, quod desi
& Aug. derauit, & cum vellet ponere animam, & iterū sumere, & mundum redimere [ET voluntate la
Ex Aug. biorum] id est verborum [EIVS] id est, pēr ver-
& Cass. ba prolata [NON fraudasti eum] Quicquīd
Ioan. 14 enim dixit, factum est. dixit enim, Pacem meam
Ex Cass. relinquo vobis, & factum est. Vērbum quoque eius impletum est, fugando dæmones, sanando infirmos, prædicatio eius quoque recepta est.

PARS II 3 Quoniam præuenisti eum in
διάψαλ-μα. benedictionionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Ex Cass. QVONIAM præuenisti] Secunda pars, vbi virtutes eius & gloriam describit. q.d. vnde hoc ei? Quoniam [PRAEUENISTI eum in benedictio-
Ex Rem. nibus dulcedinis] Bēnedictiones dicit immunitatem peccati, qua Christus donatus est, etiam in conceptione, vt postea ei peccatum non ob-
Ex gl. int. esset. quæ dicitur Dulcedinis, qūia totū ex gratia fuit. Cum ergo alij amaritudine Adæ præueniantur, Eum solum præuenisti in benedictionib⁹ dulcedinis, id est, immunitate peccati, quæ
Ex Aug. est ex gratia: & illi præuēnto immunitate fel peccati nostri non nocuit. [ET posuisti in capite
Ex gl. int. eius coronam de lapide pretioso] id est, faciēs eum regem à simili triumphantis. Vel, Posuisti in capite eius coronā de lapide pretioso, id est,
Ex Aug. īn principio sermonis eius ambierunt eum lapides pretiosi, scilicet apostoli, à quibus exordium prædicationis fieret. Isti sunt duodecim lapides
Ex Greg. pretiosi, in rationali iudicij, qui erant insculpti
in 2. parte nominib⁹ duodecim filiorū Israel, quę summus
curæ pa- sacerdos ingressurus tabernaculū in pectore ge
storalis ca stabat: quia doctor ecclesiasticus vitā sanctorū
pite 2. præcedentium debet inspicere atq; doctrinam: & qui præcipue virtutum operibus floruerint, & doctrina veritatis claruerint, sollicitè scrutari, & hæc cuncta in secreto pectoris colligere, & operis executione prodere. Cōronam vero di Ex Cass.
cit, quia docentem Christum circuitus apostolorum tāquam corona ambibat. Vel ita, Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, id est, prius & plenius in eum munera gratiæ contulisti: In quo omnes viuificantur. cui spiritus non Ex Alcu.
est datus ad mēsuram, & de plenitudine eius nos Ioan. 1
oēs accepimus. Vnde, Propterea vnxit te deus Psal. 44
tuus oleo lætitię præ cōsortibus tuis, In eo enim Coloss. 1
plenitudo diuinitatis corporaliter habitauit vt & 2.
sit ipse primogenitus in multis fratribus, id est, prę cęteris habens spiritum, & prius cęteris resurgens impassibilis & immortalis, quōs post Ex Alcu.
mortis experientiam aptasti ei, quasi capiti coronam. Vnde subdit, Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Qūia totus mundi Ex Cass.
circulus, id est ecclesia generalis eum fide ambit, vt corona caput circundat. Sequitur,

4 Vitam petiit à te, & tribuisti ei: longitudinem dierum in seculum, & in seculum seculi.

VITAM] id est, resurrectionem [PETIIT
à te] dicens, pater clarifica filium tuum. [ET tri Ioan 17
buisti ei.] Ecclesiæ vero suæ petijt, & tu tribuisti ei [LONGITUDINEM dierum in seculum & in seculum seculi] id est, lōnga tempora huius seculi, quæ habet ecclesia. Et deinde æternitatem. Et præterea,

5 Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnū decorem impones super eum.

MAGNA est gloria eius] id est, dābis ei no- Philip. 2
men quod est super omne nomen. Et hoc [IN Ex gl. int.
salutari tuo] id est, īn hoc quod resuscitasti eū. Ex Aug.
quia & si ante habuit nomen dei, tamē in resur- 83 quęst.
rectione innotuit. & tunc dicitur res fieri, quan quęst. 69
do innotescit. Sicut & ipse iam resuscitatus ait, Matt. 28
Data est mihi omnis potestas in cælo & in ter- Ex Aug.
ra [ET] adhuc [IMPONES super eum] id est, ăddes ei [GLORIAM & magnum decorem] cum in cælo ad dextram tuam collocabis eum. Et verè ita erit.

6 Quoniam dabis eum in benedictionibus in seculum seculi: lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

QVONIAM dabis eum in benedictionibus Ex Aug.
in seculum seculi] id est, ĭpse erit in benedictione sine fine: & hæc erit illa benedictio; quia [LAETIFICABIS eum] secundum hominem quem leuauit ad te, vt sit [IN gaudio cum vultu tuo]
id est, cūm pręsentia tua. Vel ita ab illo loco, Ma Ex gl. int.
gna est gloria eius, Christi hominis, In salutari
tuo, id est, ĭn verbo patris. Quę inde est gloria? Ex Cass.
Ecce, Impones super eum, gloriam de iudicio, Ex gl. int.
quia in deitate iudicabit, Et magnum decorem, in maiestate, quæ tunc apparebit. Nota quod hic dicitur Christus in diuinitate iudicaturus, alibi vero in humanitate, vtrūque verum est. In humanitate enim iudicabit, quia forma serui omnib⁹ in iudicio apparebit. In diuinitate vero, quia ex ea potentiam iudicandi habet. Vel, Glo-

Ex Alcu. riam & magnum decorem, id est, glōriosos & de
Actu. 5 coros, vt fuit Petrus, cuius vmbra infirmi sa-
1. Cor. 3 nabantur. Impones super eum, præter quem
non est aliud fundamentum, vt ait Apostolus,
Fundamentum positum est, quod nemo mutare
potest, quod est Christus Iesus. Ideo, Super eũ.
Quoniam dabis eum in benedictionibus in se-
culum seculi, scilicet vt per eum omnes gentes
1. Cor. 15 benedicātur, sicut promisit deus Abrahę, In se-
mine tuo benedicentur omnes gentes. Et, Læti-
Ex Alcu. ficabis eum in gaudio cum vultu tuo, id est, de
hoc quod sui gaudebunt cum tua præsentia,
quando eris omnia in omnibus. Sequitur,

7 Quoniam rex sperat in domino: & in misericordia altissimi non commouebitur.

Ex gl. int. QVONIAM rex] Reddit causam omnium
præcedentium. q.d. merito hęc egi, Quoniam
Ex Aug. rex, scilicet hōmo Christus, non superbit, sed vt
humilis corde [SPERAT in domino, & in mi-
sericordia altissimi] & ideo [NON cōmouebi-
tur] id est, nihil turbabit humilitatē eius, & obe
dientiam vsque ad mortem. Vel sic distingue,
Et in misericordia altissimi non cōmouebitur:
Idem sensus.

PARS III 8 Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

Ex Cass. INVENiatur manus] Tertia pars, vbi agit
& Alcu. Propheta de pœnis inimicorũ Christi, vt supra
agit de laudibus ipsius, & loquitur ad Christũ.
q.d. Et quia talis es, ô rex Christe, Manus tua,
Ex Aug. .i. pōtestas tua, Inueniatur, cum ad iudiciũ vene
ris [OMNibus inimicis tuis] qui eam in humi-
litate tua non cognouerunt, & [DExtera tua]
.i. claritas qua regnas ad dexteram patris, [IN-
ueniat] puniendos in die iudicij, [OMnes qui te
oderunt] quia ipsi nũc nō inuenerunt eam. Vel
ad patrē loquitur, & accipitur partim de præ-
senti in bono, partī de futuro in malo. Et dicit
Ex Cass. manum & dexteram, filiũm. q.d. rex talis est ô pa
ter, Manus tua .i. filius tuus, Inueniatur, per fidē,
Omnibus inimicis tuis, vt credant. Et si cui nō
inuenitur dextera tua .i. ipse filius, Inueniat, in
Ex Hier. die iudicij, Omnes qui te oderunt, puniendos.
Et sic erit, quia,

9 Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.

Ex Aug. PONES eos vt clibanum ignis] ārdentes in-
tus, in conscientia impietatis suæ. Et hoc in tē-
pore vultus tui] .i. in tempore manifestationis
tuę. Deinde personam mutās ostēdit illos etiam
exterius cruciandos subdens, [DOMINus &c.]
q.d. ignis cōscientiæ intus cruciabit eos. Et prę-
terea, Dominus, [IN ira sua] .i. In iudicio futuro
vbi irasci malis videbitur, [CONturbabit eos]
Ex Cass. cum dicet, Ite maledicti in ignem æternum, &
Matth. 25 mox [DEVorabit eos ignis] infernalis, vbi erit
fletus & stridor dentium. Ordō damnationis Ex Aug.
ostenditur, quia post accusationem cōscientiæ
conturbati vindicta dei deuorabuntur igne ęter
no. Vnde propheta Sophonias ait, A prima por Sophon.
ta erit clamor, & à secunda vlulatus. q.d. Duæ Ex Hier.
portæ sunt visus & auditus. à prima ergo porta, in cōmēt.
quæ est visus, erit clamor, cũ impij viderint o- Sopho.
mnia mala sua proprijs cōscientijs accusantib⁹
eos. Vnde, Ecce homo, & omnia opera eius co-
ram eo. A secunda vero porta .i. ab auditu, erit
vlulatus .i. dolor vehemēs cum in vltimo hanc
damnationis sententiam audierint, scilicet, Ite
maledicti &c. Et,

10 Fructum eorũ de terra perdes: & semen eorum à filiis hominum.

FRVCTVM eorum] quia de terra est .i. terre- Ex Aug.
nus. [DE terra] viuentium [PERDES] .i. non
erit eis fructus beatitudinis in terra viuentiũ, Ex Alcu.
quia terrena amauerunt, [ET semen eorum] id
est, opera vel illos quos seduxerunt [PERDES Ex Aug.
à filijs hominum] id est, non deputabis inter hę
redes regni. Hæc autem pœna ideo erit illis,

11 Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia quæ nō potuerunt stabilire.

QVONIAM mala] quæ sibi imminere à Ro Ex Aug.
manis te regnante putabant [DEclinauerunt]
id est, retorserunt [IN te] occidendum. Vel, Ma Ex gl. int.
la, quæ in eis sunt, Declinauerũt in te, id est, im
posuerunt, tibi dicentes, Dęmonium habes. Et Ioan. 7. 11
huiusmodi. [ET cogitauerũt consilia] hęc .s. Ex- & 12.
pedit vt vnus moriatur pro populo, & ne mun-
dus post eum abiret. quę tamen omnia perierũt. Ex Aug.
Vnde subdit, [QVAE non potuerunt stabilire]
iuxta voluntatem suam, nēscietes quid dicerēt.
Verũ quidam dicebant, sed non intelligebant.

12 Quoniam pones eos dorsum in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

QVONIAM pones eos.] Postquā dixit de Ex Alcu.
pœna eorum futura, dicit de præsenti, quæ est
causa futuræ, q.d. Ideo hæc eis erunt in futuro,
quoniam in præsenti, Pones eos dorsum, id est,
ordinabis eos in his excæcatis, à quibus postpo Ex Aug.
sitis & contemptis auerteris. Et [IN reliquijs
tuis] id est, in his quę relinquis, & reprobas .i. in
cupiditatib⁹ regni terreni, quas nō amas [PRAE
parabis] tibi ad passionem [VVLtum] id est, im
pudentiam [EORVM] dum propter retinendi
regni cupiditatem Christum occiderunt, quod
patienter sustinuit, pro salute nostra vt dispositum
cum erat. Vel ita. q.d. Quiā hęc Iudæi faciunt, Ex Alcu.
Pones eos dorsum, id est, repelles eos à te, In re-
liquijs tuis. Et quoniā pones eos dorsum, id est,
quia hi repellentur à te, In reliquijs tuis, idest, in
his quos tibi relinquis de gentibus assumēdos,
Præparabis vultum eorum, id est, cognitionem
tui. Vultum dico, eorum, id est, qui deberet esse
eorum, quia eis credita fuerunt eloquia legis & Rom. 3
prophetarum: & ad eos venit Christus. Vel dor Matth. 15
sum sunt Iudæi, qui terrena non cælestia con-

templantur.Et est ideo hoc eis in futuro, Quoniam pones eos dorsum.i. permittes eos curua-
Ex Cass. ri vsque ad terrena, quæ retro sunt. Et vultū, id est malam intentionem eorum, Præparabis in reliquijs tuis, id est, paras ad passionem tuā, vt cum putarent occidere, salus mundi fieret. Parauit ergo Christus intentionem eorum, bonū de ea disponendo.

13 Exaltare domine in virtute tua: cantabimus, & psallemus virtutes tuas.

EXALTARE] Conclusio psalmi. q.d. Illi ita cogitauerunt, sed tu, [DOMINE] quē humilē non cognouerūt. Exaltare, id est, in gloria resur-
Ex Aug. ge. Et hoc [IN virtute tua] hūmilitatis, quā infirmitatem putauerūt. [ET] nos [CANtabimus & psallemus virtutes tuas] id est, corde & opere celebrabimus, & nota faciemus mirabilia tua.

COLLATIO
In Psalmum Vicesimum, Domine in virtute tua lætabitur rex.

2 ET voluntate labiorum eius non fraudasti eum] Et ad eundem modum vertit Hiero. Alij vero transferunt, Probationem labiorum eius non prohibuisti, seu non negasti. Vocabulū hebraicū hic positum אֲרֶשֶׁת in nullo alio loco scripturę inuenitur. Ob id satius fuisset, istos hebraizantes sequi Lxx & Hieron. in significātia illius vocabuli, quàm Iudæos, & si eodē conspirent, voluntas labiorum, & eorum prolatio libera. Et certè non incongruit, quin Lxx & Hierony. legerint אֶרְשׁוּת aressuth pro aresseth, vt aleph à principio sit adiectitia, quia ressuth apud Heb. significat facultatem liberam. quod mirè quadrat prædicationi Christi, quę liberrima fuit, citra vllam personarum acceptionem.

12 QVONIAM pones eos dorsum.] Mūsterus, Nebiensis, Pratensis, & Cāpensis, Pones eos ad partem. Hieronymus, Sāctes, Pellicanus, interpretes pro Caietano, humerum seu dorsum.
Heb. vox. Quū igitur Heb. vtranq; habeat significātiam, nempe שְׁכֶם scheehem, cur pugnant nulla ratione contra editionem vulgatam? Certe si vertissent interpretes, Pones eos ad partem, expectandum forte erat, vt antiqui traducerent, Pones eos dorsum. Tanta est contradicēdi libido. Persuadere tamen mihi volo quòd id fecerunt non damnandi studio, sed varietatis decore.

IN reliquijs tuis præparabis vultū eorum] Hieronymus, Nebiensis, Sanctes, interprete pro Caietano, pro reliquijs posuit funes. Mūsterus, Pratensis, Pellicanus, paraphrasis Campensis, accipiūt neruum arcus seu balistæ. Verum particula hebraica tria potissime significat יֶתֶר iether, quandoque residuum seu reliquias, quo modo acceperunt Lxx. interdum funem, vt intelligit Hieronymus. Tertio neruum, vt volūt, qui ita vertunt. Et hęc triplex significatio, facile potest adaptari ad insinuandam Iudęorum obstinatorum perditionem, secundum expositionem diui Augustini.

XXI. PSALM. TIT.
In finem Psalmus Dauid, pro assumptione vel susceptione matutina seu pro cerua matutina.

DEVS deus meus respice in me] Titulus. [IN finem psalmus Dauid pro assumptione vel susceptione matutina seu pro cerua matutina] Psalmus iste primus eo- Ex Cass.
rum est, qui principaliter & latè agunt de passione Christi. Et cūm iste psalmus sufficeret in Ex Alcu.
testimonium dominicæ passionis, ne qua sit alicui excusatio, ne qua ambiguitas: sequuntur & alij quatuor, de eadem re aperte scripti, scilicet, trigesimusquartus & quinquagesimusquartus: sexagesimusoctauus, centesimusoctauus. Quorum omnium talis est forma. Quia à gemitu & operatione incipiunt, & in salute hominum terminantur: ne audita passione fideles desperent, sed ea ea veram salutem esse credant, in titulo tamen nō fit mentio de passione, sed de resurrectione cum ait, [PRO assumptione vel suscep- Ex Cass.
tione matutina] sed per id quōd sequitur, id per assumptionem, notatur quod præcedit, id est passio, vt cum dicitur aliquis manumissus, intelligitur fuisse seruus: ita etiam cum dicitur Christus resurrexisse, intelligitur mortuus fuisse. Ex Aug.
Assumptio autē vel susceptio matutina dicitur resurrectio Christi, quę mane facta est, cū adhuc tenebræ essent, quādo humana natura in gloria assumpta est. Et hæc dicitur à similitudine solis, Ex Alcu.
qui paulatim ascendēdo assumitur, donec vbiq; clarescat. sic Christus de passione ad resurrectionem, inde in cælum ad dexteram patris ascendit. Vnde misso in apostolos spiritu sancto, mūdum fidei radijs illustrauit. Et quia hic principaliter agitur de passione in qua Christus orauit pro resurrectione, bene nō de assumptione, sed pro assumptione dicit. Et est sensus tituli talis [PSALMVS] iste, tendens [IN FINEM] id est, in Christum, de cuius passione agit, est [DAVID] id est Christi, qui hic loquitur in persona sua, vel sub persona veteris hominis, id est Ex Aug.
ecclesiæ, quæ vetus est in culpa & in pœna. Ve- 4. de trin.
tustas nanque nostra in duobus consistit, in pœ- ca. 3. & 6.
na, scilicet, & in culpa: quę duo Christus in nobis consumpsit, per suam simplam vetustatem, vnde & vna die & duabus noctibus iacuit in sepulchro, significans se sua simplici vetustate, nostram geminam consumere. Nam vt ait Aposto- Rom. 6
lus, Vetus homo noster confixus est cruci cum illo. Vnde Osee propheta, Ero mors tua ô mors. Ezech. 13
Christi dico, orantis [PRO assumptione matutina] id est, agentis de passione, vbi orat pro resurrectione mane facta. Hic ergo oratur assum- Ex Cass.
ptio Christi. i. resurrectio pro qua præmittitur passio, ita expresse exposita, quasi sit historia euangelica, nō prophetia. & merito ita diligenter narratur, quia ipsa passio salus est mundi. Alij autem habent [PRO CERVA matutina] quod idem est secundum aliam similitudinem.

Ex Alcu. Cerua enim est humana Christi natura, quæ lutum & spinas, scilicet peccatorum transilijt, & mane in gloria resurrectionis, quasi in altum est assumpta. Intentione nos monet cō- Ex Caſs. pati Christo, vt corregnemus. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo præmittitur cōquestio de derelictione, necnon & oratio, sicut in omnibus psalmis de passione. Secundo, describitur passio, vbi & oratur resurrectio. ibi, Circundederunt &c. Tertio fructus & vtilitas passio- Ex Aug. nis ostenditur. ibi, Narrabo &c. Christus ergo sub persona veteris hominis, pœnę & culpę expositi, clamat,

D EVS deus meus respice in me, quare me dereliquisti longe à salute mea: verba delictorum meorum.

Ex Alcu. DEVS deus meus] Deus, gēminat ex affectu. Vel, Deus, omnium per potentiam creationis, qui es deus meus proprie per cultum [RESPICE in me] Hoc nō est in Heb. sed additum est à Lxx interpretibus, magis sensum quàm verba sequentibus. Respice, dico, & necesse est, quia [DERELIQUISTI me] id est, pœnę & culpę me exposuisti. Et hoc [QVARE?] secundum Heb. ita iunge literam, Deus deus meus quare dereliqui- Ex Aug. sti me? Mirū est quomodo Christus dicit, Dereliquisti me, cum & deus esset cum eo. Non enim deus dereliquerat illum, cum esset verbum dei deus, sed pro nobis hoc dicit, qui in eo sumus vnum vt membra, & sumus corpus eius. Corpus enim Christi est ecclesia, pro qua Ioan.1 hoc dicit, pro qua & verbum caro factum est, & habitauit in nobis [LONGE] Hic est solutio, Psal.118 q.d. Ecce quare. ideo scilicet quia longe es [A salute mea] scilicet mei veteris hominis. Quia lōge est à peccatoribus salus. Et hæc [VERBA] .s. Dereliquisti me, &, Longe, & Quare, non sunt iustitiæ, sed [DELICTORUM meorū] id est, ostendunt me non esse iustum, sed peccatorem. Vel sub vna distinctione, Longe à salute mea sunt verba delictorum meorum, id est, verba mea, dicit Christus in persona veteris hominis, quę stulta sunt & delicta, sunt causa quare tu longe es à salute mea.

2 Deus meus clamabo per diem & non exaudies: & nocte, & nō ad insipientiam mihi.

Ex Aug. DEVS meus] Itē hōc Christus ex persona veteris hominis. q.d. ita longe sunt à salute, quòd [CLAMABO] ad te ô tu qui es [DEVS meus per diem] .i. in prosperis, vt nō abeant: [ET nocte] .i. in tribulatione vt abeat [ET non exaudies] me clamantē sic, quia verbis delictorū clamo. Quo- 1.Pet.2 modo hoc dicit qui peccatū nō fecit, neq; inuētus est dolus in ore ei⁹? sed de nobis corpore suo dicit hoc. s. de me, de te, de illo. corporis enim sui .i. ecclesię gerebat personam. Sicut & alibi, cum Matth.26 dixit, Trāseat à me calix iste, pro nobis loquitur. Nisi forte putetur timuisse mori, id est, timore mortis suæ illud dixisse. Sēd non verè timebat Ex Aug. deus pati, tertia die resurrecturus, cum arderet Paulus dissolui, & esse cum Christo. Non est enim fortior miles quàm imperator, sufficit seruo, vt sit sicut dominus eius. Miles ergo coronandus, gaudet mori: & dominus coronaturus timet mortem. Sed infirmitatē nostram repręsentans, pro suis infirmis qui timent mori hæc dixit, Illorum vox erat. Sic & hic vox membrorum est, nō capitis, Clamabo per diem, & nocte, & non exaudies. Multi enim clamant in tribulatione & nō exaudiuntur. Sed animaduertendum diligenter, quod August. hic videtur dicere Christum nō veram tristitiam vel timorē habuisse: cum ipse idem alibi dicat Christum sic veram tristitiam vel timorem assumpsisse, vt verā carnem. & euangelium quoq; dicit, Cœpit Iesus pauere & tedere. Distingat ergo lector quomodo vtrunq; dictum sit. Et vtrunque verum esse intelligat. Vere enim mortem non timuit, id est necessitate conditionis illi defectui non subiacuit: quia sine vitio & peccato erat, & tamen verum timorem atque tristitiam in se suscepit, quomodo veram carnem, sed sola voluntate miserationis, non necessitate conditionis. Verū itaque timorem mortis habens, illud dixit, Trāseat à me calix iste: sed maxime ꝓ infirmis membris. Ita & hic ex membrorum persona dicit se nō exaudiendum. Sed hoc ad salutem, nō ad insipientiam est. vnde subdit, [ET nō ad insipientiam] q.d. clamaui in prosperis & aduersis, & non sum exauditus. Et de vtroque, Non est mihi ad insipientiam, sed ad sapientiam. s. vt sapiam, quid clamandum sit & quomodo. s. non verbis delictorum, & ex desiderio temporalis vitæ, sed verbis cōuersionis ad te pro vita ęterna. Per hoc ergo intelligo quod nō audit deus ad voluntatē, sed ad salutem; sicut medicus non agit ad voluntatem ægri, sed ad sanitatem.

psal. 93. in versiculū illū, Quousq; iustitia &c.

Matt. 26

Ex Aug.

3 Tu autem in sancto habitas: laus Israel.

TV autem] q.d. clamabo ad te & die & nocte, nec exaudior. Quarē autē hoc fiat, tui intel- Ex Aug. ligunt: quia [TV autem habitas in sancto] .i. in sanctificatis à te. Et ideo nō audis verba delictorum, sed clamantes verbis vitæ æternę. s. quos facis intelligere quod ad salutem sanctos inter- 2.Cor.12 dum non audis, vt Paulum: & ad damnationē, Matth.8 malos aliquando audis, vt fecisti dæmonibus, concedens intrare porcos, vel tentare Iob. Tu, dico, qui es [LAVS Israel] .i. videntis te, nō eius qui se voluit abscondere à conspectu tuo.

4 In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos. Ex gl. int.

IN te sperauerunt] Loquitur adhuc Christus ex persona veteris hominis. q.d. me non audisti, sed præcedentes patres audisti, & liberasti, Quare ergo non audis, & me, vel nos? q.d. mirum est. Et hoc est quod ait, In te sperauerunt, Ex Aug. [PATRES nostri] antiqui. s. iusti [SPERAVERŪT] q.d. ex spe est liberatio [ET liberasti eos] Exod. 14 vt populum Israel, de AEgypto & camino tres Dan. 3. 6. & 13 pueros, & Danielēm de lacu leonū, & Susannā

Ex Aug. de falſo crimine & huiuſmodi. Quare ergo ſimiliter & nos nō liberas? Sciant omnes ad Chriſtum venientes, hoc ideo fieri, quia in tribulatione Chriſtianus probatur, ſi non derelinquit deum ſuum. Fornax enim paleas in cinerem vertit, auro ſordes tollit; ita illi in quibus habitat deus, in tribulatione meliores fiunt, tāquam aurum probati. Nouit ergo quid agat qui nos fecit, nouit & reficere nos bonus ſtructor, qui ædificat domum. Et ſi quid ceciderit, nouit reſarcire. Sequitur,

5 Ad te clamauerunt & ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt, & non ſunt confuſi.

Ex Augu. AD te] etiam clamauerūt] nō vtique verbis delictorum, à quibus longe eſt ſalus [ET ſalui facti ſunt] ſtatim, nō dico in futuro. Et repe- Ex Caſſ. tit [IN te ſperauerunt] Attende quod magnus decor locutionis eſt, dum iterat, Sperauerūt [ET Ex Aug. non ſunt confuſi] de præmio, quia non in ſe ſibi ſpes fuit, ſed in te.

6 Ego autem ſum vermis & nō homo: opprobrium hominum & abiectio plebis.

Ex Aug. EGO autem] Hūcuſque locutus eſt Chriſtus, in perſona veteris hominis. Hic iam proprie Chriſtus in ſua perſona loquitur. q. d. Patres liberaſti, & non eccleſiam, quod mirum eſt. Et non tantum hoc eſt mirum, ſed etiam quod de me feciſti: me enim qui maior ſum omnibus abiectiorem alijs feciſti. Excellentiam ſuam notat, dum ait, Ego autē [SVM vermis & non homo] Abiectionem, cum dicit, [OPPROBRIUM hominum] Et hoc eſt, Ego autem ſum vermis, quia ſine virili ſemine natus ſum de virgine, vt eſſem vltra homines in honore. Vnde ſubdit, Et non homo, tātum, quia etiam deus ſum. Ideo cum dixiſſet, Vermis, addit, Et non homo, vt diſtinctionem notaret, quia eſt & homo vermis, vt Adam, qui non de ſemine viri fuit, & homo tantum: ſed Chriſtus eſt vermis & non homo, quia erat verbum in principio apud deum. Vel, Ex Caſſ. Non homo, id eſt, peccator. Et cūm ſim talis & tantus, ego qui maior ſum omnibus, cum eſſem in hac dignitate, etiam factus ſum, Opprobriū hominum, in ſputis & colaphis [AT abiectio Ex Caſſ. plebis] dūm pro eo elegerunt Barrabam. Eccē Ex gl. int. quanta patitur Chriſtus, cū patres liberati fue- Ex Aug. runt. Ideō vero de ſe abiecto dicit, vt vel ſic ſuperbia hominis deum humilem imitetur. Vel in perſona Chriſti omnia ſuperiora poſſunt accipi, qui veram humanitatis naturam exprimens ait, Deus deus meus, hæc ſunt verba quæ clamauit in cruce pendens, Heli heli, quare me dereliquiſti, hoc eſt quod ibi dixit, lamazabathani. Quando hęc vero in cruce dixit, pſalmum iſtū de ſe ſcriptū indicauit. Lōge à ſalute. q. d. Ecce quare, quia Verba, id eſt, poſtulatio, Delictorū meorum, id eſt, membrorū meorum delicta, po- Ex Caſſ. ſtulantia mortem meam ſine qua non eſt ſalus, Ex gl. int. ſunt, Longe à ſalute mea, corporali. i. ſūnt cauſa & Alcu. quare patior, quia ſic. i. per paſſionem ſunt tollenda delicta meorum. Et nota quia noſtra delicta dicit ſua. Sūa ea fecit non ad habendū, ſed Ex Aug. ad delēdum, vt ſuam iuſtitiam faceret noſtram. Ita longe ſunt, quod Clamabo ad te. q. d. tu es Ex Caſſ. deus meus, Per diem, quia nullæ in eo tenebræ erant. Et nocte. i. in tribulatione, in qua clamantes ſolent exaudiri. Et, tamē, Non exaudies me quin ſinas crucifigi. Non enim exauditus eſt Chriſtus ad ſalutem corporalem. Attende diligenter quod dicit hic Chriſtum nō fuiſſe exauditum, cūi cōcordat illud quod in euāgelio ipſe 3. ſenten- Chriſtus dicit, Tranſeat à me ſi fieri poteſt ca- tiarū diſt. lix iſte: veruntamen non fiat voluntas mea, ſed 17 tua. Ex his enim videtur Chriſtus petiſſe & voluiſſe quod nō obtinuit. Sed his cōtraria videntur, quæ in alio pſalmo dicuntur, Deſideriū cordis eius tribuiſti ei: & voluntates labiorū eius nō fraudaſti eum. Et alibi, Impleat dominus omnes petitiones tuas. Sciēdum igitur iuxta duas naturas, diuerſas fuiſſe voluntates in Chriſto. Aliud enim volebat voluntate diuinitatis, cui per omnia rationis affectus concordabat. Aliud affectu ſenſualitatis. Voluntate nanque diuinitatis & rationis volebat mori pro ſalute hominis: affectu ſenſualitatis nō volebat. Vtrūq; tamen bonū erat, ſed alterū melius. ſ. vt moreretur. Ideoq; illud effectui mācipauit. Nec tamē dicēdū eſt in Chriſto ſpiritū concupiſſe contra carnem, vel carnem contra ſpiritum, ſiue contra deum, quia volūtas dei erat vt ſecundū carnem illud vellet ac peteret, vt veritas humanitatis in eo expri- 3. ſent. di- meretur. Hoc ergo attendētes dicimus Chriſtū ſtin. 17. aliquid voluiſſe & petiſſe iuxta affectū carnis quod nō obtinuit: quia nec ſecūdum voluntatē deitatis & rationis id obtinere voluit. Quare ergo petiit, vt tibi formam in tribulatione clamandi ad deū daret, & tuā diuinę ſubiiciēdi voluntatē. Quęcunq; enim ſecūdum diuinitatem & rationē voluit, facta ſunt. Quia ergo hic ſecundum affectū ſenſualitatis, pro tēporali ſalute clamauit, quam nō obtinuit, bene ait, Clamabo & non exaudies. & hoc, Non erit ad inſipiētiam mihi. Sēd vt ſapiēter meo ſanguine genus Ex Caſſ. humanū liberetur. Nūllus enim fuit cōuenien- Ex Aug. tior modus noſtræ liberationis, vt homo qui per 13. de triſuperbiam cecidit, per humilitatē reſurgat. Tu nit. ca. 10 autē. q. d. dico, Nō exaudies, ſed quamuis nō audis, tamen tu, Habitas in me ſancto. qūia deus e- Ex Caſſ. rat in Chriſto mundū ſibi recōcilians. Tu dico, & Alcui. Laus Iſrael. i. qui laudas te vidētem. In te ſperauerūt. q. d. dico in me ſancto habitas, & ita mirū, quia patres liberaſti antiquos, me autē non. ſed, Sum vermis, & opprobriū. & hoc eſt quod ait, Ex gl. int. In te ſperau. dicit Chriſtus, patres noſtri qui mi- & Caſſ. nores erant quā ego qui fuerunt patres mei ſecūdum carnē, Sperauerūt & lib. eos, hoc nō mutatur. Ad te etiā Clamauerūt & ſal. fact. ſunt: in te ſper. & nō ſunt conf. hęc ſicut prius intellige. Ego autē ſum &c. q. d. illos liberaſti, ego autem ſum vermis & nō homo. i. itā viliter cōculcatus Ex Caſſ. ac ſi eſſē vermis, & nō homo. Vel, Ego ſum vermis, quia mōrtalis, & de carne ſine coitu & cō- Ex Aug. cupiſcentia natus. vt vermis de terra, & humilis & Caſſ. & vilis, ac ſilētio repens. Et tamen, Nō ſum homo tantū, quia etiā deus. Et ſum, Oppr. ho. &c.

7 Omnes videntes me, deriserunt me: locuti sunt labiis & mouerunt caput.

Ex Cass. OMNES] mali. s. [VIDENTES me] huiusmodi [DERISERUNT me, & locuti sunt labijs] nõn Ex Aug. corde tantum, dicentes, Si filius dei est, descen- Matt. 27 dat de cruce, & credimus ei. [ET mouerunt caput] irridentes vel quasi minantes, non iudi- Ex Cass. cio agentes, & ironice dicentes,

8 Sperauit in domino eripiat eũ: saluum faciat eum quoniam vult eum.

Ex gl. int. SPERAVIT in domino] vt ait, [ERIPIAT eum] de manibus nostris. Vel si non eripit: [SALVUM faciat] id est, resuscitet [EVM quoniam Ex Cass. vult eum] vt ait. Hęc est ironia Iudęorum. Ecce quasi historialis narratio, non prophetia, nequa sit excusatio, nequa ambiguitas,

9 Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meæ: in te proiectus sum ex vtero.

QVONIAM tu es] causam opprobriorũ hic Ex Aug. ostendit. q. d. Ideo hæc dicunt, Quoniam tu es [QVI abstraxisti me de vẽtre] id est, quia homo factus sum, tui operatione. Nam in verbũ quod est in principio apud deum, talia non dicerent. Verbum enim illud per quod facta sunt omnia, non extractum est de ventre, nisi quia verbũ caro factũ est. [ET tu es spes mea] Vel, Deus meus. Alia litera. Et hoc [AB vberibus matris meæ] id est, secundum humanitatem, secundũ quam suxit vbera matris. Ab vberibus ergo est spes & deus meus, qui ante secula es pater meus secundum diuinitatem. Et [IN te proiectus] vel iactatus [SVM ex vtero] vt tu solus esses spes mea, qui iã homo, iã infirmus sum, & tu es deus meus.

10 De vẽtre matris meę deus meus es tu: ne discesseris à me.

DE ventre matris meæ &c.] i. secundum id quod à matre habeo, nõ secundum id quod de te Ex Aug. habeo. Nãm de te es pater meus, sed de matre es deus meus. i. creator secundũ quod homo sum: sed secundũ quod sum deus, à te sum genitus. Et ideo, [NE discesseris à me] Vel ita, & mutatur Ex Cass. ordo literę sic. Ipsi ita mihi faciũt: sed, Tu ne discesseris à me, quia iã cœpisti mecũ esse. Et hoc est quod ait, Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre matris meę, non vir, quia tua virtute nõ opere viri clauso vtero natus sum. Hoc dicit ne dubitetur virginis partus. Virtute enim dei totum factum est. Et tu es spes mea ab vtero matris meæ. Vera humanitas in Christo, & magna perfectio hic notatur. ab vbere enim fecit, quod vix facit aliquis iam maturus, & In te proiectus sum ex vtero, non in peccato hominis. alij enim in peccato Adæ proiiciuntur, ex quo rei sunt. Ego vero proiectus sum in te, vt in te solo sperarem: & non tantum ab vberibus es spes mea, sed etiam, Tu es deus meus de vẽtre matris meę, quasi dicat, nec cõceptio sine deo facta est, nec in peccato conceptus sum vt homo, sed de spiritu sancto conceptus sum & natus. Vnde Angelus ad Mariam ait, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Vel ita, Quoniam tu es, & legitur allegoricè, vbi per matrem intelligitur synagoga, quasi dicat, Ideo hæc mihi faciunt, Quoniam tu es qui abstraxisti me de ventre. Nõn solum de illo vir- Ex Aug. ginali ventre, quæ lex nascendi est omnibus: sed & de tenebris synagogæ quibus obtegitur, & nondum in lucem Christi natus est, quisquis in legalibus obseruationibus sabbati, & circuncisionis, cæterorúmque cõfidit. Et tu es spes mea Vel, Deus meus ab vberibus matris meę, non ex quo vberibus virginis lactari cœpi, quia & antea sed ab vberibus synagogæ, à quibus sicut de vẽtre vt ante dixi, extraxisti me, ne scilicet carnalem consuetudinem sugerem. Et in te proiectꝰ sum ex vtero synagogæ, cuius vterus, id est, Scribæ & Pharisæi, me non pertulit, sed iactauit. Nec fecit eius vẽter vt sicut paruulus essem tui oblitus: sed, Tu es, id est fuisti, Deus meus de vtero matris meæ, synagogæ: ergo, Ne discesseris à me. Terminat conquestionem in oratione, & causam supponit.

11 Quoniam tribulatio proxima est: & non est qui adiuuet.

QVONIAM tribulatio proxima est] in cõrpore meo. Vel, Proxima est, secundum tempus, Ex Aug. quia imminet. Et item ideo [QVONIAM non est] alius [QVI adiuuet] si tu non adiuuas.

12 Cirundederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me. PARS II

CIRcundederunt me] Sẽcunda pars, vbi de- Ex Cass. scribitur Christi passio, quam terminat oratio, & ad conuincendos Iudæos refert futura quasi pręterita. q. d. tribulatio proxima est. Nam Circundederunt me, cõsilis, vel cum gladijs & fustibus [VITULI multi] id est, mũltitudo lu- Ex Aug. xuriãtis populi, qũi erãt sine iugo dei. Et [TAVRI pingues] i. principes superbi, de pinguedine Ex Cass. ferociores [OBSEDERUNT me] à simili, quasi castrum, ne euaderem. Et,

13 Aperuerunt super me os suum: sicut leo rapiens & rugiens.

APERVERVNT super me] vt fẽræ, volen- Ex Cass. tes me deglutire [OS suum] scilicet nõn à sapiẽ- Ex Aug. tia dei, sed sua cogitatione scelerata reseratum. Ipsi dico existentes [SICVT leo rapiens] in cõprehensione [ET rugiens] Quando dixerunt, Crucifige, crucifige. Fuit enim quasi leonis rapina, quãdo apprehẽsus sum: & rugitus, cũ clamauerunt, Crucifige, crucifige. Cõfer verba, & redde singula singulis. Vt lẽo rapiens, circundede- Ex Cass. runt: vt rugiens, os aperuerunt. Sequitur,

14 Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea.

SICVT] q. d. obsederũt & circũdederunt me, & etiã occiderunt me, & tam viliter, quod [EFFusus sum sicut aqua] id est, occisus sum ab eis,

Ex gl.int. ita viliter, vt aqua effunditur. Nõn sint causa aquæ effusione vtitur, in cõparatione suæ mor

Ex Aug. tis. Aqua enim quãdo funditur, tria facit. s. abluit, & irrigat, & lapsum facit pedibus: ita effuso Christo, ablutę sunt vitiorum sordes, & ad germinandum rigatæ sunt virtutibus mentes, & etiam lapsi sunt persecutores, quia pro peccato necis Christi interius exteriusq; puniuntur, sicut Iudæi. [ET] prę timore passionis [DISPERSA sunt omnia ossa mea] .i. dispersi sunt discipu

Ex Aug. & Hiero. Psal. 87 li mei, qui erant futuri firmamẽta corporis mei, id est, ecclesiæ, quia relicto eo fugerunt. Vnde alibi, Elongasti à me amicum. Et ideo discipuli fugerunt, quia,

15 Factũ est cor meũ tanquã cæra liquescens: in medio ventris mei.

COR meum factum tanquam cęra liquescẽs, in medio ventris mei] id est, doctrina mea qua eos cõfirmaueram, admota passione quasi igne

Ex Alcu. euanuit, & infirmis excidit, qui per ventrem significantur. Et etiam ideo, quia,

16 Aruit tanquã testa virtus mea: & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me.

VIRTVS mea] prius probata miraculis [ARVIT] id est, viluit [TANquam testa, quæ est

Ex Alcu. quiddam vilissimum. Aruit virtus ideo [ET] .i. quia, [LINgua mea adhęsit faucibus] id est, non respondi eis verbum. Vnde, Tanquam ouis du-

Esa. 53 ctus est ad occisionem, & tãquam agnus coram tondẽte se obmutuit. Et ideo etiam, Aruit, quia [IN eduxisti me] secundum opinionem Iudęorũ,

Ex Hier. [IN puluerem mortis] scilicet, in quẽm redigũtur mortui. Et hoc totum inde processit,

17 Quoniam circundederũt me canes multi: consilium malignantium obsedit me.

QVONIAM circunderunt me canes multi] Vel ita ab illo loco, Sicut aqua effusa sunt. Alia litera. Et notatur hic magnũ sacramẽtum, dum

Ex Cass. ait, Sicut aqua. s. ablutio peccatorũ. Et hæc facta est, quia apostoli per mundum dispersi sunt ad prædicandũ, qui intelliguntur per ossa, qui etiã ipsi effusi dicũtur, vt aqua abluens & rigãs. q. d. Circundederunt me, & etiam occiderunt: & me passo, Omnia ossa mea. i. firmi mei apostoli, scilicet, Dispersa sunt. i. missi sunt ad prædicandum

Ex Aug. Matth. 10 vbiq; à domino, dicẽte illis, Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Et illa ossa ef-

Ex Cass. fusa sunt sicut aqua, quia apostoli abluerunt sordes vitiorũ, & rigauerũt mentes, vt aqua abluit & rigat. Et per eos, Cor meũ factum est tãquam &c. i. secretum scripturę elicuit. Quia scriptura

Ex Hier. Augu. & Cassiod. .i. sapientia & voluntas Christi, quę erat in scripturis clausa, crucifixo domino liquefacta est vt cęra: adeo, vt omnes infirmi intelligerẽt. Vnde subdit, In medio ventris mei. Venter qui mollis est pars corporis, infirmos in ecclesia significat. Quibus etiã manifestata est sapiẽtia Christi & volũtas. Vel, In medio vẽtris mei. i. in memo

ria ecclesiæ. Sicut enim venter escas recipit, ita Ex Aug. memoria rerũ tenet notitias. Et bene legis mysteria cõparat cæræ, quæ tũc lucẽ reddit, cũ calore dissoluitur: ita passionis Christi igne admoto, scripturarũ mysteria patefacta sunt, vt omnibus in ecclesia illucescerẽt. Et pro eo velũ tẽpli scissum est, à summo vsq; deorsum, & per eandẽ passionẽ, Virtus mea aruit tanq̃ testa. i. nõmen meũ quod ante passionẽ contemnebatur, post firmius honoratur. Et ideo nõ ait tanq̃ fœnũ, sed tanquam testa, quia vt testa igni fit firmior, ita virtus Christi igne passionis quasi indnruit, & solidata est. Et lingua mea. i. prædicatores mei, Adhæsit faucib⁹ meis. i verbis meis intenderũt, vt de interioribus meis caperẽt sapientiam. Vel, Lingua mea adhæsit faucib⁹ meis. i. apostoli per quos loquuturus erã, seruauerũt pręcepta mea, apud se. Et p tos, In puluerẽ mortis. i. in impios quos proiicit vẽtus à facie terræ, & morti destinatos, Deduxisti me. i. in cõgnitionẽ eorũ, qui erant puluis mortis. Ductus sum, per apostolorum prædicationẽ. Quoniã circũdederunt. q. d. Effusus sum, & hoc ideo, Quoniam circundederũt me canes multi. s. Iudæi, nõ prõ veritate, sed pro cõsuetudine latrãtes & mordẽtes vt canes cõsuetudinẽ sequũtur. Et [CONsilium] vel cõcilium. Alia litera. [MAlignãtium] .i. Iudęorum, mala cogitãtium, vt. s. dolo tenerent & occiderent [OBSEdit me] in passione, in quo spiritualis ciuitas Hierusalem obsidetur. Vel, Concilium malignãtium. i. gẽtilium obsedit me. Vel,

Matt. 27

Ex Cass.

Ex Hier. & Cass.

Ex Aug.

Ex gl.int.

Ex Aug.

Ex Cass.

Ex Cass.

Ex gl.int.

18 Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.

FODerunt manus meas] Ecce euãgelica narratio. Hæc enim in euãgelio facta legũtur [FOderunt] s. Iudæi gẽtiles milites [MAnus meas & pedes meos] Et nota quod nõ ait, transfixerunt vel vulnerauerũt, sed Foderũt, quia sicut terra fossa fructus facit, sic fructũ vitę dedit Christus vulneratus. Et [DINumerauerunt] .i. dinumerabilia fecerunt [OMnia ossa mea] Propriè describitur hic pœna crucis, & nõn poterat melius describi corporis extẽtio in ligno, quàm vt diceret, Dinumerauerunt omnia ossa mea. Et quãuis hæc ad literã sane accipiantur, innuit tamen fossio manuũ quod operibus eius nõ crediderũt: & fossio pedũ, quòd apostolos lacerauerunt. Sic etiã, Et ossa mea dinumerauerunt. s. apostolos, ne in maiorem numerum crescerent, quærebãt extinguere, vt. s. pauci & inuariabiles essẽt. Et nõ tãtũmodo, prędicta fecerũt. Sed etiã,

Ex Aug.

Ex gl.int.

Ex Cass.

Ex Aug.

Ex Cass.

19 Ipsi vero considerauerunt & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meã miserunt sortem.

IPSI] Iudæi, à suã nequitia non mutati Ex Aug. [CONsiderauerunt] quod agebatur, & non intellexerunt. [ET inspexerunt me] tantum videnrunt vsque ad carnem oculi corporis, & nõ vsq; ad verbum oculi cordis. Vel, Considerauerunt & inspexerunt me, id est, cum diligentia & de-

lectatione inspexerunt me talia perferentem:
Ex Cass. cum à re crudeli oculi solcăt auerti. Ecce quam
obstinati erant Iudæi. non casu aliquid factum
fuit, nec tot miraculis cor eorum mollitum fuit,
[ET diuiserunt sibi vestimenta mea] ad literam
Ioan.19. in quatuor partes. Sicut dicit Ioan. Euangelista,
[ET super vestimenta mea miserunt sortem]
Hęc fuit tunica incõsutilis, desuper cõtexta per
Ex Cass. totum. Mysticè quoq; hęc accipi possunt. Per
vestimenta enim Christi scripturę vel sacramē-
ta ecclesiæ accipiuntur: per tunicam inconsu-
tilem, super quam missa fuit sors, charitas vel
vnitas ecclesiæ intelligitur: per illos qui vestimē
ta diuiserunt, peruersores scripturarum intelli-
guntur. Sicut ergo illi actualiter vestes diuise-
runt: sic illi qui non tendunt ad vnitatem, di-
uiserunt sibi vestimenta mea, spiritualia sacramē
ta, & scripturas sacras corrumpentes. Sacramen
ta enim illius & scripturæ potuerũt diuidi per
hæreses: sed non tunica desuper, id est, adeo
Ex Aug. per totum contexta. Hęc est charitas vel vnitas
catholicæ ecclesiæ, quam nemo potest diuide-
re. Non enim discerpitur charitas ecclesiastica,
sed sorte & dono dei quibusdam prouenit. Qui
vero hanc habet, securus est, & nemo eum à ca-
Gene.8 tholica ecclesia mouet, & si extra incipit eam
habere, intromittitur, vt ramus oliuæ à colum-
ba delatus est ad archam.

20 Tu autem domine ne elonga-
ueris auxilium tuum à me ad defen
sionem meam conspice.

TV autem] post narrationem orat. q.d. Ita
ipsi, Tu autem, ô [DOMINE ne elongaueris à
me] vsque in communem omnium resurrectio-
nem, [AVXILIUM tuum] sed statim resuscita me,
Ex Aug. & ita factum est, qũia post triduum surrexit, &
[AD defensionem meam conspice] ne quid mi-
hi noceant.

21 Erue à framea deus animam
meam: & de manu canis vnicam
meam.

ERVE] q.d. ne elõgaueris, sed, Erue, ô deus
Ex Augu. [ANIMAM meam à framea] id est, à morte. Fra-
mea enim gladius est, per quem mortē intelligi
voluit. Vel à Framea, id est, à lingua dissensio-
nis. Et, Erue [VNICAM meam] id est, ecclesiam.
[DE manu canis] id est, de potestate Iudęorum
canino more latrātium & sine discretione. Ac si
diceret, Libera caput & corpus. Per animā nan-
que & vnicam, caput & corpus accipitur, quod
Ex Hier. cũm sit vnum, diuersitates respuit. Et ideò con
grue pro vtroq; coniunctim orat. Vel vnica est
anima Christi, quę sola à peccato est immunis.

22 Salua me ex ore leonis: & à cor
nibus vnicornium humilitatē meā.

1. Pet.5 SALVA me ex ore leonis] id est, diaboli, qui
Ex Aug. circuit tanquam leo rugiens, quærens quē de-
uoret. Vel, De ore leonis, id est, regni secularis,
[ET à cornibus] id est, à sublimitatibus vel super
bia [VNICORNIUM] id est, Iudæorum, salua [HV-
militatem meā] Vnicornis est animal superbissi
mum, quod dicitur mori ex indignatione, si præ Ex Plinio
ter voluntatem suā teneatur, & vnũ cornu ha- li.8.ca.21.
bet. Per hũc significātur Iudęi, qui bene vnicor Ex Alcu.
nes dicũtur, quāsi terrena tantũ petētes, vel de & Hiero.
cultu dei singulariter se iactantes, vel singulari-
ter superbiētes: occiso etiā filio post seruos. Sũt Ex Aug.
etiam vnicornes quicunq; superbi, qui singula
riter se erigũt, & cõsortes nõ ferunt. Et est à cor
nibus vnicornis, id est, sublimitatibus Iudæorũ,
vel quorumlibet superborũ, singulariter se eri-
gentium, & consortes non ferentium.

23 Narrabo nomē tuum fratribus
meis: in medio ecclesiæ laudabo te. PARS III

NARRABO nomen] Tertia pars, in qua fru Ex Aug.
ctus passionis ostēditur. Hactenus dixit quę pas
sus est, & quid orauit. Ecce iā quare passus, qui
nisi vellet nõ pateretur. Ecce passionis fruct⁹, nē Ex Cass.
de audita passione turbētur corda fideliũ. quasi
quis quæreret, Quo fructu hęc pateris? Resp. Ex Aug.
hi fruct⁹. s. quod [NARRABO nomē tuũ frat. me.]
.i. apostolis meis, qui inuicem se diligũt, vt à me
dilecti sunt. Et per eos [LAVDABO te] ô pater,
nõ in parte, sed [IN medio ecclesię] pro qua pas
sus sum. Sed quæ est ea? Vbicunq; timetur deus
& laudatur, ibi ecclesia est. Semen Iacob, semen
Israel est ecclesia. Vnde subdit, Et ô vos,

24 Qui timetis dominum lauda-
te eum: vniuersum semen Iacob glo
rificate eum.

QVI timetis dominũ laudate eum] nõ vos
ipsos. Timentes deum ad laudē vocat. Timor Ex Aug.
enim humanus, nõ laudē, sed vituperiũ parit. Ex Cass.
Et ô vos qui estis [SEMEN Iacob] cui maior
seruiet [VNIVERSUM] .i. de omni gente. .i. qui estis Ex Aug.
populus fideliũ de omni gēte collectus, cui ma- & Cass.
ior populus Iudaicus seruit [GLORIFICATE eum]
Quos ante dixit, Semen Iacob, aperit, subdens.

25 Timeat eũ omne semen Israel:
quoniam non spreuit, neque despe-
xit deprecationem pauperis.

TIMEAT eum omne semen Israel] id est, o-
mnēs ad nouā vitam nati, & ad visionē dei re- Ex Aug.
parati. alienus enim nescit timere. Deinde sub- Ex Cass.
dit causam, quare debeant glorificare. s. [QVO-
niam] licēt esset altus [NON spreuit neq; despe Ex gl. int.
xit]. s. humilem [DEPRECATIONEM pauperis] nõ
eius qui verbum delictorũ clamat de vana vita, Ex Aug.
sed pauperis vel pauperũ .i. deprecationē cuius-
cunq; de se non pręsumentis, nec de pompis se-
culi tumentis.

26 Nec auertit faciē suam à me: &
cũ clamarem ad eũ exaudiuit me.

NEC auertit faciem suā à me, vt ab illo vete Ex Aug.
ri, qui supra dicebat, Clamabo & nõ exaudies.
[ET cum clamarem ad eum exaudiuit me] Vt
quid exauditur? quia,

27 Apud te laus mea in ecclesia
magna, vota mea reddam in cõspe-
ctu timentium eum.

Ex Aug. APVD TE]eſt[LAVS mea]ô domine,quia laudem meam non quæro, quia tu mihi laus es. Qui in me ſancto habitas, & iam me ſanctum orantem audis. Apud deũ laudes ponit,qui docet in homine non præſumi. Vel ita iunge, Dico, Exaudiuit, Et ideo, Apud te eſt Laus mea,id eſt laudabo te. Et hoc, [IN eccleſia magna].i.in toto orbe,nõ modo ĩ Africa,vt Donatiſtę aiũt. Quomodo erit laus?ecce[VOTA mea,]id eſt, ſacrificiũ corporis & ſanguinis mei,quod Chriſtus obtulit deo, quod norũt fideles [REDDAM in conſpectu timentium eum] vt intelligant & verũ eſſe corpus, & per illud ſe ſaluari. Et hęc ſacrificia corporis & ſanguinis mei, (Ex Aug. & gl.int.)

28 Edent pauperes & ſaturabuntur: & laudabũt dominũ qui requirunt eum: viuent corda eorũ in ſeculum ſeculi.

Ex Aug. EDANT pauperes] id eſt,contemptores ſeculi & humiles[ET ſaturab.] imitando diuites non ſaturãtur, quia non eſuriunt cœnã & paſſionem domini. Saturantur verò,qui imitantur patiendo, & eructant laudando. Ita enim pauperes,nec copiam huius ſeculi cõcupiſcunt, nec timent inopiam.de quibus ſubdit[ET laudabũt dominum qui requirunt eum] Pauperes deum Ex Aug. laudãt,diuites ſe. Ideo enim pauperes ſunt,quia deum laudant, vt eum quærant, & ipſe eſt diuitiæ pauperum. Diuites quærunt implere arcam terrenis opibus: pauperes quærunt implere cor deo. Et ideo & ſi moriuntur corpora,tamẽ Ex gl.int. [VIVENT corda eorũ] in hoc diuites ſunt Ex Aug. alii extra. Ideo dicit corda, quia cibus ille cordis eſt. Viuent dico[IN ſeculum ſeculi.]Diuites viuunt in hoc ſeculo, ſed poſt moriuntur ſine fine. Contrà pauperes in perpetuum viuent.

29 Reminiſcentur,& conuertentur ad dominũ, vniuerſi fines terrę.

Ex gl.int. REMINISCENTVR]Loquitur hic eccleſia q.d.qui ſunt pauperes,& quomodo laudabunt? Reſpondet, Pauperes ſunt [VNIVERSI fines terræ] & vniuerſæ familiæ gentium. Et ipſi ita laudabũt,quod [REMINIſcẽtur, &c.] Vel ita iũge literã. Supra dixit Chriſtus,ſe narraturum nomen dei fratribus,id eſt apoſtolis, & per eos ſe laudaturum deum, in medio eccleſiæ : hic addit quod per eoſdẽ multi cõuertentur. Et hoc eſt, per illos laudabo te.& poſt per iſtos laudatores, Ex Aug. Vniuerſi fines terræ, id eſt, eccleſiã de de toto orbe, Reminiſcentur deum, quia eis deus exciderat[ET conuertentur ad dominum.]

30 Et adorabunt in cõſpectu eius vniuerſæ familiæ gentium.

Ex gl.int. [ET vniuerſæ familiæ gẽtium,]id eſt de omnibus familiis,& de omnibus finibus aliqui [ADORabũt in conſpectu eius,] id eſt, in cõſcientiis Ex Aug. ſuis, vbi adoratores veri adorant patrem, nõ in conſpectu hominum. Vel, Adorabunt in cõſpe- Ex gl.int. ctu eius, id eſt, quia eum dominum cõſpiciunt. Ex Caſs. Vel, Adorabunt in conſpectu eius,id eſt, in intellectu fide adorabunt, per quam deum cõſpiciunt, quia cõſpectus dei nõ eſt niſi ſuper fidẽ.

31 Quoniam domini eſt regnum: & ipſe dominabitur gentium.

QVONIAM DOMINI]q.d.Et debet coli. Ex Aug. [QVONIAM domini] non hominum ſuperborum [EST regnum] Olim ei abiuratum eſt Ex gl.int. regnum à Iudæis,dicentibus,Non habemus regem niſi Cæſarem. Sed ſolus Chriſtus rex noſter eſt, Ex Aug. vt titulus crucis eius inſinuat,cuius nomine & charactere inſignimur,vt denarius nomine regis & titulo. Ideoq; hæretici,qui baptiſmũ Chriſti habẽt,ſi veniũt ad vnitatẽ eccleſiæ nõ mutamus in eis, ſed agnoſcimus titulos regis noſtri. De quo ſubdit, [ET ipſe dominabitur gentium]non modo Iudæorum.

32 Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ: in cõſpectu eius cadent omnes qui deſcendunt in terram.

MANDVCAVERVNT]. Hic oſtendit ſacramentum corporis eſſe cõmune etiam malis, Ex Caſs. ſed non eis proficit ſicut bonis. q.d. non tãtum pauperes edent,ſed etiã [OMNES pingues terræ,] id eſt, diuites terræ manducauerũt corpus Ex Aug. humilitatis Chriſti, nec ſicut pauperes ſatiati ſunt vſque ad imitationem, ſed tantũ adorauerunt. Et hoc eſt quod ſubdit, [ET adorauerũt] Ex Aug. in pſa.48 Specie tenus adorant deum, ſed humanitatem fraternam non exhibent. Ex his patet quod boni & mali ſacramento vitæ communicãt. Vnde Auguſtinus alibi ait, Non prohibeat diſpẽſator manducare,ſed exactorẽ moneat timere,ſi quis tamen in peccato criminali manifeſte perdurat, prohibendus eſt. Occultus verò monendus eſt. [IN cõſpectu eius]q.d.mali manducant cũ bonis. Sed [OMNES qui deſcendũt in terram,]id eſt,qui terrena amãt,[CADENT]quia indigne ſumunt. In conſpectu eius,dei, quia ſolus deus videt quomodo cadant, qui cœleſtia deſerentes in terra eligũt beati fieri. Eccleſia verò veros Ex Aug. quę recipit,dignos.ſ.& indignos. Sed ipſe videt Ex Caſs. & diſcernit qui ſumãt ad vitã, & qui ad mortẽ. (Auguſti, pſal.48. verſu, Simul in vnũ diues & pauper. & refertur de cõ ſec.d.2.c. nõ prohibeat.)

33 Et anima mea illi viuet: & ſemen meum ſeruiet ipſi.

ET animã]q.d.Pingues cadunt,ſed,[ANIMA mea]quæ in contemptu ſeculi hominibus mo- Ex Aug. ri videtur, nõ ſibi,ſed,[ILLI viuet,] id eſt,non à ſe, ſed à deo vitam habet:nec ſibi, ſed illi tribuit,[ET ſemen meũ,] id eſt opera mea, vel per me credentes[SERVIET ipſi,] id eſt,laudabit deum. Hoc ideo dicit,ne quis dubitet de ſucceſ- Ex gl.int. ſionibus eccleſiæ. Seruiet dico,quia,

34 Annuntiabitur domino generatio ventura: & annuntiabunt cæli iuſtitiam eius populo qui naſcetur,quem fecit dominus.

ANNVNTIABITVR,]id eſt,per annũciationem Ex gl.int. conuertetur[DOMINO,] id eſt,ad honorem domini[GENERATIO vẽtura;]id eſt,

Ex Caſs. Thob. 12.

gĕneratio noui teſt. quę ex aqua & ſpiritu ſancto regenerabitur. Vel ita, Anima mea deo viuet & ipſi ſeruiet, & ita veniet ad dominũ. Et Annuntiabitur domino, ab angelis. Generatio ventura, ad ipſum, quia angeli preces hominum offerunt deo, non pro inſtructione, ſed pro miniſterio. [ET cæli] id eſt, euãgeliſtæ [ANNVNciabunt iuſtitiam eius,] id eſt, filium dei, vel mãdata eius. Annuntiabũt, dico, [POPVLO] quis eſt ille popul⁹? [QVI naſcetur] ex fide domino. Quomodo naſcetur? Ecce populus [QVEM fecit dominus,] id eſt, quia cum ſecũdo fecit dominus per regenerationem, ſcilicet, Qui enim primo nos fecit, vt eſſemus: ſecundo, fecit vt iuſti eſſemus. Nota pſalmos de paſsione, ſicut diximus in magna ſpe Chriſtianorum terminari, vt ſciatur ex paſsione ſalus eſſe.

Ex Hier. & Caſs.

Ex Aug.

Ex Caſs.

COLLATIO
In pſalmum 21. Deus deus meus reſpice in me.

IN titulo, LXX habent, pro ſuſceptione matutina. Hieronymus, pro ceruo matutino, vel vt alii dicunt, pro cerua, ſeu ſuper ceruam auroræ. Vocabulum Hebraicum אַיֶּלֶת dicit Munſterus in ſcholio, incertum eſſe apud Hebræos quid ſignificet, ſed & quandoque notat fortitudinẽ, aut circunſtantiã, in qua citra negotiũ intelligitur illa fortitudo Chriſti in reſurrectione matutina, qua ſuſceptus eſt ad immortalitatem, quomodo interpretatur Auguſtinus. Et cætera habes in explanatione, ne acta agamus.

1 DEVS deus meus reſpice in me.] Extrema pars non habetur in Heb. eoque videtur cõuellenda, maxime quũ ſcribat Hieronymus in cap. Matth. 27. Illudq; quod in medio verſiculo legitur, Reſpice in me, ſuperfluum eſt. Reſpõdet idem Hieronymus, in libello de optimo genere interpretandi. Obtrectatores mei quęrãt, & intelligant, non verba in ſcripturis conſideranda, ſed ſenſus. Viceſimi primi iuxta Hebr. idipſum exordium eſt, quod dominus locutus eſt in cruce, Eli, Eli, &c. Deus meus, deus meus quare me dereliquiſti? Reddãt rationem, cur LXX trãſlatores interpoſuerint, Reſpice in me. Ita enim verterũt, Deus deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti? Reſpondebunt vtiq; nihil dãni in ſenſu eſſe, ſi duo verba ſint addita. Audiant & à me, nõ periclitari eccleſiarũ ſtatũ, ſi celeritate dictandi, aliqua verba dimiſerim, lõgum eſt nunc euoluere, quanta LXX de ſuo addiderint, quanta dimiſerint, quæ in exemplaribus eccleſiæ, obeliſcis aſteriſciſq; diſtincta ſunt hæc ille.

Hieronymi ſententia digna cedro, in de optimo genere interpretandi.

Conceſſũ bono interpreti vel addere, vel dimittere vocabula, quæ ſenſum non perturbãt

VERBA delictorũ meorum.] Hieronymus iuxta Heb, & reliqui omnes quos ſæpe adducimus, Verba rugitus mei, aut lamẽtationis meæ. Vtranque tranſlationem probat, & interpretatur diuus Hieronymus in hunc locum, Aquila (inquit) hunc locum ſic interpretatus eſt, Longẽ à ſalute mea, verba rugit⁹ mei: Symmachus, Verba gemituum meorũ. Quinta & ſexta editio, Verba clamoris mei. Et eſt ſenſus iuxta cęteros interpretes, Gemitus mei atque conatus, quibus ſuper populũ Iſrael ſaluare quęſiui, longe facti ſunt à ſalute mea, quam populo tribuere cupiebam, quia ipſi noluerunt recipere ſanitatem. Iuxta LXX vero interpretes, iſte ſenſus eſt, Hoc quod ſalutẽ deprecor, quod me derelictum conqueror, non ex propria perſona loquor, ſed ex populi, cuius peccata, in meo corpore ipſe ſuſcepi. Vnde dico, Longè ſunt à ſalute mea, verba, quæ fundo. Non enim tam mihi ſalutẽ poſtulo, qui deus ſum, quàm populo, qui ſalute indiget.

CLAMABO per diẽ & non exaudies, & nocte & non ad inſipientiam mihi.] Papę quàm ſtomachabatur hic Cęcus Burgẽſis poſt Fabrum, cauſans lectionem latinam eſſe incõgruã & ineptam, quod iſta locutio, Clamabo per diem & nocte, ſolœciſſet. Dicendum foret, per diem & noctẽ, vel die & nocte. Cur ergo Hieronymus, & Auguſtinus inter rhetores & grãmaticos nutriti, tantã ineptitudinem non ſenſerunt? Certè ſi continenter dictum eſſet per diem & nocte, haberet maiorẽ anſam latrandi: ſed vbi duæ particulæ interponuntur, potuit ſubaudiri prępoſitio in, vt ſit in nocte, maxime quum repetatur coniunctio copulatiua, &, nõ ſolum in latina editione, ſed in Græco, & in Hebræo, imò nec op⁹ eſt ſubaudiri prępoſitionẽ, in, Clamabo per diẽ, & nõ exaudies: et clamabo nocte &c.

Magis aperit id quod ſequitur in eodem verſiculo, & non ad inſipientiam mihi.] Hieronymus & Hebręi וְלֹא דֻמִיָּה לִי velo dumiah li, id eſt, nec eſt ſilẽtiũ mihi. Hieronymus in cõmentario præſentis loci, oſtẽdit LXX reddidiſſe ſenſum, In die pendens (ait) non exauditur à patre, nocte reſurgit ab inferis victor. Aliter, Qui in gaudio non exauditur, exauditur in lachrymis. Vnde ait, Nõ in ſtultitiã mihi, id eſt, non fruſtra clamaui, Et Aquila trãſtulit ex Hebræo dicens, Et nocte & non tacebis, id eſt, audies me. Reſpondebis mihi, Facies, quod oraui. Vbi cernis illam particulam nocte, poſſe reſpicere ſequentia, vt non ſit ſilentium Chriſto in nocte tribulationis, in qua exauditus eſt pro ſua reuerẽtia. Silere enim dicitur deus, quãdo non exaudit, & clamamus ad inſipientiam, quando fruſtra oramus, & deus nobis tacet.

Silere dei quid.

18 Foderũt manus meas & pedes meos.] Vel ex hoc loco clariſsime liquet Iudęos corrupiſſe codices Hebręos, quos pręſens verſiculus apertè reuincebat, non poſſe docere, vbi Dauid habuiſſet manus fixas & pedes, ſed poteramus ex hac prophetia, eis obiicere nefandiſsimũ ſcelus, quod tot retro ſeculis prędixerat Dauid, ab impiis perpetrandum, & eorũ os obſtruebatur, niſi vitiaſſent ſcripturã, quam germanã habuiſſe eum codicem, quo Hieronymus vtebatur, probabile eſt, quoniam elucubrat verſionem iuxta Hebræum, ad preces Sophronii, cui quotidianus erat cum Iudæis cõflictus, & vbi quidpiam de pſalterio proferebat pro Chriſto domino, opponebant perfidi non ita haberi in Hebræo, vt ille citabat. Ob idque nitebãtur Sophronium, per ſingulos ſermones eludere, propter quam

Poſt Hieron. tẽpora, corrupta Hebræa volumina.

causam asserit se Hieronymus, eam editionem apparasse, nec aliquid de Hebræo immutasse, nedeinceps Sophronius, Iudęorum mendacijs circũueniretur. Vnde arguimus locum nõdum vitiatum, quem vertisse secundum lectionẽ nostram agnoscimus, aliàs præbuisset maiorẽ ansam calũniæ. Quamobrem Munsterus in scholiis monet recurrendum ad antiqua exemplaria, cuius verba non piguit adnectere, vt quæ faciant ad nostri instituti propositum, quo sæpe causamur, vel codices variasse, aut vitiatos esse siue malitia, siue incuria, siue alio quouis modo. Sed audiamus ipsum Munsterum. Hebręi hic communiter legũt, sicut leo, manus meas & pedes meos, subaudi, obseruauerunt, ne scilicet me defenderem manibus, aut fugerem pedibus. Veteres verò translatores legerunt כָּרוּ caru, fo deruot pro כָּאֲרִי, caari. Et quidem hic cõsulenda essent antiquissima Hebraica exẽplaria. Pro rei huius veritate indaganda. Ego hic nihil habeo, nisi Nizabonis irrisionem, qui hic cõuicia in nos cõgerit, propter ineptã huius loci translationem, perinde quasi data opera, veteres hic ex כָּאֲרִי fecerint כָּרוּ caru. Hęc ille. Sed & manifestè iudaizat editio, quæ visitur è latere paraphrasis Campensis, Frangit (inquit) manus & pedes meos instar leonis. Nebiẽsis vult codices esse corruptos, sed constructionem defectiuam, vt tamẽ subaudiatur perforauerũt: & sit, impii tanquam leo manus meas foderũt, male habuerunt, fixerunt. Illud quoque quod in eodẽ versiculo sequitur, Dinumerauerunt omnia ossa mea. Heb. legũt singulariter numerabo oĩa, &c. eodẽ tamen sensus conspirat. Et vt docet Hieronymus de optimo genere interpretandi, Sermonum varietas, spiritus vnitate concordat.

Attende lector vel ex Munstero, quã varient Hebr. exemplaria.

Huc ades pie lector

22 ET à cornibus vnicornium humilitatem meam.] Heb. עֲנִיתָנִי anitani, si capiatur verbaliter, i. exaudisti me, vel respõdisti mihi, vt verterunt noui translatores. Hieronymus tamẽ dixit, Exaudi me, vt videatur legisse עֲנֵנִי aneni. Verunotamen nihil prohibet, quin possit accipi nominaliter, vt fecit Pellicanus transferens, humilitatẽ meam, à radice עָנָה anah, quæ interdum notat afflixit, humiliat.

28 VIVENT corda eorum.] Hĩc variant codices. Hieron. iuxta Heb. in exemplari Fabri habet cor eorum. Itidem interpretes pro Caietano ac Nebiensis. Hebræi autem legũt לְבַבְכֶם lebabchem cor vestrũ. Si verò dixeris לְבָבָם lebabhem, est, cor eorũ. Sed quia sensus est integer, hic poterat conniueri: sicut sæpius faciendũ est ob minutula, quæ magis onerarẽt, quàm prodessent. nõnunquam verò quædam leuiter attingenda, propter æquo morosiores.

Varia lectio.

33 Et anima mea illi viuet.] Heb. videtur ex diametro pugnare, נַפְשׁוֹ לֹא חִיָּה naphsso lo hiiah, anima illius non viuet, seu anima illius non viuificabitur, vt sit præteritum loco futuri. Sed vbi est eadem prolatio, & affinis scriptura, facilis est lapsus in huiusmodi. Nam Hebraicè illi, & nõ, eodem modo proferũtur, & fermè scribuntur, nisi quod negatio habet aleph, sic לא lo, & relatiuum habet vau, sic לו lo. quomodo legerunt LXX. Rursus litera vau, & iod sunt literæ commutabiles in Hebraismo & vicinæ, ob idque non est disceptandum, cur dixerint LXX, anima mea, alii verò anima illius, naphsso vel naphssi. Vtranque lectionem exponit Pellicanus, quantum ad affirmationem aut negationem, anima eius non viuet, id est ex se nihil valet, non curabitur præ humiliatione suiipsius. Vel et viuet per eum, pro eo. Campẽsis lectionem negatiuam aliter declarat, quia propriam vitam non est dedignatus impendere pro illis.

33 ANNVNTIABITVR domino generatio vẽtura.] Hebr. aliam faciunt distinctionem & dicũt, Annunciabitur, seu annumerabitur in generationẽ. Deinde sequitur exordiũ alterius versiculi, Venient & annunciabunt, &c. LXX vero aliter distinguentes, subaudierunt relatiuum quæ, vt passim fit apud Hebr. Generatio quæ veniet, hoc est ventura. Nec obest quod genus ponatur in singulari דוֹר & יָבֹאוּ iabou venient in plurali, quia vbi est nomẽ collectiuum, solet quandoque iungi plurali. Vt est illud, Iubilate deo omnis terra.

XXII. PSALMI TIT.
Psalmus dauid.

DOMINVS regit me.] Titulus [PSALMVS Dauid.] Sub figura Iũdaici populi, de captiuitate Babylonica reuersi, sub Zorobabel & Iesu sacerdote magno propheta: prædicit hic reditum fidelis populi de Babylone huius seculi, per Christũ ad domũ dei. Psalmus nanque iste agit de misericordia Christi, qua fit reductio, enumerans decem gratias, per quas velut per mansiones ad dominũ homo reuertitur. Et est sensus, [PSALMVS] iste attribuitur [DAVID,] id est ecclesiæ, in cuius persona loquitur hic propheta. Intentio. monet vt omnes sperẽt in dei misericordia. Mod⁹. Decem sunt partitiones, sicut & decẽ gratiæ. Prima gratia est locus pascuæ, id est sermo diuinus, qui saginat meditantes. alias suis locis exequemur. Et quia per Christum sacerdotem magnum fit spiritualis reuersio, ideo ẽcclesia loquitur de ipso Christo sic, dicens,

Ex Alcu.

Ex Aug.

Ex Aug.

DOMINVS regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuę ibi me collocauit. 1

DOMINVS,] id est, Christus [REGIT] vel [PAscit me,] id est, Christus est pastor meus, in quo sum tutus, & etiam sufficiẽs. Vnde subdit, [ET nihil mihi deerit] in futuro. Hoc ideo dicit, qũia spiritualem substantiam credit, sibi à deo conferendam. Christ⁹ dico, iam perducens me [IN loco pascuę,] id est, in intelligẽtia diuini sermonis incipientis ad fidem, id est, incipientes instruentis ad fidem. In quo loco pascuę certus sum de satietate. [ET ibi,] id est, in eodem loco [COLLOCAVIT me] nutriendum, non ego me. Sermo enim diuinus duo fa-

Ex Aug. & Cass.

Ex Cass.

Ex Aug. & Alcu. & gl. int.

cit,quia & instruit incipiẽtes, qnod notauir dicens,Perduces me, In loco pascuç: & iam fideles in fide plenius corroborat,& nutrit, qđ notat cum ait,Ibi me collocauit.

PARS II 2 Super aquam refectionis educauit me: animam meam cóuertit.

Ex Caſs. & gl.int.. SVPER aquam.] Seennda pars vbi notatur secunda gratia,quç est aqua refectionis.q.d.Instruxit me ad fidem.Et post[EDVCAVIT me]
Ea Caſs. Paulãtim vt puerns,Super aquã [REfectionis]
Ex Ang. id est, bãptiſmi, qun reficiuntur,qui integritatẽ
E x Caſs. & vires amiserant.Et anima,ãriditate peccato-
PARS III. rũ sterilis fœcũdatur. Et,[ANIMAM meam] Tertia pars vbi notatur tertia gratia, qua post baptiſmum anima contracta fit sine ruga,id est, de pẽccatrice fit iusta,per augmentum virtutis
Ex Caſs. & bonç operationis.q.d.Edũcauit me in baptiſmo.Et post,[ANIMAM meam conuertit] vt post sit sancta , & iusta. Eece primam gratiam ostendimus esse diuini verbi intelligentiã, secũdam baptismi regenerationẽ, tertiam post bap-
Ex Alcu. tiſmum sanctificationem Quibusdãm tamẽ videtur ordo harum gratiarũ esse cõuersus.Quia tertia, prima videtur, & prima tertia. Prius enim conuertitur homo ad deũ, postea regeneratur,deinde diuini verbi intelligentia saginatur.Et seeũdum hoc,ita legitur litera.q.d. Perduxit me in lncũ pascuç:& prius,Educauit me
Ex gl.int. super aquã refectionis , Vẽrborum sensus non mutatur, sed prius animã meã auersam in Adã, Conuertit,vt pastor ouem.

PARS IIII. 3 Deduxit me super semitas iustitiæ,propter nomen suum.

Ex Caſs. DEDVXIT ME]Quarta pars,vbi notatur quarta gratia, scilicet quod sũper prçcepta eharitatis eum duxit, vt in charitate sit radicatus, & perfectus.q.d. Edueauit me,cõuertit. Et inde[DEDVXIT me super semitas iustitiæ]suæ, id est perseuerare me fecit in prçceptis charitatis.Vel,Deduxit me super semitas iustitię suç,id est ad hoc seiẽtiæ me perduxit,vt eius præcepta tãquam magister doceam. Vel,Semitas iustitię,
Ex Aug. dicit artiora mandata , & perfectiora consilia, quibus quasi semitis pauci iusti ambulant,sicut semitæ artiores sunt quàm viæ,quç tamen istæ dicit se eustodisse dei gratia.Vnde subdit,[Propter nomẽ suum]q.d.Deduxit me: & hoc, Propter nomẽ suum,non propter meritum meum.
Ex gl.int. Et si hĩc videatur meritũ,quod non in aliis videatur,sed sola gratia.

PARS IIIII 4 Nã etsi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.

NAM & si] Quinta pars,vbi notatur quinta
Ea Caſs. gratia quç est,quod in vmbra mortis non timet mala,id est, prauas persnasiones hçreticorum & schismaticorũ.q.d. Vere deduxit me[NAM] .i. quia [ET si ambulauero in medio vmbræ mor-
Ex Aug. tis],id est,si conuerser inter ignaros dei.Vel,In medio vmbræ mortis,id est, in mẽdio vitæ huius,quç est vmbra mortis:quia& caligine peccatorũ est obscura,& ad mortẽ dncit. Vel,In medio vmbrç mortis.i.inter hçrẽticos & schismaticos qui sunt vmbra mortis, quia figurã exitii, id est,imaginem diaboli portant.Si inquam inter hçc ambulauero,[NON timebo mala]occulta vel manifesta, ideo [QVONIAM tu mecum es]ĩn corde per fidem,vt post vmbram mortis, ego tecum sim per speciem. Ex Caſs. Ex Aug. Sapien. 6

5 Virga tua & baculus tuus : ipsa me consolata sunt. PARS VI.

[VIRga tua] Sẽxta pars vbi notaĩ 6.grana,quç est correctio,quç dieitur virga & baculus. Virgã dicit disciplinaq̃ est lęuis,quæ fit quasi ad oues. Baculus dicitur diseiplina quæ est fortis,qnç fit ad grãdiores filios.q.d.Nõ timebo mala.Et vere, [NAM virga tua & baculꝰ tuus,] .i.disciplina, quæ est virga ad oues , id est simplices , & infirmos[ET baculus tuus]ad grãdiores filios, qui ab animali vita creseũt ad spiritualẽ [IPSA me]non afflixerunt,sed potius [CONSOLATA sunt]erudiendo me, quia in his intelligo te esse memorẽ mei . Vel, Virgã est districtio sæuera, comminatinnis & pœnæ , quæ conterit vitia. Baculꝰ,gubernatio,id est, facĩlis animaduersio, cum persuasionis duleedine,quæ sustinet,id est, continet fideles in bono. Ex Caſs. Ex Aug. Ex Caſs. Ex Hier.

6 Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. PARS VII.

PARASTI]Sẽptima pars,vbi notatur septima gratia.s.mesã domini.i.beata cõuiuatio,saturitas fidei, esea cçlestis, de qua dicit apostolus, Qui manducat indignè earnem domini, mortem sibi manducat & bibit.q.d.per quid consolata snnt me?quia, [PARASTI] mihi[MENSAM] scilicet communionem corporis Christi. Et hoe[IN cõspectu meo]& si nõn in conspectu impiorum, quia intellign me debere imitari vestigia passionis Christi. Vnde in Prouerbiis dicitur, Sedisti ad mensam diuitis,id est Christi: vide quç tibi apponũtur,scito & te similia debere præparare,id est pati,sieut ipse. Vnde propheta alibi, Quid retribuam domino? Calicem salutaris aecipiam,& nomen domini inuocabo. Et hæc mensa est[ADVERSVS eos qni tribulant me] quia impiis indigne sumẽtibus officit, quia iudicium sibi mãdueant, & bibũt,qũia & bona indigne sumpta obsunt malis. Tres autem mensas legimus. prima fuit in lege , secunda in euangelio,tertia in cælo. De prima ait Mnyses in Exodo, vbi legitur mensa posita in tabernaculo inxta introitum,snpèrque eam erãt xii. panes propositionis de similagine,& super singulos patena aurea eum pugilln thuris. De secunda inquit Apostolus, Non potestis communicare mensę Christi,& mensę dæmnniorum. De tertia ait dominus, Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Prima itaq; mensa monstrabat, non præstabat refectionem. Secunda satiat,tertia glorificat. Prima erat in litera, secunda in spiritu,tertia in specie. Prima enim docebat,secũda adiunat, tertia cõsummat. Vel, Mẽsam hic aecipit doctrinam validiorem, qua non paruuli,sed grandiores vescuntur.q.d. Ex Caſs. Ex Alcu. Prou. 23. iuata 70. Psal. 115. Ex Ang. eract.6 Exod. 24 1. Cor. 10. Luc. 22

Ex Aug. Per quid consolata sunt me? Quia post virgam qua adhuc paruulus & animalis, quasi lactis pascuis alebar, Parasti in conspectu meo mensam, id est, validiorem cibum, vt iam non lacte alar paruulus, sed ad mensam patris accedam grandiusculus. Et per hoc confirmatus sum, Aduersus eos qui tribulant me.

PARS VIII IX. 7 Impinguasti in oleo caput meũ: & calix meus inebrians quàm præclarus est?

IMPINGVASTI] Octaua pars vbi notatur octaua gratia, quę est vnctio capitis, scilicet
Ex Cass. Christi, quod nulla ariditate peccatorum exaruit, de cuius vnctione cætera lætantur mẽbra;
Ex Aleu. quia à capite descendit vnguentum in barbam
Psal. 132. Aaron, & in oram vestis eius. Et est, [IMPINGVASTI caput meũ in oleo,] id est, Christũ imple
Ioan. 1. uisti spirituali gratia, de cuius plenitudine nos accepimus. Vel, Caput dicit vir iustus mentem suam. Et est, Impinguasti caput meum in oleo,
Ex Aug. id est, lętificasti mentem meam spirituali lętitia,
Ex Cass. [ET calix meus] Nona pars vbi notatur nona gratia, quæ est calix benedictionis, id est Christi sanguis, qui sic inebriat vt sobrios reddat. Et hoc est [CALIX] tuus, vel, [MEVS] tuus, quia das: meus, quia accipio [INEBRIANS,] id est,
Ex Aug. dans obliuionem vanarũ delectationũ [QVAM
Ex Cass. præclarus est.] Dat enim claritatem ęternæ vitæ. Nota quod calicem, id est, sanguinẽ Christi per se ponit, quasi aliam gratiã à mensa, id est à carne: cũ tamen nec caro sine sanguine, nec sanguis sine carne posit esse, vel sumi: nec ibi sint
Ex Alcu. duo sacramenta, sed vnũ. Sed quia nec caro est sanguis, nec sanguis est caro: & panis in carnem conuertitur, & vinum in sanguinem, & non econuerso, & sub diuersis speciebus vtrũque sumitur: ideo mẽsam & calicem hic distinguit, velut diuersas gratias.

PARS X. 8 Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ.

Ex Cass. ET misericordia] Decima pars, vbi notatur decima gratia, quæ est misericordia subsequẽs ad custodiam, quæ præcedit ad gratiam conferen-
In collecta dominicæ 16. post pentecost. dam. Vnde misericordia tua domine nos præueniat & sequatur, præueniat inspirãdo: sequatur, adiuuando. q. d. hæc omnia mihi fecisti, & post hæc omnia [MISERICORDIA tua subsequetur me, omnib⁹ diebus vitæ meæ] nõ tuę,
Ex Cass. id est, quandiu viuit in hac mortali vita. Nõ hęc
Ex Aug. subsequatur me ad seruãda præcedẽtia, sed etiã,

9 Et vt inhabitem in domo domini, in longitudinem dierum.

Ex Aug. ET vt inhabitem] in futuro [IN domo domini] nõn manufacta. Et hic [IN lõgitudinẽ dierum] id est, æternaliter. Vel aliter continuatur
Ex Aleu. hic versus ad pręcedentia. Potest enim hic versus iste omnibus superioribus iungi. q. d. collocasti, educasti, deduxisti, &c. Et hoc ideo, Vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ in longitudinẽ dierum. ¶ Cãtatur iste psalmus in exequiis defunctorũ fidelium, quia per gratias hic enumeratas velut per quasdã dietas ad vitam ascenditur æternam, quæ tunc fidelibus optatur & oratur.

COLLATIO
In psalmum 22. Dominus regit me, & nihil.

CALIX meus inebriãs, quàm pręclarus est.] Hæbræi faciunt finẽ versus, in eo quod est, inebrians, deinde incipiunt sequentem versum, tamen bonitas, &c. Septuaginta autem iunxerũt ad eundem versum טוב אך ac tob. præsertim quum particula טוב tob significet bonum, pulchrum. & notum sit psalterium lyrico carmine currere, vt supra semel & iterum ostensum est. Bonitatem verò sonat, vbi est cum vau sured quod vocãt, ex Rabbi Dauid in libro radicum טוב tub.

XXIII. PSALMI TIT.
Psalmus Dauid in prima sabbati.

DOMINI est terra] Titulus [PSALMVS Dauid, in prima sabbati] Prima sabbati dicitur dies prima post sabbatũ. Hebræi nanque propter dignitatẽ sabbati omnes Ex Hier. dies alios appellant nomine sabbati, dicentes pri quęs. 4 ad mam sabbati, secũdam sabbati, & deinceps: sicut Hedibiã. gentiles dies appellabãt nominib⁹ planetarum, dicẽtes diem lunæ, diem martis, diem mercurii, &c. Christiani verò dies appellant ferias, eo quod omnib⁹ diebus à seruili opere, id est, à peccato cessare debemus. In prima autem sabbati, Ex Cass. mundus cõditus est. Et lux diuisa à tenebris rebus confusis atque informibus accipientib⁹ formas. & in eadem die Christus depositis mortalitatis tenebris, clarificatus est, & homo depulsa peccatorum caligine, restauratus per Christi resurrectionem. De hac clarificatione Christi, Ex Aug. & hominis reparatione, agit hic psalmus. Et est sensus tituli [PSALMVS] iste est [DAVID] qui hic loquitur in persona sua, vel ecclesię. Psalmus dico, agens de clarificatione domini, & hominis reformatione, quæ facta est [IN PRIMA Ex Cass. sabbati,] quæ dominica dicitur: eadẽ quæ dies fuit prima in primordiali rerum cõditione. In- Ex Aleu. tentione monet victorem Christũ eum triump- Ex Cass. pho suscipere. Modus talis, Tripartit⁹ est psalmus, primo dicit totum orbem esse dei, vt sicut nullus ab eius imperio, ita nec à fide eius sit alienus. Secundo determinat quibus virtutibus præditi sint in ecclesia. ibi, Quis ascendet. Tertio, superstitiosos auocat à prauitate, vt patulis cordibus Christum recipiant. ibi, Attollite portas. Propheta itaque à simili præconis, qui post triumphum totam terram clamat esse victoris resurrectionis Christi gloriam attendens, ait,

1 DOMINI est terra & plenitudo eius : orbis terrarũ, & vniuersi qui habitant in eo.

DOMINI [.i.Christi,
qui est dominus dominantiũ[E S T terra]id est,
Ex Cass. ecclesia fructifera. Hæc est terra bona, super quã
Euangelicum semen cecidit, & protulit fru-
ctum, tricesimũ, sexagesimum, centesimũ. [E T
plenitudo eius,] id est omnia, quibus plena est
ecclesia, scilicet omnes sancti & charismata gra
tiarum. Et hæc terra, id est ecclesia, non est par-
ua, sed est de toto orbe, & de omnibus qui in eo
sunt. Vnde subdit, & ipsa est[O R B I S terrarũ,]
& in ea sunt vniuersi[Q V E habitãt in eo] Cum
Ex Aug. ẽnim clarificatus dominus annũciatur in fidem
omnium gentium, tunc & totus orbis fit eccle-
sia eius. i. in toto orbe, & de toto orbe fit eccle-
sia eius. Et merito ecclesia est domini,

2 Quia ipse super maria fundauit eum : & super flumina præparauit eum.

I P S E fundauit,] id est, firmissime stabiliuit
Ex Aug. [E A M super maria,] id est, supẽr omnes fluctus
seculi, vt eos superet, nec sibi noceant[E T præ-
Ex Hier. pręparauit eum]orbẽ, id est ẽcclesiam,[S V P E R
flumina] .i. super cupidos huius seculi. Vt enim
Ex Aug. flumina in mare fluunt, ita cupidi homines la-
buntur in seculum : & hos etiam superat eccle-
sia, quæ victis dei gratia cupiditatibus seculari-
bus ad recipiẽdã mortalitatẽ charitate parauit.

PARS II. 3 Quis ascendet super montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius?

Q V I S ascendet] Secũnda pars vbi determi-
Ex Cass. nat quibus virtutibus prædit i sunt in ecclesia,
q.d. Orbis, id est ecclesia, de toto orbe terrarum
est domini, non tamen ibi est, nisi innocens. Et
hic dicit sub interrogatione, vt attentos red-
dat [Q V I S ascendet in montem domini?] &c.
Vel ad literã possunt accipi superiora, Domini
est terra, quã creauit. Et plenitudo eius, id est,
Ex Hier. omnia quibus eam ornauit. Et non pars terræ
tantũ, imo, Orbis terrarũ, id est, totus mundus.
&, Vniuersi qui habitant in eo.i. omnes incolę
eius sunt domini. Et merito, Quia ipse super
maria fundauit eum:& super flumina pręp. &c.
Ex Alcu id est stãtuit eã ne obruatur a mari, vel à flumi-
Ex Hier. nibus. Qui ascẽdit in montem. q.d. Orbis, & o-
mnes eius incolæ sunt domini. sed in monte iu-
Ex Cass. stitiæ eius nõ est aliquis nisi innocẽs. Et ad hoc
vtitur interrogatione dicens, Quis ascendet?
Ex Hier. q.d. magno nisu opus est. Quĩs hic ponitur pro
raritate, nõ pro impossibilitate [I N montẽ do-
Ex Aug. mini]id est, in ãltã iustitiam domini[A V T quis
stabit]post ascensum[I N loco sancto eius]super
Ex Aug. maria & flumina parato, id est, quĩs permane-
Ex Hier. bit in eo quo ascendet? quasi dicat pauci ascẽn-
dunt, & pauciores permanent. Multi enim a-
scendunt, qui non perseuerant. Deinde pręmis-
sę interrogationi respondet, dicens,

4 Innocens manibus & mundo corde: qui non accepit in vano animam suã, nec iurauit in dolo proximo suo.

I N N O C E N S manibus]&c. Et dicit vtiq; il- Ex Alcu.
lum ascensurum & permansurum, qui est inno-
cẽs ad proximum. Tribus modis. s. manu, id est,
õpere, & corde, quod notat ibi, [I N N O C E N S Ex Hier.
manibus & mundo corde] & qui est innocẽs in
verbis. Et hoc est quod ibi ait, [N E C iurauit in
dolo]&c. & quĩ sibi ipsi innocẽs est. Quod ibi Ex Alcu.
dicit, Qui non accepit, &c. q.d. quęritur quis a-
scendet & stabit. Ille vtique, Qui ẽst innocens Ex Aug.
manibus,]id est, pũrus in operibus: quia per ma
nus opera intelliguntur. Et qui est, Mũdo cor-
de, id est mũdus in cogitationib'. [E T qui non
accepit in vano animam suam,] id est, qui non
deputauit animam suam rebus non permanen-
tibus & caducis, sed eam sentiens immortalem,
æterna desiderauit. Et ideo[N O N iurauit in do
lo proximo suo] Sicut enim simplicia, & nõ fal-
lentia sunt æterna : ita se præbuit proximo'. nil
promittit, vnde decipiat eum, ne dum peius fa- Ex Alcu.
ceret permittit iuramenta simplicia, & dolosa
prohibet. Et nota quod nõ ait simpliciter, Non
iurauit, sed nõ iurauit in dolo. Ex quo datur in-
telligi quod permittit iuramenta simplicia, &
dolosa prohibet. In dõlo autem iurat, qui aliter Ex Cass.
facturus est quâm promittit : cum periuriũ fit,
nequiter decipere credentem. Ille ĩn dolo non Ex Hier.
iurat, qui quod cogitat prædicat, & opere im-
plet. Vel, Animam, hic sensualitatem suam acce
pit. Et est, qui suam animã sensualem, id est, sen-
sualitatem quæ est inferior vis animæ, Nõ ac-
cepit, id est, nõn acceptabilem habuit. In vano, Ex gl. int.
id est, id peccato .i. qui nũllis eam fæcibus pec- Ex Hier.
caminũ post baptismum maculauit. Nec iura-
uit in dolo proximo suo, hoc non mutatur.

5 Hic accipiet benedictionem à domino, & misericordiam à deo salutari suo.

H I C A C C ipiet] q.d. Debet quisque inno-
cens esse & sibi, & proximo, & inde sunt ei hæc
pręmia: quia, Hic, tãlis ascendit, In mõtem do- Ex Cass.
mini, id est, in altitudinẽ iustitiæ & fidei. quod
quidẽ est ei à domino. Et hoc est, quod ait[H I C
accepit benedictionẽ à domino,]id est, per dõ- Ex gl. int.
mini benedictionem acceptam, ascendet & sta-
bit in alta iustitia dei. Vel ita. q.d. Ille qui præ-
dicta habet, ascendet. Illa verò nõ habet à se, sed
à deo: quia, Hic accipiet benedictionem. i. prę-
dicta bona, A dño. Et hæc benedictio pẽr mi- Ex Cass.
sericordiã, non per merita datur, quia prius per
misericordiã peccata dimittit deus. Et hoc est
quod ait, Et accipiet[M I S E R icordiam,]id est
remissionem peccatorum per misericordiam fa
ctam [A D E O salutari suo,] id est à Christo, &
ne putes prædicta de solo Christo fore acci-
pienda, quia,

6 Hæc est generatio quærentium

euũ, quærentium faciem dei Iacob.

HAEC generatio] .i. talis est generatio omnium cõmuniter [QVAERETIUM eũ,] vel deum. ac si diceret, licet singulariter dixerim ascẽdet, innocens accipiet: tamen hi tales nõ sunt pauci, sed est generatio .i. multitudo baptismo renata, & non nisi quærant deũ. Ideo ait, Quærẽtium eum. Vel ita continua, Vere benedictio erit per misericordiã. Sic enim .i. per misericordiã nascitur in baptismo qui quærunt eum. Et hoc est, Hæc est generatio quęrentium eum, nõ vtique pro fauore sæculari, vel pro terrenis opib⁹. sed, Quęrentium deum, ita quod [FACIEM dei,] id est, præsentiãm & cognitionẽ eius quæruot, Dei, dico [IACOB] .i. qui quærunt deũ vt Iacob quæsiuit. quod faciunt illi qui feruentiores aliis volunt pręponi, vt eis primatum det sicut Iacob fecit, quẽ præposuit Esau, cuius primogenita hæreditauit: ita & Christiano populo pósterius nato dat deus primatum, Iudęis ablatum .i. Christũ. Vnde Esaias, Auferam ab Hierusalem caput & caudam.

Ex Cass. Ex Aug. Ex Rem. Ex Cass. Ex Aug. Esa. 9

PARS III.

6 Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ ęternales, & introibit rex gloriæ.

Ex Cass. ATTOLLITE] Tertia pars. Christiana religione declarata superstitiosos à prauitate auocat, vt patefactis cordibus Christum admittant. q.d. Et quia nullus ascendit, vel stat, nisi innocẽs & purus: Ergo ò vos [PRINCIPES] mũdi, & superstitiosi, vt sunt hypocrisiarchæ [ATTOLLITE] vel, Tollite .i. auferte ab animis vestris [PORTAS vestras] .i. mortis, quę à principe diabolo posita sunt, per quas ipse ad corda intrat. Portæ illæ sunt vitia & peccata, quibus locus fit diabolo in cordibus hominum. Et contra illas portas mortis [ELEVAMINI,] id est exaltamini, in cordibus homioum [PORTAE æternales,] scilicet omnis gratia, quę veniente Christo data est, qui spiritu gratiæ plenus alios gratia rigauit, vt spiritualia nequitię de cordibus suorũ pelleret. Eleuamini dico, [ET] sic [INTROIBIT] ad corda [REX GLoriæ,] id est Christ⁹, in quo sine superbia gloriemur, qui præcinctus humilitate superbiam diaboli vt fortis athleta expugnare venit.

Ex Cass. Ex Aug.

7 Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens in prælio.

QVIS est iste] Interrogat hic propheta, non propter suam ignorantiam. sed ad conuincendam Iudæorum superbiam, & perfidiam. Et vt amplius Christũ cõmendando, alios ad eius inuitet amorem, sic dicẽs, [QVIS est iste rex gloriæ?] Qui intraturus est ad corda? Respondet, describẽs eum per virtutes, quasi proprio nomine dicens, Ipse est [DOMINVS] absolute omnium [FORTIS] in reb⁹, & si cum gladiis eum cepistis [ET POTENS] & si Pilato eum tradidistis, [DOMINUS] est [POTENS in prælio] vbi contra diabolum pugnauit, & contra Iudæos. Ne ergo in pugna vos Iudæi eum superasse putetis, & si aduersus eum ad horam præualuisse videamini,

Ex Cass. Ex Alcu. Ex Cass. Ex Cass.

8 Attollite portas principes vestras, & eleuamini portę æternales, & introibit rex gloriæ.

ATTOLLITE] vel, Tollite [PORTAS principes vestras, & eleuamini port. æter. & in. &c.] Congeminatio est hic. Prædicta enim hic repetit, vt amplius determinet, quis sit rex gloriæ. & non per singula, vt prius fecerat, dicẽdo, Potẽs, Fortis, &c. sed sicut prius præmittens prophetã interrogationem, Ex Cass.

9 Quis est iste rex gloriæ? dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

QVIS est iste rex gloriæ] Breuiter & totum respondet .s. Dominus virtutũ cœlestiũ .i. angelorum. Vel, Virtutum, id est gratiarum, quia omnibus omnia dat dona. Vel, Dñs virtutum, id est, terrenorum principum, ipse est rex gloriæ. Vbi apud nos est virtutum, in Hebręo habetur Sabaoth, quod interpretatur exercituũ, vel militiarum, vel virtutũ. ¶ Aliter [ATTOLLITE] vel, Tollite, &c. Principes dicit dęmones, qui principari hominibus volunt. Ait ergo, ò Principes tenebrarum qui primatum in hominibus quæritis, Tollite [PORTAS principes,] id est, auferte aditus cupiditatis & timoris, ne impediant dominum venientem, quos statuistis in animis hominum: vt per eos ad decipiendos homines intretis, dum timent non timẽda, & cupiunt non cupienda. Et vos [Portę æter.] .i. aditus æternæ vitæ .s. renunciationis sæculi, & cõuersionis ad deũ [Eleuamini] .i. ẽxaltamini in cordibus hominum. Et sic [Introibit rex gloriæ] .i. Christ⁹, in quo sine superbiã gloriemur. Qui superauit portas mortis, & patefecit sibi cœlestes ianuas, implens quod dixerat, Gaudete, quoniã ego vici mundũ. [Quis est iste?] Pauet admirãs mortalis natura, dum audit regẽ glorię intraturũ, & quęrit, Quis est iste Rex glorię? Respõdet propheta, ipse [Est fortis & potẽs] quẽ tu infirmũ & oppressum putasti. Ipse est [Dominus pot. in prælio] vbi cõtra mortẽ pugnauit, contracta, & cœreta cicatrice, & sentiẽs te reparatã immortalitate reddita. Infirmitate nanq; hominis soluta, quæ terris debebatur, vbi cum morte belligeratũ est, firmata est clarificatio domini. Attollite, vel, Tollite, Egit supra contra dæmones, hinc iam itur in cœlum .i. cœlestes angelos alloquitur, qui solebant ab homioibus adorari. Et exclamat iterũ ꝓpheta dicẽs, Vos etiã cęlestes, Principes tol. port. vest. quas habetis in animis hoim, qui adorãt militiã cęli. Ante Christi naq; aduentum permittebãt se angeli boni adorari, illa adoratione, quæ dulia est, non latria, vt sibi poti⁹ quàm malis angelis reuerẽtia exhiberetur ab hoibus: sed post incarnationẽ ex humilitate atque subiectione, quã debẽt domino suo prohibent homines se adorare, vt intelligant humanam naturam in Christo super omnẽ creaturam exaltatam. Vnde in Apocalypsi angelus dixit Iohanni, Noli me adorare, cõseruus enim tuus sum, & fratrũ tuorũ. Et eleuam. port. æter .i. portę æternæ iustitię, & charitatis, & castita-

Ex Cass. Ex Alcu. Ex Hier. Ex Aug. Ex glint. Ex Aug. Ioan. 16 Ex Aug. Gene. 18. & in Iosue 5. Ex Greg. homil. 8. euãgeliorum. Apoc. 21.

tis, per quas vnum verũ deum diligat anima,& non fornicetur ſub multis,qui dicuntur dii. Et ſic, Introibit rex gloriæ, ad mentẽ, vt ad dexte- 1.Ephe.2 ram patris interpellet .i. interpellare pro nobis credatur. Quis eſt iſte rex glorię? Princẽps etiã Ex Aug. huius aeris, qui antè primatum habebat in homine, miratur, & quærit, Quis eſt iſte rex glor. Reſpõdet propheta, Dñs virtutũ.ſ. cœleſtium, vel terrenorũ. Ipſe eſt rex glorię, etiam ſupra te glorificato corpore pergit, ille tentatus ſuper omnes angelos tendit, ille ab angelo prȩuaricatore tentatus. Nemo ergo princeps ſe obũciat nequã, atque intercludat iter ipſius ad nos, vt tanquam deus habitet in nobis, atque colatur. Vel aliter, Attollite, vel, Tollite, Dicit hęc Dauid ꝓpheta, perſona angelorũ ſibi aſſumpta, qui Chriſtũ præceſſerunt deſcendentẽ ad inferos, vel aſcendẽtem ad cœlos. Angeli ergo præeuntes Chriſtũ ad infernũ dicũt tartareis poteſtatibus. O vos, Principes, inferni, Tollite portas Ex Hier. veſtras.i. auferte poteſtatẽ veſtrã, qua vſq; nũc in inferno omnes detinebatis. & ipſi idem præcedentes Chriſtũ in aſcẽſione dicunt. Et ô vos Portæ æternales, quę hactenus eratis clauſæ, ſcilicet aditus cęli, ingreſſus paradiſi, Eleuamini.i. aperiamini. Et introibit rex gloriæ.i. Chriſt⁹ in Hebr.9 cœlum. Hic eſt ſummus ſacerdos, qui in veteri lege ſemel in anno cũ ſanguine intrabat in ſancta ſanctorum. Mirantur autẽ dæmones & quę- Ex Hier. runt, Quis eſt iſte rex gloriæ? q.d. nõs regẽ noſtrũ habemus.ſ. diabolũ. Iſte rex gloriæ, quis eſt? Reſpondent angeli, Chriſtũ præcedẽtes ad infernum, Ipſe eſt, Dominus fortis & potẽs, qui mortem vicit & diabolum: Dominus potens in prælio, contra diabolum principem veſtrum, quia alligauit fortem, & nunc venit euertere domum eius & diripere vaſa, id eſt, confringere infernalia clauſtra, & educere captiuam ca- Ex Hier. ptiuitatem. Attollite portas, Virtutes miniſtræ præcedentes Chriſtũ in aſcẽſione, ad alias virtutes cœleſtes clamant, vt viam domino venienti aperiant, eique occurrãt, O principes cœli, Attollite portas veſtras, id eſt, reſerare cæleſtes aditus venienti domino. Et ô vos, Portæ æternales eleuamini, id eſt, aditus cęli & æternalis ingreſſus pateat. Aperiãtur æthereæ ianuæ, & æternarum ædium valuę. Et introibit rex glorię, Ex Aug. in cælum, vt ad dextram patris interpellet pro Ex Hier. nobis. Ipſę autem virtutes angelicæ, nouo myſterio carne induti ſtupefactæ, quærunt cum admiratione, Quis eſt iſte rex gloriæ? Quibus reſpõdent aliæ, Dominus virtutum, ipſe eſt rex glorię. ¶ Vel aliter, Attollite portas, Principes hic appellat ſanctos, de quibus alibi dicitur, Et nunc reges intelligite: & Petrus ait, Vos eſtis ge- Ex gl.int. nus electum, regale ſacerdotiũ, gens ſancta.q.d. quia nullus aſcẽdit niſi innocẽs & mũdus, ergo ô vos, Principes, id eſt fideles, qui eſtis gen⁹ electum, regale ſacerdotium, Attollite portas veſtras.i. amplificate bona opera, per quæ deus intrat. Et eleuamini portæ æternales, & introibit ſex gloriæ. Hęc & ſequentia non mutãtur à lectione primæ expoſitionis vſque attollite, vbi eſt repetitio præcedentium, vſque ad finem.

COLLATIO
In pſalmum 23. Domini eſt terra.

4 QVI non accepit in vano animam ſuam.] Quidã vertũt animã meam, alii animã eius, alii animã ſuam, ſicut LXX. & Hieronymus. Diuerſitas profecta eſt ex particula Hebraica, quę ſcribitur per vau in fine, & tamen pũctuatur cum hirec, id eſt, נַפְשׁוֹ naphſco, vel naphſci.

5 ET miſericordiam à deo ſalutari ſuo. Hieronymus ex Hebr. Habet iuſtitiam, quomodo & Neoterici tranſlatores reddũt. Verum צְדָקָה tzedaqah quãdoq; accipitur pro eleęmoſyna, quæ eſt opus miſericordiæ. Adde quod corona illa iuſtitiæ, quam reddet dominus iis qui diligunt aduentum eius, & quæ reſpõdet bonis operib⁹ noſtris, plus habet liberalitatis diuinæ & gratiæ quam debiti, iuxta illud ad Titum 3, Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecũdum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Iuſtitia autem hæc, eſt etiã fides, dei donum, per quod reddimur miſericorditer iuſti, quia, Hebr. 11, Sine fide impoſsibile eſt placere deo. Dona dei quatenus miſericordia Dei vel iuſtitia dicantur.

9 ATTOLLITE portas principes veſtras] Hieronym⁹ & cæteri traduxerũt, Leuate portæ capita veſtra. Idq; accidit ob polyſemaſiã voculæ Hebraicę ראשׁ roſch, quã nullus Hebræorũ negat ſępe ſignificare principẽ. Quod autẽ variatur terminatio caſuũ apud Latinos & Græcos, id non perinde fit apud Hebræos. Quare iuxta conſequentiã ſermonis, nũc redditur caſus vnus, nunc alter, nec præiudicat ſententiæ hæc aut illa lectio, ſeu acceperis portas pro primatu terrenæ cupiditatis, ſeu pro quibuſcũque peccatis, quæ impediunt aditum regni cœleſtis.

XXIIII. PSALMI TIT.
In finem Pſalmus Dauid.

Ad te dñe leuaui animã meã] Titulus [IN finẽ pſalmus Dauid] Pſalm⁹ iſte eſt conſolatio fideliũ cõtra aduerſa ſeculi. Ecce hæc oratio eccleſię in hoc ſeculo grauiter af- Ex Alcu. flictæ, quaſi oratio populi in Babylone grauiter cõſtituti. Hic enim eccleſia loquitur, quaſi pœnitẽs grauiter flagellat⁹, qui ꝓponitur aliis ut murmurẽt in aduerſis, qui in ſe expertus miſericordiã & iuſtitiam dei, per miſericordiã blãditur, per iuſtitiã terret. Et ẽſt hic pſalm⁹ primus per literas Hebræi alphabeti digeſt⁹, & ſi nõ per Ex Caſs. omnes. Quidam enim ſcribuntur per omnes, quidam non. Illi qui per omnes ſcribuntur, illos ſignificant, qui omnibus perfectè virtutibus cantãt Dei laudes. Qui non per omnes, minus perfectos laudatores ſignificant. Et eſt ſenſus tituli. [PSALMVS] iſte dirigit nos [IN finẽ]. i. in Chriſtum, attribuitur [DAVID]. i. eccleſię, quę Ex gl.int. hic loquitur in perſona pœnitẽtis, per flagella correcti. Intẽtio, Mouet in aduerſis nõ murmurare, ſed ad deũ reſpicere. Mod⁹. Tripartit⁹ eſt

psalm⁹,primo petit docerivias dei,quia ad do-
minũ erectus est.Secundo,orat pro peccatis di
mittendis, pro prioribus , & his quæ quoti-
die fiunt,ibi,, Reminiscere,&c.Tertio,agit de
æternis,ostendens quomodo habeatur.ibi,Quis
est homo.Ecclesia itaque vt secure valeat pete-
re quæ sequuntur ; præmittit de suo desiderio &
dilectione quam habet erga deum, sic ad ipsum
loquens,ô

D te domine le-
uaui animã meã;
deus meus in te
cõfido, non eru-
bescam,

DOMINE]ego[LE-
uaui]spiritali deside-
Ex Hier. rio de terra, à similitu-
dine grani quod in terra ortũ surgit in altũ. Si
verò in imo taceat,conculcatur, atq; cõputre-
Ex Aug. scit.quid?[ANIMAM meã]quę carnalibus de-
sideriis conculcata premebatur in terra. Quo
Ex Cass. leuaui?[AD te]ãplexãdũ & cõtemplandũ.Fa
& gl.int. cilè terrena despicit , qui ad diuina conspiciẽda
Ex Alcui. se erigit.& ô [Deus meus]ego expertus in ma-
Ex Aug. lis meam infirmitatem,iam[IN te cõfido]nõn
in me, qui prius in me cõfidens volui esse sicut
deus.Vnde ad hãc infirmitatẽ carnis perductus
de supbia mea erubui.Iam ergo,In te,solo,cõfi-
do.Et ideo,[NON erubescã] per peccatũ quod
de me procedat,de eo vnde confido: quod esset
si illud perderem. Spes enim non cõfundit.Nec
etiam per peccatũ quod fit ex inimicorum sug-
gestione,illud perdam.Et hoc est quod ait,

2 Neq; irrideant me inimici mei:
etenim vniuersi qui sustinẽt te,non
confundentur.

Ex gl.int. NEQVE irrideãt me inim.mei].i.nõ prævã
leant mihi.Hęc oratio vim enũciationis habet,
quasi diceret, Non pręualebũt mihi,quod qui-
Ex Aug. dẽ oro[INimici mei] omnis mõdi.s.visibiles &
inuisibiles & præcipue illi qui serpẽtinis atque
occultis suggestionib⁹ insidiantes & suggeren-
Ex Alcu. tes ad hæc mala me deiecerũt.Et cẽrtus sum de
eo quod peto, quia in nullo sustinente patiẽter
Ex gl.int. fallit. Hoc est qđ ait,[ETenim vniuersi qui su-
Matt.20. stinent te] .i.qui pãtienter ferunt pondus diei
& ęstus,id est,pręsentis tribulationis, donec ve-
nias [NON cõfundentur] per se,vel per inimi-
cos.i.per peccatum à se, vel ab inimicis exiens.

3 Confundãtur omnes iniqua a-
gentes superuacue.

CONFVNDANTVR] q.d.sustinẽtes te nõ
Ex gl.int. confundentur,sed,Confundantur,hic pro pec-
catis salubriter,vel si hic nolunt,tandẽ in pœna
ęterna. & subdit,& qui & quare.s.[OMNES ini
Ex Aug. qui] vel iniqua [AGENtes] ideo quod inique
faciunt ad acquirenda quæ transeunt.Ideo ini-
qua,quia [SVPERVACVE] agunt.i.in super-
uacuis laborãt,quia omnia sunt vana & infru-
ctuosa,quæ à deo sunt aliena.

4 Vias tuas domine demonstra
mihi: & semitas tuas edoce me.

VIAS TVAS]q.d. Non erubescam. Et ne
hoc fiat,ô[Domine vias tuas]id est,pręcepta le
uiora[DEMONstra mihi]q.d. Quę visui sub- Ex gl.int.
sunt,sicut solet manu aliquid demõstrari oculis
subiectum.Viæ ergo sunt institutiones de ordi- Ex Cass.
ne vitæ, qui cõueniũt oĩbus etiã simplicibus. Et
semitæ sunt, quæ occultę & angustę sunt,vt est
mystica intelligentia legis, quæ paucis nota est,
Vnde subdit, [ET semitas tuas].i.legis intelli-
gẽtias angustas & paucis notas[Edoce me]q.d.
ea quæ occulta sunt.& ô Domine,

5 Dirige in veritate tua, & doce
me: quia tu es deus saluator meus,
& te sustinui tota die.

DIRIGE me]errores fugientem[IN verita Ex Aug.
te tua]vt recte viuã,& pie,sicut veritas tua exi-
git[ET doce me]ipsam veritatẽ,vt quod credo
intelligã.Ideo dico,Doce,quia per me non no-
ui nisi mendaciũ.Distingue,duo petit,dirigi &
doceri. Dirige,ad bõnã vitã pertinet. Doce,ad Ex Cass.
verã scientiã, in quibus est perfectio. Sequitur,
Quia tu es,q.ideo fac quod peto [QVIA tu es
deus saluator meus]non egõ,quia expulsus sum Ex Aug.
à te de paradiso: in longinquam regionem per
me redire nõ possum, nisi occurras errãti [ET]
item etiã ideo,quia [TE sustinui tota die].i.to-
to tractatu secularis tẽporis, redit⁹ meus tuam
expectat misericordiã. Duo hic ponit cõmẽda-
bilia,dicẽdo,Tu es saluator meus,& te sustinui. Ex Cass.
Dũæ enim sunt res,quę bonos faciũt.s.vt deum
saluatorẽ credamus,& patienter retributionem
eius expectemus.

6 Reminiscere miserationũ tua-
rũ domine & misericordiarũ tua-
rum quæ à seculo sunt.

REMINISCERE].Secũda pars,vbi dę pec- Ex Alcu.
catis priorib⁹, & de his quæ quotidie fiunt,o-
rat, per misericordiã antiquis factã, & quia ti-
met verũ iudicem.q.d.dirigere & docere debes,
quia tu es deus,& quia sustinui te.& si hõc non Ex Alcui
sufficit,ô [Domine]tu[REMINISCERE] quẽ
hõmines putant oblitum, dum tardas [MISE- Ex Cass.
rationum tuarum,]id est operum misericordiæ,
[ET misericordiarum tuarum] naturaliter ti-
bi insitarum . Miseratio enim proprie est in ex-
hibitione bonorum.Misericordia,quæ natura-
liter in deo est, quæ est ipse deus [QVAE] mi-
sericordiæ & miserationes [A SECVLO] ab
initio seculi [SVNT] Nũnquam enim sine mi- Ex Aug.
sericordia fuisti,nec peccanti homini miseratio
tua defuit : qui etiam peccãtem hominem non
vanitati quidem,sed in spe subiecisti. Ne ergo in Ex Alcu.
me fallat, quod ab initio seculi inceptum est.

7 Delicta iuuẽtutis meæ, & igno
rantias meas ne memineris.

DELICTA]q.d.Reminiscere Misericordię.
& per misericordiã tuã[NE memineris,] id est,
nẽ serues ad vindictã perpetuã, Delicta,quibus Ex Aug.

Ex Cass. viam equitatis dereliqui [IVVENtutis meę].i.
Ex Aug. cōfidentis,& præcipitis audaciæ meæ[IONO-
rantias meas.]Vel,ignorātię meæ.i.peccata quę
ignoranter feci, vel quæ feci antequā crederē.
Ex Cass. Delicta enim sunt,quādo derelinquitur sciēter
via æquitatis. Iuuentus non accipitur hic pro
ætate, sed pro præcipitationis audacia, quæ est
tūc, quādo calor animi modestiā excedit. Igno-
rātias dicit peccata ignorāter facta. facim° enī
quæ mala esse nescimus,etiā post baptismū & fi
dem. Vel,Ignorantias dicit,peccata ante fidem
Ex Hier. cōmissa. Vel, Delicta iuuentutis, dicit peccata,
quę quasi in adolescētia gessit.s.antequā de do-
Ioan. 8 mo iniqui patris .i. diaboli exiret. de quo dicit,
Vos ex patre diabolo estis. Delicta ignorantiæ,
dicit ea, quæ sunt in paruulis, qui vel originali
peccato tenētur. Et est, Delicta iuuētutis meæ,
Ex Cass. id est,quę feci adhuc iuuenis in domo pr̄is mei,
scilicet diaboli. Et delicta ignorant.meæ.i.ori-
ginale peccatū,quod in paruulis [NE memine-
ris].i.ne serues ad æternam vltionem.

8 Secūdum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam domine.

SECVNDVM misericordiā].q.d.ne memi-
neris dico,sed potius[MEMENTO mei].i.Vi-
Ex gl.int. de misericorditer quā fragilis naturæ sim[TV]
Ex Aug. cuius op° est misereri,& peccata dimittere.Me-
mēto dico, nō secundū irā qua ego sum dignus:
Ex Alcu. sed secundū,Misericordiā tuā,quā me quærere
dignat° es,q̄ te digna est.q.d.vt ampla est miseri
cordia tua: ita ample miserearis mei. Et ō,Do-
Ex gl.int. mine memēto mei,nō propter meū meritū.Sed
Ex Alcu. [PROPTER bonitatē tuā] naturaliter tibi in-
sitā,qua omnia ex nihilo fecisti.Distingue inter
Ex Cass. misericordiā & bonitatē. Misericordia est pro-
prie erga miseros, bonitas erga quoslibet. facit
autē deus bonū,& à miseris implorat°, & boni-
Luc. 18 tate duct°.Nemo enim bon° ex se,nisi sol° deus.

9 Dulcis & rectus dominus:propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Ex gl.int. DVLCIS & rect°]Hic fit cōuersio sermo-
nis ad homines,quib° iste fidelis loquitur,ostē-
dens qua fiducia ita instanter petat.q.d. hac fi-
ducia peto,quia,[DOMINVS] est[DVLCIS]
Ex Aug. quia peccātibus & impiis omnia priora dimit-
tit,vbi est gratia sine meritis[ET] est [REctus]
Ex Alcu. quiā post misericordiā vocationis & veniæ, di-
gna in vltimo iudicio merita requiret. Hoc ideo
dicit ne lenitas eius securos nos & ociosos red-
Ex Aug. dat.[ET ꝓpter hoc,] scilicet, quia misericordiā
prerogauit,vt perduceret in viā[DABIT delin
Ex Hier. quētibus legem].i.cōrrectionē,vel charitatem,
qua iunguntur & reconciliantur homines deo,
Ex Alcu. Dabit,ita tamen,si sunt [IN via].i.In fide. Vel,
Dabit legem, vt ponat eos,In via,id est in præ-
ceptis dei. Vel,Dabit in via, huius vitæ, vbi re-
cte viuendū est vel necessariū est. Et dominus

10 Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.

DIRIGET mansuetos in iudicio] Qui ei Ex Aug.
non resistunt[IN iudicio] futuro,id est,nō per-
turbabit in iudicio eos, qui sequūtur volūtatē
eius,nec resistunt ei.Et[DOCEBIT]hic[MI-
tes,vias suas]nō eos qui præcurrere volūt,quasi
se melius regere valeant:sed eos qui non erigūt
ceruicem, neq; recalcitrant, cum eis iugum le-
ue ponitur,& leuis sarcina.

11 Vniuersæ viæ domini, misericordia & veritas requirentibus testamētum eius, & testimonia eius.

VNIVERSAE]q.d.Quās vias docebit eos? Ex Aug.
Misericordiā,quia placabilis est:& veritatē, qua
incorruptus est.[ET vniuersæ vię domini]sunt Ex Cass.
[MISERIcordia & veritas] quæ cū infinitæ Ex Aug.
sint,in his tamen duobus includuntur,quorum
vnum exhibet,donando peccata,alterum iudi-
cando merita. Misericordia enim dimittit pec-
cata, veritas iudicat merita. Ergo vniuersæ viæ
domini sunt duo aduētus filii dei. Vnus mise-
rantis,alter iudicantis,id est,in illis duobus ad-
uentibus misericordiā & veritatē manifeste no
bis exhibet. In primo,misericordiam: in secūdo,
veritatē. quæ duo tamen in omni operæ domi-
ni simul sunt,& si nō nobis manifeste appareāt.
Tenet autem ille vias eius, qui expertus miseri-
cordiam deponit superbiā,nullis suis meritis li-
beratū se videns, & deinceps cauet seueritatem
iudicis. Sequitur,[REquirētibus,&c.] q.d.dico
quod vniuersæ vię domini sunt misericordia &
veritas. Quod & si nō aliis videtur,apparet ta-
men, Requirētib°.i.his qui requirūt[TESTA-
mentū eius],i.passiōnē & mortē,per quā redē- Ex Hier.
pti sumus:& vita ꝓmissa, nobis est reddita. Et
qui requirunt, Testamentum eius.i. qui atten- Ex Aug.
dūt quę in prophetis & in euangelistis testatus
est. Illi enim intelligunt Christū misericordem
in primo aduentu,& iudicē in secūdo. Qui mi
tes quærunt, Testamentū eius.i. mortem,quā-
do suo sanguine nos redemit in nouam vitam.
Et qui requirūt testimonia eius in prophetis &
euangelistis, vbi credētibus in mortem suam vi-
tam ꝓmittit, incredulis verò minatur mortem
æternam. ¶ Vel ita, ab illo loco, Dulcis,&c. &
legitur totum de pręsenti.q.d.hac fiducia peto,
quia,Domin°,est,Dulcis & rectus. Dulcis,quia Ex Cass.
suauia dat;rectus,quia corrigit. Et propter hoc
quia dulcis & rectus, ideo non ex crudelitate,
sed ex benignitate,Dabit legē, correctionis,vel
charitatis delinquētibus, tamen si sunt, In via,
fideli, vel ad hoc vt sint in via præceptorum Ex Alcu.
dei. Vel,Dabit in via huius vitę,vbi recte viuen
dum est. Dabit legē dico,&,In iudicio,pręsen- Ex Cass.
ti, quo iudicat dum punit & corripit. Diriget
mansuetos,ad meliora,id est,si māsueti sint,qui Ex Alcui.
corripiūtur. quod est ex feris domiti, vt tolle-
rent patienter flagellum emendātis patris, me-
delam vrentis medici. Quod si mites sunt, id
est, lenis animi, q. d. naturaliter hoc habentes
docebit eos, Vias suas, id est,præcepta sua:pro
quorum neglectu venerunt flagella. Vniuersæ,
q.d.docebit vias,id est præcepta sua. Vniuersę,
autē, Vię domini,id est,vniuersa præcepta eius,
sunt, Misericordia & veritas,id est,plena mise-

ricordia & veritate,quod vtique apparet, Re-
Ex Caſs. quirentibus teſtamētum eius,nouū.quod ęgrē-
gie dicitur teſtamentum, vbi eſt clara & certa
promiſsio hęreditatis,quod etiam in morte te-
ſtatoris confirmatur. Et teſtimonia eius, ſcili-
cet teſtimonia veteris teſtamenti, vbi fuerunt
prophetæ teſtes promiſsionum.

12 Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo.multum eſt enim.

Ex gl.int. PROPTER nomē tuum domine] i. Et quia
dülcis & rectus,ſicut oraui facies,id eſt,peccata
Ex Aug. quæ accuſo dimittes. Et hoc eſt,ó,[NOMINE
propitiaberis]oblāto tibi ſacrificio ſpirit⁹ con-
Ex Alcu. tribulati[PECCATO meo]Et hoc facies[PRO-
pter nomen tuum]prōpter gloriā tuam,vt lau-
deris ab homine.Cauſa ad dominū refertur. Et
hoc ideo, quia nō negligo, nec extenuo pecca-
Ex Caſs. tū meū:ſed puto,quod multū eſt.¶Vel ita,quia
dulcis es,ó, Domine propter nomen tuū,quŏd
Ex Aug. eſt Ieſus, ſcilicet ſaluator, id eſt, vt impleas rem
nominis tui,Propitiaberis,ſacrĭficio ſpirit⁹ cō-
tribulati, [Peccato meo]non ſolū ante fidē,ſed
poſt fidē cōmiſſo.Et neceſſe eſt [ENIM,]id eſt,
Ex Aug. quia [MVLTVM eſt] .i.grāde eſt illūd peccatū,
& Alcu. quia & in via fidei non deeſt offenſio. Et ideo,
Niſi per te non delebitur,qui non ſolū peccata
donas,quæ ante fidē,ſed etiā illud quod,Multū
Ex Caſs. eſt,id eſt,quod quotidie fit.Ergō ꝓpter nomen
tuū parce.Hoc ideo dicit,quod non propter ſe
ſibi parci petere audet, quia quotidie peccatū
eius augetur. in quo Cathari refutantur. Erat
Ex Iſid.7 enim quædam ſecta hęreticorum,qui ſe iſto no-
etymol. mine,quaſi propter mūditiam ſuperbiſsime ap-
24. quęſ. pellabāt,qui peccatoribus veniam peccatorum
3.ca.Qui negat. Secundas nuptias non admittit. mūdio-
dam. res ſe cæteris ꝓdicant,vnde & catharos ſe quaſi
mundos dicebant.qui ſi nomē ſuum cognoſce-
re vellent, mundanos ſe potius quàm mundos
vocarent.

PARS III. 13 Quis eſt homo qui timet dominum?legē ſtatuit ei in via quam elegit.

Ex Alcu. QVIS eſt homo]Tertia pars vbi agit de ęter-
nis,oſtendens quomodo habeantur, laborās &
orans,vt ipſe & totus Iſrael ab ipſis malis libe-
rentur. Præmittit autem de timore, qui eſt ini-
tium ſapientię.q.d.Dominus dabit legē.& cum
Ex Caſs. ita ſit,vis ſcire cui dabit ? Et quăſi reſpōſum ſit
& gl.int. ei ab aliquo vol:addit[QVIS eſt homo,]ſcili-
cet rationalis[QVI timet]nō ſecur⁹ de ſe [DO-
Ex Aug. minū?]Tĭmor eſt,vnde quis incipit venire ad
ſapientiam. Ideoq́ue de illo proponit. Et quaſi
quis diceret, Quare hoc quęris?Reſpōdet,Ec-
ce quare,quia domin⁹ [STATVIT ei,]ſcilicet
timenti[LEGEM,]id eſt,correctionem, ne iam
impune peccet. Vel legem,id eſt,cōpletionē le-
gis,quę eſt charitas[ET]dico poſito[IN via]fi-
Ex gl.int. dei] QVAM elegit] .i.quāam liber apprehendit,
vel vt rutā elegit, expertus per flagella nō eſſe
deuiandum ab ea. Et deinde ſubdit de præmio
dicens,Et

4 Anima eius in bonis demorabitur: & ſemen eius hæreditabit terram.

ANIMA eius] poſt diſſolutionem corporis Ex Caſs.
[DEMORABIT in bonis]quiā etſi nō ſtatim poſt
corpus habet perfectā beatitudinē,tamē in bo-
nis demorabitur,habēs ſimplicē ſtolam vſq; ad
reſurrectionis tempus, quando corpus clarifi-
cabitur. Vnde addit, [ET] tandem [SEMEN Ex Hier.
eius]ŏpus bonū,vnde colligitur fructus[HAE- & Alcui.
reditabit terrā].i.hăbebit ſolidā hæreditatē in- Ex Aug.
ſtaurati corporis,quādo merito boni operis qđ
hic fecit ſecundam ſtolam glorificati corporis
accipiet,Interim verò,

15 Firmamētum eſt dominus timētibus eum: & teſtamentū ipſius vt manifeſtetur illis.

DOMINVS] nō homŏ mutabilis, eſt[FIR- Ex Caſs.
mamentū timētibus eum]Vĭdetur infirmorum Ex Aug.
eſſe timor.Sed, Dominus eſt firmamentū timē-
tibus eū,qüia timor dei dat firmitatē,humanus Ex Caſs.
diffidentiā. Et,Domin⁹ facit,vt,[Teſtamētum
ipſius manifeſtetur illis] .i. vt mănifeſtetur illis Ex Aug.
hoc quod ipſe teſtat⁹ eſt.ſ.quod gētes & termi
ni terræ ſunt hæreditas Chriſti.Vel ita Anima
eius, timentis modo non redit in AEgyptū ad
ollas carnium,vt peccatorū tenebris delectetur: Ex Alcu.
ſed, Demorabitur in bonis.i. in præceptis mo-
rabitur:quaſi in delitiis. Vel modo,Demorabi-
tur,ſpe,& ſi non re. In bonis,futuris. Et ſemen
eius hær.&c.i. mĕrito boni operis ſui.i.bene ope- Ex Hier.
rādo,per qđ meretur vitā,excolit terrā.alia lit. Ex Alcu.
Euam.i.carnē,mortificando vitia eius,& cōcu-
piſcētias. Et pręter hęc,Dñs eſt firma.ti.eū.Hŏ- Ex Caſs.
mo quidē eſt mutabilis,ſed firmat deus timentē
ne in malis ċedat.Idē ſenſus cū priori, Et teſta-
mentū ip.eſt hoc,Vt manif.illis .i. mănifeſtabit Ex Alcu.
ſeipſum eis,ſicut promiſit dicēs,Si quis ſermo- Ioan.14
nes meos ſeruauerit,diligā eum, & manifeſtabo
ei meipſum.Et ideo,quicquid alii faciant,

16 Oculi mei ſemper ad dominum: quoniā ipſe euellet de laqueo pedes meos.

OCVLI mei].ſ. cŏrdis,de quibus Salomon, Ex Hier.
Oculi ſapiētis in capite eius.i.in corde eius.i.o- & gl.int.
mnes cōtuitus mei[SEMPER]ſunt[AD dominū]
qüia terrā nō intueor,nec ante me ad pedes at- Ex Caſs.
tendo,vt ſolēt quidā,ne incidāt in laqueos,vel
foueas. Ego verò ad dñm ſurſum ſpectās nō ti-
meo terrena pericula,[Qm̄ ipſe] quē intueor,
[Euellet de la.]vitiorū[Pedes meos].i.affectus.
Vel, De laqueo eu.ped.m.i.de paſsione & mor- Ex gl.int.
te,quę tenet ligatos. Et eſt per ſimile dictū,tan-
quam ſit incatenatus pede,qui morte tenetur.

17 Reſpice in me,& miſerere mei: quia vnicus & pauper ſum ego.

RESPICE]q.d. Et quia oculi mei ſunt ad Ex gl.int.
te, ergo reſpice, &c. Vel ita iunge, Oculi mei
ſunt ad dominum.Mei dico,ita dicētis[RESPI-
CE in me]rĕſpicientem in te [ET miſerere mei,] Ex Caſs.

quia miser sum, & loc° est misericordiæ [QVIA
Ea gl. int. vnicus sum,] id est, nōn per plura distractus, sed
Ea Aug. in vnitate permanens. Nullã enim schismata,
vel hæreses tenēt ecclesiam [ET pauper] à mun
di rebus [SVM ego] Ideo se vnicū & pauperem
Ea Cass. dicit, vt dēi misericordiam sibi conciliet. Vni-
cus enim plus amatur, pauper plus doletur. Et
item alia causa est: quia, scilicet,

17 Tribulationes cordis mei mul
tiplicatæ sunt: de necessitatib⁹ meis
erue me.

TRIBVLATIONES cordis mei multipli-
Ex gl. int. catæ sunt,] id est, tōt sunt calamitates mundi,
Ex Aug. quod earū anxietas peruenit vsque ad cor. Hā-
bundante iniquitate, & refrigescente charitate
multorū: & ô, Domine [Erue] me de necessita-
Ex Alcu. tibus meis,] id est, dē aduersis, quæ necessaria
sunt omnibus qui pie in Christo viuere volunt.
Ea Aug. Ideoque congrue hæc vocat necessitates, quia
hęc necesse est ei tolerare vsque in finem, vt sal-
uus fiat. Et,

18 Vide humilitatem meā & la-
borem meum: & dimitte vniuersa
delicta mea.

Ex gl. int. VIDE,] id est, grātam habe [HVMILITA-
TEM meam,] quia iactantia iustitiæ non me ab
Ex Aug. vnitate abrumpo [ET laborem meum] quō in-
disciplinatos mihi admixtos suffero. [ET] his
sacrificiis placatus [DIMITTE vniuersa deli-
cta mea] non ea tantum quę feci ante fidem, sed
Ex Aug. etiam quæ post fidem per infirmitatem, vel vi-
tæ huius caliginem, admitto. Deinde pro inimi
cis orat, dicens. Et etiam,

19 Respice inimicos meos, quoniā
multiplicati sunt: & odio iniquo o-
derunt me.

Ex Cass. RESPICE,] id est conuerte, [INIMICOS
meos] vel quia nescimus quid oremus, sicut o-
portet. Potest esse talis sensus, Respice iniquita
Ea gl. int. tem meam, id est, fac dē eis sicut scis [QVONIAM
Ex Aug. multiplicati sunt] nōn solum foris infideles, sed
etiam intus in ecclesia non desunt falsi fratres.
Ex Cass. Et tōt hominum perditio sine dolore esse non
potest. Et ideo ꝓ eis orat, de quibus subdit, [ET
Ea Aug. ODIO INIquo oderunt me, diligēntem se.
Sed ab eis,

20 Custodi animam meam & e-
rue me: non erubescam quoniam
speraui in te.

Ex gl. int. & Cass. CVSTODI animam meam] Seruādō in his
bonis quæ habui: nēc decliner ad imitationem
Ex Aug. eorū [ET erue me] à perplexitate qua mihi mi-
scentur. Erue dico, & fac, vt [NON erubescā]
si forte insurgunt contra me. Et debes [QVO-
NIAM speraui in te] non in me. Vel ita, Non
Ea Alcui. & Cass. erubescam, q. d. Dico erue, & si nōn propter a-
pter aliud, vel, id est saltem ideo, vt non erube-
scam de hoc, Quoniam speraui in te, id est, ne
cedat mihi erubescentię, quod speraui in te. Et
ideo erue, quia facti

21 Innocentes & recti adhæserūt
mihi: quia sustinui te.

INNOcentes & recti] Bōna operatione per Ea Alcu.
tribulationes [ADHAESERVNT mihi] i. non
sōlū corporis pręsentia miscētur, sed etiā cōsen- Ea Aug.
sione cordis. Māli quidem tolerati sunt, & non Ex Cass.
adhæserunt mente, sed recti corde mihi adhæ-
serunt. Et hoc ideo, [QVIA] nō dēfeci à bono, Ex Aug.
seqnēs illos. Sed, [SVSTINVI te] expectās vē-
tilationem vltimæ messis tuæ. i. iudiciū. Et tu, ô

22 Libera Deus, Israel, ex omnibus
tribulationibus suis.

DEVS libera Israel,] id est, eōs qui sunt Israel, Ex Aug.
id est, populum quem ad tuam visionē præpa-
rasti. Libera, dico, [EX omnibus tribulationibus
suis] quæ foris, vel intus sunt.

COLLATIO
In Psalmum 24. Ad te domine leuaui.

NEQVE irrideant me inimici mei.] Hebræi
אַל יַעַלְצוּ אֹיְבַי לִי al iaalzu oiebai li, ne læ-
tentur mihi, hoc est de me, inimici mei. Manife
stum est cacodæmonem, non posse re vera in se
lætari, quum eius perpetua damnatio, sit abys-
sus tristitiæ indicibilis. sed eius gaudium dici-
tur per effectum, quando nos decipit incan-
tos. Gaudere igitur ipsum de nobis, est nobis il- Demones
ludere, & eius irrisio, est fallax deceptio, quo- nunquam
modo declarauerunt LXX, non recedētes à ve- lætantur.
ritate Hebraica.
6 ET misericordiarum tuarum, quæ à secu-
culo sunt. In Gręco ὅτι, id est, quia à seculo sūt.
In Hebræo etiam כִּי id est, quia. Et ad eundem
modum legit Augustinus, in enarratione huius
psalmi. quare videtur vitio librariorū esse posi-
tum quę, pro quia, quanquam nihil prorsus in-
cōmodatur sententiæ. Vnde trāslator ad Cam-
pensem sic reddidit, Memor sis misericordiæ &
bonitatis tuæ, quibus ab æterno veteris. Et Pa-
raphrasis, Reuoca in memoriā domine elemen-
tiam & benignitatem tuā, quibus superioribus
seculis, tam liberaliter vsus es erga tuos.
7 DELICTA iuuētutis meæ, & ignorantias
meas ne memineris.] In eo qđ dicitur ignoran-
tias, videtur repugnare significationi vocabuli
Hebraici, videlicet פֶּשַׁע pessa quod deforma
tur à themate פָּשַׁע passa. Idque significat ex
certa malitia peccare & rebellare. qđ nemo nō
aduertit opponi ignorātiæ. Sed est quędā igno-
rantia, quæ à theologis dicitur affectata, iuxta
illud Psal. 35, Noluit intelligere vt bene ageret.
Et hęc est periculosissima. Veruntamē Hieron.
ad Cyprianū, interpretatur de cōmuni ignora-
tione dicēs, Delicta iuuentutis meæ & ign. &c.
Et iterū, Delicta quis intelligit? Et ab occultis
meis munda me domine, & ab alienis parc. &c.
Aliena enim nobis sunt vitia, quę sæpe volun-
tate, interdū ignorātia & errore committimus.
Et tamen quum non sit volūtas in crimine, er-
ror in culpa est.

FIRMAMENTum est dominus timentibus eum] Hieronymus & cæteri hebraïcantes, dicũt secretum deum &c. יהוה סוד sod adonai. Et si aliquantula sit distantia verborum, eodem tamen intelligentiæ conspirant. Nam סוד sod est arcanum consilium. quod si das infirmis, eos stabilis & corroboras. Adde quod יסד iasad apud Heb. extra controuersiam significat fundat. Et quia, ait Munsterus, non minus requirẽdum est consilium in omni opere, quàm fundamentum in ædificio, ob id etiam significat consilium icire. Quid ergo vetat סוד sod, notare, fundamentum seu firmamentum, quum verbum à quo potest deflecti, significet firmat? Quędam leuicula scientes prætermittimus.

Consiliũ dei, firmamẽtum est hominib⁹.

XXV. PSALM. TIT. Psalmus Dauid.

Ex Aug. IVDICA me domine] Titulus [PSALMVS Dauid] Pẽr Dauid non accipitur hic Christus mediator dei & hominum: sed vir perfe-
Ex gl.int. ctus, qui petit in futuro separari à malis, loco, à quibus in pręsenti seiungitur merito. Et est sensus, [PSALMVS] iste attribuitur [DAVID]
Ex Caſſ. & Aleui. id est perfecto viro qui hic loquitur. Intentio hæc est. Psalmus iste monet vitari consortia iniquorum, & iungi iustis, quia ex conuictu mores formantur. Modus. Bipartitus est psal-
Ex Caſſ. mus, Primo vir iustus se dicit non habere hic partem cum iniquis, & petit discerni ab eis in futuro. Secundo petit ne malis in iudicio misceatur. ibi, Domine dilexi. Et nota differentiam inter primam & secũdam partem. In prima enim parum de iudicio, & multum de innocentia sua agit. In secunda de vtroq; pene pariter tangit; & in prima, prius de iudicio, post de innocetia
Ex Aug. sua agit. In secunda econuerso. Vidẽns ergo vir iste sanctus nunc bonos cũ malis, grana cum paleis, ita vt pauca vel nulla videantur grana, sicut
3. Reg. 19 Elias, se solum relictum putauit, orat in futuro localiter diuidi, sic dicens, ô,

1 IVDICA me domine quoniam ego in innocẽtia mea ingressus sũ: & in domino sperans non infirmabor.

Ex Aug. DOMINE iudica me] id est, discẽrne me à malis, loco, qui simul sunt in ecclesia nobiscum modo, ne simul eamus in ignẽ ęternum. Quod
Ex Caſſ. autem dicit, Iudica. Nõn est præsumptio iusti; sed certitudo misericordię dei: quod ibi ostendit, vbi ait, In domino sperans. Deinde subdit, Non infirmabor, sicut & Apostolus, non ex arrogantia, sed ex spei cõfidentia ait, Reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi iustus iudex &c. Deinde meritũ ostẽdens subdit, [QVO-
Ex Aug. NIAM ego &c.] q.d. Dico Iudica. Quãre? ideo, scilicet, quia post misericordiam quam mihi prerogasti, habeo innocentiæ meę meritum, cuius viam custodiui. Hoc est, Quoniã [SVM in-
Ex gl.int. gressus] viam mõrum. Vel, inter peccatores [IN innocentia mea] non angelorum. Sẽd qualis est
Ex Alcu. hominum innocentia? hoc autem dicere nõ est
Ex gl.int. elatio, sed non ingrati confessio. Et licet sim in-
Ex Aug. nocens & iustus, nõ tamen sic in me, sed in deo sperabo. [ET in domino sperans nõ infirmabor] id est, non titubabo inter peccatores. Aliter, sci-
Ex Aug. & gl.int. licet, nisi speraret in domino, inter malos titubaret, qui & si cadunt, iste stat: qui nõ in eis, sed in domino sperat. Vel, Non mouebor. alia litera, localiter, inter peccatores: sed pẽrmanebo
Ex Aug. inter eos corpore, nõ mente, quod quidam nolunt facere, vt boni videantur. Qui vero quasi boni nolunt inter malos esse, schismatici sunt, & peiores sunt illis, & vt paleę iam ante ipsam vẽtilationem à vento superbiæ rapiuntur.

2 Proba me domine, & tenta me: vre renes meos & cor meum.

PROBA] q.d. Dixi quod innocens & iustus sum: sed quia delicta nullus intelligit, ne quid occultorum meorum lateat me, [PROBA me domine, & tenta me] id est, tẽtationibus proba me
Ex Augu. id est, indicã me probatum: non tibi, quia omnia nosti: sed mihi & hominibus, ne quid delicti re-
Ex Caſſ. maneat. Ideo dicit, tenta, quia nisi tentaret ne-
Ex Aleu. gligentes essemus. Et nõta quod tentat deus, tẽtat homo, tentat diabolus. sed aliter deus, aliter homo, aliter diabolus. Tentat enim deus vt erudiat, tentat homo vt discat quod nescit, ten
Ex Caſs. tat diabolus vt seducat. Dei ẽrgo tentatio probatio est, qualiter tentauit deus Abraham. At-
Ex Alcu. tẽnde quod hic perfectus vir precatur tribulationes, ne quis de eis murmuret. Vnde subdit, [ET vre] igne tribulationis, scilicet, [RENES
Ex Aug. meos & cor meũ] Adhibẽ purgatorium medicinale tribulationis delectationib⁹ meis, ne quid mali delectet me: & cogitationibus, ne quid mali cogitem. Cor nanque pro cogitationibus, Renes, pro delectationibus posuit.

3 Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: & complacui in veritate tua.

QVONIAM misericordia] q.d. Ideo dico, Vre [QVONIAM misericordia tua ante oculos
Ex Aug. meos est] id est, nõn merita mea, sed misericordiam tuam, quę talem me fecit. Attendo ne illo igne consumar. Vel ita, Proba me domine & te-
Ex Greg. lib. 2. mo. cap. 11. ta me, id est, priũs vires meas inspice, & tunc vt ferre valeo tẽtari permitte. &, Vre renes meos, id est, meas delectationes, igne verbi tui, de quo
Ex Aug. Lucæ 12 dominus ait, Ignẽ veni mittere in terram. Hoc igne delectationes vrit, bonas inflammando, malas absumendo. Et vre cor meum, id est, cogitationes bonas illustrando, malas consumendo. Vre calore sancti spiritus, à quo nemo se abscõdit. Quoniam misericordia. q. d. Peto ne finas me tentari supra vires, quod vtique facies, Quoniam misericordia tua ante oculos meos est. i. misericordiam tuam toto corde intueor, quæ non finit tentari supra vires. Vel ita iunge. q. d. Ideo dico, Vre, quia ipsa vstio est, Misericordia tua ante oculos meos, id est, mihi videtur misericordia, non asperitas, quia in ea deũ sibi miseri-

Ex Aug. cordem cognoſcit.[ET complacui] mihi intus
& gl.int. vbi vides:non timeo ſi diſpliceam, vbi homines
vident. Complacui,dico,[IN veritate tua] id
eſt,delectásti me bona tua,& placēt. Et dicit hoc
à ſimili.Ita enim ſibi intus cõplacet;quaſi quis
ſepulchrum in ſpeculo videat. Et attende quod
non xit placui,ſed Complacui.Cui enim diſpli-
cet mendacium ſuum,& placet veritas dei,pla-
cet ipſe ſibi cum illa,& in illa.

4 Non ſedi cũ conſilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo.

Ex Alcu. NON ſedi]q.d.Complacui in veritate.& ve
rè, quia [NON ſedi] & odiui, quod eſt vitare
mala:&,Lauabo manus meas,quod eſt agere re-
cta.Et hoc eſt,&,Non ſedi [CVM conſilio vani
Ex Aug. tatis] id eſt, cõr non apposui,non conſenſi, & ſi
intraui corpore.Sedere eſt conſentire, cum his
qui ibi ſedent.quod ſi præſens es, & hoc non fe
ceris,non ibi ſediſti.Si abſens feceris, ſediſti ibi.
corde,quanuis non corpore.Ideo ait, Non ſedi
cum conſilio vel concilio vanitatis,id eſt, cor
meum nõ appoſui illis qui prouident beati fie-
ri in tranſitorijs,quę cauſa eſt omnium iniquo
rum,id eſt iniquitatum. Ac ſi diceret, Tractatũ
iniquorum vitaui,facta etiam nec incepi. Vnde
ſubdit [ET cum iniqua gerentibus nõ introibo]
Ex Caſs. id eſt,cõnſcientiam operis eorum non habeo.i.
nec etiam incipiam cũ eis agere iniqua, & ſi in-
ter eos ſim. Et quia non ſatis eſt vitaſſe, addit,

5 O diui eccleſiam malignãtium: & cum impiis non ſedebo.

ODIVI eccleſiam]q.d.Non tantum vitaui
Ex Aug. conſilium vanitatis,ſed etiam ipſam[ECCLE-
ſiam malignantium].i.cõngregationem malo-
rum,quę fit vt veniatur ad conſilium vanitatis,
odiui. Et ſi de nobis ſunt corpore nõ mente, nu
mero non merito, nomine non numine,[ET cũ
impijs non ſedebo] id eſt, placitum non habe-
Ex Caſs. bo. Diſtinguē inter vanos,& malignantes,& im
pios. Vani ſunt qui de caducis rebus & tranſito
rijs laborant. Impij ſunt hæretici,qui ſcriptu-
ras ſacras peruertunt. Illi ſuperflua quęrunt,hi
venenoſa,vt quaſi diuerſis errorum telis vulne
Ex Alcu. rent corda.Malignantes ſunt, qui proximis ma
la agunt.

6 Lauabo inter innocentes manus meas : & circundabo altare tuũ domine.

LAVABO] Oſtenſo quomodo vitet mala,
ſubdit quomodo faciat recta.q.d. Non conſen-
tiã impijs, ſed potius [LAVABO manus meas]
Ex Hier. id eſt,pœnitēndo & confitendo faciam mundx
Ex Aug. opera mea.Ego dico conuerſans[INTER in-
nocentes]mente ſemper, & corpore ſæpe[ET]
ô[DOMINE altare tuũ] id eſt mentem meã,
Ex Alcu. vel fidem,vbi deo vota offeruntur, quia nõ eſt
Ex Hier. locus veri ſacrificij extra catholicã eccleſiam,
Ex Alcu. id eſt,extra fidem catholicę eccleſiæ[CIRCUN-
Ex Hier. dabo]id eſt,virtutibus ornabo.ideo inter inno
centes conuerſabor.

7 Vt audiam vocem laudis: & enarrem vniuerſa mirabilia tua.

VT]ego[AVDIAM]ab eis[VOCEM laudis] Ex Aug.
id eſt, diſcam qua voce ſis laudandus, ſcilicet,
quomodo te laudem,non me. Vt, ſcilicet,nõ ex
ipſo bono de me pręſumam, ſed de te,qui dedi-
ſti. Ille ergo intelligit qualiter eſt laudãdus de⁹, Ex Rem.
qui bonum ſuum deo,non ſibi tribuit. Vel, Vt Ex Alcu.
audiam vocem laudis,id eſt,vocem ſpiritus ſan
cti,qui docet laudare te,[ET]cum didicero[E- Ex Aug.
NARREM]id eſt,exponam alijs[VNIUERſa mi
rabilia tua] non mea. Vel ita,vt per altare,cæle-
ſtis Hieruſalem accipiatur, quod altare nõ am
plectitur niſi qui lauat manus inter innocẽtes.
Nam multi hoc altare viſibile tangunt indigni,
& tolerat deus pati iniuriam ad tempus ſacra-
menta ſua,ſed nunquid ſic erit Hieruſalem cæ-
leſtis? Non. Non enim quomodo nunc recipe-
ris cum malis intra parietes iſtos eccleſię:ita re
cipieris cum malis in Hieruſalem cæleſtem.i.in
ſinũ Abrahę.Ideo dicit iſte, Lauabo manus, id
eſt,opera,quibus lotis,Circundabo altare tuum
domine,id eſt,ãmplexabor meo deſiderio & ſpe, Ex Hier.
& in futuro etiam re.Sublimia tua,ſcilicet altã Ex Caſſ.
re cæleſte,quo ſacerdos noſter Chriſtus pro no
bis introiuit.Circundabo dico, Vt audiam vo-
cem laudis tuæ,quę cãnitur ab angelis,ſcilicet Ex Alcu.
Sanctus,Sanctus,Sanctus, &c.Vel, Vt audiam
vocem laudis tuæ,id eſt vocem qua dices in fu- Matth.25
turo, Venite benedicti patris mei &c. Et enar-
rem hic, Vniuerſa mirab.tua.hæc nõ mutãtur.

8 Domine dilexi decorem domus tuę:& locum habitationis gloriæ tuæ. PARS II

DOMINE dilexi] Secũnda pars, vbi petit
ne malis in iudicio miſceatur,quia nõ eis ſed do Ex Caſſ.
mui dei concordat.q.d.Lauabo manus, Circun & Alcu.
dabo altare. Et hoc ideo faciam,quia, Dilexi,ô
domine[DECOREM domus tuæ]id eſt,dilexi mẽ
facere decoram domum tibi [ET locum habita Ex Hier.
tionis glorię tuæ] id eſt, lõcum in quo glorioſe
habites, vt de gloria & eſſentia deitatis aliquid Ex Alcu.
capiã. Vel itã, Dom⁹ dei eccleſia eſt,decor huius
domus ſunt ſancti,& iidẽ ſunt locus habitatio-
nis gloriæ tuę. Et eſt, Dilexi decorẽ domus tuæ, Ex Aug.
qui eſt in ſanctis, & ſi adhuc eccleſia habet ma-
los,id eſt,dilexi bonos,qui ſunt in eccleſia,quo-
rum vita & doctrina ipſa eccleſia eſt decora. Et
locũ habitationis, Decor domus, eſt locus habi
tationis glorię.i.ſancti qui ſunt decor eccleſiæ,
& ſunt locus habitationis glorię:quia nõ ſuam
ſed gloriam dei quęrunt. Et hoc eſt, Et dilexi lo
cũ habitat. glo. tuę.i. illos in quibus habitãs glo
rificaris,vt nõ ſibi ſed tibi detur gloria. Et ideo
non ſimpliciter dicit, Locum habitationis: ſed
addit, Glorię tuę,ſcilicet, vbi habitat gloria tua
Vel ita, Dilexi decorẽ domus tuæ,id eſt, bonos Ex Caſſ.
actus quibus decoratur domus tua. Secundum
illud, Sic luceãt opera veſtra coram hominib⁹, Matth.5
vt glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt,
Et locum habitationis glorię tuæ,id eſt arcanũ
pectoris, vbi eſt ſedes piarum cogitationum. Et
quia ita me habui,ergo hæc retribue mihi.

9 Ne perdas cum impiis deus animam meam: & cum viris sanguinum vitam meam.

NE perdas] in futuro, ô deus [ANIMAM
Ex Aug. meam] quæ dilexit decorem domus tuæ [CVM
Ex Caſs. impijs] qui te oderunt, quibus hic mente, non
cõmunico, & ſi corpore. Ergo & ſi modo ſimul
eſſe pateris bonos & malos, ne ſimul perdas in
Ex Aug. futuro. In ârea pro palea nõ vide̋tur alongè gra
in præfat. na: ſic & opinio eſt, abundante iniquitate mul-
2. enarrat. torum, nullum eſſe bonum. quæ etiam fuit in
eiuſdẽ pſ. Helia, quãdo dixit, Domine relictus ſum ſolus,
3. Reg. 19 ſed non nocebit bonis in futuro malorum com
mixtio, quia nõ errat deus in iudicio, ſed ſingu-
lis iuxta merita reddet. [ET ne perdas vitam
Ex Caſs. meam cum viris ſanguinum] ſcilicet, qui carna
liter viuunt, & proximum oderunt. Et ita impij
& viri ſanguinum, illi accipiuntur, qui contra
duo præcepta charitatis agunt, & ſic domũ dei,
quantum in ſe eſt dehoneſtant atq; maculant.
Ex Aug. Nãm duobus præceptis dilectionis, ſcilicet, dei
& proximi, domus dei decoratur.

10 In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus.

IN quorum] Oſtendit qui ſint impij & vi-
ri ſanguinum, hi [IN quorum manibus iniqui-
Ex Aug. tates ſunt] id eſt, quorum õpera ſunt iniqua [ET
dextera eorum repleta eſt muneribus]. i. ſi quid
boni agunt, pro muneribus faciunt, pecuniæ, vel
laudis humanæ: vel timoris, quo timent diuitẽ
offendere: vel iniuſtæ miſericordiæ, dum quis ne
reprehendatur, eo quod contra pauperem fece
rit oppreſsit iuſtitiam, & protulis contra verita
tem ſententiam, parcens pauperi in mala cauſa.
Vel ita, quaſi munus accepit à paupere, quod nõ
arguitur cõtra pauperẽ feciſſe. Sed beatus eſt q
excutis man⁹ ab omni munere. Munera enĩ ex-
cæcãt oculos, & vim auctoritatis inclinant. Vn-
Eſaiæ. 33 de per Eſaiam domin⁹ ait, Ve vobis qui iuſtifica
Deute. 16 tis impium pro muneribus. Vel, Dextera, id eſt,
Eccle. 5 ratio, eorum repleta ſit muneribus, id eſt præ-
ſentibus bonis remunerata eſt. q. d. Quod eis da
1. Tim. 6 tum eſt ad obtinendã ſalutem æternam, conuer-
tunt ad accipienda ſeculi dona, æſtimãtes quæ-
ſtum eſſe pietatem.

11 Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me, & miſerere mei.

Ex Caſs. EGO autem] q. d. In mũneribus ſunt ditati.
Ego autem, contrà [IN innocentia mea in-
greſſus ſum] id eſt, diuitijs innocentiæ & ſpiri-
tualibus theſauris ditatus ſum. Et ideo [REDI-
ME me] Videt iſte precium ſanguinis Chriſti,
quo mũdus redimitur. Es ideo ais, Redime me,
Ex Aug. id eſt, Vãleas mihi ad remunerationem, vel ad
perfectionem liberationis precium tanti ſangui
nis [ET miſerere mei] id eſt, non deſerat me mi
ſericordia tua, in huius vitæ periculis: ſed in
omnibus me comitetur. quod debes. [Enim] id
eſt, quia,

12 Pes enim meus ſtetit in directo: in eccleſiis benedicam te domine.

PES meus,] Et ſi vndĩque ſcandalis concuſ- Ex Aug.
ſus, [STETIT in directo] id eſt, dilectio mea & Alcu.
& affectio, quæ facile labi ſolet, non receſsit à iu
ſtitia tua. Sẽd ſtetit immobilis cõtra omnia ſcã- Ex Caſs.
dala, tendens vltra, & perſiſtẽs in directo. In hoc & Alcu.
oſtendit ſe diligere deum. Dẽinde ſubiicit de Ex Aug.
dilectione proximi, ſubdens, [IN eccleſiis] q. d.
Ideõ etiam redime me, quia ſi redimis, ô [DO- Ex Caſs.
MINE benedicam te] non me. In eccleſijs, plu
raliter dicit, quia multæ ſunt in mundo. q. d. Dĩ Ex Aug.
lectioni tuæ adiungo dilectionem proximi, quia
non occultabo eis quos vocaſti benedictionem
tuam, vt per me benedicaris ab illis, qui in eo
exemplo atque doctrina informantur ad bene-
dicendum. Benedicere enim dominum in eccle
ſiis, eſt ſic viuere, vt per mores cuiuſque bendi-
catur deus. Qui enim benedicit domino, lin-
guis & non factis, non benedicit verè.

COLLATIO
In Pſalmum Viceſimumquintum, Iudica me domine.

3 COMPLACVI in veritate tua.] Hebr.
הִתְהַלַּכְתִּי hithallachthi, id eſt, ambulaui. Me
taphoram erudite explicuerũt interpretes. Am
bulare enim cum deo, quid aptius ſonat, quàm
illi in ſtudioſa conuerſatione placere? Sicut Ge
neſis 5. Enoch ambulauit cum deo.

XXVI. PSALM. TIT.
In finem Pſalmus Dauid, priuſquam liniretur.

DOMINVS illuminatio mea] Titulus,
[IN FINEM pſalmus Dauid priuſquam
liniretur] Titulus iſte ſumptus eſt de hi Ex Hier.
ſtoria libri Regum, vbi legitur Dauid ter
fuiſſe inunctus. Primo in Bethleem à Samuele 1. Reg. 16
in domo patris ſui Eſai, non vtique in regẽ, ſed
in ſignum futuri regni. Et ab illa die directus
eſt in eum ſpiritus domini. Secundo inunctus eſt 2. Reg. 2.
in Hebron in regem mortuo Saule, & regnauit
ſuper tribum Iuda. Occiſo autem Hiſboſet fi- 2. Reg. 5.
lio Saul, qui ſuper alias tribus regnabat, tertio
inunctus eſt ibidem, vt regnaret ſuper vniuer-
ſum Iſrael. Et aſcendens in Hieruſalem, in pace
regnauit. Sed duæ extremæ reputãtur pro vna.
Põſt primam vnctionem Dauid hoſtes habuit. Ex Alcu.
Poſt ſecundam in pace regnauit. Huic hiſtoriæ
alludit titulus. Sẽd quia omnia in figura contin 1. Cor. 10
gebant illis, ſciendum quod olim duæ perſonæ Ex Aug.
vngebantur, Rex, ſcilicet & ſacerdos, in quibus
ſignificabatur vnus Chriſtus rex & ſacerdos:
Rex, quia nos regit & ducit: Sacerdos, quia pro
nobis interpellat, & ſacrificium deo obtulit, nõ
aliud quàm ſeipſum. Nos vero ſumus corpus
Chriſti, & in eo Chriſtus ſumus, quia omnes vn
gimur de er⁹ plenitudine vnctionis, à qua dici-

tur Christus. Dicitur enim à chrismate Chri-
stus. Et ideo Christi accipientes omnes, in illo
& christi, & Christus sumus: quia quodam mo-
do totus Christus caput est & corpus. Et sicut
Dauid prius fuit vnctus in signo, deinde his in
regem, atque illæ duæ vnctiones pro vna repu-
tantur: Ita & nos prius inungimur, hic in signo
Rom.6 futuri regni, dum spiritus sancti gratiam in ba-
ptismo & in alijs sacramentis percipimus: secũ-
do autem in futuro inungemur in reges, quan-
do libertatem gloriæ filiorum dei, & redem-
ptionem corporis nostri recipiemus. Et sicut
Dauid post primam vnctionem hostes habuit,
Ex Alcu. post secundam in pace regnauit. Itã & nos post
sacramentalem vnctionem sub hostibus labora-
Rom.8 mus & gemimus adoptionem filiorum expectã-
tes. Post secundam quiescemus. Et sicut Dauid
bis in regem vnctus est, ita & vnctio glorifica-
tionis nostrę qua in reges vngemur, gemina est
stola, s. animæ & corporis. Sed hæ duę quasi pro
Ex Aug. vna reputantur. Nobis ergo modo est vnctio in
sacramẽto, quo prefiguratur quid futuri sumus.
Et ideo dicitur, [PRIVSQVAM liniretur] Et est
Ex gl.int. sensus Tituli, [PSALMVS] iste, dirigẽs nos [IN
finem] futuræ cõsummationis, attribuitur [DA
VID] id est cuilibet fideli. Psalmus dico, agens
de hoc quod est, Priusquam liniretur: secundo,
id est, de eo quod est ante perfectam vnctionem
Ex Aug. antequam hostes habuit. Vnde in sacramento,
.i. in sacramentali vnctione iste fidelis gemẽs &
laborans, vt in re gaudeat: hic loquitur quiddã
ineffabile se desiderare: ostendens pro quo o-
mnia tolerat. Intẽtio. Monet ne quis post
primam vnctionem torpeat, sed ad secundam
se diligenter paret. Modus. Bipartitus est psal
Ex Alcu. mus, prius agit de prima vnctione, per quam cer
Ex Cass. tificatur secunda. Secũdo dicit, quis labor &
gemitus sit ante secundam, vt possit haberi. ibi,
Ex Aug. Exaudi domine. Fidelis ergo prima inunctione
inunctus, tanquam tyro Christi ait,

DOMINVS illu-
minatio mea: & sa-
lus mea quem ti-
Ex gl.int. mebo.

DOMINVS] habitans
in me, est [ILLVMINATIO
Ex Aug. mea] vel lux mea, contra tenebras ignorantiæ
Ex Hier. meę. Nõn ego mihi sum lux, sed ipse qui illumi-
Ioan.1 nat omnem hominem venientem in hunc mun
dum. [ET] ipse est [SALVS mea] cõntra infir-
Ex Aug. mitatem, vt iam possim resistere peccato. Et est
Ex gl.int. ac si diceret, Dominus & nõtitiam suam dedit
& salutem. [QVEM] ergo [TIMEBO?] nul-
lum. quia, nullus potest contra eum. Et,

2 Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo?

DOMINVS] est [PROTECTOR vitæ meæ] id
Ex Alcu. est, dãt mihi vitam virtutum: quãm & pro-
Ex Aug. tegit, dum omnes impetus & insidias repellit.
Ex Cass. sinẽ cuius protectione omnia dona eius perdun
tur. Non ergo satis est dare, nisi etiam & prote-
gat. Ideo non ait dator, sed, Protector vitę meę.

Vel quia dominus protegit, ergo [A quo] homi
ne. vel, A quo, id est, à qua re [TREPIDABO?] .i.
quem vel quid trepidabo? q.d. Nec aliquẽ nec Ex Aug.
aliquid. Ad potẽtissimum enim omniũ omni-
potentẽ pertineo, qui illuminat, saluat, & pro-
tegit. Ideo nullum timeo, præter ipsum, ambu-
lans in lumine gratię firmus. Vel de futuro pos-
sunt hi duo versus accipi: & in primo quidem
versu notat sabbatissimum animę: in secundo, sab
batissimum corporis, in cuius rei figura, vt prædi
ctum est, præcesserunt duæ extremæ vnctiones
Dauid. Hõc idem quoq; significauit in taberna Ex Beda
culo domini vnius cubiti tabula secta per me- Exod.16.
dium, in occidentalis lateris angulis posita, quę Quod ve
duos parietes tabernaculi hincinde excipiebat, fuerit ali-
atque cum fronte occidentali iungebat: quia fi qua tabu
deles de vtroque populo sperant se habituros la per me
geminam glorificationem post occasum corpo diũ habeẽ
ris: propterea perseuerant constanter in bono ex Ioseph.
vsque in finem. Et hoc est, Dominus, erit, Illu- lib.3. anti
minatio mea, vel lux mea, post hanc vitam. & quit.ca.7.
Salus mea, secundum animam quam glorifica-
bit & illuminabit, vt videat deum facie ad faciẽ.
Quem ergo tũc timebo? q.d. nullũ. Quis enim
est quẽ timeat anima in qua habitat deus? Dẽ- Ex Augu.
inde subdit de sabbatissimo corporis, Et dominus
est protector vitę meę, id est, proteget me vita
immortalitatis. A quo ergo trepidabo? quem
trepidet caro eum induerit incorruptionem?
Nullum.

3 Dum appropiant super me nocentes: vt edant carnes meas.

DVM appropiant] Hic ostendit quare non
timeat, & iungitur hęc litera cum pręcedenti, se
cũdum primam sententiam, sic. q.d. Nec aliquẽ
nec aliquid timebo, quia qui persequuntur me,
scilicet [NOCENTES] & inimici mei cadunt, nec
tollunt nisi carnes: illis finitis, ero spiritus, id est
spiritualis. Et hoc est quod ait, Dũ appropiant
&c. Secundum aliam sententiam de futuro sic
iunge, Dominus prõteget me in futuro. & verẽ, Ex Aug.
quia iam hoc facit, quod, Nocentes cadunt. Et
hoc est quod ait, Dum appropiant &c. Ordo
verborũ talis, Nocentes, voto suo, scilicet, & si
nõ effectu, Infirmati sunt, & ceciderũt: & hoc,
Dum appropiant. Bẽne hoc dicit, quia iam in Ex gl.int.
seipso eos sentit. Appropiant dico, [SVPER
me] scilicet, vt se mihi prẽferãt insultãtes: quod Ex Aug.
vertit deus in melius [VT] scilicet maledicẽ dẽ-
te, non me sicut volebant, sed carnalia desideria
consumant. Vnde subdit, [VT edant carnes
meas] Est hic vt effectiuum vel cõsecutiuum,
non affectiuum, quia non ipsi hoc affectu appro
piant, sed de illis consilio dei efficitur, vt non
animam lædant, sed carnes edant, id est, carna-
les concupiscentias perimant.

4 Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt & ceciderunt.

QVI tribulant me] q.d. Nõn solum qui vi- Ex gl.int.
dentur amici blandis volentes decipere cadunt,
sed etiam manifesti [INIMICI mei] qui ex
odio aperto tribulãt me [IPSI infirmati sunt,
& ceciderunt] in eo quod male defendebant, vt Ex Aug.

Ex Hier. & Alcu. iam credant meliora. Dũm enim Christus carnem accipit, inimici nutantes facti sunt. in his
quæ prius defendebant. Et post, Ceciderunt, id
est, Colla sua fidei subdideruot. Et accipitur in
bono. Vel in malo potest accipi. Ipsi infirmati
Ex Alcu. snot, id est, dẽbilitati, paulatim. Et ceciderunt. i.
ad ruinam animæ peruenerunt. Vel ita, vt eosdem per nocentes & inimicos accipiamus, hoc
modo, Nocentes, scilicet, inimici mei qui tribulant me &c. Hoc non mutatur, ea intentione. i.
fine & desiderio, Vt edant carnes meas, id est, vt
Ex Cass. dẽlectentur in morte mea carnali. Crudelitas
inimicorum hic notatur, qui carnes lacerant,
animas lædere nõ valeotes. Ideo non sunt timẽ-
Matt. 10 di, secundum illud, Nolite timere eos qui cor-
Ex Hier. pus occidunt. Quid ergo nobis faciunt mali?
possunt auferre spem? possunt tollere quod dat
Ex Aug. omnipotens? Sĩ auferri potest datum, viocitur
dator. Sẽd sicut non vincitur qui dat, sic noo
aufertur qnod donat. Non ergo timeamus nisi
dominum. Qnicquid alius fremat, quicquid alius superbiat contra nos, non timeamos. Et, Dũ
mali appropiant, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Ergo accepta tanta fiducia,

5 Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum.

SI] deinceps [CONSISTANT adoersum me ca-
Ex Aug. stra] id est, cõntradicentium conspiratio, hõstiũ
Ex Cass. molimina [COR meum] id est, rãtio restituta,
& gl.int. [NON TIMEBIT] vt ãd eos transfugiam.
Ex Aug. Et etiam,

6 Si exurgat aduersum me prælium: in hoc ego sperabo.

Ex Ang. SI prælium] id est, pẽrsecutio seculi, scilicet
& Cass. conflictus persequentium [EXVRGAT] scilicet
Ex gl.int. subĩto, vel in immẽsum crescat [ADuersum me,
Ex Cass. ego] cũi deus protector est [IN hoc] prælio
Ex Alcu. [SPERABO] in domino, scilicet, spẽm victoriæ
habebo io domino, & spẽ remuneratioois æternæ. Et merito, quia,

7 Vnam petii à domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ.

Ex Aug. VNAM petij &c.] Vel, In hoc, id est, in hac
vna petitione, quam cogito, Ego sperabo, id est
figam spem meam [VNAM] enim petij. Cum autem deberet dicere neotraliter, Vnum petij, dixit, Vnam petij, vtens adiectiuo fœminino pro
substantiuo, seqnutns vsum vulgaris locutionis,
qna solemus dicere, duas habes, non duo, & vnã
Ex Hier. tibi dabo, non vnum. Hõc modo inquit, Vnam,
scilicet rem, id est ipsum deum [PETII à domi
Ex Cass. no] Mãli quidem multiplicia quærunt, ego tamen voam. Et [HANC requiram] ideo [VT
omnibus diebus vitæ meæ habitem in domo do
Ex Aug. mini] scilicet, in præsenti ecclesia, id est, vt quãdiũ viuo, nulla aduersitas me excludat ab vnitate fidelium, qui vnitatem & veritatem dominicæ fidei, per orbem terrarum tenẽt, sed io ea semper permaneam. Et,

8 Vt videam voluntatem domini: & visitem templum eius.

VT videam voluntatem dommi] quãm vi- Ex Cass.
det qui præcepta intelligit. Et est, Vt videam voluntatem domini .i. præcepta eios spiritualiter
intelligã [ET visitem] mẽte, & si noo oculis corporis, [TEMPLUM eius] .i. cõrpus Christi, quod Ex Alcu.
est templum diuinitatis. Vel, Visitem templum
eius, id est, Mẽ faciam templum eios, qui non re- Ex Hier.
quiescit nisi super humilem & quietum. Quod Esa. 66
potero, Quoniam abscõdit me io tabernaculo
&c. Vel ita, Vnam petij. q.d. vnam petitionem à
domino petij, & hanc requirã omnibns diebus
vitæ meæ. Et quæ sit illa petitio, exponit .s. Vt Ex Aug.
inhabitem in domo domini, non manu facta, scilicet in cælesti Hierusalem, vbi nihil mali est. Ad
hoc volo ibi esse, Vt, ibi, Videam volũtatem do
mini, sicut est. Ibĩ enim voluntas domini in ho- Ex Alcu.
mine plenius fit, quàm hic. Vode dicitur, Fiat Matth. 6
voluotas tua, sicut in cælo & in terra, id est, sicut in angelis fit & in sanctis qui nũc tecũ sunt,
ita fiat & in alijs homioibus: vt in nullo à tua
voluntate, sicut modo fit, dissentiãt. Et visitem,
id est, cum desiderio & frequentia videam, Templum eius, id est, Hierusalem cælestem. s. conuentum cælestis curiæ, vel humaoam Christi naturam, in qua velut in templo habitat diuinitas.
Quod hac fiducia peto, Quoniam abscondit
me &c. Vel ita, Vnam petij. Et accipit vnam &
domum pro eodem, scilicet pro cælesti Hierusalem. Ait ergo, Vnam petij à domioo, & hanc re
quiram. Hæc vnã est domus æterna, in qua sem Ex Aug.
per maneatur. vbĩ sunt æterni dies, de quibus di- Ex Alcu.
citur, Et anni tui nõ deficient. Vnde subdit, Vt
inhabitem in domo domini, nõ manu facta. Omnibus diebus vitæ meæ, id est æternaliter. Cur
ibi? Vt cõntempler delectationem domini. Alia Ex Aug.
litera, id est, eo fine vt demũ appareat mihi spes
desiderabilis, quam facie ad faciem videã, quod
est verum bonum. Et vt protegar à templo sancto eius, id est, ioduar immortalitate effectus tẽplum eius. Alia litera habet, Et protegat templum eius, vel proteget templum eius, quæ nõ variat præcedentem sensum, sed confirmat hoc
modo, Ideo habitare volo semper io domo, Vt
contempler delectationem domini, id est, fruar
cootemplatione ipsius summi boni, incommutabilis, æterni, à quo omnia bona sunt: & vt securius fruar delicijs. Et vt nulla me molestia cõtingat, nulláq; suggestio auertat, Proteget ipse
me templum eius Non solum ergo contemplari volo ipsum, sed etiam vt me tẽplum suum protegat, dando impassibilitatem. Alterum horum
pertinet ad glorificarionem mentis: alterum ad
claritatem corporis. Ibi perfectio gaudij est, hic
incorruptio sanitatis: quæ duo etiam in primis
versibus psalmi distioximus. Ideo autem hæc mihi in finem præstat,

9 Quoniam abscõdit me in tabernaculo suo in die malorum: protexit me in abscondito tabernaculi sui.

QVONIAM abscondit] Et ideo non teme- Ex Aug.
rè peto vnã & si peccator sim [ABscondit me]

dico[IN tabernaculo suo]id est,in dispensatio-
Ex Caſs. ne incarnati verbi.Ibi abſcondit me ne viderer
1.Re. 24 à quærētibus me inimicis, vt figuraliter Dauid
cum fugeret Saulem,abſcondit ſe in latibulis ne
Ex Aug. videretur.Tabernaculum autem deitatis eſt ca-
& Hiero. ro Chriſti, in qua debellauit aereas poteſtates,
in qua per fidem & ſpē me occultauit nē mihi
Coloſſ.3 noceant mala ſeculi.Vnde Apoſtolus ait,Nunc
Ex Aug. vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo,
quia nunc per fidem & ſpem occultorum iam
ſumus cum Chriſto in conſpectu dei. Abſcon-
dit dico[IN die malorum]hominum,id eſt, in
die præſenti,quo mali florent. Vel,In die malo-
Ex gl.int. rum,id eſt,tēmpore tentationū,quibus morta-
Ex Aug. lis vita mea ſubiacet.Ibi ſunt dies vitę meę.[ET
Ex gl int. protexit me]nē læderer, [IN abſcondito taber
Ex Caſs. naculi ſui]id eſt in ſecrē to diuinitatis , vbi ſem-
per eſt animus iuſti. Et

10 In petra exaltauit me: & nunc
exaltauit caput meum ſuper inimi-
cos meos.

Ex Aug. IN petra exaltauit me] à ſimili Imperatorū
ſuperiora loca ſuis militibus prouidentium,hoc
dicit.Ita & dominus,In petra,id eſt,in firmita-
te virtutum. Vel in Chriſto[EXALtauit me]
ſecundum promotionem qua de virtute in vir-
tutem progredi, & quaſi extra homines me fe-
cit.[ET nunc]dicit Propheta reſpiciens ad tē-
pus ſuum,id eſt,ante tēpus incarnationis, [Ex-
altauit caput meum]id eſt, mentem[SVPER
Ex Caſſ, inimicos meos] id eſt ſuper vitioſos appetitus.
Vel,Nunc.ſ.dum dies malorum eſt.Et ideo ma-
gis mirum,Exaltauit caput meum ſuper inimi-
cos meos.i.Ita illuſtrauit mētem meam,vt præ-
uideam damnationem malorum futuram. De-
inde pro his beneficijs gaudium ſuū ſubdit, vn-
de item certus eſt,id eſt,Per hoc gaudium oſten
dit ſe certum de ſecūda vnctione ſicut per præ-
dicta.Non enim gauderet niſi certus eſſet.Sub-
dit verum gaudium dicens.

11 Circuiui & immolaui in taber
naculo eius,hoſtiam vociferationis:
cātabo & pſalmū dicam domino.

CIRcuiui] q. d. prędicta fecit mihi dñs, &
poſt hæc omnia,Circuiui, id eſt, omnia benefi-
cia memorię dando pertractaui [ET] non in-
gratus [IMMolaui in tabernaculo eius]id eſt ēc
Ex Aug. cleſia toto orbe diffuſa[HOSTIAM vocifera-
tionis]vel iubilationis,id eſt, laudis ineffabilis,
vt deficiente ſermone ſola iubilatio reſtet.& de
reliquo[CANTABO domino].ſ.iocunditate
contemplationis [ET pſalmum dicam]. i.opus
Ex Aug. manifeſtabo.Et eſt ſenſus, Cōrde lętabor domi
& Caſſ. no,& opere & verbis gloriam dei prædicabo,&
factis. ❡Aliter ab illo loco,Protexit me in ab-
ſcōdito tabernaculi ſui. Ita dicit, In abſcōdito,
Ex Aug. q.d.Multæ ſunt partes eius.ſ. forinſecę & pene
Collo.3 trale.quod vtiq; ita eſt. Nos enim ſumus quaſi
forinſeci,qui per adoptionē ſumus filij. Ipſe ſa-
cerdos Chriſtus, eſt abſcōditum tabernaculū,in
quo vita noſtra abſcondita eſt. Corpus ergo e-
tiam & caput.i.tota eccleſia, vnum tabernacu-
lum eſt, cuius penetrale Chriſtus eſt , quē mox
vocat petram,cū ait,In petra.Et eſt ſenſus,Pro-
texit me in abſcondito tabernaculi ſui.i.in Chri
ſto.In petra.i.in eodē Chriſto,Exaltauit me, &
nūc.i.in præſenti,anteq̃ veniam ad domū,Exal Ex gl.int.
tauit caput meū.i. Chriſtum. Super inim.meos.
Etſi enī adhuc patior,Chriſtus ſupra eſt,qui eſt
pignus noſtræ exaltationis.Vel, Protexit me in
abſc.tabern.ſui.i.In corde credēti ad iuſtitiam. Ex Aug.
Et vt palam fieret ad ſalutem, quod credidi, in
petra exaltauit me.i.in ſua firmitate fecit emine
re confeſsionem meā.Et nunc, in hac vita , vbi
corpus mortuū eſt propter peccatum, Exalta-
uit caput meū.i.mentem, Super inimicos meos
.i.vitia,quia mens mea ſeruit legi dei, non eſt ca
ptiua ſub lege peccati.Et ego nō ingratus,quaſi
materiam laudandi deum quærens, Circuiui.i.
circunſpexi animo omnia creata.& vniuerſa di
cunt,Deus me fecit,me cūcta delectant,in qui-
bus artifex cōmendatur: vndiq; reſonāt omnia
conditorem.Et ipſæ ſpecies creaturarum,quaſi
quędam voces ſunt creatorē laudantium.Et in
his tanta laus dei inuenitur, quę verbis non po
teſt dici.Vnde ſubdit, Et immolaui in taberna-
culo eius.i.in eccleſia catholica, Hoſtiam iubila
tionis.i.ineffabilis laudis.Iubilus enim gaudium Ex Hier.
vel laus eſt,quod verbis explicari non valet.ſe-
quētia non mutantur.Vel,Circuiui.i.cōſidera-
ui fidē orbis terrarum,in qua caput eſt exaltatū,
Super inimicos meos,quod eſt honor eccleſię in
eo exaltatę.Et,In ipſo tabernaculo eius.i. in ec
cleſia toto orbe diffuſa, Immolaui hoſtiā voci-
ferationis vel iubilationis.i.ineffabiliter laudaui
dominū. Vel,Circuiui.i. cōſideraui orbē creden
tē, idē ſenſus cū pręcedēti,ſed mutatur quod ſe
quitur.Accipitur enim per tabernaculū Chriſti Ex Aug.
incarnatio & paſsio,in qua diabolum expugna
uit. Et hoc eſt,In tabernaculo eius.i.meo,quod
dominus pro nobis humiliatus eſt,dū illud attō
do.Immolauit hoſtiam vociferationis.i.gaudēs
laudaui eū.tali enim hoſtia delectatur. Vel,Cir-
cuiui,à ſimili boni militis hoc dicit,qui ſollici-
te caſtra cuſtodit,necubi ſit aditus hoſti.Sic iſte
ait,Circuiui.q.d.Quia ſe mihi præbuit ducem, Ex Alcu.
ego me illi prębeo militem, vt pro eo certē con
tra hoſtes,caute ſeruando mœnia mentis meæ.
Et in tabernaculo eius.i. in eccleſia, Immolaui
&c. non mutātur.Vel, Circuiui.i.mentem meā
exquiſiui,vt omnes voluntates eius implerem.
Reliqua nō mutantur.Vel,Circuiui.i. exēmpla Ex Hier.
præcedentium ſanctorū cricumſpexi,quibus in-
formarē vitam meam. Et ibi ineffabilē laudem
inueni. Vnde ſubdit,Et immolaui in tabernacu
lo eius &c.non mutantur.

12 Exaudi domine vocem meam PARS II
qua clamaui ad te : miſerere mei &
exaudi me.

EXAVDI] Sēcunda pars,vbi oſtēditur quis Ex Caſs.
labor,quis gemitus,& oratio ſit ante ſecundām & Alcu.
vnctionē,vt poſsit haberi: quam & ſibi ſpiritu
prophetię promittit.ibi, Credo videre.q.d. In Ex Aug.
futuro habebo vnam,cū dilectione dei cōtem-
plabor,cū in corruptione protegar, ante autem

quàm guadeatur in illa vna, est gemitus miserorum, & oratio indigẽtium. Et ideo ego inter alios gemens & orans, clamo, ô [DOMINE exaudi]
Ex Alcu. Vel ita iũgitur litera per omnia prædicta certus petij vnam, & adhuc petam. Et tu ô Domine
Ex Aug. exaudi [VOCEM meam] interiorem [QVA
Ex gl.int. clamaui ad te] forti intentione pro illa vna [ET miserere mei] vt cum merito meo misericordia
Ex Cass. tua sit, qua in illa vna sim [ET exaudi me] Dẽ illa vna preces inculcat, cum ait, Exaudi miserere mei, quia quanto plus accepit, tanto ardentius appetit. desiderio enim non est finis & satietas.

13 Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram.

TIBI dixit] q.d. Ideo exaudi, quia [COR
Ex Cass. meũ dixit tibi] .i. desiderium cordis quod deo lo
Ex Alcu. quitur. Vel ratio à te docta tibi cõfabulatur de illa vna, nõ aliud quàm doces, pertractat. Vel de
Ex Aug. siderat, nec me ostentaui hominibus, sed in corde vbi tu solus audis, dixi, quid? hoc.s. [EXQVISIVIT te] nõ aliquid extra te, [FACIES mea] .i.
Ex Alcu. præsentia mea tuã exquisiuit. Vel pulchritudo mea qua sum notabilis exquisiuit tuam, quę est vna, de qua supra, vt cõtempler delectationẽ do
Ex Aug. mini [FACIEM tuam] q.d. Exquisiui, & ô [DO
Ex Cass. MINE faciem tuam requiram] .i. huic inquisitioni perseuerãter instabo. Vt autem inueniã quod quæro, tu domine,

14 Ne auertas faciem tuam à me: ne declines in ira à seruo tuo.

NE auertas] in futuro [FACIEM tuã à me] quia non est in manu mea obtinere quod peto. & [NE declines] in futuro [IN ira à seruo tuo]
Ex Aug. nẽ te quęrẽs in malum incurrã. Tu es enim vna quã peto, nil aliud volo habere nec timeo perdere nisi vnam. Vehemẽter iste vir sanctus fixit desideriũ & petitionẽ suam in hac vna, aliud nõ petit, vna sufficit ei. alius petit hęc bona temporalia à deo, & de datis gaudet. Hic non nisi vna, alius habẽs hęc bona timet iratum, ne tollat ea. Iste nõ putat iratũ nisi si auertit vultum suũ deus ab eo. Etiam si quid in eo vindicet, nil diuinius poterat dicere. Vel de præsenti potest hoc accipi, Ne declines. q.d. Oro ne auertas faciem in futuro: propter quod interim, Ne declines in ira à seruo tuo. Nõ simpliciter dixit, Ne declines, sed addit, In ira, à quibusdam enim declinat in ira, à quibusdam nõ in ira. Non in ira declinat, quãdo à peccatis faciem auertit, vt ea deleat, nõ ab ipso peccãte, vt eũ perdat. in ira declinat, quãdo
Ex Alen. peccãti nõ indulget. Vel nõ in ira declinat, cum labi aliquem sinit, vt cautior & fortior surgat. Secundum quod, sic expone, Ne declines à me, Seruo tuo .i. ne me labi sinas, In ira, Ita quod æternaliter punias, sed vt nostra infirmitas cautior fiat. Ne declines dico, sed,

15 Adiutor meus esto ne, derelinquas me: neque despicias me deus salutaris meus.

Ex Aug. ADIVTOR meus esto] quia ego quamuis liber & in via positus mihi nõ sufficio. Quando enim inueniam te, nisi adiuues me? sinẽ te deficiam. Et ideo precor & hoc .i. in hac via [NE de-
Ex gl.int. relinquas me] q.d. Inceptũ ne intermittas. Iam
Ex Aug. in via me posuisti, sed aberrabo si me relinquis. Volũtatẽ liberã mihi dedisti, sed sine te nihil est conatus meus. [NEQVE despicias me] .i. non cõtemnas quod ego mortalis te ęternum audeo quærere, quia tu es [DEVS] qui me creasti. Et [SALVTARIS meus] qui sanas plagam peccati. q.d. frustra creasti, & recreasti si mortales despicis, quod nõ debes: quia non mea propria sed parentalis culpa est, qua in hanc mortalitatem decidi. Et hoc est quod ait,

16 Quoniam pater meus & mater mea dereliquerũt me: dominus autem assumpsit me.

QVONIAM pater meus] .s. Adam [ET ma- Ex Alcu.
ter mea] .s. Eua [DERELIQUERUNT me] .i. huic miserię me exposuerunt peccando [DOMINVS autem] accepta carne [ASSVMPSIT me] ad immortalitatem. Hõc ad literam potest conueni- Ex Hier.
re Dauid, qui cum esset fratrũ minimus, & à pa 1.Reg.16
rentibus cõtemptus, à domino per Samuelẽ est electus. Mysticè quoq; potest accipi hoc, pater Ex Aug.
malus fuit regnum seculi, vel diabolus. Mater, ciuitas seculi .s. Babylonia .i. societas impiorum. q.d. Ideo non despicias, Quoniam pater meus .s. regnum seculi, vel diabolus. Et mater mea .s. ciuitas seculi, vnde natus sum, Dereliquerũt me, quærentem te, & contemnentem se, cũ id quod quæro, dare nõ possent. Dominus autem assumpsit me, qui potest dare mihi quod quęro, & modo necessaria. Ecce magna humilitas, qua fecit iste se paruulum deo, ipsum fecit sibi patrem & matrẽ. Pater est, quia cõdidit, quia vocat, quia iubet, quia regit. Mater est, quia fouet, quia nutrit, quia lactat, quia cõtinet. Ideo dicit, Dominus assumpsit me .s. ad regendum ad nutriendũ, tanquam pater & mater.

17 Legem pone mihi domine in via tua: & dirige me in semita recta propter inimicos meos.

LEGEM] q.d. Quoniam ad te tendo, igitur Ex Aug.
[MIHI] tẽndenti ad te & iam in via posito, ô DOMINE pone legem] .i. da correctionẽ quæ nõ sinat aberrare. Ideo, Pone legem, ne aberrantẽ disciplina tua deserat. Hoc susceptus potest dicere, Pone mihi, dico, posito [IN via tua] .i. in Ioan.14
Christo, in quo est lex cũ misericordia, quæ est via, veritas & vita. Ipse est sapientia, de qua scri Prouer.31
ptum est, Legẽ & misericordiam in lingua por- Iuxta 70
tat. Si enim offenderis in lege, ipse qui pro te sanguinem effudit, cõfitenti tibi ignoscit. Deinde de misericordia subdit, dicẽs [ET dirige me] vlterius [IN semita recta] .i. in rectitudine angustiarũ, quoniam nõ sufficit inchoare, cũ inimici donec perueniatur, nõ quiescãt. Vnde subdit, [PROPTER inim. meos] qui insidiari nõ cessant. Nota quod duo dicit .s. Legẽ pone, & dirige. Illud ad pręceptũ pertinet, quia in præcepto est correctio: hoc ad misericordiam pertinet, per

goam fit directio in melius. Et,

18 Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi.

NE tradideris me in animas tribulantium]
Ex Aug. .i. nẽ sioas eos satiari de malis meis vt cõsentiam
eis, & si carnem meam das in manus eorum. Vn
Iob. 9 de in Iob dicitur, Terra data est io manus impij .i. caro tradita est io manos peccatoris. Trade ergo, si placet, carnem meam in manus tribulantium: sed non animam meam in animas eorũ tradas. Deuoret caro carnem, terra terram, anima tibi illesa seruetur. Et quasi qois quæreret, Quare hoc dicis? Respon. Ecce quare [QVONIAM insurrexerunt in me testes iniqui] id est mihi de me falsa dicentes, vt moueant & reuocent me à te, quasi ab hominibus gloriam quæram. Sed hoc modo traderer io animas eorum si essem falsus cum eis, & si humanam captarẽ gloriam. [AT mẽtita est ioquitas sibi,] nõ mihi. id est, suo mẽdacio delectata est. Sed me nõ mouit, vnde maior merces est mihi in cęlo. Vel, Mẽ
Ex Hier. tita est iniquitas sibi .i. ad damnũ suum. Omne enim peccatũ in suũ redit auctorẽ. Hoc quoque
Ex Cass. secũdum historiam potest dici ex persona Dauid, sic, Ne trad. me in ani. trib. me .i. Sãul, & adiutorũ eius. Quoniam insur. in me test. iniqui, vt Doech Idumęus, & alij accusatores Dauid.
1. Re. 21 Et mentita est iniqnitas sibi, vt dum dixerũt, sacerdotem Abimelech cõsilia dedisse Dauid contra Saulem, & dominũ cõsuluisse pro eo. Mẽtita est, dico, sibi .i. ad damoũ suum, quia falsi fuerũt.

19 Credo videre bona domini: in terra viuentium.

Ex Aug. CREDO videre] Hic redit ad illam voam ad quã suspirat. q. d. tot pericula, tot labores me vndiq; pulsaot: & ego inter hæc pericula & difficultates deo dirigente, Credo videre [BONA domini, qui & hæc mala prior passus est, & post
Psal. 109 glorificatus est. Secundũ illud, De torrẽte io via
Ex Alcu. bibit &c. Et ego post lingnas mordẽtium & detrahẽtium, Credo vid. bo. domini, quæ sunt ve-
Ex Aug. ra & æterna. Illi suadẽt beatitudin in terra ista, quę est moriẽtiũ: sed illa bona quę expecto sunt [IN ter. viuẽtium] vbi nullus locus falsitatis est.

20 Expecta dominũ, viriliter age: confortetur cor tuum, & sustine dominum.

Ex Alcu. EXPECTA dominũ] q. d. Sicut ego certus sum de illa vna, ita tu quicũq; linitus es, Expecta dñm,
Ex Aug. securè quì nõ fallit, omnipotẽs promisit, certus promisit, verax promisit, qui mẽtiri nõ potest. Vel, ita iũge literã. q. d. Credo vid. bo. do. Sed & si tardũ est hoc amaoti, Expecta dominũ, nõ fal
Ex Aug. & Cass. lãcem: & vt cõsequaris, nõ remisse agas, sed [VIRILITER] vel fortiter age .i. tolera vstionem rerum viriliter, & vstionẽ cordis fortiter: vode subdit,
Ex gl. int. [ET confortetur cor tuum] .i. nẽ lasseris, [ET] si mala eueniant [SVSTINE dominũ] perseue-
Ex Cass. ranter, nõ triduo, sed vsq; in finẽ. Distingue inter Expecta dominũ, & sustine dominũ. Expecta dominũ .i. illud quod credis & speras de dño. Sustine domioũ .i. illud qood pateris pro domino & à domino. Et pro eodẽ accipit, Sustine dominũ, &, Expecta dominum, vt sit repetitio ad cõfirmationem. q. d. viriliter age, & cõfortare, & sic, Sustine dominũ, Nõ nẽgatũ potes, quod nõ- Ex Aug.
dum accipis: si differtur, non aufertur. Ideoque nõ desperatione deficias, Quia dictũ est, Susti- Lucæ 18
ne dominũ. Sustinẽdo quippe habebis eum quẽ sustinebis. Aliud expecta, aliud desidera, si melius, si maius, si suauius inueneris. Sed quia do- Psal. 144
minus solus bonus est & suauis vniuersis, ipsum sustine & desidera, ne sis inter eos quibus dicitur, Vę his qui perdiderunt sustinentiam.

COLLATIO
In Psalmum Vicesimumsextum, Dominus illuminatio mea.

8 VT videam voluntatem domini] Apparet vitio scriptoris positum esse volũtatem, pro voluptate, maximè cum particulæ sint valde affines. Accedit plurimũ qood græce legitur τερπνότητα .i. voluptatem, magistro omnium consensu, id quod prorsus corroborat lectio & interpretatio Aug. vt cõtempler delectationẽ domini. Et Hieron. iuxta Heb. vertit pulchritudinem seu iucunditatem. Verumtamen qnũ radix Hebraïca נעם naam significet pulchrum fuit, & placuit, potest vtrunque rectè dici, Vt videam voluntatem & voluptatẽ. Nam & cõmentarius Hieron. in hunc locũ interpretatur, vt videam dilectioo ẽ, iuxta quod scribitur 1. Ioan. 3. Videbimus eũ sicuti est. Nisi dixeris simile mendum esse in Hiero. dilectionem pro delectationem. Deniq; ad sensum nil refert.

11 CIRCUIUI & immolaui] Principium huius versiculi, io hebr. translationibus, respicit fioem pręcedentis seotentię, nũc exaltauit caput meũ super inimicos meos, qui in circuitu meo sunt. Probabile est autem interpretes legisse סַבּוֹתִי sabboti .i. circuiui, vbi alij legunt סְבִיבוֹתַי sebibotai .i. circuitus, & subaudierunt pręposicionẽ, in, vt in circuitibus meis, ad verbũ.

13 TIBI dixit cor meũ, exquisiuit &c.] Iuxta Heb. Hierony. legit, Quæsiuit vultus meus, sine pronomine, te. Et licet nõ reprobet alteram lectiooem, tamẽ ad Suniam & Fretellam, magis recipit istã. Vnum autem certũ est Hieron. fuisse vsum exẽplari diuerso ab his hebraïcis quæ extant, propterea quod habent בַּקְּשׁוּ baqqoessu .i. inquirite. Et ita transferunt neoterici, inquirite faciem meã, si codex Hier. habuerit בִּקֵּשׁ biqquesch, tum est quæsiuit, vt legit Lxx, addẽtes pronomen te, ἐξεζήτησέ σε, iotelligentię causa. Sic est illud psal. 18. Ab occultis meis munda me. Pronomen meis, non est io Heb. quod tamẽ debere subaudiri palam est, quod & indicat Mũsterus, in sua versiooe. In gręcis codicibus reperimus additum κύριον ζητήσω .i. dominum requiram. Cęterũ Aug. cũ psalmodia Romana, legit, quęsiui vultum tuum, vultum tuum domine requiram. Certe varietas sermonum, spiritus vnitate concordat.

8 N E ntita est iniquitas sibi.]In Heb.ponitur.
in loco pronominis, sibi, particula pertineus
ad sequetem versum, videlicet, לולא lule.i.nisi.
Et quia sensus erat obscurus, addidit Műsterus
de suo, Defecissem, inquit, si nő credidissem me
visurum bona domini. Hanc voculam nő appa
ret Hiero.legisse, qui postquam terminat vsum
præcedentem in aperto médacio, statim sequu-
tus ait, Ego autem credo &c. Lxx vero non est
alienum à ratione legisse simpliciter לו lo.i.sibi,
vel bis לו לו lo lo ad maiorē expresionē, & nő
לולא lule, vt nunc habēt codices. Probauimus
antē supra etiam ex Munstero, quod לא per a-
leph, quandoque poniter pro lo לו sine aleph.

XXVI. PSALM. TIT.
Psalmus huic Dauid.

Ex Alcu. AD te domine clamabo] Titulus.[PSAL
MVS huic Dauid] Pēr Dauid aliquãdo
intelligitur caput.i.Christus, aliquando
corpus.i.ecclesia: interdum vtrunq; simul.i.to-
Ex Cass. tus Christus. Vbĭ autē in titulo additur, huic,
vel ipsi, Christ° intelligitur, sicut hic. Et est sen
sus, [PSALMVS] iste, attribuitur [HVIC Da-
uid].i.Christo, qui loquitur in hoc psalmo. Et
est psalmũs iste tertius eorũ qui breuiter agunt
Ex Alcu. de pasione Christi & resurrectione, vbi propo
nitur Christus, etsi ãdeo dignus, non in se con-
fidere, sed totum à deo petere, quod est vtile
exēplum iustis. Intētio. Monet eos aduersa to
Ex Cass. lerare, qui volunt cũ Christo regnare. Modus.
Bipartitus est. Prĭmo, ponitur oratio tempore
passionis habita. Secũdo, auditus de resurrectio-
Ex Alcu. ne sua, gratias agit.ibi, Benedictus &c. Christũs
vtiq; secundum quod homo proponens se exē-
plum iustis, humiliter ad patrem ait, ô,

AD te domine cla
mabo deus meus
ne sileas à me, ne
quando taceas à
me: & assimila-
bor descendenti
bus in lacum.

Ex gl.int. DOMINE deus meus] ego hŏmo [CLAMABO]
Ex Aug. vel clamauĭ [AD te] Et tu, ô [DEVS ne sileas à
me].i.nē vnitatē verbĭ tui separes ab eo quod
Ex Alcu. homo sum.[NE quãdo taceas à me] Hŏc nő est
in Hebr.sed est additũ à Lxx, quod Hier. obe-
Additio. lo ante posito quasi iugulandũ notauit. Mi-
rum est quod dicat nő haberi in Heb. & esse iu-
gulatum à Hiero, quia & legitur, & Hiero. ver-
tit iuxta Hebręum. Verum est tamen quod Ro
manũ psalterium non legit. Hebræus sic habet,
השחת עד Ideoq; prosequi debes, quasi in
terpositum nő sit [ET assimilabor] q.d. Dico ne
sileas. Et.i. quia si silũeris, assimilabor [DESCEN-
Ex Hier. dētibus in lacum].i.in miseriã huius vitę. Ex ēo
Ex Aug. enim quod verbũ mihi semper vnitur, non sum
talis homo quales cęteri, qui nascuntur in pro-
funda miseria seculi. Vbi, quasi sileas, non agno-
scitur verbum tuum. Vel pŏtest vtrunque cōue Ex Alcu.
nienter legi, Ne sileas, &, Nequãdo taceas, quod
Lxx nő sine causa addiderũt. Intellexerũt enim
illa vna oratione.s. Ne sileas, Christum duo pe-
tiisse.s. vt in pasione clarificaret eum pater, p-
tegēdo, & in resurrectione à morte resuscitãdo.
Hęc igitur duo distinxerũt diuersis verbis, & in
primŏ quidem petit clarificari in resurrectione: Ex gl.int.
in secundo vero, in passione. Et est, Ne sileas à
me, in resurrectione. Sed responde mihi annuē-
do.i.resuscitando. Et nő tantum hoc. Sed, Ne-
quando.i.nec ad horam, Taceas à me, sed & hic
.i.in pãssione clarifica, protegēdo: & post in re- Ex Hier.
surrectione, pro qua ante orauit. Deinde cau-
sam subdit.q.d. Ideo ne sileas, quia si silueris, As
similabor descendentibus in lacum.i.in infernũ,
id est illis qui in inferno detinentur.

2 Exaudi domine vocem oratio-
nis meę dum oro ad te: dum extollo
manus meas ad templum sanctum
tuum.

EXAVDI] q.d. Ne sileas, sed [Exaudi domi- Ex Cass.
ne vocem deprecationis meę] Hoc ideo [DVM]
id est, quia [ORO ad te] quŏd fecit Christus an Ex Aug.
te traditionē pro credituris. Et etiã ideo [DVM] Ex Hier.
.i.quia [EXTOLLO manus meas] ad literã, in
cruce. Et hoc, nő pro culpa mea, sed ad consti-
tuēdum [TEMPLUM sanctũ tuum].i. vt tibi ecele Ex gl.int.
siã cőstituam.q.d. Hoc facio ad salutē eorũ, qui
fiunt templum tuum. Vel extolle manus meas.i.
ŏpera non deprimo, Ad templum sanctũ tuum, Ex Cass.
hoc nő mutatur. Vel ad literã, Extollo manus
meas ad templum sanctũ tuum, quod est in Hie
rusalem. hŏc dicit secundum morem Iudæorũ
quibus præceptum est, vt vbicunq; essent ad il-
lam partem orarent, vbi Hierusalem esse scirēt.
quod & Iesus legem implens fecit. Vel in ora-
tione, Manus leuo ad templum.i.ad cęlum, quæ
est consuetudo fidelium, quia inde auxilium
speramus.

3 Ne simul tradas me cum peccato-
ribus: & cum operantibus iniquita-
tem ne perdas me.

NE simul] q.d. Dico exaudi [NE tradas me]
in mŏrtem, simul [CVM peccatoribus] id est, ea Ex gl.int.
intentione qua illi. q.d. Et si tradis me in mor-
tem, nő eo voto facias quo illi, quia illi sunt pec
catores, tu veritas. [ET ne perdas me] damnan-
do velut reum [CVM operantibus iniquitatem]
id est, illi sicut intēdunt, quia ipsi operantur in-
iquitatem, id est, mortem meam, & quia loquun
tur pacem dolosē. Vnde subdit,

4 Qui loquũtur pacem cum pro-
ximo suo: mala autem in cordibus
eorum.

QVI loquuntur pacē] dicētes, Scimũs quia Ex Aug.
à deo venisti magister. Loquuntur, dico, [CVM
proximo suo].i.mecũ qui sum proximus eorum
per carnē, & etiam per impensam misericordiæ,
quia non pertransiui videns vulneratũ à latro-

Ex gl.int. seculi [P O P V L V M tuum] qui & meus est, quia
Ex Aug. omnia mea tua sunt [E T benedic hæreditati
Ioan.17 tuæ] .i. auge virtutibus & numero hæreditatem
Ex gl.int. tuam, quæ est & mea. quia dixisti, Dabo tibi gē-
Ex Aug. tes &c. Ecce quāta est spes credētium cū pro eis
Psalm.2 orat passus, pro eis iudex & aduocatus. [E T
Ex Alcu. rege eos] in hāc temporali vita, ne declinent ad
Ex Aug. praua [E T extolle illos] à terrenis [V S Q V E in
æternum] .i. ad appetenda ęterna. Vel, Extolle, intellectu .s. scripturarū, & bono opere. Et hoc, Vsque in ęternum .i. per totū hoc seculum, vsq; in finem. Vel, Extolle illos vsque in æternum .i.
Ex Cass. Hinc tolle eos vsq; in æternū .i. in ęternā vitā.

COLLATIO
In Psalmum Vicesimumseptimum, Ad te domine clamabo.

1 N E quando taceas à me, & assimilabor &c.] Hic Fab. & Cęcus Burgensis lacerant editionē græcam, & latinam, quasi faciat oppositum sensum, ad intelligētiam Prophetæ, qui (vt volūt) veretur ne assimiletur mortuis & desperatis, si deus non respondeat, id est, exaudiat orationem eius, & lectio nostra videtur affirmare quod fugiendū est. Hanc tamen sequitur Aug. Pellic. & Pratensis. Sentiunt ergo Faber & Cęcus pro incolumitate & grāmatices & sentētię ita debere legi, Nequando taceas à me, & assimiler descendētibus in lacū: ne si dicatur, Et assimilabor, affirmatio intelligatur cōtra veritatem. Si vidissent explanationem Hier. in hunc locū, non damnassent gręcam contextionem, καὶ ὁμοιωθήσομαι. Imo vero ad verbū respondet Heb. וְנִמְשַׁלְתִּי venimsalti, & assimilabor. Sic ergo intelligit Hiero. Nequando taceas à me. quod si silueris, ero similis pereūtib⁹. Quę expositio luce clarior euadit, & amplius patet supra in enarratione.

3 C V M operātibus iniquitatē ne perdas me] Extrema particula ne perdas me, nō habetur in Heb. sed subaudiebatur ex præcedenti clausula, ne simul tradas me cum peccatoribus. Et multa cōperimus à Lxx viris nō negligenter addita hebraicæ lectioni, inquit Amb. lib. 3. hexameron. Verbi gratia psalm. 20. cogitauerūt consilia, quę nō potuerūt, etiam Lxx addiderūt haud inepte particulam stabilire, quę non erat in Heb. quod & Mūsterus fecit. Fortasse quod in eodē versu pręcessit, ne simul tradas me, ex errore scriptoris positum est, pro, ne simul trahas me. Græci enim legunt μὰ συνελκύσῃς με, Hebræi אַל תִּמְשְׁכֵנִי al tismecheni, ac Mūsterus dixit, ne traxeris me. Hiero. tamen & Pratensis habent, ne tradas me, nisi suspiceris, eandem esse mendam, deniq; sensus idem est.

7 Destrues eos, & nō ędificabis eos.] Codices Heb. habēt tertiam personā, destruet illos, & nō ædificabit. Et tamē Hiero. & Lxx legunt in secunda persona. Si enim dixeris יֶהֶרְסֵם ieheresem .i. destruet eos. Si vero tehersem תֶּהֶרְסֵם .i. destrues. Nec opus erat id admonere, nisi quia solent nōnulli clamitare, nō sic habetur in Heb.

10 E T refloruit caro mea] Heb. dicunt exultauit, aut gauisum est cor meum יַעֲלֹז לִבִּי iaaloz libbi. Cęterum עָלַז alaz haud incōgruē significat florescere, præsertim cū hoc respiciat resurrectionem Christi ad immortalitatē. Etenim psal. 95. gaudebunt cāpi, Heb. יַעֲלֹז שָׂדַי iaaloz sadai. Gaudium autē campi, quidnam sonat, q̄ herbarum & florū vernationem ac virorem? Lxx quo emphasim & pōdus gaudij indicarēt, posuerunt effectum, nempe exaltationem carnis præ cordis lætitia, quando in Christo deitatis maiestas, in resurrectione ad corpus abunde redundat. Animus enim gaudens ætatē floridam facit, Prouerb. 17. maxime cū proxime præcesserat, In ipso sperauit cor meū, & adiutus sum. Lxx spiritu sancto (vt creditur) afflati, subiunxerūt aptissimè de carnis resurrectione, & refloruit caro mea, statímq; iterum sequitur de gaudio cordis, & ex volūtate mea, siue cātico meo, vt volunt Heb. confitebor illi, vt gloria corporis, quasi in medio posita, circumamiciatur in corruptionis triūpho. Nō enim ignorabant quod dictum erat psalm. 15. Caro mea requiescet in spe.

Viror carnis ex animi lętitia.

11 D O M I N V S fortitudo plebis suę] Hebręi nunc legunt, עֹז לָמוֹ oz lamo .i. fortitudo ipsis, seu ipsorū. Vnde cōspicuum est Lxx legisse עַמּוֹ ammo pro lamo .i. plebis suæ. Hiero. legit עֹז לִי oz li, quia vertit fortitudo mea. Sanctes עֹז לוֹ oz lo, quia transtulit fortitudo eius. Vnde facile adducor etiam Lxx habuisse aliud vocabulum satis vicinum cordi, de quo paulo ante discussimus, vbi ponebant carnē. Et id possemus indicare si opus foret, sub vestimēti significatu, לְבוּשִׁי lebusi, vestimentū meū, quo significatur caro. Philip. 2. quia hic licet in voce vtrūq; respōdeant amo & lamo, in scriptura tamen est maior discrepantia: & tamen cernis alterū, loco alterius aperte poni: vt haud dubie colligatur cōstans argumētum, quod sępe causamur, exemplaria olim fuisse diuersa.

XXVIII. PSALM. TIT.
Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi.

A F F E R T E domino] Titulus. [P S A L M V S Dauid in consummatione tabernaculi] In libro Regum legitur, quod tē- 1.Reg.4
pore Heli sacerdotis dimicauerunt filij Israel cō-
tra Philistęos, & victi sunt ab eis. Duo quoque 1.Reg.5
filij Heli, scilicet, Ophni & Phinees, in pręlio occubuerūt, & archa domini capta est à Philistęis, & translata est in Azotum. Posuerúntque eam Philistęi iuxta idolum Dagon. In crastino autē inuenerunt Dagon ante archam prostratum, & erexerunt. Et similiter secundò in crastino inuenerunt prostratum, quem iterum erexerunt. Et in tertio, inuenerunt iterū ante archam prostratum, absciso capite & palmis manuum. fuit autem in regionibus Philistęorum archa septē mensibus, & percussi sunt plaga vehementi. Ebullierunt enim mures de terra, & demoliebantur eos atque corrodebant extales eorum prominētes. Hac igitur plaga percussi & compulsi, tandem retulerunt archam in Gabaa, atque pro

Iuxta 70 interp. adsecundā erectionem Dagon.

fluxu seculi[S V P E R aquas maris,] id est,super
Ex Aug. pöpulos gentinm. Qualiter verò sit facta illa
vox ostendit cum ait, Dominus[Deus maiesta-
tis intonuit,]id est Chrĩstus,qni est rex gloriæ,
de nube carnis terribiliter pœnitentiam prędi-
cauit,& intus mentes hominum terruit. Quod
Ex Alcu. est dicere,prędĩcatio Christi spiritũ timoris de-
dit Iudæis & Gentibus: nec intonare Christus
destitit,donec Christ⁹ daret virtutem,id est,pie
tatem.Et hoc est quod subdit,

4 Vox domini in virtute:vox domini in magnificentia.

Ex Alcui. V O X domini] id est, prædicatio Christi facta
est[I N virtute,]id est,pietatem dedit,quę timo
ri cõparata,id est, respectn timoris dicitur vir-
tus.Est enim pietas,cultus erga deum,quem ex-
hibent postquam denm offendere timent. Ad-
dit etiamdeus magnificentiam,id est scientiam,
quę est tertia gratia, quæ magnificos facit: vt
qui est in cultu dei, sciat qnomodo se agat in
pręsenti.Et hoc est quod subdit,[V O X domini]
est facta [I N magnificentia].i. prędicatio Chri-
sti,spiritum scientię dedit, quo scimus conner-
sari recte in medio nationis huius prauę, &
peruersę. Hæc etiam,

5 Vox domini confringentis cedros: & cõfringet dominus cedros Libani.

V O X domini]est]C O N F R I Ngẽtis cedros,]
Ex Aug. id est, dõminus confringet per pœnitentiam
& Alcu. & hnmilitatem[C E D R O S,] id est,altos de gẽ-
tibus[E T cõfringet cedros libani dominus,] id
est,alios de Iudęis,quos tempore vltimi introi-
tns quando reliquiæ saluæ fient,ita franget, &
Ad Ro.11 humiliabit vt quælibet aduersa non refugiant
pati. Quod est dicere, Dabit spiritũ fortitudi-
nis Gentibus & Iudęis, vt sint fortes in iis,qnę
Ex Cass. spiritn scientiæ cognoscũt. Per Cedrum antem
bene superbia intelligitur, qnia Cedrus altissi-
ma arbor est,maxime in Libano,vbi sunt magis
procerę cedrĩ. Hęc arbor nõ succisa inutilis est,
in sua radice manẽs non facit vtiles fructus. sic
superbia quæ peccatum nobis intulit,in sua ra-
dice manẽs,inntiles parit fruct⁹:ea succisa,suc-
cresennt fructus gratiæ.

6 Et comminuet eas tãquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius vnicornium.

E T] succisa atque confracta in eis superbia,
Ex Ang. [C O M M I N V E T,]id est hũmiliabit [A A stan-
Ex Cass. quam vitulũ.] In Libãno mõte pascuali, vituli
& Alcui. ad sacrificia nutriebantur: quia mons ille ferax
est herbarum,& irriguis fontibus,& cõsitus ar-
horibus.Huic comparantur qui de superbia hu
miliati sunt, & tãquam vitulus parati sunt pro
Christo mori,Cõminuet,ergo.Eas tanquã vi-
tulũ libani, id est,humiliabit eos adeo, vt immo
lentur pro Christo, si sit opus. Et quia dixerat,
Comminnet,& confringet, & nõ dixerat quis,
hic determinat,[E T dilect⁹] .s.hoc faciet,id est
Christus superhiam comminuet.De quo pater,
Hic est filius meus dilectus,qui est[Q V E M A D- Matt.3.
dum filius vnicornium,]id est,filius Iudæorum Ex Hier.
secundum carnem, qui in vna lege snperbiunt. & Alcui.
ideoque dicuntnr vnicornes. Vel ita, Et dile-
ctus.q.d. Illi confringentnr & comminuentur.
& qnid mirum, si illi comminuentnr? Non est
mirum. Et dilectus enim,id est, Christus cõmi-
nuetur, id est, humiliabitur vsque ad mortem.
Et hoc, quemadmodum,Filius vnicor.i.secun-
dum qnod ipse est filius Iudæorum,id est,secũ-
dũ qnod ipse est homo. Aliter enim cũ sit deus
non videtur posse comminui. Deinde subdit
de spiritu consilii dicens,

7 Vox domini intercidentis flammam ignis: vox domini cõcutientis desertum, & cõmouebit dominus desertum Cades.

V O X domini intercidentis flammam ignis] Ex Alcu.
Ignis est fomes peccati. Flamma quę inde exit,
est consensus actus,& cõsuetudo.Sed hanc flã-
mam dominus nõ quidem extinguit, sed inter-
rumpit,& intercidit, dato spiritu cõsilii, ne ve-
niat vsque ad consensum,vel vsque ad actũ, vel
ad consuetudinem. Hoc fortibus conuenit, ne
si ociosi sint, erumpat flamma ab igne. Deinde
subdit de spiritu intellect⁹,dicens,[V O X domi-
ni] est [C O N C Vtientis desertum] .i. cõmmo- Ex Aug.
uentis gentiles ad fidem. Desertum vocat gen-
tes. ideo, quia sine lege,sine deo, sine prophetis
fuerant [A T commouebit Dominus desertum
Cades,]id est Iudæos. Cădes ad literã locus est, Ex Cass.
vbi. aqua de petra data est quod & modo fit & & Alcu.
ibi,ad literam, & spiritualiter hodie in ecclesia,
quãdo etiam dura corda ad fidẽ connertuntur,
quę emanant aquas viuas.Intĕrpretatur autem Ex Aug.
Cades sanctũ legis, desertũ ergo Cades.i. à san-
cto legis Iudęi sunt deserti,qui nõ habẽt sanctũ
legis,id est, spiritualem legis intellectũ. Sed hos
& gentiles dominns commouet & conentit, vt
agricola sterilem terram vt fructificet.i. dat in-
tellectum,vt scripturas & secundum anagogen
percipiant, quod fit in mẽte bene pacata con-
silio. Per hunc autẽ intellectũ seripturarũ pro-
uehit vsque ad spiritũ sapientię,& facit eos cer
uos qui conscendant in mõtem sapientiæ,quæ
est de diuina essentia.Et hoc est quod subdit,

8 Vox domini præparãtis ceruos, & reuelabit condensa:& in templo eius omnes dicent gloriam.

V O X domini,] id est,prædĩcatio Christi, est Ex Hier.
[P R A E P Arantis ceruos].i. tribuĩt spiritum sa- Ex Alcui.
pientiæ quibusdam. qui superant & repellunt Ex Hier.
venenosas linguas hæreticorum.Et ideo ceruis & Aug.
comparantur.Et hõc non solum gentibus pręs- & Cass.
stat, sed & Iudæis in vltimo[R E V E L A B I T] Ex Alcu.
ea qnæ de deitate snnt[C O N D E N S A]Apẽriet Ex Aug.
enim eis opacitates librorũ, & vmbracula my-
steriorum,vbi liberè pascantur. Attẽdẽ quod à Ex Alcu.
timore incipiens vsque ad sapientiã cõscendit.
Cum omnibus enim his gradib⁹ donorũ timor
castus scilicet sociatur, qui etiam à perfecta cha
ritate foras non mittitur. ¶Potest etiã hæc se-

ries legi sine prę signata 7. donorũ distinctione,
hoe modo, Vox domini.i.pdicatio Christi, Su-
Ex Aug. per aquas.i.super populos. Noo enim fit hīc di
stinctio inter Iudæos & gentiles. Deinde quali-
ter sit facta subdit, Deus maiestatis, id est Chri-
stus, Intonuit, id est, de nube carnis terribiliter
pœnitētiam prędieauit. Et per hoc, Dominus,
id est, Christus habitat, Super aquas multas, id
est populos multos. Ipse eoim Christ⁹ postquã
voeem misit populis, & perterruit eos: conuer-
tit eos in se, & habitat in eis per fidē, spē, & cha
ritatem: & accepit eosdem per aquas, & per a-
quas multas. Et vox domini, id est, Christi iam
io ipsis habitantis est, In virtute .i. potentes fa-
ciens eos. Et, Vox domini, est, In magnificentia,
miraculorũ, vel operum.i. faciēs in eis miracula,
vel opera. Et, Vox domini, est, Cõfringentis ce-
dros.i. prædieatio Christi per contritionē cor-
dis, est humilians superbos. Et confringet do-
minus, per pœnitētiam, Cedros Libani.i. elatos
Ex Alcu. nitore terrenæ nobilitatis. Libānus autē inter-
pretatur candidatio, quo significatur cãdor se-
2. Cor. 1. culi, quo nitentes & elatos dominus cõfundet,
& confringet per ignobilia mundi, quæ elegit.
Ex Aug. Et ablata superbia, & altitudine illorũ, Cõmi-
nuet eos cedros, id est, elatos seculi opib⁹, Tan-
quã vituli.i. deponet, & humiliabit eos ad imi-
tationem humilitatis suæ, qui vt vitulus ad vi-
ctimã crucis ductus est, per nobiles seculi, signifi
catos per libanum. Vnde propheta, Astiterunt
reges terræ, & principes, &c. Et nõ mirum si illi
comminuentur: nam, Et, ipse, Dilectus.i. Chri-
stus patris vnicus, Comminuit se.i. exinaniuit
se nobilitate sua. Et factus est homo. Quemad-
modũ filius vnicor.id est, sicut filius Iudæorum
ignorantium iustitiã dei, & superbe iactãtium
tanquam singularē suam iustitiam. Et, Vox do-
mini, est, Intercidentis flammã ignis, id est, trã-
seuntis sine vlla lesione sua, per ardorē concita-
tissimum persequentiũ. Vel diuidentis furētem
iram illorum, vt alii conuertantur, alii nõ. At-
que ira intercidit tumultũ illorum, vt alios in
suam charitatē traheret, alios in malitia sua re-
linqueret. Vox domini concutientis desertũ, id
est, commouentis ad fidem gentes, quæ erãt si-
ne deo, sine lege & prophetis, Et, tũe, Commo-
uebit dominus desertũ Cades.i. celebrari faciet
sanctum scripturarum suarũ, quod à Iudæis nõ
intelligentibus deserebatur, id est, intelligibilia
faciet verba legis. Vox domini, est, Præparantis
ceruos.i. perficientis eos, qui superant & repel-
lunt venenatas linguas. Et, Reuelabit, eis, Con-
dēsa, id est opacitates librorũ, & vmbracula my
Ex Alcu. steriorum, vbi libere pascãtur. Et in tēplo eius,
Hũcusque ostendit quomodo 7. donis cõsum-
mat Christ⁹ ecclesiam: hic dicit quid in ea fiat,
& vocat hoc templũ, quod in titulo taberna-
culum.q.d. Ita perfecit Christus ecclesiã, Et o-
mnes, qui sunt, In templo eius, sic cõsummato,
Ex Aug. Dicēt gloriã. Vel, Omnis dicet, alia litera, Glo-
Ex Alcu. riam. Vnusquisq; enim laudat dominũ pro suo
dono. Qui ergō non dicet gloriam, non est ve-
re in templo, quare date gloriam.

PARS III. 9 Dominus diluuium inhabita-
re facit: & sedebit dominus rex in
æternum.

DOMINVS diluuium] Tertia pars, vbi dicit Ex Alcui.
quid constitutæ ecclesiæ fiat.q.d. Ideo date glo
riam, quia [DOMINVS facit] hic templũ, id est
sanctos in ecclesia, quasi in archa Noe cõstitu- Ex Aug.
tos [INHABITARE diluuium] huius seculi, Ex Hier.
id est, faciet eos habitare illesos inter fluentes & & Alcu.
submersores, vt archam Noe seruauit inter flu-
ctus & aquarũ inundationes. Vel, Dominus fa
cit diluuium, id est, illos malos qui alios in pec Ex Rem.
catum submergebant, Inhabitare hoc templũ,
scilicet ecclesiam, quia etiam illos tales ad vni-
tatem ecclesiæ sanctæ conuertit. Vel secũdum
aliam literam, Dominus diluuium inhabitat, id
est ãquas baptismi, quæ crimina purgant mun- Ex Cass.
di, sicut per diluuium purgatus est mundus. [Et
sedebit] Ostēdit quomodo cõsummat Christus
ecclesiã. hic qualiter promouet. q.d. Et deinde
in eo templo [SEDEBIT domin⁹ rex in æter-
num]. i. regnans in eis æternum, id est pōtēs, & Ex Aug.
regens eos, vsquequo æternitas veniat. Et vere & Alcui.
reget, quia,

10 Dominus virtutē populo suo
dabit: dominus benedicet populo
suo in pace.

DOMINVS dabit virtutē populo suo] Con Ex Aug.
tra huius mundi procellas & turbines dimicãti,
quia non est pax in hoc seculo. Deinde subdit
de remuneratione. Et, Domin⁹, tādem, [Bene-
dicet populo suo in pace] æterna, in seipso pa-
cem illis dans. Vnde ipse in euãgelio ait, Pacem
meam do vobis, pacem relinquo vobis.

COLLATIO
In psalmum 28. Afferte domino filii dei.

1 AFFERTE domino filii dei, afferte domino
filios arietũ.] Quidã reddũt dũtaxat posterio-
rem partē, afferte domino filios arietum, cuius-
modi sunt Hieronymus & Sanctes. Alii vero
tantum priorem partem, Afferte domino filii
deorum, id est (vt volunt) procerũ, principum,
fortium. In Heb. habetur בְּנֵי אֵלִים bene elim.
Elim autem significat deum, angelos, principes,
arietes, fortes. Et interpretes nostri duplici clau
sula vtrunque complexi sunt & reddiderunt.
2 IN atrio sancto eius. Heb. בְּהַדְרַת beha-
drath. Si he.i.h, aspiratio fuerit radicalis, inter-
pretatio est in decore, seu magnificentia, iuxta
quod habet Hieronymus & nouatores. Si au-
tem fuerit seruilis (vt eorũ more loquar) & in-
clinetur à themate, הדר significabit mansionem,
ob idque atriũ, quomodo acceperunt interpre-
tes. quanquã non sit necesse in huiusmodi plus
æquo laborare, quando atrium Dei, sit einsdem
magnifica gloria. Et versu 4. ipsius psalmi, in-
terpretes eandem voculam verterint μεγαλο-
πρέπειαν,
6 ET comminuet eos vel eas tãquam vitulum

libani.]Quoniam Hebręi destituuntur terminatione distincta casuū, ideo Hieronym⁹ vertit nominādi casu, & Sāctes, vitulus, vt referatur ad Christum, qui fuit vitulus in passionia humilitate, vt superbiam nostram comminueret. Alii hebraīcantes transferūt quarto casu more nostro, sed figunt diastolem in particula vitulum, aut libanum referunt ad sequentia, quod & facit Hieronymus. differunt tamen, quia ponit in nominatiuo, quod alii pręter Sanctem, in accusatiuo. Et sic potest esse diuersitas dubia in casib⁹, ita in pausarum sectione. Vnde Paraphrasis Campēsis, Et subsilire faciet instar vituli libanum. In eo autē quod dicimus & cōminuet eos, nouatores vertūt saltare faciet. sed quia Hieronymus trāstulit iuxta Hebræos disperget eas, cōsentit Nebiensis, non puto eos semper assecutos plenam significationē vocabulorū. Trāslator ad Campēsem dixit, Instar tauri conculcabit libanum. Nihil tandem vetat, quin eodem sensus cōspiret. Vox enim domini, id est, Christi prædicatio, cōminuit gentes, dum corda eorum emolliuit, & ad se immolandum per internum dolorem induxit. Quæ spiritualis immolatio per vitulum intelligitur. Cor verò sic mūdatum, quomodo non exaltaret in deum suum & Christo concrucifixū non gloriaretur in carnis mortificatione, & veri vituli passione. In eodem. Et dilectus quemadmoudm filius vnicorniū. Heb. וְשִׂרְיֹן כְּמוֹ בֶן רְאֵמִים vessirion kemo ben remim. Et sirion sicut filius aut filium (iuxta caigēriam) vnicornium aut rhinocerotis. vtrūque enim potest haberi ex Hebręo. Et interdum Hieronymus hoc aut altero vertit modo. sirion aut sariō quādo est nomē propriū significat montē, qui animal dicitur hermon. Potest autē inclinari à verbo שור, schor, quod est cantare, contemplari, munus offerre, quæ omnia competunt dilecto, qui est prædicandus & muneribus afficiendus. LXX videtur ad id respexisse.

Noui interpretes nōsemper vocū significātiā assequuntur.

7 VOX domini cōcutientis desertum.]Quidam vertūt parturire faciens desertum. Et Sanctes addidit de suo, Parturire faciens feras deserti. Alii, tremefecit desertum, quod est idem cum nostra lectione, & diuersitas nascitur, ex multiplicitate particulæ Hebraicę חול hol, vel חולל quæ significat tremefacere, cōcipere, parturire, & plæraque alia. Intelligentia tamen facilè potest concinnari.

8 Vox domini pręparātis ceruos.]Hieronymus, Vox domini obstetricans ceruis, seu vt alii volunt, parturire faciens ceruas, vel tremefecit ceruas. Iam dictū est quod vox חולל holel, quæ hic ponitur, est multum ęquiuoca. Vnus accipit hanc significantiam, alius aliam. Faber & Cęcus non sine stomacho contendunt debere potius legi ceruas, quàm ceruos qui non parturiunt. Ad quod dicimus verum esse, si vertendum foret parturire faciet. Sed si vertimus præparare, non obest si reddas ceruos, quum איל aial sit vtrisque cōmune, etiam si pro ceruis forte dicendum foret אילים halim in masculino. Vox autem domini præparat ceruos, quando homines suis meritis reddit diligentes, & impigros instar ceruorum velocitate decantatorum.

9 DOMINVS diluuium inhabitare facit. Ex hoc loco calumnia eliditur, qua quispiam cauillator posset forsan insimulare nos, qui sæpius merito causamur ambiguitatē vocabuli, ob quā pro lectione latina instruimus apologiam, & ostendere conamur, interpretes nostros, aliā secutos fuisse significātiam, & si Hieronymus secus vertat, vt satisfaceret Sophronio, aduersus Iudæos, quibuscum erat ei frequens concertatio. Nam diuus Hieronymus respondens Suniæ & Fretellæ, de hoc versiculo quærentibus, ad hūc scribit modum, Dominus diluuium inhabitare facit, pro quo vos legisse dicitis, κύριος τὸν κατακλυσμὸν κατοικεῖ, id est, Domin⁹ diluuium inhabitat. quorū prius pertinet ad gratiam credentium, secundum ad eius in quo credunt, habitaculum. Sed quia ישב iassab verbū ambiguum est, & potest vtrunque sonare: nam sessio & habitatio dicitur, & in ipso psalmo, de gratia baptismatis dicitur, vox domini super aquas multas, & vox domini præparantis ceruos: & reuelabit condensa, & in templo eius omnis dicet gloriā: de ipsis sentiri volumus, qui glorificant dominum: & interpretati sumus, Dominus diluuium inhabitare facit. Hæc D. Hieronymus. Quibus non obsistentibus iuxta Hebræos vertit, Dominus diluuium inhabitat, & neoterici Hebraicātes super diluuium sedet, vel sedit. Quod Fabrum fefellit dicentem, Rectius ex Heb. dici videtur inhabitat, quàm inhabitare facit, siquidem ipse per se dignatur mentes purificatas, & alluuione aquarum sanctificatas inhabitare.

Authoris in hoc opere intentio.

Faber deceptus.

XXIX. PSALMI TIT.
Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid.

EXALTABO te]Titulus[PSALMVS cātici in dedicatione domus Dauid.]Non legitur Dauid se fecisse, vel dedicasse aliquam domū domino. De spirituali itaq; domo hoc accipiendum est. Totus enim Christus, id est spōnsus & sponsa, vna domus dei est, quia & in capite Christo plenitudo diuinæ gratiæ habitauit, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Hæc autem domus quantū ad caput & mēbra fabricata est & dedicata: quātū ad Christum fabricāta est in eius conceptione: dedicata verò, in eius resurrectione, quando resurgēs à mortuis, immortalitatis gratia cōfirmatus est. Quantū verò ad ecclesiā, quotidie fabricatur, dū in hac vita laborat. Dedicabitur autē in futuro, quando sancti resurgentes à mortuis, stabunt in magna cōstantia fulgentes sicut sol. Dicitur autem hæc domus etiam tabernaculū, sicut in præcedētis psalmi titulo. Tabernaculum dicitur secundum præsentem statū, quādo in ea militatur. Quia tabernaculum proprie belli est. domus verò dicitur secundū statū futurū, quādo in ea quiescetur, vt in huius psalmi titulo dicitur. Supra enim agit de cōsummatione tabernaculi tempore belli: hic autem est[PSALMVS

Ex Alcu.

Ex Cass.

Ex Hier.

Ex Alcu.

Ex Aug. cantícl,] id eſt, letitiæ habitæ [IN dedicasione domus Dauid].i. pro dedicatione domus Chriſti, quę dedicatio modo in capite facta eſt: poſt futura, quæ in mẽbris. Inde ergo lętitia eſt, quia domus dedicatur, id eſt, confirmatur. quæ in æterna pace manebit innouato corpore, nõ tanrum Chriſti, ſed & totius eccleſiæ. Vel loquitur Chriſtus totus, in hoc pſalmo, quiă verba pſal- Ex Alcu. mi huius quædam capiti, quædam corpori cõueniunt, quædã vtrique. Et eſt iſte pſalmus breuis de paſsione & reſurrectione Chriſti, vt paſſio non terreat, quos ſpes reſurrectionis lætificet. Ex Caſs. in cõcluſione pſalmi. Intentio. Monet per ſpem dedicationis iam in Chriſto factę fideles ad laudẽ. Modus. Tripartitus eſt pſalmus. Primo, agit Chriſt⁹ de ſua dedicatione, iubens ſanctos idem ſperantes laudes dicere. Secũdo, dicit quomodo dedicationẽ meruit. ibi, Ego autem. Tertio, quomodo eam acceperit. ibi, Audiuit domin⁹. Chriſtus ergo ſecundum quod homo gratias agẽs deo, pro ſua dedicatione, ait, ô

XALTABO te domine, quoniam ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſuper me.

DOMINE Exaltabo Ex Aug. te,] id eſt, Altitudinẽ tuã laudabo. Ideo [QVONIÃ ſuſcepiſti me] in reſurrectione, dedicãdo me gloria impaſsibilitatis. Hoc modo dicitur ex perſona fundamẽti, id eſt, Chriſti capitis, quod iam dedicatum eſt. Poſtea verò, id eſt, in futuro dicetur ex perſona vniuerſę domus, cum in cõmuni reſurrectione fuerit dedicata. Itẽ ex perſona capitis ſubdit [NEC delectaſti,] vel, Iocũdaſti. Alia litera. [INIMICOS MEOS SVPER me].i. nõ permiſiſti inimicos, meos, Iudęos, ſcilicet, & dęmones delectari, vel iocũdari ſuper me.

2 Domine deus meus clamaui ad te: & ſanaſti me.

DOMINE deus meus clamaui ad te, & ſa- Ex Aug. naſti me,] Nõn videntur hęc eſſe verba Chriſti, ſcilicet nec iocundaſti, & clamaui. Alterũ quippe videtur falſum, alterum impoſsibile. falſum quippe videtur quod inimici non ſint iocũdati ſuper eum, cum in euangelio legatur flagellatus fuiſſe, colaphizatus, crucifixus. Item cõtrarium imo impoſsibile videtur, quod Chriſtus clamet & oret, cum ſit omnipotens deus, qui fidelium vota implet, per quem & omnia naturalia facta ſunt. Sed ſciendũ quod Chriſtus nec deus tantum nec homo tãtum eſt. ſicut diuerſi hęretici dogmatizauerũt. Sed verus deus eſt, & verus homo. Nec duo tamen: ſed vnus eſt Chriſtus, qui non ſecũdum quod deus eſt, ſed ex eo quod homo eſt, eſt infirmus. Et ex hoc etiam orat pro nobis, & mediator inter deum trinitatem, id eſt, patrem & filium & ſpiritum ſanctum, & homines peccatores. Habens cum vtroque cõuenienſiã. In eo enim quod infirmus, propinquat nobis. In eo verò quod non iniquus eſt, iungit nos deo. In hoc tamen etiam quod homo eſt, præeſt nobis vt caput, in quo ſunt omnes ſenſus in cęteris membris. Non eſt ergo incongruũ, vel impoſsibile eum ſecũdum hominẽ quem ſuſcepit orare, quia ipſe eſt qui oratur, ſecundũ deitatẽ. & ſuper hunc quidem iocũdati ſunt inimici in cruce: ſic & ſuper ſuos iocundãtur in paſsionibus, ſed non in dedicatione, vel ſuper eum, vel ſuper ſuos. Ideoq; verũ eſt quod ait, Nec delectaſti, vel, iocũdaſti inimicos meos ſuper me, id eſt, non permiſiſti eos iocũdari ſuper me, in dedicatione, ſcilicet, etſi ante. Deinde ponit ſuſceptionem, dicẽs, Domine deus meus clamaui ad te, in paſsione. Et ſanaſti me, in reſurrectione: quia iam nõ gero ęgrum corpus, ſed glorioſum & immortale. Et ô

3 Domine eduxiſti ab inferno animam meã: ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum.

DOMINE eduxiſti ab inferno animã meã] Ex Aug. & Hier. Hõc expoſitione nõ indiget. Manifeſtũ eſt enim Chriſti animam cum animabus ſanctorũ de inferno eductam à deo [AT ſaluaſti me à deſcẽdentibus in lacũ.] id eſt, ab his perſequentibus, qui Ex Aug. deſcendũt in ſeculi profunditatem. Lăcus enim eſt profunditas ſeculi, ſcilicet abundãtia luxurię & nequitię. Qui ergo libidinibus ſe immergũt, & terrenis deſideriis, ipſi deſcendunt in lacum. Tales Chriſtũ perſecuti ſunt, ſed ab his ſaluatus eſt in reſurrectione, ne amplius cum eis ſit. Vel, Saluaſti me à deſcendentibus in lacum, id eſt, à cõditione profundæ cæcitatis; quia immunis à peccato & corruptibilis carnis, quia impaſ- ſibilis. Vel, Salua me à deſcendẽtibus in lacum, Ex Hier. id eſt, dẽ lacu inferni, vbi animę peccatorũ ſunt, ne ſicut illi præceps caderem in mortem.

4 Pſallite domino ſancti eius: & cõfitemini memoriæ ſanctitatis eius.

PSALLITE] Poſt cãticũ ſequitur pſalmus. Ex Aug. Et vox eccleſiæ vel prophetæ eſt hic attendentis hæc futura in membris, quæ pręceſſerunt in capite. vnde exultat, & alios exultare monet. q.d. Quia reſurrexit caput noſtrum, ergo hoc ſperate membra cętera, quod videtis factum in capite. hoc ſperate, quod credidiſtis in capite, quod idem promiſſum eſt nobis. Has ergo promiſsiones habentes [PSALITE domino] ope- Ex gl.int. re ô vos [SANCTI eius.] ¶ Vel totum poteſt Ex Hier. dici in perſona eccleſiæ loquentis ad Chriſtum ſic, Exaltabo te domine, id eſt, altitudinẽ tuam glorioſe laudabo. Ideo, Quoniã ſuſcepiſti me, in dedicatione, id eſt, ſuſcipies in futuro in re, & iam in ſpe ſuſcepiſti. Nec delectaſti, vel, Io- Ex Aug cundaſti inimicos meos ſuper me, id eſt, non iocundabis eos tunc ſuper me, qui per orbem variis perſecutionib⁹, me conati ſunt opprimere. quia tunc nõ iocundabũtur inimici ſuper nos, vt modo. Deinde exponit ſuſceptionem dicẽs, Ex gl.int. Domine deus meus clamaui ad te, hic, Et ſanaſti me, iam in ſpe, & in futuro ſanabis in re. Et ô domine, Eduxiſti ab inferno animã meam, quia Ex Hier. & animas iuſtorum, qui ibi detinebãtur eduxit, & alios à peccatis liberans ne illuc mitterentur

fecit. Vnde subdit, Et, Saluasti me à descendentibus in lacum, inferni. Ergo, Psallite domino, bene operãdo, Sancti eius, [E T cõfitemini memoriæ sanctitatis eius,] id est laudate eum, quia memor fuit sanctificare vos, id est, quia sanctitatis qua vos sanctificauit, non est oblitus hoc toto tempore, quod desiderio nostro nimis longum esset. Vos autem eratis eius obliti, sed ipse vos non est oblitus. Vel, Confitemini memoriæ sanctitatis eius, id est, Laudate eum, quia ex bonitate sua & sanctitate, memor fuit nostri. Ideo psallite & confitemini,

Ex Hier.
Ex Aug.
Ex Cass. & gl. int.

5 Quoniam ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius.

Ex Aug. QVONIAM ira,] id est, vindicta qua vindicauit in vos primum peccatum, quod morte soluistis, fuit [I N indignatione eius] id est in cõminatione eius contempta, qua dixerat primis parentibus, Qua die comedetis, morte moriemini. Illi verò retigerunt & mortui sunt, & eiecti de paradiso. ergo quod abiecit homines, pro peccato est, sed tamē est & spes. [E T] id est, quia V I T A] est [I N voluntate eius,] id est vitā ęternam non virib' vel meritis nostris, sed quia voluit, dedit: ad quam per vos nõ rediretis, sed ipse vos reduxit, & gratis saluos nos fecit. Nõ enim digni eramus. Quo est enim peccator dignus, nisi supplicio? sed ipse impios per fidem iustificauit, eisq; ne vitam donauit.

Gene. 2.
Ex Aug.
& gl. int.
Ex Aug.
Ex gl. int.

6 Ad vesperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia.

Ex Aug. A D vesperum &c.] Duobus prædictis, duo alia reddit, hoc modo, Quia ira est in indignatione eius, Ideo [A D vesperũ demorabitur fletus] Et quia vita est in volũtate eius, ideo [A D matutinũ] erit [L Æ T I T I A] persequere ordinem literę, & verborũ expositionem sic, ira processit ex eius indignatione, & illa ira nõ est breuis, imo lõga. quia, Fletus, id est, omnimoda hominis miseria, tam culpę quàm pœnę, incipiẽs, Ad vesperũ, Adę tam temporis quam pectoris, Demorabitur, vsq;, Ad matutinum. Vespera enim est quando sol in occasum declinat, quo tempore Adam peccauit, & lux inde solis. i. Christus, qui est sol iustitiæ, & lumē pectorum ab eo recidit: vergente tunc in occasum sole temporis. Vnde in Genesi, Cum deambularet domin' in paradiso ad aurā post meridiem, timuit Adam, & abscondit se. Iam ille peccator tegebar se inter ligna paradisi, nolebat videre faciem dei, ad quam gaudere cõsueuerat. occiderat illi sol iustitiæ, nõ gaudebat ad præsentiam dei. Inde inchoata est omnis vita ista mortalis, dies versus est in noctem, lætitia in fletũ. Defle ergo genus humanũ, quia nasceris de Adam. Ex Adã enim facti sumus omnes, & quotquot procreauerunt filios, & procreaturi sunt, ex quo & ipsi creati sunt. Vespere itaq; cœpit post meridiē vbi lux sapientiæ à peccante homine recessit, quãdo & morte damnatus est. Et ex tunc durat fletus, & durabit, quandiu in laboribus & tentationibus populus dei expectat diem domini, scilicet matutinum. Et hoc est, Fletus, id est, vniuersa miseria hominis, incipiens, Ad vesperum, Adæ, quo peccauit, & lux interior ab eo recessit. Demorabitur, id est diũ, & in multis morabitur: Diu, quia nõ mox est tota restitutio tradito domino: & in multis, quia omnes ex eo nascimur in peccato, & pœna. Demorabitur, dico, vsque, Ad matutinum, id est, vsquē ad diem domini, quo resurrectio nostra futura est: quæ in matutina Christi resurrectione præfloruit: & tunc, scilicet in matutino, erit nobis, Lætitia perennis, quia tunc absterget dominus omnem lachrymam ab oculis sanctorum. ¶Aliter secundũ moralem intellectum. Dicitur enim matutinum, vel mane, ortus fidei & charitatis, scilicet, cum lux gratiæ oritur fideli, quæ occidit peccanti, per quam in anima resurgimus, secũdum illud, Exurge à mortuis, & illuminabit tibi Christus. Pro qua resurrectione designanda. dominus mane surrexit, idem promittens nobis per suam resurrectionem: quæ est efficiens causa resurrectionis, & animæ in præsenti, & corporis in futuro. Christ' enim cũms actio nostra est instructio, nõn sine mysterii celebratione. In hac vespere quo peccauit Adam, sepeliri voluit, & mane resurgere, & hoc mane tertiæ diei. Vespere est sepultus, vt ostenderet se mori non pro sua culpa, sed pro nobis, qui vespere sumus sepulti in paradiso. i. per peccatum Adæ commissum. Vespere in paradiso sepulti sum' in culpa & in pœna. Mane surrexit, vt nos mane surgamus, quod est quando lux gratiæ oritur homini in mente. Mane tertii diei resurrexit, ita & nos surgimus die tertio. i. in tempore gratiæ quod est post tẽpus ante legē, & sub legē. Quod ergo triduo illo ostendit caput tuum in se, hoc triduo seculi ostendetur in te. si enim seculum cogites, vnus dies est ante legem, Secundus sub lege, tertius sub gratia. Et hoc est, Fletus incipiens, Ad vesperum demorabitur. Hoc non mutatur, vsque, Ad matutinum, id est, quousq; oriatur lux fidei per Christi matutinam resurrectionem. & tunc erit, Lętitia. Vel, Ad vesperum demorabitur flet', quia passo & sepulto domino apostoli & mulieres in fletu & gemitu morabantur, &, Ad matutinum, fuit, Lætitia, quia mane venientes ad sepulchrum gloriam resurrectionis acceperunt. Et dictum est mulieribus, Ite nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæã, ibi me videbunt. Vespere fleuerunt mortuum: mane exultauerunt ad resurrectionem.

Gen. 3.
Ex gl. int.
Ex Aug.
Ex Aug.
Ex primo dial. lib. Gre. ca. 9.
Ex Aug.
Ex Hier. & Cass.
Matt. 28.

7 Ego autem dixi in abundantia mea, Non mouebor in æternum. PARS II.

E G O autem] Secũda pars vbi dicit Christus quomodo ante dedicationē egerit, & eam meruerit. q. d. Ex Adã mãle moto est fletus [E G O autem in abũdantia mea,] id est, cõfidẽtia deitatis, cuius plenitudo habitat in me, dixi hoc, [N O N mouebor in æternũ] à deo, à quo Adam motus est. Et sicut ego dixi, tu,

Ex Alcu.
Ex gl. int.
Ex Cass.
Ex gl. int.

8 Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.

D O M I N E] fecisti, quia [P R Æ S T I T I S T I] mihi decorem. s. quia immunis à peccato. Et il-

Ex gl. int.

li[DECORI meo præstitisti virtutem].s. quia
Ex Cass. & miracula fecit. Hoc non de humana natura
habui,sed [IN voluntate] .i.ex volũtate[TVA]
scilicet ex te,quod inde probatur,quia

9 Auertisti faciem tuam à me,& factus sum conturbatus.

AVERTICTI faciem tuam à me] exponẽdo
me passioni [ET factus sum cõturbatus,]id est,
Matt. 14. te aduerso,turbatur carnis meæ infirmitas. Vn-
de cœpit Iesus panere & tędere. Vnde ergo prę-
sumit homo, cum audiat Christum de se talia
dieeutem?

10 Ad te domine clamabo,& ad deum meum deprecabor.

Ex gl.int. AD te domine].q.d.auertisti faciẽ tuã in pas
sione,& tunc dixi [CLAMAVI ad te domine]
De gloria immortalitatis adhibẽda [ET ad do-
minũ meum] deprecabor de mortalitate tollen-
da,diceus,

11 Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?

QVAE vtilitas,&c.]Possunt hæc etiã accipi
ex persona membrorũ,Ego autem.Et ostẽditur
causa quare flet⁹ demoretur.q.d.Vespere est fle-
Ex Aug. tus,sed hoc ex culpa mea, quia ego illẽ populue
qui ab initio loqnebar in Adam existẽs,In abũ-
dãtia mea.i.dũ mihi in paradiso esset abnndan-
tia,iam nullam patiens egestatem, Dixi hoc,sci
licet,Nõ mouebor in æternum, ab hoc bono,in
Gene. 2. quo sufficiẽtia erat illi,quia deo fruebatur.Hoc
autẽ dixi tibi credens diabolo dicẽti, Nõ morte
moriemini,sed eritis sicut dii,sciẽtes bona & ma
la. Sed quia deus erat ablaturus superbo quod
dederat humili. sequitur, Domine in volũtate.
q.d.In paradiso erat mihi abũdantia,sed hæc a-
bundantia ô domiue,erat ex te,nõ ex me, quia,
In voluntate tua præstitisti decori meo virtu-
tem,id est, non ex me bonus eram & fortis, sed
ex te.Quod vt ostenderes,Auertisti faciem tuã
â me.i. foris misisti me de paradiso. Et fact⁹ sum
cõturbatus,sed iam hic posit⁹ clamabo. Et hoc
est,Ad te domine clamabo, In paradiso nõ cla-
mabas,sed laudabas,non gemebas,sed fruebaris.
foris verò positus geme,& clama,quia propin-
Iacobi 4. quat tribulatio,qui deseruit superbientẽ. Deus
enim superbis resistit,humilibus dat gratiã.De-
inde ex persona domini,scilicet ipsius fundamẽ-
ti nostri,Quę vtilitas,in sangu.&c. ¶Aliter ab
Ex Aug. illo loco, Auertisti, quasi præstitisti mihi deco-
rem & virtutẽ. quod ex eo didici,qnòd ex me.s.
à peccante homine, auertisti aliquando faciem
tuã,id est lumen tuæ notitiæ. Vnde cõturbatio
hominis processit. quod ita ait, Et factus sum
couturbatus,recedente à me lumine tuæ noti-
tiæ. Quod tempus conturbationis & miseriæ
meæ,recolens,& in eo positus audio vocem ca-
pitis mei pro me morituri, & in passione dicẽ-
tis, Ad te domine clamaui,de gloria. Et ad deũ
meum deprecabor, de immortalitate, dicens,
Ex Aug. [QVAE VTILITAS]erit[IN sanguine meo,]id
& gl.int. est, in ẽffusione sanguinis mei, qui sine culpa
mea effusus est [DVM descẽdo] quasi per quos-
dam gradus malorum [IN corruptionem] q.d.
nullã. Si enim statim non resurgo,corruptũque
fuerit corpue,nemini annunciabo, nullũ lucra-
bor,& ita peribit confessio.Quod ita ait,

12 Nũquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit veritatem tuam?

NVNQVID puluis,] id est,tũrba impiorum Ex Aug.
quam mea resurrectione iustificabo [CONFI-
tebitur tibi]laudet, vel peccata [AVT aunun-
ciabit]ad salutem cęterorum[VERITATEM
tuam]q.d.Non his verbis necessitatẽ ostendit, Ex Alcu.
per quã non sinat eum pater descendere in cor-
ruptionem. Vel ita,q.d.Vere nulla vtilitas erit,
si corpus corrumpitur: quia si puluis remaneo,
Nunquid confitebitur tibi aliquis. aut,Aunun-
ciabit veritatem tuam? q.d. non fiet tibi cõfes-
sio,vel annunciatio. Et sciendum quia gemina Ex Aug.
est confessio,aut peccati,aut laudis. Nunquam
ergo sine ea simus. quãdo male est nobis in tri-
bulationibus,cõfiteamur peccata nostra: quan-
do nobis bene est, in exultatione lætitiæ confi-
teamur laudem.

13 Audiuit dominus,& misertus est mei: dominus factus est adiutor meus. PARS III.

AVDIVET dominne] Tertia pars vbi dicit Ex Cass.
quomodo dedicationẽ acceperit. q.d. depreca- & Alcui.
tus sum & me deprecãtem [AVDIVIT domi-
nus & misertus est mei]ita quod[DOMINVS
factus est adiutor meus]quia nõ dedit sanctum Ex Aug.
suum videre corruptionẽ,sed me dedicauit glo-
ria immortalitatis. Deinde loquens ad ipsum
patrem ait,

14 Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: cócidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia.

CONVERTISTI]q.d.fact⁹ es adiutor meus, Ex Hier.
ita.scilicet,quia[CONVERTISTI planctum
meũ] quo dixi, Tristis est anima mea vsque ad Matt. 26.
mortẽ[IN gaudiũ]resnrrectionis. Vel,Conũer- Ex gl.int.
tisti planctũ meũ in gaudiũ.i. dolẽtes de me apo
stolos gaudere fecisti.Ideo quia[CONCIDISTI sac-
cum meũ & cir.&c.] Saccus est vestis aspera in Ioan. 3.
vsum laboris , vel tẽpore tristitiæ vt Niniuitis, Ex Cass.
qni induti saccis,pœnitentiã egerũt.Hæc est ca & Alcu.
ro humana quã Christ⁹ suscepit, quæ scissa est
moriendo & prodiit frumentũ.i.munus glorio-
sæ resnrrectionis.Vel deitas apparuit, vnde sub-
dit [ET circundedisti me lætitia] vel saccus est
pœna peccati.Sacc⁹ enim fit de capris & hœdis: Ex Aug.
& caprę & hœdi significãt peccatores,quia pro
peccatis in lege offerebãtur.Saccus ergo est im-
mortalitas quam de peccatoribus Christus tra-
xit,vel accepit. Assumpsit enim saccũ, sed non
meritum sacci.i.peccatũ, quod est causa mortis.
Hoc sacco mortalitatis, diuinitas tanquã fru-
mentũ occultabatur. vnde alibi, Dum mihi mo Psal. 34.
lesti essent induebar cilicio,id est,sacco morta-
litatis,vt quod intus erat non videtur. Hic sac-
cus,id est,hæc mortalitas,in resurrectione con- Ex Aug.
scissa est.i.destructa.Qua cõscissa,prolata est di & Alcu.

nitas,id est manifestatã, quæ ante erat occulta. ficut faccus integer celat quod intus est: fciffus xperit. & hoc est,Concidifti faccũ meum,id est, mortalitaté carnis deftruxifti in refurrectione,

Ex Aug. Et circũdedifti me læt.i. gloria immortalitatis.

15 Vt cantet gloria mea & non compungar, domine deus meus in æternum confitebor tibi.

Ex Aug. VT]ipfa[GLORIA mea cantet tibi] .i. Sit caufa quare lauderis à me, & à meis [VT] vere Circundedifti me lætitia,quia iam non côpungar, id est, Iam vlterius non moriar,quia Chriftus femel paffus est, & amplius nõ moritur. Et iam in fine,[DOMINE deus meus in æternum confitebor tibi,] id est, laudabo te.Vel poffunt effe verba ecclefiæ,ab illo loco, Cõuertifti.non mutatur vox propter vnitatem capitis & corporis.q.d.fundamentũ meũ dedicatũ est.i. Chriftus gloria immortalitatis est cõfirmatus, quem primogenitũ à mortuis ego ecclefia confecuta, iam fpe & in futuro poftea re, nunc in dedicatione domus tuæ, quæ in capite meo præceffit. Dico,Cõuertifti planctũ meum,qui est de peccatis.&,Gaudium mihi, quod est de abfolutione,quia Concidifti faccum meum.i.velũ peccatorũ, & triftitiã mortalitatis. Et circundedifti me lætitia.i.cinxifti me ftola prima.i.immortali lætitia,vt,Cãtet tibi gloria mea.Iam non plãgat humilitas. Et.i.quia, Iam non compungar, confcientiæ peccati vel timore mortis,vel timore iudicii. Et ô Domine deus meus in æternum confitebor tibi. Hęc est gloria mea,vt in æternum confitear tibi, quod nihil mihi est ex me, fed ex te omnia,qui es deus omnia in omnibus.

COLLATIO
In pfalmum 29. Exaltabo te domine,quoniam

5 QVONIAM ira in indignatione eius.Heb. כִּי רֶגַע בְּאַפּוֹ ki rega beappo Hieronym⁹, ad momentũ ira eius ,vel momẽtanea est ira eius. Interpretes acceperũt per metathefim גֶּעַר gear, id est ira, increpatio,pro רֶגַע, quod & interdũ fieri fatis fubindicat nominatim in hac radice Munfterus in fuo lexico.

7 PRÆftitifti decori meo virtutem. Hieronymus & Heb.mõti meo virtutem fiue fortitudinẽ. Vbi perfpicuum est interpretes legiffe הַדְרִי hadri loco הַרְרִי harri daleth pro res, In quib⁹ literis est propinqua affinitas, vel minima diftinctio.

13 AVDIVIT dominus, & mifertus est mei. Heb. Audi domine, & miferere mei . Sententia conftat integra vtrobique. Non est txmẽ difficile legere שָׁמַע fchama,id est audiuit ,pro שְׁמַע fchema,id est,audi,præfertim vbi non affigũtur puncta,lectio est omnino indifferens.Confimiliter חָנַּנִי hannani pro חָנֵּנִי honneni,id est,mifertus est,pro miferere. Oportebat ad ifta cõniuere,nifi perpenderem quofdam cacozelia literæ æftuare.

15 VT cantet tibi gloria mea,& non compũgar.Heb. לֹא יִדֹּם lo iiddom,id est, non taceat, vel non tacebit.Similiter habebatur pfalmo 4. Silentium autem cordis,est fecretæ cõpunctio, quam folus deus audit in abfcondito ,in gloria verò ceffat omne lamentũ , & peccati mordax recordatio.Accepiffe appet LXX.in prima perfona לֹא אֶדֹּם lo eddom,vel fimpliciter in par ticipio לֹא דֹם.Deniq; diuidẽdo nõ cõpungatur gloria, nihil diftat ab eo quod est hominem,iam in fœlicitate illa requiefcentẽ,effe extra omnem aleam compunctionis . Adde quod Sanctes in fuo thefauro docet gloriam in Hebræo fumi quãdoque pro anima, deinde manifeftius est quãdoque vfurpari pro toto homine, igitur vt cãtet tibi gloria mea,hoc est,vt cãtẽ,& te laudẽ,mox facile cohærebit, & nõ cõpungar.

XXX. PSALMI TIT.
In finem Pfalmus Dauid pro extafi.

IN te domine fperaui] Titulus [IN FINEM pfalmus Dauid pro extafi] Extafis græce, latine dicitur exceffus, qui est mentis, qui fit duobus modis.Vel pauore terrenorũ: vel mẽte rapta ad fuperna,& inferiorũ oblita, quę communium negotiorũ curã pertractat.In hoc autem pfalmo extafis maxime accipitur pauor de perfecutione populi dei omnium gentiũ,& defectu fidei per orbem terrarum perturbati. Hic enim defcribitur hũmiliatio Chrifti,fanctorumque martyrũ. Vnde fequitur exaltatio. Et exprimit hic pfalmus imbecillitatem humanitatis, & beneficia dei: vt videns fe homo non fuperbiat,& mifericordiam dei videns nõ timeat.Et est fenfus tituli [PSALMVS] Ifte dirigens nos [IN finem,]id est in Chriftũ,est [DAVID] quĩ hic loquitur in perfona Chrifti vel fua, vel ecclefiæ. Habitus pro [EXTASI,] id est agens de exceffu mentis, qui fit quando mens pauet terrena.Intẽtio,Monet ne quis de fe præfumat,fed de dei mifericordia. Modus. Tripartitus est. Contra pauorẽ præmittitur fpes,& oratio cum certitudine liberationis & gaudio. Secũdo enumerat quot & quanta contuebant. Contra quę est oratio,ibi, Miferere mei . Tertio dicit quæ fint bona dei cõtra mala,ibi,Quàm magna. Et fciẽndum quod verba pfalmi huius quędã capiti,quędam membris,quędã prophetæ cõueniunt.Et primo quidẽ loquitur redemptor,deinde redempti gratias agẽtes,de fua liberatione, ibi, Redemifti. Inde ipfi iidẽ diu de perturbatione fua agentes,ibi,Miferere mei, &c. Prophetæ autẽ vox interponitur, propter finẽ & in finẽ. ibi, Quàm magna. & ibi,Diligite dominum.In hac tamen tanta varietate nõ mutatur vox,fed caput & membra eadem voce vtuntur, dicẽdo, Ego me.mihi. quod fit propter nimiã vnitatem capitis & corporis.i.Chrifti & ecclefiæ,fpõfi & fponfæ, quam facit charitas. Sicut enim lingua omnium mẽbrorum fufcipit vocem, dicens, Pro pede calcas me.nõ dicit, calcas pedẽ, & pro manu vulneras me, nõ ait vulneras manũ meã: Sic Chriftus membrorũ vtitur verbis,nõ incõgrue,

ἔκστασις. Ex Aug. Ex Alcu. Ex Caff. in cõclufione pfalmi. Ex Aug. Ex Caff. & Alcui. Ex Aug.

Ex Aug. non se diuidens à verbis nostris. Qui enim di-
gnatus est pro nobis homo fieri, & forma serui
vestiri, non dedignatur nos transfigurari in se.
Quod vtiq; facit pluribus modis. s. dū vel aliquid
facit vel dicit ad informationem membrorum,
Matt.4 vt quando ieiunauit & orauit & tentatus est.
Vel quādo in persona membrorū loquitur, vel
Act.9. de membris in sua persona, vt Saule, Saule quid
me persequeris? Vel quādo aliquid in se esse o-
stēdit quod nō habet ex natura suæ cōditionis,
sed misericorditer assumpsit, de corruptione no
stræ infirmitatis, vt cum dicit se tristari vel pa-
uere, & huiusmodi. Qui ergo sic nos transfigu-
rauit in se, nō dedignatur loqui verbis nostris
vt & nos loquamur suis. Hæc est diuina cōmu-
tatio, & diuina sunt hæc cōmercia, celebrata in
hoc mundo à negotiatore cælesti. Venit enim
cælestis negotiator accipere contumelias, dare
honores: haurire dolorem, dare salutem: subire
mortem, donare vitā. Moritur ergo ex nostro,
id est, ex carne nostra: quam habebat, non in se,
sed in nobis pauebat. Quod enī paues, tuū est:
qđ speras, donum dei est. Paues, vt te agnoscas:
speras, vt diuinā misericordiā glorifices, quæ te
in pauore consolatur. Loquitur ergo hic Chri-
stus in propheta & in mēbris. Et si enim in hoc
psalmo quædam dicantur, quæ capiti non va-
leant congruere: Christus tamen loquitur, quia
in membris suis Christus est. Quasi enim vna
persona est sponsus & sponsa, id est Christus &
ecclesia. Vnde Esaias, Hanc vnitatem cōmen-
Esa.61 daos ait, Sicut sponso alligauit mihi mitram, &
sicut sponsam ornauit me ornamentis. Se dicit
spōsam, & se spōsum, propter excellentissimam
vnitatem capitis & corporis, quam etiam nota-
uit dominus, cum de coniugio loqueretur per
Adam, Propter hoc, inquit, relinquet homo
Gen.2. patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, &
erunt duo in carne vna. Quod exponens Apo
Ephe.5. stolus dicit, hoc magnū sacramētū esse in Chri-
sto, & in ecclesia. Quia ergo sponsus & sponsa
sunt duo in carne vna, merito hæc duo sunt in
Ex Hier. voce vna. Incipit ergo ex persona capitis, dicē-
tis ad patrem sic,

1 IN te domine speraui non confundar in æternū: in iustitia tua libera me.

IN te domine] pater [Speraui] secūdum quod homo.
Ex Aug. [NON confundar in æternum] .i. nūquā̄m con-
fundar, dum mihi vt homini simili cæteris in-
Ex Cass. sultatur [IN IVSTITIA TVA libera me] dē
morte resuscitando.

2 Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.

INCLINA AD ME AVREM TVAM,]
Ex Aug. id est, prōxima mihi humili. & [ACCELE-
Ex Alcu. RA] in faciendis, id est, in his quæ faciēda sunt,
in soluendis animabus de inferno & huiusmo-
di, & [VT ERVAS ME] à morte tertia die re-
suscitando. Non differas vsque in communem
resurrectionē, vel in finem mundi segregare me
à peccatoribus. quod vt fit,

3 Esto mihi in deum protectorē; & in domum refugii: vt saluum me facias.

ESTO MIHI in Deum protectorem,] id Ex Alcu.
est estō mihi ô deus tantus protector, quantum
decet esse deum. & [IN DOMVM REFVGII, Ex Aug.
vt saluum me facias,] id est, ēsto mihi quasi do-
mus ad quam refugiens saluus fiam. Ideo te, &
non alium quæro,

4 Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomē tuū deduces me, & enutries me.

QVONIAM] tu [FORTITVDO mea] ād Ex gl.int.
tolerandos peccatores vel pērsecutores [ET] tu Ex Aug.
es [REFVGIVM meum] ād relinquendos eos Ex Cass.
in fine malorum, qui scilicet finis est per mor-
tem. & [PROPTER nomē tuum,] id est, vt pēr Ex Aug.
me innotescas omnibus gentibus. [REDVCAS
me] vel, dux mihi eris. Alia litera. id est, per o-
mnia sequar voluntatem tuam [ET EN vtries
me,] id est, paulatim aggregando mihi sanctos,
adimplebis corpus meum. Et etiā de pāssioni- Ex gl.int.
bus me erues. quod ita ait,

5 Educes me de laqueo quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

EDVCES ME DE laqueo quem abscon-
derunt mihi,] id est, Dē morte leuabis me ad su- Ex Cass.
perna vt frustra sint Iudæorum consilia [EDV-
CES] dico [QVONIAM TV ES protector meus]
contra quem nulla potest aduersitas. vnde iam
in passione clamaote,

6 In manus tuas commendo spiritum meum, redemisti me domine deus veritatis.

IN MANVS TVAS commēdo spiritum
meum,] id est, pōtestati tuæ commēdo cito re- Ex Aug.
cepturus. Nota eum hic loqui qui in passione
eadem verba protulit. Ex his enim verbis quę in
cruce Christus dixit, admonet se in hoc psalmo
locutum esse. deinde populus fidelis passione
Christi redemptus, & de resurrectione capitis
lætus, dicit, gratias agēs [REDEMISTI me do-
mine deus veritatis] non fallēs in promissione,
quia facis quod promisisti. ¶ Possunt etiā prę-
cedentia accipi ex persona eiusdem populi, id
est ecclesiæ, quæ in extasi pauē, à spe tamē in-
cipit, ita dicens, ô Domine speraui in te, nō in
me. Pauor enim non est isti sine spe. Si enim est
cōturbatio, nō deest diuina cōsolatio. Et ideo,
non confundar in æternum. Illam enim confu-
sionē perhorresco, quæ est in æternū. Est enim
quædā cōfusio temporalis, quæ est ad horā, quę
quidē prodest. s. perturbatio animi, respicientis
peccata sua, & respectione horrētis, & horrore
erubescētis, & rubore corrigētis. Tali enim cō-
fusione vult iste confundi, sed non æterna: à qua
liberari precatur, subdēs, In tua iustitia lib. me.

id eſt, in ea iuſtitia quam das mihi, Libera me,
Ex gl.int. qnia meā non inuenis niſi ſuperbam & falſam.
Vnde dicitur, Ignorantes dei iuſtitiā, & ſuā vo-
lentes conſtituere, iuſtitię dei non ſunt ſubiecti.
Ex Aug. Si ĕrgo attēdas ad iuſtitiam meam, damnas me.
Hominis iuſtitia eſt, qua ſuis virib⁹ putat ſe iu-
ſtificari, non quærēs gratis ſaluari. Quis eſt qui
ſaluatur gratis? In quo non inuenit ſaluator
quid coronet, ſed quid damnet. Non inuenit
merita bonorū, ſed merita ſnppliciorū, ſi ageret
tanquam diſtricte, damnaretnr peccator. & ſi
hoc ageret, quem liberaret? nullū. Omnes enim
peccatores inuenit ſolus ſine peccato in mun-
dum veniens. Gratia ergo dei per Ieſum Chri-
ſtum liberat. Quare gratia? quia gratis datur.
Qnare gratis datur? quia merita tua non præ-
ceſſerūt, ſed beneficia dei præuenerūt. Ideo ait,
In iuſtitia tua libera me, id eſt, Ideo me liberet,
quia me iuſtificat. i. ex impio facit pium, ex ini-
quo iuſtum, de cæco videntem. Inclina ad me
aurem tuam, id eſt miſericordiam tuam. Hoc fe-
cit deus, quando filium miſit. Quæ enim ma-
ior miſericordia, quām vt vnicum filinm daret
pro nobis? Ecce hic oratio, ſicut in principio
pſalmi, præmiſſa eſt ſpes. Accelera vt eruas me,
id eſt, à malis. Accelera dicit, vt notet quod nō
eſt diu illud quod finitur, & quod tibi tardnm
eſt & longum, in oculis dei breue eſt. adhuc o-
rando dicit, Eſto mihi in Deum protectorem,
id eſt protege me, vt decet te deū meū. &, Eſto
mihi in domum refugii, qnia refugio ad te
cum periclitor. Sunt alii qui fugiunt à te, cū ta
men latere te non poſſunt, ſed quocūq; diuer-
tant, deum iratū inueniūt. Vnde alibi, Qno ibo
à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiā? Nihil er-
go reſtat, niſi ad te fugere, non à te cuius oculis
omnia nuda ſunt. Attĕnde ordinem orationis.
Ex Alcu. Quomodo aſcendit? Dixit enim, iuſtitiam da. à
peccatis erue, protege. Hic dicit, Eſto domus re-
Ex Caſs. fugii. Dŏmus refugii eſt eccleſia, in qua ſunt ſal
ui homines, vt in archa Noe ſalui fuerūt. Et eſt,
Eſto mihi in domū refugii. i. eſto mihi refugiū
in domo eccleſiæ, ita, Vt ſalunm me facias. Ideo
te non alium qnæro. Quoniam tu, non alius es,
Fortitudo mea & refugium meum. Hoc expo-
ſitione nō indiget. Et propter nomē tuum, nŏn
Ex Aug. propter meritū meum: nō quia ſim dignus, ſed
vt tu glorificeris, Deduces me, vel, Dux mihi
eris, ne aberrē à te. &, Enutries me, vt valid⁹ ſim
ad capiendā eſcā, qua paſcis angelos. Hic enim
lacte nos nutriuit, qui nobis cœleſtē cibū pro-
miſit. & vſus eſt materna miſericordia. Mater
enim lactans paruulum, eſcā cui mandendę in-
fans idoneus non eſt, per carnem traiicit, & lac
infundit paruulo, hoc idem accipienti; qnod
accepturus erat ad mēſam: ſic dominus ſapien-
tiam ſuam qua paſcuntur angeli, vt lac nobis
faceret carne indntus venit ad nos, vt grandi
cibo angelorū, in lac conuerſo, alamur paruuli,
Ex Alcu. vt tandē eodē reficiamnr validi. Et attēde quod
hic affirmat liberationē, de qua etiā ſubdit, E-
Ex Aug. duces me de laqueò. Laqueum vocat inſidias &
tentationē diaboli, qui per duas portas tentat;
ſcilicet cupiditatis & timoris. Per cupiditatis
portam tentauit primo Chriſtum, trib⁹ modis,
ſcilicet, gula, auaritia, & vanagloria. Quā portā
cū inueniſſet clauſam, poſtea tentauit eundē,
per timorem paſsionis, & ita per eaſdem portas
tētat omnes ſanctos. Vnde totū corpus Chriſti
dicat, Educes me de laqueo quem abſcōderunt
mihi: vel, Muſcipula, quā occultauerūt mihi. i.
de inſidiis quas occulte tendūt mihi diabolus &
ſui. Ideo educes, Quoniā tu es protector meus,
Et vere, qnia tu, Domine deus veritatis redemi-
ſti me, in Chriſto clamantē, In manns tuas cō-
mendo ſpiritū meum. Deinde ſequitur ex perſo
na eiuſdem populi,

7 Odiſti obſeruātes vanitates ſu-
peruacue.

ODISTI, &c.] q. d. Me redemiſti, ſed [ODI- Ex Aug.
STI] quidē [OBSERUĀTES vanitates]. i. falſam bea
titudinē ſeculi, quæ nō tantū vacue, ſed & [Su- Ex Aug.
peruacue] ŏbſeruatur, cū & pro vita male quis & gl.int.
agit appetēdo vanitatem, & tamen eandem vi-
tam perdit.

8 Ego autem in domino ſpera-
ui: exultabo & lætabor in miſeri-
cordia tua.

EGO autem] qui nō obſeruo vana [IN DO- Ex Aug.
MINO ſperaui] ſi ſperas in pecunia, vel in hono
re & ſublimitate aliqua humanæ poteſtatis, ſi-
ue in aliquo homine potente obſernas vanita-
tem. In his enim omnib⁹ cum ſperas, aut tu ex-
piras, & ea hic dimittis: aut cū vivuis omnia per-
eunt, & in ſpe tua deficis. Vnde Eſaias, Omnis Eſa. 40
caro, fœnū: & omnis gloria eius, quaſi flos ter-
ræ. Aruit fœnum, & flos eius decidit: verbū au-
tem domini manet in æternum. Ideo ait, Spe-
raui in domino, qui non eſt vanitas, ſed veritas
& vita. Et ideo, [EXULTABO & lætabor in mi
ſericordia tua] quæ non fallit, non in mea iuſti- Ex Aug.
tia. Diſtingue inter exultabo & lætabor. Exŭl- & gl.int.
tare eſt cū magna alacritate animi gaudere: Lę- Ex Caſs.
tari temperata animi affectione gaudere. Et at-
tende quod hic agit de gaudio, quod habet ex
eo quod ſperat in domino, qui odit vanos. Ex Alcu.

9 Quoniam reſpexiſti humilita-
tem meā, ſaluaſti de neceſsitatibus
animam meam.

QUONIAM reſpexiſti] Exponit miſericor- Ex gl.int.
diā. q. d. In hoc apparet miſericordia tua [QUO-
NIAM reſpexiſti humilitatē meā] qua me va-
nitati in ſpe ſubiecisti. Et accipit humilitatem,
& pro infirmitate, & pro ipſa virtute humilita- Ex Alcu.
tis. & [SALUASTI] q. d. Et quia placet humi-
litas, ideo, Saluaſti [DE NECESSITATIbus
animam meam] Neceſsitates ſunt infinitæ, ſci- Ex gl.int.
licet neſcire cor alterius: ſuſpicari non bene de
amico fideli, vel bene de infideli: neſcire, qualis
cras eris: nolle mori & tamē mori, ſequi veteres
conſuetudines. Vnde apoſt. Infœlix ego homo Rom. 7.
quis me liberabit de corpore mortis huius? Qui
ſic humilis eſt, ſaluatur in præſenti ex parte, in Ex Alcu.
futuro plenarie. Vĕl, Saluaſti me à deſcēdenti-
bus in lacum, legalis timoris. ſ. vt charitate libe-
ra ſeruiat, & victis neceſsitatibus.

10 Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos.

Ex Aug. NEC cōclusisti me] ità vt nō respirarē in libertatem[IN manibus inimici,] id est, in potestate diaboli, cupiditatę vitę illaqucātis, & morte terrentis. à cuius manibus liberantur qui bene viuunt, & bene moriuntur. Qui autem male, cōcluduntur hic, vt cū illo in fine dānentur. Et,[STATVisti in loco spatioso pedes meos,] id est ab angustiis timoris in libertatem deduxisti charitatē meā, & hoc in resurrectione Christi, simili promissa mihi. Iam enim facilem mihi fecisti iustitiā, quæ aliquando difficilis fuit: certe angusta via est laboranti, lata est amanti: eadem quæ angusta est, lata fit. Vel potest dici ex persona Christi, Ego autē in domino speraui: exaltabo & lætabor in tua misericordia. Quoniam respexisti humilitatē meā. Hæc de Christo patent, qui etiā subdit, Saluasti me à descen-
Ex Cass. dētibus in lacū. i. à pēccatis, quib⁹ homo se exoluere nequit. Nec conclusisti me in manibus
Ex gl.int. inimici, id est, in pōtestate diaboli, qui nō habet in me quicquam. Et, Statuisti pedes meos. i. affe-
Ex Cass. ctus, In loco spatioso, id est in pātria virtutum, id est, in charitate quæ est locus spatiosus, & regio beatorū, id est, locus liber à potestate diaboli. Sed quia caro est infirma, & vrgent mala, subdit ex persona membrorum.

PARS II. 11 Miserere mei domine quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & vēter meus

Ex Alcu. MISERERE MEI] Secunda pars in qua iam enarratur pauor, id est, quot & quanta mala perturbāt, contra quæ est & oratio. q.d. Sta-
Ex Aug. & gl.int. tuisti in loco spatioso pedes meos, sed ēcontra. sunt mali incutientes mihi pauorē: vnde precor, [MISERERE mei domine] & necesse est [QVO-
Ex Aug. niam tribulor] nōn dico morior, sed, Tribulor: quia de morte iam nō terreor, sed de cruciatib⁹, & de malorū excessib⁹. Mirū videtur quod hic ait, Tribulor, cū de manu inimici liberatus paulo ante gaudebat, quodam infuso sibi à largitore dono dei. & dicebat, Statuisti in loco spatioso pedes meos. Sed sciendum quod secundū alia membra eiusdē corporis, quod est ecclesia, ibi loquebatur, secundum alia huiusmodi. Aliis enim est locus spatiosus, ex liberationis gratulatione, aliis ex tribulatione, & angustia, secundū quos ait, Quoniā tribulor, à deo, quod, Ocul⁹ meus, rationis[CONturbat⁹ est in ira] i. propter iram,
Ex Cass. & furorē persequentiū. In ira enim persecutorū, Turbatur oculus meus, id est ratio, [ET a-
Ex Alcu. nima mea,] id est, sensualitas[ET vēter meus]. i. caro mea. Vel per oculum & animam significātur doctores spirituales, quorū doctrina alii vident, eorúmque exemplo alii viuunt. Per ventrem intelliguntur infirmi. Et, Conturbatus est oculus meus in ira, id est, hi per quos alii vidēt, Et, Anima mea, id est, ii quorū exemplo alii viuunt. &, Venter meus, id est debiles: hos omnes ponit vt ab omnibus gradibus quæratur deus. Hinc est turbatio & metus.

12 Quoniā defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.

QVONIAM defecit vita] tēporalis[IN do-
Ex gl.int. lore] tōrmentorum. q.d. per longas & graues
Ex Cass. passiones ad mortem perducta est præsens vita [ET anni mei,] id est, longa vita durans ad pœnas. Sunt[IN gemitibus] non morte tolluntur.

13 Infirmata est in paupertate virt⁹ mea, & ossa mea conturbata sunt.

INFIRMata est virtus mea,] vel infirmatus est vigor meus. alia litera[IN paupertate] vel
Ex Aug. egestate. alia litera. Egēo enim sanitate corporis, nec parcitur cruciatibus: egeo resolutione, & parcitur morti. & in hoc infirmata est virtus mea, id est, fiducia mea [ET OSSA MEA conturbata sunt,] id est, firmitas mea cōturbata est.
Ex Cass. Vēl de ira dei agit, qui iratus exponit sanctos quandoq; magnis tribulationib⁹. q.d. Adeo tri-
Ex Hier. bulor, quod, Ocul⁹ meus, id est, intellectus, quo te ô deus contemplabar, Conturbatus est in ira
Ex Aug. tua. & anima mea & venter meus. Irātus enim turbasti oculum quem habebam in te. &, Ani-
Ex Alcu. mam, id est, sensualitātem. &, Vētrem, id est, memoriam qua tenebā quid pro me pertuleris, &
Ex Cass. quid mihi promiseris. Intellectus enim turbatur, & animus confunditur, quādo pericula formidantur, quib⁹ deus sanctos exponit. Et, Venter, turbatur, id est, memoria, quæ notitias rerum, quasi venter escas recipit. Hæc memoria habens in se reposita promissa dei, turbatur imminentibus periculis. Inde est turbatio & me-
Ex Aug. tus. Quoniā vita mea, id est, Cōnfessio fidei, & tui nominis, ō deus, Defecit in dolore, tormentorū, Et anni mei, id est, tempora quæ hic diu-
Ex Cass. tius ago, Sunt, In gemitibus, nōn in claris voci-
Ex Alcu. bus. Et virt⁹ mea, scilicet virt⁹ animi, Infirmata est, ità vt tędeat etiā viuere. & hoc, In paupertate
Ex Cass. vel egestate, id est, in indigentia plenitudinis, quia humana fragilitas nil boni habet in se. Et, Ossa mea conturbata sunt, id est, fortitudo corporis conturbata est. Per hoc ostēditur quod nec in anima, nec in corpore vlla potest esse hominis præsumptio. Vel de ira sua propria agit hic sanctus vir. Ira enim alia est iusta, alia iniqua: quia alia est per vitium, alia per zelum. Ira
Ex Aug. iusta est, qua irascitur quis suis & alienis peccatis, videns homines cōfitentes deum ore, & negātes moribus, renūtiantes seculo verbis & non factis, & videns fratres fratribus insidiantes, osculum dantes, & fidem non seruantes, quales genuit iste existens tanquam granum inter paleas, & quasi lilium inter spinas, quibus condo-
Psal. 68. let, & irascitur ex charitate. Vnde alibi, Zelus dom⁹ tuæ comedit me: & opprobria exprobrā-
Prou. 13. tium tibi, ceciderunt super me. Et Salomon ait, Melior est manifesta correctio, quàm amor abscōdit⁹, quia melior est ira & aspera increpatio viri sancti apta, quā adulatoris assentatio lenis
Psal. 140. veritatē occultās. Vnde, oleū peccatoris nō impinguet ca. m. Vnde alibi, Meliora sunt vulnera Prou. 23.

diligentis, quàm fraudulēta oscula odientis. Et
alibi, Mel distillat de labiis meretricis. In labiis
verò sanctorū mors est, vel gladius, quo peccā-
tes feriunt quasi irati. bona est hæc ira. Iniqua
autē est illa, quæ transit in odium. Vnde Apo-
Ephe. 4. stolus, Sol nō occidat super iracundiā vestram.
Ex Aug. Sūper illā occidit sol, quæ habet odium fratris,
hæc oculum extinguit. Ira enim per vitium o-
Ex Alcu. culum mentis excæcat. Irā enim per zelū tur-
bat, quia & hæc concussa mente cōtemplatio-
nem dissipat, quæ non est nisi in quieta mente:
sed inde post paululū plus proficit ad vidēdum
deū, vt collyriū oculis appositū, prius perturbat
visum, sed post clariorē reddit. De hac ira agit
iste, dicēs, Cōturbat⁹ est oculus meus, interior,
In ira, id est, propter iram meā. Et, Anima mea,
id est sensualitas. Et venter meus, id est, omnia
Ex Aug. interiora mea. Irāscitur enim iste peccatis pa-
learum, non tamen odit, in quo extingueretur
oculus. Vēter pro interiorib⁹ ponitur, quæ tur-
bantur, quando nec corripi possunt impū, qui-
bus nō clamat clare, sed intus ingemiscit, dicēs,
Quoniam defecit. q.d. Ideo turbatus est ocu-
lus, Quoniam vita mea defecit in dolore, vita
perfectorum est profectus aliorum. Vnde Apo
1. Thes. 3. stolus, Nunc viuimus si vos statis in domino.
Phil. 3. Et item, Cupio dissolui & esse cum Christo,
manere autem in carne, necessarium est propter
vos. Cum autem videt aliquis ex dispensatione
sua, & ex laborib⁹ suis, & prædicatione sua non
proficere homines, dolet & ait, Defecit in dolo-
re vita mea, vidēs non proficere eos quib⁹ prę-
dicat. Et, Anni mei. i. tēpora quæ hic ago, & nō
in claris vocibus, sed, In gemitibus, sunt, quia a-
bundat iniquitas multorū. Et, Virtus mea infir-
mata est in paupertate, vel egestate, quia refri-
gescit charitas multorū. &, Ossa mea cōturbata
sunt. i. fortes etiā pro peccantibus turbati sunt.

14 Super omnes inimicos meos factus sum opprobriū vicinis meis valde, & timor notis meis.

SVPER omnes] Item hæc ecclesiæ vox est,
id est, populi fidelis, qui ait, [FACTVS sum op-
Ex Aug. probrium super inimicos meos] id est, supēr o-
mnes iniquos qui torquentur pro scelerib⁹ suis
vsque ad confessionem. Horū opprobrium su-
pero, cuius confessionem, nō mors, sed crucia-
tus sequitur. Quib⁹ autē fiat opprobrium de-
terminat, dicēs [VICINIS meis,] id est, his qui
iam proximi sunt fidei meæ [ET TIMOR no-
tis meis,] id est, ipsis notis timorē incussi, exem-
plo horribilis tribulationis. Vel ita, Factus sum
opprobrium valde, & hoc pro his inimicis, qui
sunt, Sup omnes inimicos meos, id est, qui sunt
deteriores omnibus aliis inimicis meis. Inimici
sunt Pagani & Iudæi, sed omnibus peiores sunt
falsi Christiani. peius enī Paganis & Iudæis vi-
uunt mali Christiani, quos propheta Ezechiel
Ezech. 15 comparat sarmentis. Hæc enim in vite præua-
lent syluestribus lignis, quia ferūt fructum. pręc-
cisa solus ignis expectat, cum de illis faber ali-
quid facere non possit. Vitis Christus est, qui
Ioan. 15 ait, Ego sum vitis vera, & vos palmites. In hac
vite manentes fideles, fructum salutis ferunt:
excisi verò, incēdio ignis æterni sunt apti, cum
de paganis & Iudæis aliquid adhuc fieri possit.
Cum enim illud quod nodosum & entortum, &
corticosum est in eis dolabitur, & deplanabi-
tur, potuerint venire in vsum spiritualis fabri-
cę, sicut ligna syluatica structuris ędificiorū sunt
apta. Mali Christiani sunt malę ficus, malę val-
de: sicut & vere boni, sunt ficus bonæ, bonæ val
de: de quibus in Hieremia legitur, Quid tu vi- Hier. 24.
des Hieremia? qui ait, Calathos ficuum ego vi-
deo: fic⁹ bonas, bonas valde: & fic⁹ malas, malas
valde. De malis ait Petr⁹, Facta sunt illis poste- 2. Pet. 2.
riora, deteriora priorib⁹. Melius enim illis erat
non cognoscere viam iustitiæ, quam cognoscē-
tibus retro flecti. Sūnt enim quasi canis reuer- Ex Aug.
sus ad vomitum suum, & quasi sus lota in vo-
lutabro luti. Deinde quib⁹ factū sit opprobriū,
subdit, Vicinis meis. s. Factus sum opprobrium,
id est, iam volētibus credere, qui deterriti sunt,
mala vita falsorum Christianorum grauantium
nauem, id est ecclesiam. Hæc est nauis Petri, quę
multitudine pisciū grauabatur, ita vt pene sub-
mergeretur. Isti sunt mali homines in ecclesia
abūdantes, pro quib⁹ timent & noti, ne omnes
tales sint: & veniunt in suspicione mala propē
omnes boni. Dicitur enim, Qualis vir erat ille?
Quomodo cecidit? quomodo inuētus est in il-
la turpitudine? in illo scelere? in illo facto malo?
Putas non tales sunt omnes? Sunt vtique. Ideo
subdit, Et timor factus sum notis meis. Eosdē
dicit notos, quos dixerat vicinos.

15 Qui videbant me foras, fugerunt à me: obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde.

QVI videbant me,] id est, qui nō intellige- Ex Aug.
bāt inuisibilē spē meā [FORAS fugerūt à me,]
id est, in exteriora & inuisibilia ista fugerunt à
spe inuisibiliū, & à fide catholica in hæreses &
schismata declinauerunt. Hoc maxime gemen-
dum est & dolendum, quod illi etiam qui no-
uerunt quid sit ecclesia foras, fugerunt faciēdo
schismata & hæreses. Et, [Obliuioni datus sum,
vel, Oblitus sum tanquam mortuus à corde] i.
sic in obliuionem eis veni, & sic obliti sunt me
illi, quasi à corde eorum mortuus sim. Et,

16 Factus sum tanquam vas perditum: quoniam audiui vituperationem multorum commorātium in circuitu.

FACTVS sum tāquam vas perditum,] id est, Ex Aug.
visus sum mihi periisse, vsibus domini viuens, & & glo. int.
nullum lucri faciens, vel acquisitos nō retinēs:
Hoc ideo dico, [QVONIAM audiui] & tacui.
[MVLTorum cōmorantium in circuitu vitu-
perationem] Multi enim me vituperāt, sequen- Ex Aug.
tes circuitum temporalium rerum, & nolentes
reuerti in patriam mecū. Vituperātur enim pro
malis Christianis omnes boni à circūeuntibus,
& nunquam intrātibus ad veritatē. Multi enim
mala dicunt in malos Christianos, quæ maledi-
cta perueniunt ad omnes Christianos. Quasi

enim maledicit vel reprehēdit, nō separat, non
discernit bonos à malis, vel malos à bonis. Non
dicit, ecce quę faciunt mali: sed ecce quę faciūt
Christiani. Illi tamen ista dicunt qui circūeunt
& non intrāt. Quare circuneūt & non intrāt?
quia rotam temporis amant, non intrāt ad ve-
ritatem, quia non amant ęternitatē temporali-
bus dediti, tanquam rota constricti: de quibus
Psal. 82. alibi, Pone principes eorum vt rotam. Et alibi,
Psal. 11. In circuitu impii ambulant, qui tales nos fide-
les vituperando à veritate & ab ecclesia eiicere
volunt. Vnde subdit,

17 In eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animā meā consiliati sunt.

Ex Aug. IN eo], s. vituperio [DVM cōuenirent aduer
Ex Cass. sum me] & hoc [SIMVL] Omnēs nō pauci, gra-
uiūsque est quod consilio geritur plurimorum.
Dum inquam cōuenirent [CONsiliati sunt ac-
Ex Aug. cipere animam meam,] id est, facere vt cōsenti-
ret eis anima mea, quā ne mors liberet, cōsilium
fecerunt, quo mori non sinerent. Sed ego quid
contra feci? Quod consilium inueni? Ecce,

18 Ego autem in te speraui domine: dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ.

Ex Aug. EGO autem in te speraui]. q. d. Illi ita [EGO
autē] inter hęc opprobria, inter hęc scādala, in-
Ex Cass. ter istas seditiones, sciēs quia potestas taliū nul
Ex Aug. la est [IN te domine speraui] non in hoīe. Nihil
salubrius, nihil securius est, quā sperare in do-
mino, quia, Maledictus omnis qui spem suā po-
Ex Hier. nit in homine. Si enim attendis hominem, & ex
illo vis pendere spem tuam: adhuc lacte nutriri
vis, & fies mammotreptus, quales dicūtur pueri
qui diu sugunt, quod non decet. Idoneus ergo
esto ad mēsam, vbi validiori cibo pascaris. Ideo
forte permisit te deus incidere in malū hominē
quem bonū putabas, vt in vbere quasi materno
amaritudinē inuenires, & ea offensione repel-
lereris, & ad cibum validiorem, id est, ad deum
inuitareris. Faciūt enim nutrices hæc mammo-
treptis, vt aliqua amara ponāt in papillis suis,
quibus offensi paruuli ab vbere resiliant, & ad
mensam veniant. Dic ergo tanquā grandiuscu-
lus, EGO autē in te domine speraui. In hoc ne-
mo fallitur, in aliis inuitandis sępe fallimur. Et,
[DIXI] domino [TV] nō homo quisquā [DEVS
meus es] quia nō mutabilis es. Vel, Nō enī pro-
ficis, vel deficis, vt homo. nō proficis, quia per-
fectus: nō deficis, quia æternus. Vel, Deus meus
es, id est, saluator meus, & nunne saluum me fa
cies, qui modo emendas? q. d. facies vtique. &
[IN manib⁹ tuis] nō hominū. i. in potestate tua,
atque notitia tua sunt [SORTES meæ] i. cau-
sa & ordo electionis hominibus occultus. Non
enim video cur me elegisti de impiis. Et hę, Sor
tes, sunt meæ. q. d. & tu iustus, & occultus ordo
electionis apud te est, ego tamē quem hoc la-
tet, ad tunicā domini inconsutilem. i. ad vnita-
tem ecclesiæ sorte perueni. s. gratia electionis.
Ad literā, sors nō est aliquid mali, sed res in hu-
mana dubitatione diuinā indicās voluntatem.
Nam & sortes misērūt apostoli, quando Iudas
tradito domino periit, & tūc quæri cœpit, quis
in locum eius ordinaretur: & electi sunt duo iu
dicio humano, sed electus est de illis duobus v-
nus iudicio diuino. de duobus cōsultus est deus
quem nam illorum ipse vellet, & cecidit sors su
per Mathiam. Sors ergo hic accipitur quantum
existimo ego, gratia dei, quæ sine meritis quos
vult eligit. Et hoc est, In manibus tuis sunt sor-
tes meæ, id est gratuita mea electio, quia dei vo
lūtate & iustitia occulta venit electio mea. Vel,
secūdum aliam literam, In manibus tuis, id est, Ex Cass.
in potestate tua. Sunt tempora vitę, quia quan-
do vis viuimus vel morimur. Et ideo,

19 Eripe me de manu inimicorū meorum, & à persequentibus me.

ERIPE me de manibus inimicorū meorū,]
id est diaboli, & ministrorū eius, qui nobis in- Ex Aug.
uident regnum cælorum. Vnde eiecti sunt qui
nos persequuntur. Vnde subdit, [ET à perse-
quentibus me] maxime illi persequuntur eccle-
siam, qui cū sint Christiani, nolunt bene viuere.
Per hos enim opprobrium habet ecclesia, & ab
his inimicitias sustinet, quando corripiuntur,
quando male viuere non permittuntur, Inter
quos iste gemens ait,

20 Illustra faciem tuam super seruum tuum: saluum me fac in misericordia tua domine: nō cōfundar, quoniam inuocaui te.

ILLVSTRA faciem tuam super seruū tuū]
id est, nōtum fac hominibus, qui putant me ne- Ex Aug.
gligi, quòd facies tua super me intēdat, & quòd
ego tibi seruiam, cū confusio sit modo permix-
tis malis cū bonis, ac si diceret, Appareat quid
ad te pertinet, cum modo sit confusio. Vnde in
alio Psalmo ait, Discerne causam meā de gente Psal. 42.
non sancta, ne tamē iustificare se videatur, sub-
dit, [ET saluum me fac ô domine] nō in mea iu
stitia, nō in meritis meis, sed [IN misericordia
tua.] Nōn quia ego dignus sim, sed quia tu mise
ricors es, noli me audire, secundū iudiciariā se-
ueritatē, sed secundū misericordissimā bonitatē. Ex Aug.
Et, [NON confundar] .i. nō erubescā insultāti-
bus mihi malis, ex eo [QVONIĀ] .i. q[INVOCAVI
TE] nō aliud. Vel causa est, quare non cōfundar,
q. d. ideo nō cōfundar, Q̄m inu. te, pprie quod
nō mali. Inuocas enim dominū, quādo in te vo-
cas deum. quādo eum in domū cordis tui inui-
tas, qđ prius necesse est mūdari ab vniuersis sor-
dibus & fraudibus. aliter enim nō vere inuocas.
Si enim inuocas deū, vt det tibi lucrū: lucrū in-
uocas, nō deum. Gratis ergo deū inuoca auare,
vt te impleat ipse deus. Nūquid sine auro & ar-
gēto nō vis illū venire ad te? Quid ergo de his
quæ facit tibi deus sufficit, cui deus ipse nō suf-
ficit? Merito ergo hic rogat, Nō cōfun. quo. in.
te. Inuoca ergo deum si vis non confundi.

21 Erubescāt impii, & deducātur in infernū: muta fiant labia dolosa.

Ex Caſſ. ERVBESCANT]q.d.precor vt nõ confun
dar, potius Erubeſcãt [IMPII] qui lapides inuo-
cãt[ET deducãtur in infernũ].i.in vmbris infer
nalibus ſocientur, talẽ cõfuſionem timebat iſte.
Et [LABIA doloſa] quæ hic garrula ſunt, dum
Ex Aug. non timent iudicium[MVTA fiant] in pœnis,
Sap. 5 vt potius dicant, Nos inſenſati vitam illorum
æſtimabamus inſaniam &c. Labia dico,

22 Quæ loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatem, in ſuperbia, & in abuſione.

Ex gl.int. QVAE loquuntur aduerſus iuſtum]id eſt,
Ex Caſſ. cõntra Chriſtũ, vel etiam contra ſuos. Attẽnde
quod apte nppouit iuſto [INIQVITatem.] Lo-
quuntur dico,[IN ſuperbia] quia creatura con
Ex Alcu. tra creatorem extollitur[ET in abuſione]id
eſt, peruerſo vſu beneficiorum dei. Præter vſum
nanq; quo de beneficiis ſolent homines eſſe gra
ti, fecerunt, cũ eum qui propter eos venit, cru-
cifixerunt. Vel ſecundum aliam literam, Loquũ
Ex Aug. tur iniquitatem in ſuperbia & contemptu, id
& gl.int. eſt, ſupẽrbientes & cõtemnentes Chriſtũ, qua-
ſi purum hominem crucifixum, cum ipſi floreãt
in mundo, contra quos Propheta exclamat di-
Ex Caſſ. cens, Quam magna&c. ¶ Poſſunt etiam hæc
ex perſona Chriſti accipi ab illo loco, Super o-
mnes inimicos meos. Et dicit Chriſtus ſecundũ
quod homo, Factus ſum opprobrium ſuper o-
mnes inimicos meos .i. apud omnes inimicos
meos: & factus ſum etiã opprobriũ vicinis meis
valde, & timor notis meis. Et fit diſtinctio, ibi,
Opprobrium. Vel ita, Factus ſum opprobrium
ſuper omnes inimicos meos, id eſt, in maiori op-
probrio habitus ſum, quàm illi qui erant digni
eo, vt quando Iudæi elegerunt Barrabã & Chri
ſtum reiecerunt. Et quibus factus ſit opprobriũ,
ſubdit dicens, Vicinis meis valde, id eſt, parenti
bus meis, vel iã credituris. Et timor notis meis,
id eſt familiaribus meis. Et, Qui videbant me fo
ras, id eſt, qui me purum hominem putabant, vt
exterius videbar, Fugerunt à me, ſicut apoſtoli:
qui videntes Chriſtum comprehẽdi in paſsio-
Ex Caſs. ne eo relicto aufugerunt. Et, Obliuioni datus
& Alcu. ſum, vel excidi tanquam mortuus à corde, co-
rum, id eſt, à mente illorum excidi vt mortuus,
cuius memoria cum corpore ſepelitur, de cuius
Ex Caſs. reparatione deſperatur. Et factus ſum tanquam
vas perditum, quia mortuus Ieſus abiiciendus
putabatur. Et hoc ideo, Quoniam audiui & ta-
cui vituperationem multorum commorãtium
in circuitu erroris, vt illi qui legem carnaliter
& nõ ſpiritualiter intelligunt, vel qui punctum
1.Cor.2 veritatis in me nõ attingunt. Si enim cognouiſ
Ex Aug. ſent nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent.
Vel in circuitu, id eſt, in appetitu tẽporalium.
Et in eo, vituperio, dum conuenirent ſimul.i.
Ex Caſſ. omnes, Accipere aduerſum me animã meam cõ
ſiliati ſunt, id eſt, facere vt eis conſentiret anima
mea. Ego autem ſciens quia poteſtas talium nul
la eſt, In te domine ſperaui. Et, Dixi deus meus
es tu, in manibus tuis ſortes meæ, vel temporã
vitæ. hoc non mutatur. Eripe me.q.d. In te ſpe-
raui, tu autem, Eripe me de manu inimicorum
meorum, & à perſequentibus me, ſcilicet de ma-
nu Iudæorum & dæmonum. Et, Illuſtra faciem
tuam ſuper ſeruum tuum, id eſt, manifeſtam fac
beniuolentiam tuam ſuper me, vt ſicut de mo-
riente deſperant, ita de reſurgente cõfidant. Vn
de ſubdit, Et ſaluũ me fac in miſericordia tua do
mine, reſuſcitando me, Et nõ confundar, quo-
niam inuocaui te. hoc non mutatur. Impij vero
Iudæi, & alij nõ credentes, Erubeſcant & dedu-
cantur in infernum, poſt hãc vitam. & hic in- Ex Aug.
terim, Labia doloſa, quæ de me fingunt falſa, Mu
ta fiant, manifeſtatis ſacramentis tuis, ſcilicet,
paſsionis, reſurrectionis, redemptionis humanæ.
Labia dico, Quæ loquuntur iniquitatem aduer
ſum iuſtum, ſcilicet me. & hoc, In ſuperbia & in
abuſione. ſicut ante hoc expoſite. Iſta ergo cer-
nens & admirans Propheta exclamat,

23 Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine: quam abſcondiſti timentibus te. PARS III.

QVAM magna] Tertia pars, vbi dicit quæ Ex Alcu.
bona dei ſunt, contra prædicta mala, quæ leniant
ipſa mala. q.d. Illi loquuntur aduerſum iuſtum,
& ſuperbiunt. Sed ô domine, Quam magna eſt
[MVLtitudo dulcedinis tuæ]id eſt, quàm mul- Ex Caſſ.
tis modis copioſa eſt dulcedo tua, quã corrigis,
parcis, promittis, qua etiam eos quos emendas Ex Aug.
multum amas: quam tamen impius non ſentit,
qui palatũ cordis perdidit, de febre iniquitatis.
ſed ne ſecuri negligentius agant, abſcõdiſti eis
dulcedinem tui amoris, quibus vtile eſt timere
te. Hoc eſt quod ſubdit,[QVAM]ſcilicet dulce-
dinem tuam [ABſcondiſti]id eſt, occultaſti vt Ex Caſſ.
plus deſideretur, in futuro vero patebit. Ab-
ſcondiſti dico, [TIMENtibus te]id eſt, tuis, ad
hoc vt timeant te. Vel, Abſcondiſti timentibus
te, ſcilicet illis ſeruaſti, illis nõ negaſti, vt ſoli ad Ex Aug.
eam perueniant, vt ſoli eam habeant, non com-
munem impijs. Hanc autem dulcedinem,

24 Perfeciſti eis qui ſperant in te, in conſpectu filiorum hominum.

PERFEciſti]id eſt, perficies, non ſubſtrahẽs Ex Hier.
[EIS] qui non tantum timent, ſed [ET ſpe-
rant in te] ſcilicet qui vſque in finem expectãt.
Sperant dico,[IN conſpectu filiorũ hominum]
id eſt qui ita ſperant, vt non erubeſcant de ſpe Ex Aug.
ſua & fide, ſed coram hominibus confiteantur.
Vnde dominus in euangelio, Qui me confeſſus Matth. 4
fuerit corã hominibus, cõfitebor & ego eũ corã
patre meo. Vel ita, Perfeciſti hanc dulcedinem
ſperantibus, & hoc quidem eſt, In conſpectu fi-
liorum hominum, id eſt hoc non latet eos, qui
non ſecundum Adam ſed ſecũdum filium homi
nis viuunt, & ſi multi inde dubitant,

15 Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ, à conturbatione hominũ.

ABſcondes eos]q.d. Ita eſt eis dulcedo perfe
cta, quod Abſcondes eos, ne videantur ab impijs
[IN abſcondito faciei tuæ]id eſt notitiæ tuæ. ſ. Ex gl.int.
vt te videant per ſpeciem, qui modo lates. Ab- Ex Caſs.
ſcondes dico,[A conturbatione hominũ]id eſt,

Ex Aug. & Cass. dũm mali homines turbabũtur damnati. Vel, A conturbatione hominum, vt ipsi iam nullam humanam conturbationem patiantur. De præsenti etiam potest hoc accipi: quia etiam modo tribulati & opprobrijs hominum vexati, mente intrantes ad vultum dei, non turbantur. Proteges, quia prædicta in futuro promiserat, ne promissio tamen futura turbaret, hic de præsenti agit.

26 Proteges eos in tabernaculo tuo: à contradictione linguarum.

PROTEGES] q.d. In futuro abscondes, & Ex Aug. hic interim dum peregrinantur, dum maledictæ linguæ obstrepunt, negantes futura, [PROTEGES eos] ne eis noceatur [IN tabernaculo tuo] scilicet in tabernaculo fidei earum rerum, quas pro nobis dominus gessit & pertulit, id est, in ecclesia catholica, quæ est tabernaculum fidei. Tabernaculum enim, habitatio est militum positorum in expeditione: Domus, habitatio est quiescentium. Pugnet ergo in expeditione peregrinus, vt protectus in tabernaculo: gloriosus quiescat in domo cœli, non manu facta. Sed à quibus proteges? ecce, [A contradictione linguarum] scilicet omnium schismatum & heresum. Diuersę enim heręses & schismata personant, quę contradicunt veridicę christianæ doctrinæ. Ideo tu curre ad tabernaculũ dei, ecclesiam catholicam tene. à regula veritatis noli discedere. Ex Cass. & Alcu. Benedictus, plenitudinem beneficij in laude conclusit, comparans illud suæ imbecillitati. & loquitur Propheta, vel populus fidelis. q.d. quid vltra dicam? nil restat nisi laudare deum. Et,

27 Benedictus dominus, quoniam mirificauit misericordiam suam mihi: in ciuitate munita.

BENEdictus] sit [DOMINVS] id est, laudatus [QVONIAM] post emendationem perse- Ex Aug. cutionũ [MIRIficauit misericordiam suam mihi] id est, mirabilem fecit omnibus misericordiã suam, non tantum in Hierusalem, sed [IN ciuitate munita] vel circũstantię. Alia litera. i. in toto orbe terrarũ. Misso enim spiritu sancto, totũ mũdũ repleuit. qui dicitur ciuitas circũstantię, quia circũstabat Iudęã, in qua populus dei erat. q.d. in medio gentiũ, ibi dicebantur laudes deo, ibi sacrificia offerebãtur, ibi prophetia nõ cessabat: modo vero in omnibus gentibus circũstantibus est populus dei, in quibus effusa est misericordia, prius in illa Hierusalem. q. d. In vase vnguentum Christi tenebatur: sed nunc tanquam defracto vase, vnguentum per mundum Cant. 1 diffusum est. Vnde in canticis, Vnguentum effusum est nomen tuum. quia apostoli spiritu sancto inuncti, magnalia dei vbique prędicauerũt, & de Hierusalem, fugati quasi ligna ardẽtia igne diuino totam syluam mũdi feruore spiritus incenderunt, & lumine veritatis impleuerũt. Item & idem mundus bene dicitur ciuitas munita, quia sapientia carnis, & philosophica traditione armatus erat contra deum. Vel, Mirificauit, Ex Cass. deus pater, Misericordiam suam, id est, incarnationem verbi, In ciuitate circunstantię, id est in Hierusalem, quę est in medio gẽtium, quasi tem- Ex Aug. plum fidei. Vnde circumiectis gentibus veritas fluxit: quia vbi Christus docuit, passus est, resurrexit, & cętera sacramenta compleuit. Loquitur hic populus fidelis, qui ante loquebatur, comparans dei beneficium suę imbecillitati. q.d. Mirificauit dominus misericordiam suam,

28 Ego autem dixi in excessu mẽtis meę: proiectus sum à facie oculorum tuorum.

EGO autem] Populus fidelis superius loquens [DIXI in excessu] vel extasi [MENTIS meæ] & in pauore meo cũ in me sæuirent horribiliter gentes. qui pauor dicitur excessus: quia Ex Alcu. à ratione excedit timendo. [PROiectus sum] secundum pœnam & secundum culpam. [a facie oculorum tuorum. Si enim me respiceres, non Ex Aug. ista pati sineres: si in facie tua essem, non ita timerẽ. Sed dicitur in alio psalmo, Si dicebã, mo- Psal. 93 tus est pes meus, misericordia tua domine adiuuabat me. Vnde & hic subdit,

29 Ideo exaudisti vocem orationis meæ: dum clamarem ad te.

IDEO exaudisti &c.] q.d. quia cõfessus sum meũ lapsum, quia nõ superbus extiti, sed cor meũ accusaui, quia in tribulatione titubans ad te clamaui: Ideo non me timentem & pusillanimem Ex gl. int. abiecisti, sed [EXAudisti vocẽ orationis meę] Mõdum ponens emendationi, ostendens me ad Ex Aug. te pertinere. Et hoc fecisti indilate. [DVM clamarem] id est nimis intenderem [AD te] Clamor enim fit ad deum, non voce, sed corde: quia multi silentes labijs clamauerunt, multi ore strepentes, corde auerso nihil impetrare potuerunt. Clama ergo intus, vbi deus audit. Attẽde ergo hoc totum in Petro, in quo nostri timoris typus præcessit, qui videns dominum ambulantem super aquas, putauit esse phãtasma. cui dominus ait, Ego sum, noli timere. Cõfidit Petrus Matt. 14 & dixit, Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas. q.d. Hinc probo si tu es, si in verbo tuo potero quod potes. Et ait, Veni, & ad verbũ iubentis facta est potestas audientis. Descendit enim & cœpit vt intrepidus tãquam in illo sperans. Videns autem ventum validum venientẽ, timuit: & cum cœpisset mergi, clamauit dicens, Pereo. Hoc est quod iste ait, Ego dixi in excessu mentis meæ, proiectus sum à facie ocu. tuorum. Et hoc est quod in alio psal. dicitur, Dicebam, Psalm. 93 Motus est pes meus. Iesus autem porrigens Petro manum, leuauit eum. Hoc est quod hic subditur, Ideo exaudisti vocẽ orationis meæ. Hoc idem est quod in alio psalmo dicitur, Misericordia tua adiuuabat me. Vel excessũ mentis hic dicit, qui fit quando mens rapitur ad superna. Vnde recognoscit huius peregrinationis miseriam. Rapta enim mente sursum, vidit iste altitudi- Ex Hier. & Alcu. nem dei, ex qua sensit dum est in hac vita, se esse proiectum valde longe à contemplatione luminis dei. Et quia hoc humiliter plangit, & amissum in primo parente bonum sibi reddi precatur, ideo exauditur à deo. Vnde subdit, Ideo exaudisti vocem orationis meę, dum clamarẽ ad

Ex Aug. te. Hic est conclusio hortatoria. Hic enim hortatur iterum Propheta. q. d. pro his prædictis,

30 **Diligite dominum omnes sancti eius, quoniam veritatem requiret dominus: & retribuet abundanter facientibus superbiam.**

Ex Aug. DILIGITE dominum] Vel hic loquitur populus fidelis, qui prædicta expertus iam vos hortatur. q. d. tribulatus sum, clamaui, timui, nō
Ex Cass. sum confusus; ita & vos exaudiemini si dilexeritis deum. Et ideo, Diligite dominum, auctorē
Ex Aug. tanti beneficij, ô vos omnes [SANCTI eius]
Ioan. 4 quorum est diligere deum, qui non amant mun
Ex Alcu. dum, neque quę in mundo sunt. Amicus enim
Ex Aug. huius mundi, constituitur inimicus dei. Disce ergo non diligere mundum, vt discas diligere deum. Auerte, vt conuertaris; funde, vt impiearis. Ideo diligite. [QVONIAM dominus
Ex gl. int. requiret veritatem] Veritas est, vt creatura ser-
Ex Aug. uiat creatori. Hāc in futuro requiret dominus,
1. Pet. 4 etiam à sanctis, quando vix iustus saluabitur. Et si vix iustus saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? [ET] tunc [RETRibuet abundanter
Ex Cass. facientibus superbiam] sæuiendo cōtra eos qui eum contemnunt, faciendo contra iussa dei, id
Ex Aug. est, Tribuet his qui abundanter faciunt superbiam, qui nec conuicti cōuertuntur, quia multū
Ex Cass. superbiunt. Omnibus etiam abundanter faciūt superbiam, qui non cito pœnitent de quolibet criminali peccato. Superbia enim ponitur pro omni vitio, quia radix est omnium vitiorū. Hic etiam in præsenti aliquibus aliquando retribuet dominus, vt superbos humiliet, quod ideo fit,
Ex Aug. quia si nulli hoc faceret, nōn videretur vigilare diuina prouidentia: si omnibus hoc faceret, non seruaretur diuina patientia. Vt ergo patiens & iustus appareat aliquibus, & non omnibus, hic retribuit.

31 **Viriliter agite, & confortetur cor vestrum: omnes qui speratis in domino.**

VIRILITER agite, & confortetur &c.]
Ex gl. int. q. d. Retribet in futuro. Interim ergo, Viriliter
Ex Cass. agite, nē sit ociosa dilectio, sed indesinenter bo
Ex Aug. na operentur, vt bōnum sine defectu operantes
Ex Cass. suo tempore sine defectu metatis [ET] si grauia occurrant, quæ supra dixi [CONfortetur cor vestrum, omnes qui speratis in domino] In hoc versu exprimitur virtus & intentio psalmi totius, ne carnis fragilitas timeat tot mala seculi.

COLLATIO

In psalmum tricesimum, In te domine speraui, non confundar in æternum.

4 DEDVCES me & enutries me.] Idē Hierony. & Campensis, sed Sanctes, Pratensis, Munsterus, & interpretes pro Caietano, Duces & deduces me, vertunt. Quia tamē similem particulam psalm. 22. versiculo, Super aquas refectionis educauit me, Hieron. transtulit, enutriuit me: & quadrantius respondet ad gratiam Christi, quæ enutrit nos vt fortes simus, vt commētatus est in hunc locum. Præstabat nō mutare Lxx versionem, & si sensus possit conciliari. Pellicanus verbum hebraïcum, quod hic habetur per, he, id est, per aspirationem tenuem: legit per fortem aspirationem, quia traduxit, quasi hæreditatem possidebis me. תְּנַחֲלֵנִי tenachaleni, pro תְּנַהֲלֵנִי tenahaleni. Et videtur magis accedere ad rationem educationis.

6 IN manus tuas domine commendo spiritū meum.] Heb. habent אַפְקִיד aphquid, & Lxx παραθήσομαι, id est commendabo per futurum tempus. Apparet Christum dominum, dum in cruce penderet tempus mutasse. Licet Gręci codices in euangelio Lucæ 23. habeant futurum, quos crediderim mēdosos, eo quod veteres adducunt Euangelistam per pręsens. Hieronymus 3. aduersus Pelagianos, & in commentario huius loci. Aug. contra sermonem Arrianorum cap. 9 & 10. & in enarratione psalmi. Ambr. in locum Lucæ indicatum. ac rursus in eundem Theophylactus, nisi fallat codex. Simile fecit Apostolus Ephe. 4. qui respiciens rei factæ adimpletionē, quod dixerat psal. Accepit dona in hominibus, posuit ἔδωκε δόματα dedit dona. Translatio tamē ad Campensem habet per præsens. Nec est insolitum apud Heb. futurum fungi vice præsentis. Vnde Munsterus vertit, Commendo spiritum meum.

15 QVI videbant me, foras fugerunt à me] Faber & Cæcus volunt emendari lectionem latinam, vt particula, foras, non iungatur ad fugerunt, sed ad verbū videbant, & dicatur latinius, foris videbant: quia Hiero. dixit, Videbant me in plateis. Hiero. tamen in commentarijs & August. referunt ad verbū fugerūt, vt liquet ex interpretatione. Et Campensis dicit, Foras fugerūt relicto me solo. Nec obest quod ad dictionē בַּחוּץ bahutz, ponitur notula distinctionis. quia in psalterio, teste Campensi, non habet vim distinguendi.

16 AVDIVI vituperationem multorum cō morantium in circuitu.] Sanctes, Pratensis, Munsterus, interpretes pro Caietano, Vituperationē seu infamiam multorum, pauor aut pauorem circunquaque, vt pro illo quod est commorantium, ponant pauorem. Hier. iuxta Heb. sic reddit, congregationem in circuitu. Et Pellicanus, quæ perambulat in circuitu. Vocabulum hebr. מָגוֹר magor signat modo mansionem, modo pauorem à themate גּוּר gor. i. commoratus est, timuit. Male igitur & gratis nouatores recedunt à latina editione, si ex contemptu fecerint.

18 IN manibus tuis sortes meæ.] Heb. עִתֹּתָי ittotai, id est, tēpora mea. Eodem recidit sensus, Sors enim nostra, id est, electio est in potestate dei abscondita, tempus autem ex sui ratione, innuit quid deus disponat, aut ordinet. Vnde translatio ad Campensem, In manu tua facta mea sunt.

21 ERVBESCANT impij, & deducantur

in infernum]Heb. ידמו לשאול iidemu lisseol taceant in fouea, id est, inferno. Sanctes tamen vertit, Excidentur in inferno. Quãtum ad rem ipsam pertinet, perpusillum est. Esto fortasse quod דום domnnn significet deduxit, tamen si lere ad infernum, est nullam habere causam defensionis, quin peccator ad infernum mittatur ac deducatur. Et ita taciturnitas illa, iusta est damnatio, cui nõ habeas quod respõdeas, iuxta Matth. 22. At ille obmutuit. Et translator ad Campensem habet, In foucam cõsopiantur. Et Munsterus compescantur.

QVAE loquuntur aduersus iustum iniquitatem.]Heb. עתק athaq. aliàs signat rem grauẽ &]duram, aliàs veterem, eoq; in versione Hier. iuxta alterum exemplar habet vetera, iuxta alterum dura. Et posteriorem modum sequuntur Pratensis, Sanctes, Mũsterus, & interpretes pro Caietano. Pellicanus dicit vetustum. Quomodo autem vetustas & grauitas propriè dicantur de peccato, scriptura nusquam non ostendit, & quid per ea intelligi deberet, Lxx concinnè in suo interpretamento aperuerunt.

25 A conturbatione hominũ מרכסי איש meruceſcis Hieron. A duritia viri. Sanctes, Pratensis, interpretes pro Caietano, Pellicanus, Ab elationibus, seu superbijs viri, id est, hominum, inquit Sanctes in suo thesauro, qui etiam expositionem rabinorum refert. Rabi Salomon, à cõiunctionibus seu societatibus impiorum. Thargum, ab exercitibus potentium. Rabi Himmaniel, A duritijs & fortitudinibus viri. Munsterus propinquius ad Lxx, Ab irritationibus cuiuscunque. Conturbatio autem hominum ista omnia complectitur.

28 EGO dixi in excessu mentis meæ.] Hier. In stupore meo. Plures vertũt in præcipitatione mea, seu dum festinarem. Pellicanus vtrunq; ponit, & præcipitationem, & pauorem. In hoc nihil aliud dicimus, quàm quod Hier. respondet ad Suniam & Fretellam, Ego autem dixi in excessu mentis meæ, pro quo in latinis codicibus legebatur, in pauore meo. Et nos iuxta græcum transtulimus ἐν τῇ ἐκστάσει μου, id est, in excessu mentis meæ. Aliter enim latinus sermo ἔκστασιν exprimere non potest, nisi mentis excessum. Aliter in hebraico me legisse noueram, In stupore & admiratione mea. Hęc ille. Sed translatio ad Campensem, In desperatione mea. Ipse Campẽsis, In anxietate summa.

Veritates custodire quid.

30 QVONIAM veritatem dominus requiret.] Heb. אמונים נוצר emunim notzer. Fideles seu veritates custodit. Sed quorum pacto custodit veritates dominus, nisi examinando vitam veracem districte in extremo iudicio? Vnde veritates custodit, qui semper quomodo seruetur requirit: vt nihil non examinatum relinquat, vel minutulam cogitationem: quę si quid sinistri habuerit, adamussim, & ad veritatis regulam expendetur: à iudice vero, quem latere nihil potest.

XXXI. PSALM. TIT.
Intellectus Dauid

BEATI quorũ remissæ sunt iniquitates.]
Titulus. [INTELLECTVS Dauid] Psal
mus iste agit de gratia & misericordia dei, Ex Aug.
qua Christiani sumus. Vnde Aposto. in e- Rom. 3
pistola ad Romanos, ex hoc psalmo argumentũ
gratiæ sumit, contra illos qui de operibus legis
gloriantur, & merita sua iactant, dicens, Beati-
tudinẽ esse illius hominis, cui deus accepto fert
iustitiam. Sicut ait Propheta, Beati quorum &c.
Et agit iste psalmus maxime contra vitia homi Ex Alcu.
nũm, qui vel peccata sua nesciũt, vel agnita de-
fendunt, & merita iactant: ecõntra docens vt Ex Aug.
peccatores nos agnoscamus, & peccata accense-
mus, & bona gratiæ dei attribuamus. Cõtra vi-
tia ergo hominũ hic psalm⁹ opponitur, ne quis Ex Cass.
putet deo absconditum, quod in conscientia ha in 3. vers.
bet occultum. Et est sensus titul⁹, Hic est [I N- huius psal.
tellectus Dauid, id est, pœnitentis, in cuius per- Ex gl. int.
sona hic loquitur Dauid, idest, hĩc docetur quid Ex Cass.
intelligere debeas, si verè pœnitens es, vel pœni- Ex Aug.
tere vis. Primo, intelligas te peccatorẽ esse, post
si cœperis bonum facere, ne virib⁹ tuis tribuas,
verbo te iustificans, sed gratiæ dei, vt nõ sit do-
lus in corde. Et est iste psalmus secundus pœni-
tẽtialium, diuersus à primo. In primo enim pœ-
nitens timore iudicij plorat. In isto peccata quę
tacuerat, grauiter afflictus cogitur confiteri.

Intentio. Mõnet ad pœnitentiam. Modus. Ex Cass.
Quatuor sunt partes. Primo, dicit initium bo- Ex Alcu.
ni esse per indulgentiam dei, se vero sequentem
illud vitium hominum fuisse miserum, sed per
misericordiam dei conuersum fuisse ad verum
intellectum, ad quem opportunius expertus ca-
sum alios deceptos reuocat, in quo & stantes cõ
firmat. Secundo agit de confessione, vnde est ve
nia. ibi, Delictum meum cognitum. Tertio pœ- Ex Cass.
nitentiam cõmendat. ibi, Pro hac orabit. Quar
to, ponitur lætus finis, vbi dicitur deus dare in-
tellectum. ibi, Intellectũ tibi dabo. Gratiam ita-
que commendans Propheta initium boni per
indulgentiam dei esse ostendit, dicens,

BEATI quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

BEATI quorum remissæ sunt iniquitates]
Nõn dicit in quibus nõ inuenit peccatũ. nam in Ex Aug.
omnib⁹ inuenit: sed quibus remittũtur. Nihil bo
ni fecisti, & datur remissio peccatorum. Tibi de-
bebat vindictam ex culpa tua, dat indulgẽtiam
ex gratia sua. Malis enim operibus tuis debetur
damnatio, sicut bonis operibus debetur regnum
cælorum. Si reddatur ergo tibi quod debetur,
puniẽdus es, nõ tibi reddit deus debitã pœnam,
sed donat & indebitam gratiam. Nemo ergo ia
ctet opera sua ante fidem, nemo sit piger in ope
ribus bonis accepta fide. Dat enim deus indul-
gentiam impijs, & eos iustificat ex fide. Incipi-

Ex Alcu. tur ergo iustificatio fidei per indulgentiam. Ini-
quitates autem dicit, fomitem peccati, scilicet,
concupiscibilitatem, quæ ante baptismum non
tantum pœna, sed & culpa est, non vtiq; actua-
lis, sed & originalis: post baptismum vero pœna
Ex Aug. est & non culpa. In băptismo enim deletur ori-
lib.1.de nu ginale peccatum: non vt non sit, sed vt peccatũ
pt.&con. vltra non sit. Ideoque congrue dicit, Beati quo-
cap.25. rum remissæ sunt iniquitates, id est, mitigatæ
Rom.6 per gratiam, vt nõ regnent in mortali corpore:
Cuius rei causa est, quod in baptismo tecta sunt
peccata. Vnde subdit, [E T quorum peccata] sci
Ex Aug. licet originalia, & si qua sunt actualia [T E C T A
sunt] id est, cooperta & abolita. Si enim deus te-
xit peccata, noluit aduertere. Si noluit aduerte-
re, noluit animaduertere, id est, punire: noluit
agnoscere, sed ignoscere. Non ergo dicit tecta
peccata, tanquam ibi sint & viuant: sed ita de-
leta vt deus non videat, id est, puniat æternali-
ter. Videre enim dei, est peccata punire. Vnde
alibi, Auerte faciem tuam à peccatis meis. Et di
Ex gl.int. citur hoc à simili. Itā enim teguntur peccata in
Exod.14 baptismo, sicut AEgyptij insequentes Israel, te
cti sunt in mari rubro. Nec hoc sufficit quod in
baptismo tegantur peccata, nisi inde caueatur
ab eo quod deus imputat, id est, à criminali. Vn
de subdit,

2 Beatus vir cui nõ imputauit do
minus peccatum: nec est in spiritu
eius dolus.

BEATVS vir cui non imputauit dominus
peccatum] qui sibi cauet à criminali peccato,
Ex Cass. quod imputatur ad pœnam æternam. Vēl &
si remissis iniquitatibus & tectis peccatis sit a-
Ioan.1 liquod leuius peccatum, vt Iob & Nathanaeli,
Ex Hier. quos laudat dominus [N O N imputauit domi-
in c. ose.8 peccatum] Vel iniquitatem dicit peccata quæ
ante fidem vel baptismum sunt: peccata, quæ
post fidem vel baptismũ sunt. Et est, Beati quo-
rum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta
sunt peccata, id est, quibus deus peccata ante fi-
dem remittit. Non enim per se beati sunt, in qui
bus tegit peccata post fidem, ne in iudicio reue-
lentur. Et sic non imputabitur eis peccatum ali
Ex Alcu. quod ad pœnam. Vnde subdit, Beatus vir cui nõ
imputauit dominus peccatũ. ălijs enim qui gra
uia habent deus imputat, alijs per misericordiã
non imputat, & si habẽt aliqua. His, scilicet, qui
non iustos se prædicant cum sint mali, sed se a-
gnoscentes satisfaciunt. Vnde ait, [N E C est in
spiritu eius dolus] hic ostendit cui nõ imputet,
Ex Aug. illi, scilicet, in quo nõ est dolus. Qūia se accusat
& Cass. cum sit peccator, corde tenet quod ore fatetur.
Dolus est, vt cum sit peccator, iustum quis se
Ioan.1 prędicet. Qui vero se accusat, dolo caret: talis
erat Nathanael, de quo dominus dixit, Ecce ve-
Lucæ 18 rus Israelita, in quo dolus non est: & Publica-
nus ille humilis, qui dicebat, Propitius esto deus
mihi peccatori.

3 Quoniam tacui, inueterauerunt
ossa mea: dum clamarem tota die.

Ex Hier. QVONIAM tacui] q.d. Hõc modo profi-
teor, sed olim [QVONIAM tacui, inueterauerũt
ossa mea] vel ita iunge. Hic est beatus in cuius
spiritu nõ est dolus, qūia ego non confitẽs deo Ex Aug.
olim, veni in peccatũ. Et hoc est quod ait, Quo
niam tacui, quod non esset tacendum, scilicet cõ
fessionẽ peccati. Inueterauerunt ossa mea, id est
interior fortitudo defecit. si cõtrà fecisset, inno-
uaretur virtus robusta in domino. Si enim cla-
massem peccata, inueniretur in se infirmus: sed
fieret in domino firmus. Nunc autem peruerse
tacuit peccata, & clamauit merita. Vnde subdit,
[D V M clamarem tota die] Dixi enim quod non
esset dicendum de iustitia mea, ergo non est cõ
trarium quod ait, Tacui dum clamarem. Tacuit
enim quædam, non tacuit quędam: tacuit vnde
proficeret, non tacuit vnde deficeret: tacuit cõ
fessionẽ, clamauit de meritis præsumptionem.
Sana membra medico ostẽdebat, vulnerata tege
bat. Ideo nõ fuit curatus, nõ fuit sanatus, sed in-
ueteratus, id est, remãsit in vetustate, quia cõfi-
tendo nõ amauit nouitatem. Qui enim nõ vult
cõfiteri peccata, laborat sine causa in defensio-
ne peccatorum, in quo cum iactet merita, am-
plius deficit eius fortitudo. Exaggerat enim
culpam, dum defendit: propellit gratiam, dũ me
rita iactat. Ergo etiam si nõ sit sibi quis cõscius,
non tamen iustum se prædicet. quia delicta quis
intelligit? aut quis gloriatur castũ se habere cor? Ex Alcu.
Qui dicit se peccatum non habere, mendax est. Psalm. 18
Vnde Apostolus, Nihil mihi conscius sum, sed Prou. 20
nõ in hoc iustus sum. Et Salomon, Est iustus qui 1. Ioan. 1
perit in sua iustitia. Ille, scilicet, qui pręsumit de 1.Cor.4
iustitia: vt Pharisæus, qui dicebat, Non sum si- Eccle.7
cut cęteri homines &c. Vel ita, Tacui, voce pec Lucæ 8
catum. Dum clamarem tota die, effectu me fore
peccatorem, quia pœna peccati vel interior ex-
cæcatio me peccatorem ostendebat.

4 Quoniam die ac nocte grauata
est super me manus tua: conuersus
sum in ærumna mea, dum confi-
gitur spina.

QVONIAM die] q.d. peccata tacens, & me
rita iactans [INVETERAVI] sed ô domine,
Quoniam [MANVS tua grauata est super me]
ad humiliandum me superbũ, qūia vindicta tua Ex Aug.
me tetigit, & hoc [DIE ac nocte] id est assiduè
[CONVERSVS sum in ęrumna mea] id est co
gnoui me miserum [DVM confringitur] vel cõ
figitur [SPINA] id est, dum compuncta est cõ-
scientia. Tũc enim sensi dolorem, & inueni meã
infirmitatem. Vēl cognoui me miserum, Dum Ex Cass.
cõfringitur spina. s. quæ totũ corpus erigit. s. su In psalte.
perbia, quę fracta non eiicit ad interitum, sed e- Rom.legi
rigit ad salutẽ. Vel ita lege literam. q.d. Clama- tur cõfrin
ui & tacui, quod non debui. Et ideo, Manus tua gitur.
grauata est super me die ac nocte. non mutatur
sensus horum verborum. q.d. me assidue percus-
sisti, & non immerito, Quoniam conuersus sum
in ęrumna mea, id est, factus sum miser. Et verè Ex Aug.
est ęrumna mea & miseria. Dũ, id est, quia, Spi-
na, id est, peccatum configitur, id est, vsq; ad cõ
sensum, & consuetudinem, & opus ducitur. De Ex Alcu.
his spinis dictum est primo homini peccanti,

Genes. 3 Terra tua germinabit tibi spinas & tribulos. Et
Prouer. 16 alibi, Spinæ & tribuli nascuntur in manibus temulenti. Vel, Spina, id est, ratio, Confringitur, id est, fracta ad terrena curuatur, quæ sursum erigi debet: sicut spina dorsi hominem erigit.

PARS II διάψαλμα. 5 Delictum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi.

Ex Cass. DELICTVM meum &c.] Secunda pars,
Ex Alcu. vbi commendatur confessio peccati, vnde venia est, sicut supra dixit, quod de tectione inueteratio processit. q.d. Conuersus sum in ærumna,
Ex Greg. in expositione 7. psal. pœnitent. & ex Cassiod. puncta est conscientia mea, & sic ego [FECI] per me [COGNITVM tibi] confitendo, scilicet, Delictum meum, scilicet quod commisi facienda, scilicet quod tacui peccata. [ET iniustitiam meam] scilicet quod non facienda feci, id est, quod clamaui merita [NON abscondi] id est, non operui, sed aperui, vt operires tu: detexi, vt tegeres tu. Nam
Ex Aug. & gl. int. quando homo detegit, deus tegit: cum homo tegit, deus denudat: & si homo agnoscit, deus ignoscit.

6 Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Ex gl. int. DIXI confitebor] q.d. feci cognitum, & vere.
Ex Alcu. Dixi enim prius, id est, deliberaui apud me, hoc, scilicet, quod ego [CONFITEBOR] vel pronunciabo [INIUSTITIAM MEAM DOMINO] agens
Ex gl. int. [ADVERSVM me] iniustitiam .i. agens contra priora. Prius enim tacueram, modo pronunciabo. Vel ita, Confitebor iniustitiam meam
Ex Aug. domino, dicens eam esse, Aduersum me, id est, mihi eam dando, non deo vel naturæ, quod iterum est dare deo. modo ego Confitebor aduersum
Ex gl. int. me, qui prius contra deum. Multi enim confitentur
Ex Aug. iniquitatem suam, sed aduersus deum. Quando enim inueniuntur in peccatis, dicunt, non hoc feci, aut non est hoc peccatum, sed deus voluit. Alij dicunt, fatum mihi fecit, stellæ mihi fecerunt. Et ita per circuitum volunt peruenire ad deum accusandum, non de compendio ad deum placandum. Stellas enim ipse fecit & ordinauit. Et ita per eas volunt ostendere quod deus fecit vt peccarent. Dicant ergo illi potius, Domine, miserere mei, & sana animam meam, quia peccaui tibi. Ita clamet æger ad medicum, & dicat, Cum libero arbitrio creauit me deus: ideoque si peccaui, ego peccaui non fatum, non fortuna, non diabolus me coegit: sed ego persuadenti consensi [ET tu remisisti] q.d. ita dixi, & ita proposui. Et tu remisisti etiam [IMPIETATEM] pec-
Ex gl. int. cati mei] quæ est quod tacere decreui culpam, & male clamaui merita. Magna pietas dei hic o-
Ex Cass. stenditur, vt. s. ad solam promissionem dimiserit peccatum. Votum enim pro operatione iudica-
Ex Aug. tur. Magnum est ergo quod ait, Dixi confitebor vel pronunciabo, alia litera. Nondum pronunciat, promittit se pronunciaturum. Et deus iam dimittit, quia hoc ipsum dicere. s. pronunciabo vel confitebor, quodammodo pronunciare est, non ore, sed corde: nondum est vox in ore, vt homo audiat confessionem, & deus audit.

7 Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. PARS III διάψαλμα.

PRO hac orabit] Tertia pars, vbi plenitudinem commendans omnibus sanctis dicit eam Ex Cass.
esse communem, quam variæ sectæ respuunt: contra quas ad deum refugit. q. d. remisisti impietatem peccati mei. Et, Pro hac, remissione facta. Ex Alcu. Ex Aug.
[ORABIT ad te omnis sanctus] Inde enim est sanctus, & inde oratur, quia dimisisti: quia alter non esset sanctus, nec adoraret: quia omnes sunt peccatores, & egent gloria dei. Et quando orabit? [IN tempore oportuno] Tempus oportunum est, tempus gratiæ, quod nouum tibi manifestarum est, & gratia Christi reuelata est. De quo A- Rom. 5
postolus, Quando venit plenitudo temporis, mi- Galat. 4
sit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege essent redimeret. Vnde redimeret? a diabolo, a perditione, a peccatis, ab onere legis, quæ eos premebat, & reos conuincebat, non iuuabat spinam peccati, ostendens, non
consumens, & ita quasi coegit eos clamare ad gra- Ex Alcu.
tiam, & ad medicum. gratia autem sanat.

8 Verumtamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt. Ex Alcu.

VERVMTAMEN] q. d. licet sanctus oret, licet tempus oportunum sit: verumtamen illi qui Ex Aug.
sunt [IN diluuio aquarum multarum] .i. defluentes in carnalibus concupiscentijs. Vel qui sunt
in diluuio aquarum multarum, id est, qui sunt Ex Alcu.
in erroribus diuersarum sectarum, & in multiplicitate vanarum doctrinarum, vt Philosophi qui libero arbitrio: & Iudæi, qui carnalibus ob-
seruantijs salutem ascribunt: & alij qui fato vel Ex Aug.
fortunæ peccata: vel alijs huiusmodi imputant, cum vna sit doctrina dei, quæ est de humiliatione cordis & confessione peccati. Ij, inquam, omnes [NON approximabunt ad eum] id est, ad deum.
mutat enim hic personam, vt sæpe facit: vt ibi, Psalm. 3
Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua. Non enim appropiant ad deum, qui sunt in diluuio variarum doctrinarum, vt qui dicunt, fatum me peccare fecit: vel fortuna, quæ omnia regit: vel gens tenebrarum, quæ deo rebellat. Diuersæ sunt hæ aquæ & amaræ: sed illa est vera & dulcis aqua, quæ de intimo fonte puræ veritatis emanat: hæc est aqua confessionis peccatorum, & humiliationis cordis, vitæ hominis salutaris, abijcientis se, & nihil de se præsumentis, & nil suæ potentiæ superbiæque tribuentis. Hæc aqua ab illo emanat, qui cum esset altus, pro nobis factus est humilis, id est a Christo. Vel, Non approximabunt ad eum, id est ad sanctum, illi tales secundum imitationem. Sed in hoc diluuio quod vndique peristrepit,

9 Tu es refugium meum a tribulatione quæ circundedit me: exultatio mea, erue me a circundantibus me. Ex Greg.

TV es refugium &c.] Ego enim ens in hoc

dilunio,ambulans in hoc seculo,nõ audiotales,
Ex Hier. sed ad te refugio. Vel ita,Pro hac .s. impietate
tollẽda,Orabit ad te omnis sanctus,quia nullus
est sine peccato.Etiam orabit dico,In tempore
oportuno,in hac vita vbi licet.Veruntamẽ.q.d.
dico,sanctus orat, in quo notatur habere pecca
ta,sed tamen In diluuio aquarũ multarum.i. dũ
pœnæ & angustię inundabũt in iudicio,ipsę pœ
Ex Alcu. næ Nõ approximabunt ad eũ, sanctũ, sicut nec
Genes.7 aquę ad Noe in diluuio appropinquauerũt [TV
es]q.d.sanctus orabit,dicens ita,ô domine, Tu
es [R efugium meũ] nõ mea vis,vel alius deus:
sed,Tu solus,Es refugium meũ [A tribulatione]
Ex Aug. huius seculi vel peccatorũ [QVAE circundedit
me]& tu es [EXVLtatio mea]Gaudeo enim spe
futuri boni quod promittis, & quod parcis. Et
ideo ô tu dñe [ERVE me à circũdantib.me]quia
quãuis gaudeã in spe,tamẽ adhuc sum in malis.

10 Intellectũ tibi dabo,& instruã
PARS tert te in via hac qua gradieris:firmabo
διάψαλ- super te oculos meos.
μα.

INtellectum tibi &c.]Quarta pars,vbi ostẽ
Ex Alcu. ditur lætus finis.Et dicitur quod deus dat intel
lectũ.Vnde iste alios hortatur ad idẽ.q.d. tu, E-
rue me, qui promisisti mihi hoc, Intellectũ tibi
Ex Cass. dabo.Vel respondet Christus pœnitenti:qui pe
tierat erui.cui respõdetur à domino , Intellectũ
tibi dabo,vt.s.te cognoscãs & scias,quod omnia
Ex Aug. sunt ex gratia:& gaudeas in spe.Ecce quare di-
citur psalmus intelligẽtiæ,sicut titulus mõstrat,
quia.s.hic dicitur dari intellectus pœnitenti,ne
Ex Alcu. putetur supplicãs negligi,teste deo,[ET instruã
te]nẽ aberres.q.d.inermẽ gladio.Et hoc[IN via
Ex Aug. hac] .s.dei[QVA gradieris]nõ ẽrrore,non vt
& Cass. hæreas ibi[FIRmabo super te oculos]ne quis ti
bi noceat.i.nõ auferã à te postea.Oculos[MEOS]
Ex Aug. quiã tu semper leuas oculos tuos ad me,iam iu
Ex Cass. stificatus.Eccẽ quanta est gloria pœnitentis.

11 Nolite fieri sicut equus & mu
lus,quibus non est intellectus.

Ex Aug. NOlite fieri &c.] Accẽpto intellectu cõuer-
tit se iste pœnitens ad superbos peccata defen-
dẽtes, & ostẽdit nobis quid sit intellectus.q.d.
Ex Alcu. Ita dominus mihi fecit:ergo ô vos quos innito,
[NOlite fieri sicut equus]nõ dicit sicut bos qui
est humilis:sed Equus, qui erecta ceruice ince-
dit,per quẽ significantur superbi:sicut per mu-
lum stolidi & pigri. Et est, Nolite fieri sicut e-
quus & mulus.i.superbi & stolidi , quia talibus
Ex Hier. nõ est intellectus. Vel per equũ & mulum, duo
populi intelligũtur.Per equũ intelligitur genti-
lis indomitus:per mulũ Iudæus piger ad credẽ-
dum. Et est, Nolite fieri sicut equus & mulus.i.
nolite fieri sicut gẽtiles,vel sicut Iudæi [QVI-
bus nõ est intellectus.]Quid enim tales patiun
tur?Ecce,In chamo &c.Vel ita,Nolite fieri si-
cut equus.Equus sine discretione sessorẽ,mulus
Ex Cass. quælibet onera accipit.Et ita neutri est intelle
ctus,vel illi sessorum,vel huic onerum. ¶Pro-
hibet ergo homines à diabolo insideri & vitijs
onerari,alioquin,equus freno, mulus chamo ar
ceatur.Et est,Nolite fieri sicut equus & mu
lus.i.nolite diabolum sessorẽ recipere,vel onus
vitiorũ subire,quia talibus non est intellectus,si
cut equo & mulo.Vnde subdit, Quibus nõ est
intellectus.quod si noluit acquiescere , ô deus
fac eis quod mihi fecisti,dicit pœnitens,scilicet, Ex Aug.

12 In chamo & freno maxillas
eorum constringe , qui non appro-
ximant ad te.

IN chamo & freno].i.in maiori & minori tri
bulatione [CONstringe]vel cõfringe,vel cõfrin Ex Alcu.
ges.i.reconde & coarta [MAxillas eorum] .i.ia-
ctãtiam de viribus suis & meritis.Si enim nõ ha Ex Aug.
bes Christũ sessorem,os quo iactas merita, & ta
ces peccata,cõfringetur. Si ergo nõ vis confrin
gi os tuũ,noli esse sicut equus & mulus,sed sicut Esaię 1
bos qui cognouit possessorẽ suũ.Vel,In chamo
& freno maxillas eorum,quibus mandũt. Con-
fringe.i. parcius da victualia,vt saltem necessi- Ex Cass.
tate coacti redeãt sicut animalia:donec viam te
neant,frena patiũtur & flagella.Maxillas eorũ,
dico,[QVI non approximabũt ad te]humiliã-
do se,quia sunt quidam qui si peccãt carnis im
becillitate,tamen à pijs precibus nõ recedunt.
¶Possunt etiam hæc esse verba Christi,Nolite
&c.qui supra pœnitẽti respondit,dicẽs, Intelle
ctum &c.& hoc ad alios loquitur,monẽs eos ad
idem,dicẽs,Nolite &c. Postea verba ad patrem
conuertit,dum ait,Constringe &c.Nec muta-
tur verborum sententia.

13 Multa flagella peccatoris,spe-
rantem autẽ in domino misericor-
dia circundabit.

MVLTA]etiam cũ freno sunt[FLAgella pecca-
toris]Ecce post frenũ adduntur flagella ad do- Ex Aug.
mandum,ne sit de illis impunitis quibus modo & Alcu.
datur vaga licẽtia suæ vitæ:sic iste supra se dixit
domitũ,vbi ait, Grauata est super &c. Nõn est Ex Aug.
ergo mirũ si adhibito freno sequũtur flagella.In
domitum enim animal iste esse cupiebat : nẽc Ex Hier.
dei voluntate,sed proprio motu se regere vole-
bat, & effrenis in luxuriam prolabi.Ideoq; do-
matur freno & flagello:atq; vtinã perdometur.
Vidẽdum est enim ne nimiũ resistendo, indomi
tus relinqui mereatur , & ire in vagã viam quæ
ducit ad mortẽ.Vel de futuro potest hoc accipi
sic.Hic cõstringes,& in futuro.Multa,erũt,Fla Ex Hier.
gella peccatoris.Vel de pręsenti simul & de fu- & Alcu.
turo potest accipi, sic , Nolite fieri sicut equus
& mulus,quia,Multa,sunt,Flagella peccatoris,
hic & in futuro.[SPerantẽ autẽ in domino]qui
õmnia gratis dat [CIRcundabit] vndique ne Ex gl.int.
sit locus hosti[MIsericordia] quę est in consola Ex Cass.
tionibus.Lẽx vero in flagellis,euangelium in cõ Ex Aug.
solatione.Et quia misericordia circundat,ergo
vos olim impij & superbi.

14 Lętamini in domino & exul
tate iusti,& gloriamini omnes recti
corde.

LAETAmini in domino] qui prius in vobis Ex gl.int.
lætabamini[ET exultate in domino,]quia iam
[IVSTI]estis,non meritis vestris, sed gratia qui
prius eratis peccatores.Distingue,Lętari est ta-
m

cita ſurditate gaudere: exultare, eſt cõcitati ani mi feruore gaudere.[E T gloriamini]de hoc qđ eſtis ei ſubditi.& hoc facere etiam in tribulatio-
Ex Aug. nibus [OMNES] vos, qui eſtis [R ECti corde].i.nõ reſiſtentes deo. Praui corde ſunt,qui dicunt deũ vel nõ eſſe, vel non iuſtũ eſſe, vel nõ regere hęc, cum videant malos florere, & bonos pati. Recti
Matt. 26 corde ſunt, qui dirigũt cor ſecũdũ volũtatẽ dei,
Actu. 9 quã ſuæ pręponũt, vt & Chriſtus docuit, dicẽs, Non ſicut ego volo, ſed &c. trãſfigurans in ſe ſuos. vt & ibi, Saule Saule, quid me perſequeris?

COLLATIO

In Pſalmum triceſimumprimum, Beati quorum.

2 NEC eſt in ſpiritu eius dolus.]Latina editio, & ſi ferè ſequatur grę̃ca exẽplaria quę habemus, non tamen cõſtanter, quia hic legimus, οὐδὲ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος. i. nec eſt in ore eius
A Græcis dolus. quod Hier. ad Suniam & Fretellã, indica
diſcrepãt uit eſſe Symmachi ſolius. alioquin & Lxx inter-
aliquãdo pretes, & Theodotio, & quinta & ſexta editio,
latina. & Aquila, & ipſum Hebr. In ſpiritu eius, habẽt. Sunt & aliquot alia loca in Græcis quę diſcrepant à Latinis.

4 CONuerſus ſum in ęrumna mea.]Omnes recẽtiores hic relinquũt lectionẽ vulgatam, ſimul & Hiero. inata Heb. quia vertunt ſuccũ meum, humorẽ vel virorem, pro ęrumna mea, aut miſeria. Clariſsimũ euadit, quod Hier. & Lxx accẽperunt, lamed, literã ſeruilem vt vocant, alij anſẽ vt eſt radicalis לְשַׁדִּי leſſaddi, quia לְשַׁד laſ ſad, eſt humor. Si vero deduxeris à themate שָׁדַד ſchadad. i. vaſtauit, ſignificat miſeriã, & lamed erit nota ablat. aut accuſatiui, In ærumna, aut ad ęrumnã meã. Et ꝗ ſic acceperis Hier. nõ ſolũ liquet ex eius verſione iuxta Heb. verũetiã eius tractatione ad Suniã & Fretellã, cuius verba ſubtexo. Conuerſus ſum in ærumna mea: in greco, mea, nõ eſſe ſuggeritis, ἐστράφην εἰς ταλαιπωρίαν, ἐν τῷ ἐμπαγῆναι μοι ἄκανθαν. i. cõuerſus ſum in ęrumnã, dũ cõfigitur mihi ſpina, quod ex Heb. & translatione Theodotionis additũ eſt: & in Heb. legitur לְשַׁדִּי leſſaddi. vbi vides Hie. aſſerere in Heb. ad ęrumnã addi meã, propter iod in fine particulæ illius. Si autẽ acce piſſet lamed, tanꝗ radicale, nec vertiſſet, nec in dicaſſet ad id ſignificari addi affixũ pronomen.

DVM cõfigitur ſpina.]Hier. trãſtulit, Quũ exardeſceret meſsis. alij, in ſiccitates æſtatis. Varietas orta eſt, quia ad verbum poteſt interpretari, in gladijs ſpinæ. Quod Lxx haud inepte dixerũt, dũ configitur ſpina. Siquidẽ חַרְבֹן har bon vel חֹרֶב hereb, eſt ſiccitas vel gladius, & קַיִץ quaitz ſeu קוֹץ quotz poteſt eſſe anceps ad ęſtatem & ſpinam. Secundam acceptionem reſpexerunt Lxx.

9 TV es refugiũ meũ à tribulatione quę circũdedit me.]Pro circundedit, vertunt cuſtodies, תִּצְּרֵנִי titzreni, à radice נָצַר natzar, ſonat, cu ſtodies me: cũ alijs tamen pũctis à themate צוּר tzor, interim poterit ſignificare, circũdabis me, vel in fœminino, circũdabit me תְּצֹרֵנִי tetzure ni. De punctorũ autẽ ratione, eorũmq; adinuẽtione, ſatis ſuperq; in prefatione dictũ eſt. Trãſlator ad Campenſem ſtat à nobis. Vertit enim, Tu es refugium meum à tribulatione quæ circundederat me.

EXALTATIO mea erue me à circũdantibus me.] Hier. Laus mea ſaluãs circũdabis me. Alij trãſferunt, cãticis vel clamoribus liberati aut liberationis circũdabis me. Verſiones iſtæ eodẽ rendunt. Hier. tamẽ & interpretes pro Caietano legerunt, רָנִי roni, quia dicunt exaltatio, aut laus mea, vbi cæteri legũt רָנֵּי rone. deinde פַּלֵּט pal let, ſonat libera, liberaudi, aut liberationis. Sed מְפַלֵּט polet. i. ſaluans, quomodo apparet intellexiſſe Hiero. etiãſi neoterici vellẽt eſſe neutrius generis, potiuſq; dicendũ מְפַלֵּט mephallet.

10 FIRmabo ſuper te oculos meos.]Hier. Cogitabo de te oculo meo. Reliqui, Renuã aut con ſulam tibi oculo meo, quę proxima ſunt. Et pari intelligẽtia, referũtur ad dei cuſtodiam & prouidẽtiam erga peccatorẽ cõuerſum, ne deinceps relabatur: quod eſt dei cõſilium firmiſsimũ. Et trãslatio ad Cãpenſ. habet, Figã in te oc. meos.

14 GLoriamini omnes recti corde.] Eſt ſatis intolerabile, quod Sãctes & interpretes pro Caietano verterint, Laudate omnes rectos, per accuſatiuũ, quũ nulla ratione ne minima quidem cogebãtur id facere. Vnde Hier. addidit eũ, Laudare eum omnes recti corde: quaſi admonẽs ne quis referret hanc laudẽ ad rectos, ſed ad deum qui facit rectos. Suſpicor tamẽ in cõtextu Sanctis, librariorum vitio, eſſe accuſatiuũ, quum in theſauro ſuo vertat per nominatiuũ. Verſio etiam in Caietano facile reduceretur ad ſenſum lectionis latinæ, quando dicit, Facite laudare omnes rectos cordis.

XXXII. PSALM. TIT.

In finem Pſalmus Dauid.

EXVLTATE iuſti in domino]Titulus[IN FInẽ pſalmus Dauid] Titulus iſte patet. hic Ex Caſſ. autem Propheta miſericordiam & potentiam dei commendat, & facta eius enumerat: agens de operibus creationis & recreationis, vt timeatur potentia, qua creat: & ametur miſericordia qua recreat. Intẽtio. Ad laudẽ inuitat oſtẽdens qui & quẽ, & quomodo, & quare laudare debeãt. Modus. Tripartitus eſt pſalmus. Primo iuſtos vel rectos laudare monet. Secũdo, beatum dicit illum qui ad cultum dei peruenit. ibi, Beata gẽs. Tertio, quid de prædictis ſentiat, ſubdit, ibi, Anima noſtra. Oſtendens ergo Propheta, qui laudare debeãt, iuſtos ad laudem mo net, dicens.

XVLTATE iuſti in domino, rectos decet collaudatio.

IVSTI EXVLTATE] etiam in aduerſis, non in

Ex Aug. vobis,non in seculo quod perit,sicut iniusti fa-
ciunt,quorũ exultatio finitur cũ seculo:sed[IN
domino]in quo nihil displicet eis.Placet autem
deo,cui placet deus, quo permanẽte permane-
bit iustorum exultatio. Et quia exultare in illo
nõ possumus nisi laudando,inquit,[REctos de
cet collaudatio]Laudat qui rect⁹ est.i.subditus
deo:aliter est distortus,cor tu us laudat deũ quã-
do sibi bene est:blasphemat,quando male.rectus
vero semper.i.in ꝓsperis & in aduersis, vt Iob,
Recti ergo sunt qui dirigunt cor suũ,secundum
voluntatem dei quæ est regula,& præponũt vo
luntatẽ melioris suæ voluntati,i,voluntatem o-
mnipotẽtis dei volũtati infirmi, voluntatẽ dei
volũtati hominis.Quãtum enim distat deus ab
homine,tantum volũtas dei,à voluntate homi-
nis.Vnde hominẽ gerens Christus,& regulã ꝓ-
ponens nobis,& docẽs,& præstans nobis viue-
re: ostendit nobis priuatam quandam hominis
voluntatem, in qua suam & nostram figurantis,
Matth.26 qui caput nostrũ est,& ad eum sicut mẽbra per-
tinemus.Pater, inquit, si fieri potest, transeat à
me calix iste.Hæc humana volũtas erat propriũ
aliquid,& tanquã priuatum volẽs.Sed quia re-
ctum vult hominẽ esse,& ad illũ dirigi,qui sem-
per est rectus:subdit, Nõ quod ego volo,sed qđ
tu vis pater,ac si diceret homini, Vide te in me,
quia potes aliquid proprium velle,quãuis deus
aliud velit,conceditur hoc humanæ fragilitati
.s.aliquid proprium velle,sed statim cogita quid
sit supra te.i.deus, illum supra te, te infra: illum
creatorem,te creaturã cogita: illũ dominum, te
seruũ:illum omnipotẽtem, te infirmũ:subijcies-
que tuã volũtatem eius voluntati,erisq; rectus.
Ex Cass. Ideoq; ait, Rectos decet collaudatio,non dicit
laudatio,sed collaudatio,ꝓpter vnitatẽ ecclesię.

2 Cõfitemini domino in cithara:in psalterio decẽ chordarũ psallite ei.

CONfitemini]Dixit,qui & quẽ laudare de-
beant: hic dicit qualiter, hoc modo.s. laudan-
dus est. [CONfitemini domino in cithara] Cy-
Ex Aug. thara ab inferiori sonat,& ex terra est. vnde lau
dare debemus.i.terrena prosperitas & aduersi-
tas,quæ ab eo sunt nobis.Et est, Cõfitemini do
mino in cithara.i. laudate dominum,siue abun-
dẽt prospera, siue occurrãt aduersa.[ET in psal
terio decẽ chordarũ psallite ei]vel illi. Psalteriũ
à superiori reddit sonũ,& est decachordum,per
quod significatur doctrina cęlestis quę de sursũ
est, & ad cælũ te vocat, quæ in decẽ præceptis
breuiter ostẽsa est.Et est, Psallite illi in psalterio
decẽ chordarũ.i.laudate eum dũ attẽditis quę su
periora vobis dedit.s.cæleste doctrinam. Vel p
citharam intelligitur caro,quæ est inferior na-
Ex Hier. tura hominis.Per psalterium intelligitur chari-
tas,quę continetur in duobus mãdatis dilectio-
nis dei & proximi, ad quem pertinẽt decem mã
data legis:tria in prima tabula ad deum,septem
in secunda ad proximũ.Et est,Cõfitemini in do
Ex Aug. mino & cithara.i.exibete corpora vestra hostiã
viuam mortificando carnẽ cum vitijs & cõcu-
piscẽtijs.Et,Psallite illi in psalterio decẽ chor-
darũ.i.seruiãt mẽbra vestra charitati,vbi tria &
septem præcepta cõplentur, in quibus tota lex

pendet & prophetæ.Et quia non sufficit nisi a- Ex Alcu.
bundet iustitia vestra plusquam Scribarum &
Pharisæorum,subdit,

3 Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione.

CANtate ei]nõ tãtũ lingua,sed vita [CAN Ex Aug.
ticum nouum].s. cãticum gratiæ, canticũ fidei
& charitatis, cãnticum de incarnatione,de qua Ex Cass.
mundus exultat,de qua & angeli cantauerunt.
Hoc est cãticum nouũ, quõd nouus attulit ho- Apoc.21
mo.Nouus enim rex,noua lex.Noua ecce facta Ex Hier.
sunt omnia.Hoc canticũ non cantant, nisi ho- Ex Aug.
mines noui,renouati per gratiã,pertinentes ad
nouũ testamẽtum. Cantate ergo ei cãticum no
uum,& exuite vetustatẽ,& induite nouitatem:
quia nõ nisi ad nouos pertinet nouũ testamen-
tum.Et[BENE]nõ male,[PSALlite ei]bõnis o- Ex Cass.
peribus.Si queris quomodo,Bene,ecce,Psallite
ei[IN vociferatione]vel iubilatione.i.in lætitia
vel exultatione ineffabili,vt nõ possit dici ver-
bis quod intelligitur,& de quo gaudetur,hoc de Ex Aug.
cet ineffabilẽ,quem fari nõ vales,& tacere nõ de
bes. Nil ergo restat nisi vt iubiles .i. vt gaudeas
corde,& si nõ verbis: & immensa latitudo gau-
diorũ metas non habeat syllabarum.

4 Quia rectum est verbum domini:& omnia opera eius in fide.

QVIA rectũ est] Hic dicit cur sit laudãdus, Ex Alcu.
suprà modũ laudandi exposuit: nunc causam.i.
cur laudãdus sit deus.q.d.ideo laudare debetis,
[QVIA verbũ domini rectum est].i.prõmissio Ex Aug.
eius vera est in omnibus,& nullũ fallit. Vnde &
fidelis dicitur deus, sed aliter homo fidelis di- 1.Cor.10
citur. Fidelis enim est deus, dans homini quod 2.Ioan.2
promisit, fidelis est homo credens promittenti
deo, ex promisso vero, deus est nobis debitor,
non ex commisso, quia nihil ei commendaui-
mus,vt debitorẽ teneamus, cum ab illo habea-
mus omnia quibus gaudemus.teneamus ergo fi
delissimũ debitorem, quia tenemus fidelissimũ
promissorẽ.[ET omnia opera eius in fide]sunt
.i.fidelia.Nihil .n. promittit,& nõ reddit.quia,

5 Diligit misericordiã & iudiciũ: misericordia domini plena est terra.

DILigit misericordiam]quę est in promit- Ex Aug.
tẽdo[ET iudiciũ] quod est in reddẽdo. Vel per
verbũ intelligitur lex dei.s.lex euãgelij.q.d.Ideo
laudate,Quia est rect.ver.domini.i.rẽcta est lex Ex gl.int.
dei,vel, rectus est sermo domini.s. ãd faciendos Ex Aug.
vos rectos,quod per vos fieri nõ potestis.rectus
est ergo in se,& rectus in effectu.Et,Omnia ope
ra eius,sunt,In fide, quia nõ nisi in fidelib⁹ ope Ex Cass.
ratur ad salutẽ. Vnde in euangelio,Fides tua te Lucę 7.
saluũ fecit.Vel ita,Verbum domini rectum est,
hoc nõ mutatur.&,Omnia opera eius,subaudi,
sunt recta.Hic distingue,id est,quæcunque prę- Ex Alcu.
cepit operari, sunt recta in se. quod patet posi-
tis,In fide.Vel, Omnia opera,quæ diligit & æ-
ternaliter remunerat, ex fide procedunt: quæ
fides quia à deo est, & omnia opera, bona sunt
à deo.Hoc ideo dicit,ne quis putet se meritis o-
perũ ad fidem venisse, cũ in fide sint omnia ope

ra quę deus diligit.i.remunerat.Ideoq; laudate;
quia nō modo prędicta facit:sed etiam,Diligit,
quia sępe facit,Misericordiam,quę est hæc.i. ex
Ex Aug. dilectione nostri facit misericordiā,quam hunc
& Alcu. prærogat in via, vocando & iustificando. Et
iudicium,quod erit in futuro,quo exiget prero
gata: quia & ibi bonis & malis secūdum merita
Matt. 25 retribuet,cū vsura exigēs talenta nobis credita.
Ex Aug. Vide quia Dominus diligit misericordiā & iu-
dicium,& tu quoq; vtrunq; seruare debes,quia
vtrūq; ad te pertinet: alioqui nō argueret Phari
Matt. 23 sæos dominus dicēs, Relinquitis grauiora legis
.f. misericordiam & iudiciū. Caue ergo ne amis
so iudicio sis pauperi in mala causa misericors:
Exod.23 quia ait tibi deus tuus,Nō accipias personā pau
peris in iudicio,vt malā eius causam foueas, &
iniquitatē eius cōtegas. cuius si parcis facceilo,
percutis cor,quia remanet iniquū: & ideo fit ne
quior,quia iniustum sibi fauere videt [Misericor-
dia domini] q.d.verè misericordiā diligit,quia
Misericordia domini [PLENA est terra] vbiq;
enim peccata dimittuntur hominibus, vbiq; euā
gelium prædicatur.Ideo ait,Misericordia dom.
plc. est terra.Terram dicit,nō cæli,quia celi nō
indigēt misericordia,vbi nulla est miseria.In ter
ra hominis abundat miseria, & superabūdat dō
mini misericordia.Miseria hominis & misericor
dia domini,Plena est terra:nō cæli,qui non indi
gent misericordia,indigent tamen regēte domi
no.Omnia enim indigent domino, & misera &
felicia:quia sine illo miser non subleuatur,felix
nō regitur,ergo & cæli indigent domino. Non
enim propriā firmitatē sibi ipsi præstiterūt, sed

6 Verbo domini cæli firmati sūt:
& spiritu oris eī omnis virt' eorū.

Ex Aug. FIRMATI sunt cæli]non à se,sed[VERBO do
mini].i.filio patris[ET spiritu oris eius].s. spiri
tu sancto,qui pcedit à filio,qui est os patris,est
solidata [VIRTUS eorum]& [OMNIS] nō pars tā
tum,quia nihil à se habuerūt, quasi à deo fieret
supplementū.Nota vnum esse opus,Verbi.i. fi-
lij,& spiritus sancti. Idē est enim, Omnis virtus
eorū,& quod firmati sunt.Hoc ergo facit filius
& spiritus sanctus.sed nunquid sine patre? imo
veropater per verbum,& per spiritum sanctum
operatur.trinitas ergo hæc,vnus deus est.

7 Congregans sicut in vtre aquas
maris: ponens in thesauris abyssos.

CONGREGANS]Adhuc exequitur de operibus
naturalibus ad potentiam pertinentibus,dicēs,
& ipse est [CONGREGANS aquas maris sicut in v-
Ex Hier. tre]ad litteram,littoribus mare claudit.Et est,
Psal. 134 [PONENS in thesauris suis abyssos]secundū illud
Qui producit ventos de thesauris suis.Ergo,

8 Timeat dominum omnis terra,
ab eo autem commoueātur omnes
inhabitantes orbem.

Ex Aug. TIMEAT dominum omnis terra].s.pecca-
tor,vt desinat peccare: & si non amore, saltem
timore. Vel mysticè possunt accipi, terra, cæli
Ex Hier. &c.q.d.verè misericordiam diligit,quia Terra,
& Aug. i.ecclesia vbiq; terrarum, Plena est misericor-

dia domini.quia vbiq; ecclesię euāgelium prę- Ex Aug.
dicatur,remissio peccatorū pręstatur,salus vbi-
que annunciatur.Sed quomodo hoc?quia,Cæ-
li.i.apostoli,qui nos cōpluunt doctrinis,vt seges
ecclesiæ per totum mundum pullulet, Verbo do
mini,id est,sapientia patris,Firmati sunt ,id est,
plenè instructi sunt,cum eo etiam corporaliter
cōuersando,qui est verbum patris,qui interiori
inspiratione & exteriori prædicatione eos do-
cuit.Et post,Virtus eorum,quam habebant,est
roborata,Spiritu oris eius.i. spiritu filij , à quo
data erat.& nō pars,sed,Omnis,& doctrina eo-
rū & miracula à spiritu sancto data sunt & con
firmata.à quo adeo cōfirmata sunt,vt cum fidu
cia inter lupos irent,& cū essent inter eos viue
rent.Vnde tātam virtutē acceperunt,nisi ab eo
qui eos misit?Ecce,inquit,mitto vos sicut oues Matth.10
in medio luporū.Vide quos mittit,& quo mit-
tit.oues vtiq; mittit,& in mediū luporū eas mit
tit.Vnus lupus si mittatur in mediū innumera-
bilium ouiū,quæ ei resistent? Quid nō turbat?
omnes deuorat,nisi forte quod cito satiatur.Mi
sit vero Christus infirmos inter sęuos,qui eos te
nuerunt & tradiderūt potestatibus,atq; pressu
ras intulerunt:sed virtute nō sua, sed spiritus in
eis loquentis nō defecerunt,sed oues lupos vice
runt: & mūdum lupis plenū,ouibus impleuerūt.
Sęuiebat tūc mare persequētium in gētibus flu
ctib',siniebat terra cęlū dei,modo vero per pas-
sionē illorum qui acie ruperunt glorificatū est
nomen Christi,& eleuatū est super capita tumē
tium gurgitū.Vnde salsa maris aqua,quę remā-
sit in Christianis,modo sæuire nō audet: occul-
tū vero murmur rugit in eis, & intra mortalem
pellē fremit conclusa salsugo.Vnde subdit,Cō-
gregās &c.q.d. virtus apostolorū firmata,est spi
ritu dei, & ea firmata, postea etiā dominus est
Congregans aquas &c.quia si postea amaritu-
do est tecta in pelle,mortalis pestis cōiegit ama
rā cogitationē. Modo enim pelli suę mali timē
tes, tenent intus mala, quę nō audēt emittere,
de quibus profert dominus, Vnde vos emendet
qui secreta omnium nouit corda. Vnde subdit,Po
nēs abyssos.i.valde malos.In thesauris suis,quia
tribuit eis ad tēpus potestatem qua ea faciāt &
dicāt,quib' boni erudiuntur.Et quia adhuc est
aqua in vtre licet inclusa,ergo, Timeat do.om.
terra,nō sit secura & torpens lætitia.& si gau-
det de misericordia, qua plena est terra, timeat
ne sit superba lętitia.Ideo,quia aqua est in vtre,
& in thesauris abyssi. Vel ita,Congregans.q.d.
firmauit cælos.i. apostolos,& per cælos firma-
tos est,Congregans aquas maris sicut in vtre.i.
cōgregat & cōsolidat fluctuantes populos in Ex Cass.
vnitate fidei,spei, & charitatis.i. in ecclesia,in & Alcui.
qua est caro mortua.Et etiā abyssos.i. pfundos
tenebris vitiorū, est, Ponēs in thesauris.i.ponit Ex Alcu.
inter eos qui sunt thesaurus,de quibus alios di-
tat sapiētia. Talis fuit Paulus,q de abysso fact'
est thesaurus.i.de persecutore apostolus,de cri-
stallo bucella. Et ideo,Timeat do.&c.i. ecclesia
de mari.i.de fluctuāti populo facta. Vel, Thesau
ris,sapiētiæ & sciētię suę.i.scripturis eius,sapien Ex Cass.
tiā eius cōtinentibus,Ponēs abyssos.i. pfundas
altitudines, vt probet,quis pietatis studio scri-

pturas inquirat. Vel ita, Congregans.q.d. cæli,
Ex Hier. .i.apóstoli firmati sunt verbo dei. & non modo
& Alcu. est ipse potens super hos quos diligit & firmat:
sed est etiam, Congregans aqnas maris sicut in
vtre.i.manifestos ecclesiæ persecutores habet si
cut in vtre, qnia nil nisi permissi faciunt. & po
nit sibi eos in thesauris, vt ex eis donet milites
suos, dum sinit eos flagellare filios quos recipit.
Ergo nõ eos, sed, Dominum timeat omnis ter-
ra. Et differt hęc sententia à secũda, qnia ibi per
aquas maris agit de Christanis malis & hæreti-
cis, hic vero de manifestis persecutorib⁹, vt sunt
Iudęi & Gentes. Vel ita, Ipse est, Congregans a-
quas maris sicut in vtre.i.congregat populos se
culi, in cõfessione mortificati peccati, ne liberè
defluãt. Et est, Ponens in thesauris abyssos, quia
eis occulta sua seruat ad diuitias, quæ nec ocu-
1. Cor. 2 lus vidit, nec auris audiuit. ergo, Timeat domi-
num, non aliud, Omnis terra.i.omnis homo. Di
co timeat: imo, Commoueatur, quasi manu mi-
sericordiæ dei. & dicitur hoc à simili dormien-
Ex Alcu. tis, qũi cõmonetur vt euigilet. ita & gratia dei
mouet vt vigilent, timori admiscendo amorem:
q.d. Omnes profecto, Inhabitantes orbem.s.
Ex gl. int. vniuersam ecclesiam.i.õmnes in perfectionẽ æ
terorum fidelium stantes. Commoueantur dico,
non ab alio, sed ab eo tantum. Hoc ideo dicit,
Ex Cass. quiã & à diabolo aliquid cõmouetur: sed quod
à deo, vtiliter commouetur: quod à diabolo,
inutiliter. Ab eo ergo cõmoueantur, non terrõ
Ex Aug. ribus hominum, vel cuiusquam creaturæ.s. leo-
nis, serpentis, diaboli, & huiusmodi: si hæc sæ-
uiũt, deum time, nõ ista, quia sub eo sunt omnia.
Quid autẽ de omnibus his timẽdum est? nihil.

9 Quoniã ipse dixit, & facta sunt:
ipse mandauit, & creata sunt.

Ex Aug. QVONIAM ipse dixit & facta sunt] q.d. ideo
nihil possunt, nisi quod permittit. cupiditatem
nocẽdi per te habes, potestatem autẽ nocendi si
ille non dat, non habes: quia nõ est potestas nisi
Rom. 3 à deo, sed est mala cupiditas quæ non est à deo:
sed illa nihil nocet si ille nõ permittit, à quo est
omnis potestas. Ideo deus homo stans ante ho-
Ioan. 19. minẽ, ait, Non haberes in me potestatẽ, nisi da-
tum tibi esset desuper. Homo enim nõ habet tã-
tam potestatẽ, nisi cum acceperit desuper. Nec
etiam ipse diabolus, vel vnã ouiculã potuit tol-
Iob. 1 lere sancto viro Iob, nisi prius diceret, Mitte ma
num tuã, hoc est, da potestatem. Ideo eruditus
ipse Iob nõ ait, Dominus dedit, & diabolus ab-
stulit: sed, Dominus dedit, & dominus abstulit.
Ab eo, ergo, Commoueãtur omnes. Ideo ab eo,
quia nõ ea quę timeant alius fecit, sed ipse solus
Ex gl. int. creauit. Quoniã ipse dixit.i. voluit, Et facta sũt,
.i. formata de informi materia [IPSE mãdauit]
Ex Alcu. .i. verbo suo pręcepit [ET creata sunt] informia
de nihilo. Et notat in his verbis creationẽ rerũ
& formationẽ. Vel notat creationẽ & forma-
tionem simul & recreationẽ. Creationẽ & for-
mationẽ primo, cum ait, Ipse dixit & facta sunt,
.i. creata & formata. Deinde recreationem cum
Ex Cass. ait, Ipse mãdauit, lẽgẽ s. per pphetas. Et creata
sunt.i. creati sunt fideles per eã in bonis operib⁹.

10 Dominus dissipat cõsilia gẽtiũ:
reprobat autẽ cogitationes populo
rum: & reprobat consilia principũ.

DOMINVS dissipat] q.d. Non tãtum ma- Ex Cass.
los, quãdo vult nocere pmittit, sed malos quã- & Alcu.
do vult nocere, cessare facit. Et hoc est qd̃ ait,
Dominus dissipat, ne habeant effectũ. [CONSI-
LIA] contra se facta, & cõtra suos. Consilia dico, Ex Aug.
[GENTIUM].s. Iudæorũ, qui non eius, sed suum
quærunt regnũ. Et nõ solum dissipat, sed etiam
[REPROBAT cogitat. populorum].i. Iudęorũ qui
cogitant de terrenis. Et si enim multa machina
rentur Iudæi vt tollerent nomen christianũ de
terra, tamen creuit ecclesia. Vel distingue inter
gentes & populos, vt per gentes intelligas gen-
tilem populũ: per populos, Iudaicũ. Et est, Dissi
pat cõsilia gentium.i. gẽntilis populi, dum idolo Ex Cass.
latriã destruxit. Reprobat autẽ cogitationes po
pulorum.i. Iudęorũ, quorum & si sit cõpleta vo Ex Aug.
lũtas occidendo Christũ, tamen in resurrectione
est reprobata. [ET reprobat cõsilia etiam prin-
cipum] id est, tyrannorum huius seculi, vel dæ-
monum qui talibus populis quęrunt dominari.

11 Consilium autẽ domini in ęter
nũ manet: cogitationes cordis eius
in generatione & in generationem.

CONSILIUM autem domini] q.d. illorũ consi Ex Aug.
lia reprobat: sed, Consilium domini, quo beatũ
non facit nisi subditum sibi [MANET in ęternũ] Ex Cass.
qũia nullo dissoluitur tempore. Et [COGITATIO-
NES cordis eius].i. cõgitationes sapiẽtię eius sunt Ex Aug.
[IN generatione & generationẽ].i. nõ sunt mu
tabiles sed æternæ. Vel, Consiliũ domini manet
in ęternũ.i. Incarnationis arcanum in quo con- Ex Cass.
sulit homini, Manet in ęternum, ad ęternã salu-
tem obtinendam, nobis valet. Et, Cogitationes
cordis eius, sunt, In generatione & generatio-
nem, id est, prędẽstinatio eius immutabilis est, in Ex Aug.
qua omnia seposita sunt: quę & sic permanẽt vt
pręuisa sunt.

12 Beata gens cuius est dominus PARS II
deus eius: populus quem elegit in
hæreditatem sibi.

BEATA gens] Sẽcũda pars, in qua dicit beatũ Ex Cass.
illum qui ad cultum dei peruenit, quod fit tem
poribus Christianis, in quibus gentes conuersæ
sunt. Hi sunt iusti & recti, quos decet laudatio.
q.d. Cõnsilium domini in æternum manet. Et
hoc est consilium dei, quod [BEATA est gens
&c.].i. quod solum illũ beatificat, qui ei obedit.
Vel ita continua, Et quia consilium domini est
in æternum, ergo hęc sola gens de omnibus gen
tibus est beata [CVIVS dominus est deus eius]
id est, qũem sibi dominum nõ elegit, nisi deum Ex Aug.
suum, de quo viuit quem colit. Et ita deus est
eius possessio & hæreditas. neq; hoc est à se, sed
à deo est electa, vt ipsa sit dei hæreditas, & inde
beata. Vnde subdit, Et beatus est [POPVLVS
quem elegit dominus in hæreditatẽ sibi] quam
colit, vt posidendo eam, non sinat esse incultã
& miseram. Ecce gens posidet deum, & eadem
posidetur ab eo: & ita deus est possessor, & pos

sessio:possessio,quia ex eo viuimus tanquam de pane nostro: possessor, quia excolit nos vt terram suam,& praua extirpat.& in vtroque non deus,sed homo proficit. Beata est enim gens,de deo possessione:beatus est populus de deo possessore:quia non est homo beatus nisi per illud, quod eo melius est,quo se ipse homo melior sit. Si ergo melior te vis esse, quęre quod te melius est,& inde efficieris melior te.& beatus. Illud autem nō quæras extra te,quia in teipso est quod quæris si beatus esse cupis. non illud quæras in corpore tuo, sed in ipso animo tuo quære quid sit meli⁹,quia beatitudo omnis in animo tuo est, quia animus naturaliter est capax beatitudinis, valens ea frui,& per illuminationē gratiæ,quæ sit vera beatitudo intelligit,támque meretur: per cuius illuminationem meretur etiam corpus ei subiectum incorruptionem , vt fiat inferioris reparatio,id est,corporis per meliorem.i. per animam. Fit enim corpus melius,& gloriosum per animū,qui est melior corpore, & nunq̄ est homo beatus,per id quod est eo inferius:ergo per nihil terrenum,nec etiam per æquale,vt per angelos quibus æquabitur humana natura, cum fuerit incorruptibilis facta,sed per id quod melius est animo, quod supra ipsum est. hic est deus qui eum fecit,& ipse est beatitudo. ipsum visurus,ipsum habiturus es,erige ergo te ad illū, quem cū volueris habebis: quia ad te venit reformator animi tui,qui ante erat eius formator. nec fit animus per corpus melior,sed per iustum animum fiet corpus immortale. Iustus vero est animus ex deo,cuius imago est in eo per quam similis est angelis. Deus ergo hominis summum bonum est.

13 De cęlo respexit dominus : vidit omnes filios hominum.

Ex Aug. DE cælo] ostendit quomodo elegit deus populum in hæreditatem,ita,scilicet,de cęlo,id est de Christo homine[DOMINVS respexit]in aduentu filij, &
Ex Cass. [VIDIT] misericorditer non
Ex Aug. peccata à quibus auertit faciem, sed [OMNES filios hominū] id est,omnes qui in nouam vitā volūt renasci,pertinentes ad filium hominis. Et

14 De pręparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram.

Ex Aug. DE pręparato habitaculo suo],i.de habitaculo susceptionis humanę, quod sibi deus pręparauit:quia non nisi pręparante patre factum est.
Ex Alcu. Vel, Præparato,id est pręmisso ad salutem mūdi,
Ex Cass. [RESPEXIT]deus,id est misericorditer vidit,
Ex Aug. [SVPER omnes] vt præsit illis ad regendum eos[QVI] habitant terram] id est per omnes terras. Vel, Qui habitant terram,id est,carnem excolendo eam respexit. Et verè,quia ipse est,

15 Qui finxit sigillatim corda eorū:qui intelligit omnia opera eorū.

Ex Aug. QVI finxit] id est, mānu gratiæ formauit. Et[SIGILLATIM corda eorum]singulis singula quædam dona dans , quia corda singulorū
Ex gl.int. propria dona tribuit. Vnde tamen vnitas corporis,id est ecclesię fiat. Et ipse est [QVI intelligit omnia opera eorum]id est,scit quomodo vnusquisque vtatur eis donis. Vel per cælum & habitaculum possunt intelligi sancti angeli. Et hoc est, De cælo, id est, dē anima iusta & men- Ex Aug.
te angelica, Respexit dominus, misericorditer. & Alcu.
&, Vidit omnes filios hominum. hoc non mutatur. De pręparato habitaculo. Habitaculum dei sunt angeli,& omnes quos mittit ad prædicandum,& pręcipuè apostoli doctrina & gratia sancti spiritus præparati ad vocationem aliorum qua misertus est omnium. Et hoc est, De præparato habitaculo suo,de angelis &omnibus quos mittit. Respexit super omnes qui habitant terram,id est,misertus est omnium terram carnis excolentium,quos per eos vocauit ad vitam.& non solū per eos vocauit,sed etiam ipse est, Qui finxit sigillatim, id est,singula corda eorum, id Ex Cass.
est, qui inspirauit eis omnem bonam voluntatē eorum: & ipse est qui intelligit, id est, secrētius Ex Aug.
& interius videt, Omnia opera eorum,quo fine fiant,quia apud illū intellectus sunt opera eorū, id est,ita noscit intētiones eorum operum,sicut opera ipsa. Vel ad literā, Finxit corda.i. creāuit Ex Hier.
animas, Sigillatim.i.singulas per se ex nihilo, nō ex Adam,vt quidam dicūt,putantes animā esse ea anima. Et ipse est, Qui intelligit omnia opera eius, id est,insimul omnes animas agnoscit, & earum actus.

16 Non saluatur rex per multam virtutem:& gigas nó saluabitur in multitudine virtutis suæ.

NON saluatur] Dixit spiritualia esse à deo, Ex Alcu.
hic subdit quod etiam corporalia à deo sunt. s. corporalis salus, & alia quæ continentur in his tribus.s. in potentia , in fortitudine corporis,& in diuitijs. quæ tria notat per tria verba quę ponit.s.rex,gigas,equus.q.d. non modo deus spiritualia dat,sed etiam exteriorem salutem. Nemo enim habet nisi ab eo,quia potens vt rex. Non saluatur,corporali salute [PER multam virtutem].i.potentiam suam[GIGAS].i.superbus aliquis,extollens se contra deum,& fortis viribus corporis vt gigas[NON saluabitur in multitudine virtutis suę]nec etiam diues saluabitur in diuitijs suis,qd̄ in equo notatur. Vnde subdit,

17 Fallax equus ad salutem:in abūdātia autē virtutis suę nō saluabitur.

FALLAX equus]Equus est animal in cuius Ex Aug.
velocitate & virtute confiditur, per quem figurate quælibet amplitudo seculi accipitur , vnde superbitur:sed quanto in ea altius erigeris,tāto grauius cadis. Ideóquè congruè equus huma Ex Cass.
na fœlicitas dicitur,quę homines vehit,& dum nimis properat cadit, vt equus, & sessorē perdit. Lege literam , & ab inferiori assume autem. q. d. non modo in potētia vel viribus nō est salus, sed etiā [a QVVS fallax ad salutem].i.superba potentia mūdanę felicitatis,fallit & mētitur homini de salute exteriori. Nā sessor eius[NON saluatur in mult. virt. suę].i.insessor ei⁹ nō saluatur Ex Hier.
per eā.& equus est corpus hominis,qd̄ quātumcunq; sit speciosum & formatū bene, tn̄ fallax

est ad salutem, spiritualē, vel corporalē. Vel ita,
Nō saluatur, agit hic de spiritualib⁹. Sicut enim
supra dixit, quomodo fiant iusti à deo per gra-
tiā, ita & hic dicit quod plus quàm facti sunt,
ab eodem adiuuantur, & in bono conseruātur.
quasi d. sic fiūt iusti, sed nec facti, sua virtute sal-
uantur, quia, Non saluatur rex, &c. Vel ita cōti-
nua, quandoquidē bona volūtas, & omnia bo-
na sunt à deo, ergo quicunque, Rex. s. qui car-
Ex Aug. nem suā regit, mortificāa vitia, & concupiscen-
tias eius, Non saluatur per multam virtutē suā,
id est si virtute sua pręsumit, imputās sibi & nō
deo. quia non cōsequetur pręmium ex sua vir-
tute. Et gigas. s. quisquia militat cōtra diabolū,
vel concupiscentiā suam, Nō saluabitur in mul-
titudine virtutis suæ, id est, si fortitudini suæ tri
buit, & non deo. Fallax. q. d. non saluab. tur in
virtute sua, sed potius si ascendit in equum. i. in
superbā opinionē, quasi sua virute saluetur, fal-
litur: quia Equus. i. supba opinio, est, Fallax ad
salutē. fallitur enim quisquis qui per se vel per
hominē putat salnari, quia nō saluabitur; etiam
si sit nō dico in parte, sed, In abundātia virtutis
suæ, ita vt eam sibi tribuat. Vnde ergo salui?

18 Ecce oculi domini super me-
tuentes eum, & in eis qui sperát su-
per misericordia eius.

ECCE oculi domini] Vel ita iūge, in sua vir-
tute nullus saluatur: sed [ECCE] vnde est salus
Ex Cass. [OCVLI domini,] id est dilectio dei. s. respēctus
deitatis, quæ protegit, sunt [SVPER metuētes
eum] non super de se pręsumētes [ET IN EIS
qui sperant] non in virtutibus suis, vel meritis,
[SED in misericordia eius] Nota quod timere
deum & sperare semper cōiuncta sunt. Ad hoc
autem sunt oculi dñi super timētes & sperātes.

19 Vt eruat à morte animas eorū,
& alat eos in fame.

VT] tādem [ERVAT à morte animas eorū]
dans eis vitā æternā. [ET] hic interim [ALAT
eos] verbo & æterna veritate, qui sunt [IN fa-
me] iustitiæ, id est, qui esuriūt & sitiunt iustitiā:
Ex Cass. Hæc sunt dūo vota fidelis, quæ hic notātur, sci-
licet, vt in iudicio eripiatur à morte æterna: &
hic spiritualibus alatur, vbi est indigētia bono-
rum. Vel de præsenti totum accipitur, Vt eruat
à morte, hic: Animas eorū, & non corpora. Et
alat eos in fame. hæc non mutantur.

PARS II.

20 Anima nostra sustinet domi-
num: quoniá adiutor & protector
noster est.

Ex Alcu. ANIMA nostra] Tertia pars, vbi ostēdit quid
de prædictis sentiat. Et est hic quasi conclusio
Ex Aug. prædictorum. q. d. modo alit nos, In fame, vt
autem post perfecte saginetur [ANIMA nostra]
escis incorruptibilibus [SVSTINET dominū]
Vel ita cōtinua, Eruat à morte. hoc expectans,
Anima nostra sustinet dominum. Vel ita dico,
eruat animā. Nā ideo aīa nostra interim, Susti-
net dominū, id est, patiēs est. Et potest sustinere,
[QVONIAM ipse est adiutor noster] dum co-
natur ad deum [ET PROTECtor] dum hosti
resistimus.

21 Quia in eo lætabitur cor no-
strū: & in nomine sancto eius spe-
rauimus.

QVIA in eo &c.] q. d. ideò sustinēdū [QVIA Ex gl. int.
cor nostrum lætabitur] tūnc plene [IN eo] non Ex Aug.
in nobis, vbi est inopia [ET speravimus] nūc nos
venturos ad deum in futuro, non meritis nostris,
sed [IN nomine sancto eius,] id est, quia nobis
absentibus per fidē misit nomen suum. i. filium.
Deinde subdit orationem.

22 Fiat misericordia tua domine
super nos, quemadmodum spera-
uimus in te.

FIAT misericordia tua] .q. d. Et sicut spe-
rauimus [FIAT misericordia tua domine super
nos,] id est, per misericordiam tuam impleatur
in nobis, scilicet vt in futuro lętemur in te. Quo
merito? Ecce [QVAMADmodū sperauimus in
te] spes enim non cōfundit. Vel ita, Quia in eo, Ex Cass.
quia dixerat nos sustinere, ne quis musitet de
patiētia, subiicit mun⁹, scilicet quod lætatur hic
in domino. q. d. ideo sustinendum, quia, Cor no-
strum, dum sustinemus, Lætabitur in eo, non in Ex Aug.
nobis, vbi magna inopia est sine illo, Et sperauí-
mus in nomine sancto eius, scilicet in nōmine Ex Cass.
Christi, quem patienter propheta lętus ventu-
rum sustinuit. Per hoc autem quod sperauimus
notat continuum tempus spei, qua antiqui iu-
sti aduentum Christi desiderauerūt, donec ve-
nit; quia nō est fas desinere à spe, donec implea-
tur. Sequitur, Fiat. q. d. Sicut sperauimus, ita fiat
misericordia tua domine super nos. Christi in-
carnationē impleri desiderat propheta, vt per-
fectus posiit esse. Quo merito? Quemadmodū,
quasi ita fiat, & per hoc fiat, quia sperauimus
non in alio, sed, In te. Hoc ideo dicit, vt omnis
superstitio & prauitas excludatur.

COLLATIO
In Psalmum 32. Exultate iusti.

7 CONGREGANS SICVT in vtre aquas
maris.] Qui legunt נֵד ned, vertunt sicut acer-
uum vel cumulum. Qui verò נֹאד nod, trans-
ferunt vtrem, quomodo Hieronymus & LXX,
assonat Nebiēsis, nec magni interest ad sensum,
quemadmodū 9. versu Hebræi dicunt ipse pre-
cepit & stetit, vbi dicimus, ipse mādauit & crea-
ta sunt. eodem enim conspirat intelligentia, di-
uerso loquendi modo. Quo innuitur citra dei
potentiam nil posse consistere, mox enim deo
manum subtrahente suam, omnia in nihilū re-
digenda forent.

15 QVI finxit sigillatim corda eorum, יַחַד
iahad Hebraicantes vertunt pariter aut simul,
quod dicim⁹ sigillatim. Sed quia particula He-
braica est ambigua, ad singularitatē & ad pari-
tatem, seu (si sic loqui permittitur) ad simultatē
congruentius traduxerūt LXX, interpretes, ne

Septuagita duos simul errores labefactant.

videretur accedere ad duos errores. Priorẽ, qui postea tribuitur Origeni & Priscilianistis, affirmãtibus animas fuisse ante corporis infusionẽ: alterum, cuius authorẽ fuisse Tertulianũ scribit Augustin⁹ in lib. de hęres. ad quod vult deũ capite 86. Is error erat, ex anima patris, velut corpus ex corpore, generari animã filii. Vbi autem audis LXX dicere sigillatim vel singulatim finxit corda, nil fulcimenti ex hoc loco relinquisit huiusmodi amẽtiæ. Nebiẽsis stat à nobis.
17 IN abundantia virtutis suæ non saluabitur.] Hebræi habẽt actiue, nõ saluabit. Et Mũsterus addit de suo, quẽquam. Faber irridet nostram lectionem, quasi ea innuat equum beatitudinis incapacem, non saluari, quod dictũ esset propheta indignũ, quum nullus vel obtusissimus philosophorum vnquam id ignorauerit. Monet igitur ad euitandũ hoc incõmodum, vt psallamus deinceps, In abundantia virtutis suę non saluabit. Eandem farinam cõspersit Cæcus Burgẽsis. O lepidũ caput, non intelligis equum accipi metaphorice, iuxta sententiam Augustini, pro qualibet huius seculi amplitudine, atque superba dignitate. Quæ certe quãto celsior, eo periculosior est. Quantũ verò ad rationẽ Hebraismi, sunt omnino eędem literæ, in actiua & passiua significatione יְמַלֵּט יִמָּלֵט יְמַלֵּט. Et potes legere iemallet aut iemullat, prius actiue, posterius passiue.

XXXIII. PSALMI TIT.

Psalmus Dauid cum mutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit.

BENEDICAM dominũ] Titulus [PSALMVS Dauid cum mutauit vultũ suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit.] Titulus iste attentos facit, & pulsantes

Ex Aug. 1. Reg. 21

desiderat. Et est tractus de historia libri Regũ; vbi scriptum est quod cũ fugeret Dauid Saulem persecutorem suũ, contulit se ad Achis regem Geth, id est, cuiusdam gentis vicinæ regno Iudæorum, ibique latitabat vt persecutorem Saul euitaret. Suggestum est autẽ illi regi, quod illum apud se haberet, qui magnã receperat gloriam in populo Iudæorum. Et dictũ est illi, Iste est Dauid cui chorum fecerũt mulieres Israelitæ, dicentes, Saul percussit mille, & Dauid decem milia. Quib⁹ auditis Dauid sensit inuidiã, & timuit regem. Cum enim propter hanc gloriam inuidere cœperit illi Saul, valde metuendum erat Dauid, ne & ille rex ad quem cõfugerat vellet opprimere eum quem posset de vicino hostem habere, si saluum seruaret. ad quem

Ex Hier.

etiam Saul nũtios miserat, quibus Achis traderet Dauid, vt ad se ducerẽt eum, quem volebat occidere: sed misericordia dei prouidente, & viã

Ex Aug.

euadẽdi monstrante per figurationẽ furoris euasit. Mutauit enim vultum suum coram Achis, & affectabat & tympanizabat ad ostia ciuitatis, etiam ferebatur manibus suis, & procidebat ad ostia portæ, & saliuæ decurrebãt super barbam eius. Quem cum vidisset rex Achis, ait seruis, vt quid mihi istum arrepticium adduxistis? Nunquid intraturus est domum meã? Et sic illum dimisit, proiiciẽs illum, & abiit inde Dauid incolumis. Ad hanc historiam videtur pertinere titulus. nec discordat, nisi quod qui hic dicitur Abimelech, idem proprie Achis vocabatur, sicut in historia legitur. Sẽd Hesdras propter sa- Ex Alcu.
cramentum nomẽ mutauit, ne putetur sola historia narrari. Omniã enim in figura continge- Ex Aug.
gebant illis. Sciẽdum ergo ꝙ Dauid Christũ, & vultus mutatio mutationem veteris sacrificii in nouum significat. Vetus autem sacrificium dici- Ex Alcu.
tur vultus, quia indicabat voluntatem dei, in signo. Abimelech interpretat̃ patris mei regnũ, Luc. 1
& significat Iudæos, qui erant regnum patris sui. s. Dauid, qui fuit pater Christi, secundũ carnem, iuxta illud, & dabit illi deus sedem Dauid patris sui. Ecclesia est regnum nõ Dauid patris Ex Aug.
sui, sed dei patris. Achis verò interpretat̃ quomodo est? per quod significantur tardi illi discipuli, quibus cum diceret dominus, Nisi mãdu- Ioan. 6.
caueritis carnẽ meã, & biberitis sanguinẽ meũ, non habebitis vitã in vobis. Aestimauerunt illi quod particulatim carnẽ daret ad manducandũ, dicẽtes, Quomodo hic potest nobis carnem suam dare ad manducandum? Durus est hic sermo, in hac quoque mutatione vultus affectabat Christus, id est, affectu cõpassionis plenus erat, quia compassus est nobis, vsque ad mortem, & tympanizabat, quia extẽsus in cruce sicut coriũ in ligno. Et hoc ad ostia ciuitatis .i. ad corda deo clausa, vt ea per crucem aperiret, ferebatur manibus suis, quod non ad literam potest accipi. sed tunc manibus ferebatur, cum corpus & sanguinem suum in cœna apostolis porrexit, in quo humilitatem hominibus cõmendauit. Saliuæ decurrebãt in barbam .i. verba infantilia, & infirma dicentis, Hoc est corpus meum, tegebãt virtutẽ eius, quæ per barbam intelligitur. Et per hęc omnia procidebat ad ostia portæ .i. humiliabit se ad initium fidei nostræ, ostiũ enim portæ, initiũ est fidei, vnde incipit ecclesia, & peruenit ad speciem. Et est sensus tituli, Psalmus, Ex glin.
iste attribuitur, Dauid, id est Christo, quia loquitur & in eo Christianus. Verba enim huius psalmi, & membris & capiti conueniunt. Psal- Ex Aug.
mus dico ãgens de hoc quod fecit, Cum mutauit vultum suum, id est, vetus sacrificium in nouum, quam mutationem in cœna ostendit, dum in cœna corpus suum & sanguinem discipulis docens humilitatem commẽdauit. Mutauit dico, Coram Abimelech, id est, coram Iudæis. Et dimisit eum; Dauid Abimelech .i. Christus dimisit Iudęos, & abiit ad gentes. ita etiã corã Achis mutauit. i. corã ignaris discipulis. Et Achis, vel Abimelech, Dimisit eum, Dauid. Et abiit. i. illi ignari discipuli dimiserũt Christũ, pro mutato sacrificio, & abierunt retro. Vel Christus, Abiit, ab illorum cordibus, ad literã, & patet de Dauid. Quod mutauit vultũ suum corã Abimelech, & Abimelech dimisit eum, & Dauid abiit incolumis. Et est iste psalmus secũdus eorum qui per imperfectum scribuntur alphabe- Ex Cass.
tum. Intentio, Monet ad nouum sacrificiũ ac-

cedere mente, nõ pede. Modus. Quatuor sunt
Ex Cass. partitiones. prius propheta summatim laudem
præmittit, monens mansuetos ad idem. Secun-
do, ad communionẽ noui sacrificii fideles hor-
tatur, ibi, Accedite. Tertio, incipiẽtes monet, à
quibus abstineant, ibi, Venite. Quarto, agit de
retributionibus bonorũ & malorũ, ibi, Oculi do
mini. A laude itaque incipiens, ait Christus,
& in eo Christianus,

BENEDICAM dominum in omni tẽpore: semper laus ei' in ore meo,

Ex Hier. BENEDICAM] id est, laudabo [DOMINUM] corde, ore, opere: & hoc
Ex Aug. non tantum in prosperis, sed [IN omni tempo
Ex gl.int. re] prosperitatis & aduersitatis, quod nõ tem-
pore prioris vult' id est, veteris sacrificii fiebat,
quando carnales pro carnalibus seruiebant.
¶ Nota quod hunc versiculum cantat ecclesia
in sexta, qua hora passus est Christus, & leuatus
in cruce: & sol feruet, quia Christi passio ex fer
uore charitatis prodiens, nobis causa est & ma-
teria laudandi dominum dilectione intentissi-
ma [ET LAUS eius] erit [IN ore meo] vt alios
Ex Cass. instruam. Et hoc, [SEMPER] quia omnia quæ
cogitat vel dicit, sine culpa sunt: & ita laus dei
Ex Aug. semper in eo est. Sed quia hoc nequit nisi humi
lis, humilitatem commendans, subdit, &

2 In domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lætentur.

Ex Cass. ANIMA mea laudabitur] hĩc nõ in me, vel
Ex Aug. in exterioribus, sed [IN domino] Sua enim laus
est prædicatio domini sui, vt bonus famulus de
Ex gl.int. bona fama dñi gloriatur, Qui in domino non
vult laudari, nõ est mãsuetus, sed superbus. Vel
de futuro potest accipi. q. d. Benedicã, vnde in
futuro, In domino laudabitur anima mea, hoc
Ex Cass. autem [AUDIANT mansueti] non docti, non
Ex Aug. ieiunantes, quia sunt superbi: sed, Mansueti, qui
temperantiam habent omnium rerum, qui sunt
leni animo, qui enim nõ mansuetus est irasci-
Ex gl.int. tur. Audiant dico & non tristẽtur de hac mu-
tatione, sed [LAETENTUR] quia res iocunda est
Ex Cass. animæ. Et quia spiritualis gratia nõ vult sola fa
cere, quod multis proficit: ideo vocat alios, di-
cens, Et o vos mansueti.

3 Magnificate dominũ mecũ & exaltemus nomen eius in idipsum.

Ex Aug. MAGNIFICATE dominum] Ex feruõ-
re charitatis hoc dicit. Magnificate dico, [MECUM] non enim arta res est, omnibus ipse suffi-
cit [ET exaltemus] omnes [NOMEN eius in id-
ipsum,] id est, in vnum, vt ab omnibus fiat vnũ.
Ex Cass. Vt omnes inuitatos traheret, dicit quæ bona
sibi inde euenerunt, subdens,

4 Exquisiui dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Ex Aug. EXQUISIVI] Intus munda conscientia,
nõ aurum, non aliud, sed [DOMINUM] ipsum,
[ET exaudiuit me] per quod patet quod qui non
auditur, ipsum non quæsiuit [ET ex omnib' tri
bulationib' meis] hoc ideo dicit, quod post mũ-
dum cor, & mundã conscientiam restant tribu-
lationes: sed ex omnib' dicit iste sanctus, [ERIPUIT me,] id est, in futuro eripiet, cum mortale
hoc induerit immortalitatem. Ideõ dicit ex o-
Ex Cass. mnibus vniuersaliter, quia non possunt dici par
ticulariter, id est, sigillatim, quãta impetrauit,
id est, de quantis eripi impetrauerit, qui non a-
liud quàm deum quæsiuit.

5 Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur. PARS II.

Ex Cass. ACCEDITE] Secundã pars, præmissis lau-
Ex Alcui. dib' iam particulatim de nouo vultu admonet
sanctos, quos ad cõmunionẽ veri sacrificii hor-
Ex Cass. tatur. q. d. dico magnificate, & si in primis iniu
cundum videtur [ACCEDITE] propius [AD eum]
Ex Aug. Hortatur alios dicens, quod ipse probauit. Vel
Ex Alcu. ita supe. dicõ, magnificate: & quo ordine? ecce,
Ex Aug. Accedite ad eum, fidẽ inhærẽdo, & duobus pe-
dibus geminæ charitatis currẽdo: & percipien-
do illum [ILLUMINAMINI,] ne fiatis cæci
sicut Iudæi, qui de crucifixo tenebrati sunt: nos
manducando crucifixum & bibendo, illumina-
mur. Et post lumẽ [FACIES vestræ,] id est, mẽ-
Ex Cass. tes [NON confundentur] in futuro iudicio, &
non frustrabantur mente. decepti enim eru-
bescunt, vos autem impetrabitis. Vel hic etiam
Ex Aug. in præsenti, mentes vestræ, Non cõfundentur,
in aduersis. Quicquid enim hic fiat iusto, non
erubescet quia etsi apud homines iudicatur in-
ferior inimico, tamen semper est superior apud
deum. Superb' verò in aduersis erubescit, quia
ad dominũ non accessit. Vel si accesseritis fide,
Ex gl.int. mentes vestræ non confundentur, sicut eorum
qui cũ audissent Christũ daturũ carnem suam
ad manducandum, dixerunt, Durus est hic ser-
mo, & confusi retro abierunt.

9 Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum: & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.

Ex Hier. ISTE pauper] q. d. vere accedentes non cõ-
fundentur, quia [ISTE pauper,] id est spiritua-
lis pauper, scilicet, ego Dauid, vel Christus, vel
ecclesia [CLAMAVIT, & dominus exaudiuit
Ex Aug. eum] Hic ostẽdit quõmodo exaudiaris. s. si fue-
ris pauper spiritu: diues nõ auditur. Sed hoc mo
do fit exauditio. s. si quis pauper sit spiritualis,
Ex Cass. hic est qui accedit ad deum, & illuminatur: nec
erubescit, quia quãdo clamat, liberatur ab om-
nibus angustiis seculi, dum iam trãsit ad deum.
[ET de omnibus tribulationibus eius saluauit
eum.] in obitu transeuntem ad se. Sed quomo-
do hoc? Ecce,

7 Immittet angelus domini in circuitu timẽtium eum: & eripiet eos.

IMMITTET angelus domini] Vel ita con-

Ex Alcu. timus, Dico accedite, & sicut iste pauper clamauit & exauditus est, eodem modo [ANGELVS
Ex Aug. domini,] id est Christus, qui est angelus magni consilii, vel aliquis angelus de cælo, qui est ec-
Ex Hier. clesiæ vallum, Vel homo, qui est minister voluntatis dei [IMMITTET,] id est, immissionem fa-
Ex Cass. ciet [IN circuitu] puta [TIMENTIVM eum] vt muniat hic eos [ET] in futuro [ERIPIET
Ex Alcu eos.] Alii interpretes qui cõcordant huic sensui transtulerunt sic, Circundat angelus domini in
Ex Aug. gyro timentiũ eum. Aliqui verò mendosi codices habent, Immittit angelum dominus, &c.

8 Gustate, & videte, quoniã suauis est dominus: beatus vir qui sperat in eo.

Ex Aug. GVSTATE] Hic aperte agit de sacramento
Ex gl.int. quod ferebatur manibus. q.d. nõ solùm accedite, vt credatis, sed [GVSTATE] carnem & san-
Ex Cass. guinem Christi [ET sic videte,] id est, intelligite [QVONIAM suauis est deus] .i. dulcis cibus,
Ex Alcu. qui est vita sumenti, pellens omnes molestias in
Ex Cass. futuro. Deus enim vita est, & veritas. Et quiã
Ex Aug. deus est vita & caro, quam sibi vniuit: est viuificatrix. Si autem hęc nõdum intelligis, regnat in te Achis .i. ignorantia, & abiit à te Dauid, id est Christus, veritas [BEATVS, &c.] quasi dicat dico gustare, & sperate in eo quod gustatis, quia Beatus, erit [VIR QVI SPERAT in eo] quod gustat, per hoc sperate .i. vitã æternã. in futuro. Vel ita, Beatus. q.d. suauis est dominus, & sperate in eo, quia, Beatus, est etiã nũc, Vir qui sperat in eo. Miser qui sperat in se, vel in aliis hominib9. Sed qui sperat in eo, iam bea-
Ex gl.int. tus est, quia eum iam habet in spe, qui est omne bonũ. Et quia vult omnes sollicitos esse, addit, Et ô vos,

9 Timete dominum omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum.

Ex gl.int. OMNES sancti eius timete dominum] vt qui
Ex Cass. stat, videat ne cadat. Et addit, [OMNES] vt
Ex Hier. nullus licet bene meritus ab hoc desistat, nõ securitatem præsumat. Ideo, TIMETE dominũ, quoniam nõ est inopia] temporalium [TIMENTIBVS eum] Alii aliquo indigẽt, sed non sui, qui-
Matt. 6. bus ipse ait, Primum quærite regnũ dei & hæc
Ex Aug. omnia adiicientur vobis. Pãscebat dominus cõtemnentem se, & deseret timentem se? ne ergo deseras deũ, ne famen patiaris. Multi enim ideo deserũt deum, ne inopes sint. Sed promittit, nõ
Ex Alcu. superflua sed necessaria. quia timentibus deum nihil deest, sed,

10 Diuites eguerunt & esurierũt: inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.

Ex gl.int. DIVITES] seculi, id est, superbi [EGVERVNT & esurierunt] quia etiam pane temporali egent, & inediam patiuntur interdum. Vel potius de spiritualibus bonis, hic accipiendum est.
Ex Cass. q.d. Ideo timete, Quoniam nõ est inopia; spiritualis, & viri boni, Timentibus eum: sed, Diuites seculi .s. superbi, Eguerunt, bonis interioribus. Non enim putare debes hoc dici de terrenis, quę nullius pretii sunt, sed de spiritualibus.
Respice enim multos diuites iniquos mori in Ex Aug.
diuitiis suis, nec factos fuisse pauperes cũ viuerent: sed inter magnas copias diuitiarũ vsq; ad vltimũ vitæ perduci, & expirare in lectis eburneis circũfluente familia; & magnificã celebrari pompam funeris, ac pompato funere ad tumulum deduci à suis. Ne ergo te fallat hic scriptura, de spiritualibus hic accipe, quod ait, Di-
uites eguerunt, quia fidem non habent quæ est Ex Cass.
substantia sperandarum rerum. Et esurierunt, Ex Alcu.
quia corpore domini nõ satiantur. Quid enim habẽt, qui deum non habẽt? Vel, Diuites eguerunt, id est, carebunt in futuro summo bono, id
est deo licet esuriãt, id est, desiderẽt. Vnde sub- Ex gl.int.
dit, & tamen esurierunt, id est, desiderauerunt,
dote naturæ. [INQVIRENTES autem] q.d. Ex Cass.
diuites eguerunt, sed, Inquirẽtes, id est, toto studio quærentes, [Dominũ] non aliud, Non minuẽtur omni bono, id est, sine minutione habebunt bonum quod est omne bonũ, quia in deo sunt omnia bona, quia omniũ auctor est & plena sufficientia.

11 Venite filii audite me: timorem domini docebo vos.

VENITE] Tertia pars, Tractatis suprà ec- Ex Cass.
clesiæ sacramentis, admonet iam eos, quasi qui extra sunt .i. incipiẽtes qui prima fidei rudimẽta accipiunt, à quibus abstineant. q.d. dico timete, vt autem sciatis timere. ô [FILII] .s. discentes. Mõs enim propheticus est, discipulos
vocare filios [VENITE] fide [AVDITE me,] Ex Hier.
id est discite à me, & ne nomẽ timoris horrea-
tur, addit, [DOCEBO] vos filios, quos nõ do- Ex Cass.
cerẽ nisi rem vtilem .s. [TIMOREM domini] & gl.int.
qui est initium sapientiæ. q.d. Discite timorẽ:
& debetis, quia in hoc est vita. quod ita ait, Ex Hier.

12 Quis est homo qui vult vitam? Ex gl.int.
diligit dies videre bonos?

QVIS EST homo qui vult vitã] æternam? & [QVI diligit videre dies bonos] qui nũquam
sunt in hoc seculo? Hoc omnes fatentur se velle. Ex Aug.
bonã rem volunt, sed non in regione eius quærunt illam. Velut si aliquem iustũ quęreres, sed non in patria vbi habitaret, diceretur tibi, Bonum virum & magnum quæris, sed noli quęrere hic, vbi non inuenies eũ, ita quæramus & nos vitam: sed nõ hic, Et quasi dicat aliquis, Quare hoc quæris? respondet,

13 Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolũ.

PROHIBE linguã] ostendẽs quomodo de-
bent timere. q.d. tu quicũque es, qui vitã æter- Ex Alcu.
nam cupis, hoc modo time .s. [PROHIBE linguam tuam] de qua Salomon ait in prouerbiis,
Mors & vita in manibus linguæ [A malo] omni. Prou. 18.
ne mala loquaris aperte [PROHIBE labia tua Ex Hier.
ne loquantur dolum,] id est, ne bona dolose loquãtur.
Nõta quod dicit prius cohibe linguam Ex gl.int.
quàm labia, quia cum loqui volumus ante cõ- Ex Cass.

moue mus linguã, & post labia linguæ motum sequuntur.

Ex Aug. 14 Diuerte à malo & fac bonum, inquire pacem & persequere eam.

DIVERTE à malo & fac bonũ,]id est nülli noceas facto. Et quia hoc non sufficit, addit, [ET fac bonum] Parũ enim est vt non expolies vestitum, sed vesti nudum. Si nõ expoliaueris, declinasti à malo: sed nõ facies bonum, nisi nudum vestieris, & peregrinũ in domo tua susce-
Ex Cass. peris. Duõ ergo bona sunt, Diuerte à malo & fac bonum. Illud vitat culpã: hoc meretur palmam. ¶Et nota quod est quidã declinandi à malo modus, quo tãtũ pœna vitatur: & est quidam quo etiã vita acquiritur. Si enim quis nulla occasione prouocatus ad malũ, à malo opere declinat: vitauit vtiq; pœnam quam incurrisset, si illud amisisset. Si verò ab inimico inuisibili vel visibili prouocatus vel læsus malum non reddit, vel malo non consentit, à malo declina-
Ex Hier. uit, & palmam promeruit. Vel ita, Diuerte à malo, id est, destrue vitia in te, Et fac bonum .i.
Ex Cass. ædifica virtutes. Et sic, Inquire pacẽ .i. desidera, vt pax sit spiritui tuo cum carne. Ideo autẽ dicit, Inquire, quia hic nunquam est iusto plena pax cũ corpore suo, sed semper pugna est cum vitiis. Ideo præcipit hic pacem semper inquiri, & si hic plenè haberi nõ possit. Vnde subdit, Et persequere eã, fugientẽ .i. perseuera inquirẽdo. Aliter enim in futuro nõ capietur. Vel, Inquire
Ex Aug. pacẽ .i. deũm ipsum, qui est pax nostra. Et quia hic non habebis, Persequere eam, in cælum quõ præcessit.

PARS IIII. 15 Oculi domini super iustos: & aures eius in preces eorum.

Ex Cass. & Alcui. OCVLI domini] Quarta pars, vbi agit de tribulationib⁹ bonorum & malorũ, ne in periculis iustus aliqua dubietate mollescat. q.d. dico, Diuerte à malo, inquire pacem, & ne ex infirmitate tua diffidas, quia [OCVLI domini,]
Ex Aug. id est, respectus misericordiæ dei, sunt [SVPER iustos] etsi vt mẽdicus secat & vrit, per quod videtur non exaudire, sed hoc facit vt sanet, & pariat in sempiternum [ET aures eius] sunt [IN
Ex gl.int. preces eorum] vt quõd petunt det .s. gratiã pro gratia. Et nota qđ nõ ait ad preces: sed in pre-
Ex Cass. ces, in quo notatˀ celeritas audiẽdi dñi in ipsis au-
Ex Aug. ditor habitat. Sed forte dicit mãlus, secure facio mala, quia non super me sunt oculi domini: ad iustos deus attendit, me non videt. ideo subdit,

16 Vultus autẽ domini super facietes mala: vt perdat de terra me-
Ex Cass. moriam eorum.

VVLTVS autem,] q.d. iustos respicit deus, sed nec malus putet se nesciri, quia [VVLTVS domini,] id est cognitio dei est [SVPER faciẽtes mala] non tamẽ respicit eos misericorditer, scilicet vt exaudiat, sed cognoscit vt puniat. Vnde subdit, [VT perdat de terra] viuẽtium [MEmoriã eorum,] scilicet, vt nec mentio, id est, in-
Ex Alcu. tercessio fiat pro eis, inter bonos. adeo placet eis
Luc. 16 iustitia dei. Vnde in Euangelio ait Abraham ad diuitẽ, Chaos firmatum est inter nos & vos, vt boni non possint transire ad eos cũ passione aliqua propter cõfusionem peccatorum, quę admiserũt. Et vere oculi domini super iustos, quia

17 Clamauerũt iusti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

IVSTI] Antiqui, sicut Abraham & cæteri. Ex gl.int.
[CLAMAVERVNT] pro liberatione sua, Ad dominum, [ET dominus] id est, Christus [EXaudiuit eos] in sua resurrectione [ET EX OMNIBVS TRIBVLATIonibus eorum liberauit eos] quando captiuã duxit captiuitatem, Ephe. 4.
Vel cõrporaliter liberauit, vt tres pueros in ca Ex Aug.
mino flamma lędere non potuit, in quorũ laudibus ignes friguerunt: sic & alios liberauit.

18 Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit.

IVXTA EST DOMINUS] q.d. sicut in vẽ- Ex Alcu.
teri testamento exaudiuit dominus iustos, sic etiam & in nouo testamento [IVXTA est dominus his qui tribulato sunt corde] nõn omni- Ex Cass.
bus tribulatis corpore, sed tribulatis corde, scilicet qui terũt duritiam cordis [ET humiles spiritu] nõ verbis [Saluabit] quod necesse est. quia

19 Multę tribulationes iustorum: & de omnib⁹ his liberabit eos dominus.

MVLTAE tribulationes] Vel de modernis iustis potest accipi, & de spirituali liberatione, qua liberati sunt: nõn vt tribulationes non sentirent, sed vt fortiter tolerando nõ succumbe- Ex Cass.
rent. Et hoc est, Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos: sic exaudiuit, quod liberauit eos, Ex Aug. & Alcu.
non corporaliter, sed dando eis patientiam. Et hoc est quod subdit, Et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos, saltem spiritualiter. Et verè liberauit, nã pronus est ad hoc. Et hoc est quod ait, Iuxta est domin⁹, vel allusio est, ad hoc quod dixerat, Clamauerũt. q.d. illi, Clamauerũt, & domin⁹ iuxta est his qui tribulato sunt corde. Altũs quidem est dominus, sed vicinatur Ex Aug.
humili, & non se erigenti. Vnde subdit, Et humiles spiritu saluabit, hoc non mutatur [MVLTæ tribulationes] q.d. humiles saluabit, non vtique sic vt nihil patiantur, quia, Tribulationes [IVSTORVM] Multæ sunt, quia à diabolo & Ex Cass.
inuidis hominibus, & à seipsis. Qui ergo nõ patitur non est iustus: quia, Multæ sunt tribulationes iustorum: ecõtra pauciores iniquorum, Ex Aug.
[ET de omnib⁹ his liberauit eos dominus] in futuro. Dominus, potens liberator. interim verò,

20 Custodit dominus omnia ossa corũ: vnũ ex his non conteretur.

DOMINVS custodit omnia ossa eorum,] id est, firmamenta fidei .s. patientiam & alias virtutes. & [VNVM ex his non cõteretur,] id est, nec Ex Aug.
etiam patientia peribit, quod signatum est in agno paschali, de quo dicitur in Exodo, Os non

frangetis ex eo. quod impletum est in domino nostro Iesu Christo, cuius crura non sunt fracta in cruce: & impletur in sanctis suis, quorum patientia in tribulationibus exercetur, sed non vincitur.

21 Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum delinquent.

MORS peccatorum] q.d. Iustos custodit dominus, & liberabit, sed [MORS peccatorũ] nõn

Ex Aug. solũ est mala, sed & [PESSIMA] quia rapit ad gehennam. Etsi enim in diuitiis & odoribus & lamentis hominum finiatur, tamen pessima est, quia in peccatis est, & ad infernũ trahit. Et dicit hoc contra illud quod de bonis dixerat, Liberabit eos. Et quia omnes sunt peccatores, determinat quorũ peccatorũ mors est pessima, dicẽs, [ET qui od. &c.] Et quasi qs diceret, quorum peccatorũ mors est pessima? Respõderut, Non omnium, quia omnes sunt peccatores: sed eorum, Qui oderunt [IVSTVM,] id est, Christum, qui iustificat: per quem qui non reconciliatur, perit. illi enim [DELINQVENT] .i. dominum derelinquẽt, odiẽdo bonum. & est contra illud, quod supra dixit de bonis .s. Custodit dominus omnia ossa eorum.

22 Redimet dominus animas seruorum suorum: & non delinquent omnes qui sperant in eo.

REDIMET dominus] q.d. Mors pecca-

Ex Cass. catorũ est pessima, sed, [REDIMET dominus] pretio mortis [ANIMAS] non libertorũ, id est, eorum qui de seruis dei facti sunt liberi sui, sed [SERVORVM suorum] sibi obedientium, &

Ex Rem. [OMNES qui sperãt in eo] quamuis sine peccato non sint, tamẽ [NON delinquẽt] .i. non peccabunt ad mortem. Iste est enim modus iustitiæ humanæ, vt vita mortalis quantumlibet proficiens, quia sine peccato esse non potest, in hoc non delinquat, id est, per hoc mortale delictum caueat, dum .i. quia sperat in eo, in quo est remissio peccatorum.

COLLATIO.
In Psalmum 33. Benedicam dominum.

IN titulo, Vultũ suũ] Hieronymus, Os suum. Sanctes, Verbum suum. Munsterus eloquium suum. Interpretes pro Caietano, Sẽsum suum. Pratensis, Gustũ suum. Munsterus indicat iuxta opinionem quorundã, significari visionem, vel consilium. Pellicanus etiam docet posse accipi pro ritu & more. Deniq; quid & quomodo debeat intelligi, clare habes. 1. Reg. 21, ne inter tantam varietatem fluctues.

ACCEDITE ad eũ & illuminamini.] Hieronymus, Respicite ad eum & confluite. Pratensis, Respexerũt ad eum, & cucurrerũt. Munsterus, Sãctes, & interpretes pro Caietano, Respexerunt ad eum, & illuminati sunt. In primis quod Hieronymus & LXX verterũt per imperatiuum sub secunda persona, quod cæteri nouatores per indicatiuum, & sub tertia persona, id effectum est propter affinitatem personarum vtriusque modi, præsertim si non subscribantur puncta. Nam הַבִּיטוּ habbitu, id est, respicite. Et quia iste respectus, est ad deũ accessus per conuersionem, gratiam, fidem, contemplationem, conuenienter dixerunt, accedite. Si autem legeris הִבִּיטוּ hibbitu, id est, respexerũt. Cæterum particula נָהָרוּ naharu à radice אוֹר or, vt vult Ra. kimhi indicãte Mũstero in scholiis, est, illuminati sunt, vt sit he pro aleph. Si autem à themate נָהַר nahar significat, currite siue confluite, vt vertit Hieronymus & Pratensis. Vtrãque acceptionem insinuat Pellicanus. Nebiensis & Chaldæus interpres stãt à nobis, Respicite ad eum, & illuminamini.

DIVITES eguerunt & esurierunt. Heb. כְּפִירִים Kephirim, id est leunculi, vel leones, quæ nominis ratio nemini magis quadrat quã diuitibus huius seculi, qui superbe sapiunt, & pauperum bona instar leonum rabide & violẽter diripiunt. Ob id haud absurde leones mutanerunt in diuites. Hinc translator ad Campensem, Violenti egebũt, & esurient, vertit. Et huc alludit canticum deiparæ virginis, Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Diuites huius seculi leonibus similes.

XXXIIII. PSALMI TIT.
In finem Psalmus ipsi Dauid.

IVDICA dñe] Titulus [IN finẽ psalmus ipsi Dauid] Per Dauid qui interpretatur

Ex Aug. manu fortis, vel desiderabilis aspectu, intelligitur Christ᷒, qui vincẽdo diabolũ est manu fortis: vitam æternam promittendo, est visu desiderabilis. Quid enim fortius illa manu, quę hostẽ strauit, non armata: sed in ligno clauis transfixa? Quid desiderabilius eo, in quẽ angeli desiderant prospicere? quem & martyres non videntes voluerunt mori, vt ad illũ vidẽdum mererentur peruenire? Ipse ergo vere desiderabilis est, dum vitam promittit, quod in hoc psalmo agitur. Hic enim Christus inuocat deum cõtra tribulatores capitis & corporis, & per tribulationes omnib᷒ vitam promittit. Et est sensus, [PSALMVS] iste dirigẽs nos [IN finem] attribuitur [IPSI Dauid,] id est Christo, qui hic loquitur, nũc in persona sua, nũc in persona corporis. Et est iste psalmus secundus eorũ qui latè

Ex Cass. agunt de passione Christi. Intentio, Monet vt aduersa feramus. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo incipit ab oratione, ꝓ vtraq; parte orans, id est pro se, & pro aduersariis cum commemoratione culpæ eorum. Secundo præmittens de spe boni & gaudio, narrat quã maligne erga Christum fecerint, ibi, Anima autem. Tertio, de fructu passionis agit, promittẽs cõfessionem totius ecclesiæ, ibi, Confitebor tibi. Incipiens itaque ab oratione in persona sua & suorum membrorum, ait, ô,

1 IVDICA domine nocētes me: expugna impugnantes me.

Ex Caſs. DOMINE iudica] Cōndemna [NOCENTES me] voto: Et [EXPUGNA].i. vince [IMPUGNANTES me] actu. Ecce deus pro nobis pugnat. Ex Aug. Rom. 8 Si deus pro nobis, quis contra nos?

2 Apprehende arma & ſcutum: & exurge in adiutorium mihi.

Ex gl. int. APPREHENDE] hoc prius ex perſona membrorum legitur. q. d. dico, Expugna, ſed quomodo hoc ages? [APPREHENDE] pro me [ARMA & ſcutū] magnū ſpectaculū eſt videre deum ar-
Ex Aug. matum pro te, qui habet, Arma & ſcutū. armis hoſtes percutit, ſcuto nos protegit. Sed quid eſt ſcutum dei, & quę ſunt arma eius? Scutū eſt protectio bonę volūtatis dei, qua nos defendit. Vn-
Pſal. 5. de alibi, Vt ſcuto bonæ volūtatis tuæ coronaſti nos. Arma dei nos ſumus, quia vt nos ab eo; ita ipſe armatur de nobis, quibus percutit inimicos. Et eſt, Apprehende arma & ſcutum .i. ita
Ex Caſs. adiuua & muni nos tua bona voluntate, vt & inimicos percutiamus, & ab eorū iaculis protegamur. Vel arma dei dicit animam iuſti, vel
Ex Alcui. Chriſti, qua hoſtes debellauit, quæ nil agit, niſi deus pugnet, de ea. Ideo ait; Apprehenda arma & ſcutū .i. aīam Chriſti ſic rege & defende; vt per eā aduerſarios debelles, & nos protegas.
Ex Aug. [Et exurge in adiutoriū mihi] Dicit deus dormire, dū nos dormimus: & exurgere dū nos vigilamus & excitamur. Vnde alibi, Exurge, quare
Matt. 8. obdormis domine? Vnde in Euāg. legitur, quod dormiebat Ieſus in naui, & tunc fluctuabat nauis: ſi vigilaret, nō fluctuaret. Nauis cor tuū eſt, aliquando ergo dormit deus in naui .i. fides in corde tuo tepeſcit: & tūc fluctuat nauis. obſerua naufragium, & excita Chriſtū dormientē .i. fidē: quæ ſi vigilauerit fiet tranquillitas. Recedēt enim tentationes omnes, aut certe nihil valebunt, quando Chriſtus .i. fides tua vigilauerit in corde tuo. Dic ergo, Exurge, id eſt, innoteſce, appare, ſentire in Adiutoriū mihi, & in alios

3 Effunde phrameā, & conclude aduerſus eos qui perſequuntur me; dic animæ meæ, Salus tua ego ſum.

Ex Hier. EFFUNDE phrameā] .i. multiplica vindictā [ET aduerſus eos qui perſequūtur me] .i. viſibiles et inuiſibiles hoſtes [cōclude] .i. fac cōcluſionē, ne euagentur tibi nocēdo. Vel phramea
Ex Aug. idē eſt qđ arma .i. aīa iuſti. Hęc phramea effunditur, dū abūdantib⁹ iuſtis vita bona coruſcat. Vnde & cōcluditur hoſtis, non habens de nobis male loqui. Et quia ſuggerūt inuiſibiles hoſtes animæ meæ, Non eſt ſalus ipſi in deo eius. Tu contra eos [DIC animæ meæ] in re ipſa vt audiam in te. quid? [SALVA tua ego ſum] vtroq; modo .ſ. in præſenti & in futuro, in temporalibus & æternis, vt præter te nullū quærā. Vel in propria perſona, dicit Chriſt⁹, Apprehende ar.
quaſi inimicos iudica. Pro me autē fac qđ oro, Ex Alcu.
ſcilicet, Apprehende ar. i. fac me habere arma .ſ. doctrinā & miracula. Et ſcutū .i. cōſtantiam [Et exurge ī adiutoriū mihi] .i. fac me vti acceptis .ſ. armis & ſcuto. Et, Effunde phrameā, & cō. ad. e. qui perſequūtur me .i. qui modo ſum in obſcuro clarifica, ita euidētur vt cōcludas, & cōuincas inimicos, ne habeant quid oblatrēt. &, Dic aīæ meæ, ita vt omnes ſciant, Salus tua ego ſum.

4 Confundantur & reuereantur quærentes animam meam.

CONFUNDANTUR & reuereantur] Hic prędicit mala inimicorū. Et eſt prophetia, non opta- Ex Aug.
tio. q. d. Salua animā meā. ita, vt quærentes eam perdere, confundantur. Et hoc eſt quod ſubdit, Confundantur & reuereantur .i. timeāt pœnas, Quærentes animā meā perdere, nō imitari. Et

5 Auertantur retrorſum & confundantur cogitantes mihi mala.

AVERTANTUR] ā deo, vt ſint [Retrorſum, & Ex Hier.
cōfundantur] mortifera cōfuſione [Cogitātes mihi mala.] vel potius de cōuertēdis, dicit hoc,
pro quib⁹ orat. q. d. animā meā ſalua, Et cōfun- Ex Aug.
dātur, etiā ſalubriter ad pœnitētiā. Et reuereātur .i. timeāt pœnas, Quętētes aīam meā. Et Auertātur retrorſum .i. ſequātur & nō præcedāt; non dēt cōſilium, ſed accipiāt. Petrus enim prę-
cedēdo, Sathanas ſequendo diſcipulus fuit. Et Matt. 16.
cōfundantur, ſalubriter, Cogi. mi. ma. i. ſequētes iam deliberabūt bona. ptinaces autē in malitia

6 Fiant tanquam puluis ante faciem venti, & angelus domini coartans eos.

FIANT tanquā, &c.] Prophetia hic eſt, quæ Ex Aug.
prædicit mala iniquorū: nō optatio, vt opeet ſic euenire. Vel propheta in ſpiritu dei, eo modo ea dicit quo deus facit ea, id eſt, fieri ſinit certo iudicio, iuſto & ſancto, atque trāquillo: non perturbata ira, non animo exercendarum inimicitiarum, ſed iuſtitia vitiorū puniendorū. quam propheta ſeruari optat, eī quod cōgaudet; non delectatus malo creaturę. Verūtamē & ſic pro-
phetia eſt. Ait ergo [FIANT tanquā puluis an- Ex Aug.
te faciē vēti] .i. tētationis .i. facile cedāt tētatio- & gl. int.
ni, vel ſuggeſtioni etiā minimæ, quaſi nō expectent. Faciem venti .i. præſentiam grauioris tētationis, ſed antecedāt minori [ET angelus domini] ſcilicet malus ſit [COARTANS eos] ſcilicet affligēs eos cū ipſa ſuggeſtione. & ſiquando per rationem reſiſtant,

7 Fiat via illorū tenebrę & lubricū: & angelus domini perſequens eos.

FIAT via illorum,] id eſt, ratio [Tenebræ &
lubricū] .i. obſcura & lubricoſa .i. inconſtās. Vel, Ex Caſs.
Tenebræ .i. ignorātia. Et lubricū .i. luxuria, Fiat Ex Aug.
via illorū, vt in his vitiis tanquam viis in barathrum mortis deſcendant. Horrenda via eſt hęc, quis non horreat lubricum & tenebras? Quis non caueat ſibi figere pedes? Sunt iſta duo mala magna & pœnæ hominū [ET ANGELUS do-

mini]sit [PERSEquens eos] qui non sinat eos stare donec luceat ante pedes. Hoc dicit à simili illius, qui in tenebris & lubrico facilè impellitur, cum non viderit vbi pedem moueat. Vel hoc fortè facit vt expectet donec luceat. sed hos non sinit angelus domini stare, donec lux gratiæ oriatur eis, sed in varia mala præcipitat. (Ex gl. int.)

8 Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerunt animā meam.

QVONIAM gratis] hic commemorat culpam inimicorum, & quasi quis quæreret, Quo merito sunt tāta mala eis? respondet, audi quo merito, Quoniā gratis, quia eis nō nocui [ABSconderūt] Iudæi, vt putabāt, cū cotū tamē corda cognoscerē [MIHI.] Christo [INTERitū laquei sui] i. cōnsilia & insidias, quib' me occiderent. sed tamē fuit eis in interitū laqueus suus, & non mihi. Ille enim laqueus non morientis, sed peccātis erit interitus. Vnde alia editio habet [ABSconderūt] mihi muscipulā corruptionis suæ. & [EXprobrauerunt,] id est, accusauerūt [ANIMAM meam] & hoc [SVPERuacue] i. inutiliter, falsa s. dicentes, non probantes. Et ideo, (Ex Aug. — Ex gl. int. — Ex Cass. — Ex Aug.)

9 Veniat illi laqueus quē ignorat, & captio quā abscōdit apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsum.

VENIAT illi laqueus quē ignorat] Ipse suus laqueus teneat illos. Ecce digna retributio. Nil enim iustius quàm illa euenire, quæ abscōderūt. Inde enim decipiūtur, vnde decipere voluerūt: inde nocetur eis, vnde nocere voluerunt. vnde subdit [ET CAptio quam abscondit apprehendat eum] vt funiculis suorum peccatorū cōstringantur quæ cōtulerunt occulte tractātes quomodo caperent Christum & perimerēt [ET in laqueum cadat] nō in alium, sed [IN ipsum] qui mihi tetenderūt, tanquam si quisquā venena calicē præparet alicui, & oblitus biberet. Ita factū est Iudæis, qui laqueum parauerūt ipsi Christo: in quem inciderunt. Nemo enim malus est, qui nō prius sibi noceat. Sic enim putato malitiam esse, quomodo ignē. Si incendere vis aliquid, illud quod admoues igni, prius ardet: nisi ardeat, non incendit aliud. Verbi gratia, Cum faculam apponis igni, prius ardet vt aliud possit incendere: ita ergo malitia procedit ex te, & quē vastat antequā te, quo profundit tamē, lædit: vbi radicē habet, nō lędit. Equidem dico, quod malitia tua vt alteri nō noceat, fieri potest: vt autē tibi nō noceat, non potest. Vel secundū aliā literā [IN laqueum cadat in ipso] neutraliter. s. ex hoc ipso quod mihi parāt laqueum, cadant interius. Vel de pœna exteriori potest accipi, qua puniti sunt Iudæi, pro peccato mortis Christi, hoc modo, Veniat illi laq. captiuitatis, Quem ignorat, & captio quā abscōdit mihi apprehēdat eū. s. similiter capiatur à Tito & Vespasiano, ex improuiso, sicut me ceperūt. Et ī laqueū, mortis, Cadat in ipsum. s. quē mihi parauerunt. Eodē modo interficiantur, sicut me interficiūt. & ita euenit. Quidā enim fuerūt capti, & quidam interfecti. Vel in bono potest accipi, Laqueus & captio. Et dicit hæc optādo bonū eis de morte Christi prouenirē. q. d. parauerunt mihi mortē: & ex ea, Veniat, il. laq. quē ign. s. laqueus veritatis quā peccator ignorat, astringat eos, cuius nexu diabolo adhærētes, deo adhæreāt. Et captio quā abscōdit. i. abscōdita captio, Mors Christi, Apprehendat eū, non suis sceleribus relinquatur. Et in laqueū cadat, bonū, quo à malis cohibeant. Et hoc ī ipso. i. ex ipsa morte (Ex Aug. — Ex Hier. & gl. int. — Ex Cass. & gl. int. — Ex Cass. & Alcu.)

PARS II.

10 Anima autem mea exultabit in domino, & delectabitur super salutari suo.

ANIMA mea, &c] Secūda pars vbi præmissa spe boni & gaudio enarrat quàm maligne erga benignū agunt. Et loquitur hic prius Christus. q. d. Hæc prædicta illis fient [ANIMA autē mea exultabit] vt quæ audit, salus tua ego sum, Exultabit dico [IN domino] non quærens alias extrinsecus diuitias, nō quærēs circūfluere voluptatibus bonisque terrenis: sed ipsum solū sibi proponens, quo nil suauius est, nō deficit qui omnia fecit. Ipsum ergo pete, & in illo habebis omnia [ET delectabitur] q. d. Anima autem mea exult. in domino. Vnde hoc sequitur, quod etiā, Delectabitur [IN salutari suo]. i. super saluatione sua, quæ facta est ei in resurrectione. Qua scilicet resurrectione (Ex Alcu. — Ex gl. int.)

11 Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tui?

OMNIA OSSA mea,] id est, discipuli mei roborati sunt. & [DICēt] gratias agētes, [Domine] &c. Et hoc dicet illi qui sunt ossa mea. i. firmi. Etsi ēnim caro cedat, tamē ossa. i. iusti verbis laudāt. Carnēs enim. i. carnales & infirmi nō habēt verba laudis & cōfessionis, qa infirma apud te silēt penitus, sed fortia te magnū laudāt & timēt. Vel ex psona ecclesiæ potest dici, Anima autē mea exulta. in domino. nō mutatur. Et, Delectabitur sup. sal. &c. i. Christo, de quo sibi dicitur, Quoniā viderūt oculi mei sal. tuū. Et omnia ossa mea dicēt. i. omnis fortitudo mentis meæ dicet, quia hoc alius dicere nequit. s. quod sequitur. s. O dñe quis similis sit tibi, vel tui? nullus. Nihil enim in diis vel creaturis simile est illi, quia ipse solus eripuit hominem de manu forti. Vnde subdit, Tu es (Ex Hier. — Ex Aug. — Ex Alcu. — Ex Aug. — Luc. 2 — Ex Aug. — Ex Aug.)

2 Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem à diripientibus eum.

ERIPIENS] incarnationē verbi [INOPEM] i. genus humanū [DE manu fortiorū eius]. i. diaboli qui tenebat eū: sed manu fortis alligauit diabolum, qui erat fortior homine, quē ipse vicit [EGENū & pauperē à diripiētibus eū]. i. à diabolo & mēbris eius. Idem accipitur per inopem, egenum & pauperem, scilicet genus humanū, quod est quasi vnus inops, & egenus & pauper. Inops, quia mortalis: egenus, quia in sudore vultus sui quærit panē. pauper, quia de pura sapientia deiectus, tenuem & vmbratilem habet rationem. (Ex Cass. — Ex Aug. — Ex Cass. — Gen. 2.)

13 Surgétes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me.

Ex Cass. SVRGENTES testes iniqui] Dictis calamitatibus hominis ne ipse Christus ab his alienus videatur, passionē suam exponit. q. d. nō modo alii calamitates passi sunt, sed etiam ego: quia [SVRGENTES] quasi subito & immoderate [TESTES iniqui] Iniqui, quia contra æquum testabantur [INTERROGABANT me] nō conuincebāt ea. s. [QVÆ ignorabā] a&n peccata sunt ea quæ Christus ignorauit facere, sicut vsu dicitur de aliquo, non nouit benefacere, quia non benefa-
Ex Aug. cit. Ita & Christus qui est cognitor iniquitatū quas iudicat, dicitur ignorare peccatū: nō quasi non vidēdo, & nō iudicādo, sed non cōmittendo. Alienum est enim ab opere, & à conscientia eius. Et ideo dicit, Ignorabā, quo modo ars dicitur nescire vitiū, quod tamen per artē cognitum deuitatur. Ideo ait, Quæ ignorabam interrogabant me. q. d. de iniquitatibus interrogabāt
Ex gl. int. me cum vincere volebāt, sed non poterāt: quia ego sum ars ipsa, in qua quisque non discit nisi facere bonum. & cum venissem saluare eos, & curassem infirmos eorum, pro iis bonis

14 Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ.

RETRIBVEBANT mihi mala pro bonis]. s. [STERILITATEM animæ meæ] cum ego attu-
Ex Aug. lissem fœcunditatem, ipsi, Retribuebāt sterilitatem. Ego attuli vitam, ipsi mortē retribuerūt: ego honores, ipsi contumelias: ego medicinam,
Marc. 11. ipsi vulnera. Hāc sterilitatem in ficu maledixit dominus, vbi eū quæreret nō inuenit, folia erāt in ea & fructus non erāt. i. verba erant in synagoga, & facta non erant. Vide enim in verbis numerositatem, & in factis sterilitatē. Ait enim
Rom. 2 Apost. Qui prædicas non furandū, furaris, &c.

15 Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio.

EGO autē] q. d. illi ita [EGO autē cū mihi mo-
Ex Aug. lesti essent] & cū sæuirent in me [INDVEBAR cilicio]. i. sub carne mortali, latebam secundū diuinitatem, quia nō exercui potentiā, ideo ignotus eis fui. Caro enim Christi dicitur cilicium, propter similitudinem carnis peccati. Cilicium enim fit de pilis caprarū, quæ in veteri lege offerebantur pro peccatis. Et etiam,

16 Humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinu meo conuertetur.

HVMILIABAM] id est, affligebam [ANIMā meā in ieiunio] qualē fuit illud Christi ieiu-
Ex Aug. niū corporale an spūale? Mādneare quidem volebat Christus, quando poma in arbore quærebat: bibere etiā volebat, quando mulieri Samaritanæ dixit, Da mihi bibere. Sed nō de hac siti, non de hoc ieiunio hic agitur, sed de alio ieiunio in illo significato. Esuriuit enim & sitiuit Christus salutem nostrā, bona nostra. Ieiunabat ergo, quia nulla bona opa in Iudæis inuenit, & apostoli enim fugerant, & in turba se abscondebant: & Petrus qui se vsque ad mortem perseueraturū promiserat, iam ter negauerat: vix inuenit vnum latronem, quem in cruce gustauit. Ideoque in huius rei memoria passionis die arctissimum ieiunium obseruat sancta ecclesia [ET oratio mea] q. d. humiliabam me in ieiunio, & etiam orabam, & oratio mea [CONVERTETVR in
Ex Aug. sinu meo] vel meū. i. nōn alium orabam, quam illū qui mihi personaliter vnitus est, dicit Christus secundum quod homo, secundum quod orat: sed oratio ad sinum cōuertitur. i. ad verbum in quo erat pater. Sinus enim est secretū in quo
Daniel. 13 orare iubemur, vbi orauit Susanna. Secretum verò Christi est diuinitas ad quam orat huma-
Ex Aug. nitas. Christus enim secundum quod verbū est non orat, sed exaudit. Et nō sibi subuenire quærit, sed omnib⁹ subuenit cum patre. Et est, Oratio mea in sinu meo cōuertetur. i. in meipso homo interpellat diuinitatē. Vel, Oratio mea conuertetur in sinu meo. vel, Verbū meū. i. nō pro-
Ex gl. int. derit nisi his qui sunt prædestinati, qui sunt familiares futuri, & sani, in sinu sanctæ ecclesiæ, à
Exod. 4. quo exierāt leprosi facti: vt man⁹ Moysi, q extra sinū apparebat leprosa, sana in sinu est facta

17 Quasi proximū, & quasi fratrē nostrū, sic complacebā: quasi lugens & contristatus sic humiliabar.

Ex Cass. QVASI proximū, &c.] Cāsus pro casu ponitur, accusatiuus pro ablatiuo. Et est, Et si mihi molesti essent Iudæi, ego tamen [SIC cōplacebam] mihi in eis [QVASI proximum & quasi fratrem nostrum,] id est, quasi de proximo, & quasi de fratre nostro. Ita mihi complacebā in eis, id est, de eorum affinitate gaudebā, qui me
Ex gl. int. insequebātur. Ecce gratia pro odio: beneficium pro læsione. Vel, Complacebā, patri meo habendo eos, subaudi sic, Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum. Et cum hæc omnia facerem,
Ex Cass. tamen nolebant conuerti; & cū nollēt cōuerti,
& Alcu. ego [SIC humiliabar,] id est, dolebam [QVASI] pater [LVGENS] filiū [CONTRISTATVS] de morte filii. Alii interpretes dicūt, Quasi lugens mater incuruabar super eos. Vel in persona membrorum potest dici, Et oratio. q. d. Humiliabam animā dicit Christus in persona membrorū, & etiam orabā pro Iudæis. Et oratio mea in sinu
Ex Hier. meo conuertetur. i. & si eis non profuerit, ego tamen non sum frustratus mea mercede, vt do-
Matth. 10 minus dicit in Euāgelio, In quancūque domum intraueritis, dicite, Pax huic domui: & si illi qui
Ex Cass. in ea sunt nō receperint, pax vestra in sinu vestro, & ad vos reuertetur, vel reducetur, id est, si non eis, tamen vobis proderit. Ita eius oratio, qua in membris orauit, à Iudæis nō accepta ad eum rediit quasi proximū. Item hic loquitur
Ex Aug. in mēbris, in quibus sunt quidam valde proximi deo, qui criminali macula nūquam sunt polluti: alii sunt qui per peccatum lōge sunt: illis ergo gaudium est, istis luctus & tristitia. De illis qui proximi sunt prius agit, ponens casum pro casu. Et hoc est, Ego sic cōplacebā, Deo, Quasi pxim. &, Quasi fratrē nostrū. i. quasi proximo & fratri. hoc dicere cōuenit ppinquāti ad deū,

gaudēti, qui placet deo, quasi fratri & proximo:
cui non appropinquatur locis, sed actionibus.
Ex Aug. Deō enim, qui vbiq; est, & nullo continet loco;
nō vt per loca appropinquamus, vel ab illo re-
mouemur: sed propinquare illi est, similē ei fie-
ri, longinquare ab illo dissimilē illi fieri: vt cum
videris duas res propè similes, dicis, propinqua
hęc est illi: & quādo dissimiles, quanuis vno lo-
co, vna manu teneantur, tamen dicis, longe est
hęc species vel res ab illa. Et sicut qui similis est
gaudet: ita qui dissimilis est, gemit. Vnde iste
subdit, Quasi lugens & cōtristatus sic. &c. Hoc
conuenit non longinquo, vt sic proximet.

18 Et aduersum me lætati sunt,
& conuenerunt: congregata sunt su
per me flagella & ignoraui.

ET aduersum me] Lōquitur hic Christus ex-
Ex Cass. ponens quàm impie egerint Iudęi cōtra ipsum.
q.d. ego tristabar de perditione eorum, & ipsi
Ex Aug. [ADVERSVM me lętati sunt] q.d. illi sunt lęti,
Ex Cass. ego tristis. Cūm enim pie contristor Iudæi im-
pie lætantur [ET cōuenerunt] in consilium. Et
[CONgregata super me sunt flagella]. i. tormēta
Ex gl. int. parabant [ET ignoraui] secūdum opinionē eo-
Ex Cass. rum. Vel ignorauerunt, alia litera. s. cui facerēt,
& cur, vel quod in eos essent reditura.

19 Dissipati sunt nec compuncti,
tentauerunt me, subsannauerūt me
subsannatione: frēduerūt super me
dentibus suis.

Ex Cass. DISSIPATI sunt] i. dissoluti, vel stupe-
facti visis miraculis in passione [NEC] tamē prę
duritia cordium [COMpuncti sunt] per pœni-
Ex Alcu. tētiam. Vel, Dissipati. i. dispersi sunt, per totum
orbem à Romanis. Nec, tamen, Cōpuncti sunt,
id est, nō pœnituerūt. Vel, Dissipati sunt. i. diui-
si. Alii enim dicūt quod bonus est, alii non: sed
seducit turbas. Nec compuncti sunt, & [TEN-
Matt. 27. tauerunt me] dicentes, Dic nobis si tu es Chri-
Ex Aug. stus filius dei viui [ET subsannauerūt me] dicē-
tes, Alios saluos fecit seipsum nō potest saluum
facere. Subsannauerunt, dico, [SVBsannatione]
hoc genus locutionis. s. vbi est geminatio, poni-
tur, cum res copiose facta videtur vt dicitur: vt
benedicēs benedicam te, & gaudēs gaudebo. Et
[FREnduerunt super me dentibus suis] vt fe-
Ex Cass. rę mos sęuitię est quod quādo ratio deficit dē-
& Alcu. tibus frendit, & quod vult tacens ostēdit. Hęc
Ex Aug. autem quæ capiti in cruce referūtur facta hic,
corpori vbique fiunt. hęc autem in oratione fi-
nit, subdens,

20 Domine quādo respicies? re-
stitue animam meā à malignitate
eorum, à leonibus vnicam meam.

DOMINE &c.] q.d. hic mihi faciunt mali,
dicit Christus, sed ô [DOMINE] quando respi-
Ex Cass. cies] vt mē resuscites? q. d. ne diu differas, sed
[REstitue animā meā] corpori die tertio. Ani-
mam dico, erutā [A malignit. eo.] & à [Leont.]
id est, à potestatib⁹ sęuientib⁹ cruc [VNICAM
meā]. i. ecclesiā, vel carnē meā, quæ sine pecca-
to fuit. Vel ex persona nostra dicit, quib⁹ tardū
est, Domine quādo respicies. i. quādo videbi- Ex Aug.
mus vindictam de eis qui nobis insultāt, quādo
illā viduā iudex tędio victus exaudiet, cū iudex
noster nō tędio, sed amore differt salutē nostrā,
ratione, non inopia, vt. s. magis desideremus, &
numerus omniū nostrū impleatur vsq; in finē:
& tamē nos ex desiderio dicim⁹, Domine quā-
do respicies? rest. animā meā. &c. id est ecclesiā.

21 Confitebor tibi in ecclesia ma- PARS III.
gna: in populo graui laudabo te.

CONFITEBOR] Tērtia pars. Iam de fru- Ex Cass.
ctu passionis agit, & pmittit cōfessionē totius & Alcui.
ecclesię. Inde precatur cū cōmemoratione cul-
pæ suę cōfusione persecutorum, & exultatione
fideliū. q.d. dico restitue, & si hoc feceris [CON- Ex gl. int.
FITEbor tibi in ecclesia] hęc est vnica. & addit,
[Magna] quia est de oībus gētib⁹, & [IN populo
graui] quē m. s. nō aufert vētus tētationis [LAV- Ex Aug.
dabo te] in omni multitudine. s. granorū & pa-
learū cōfessio est: sed laus in grauib⁹ est & gra-
nis, nō in palea. Palea volat frumentū remanet,
quia graue est. Bona est hæc grauitas, longe di-
stās ab illa, de qua alibi, Vsquequo graui corde?
hęc cōfirmat: illa deprimit, & in profundū sub-
mergit. s. seculi, vnde subiecti nō sunt quasi plū-
bū in aquis vehementib⁹. Et vt ego cōfitear illi,

22 Non supergaudeant mihi qui
aduersantur mihi inique, qui ode-
runt me gratis, & annuunt oculis.

QVI aduersantur mihi inique, nō supergau-
deant mihi [INsultāt ēnim de palea mea [QVI] Ex Aug.
etiam [ODERūt me] quod nō omnēs aduersi fa- Ex gl. int.
ciūt, & [Gratis] quia ei non nocui. Repetit hic
Christus de passione sua, vt de pœna eorū ad- Ex Hier.
dat. Dico aduersant & odiūt. [ET] tamē [An-
nuunt oculis] sicut hypocritæ & simulati, pro- Ex Aug.
nunciātes vultu, qđ in corde nō habēt. Vel, An- Ex Cass.
nuunt oculis, quādo vicissim se tacitis nuti-
bus admouent ad decipiendū & tentandum. Et
vere annnunt mihi vt hypocritæ.

23 Quoniam mihi quidem paci-
fice loquebātur: & in iracundia ter-
ræ loquentes, dolos cogitabant.

QVONIAM mihi quidem pacifice loque-
ban.] dicēntes, Scimus quia verax es magister, & Matt. 22
in veritate viam dei doces: Licet dare tributum Ex Aug.
Cæsari, an non? Hi sunt annuentes qui talia lo-
quebātur: & ipsi [LOQVENTES] taliter, id est,
dūm loquerentur pacifice [COGITABANT Ex Cass.
dolos] Et hoc [IN iracundia,] id est exitialiter.
Cogitat enim quis dolum, qui nō vult occide-
re, quæ iracūdia erat. [Terræ,] id est, prō terra, Ex gl. int.
scilicet ne perderent locum, & gentem.

24 Et dilatauerunt super me os
suum: dixerunt, Euge, euge, viderūt
oculi nostri.

ET] ipsi qui prius erant annuentes & dolos
cogitantes, post aperte [DILATAVERVNT

ſuper me os ſuum] Libera & aperta voce mortem inclamantes, Crucifige, crucifige eum, & in ipſa morte [D I X E R V N T Euge, euge] bene eſt nobis [V I D E R V N T oculi noſtri] de te quod voluimus, quod deſiderabamus. Vel, Dixerũt, in-
Ex Aug. ſultãdo, Euge, euge, Vox irriſoria eſt & inſultatoria, iam viderunt oculi noſtri facta tua, & mirabilia ſua. Hic eſt Chriſt', & ſi ipſe eſt Chri-
Matt. 27 ſtus rex Iſrael, deſcẽdat de cruce, & credim' ei.

25 Vidiſti domine ne ſileas: domine ne diſcedas à me.

V I D I S T I] Q.d. alii ita, ſed tu [D O M I N E
Ex gl.int. vidiſti] obedientiã meam & iniquitatẽ illorum.
Ex Caſs. Hoc dicitur qñ in memoriã reuocare volumus aliquid. ac ſi diceret, vidiſti quam crudeles ſunt illi, & quam patiẽs ego. Et ideo [N E ſileas], i. ne
Ex Aug. differas dare ſententiam, ſed iudica [D O M I N E
Ex Hier. ne diſcedas à me] in paſſione, ſed ò,

26 Exurge & intẽde iudicio meo: deus meus, & dominus meus in cauſam meam.

Ex Caſs. D O M I N E] qui videris iacere [E X V R G E] ad
& gl.int. reddendũ mihi & aduerſariis, [E T intende iu-
Ex Alcu. dicium] vel, iudicio meum, vel meo reddendo mihi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt ego inteſus ſum, & merito [I N T E N D E in cau-
Ex Aug. ſam meã.] Paſsionis.ſ. & mortis.ſ. quod pro redẽptione humani generis patior & morior. Tu dico, Intende, qui es [D E V S meus & dominus meus] vel ex perſona mẽbrorum dicit, Domine
Matt. 28. ne diſcedas à me, donec venias iudicium, ſicut promiſiſti mihi, Ecce ego vobiſcũ ſum vſque ad conſummationẽ ſeculi: ſed, Exurge domine, in auxilium meũ, & ad remunerandũ. Et intende iudicio meo, quod tribulatus ſum, quod laboribus & doloribus cruciatus ſum. Sed quia & iſtã multi mali patiuntur: addit, Intende in cauſam meã, pro qua patior. Pœna enim ſimilis eſt ſceleratis & bonis, ſed nõ cauſa: martyrẽ facit itaq; non pœna, ſed cauſa. Ideo,

27 Iudica me ſecundũ iuſtitiam tuam domine deus meus: & nõ ſupergaudeant mihi.

Ex gl.int. D O M I N E iudica me] quẽ illi iudicãt iniuſte,
& Aug. non ſecundũ pœnã, ſed [S E C V N D U M iuſtitiam tuam] quã mihi dediſti. Vel, Meã, quæ in me eſt,
Ex Aug. Hæc eſt cauſa mea, iudica dico ò [D O M I N E] tu qui es [D E V S meus] & ſecũdũ hoc me iudica.ſ.
Ex gl.int. quod tu es deus meus. Dico vt me iudices, ſecũdum iuſtitiã tuam, & ſecundũ eandẽ iuſtitiam, iudica illos qui me perſequuntur [E T nõ ſuper-
Ex Caſs. gaudeant mihi] i. magis defleant quã gaudeãt impleſſe mala ſua.

28 Non dicant in cordibus ſuis, Euge, euge animæ noſtræ: nec dicãt, Deuorabimus eum.

Ex gl.int. N O N dicãt in cordib' ſuis] Et ſi nõ ore [E V-
Ex Aug. ge, euge] eſt [A N I M Æ noſtræ] i. bẽne eſt nobis, quia fecimus quod voluimus. Senſus talis eſt, Oſtẽde eis, quia nihil fecerũt, & vt nõ gaudeãt,

[Nec dicãt, deu.e.] vt nõ reſurgeret. ſed potius Ex gl.int.

29 Erubeſcant & reuereantur ſimul qui gratulantur malis meis.

E R V B E S C A N T] In clarificatione reſurrectionis meæ [E T reuereãtur] i. ſimul omnes timeãt pœnas [Q V I gratulantur malis meis] nõ ſolum Ex Hier.
facientes, vel de membris, vel in membris hoc dicit, Non dicãt. Et agit de perſecutoribus eccleſiæ vt ſunt Iudæi & gentes q.d. nõ gaudeãt & vt hoc ſit, Ne dicãt, Deuorab. eum, vel, Abſorbebimus eũ. Iuſtũ deuorãtur illi, qui ſunt in- Ex Aug.
corporati malis. Sicut enim illi reuiuiſcũt, quos mactat vel mãducat Petrus: ita illi abſorbẽtur, qui in corpus malorũ trãsformãtur. Erubeſcãt, Exod. 32.
q.d. illi nõ dicãt hoc, ſed potius, Erubeſcant, de peccatis vt nos abſorbeamus eos, vt Iſrael abſorpſit vitulũ cõminutũ, quẽ Aaron in ignem cõflauit. Moyſes verò de mõte deſcendẽs in ignẽ miſit, & confudit formam, & deinde cõminuit, & miſit in aquã, & dedit populo bibere, quo ſignificatur corpus impiorũ, cuius maliciæ charactere ſancti prædicatores cõfuodũt igne cœle- Ex Iſidor.
ſti, & per aquã baptiſmi mundatũ, in ſocietatẽ in cap.
eccleſiæ traiiciũt. quod vt fiat hic precatur di- Exod. 32.
cens, Erubeſcãt, Qui erubeſcit actus ſuos pro- Ex Caſs.
pria eſtimatione damnat, ſed quia poteſt erubeſcere qui non habet reuerentiam, ideo addit, Et reuereantur ſimul, vt conuerſionem notet, quia reuerentia eſt timor domini cũ amore. Et quos erubeſcere velit, addit, Qui gratul.ma.m. Deinde qđ dixerat euidẽtius determinat dicẽs,

30 Induãtur cõfuſione & reuerẽtia, qui maligna loquũtur ſuper me.

I N D V A N T V R] plene [C O N F V S I O N E] vel pudore, quaſi cilicio pœnitẽtiæ & veſte lugu- Ex Caſs.
bri [E T reuerentia] pudor eſt contra audaciam, quã habuerunt furentes: Reuerentia, cõtra impudentiam falſitatis. Hoc debent habere, vt his iſta curent. Vel in malo poteſt accipi, Induantur. q.d. erubeſcãt hic ad ſalutẽ, Et reuereantur. qđ ſi noluerint, Induant, tandẽ in inferno, Cõ- Ex Hier.
fuſione, mala. Et reuerentia, illi. ſ. [Qui maligna] vel, Magna, i. ſuperba [Loquuntur ſup me,

31 Exultent & lætentur qui volũt iuſtitiam meam, & dicãt, Semper magnificetur dominus, qui volunt pacem ſerui eius.

E X V L T A N T] In ſpẽ magna fidelium finit, Ex Caſs.
ſicut alii pſalmi de paſsione. q.d. illi erubeſcãt & confundantur [E X V L T E N T] autem [E T lætẽtur qui volunt] nõ ſuam iuſtitiam ſtatuere, ſed Ex gl.int.
[I V S T I T I A M meam] imitari [E T] qui ex ea
[V O L V N T pacem ſerui eius], id eſt Chriſti, id Ex Hier.
eſt pãcem meam, quam veni mittere in terrã ad Ex gl.int.
deum & ad proximũ, & exultantes [D I C A N T, ſemper magnificetur dominus] i. ita vſq; in finem ſeculi magnificetur; ſicut iam eſt magnificatus in conuerſione quorundã. Multũ diſtat inter hos lætantes & prædictos. Illi enim male, Ex Caſs.
dicunt, Euge, euge animæ ſuæ, quæ lætitia cito fugit: Iſti verò non animæ ſuæ hos dicũt, ſed vo-

ta ad deum cōuertunt, & in eius laudibus, non in se, suam lætitiam ponunt, quę est perpetua.

32 Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudē tuam.

ET lingua] q.d. confitebor, laudabo [ET lingua mea meditabitur iustitiam tuam] meditatio cordis est non linguæ: sed ita Christi vox consonat cordi, vt quod est cordis detur ori, cū ait, Lingua mea meditabitur iustitiam tuam. Lin-

Ex Cass. gua eius meditata est iustitiam dei, quando nouum testamentum populis prædicauit. Et [TOTA DIE LAVDEM TVAM] quia in om-

Ex Aug. nibus verbis & factis deum laudauit. Tota die enim laudat, qui omnia bene agit: non desinit laudare, qui non desinit bene agere: non desinit bene agere, qui nō desinit iustus esse. Omnia ergo bona age, & dominum laudasti tota die. Vel,

Ex Hier. Lingua, interior .s. lingua mentis & non corporis. Mea .i. meorū fideliū, dixit Christus, Meditabitur iustit. t. Vnde alibi, Lex tua meditatio

Ex Alcuī. mea est. Vel, Lingua, Christi accipiūtur prædicatores, per quos alios docet. q.d. hoc fiat quod dixi, Et ling. m. med. iust. tuā. i. prędicatores mei ex studio annunciabūt te iustum, qui promissa implesti. Et tota die lau. tuā. i. omnia annūtiabunt vniuersaliter in quibus laudandus es.

COLLATIO

In psalmum 34. Iudica domine nocentes me.

3 EFFVNDE frameam.] Ferme omnes pręter Hieronymum vertūt lāceam. Non aliō quidem declinat sensus, & framea est lācea: poterāt igitur patres suos sequi. Trāslatio ad Campensem, habet stringe mucronem. Et Nebiensis arma capesse.

8 EXPROBRAuerunt animā meam.] Hieronymus cum aliis, Foderunt animæ meæ. Sed חָפַר haphar ambiguum est, vt constat etiam ex eodem psalmo, versu 5, etiam si sit ibi neutrū. Sententia tamen hic non est aliena, nec obest si LXX actiue acceperunt חָפְרוּ hapheru.

12 ERIPIENS INOPEM DE MANV fortiorum eius.] Faber & Cæcus contendunt propter commoditatem locutionis Latinæ, legēdum fortiorum eo. Verum iam admonuimus ecclesiasticū vsū recepisse in aliquibus Græcanicam formā: vt est illud 1. Corinth. 13, Maior horū est charitas, pro maior ex his: si latinis auribus purgatius velis loqui: nisi acceperis cōparatiuū loco superlatiui, quod est vsitatū interdum Latinis. Ista erant negligenda, ni sugillatores tanquā grande piaculū conferrent. Denique tradit diuus Augustinus in psalmū 82. vers. 4. quòd quandoque interpres transfert: locutionem Græcam, quæ Latinis inusitata est.

15 EGO autē quum mihi molesti essent.] Hebraïcantes Neoterici, Quum ægrotarent, aut ægrotantibus ipsis. Vocibulū Heb. בַּחֲלוֹתָם bahalotham potest accipi propter men .i. m finale, & formā infiniti: sub neutra autē passiua significatione. Suffragatur Hieronymus iuxta Heb. qui ad hūc modū reddidit; Quum infirmarer ab eis, & ita quū mihi molesti essent, licet altera sententia habet sensum conuersum.

17 QVASI proximum, quasi fratrē nostrum sic cōplacebam. Hieronymus; Quasi ad amicū, quasi ad fratrē meum sic ambulabā. Sācte̜s sicut pro amico, sicut pro fratre meo ambulabā. Pratēsis & interpretes pro Caietano, Quasi vel sicut socius, sicut frater meus ambulaui. Pellicanus, Sicut amicus, sicut frater æquum me cōuersatione mea exhibui. Munsterus, Perinde ac si amicus, atque acsi frater meus fuisset quilibet eorū, sic incessi. In Heb. sunt tamē 4 vocabula, כְּרֵעַ כְּאָח לִי הִתְהַלָּכְתִּי Berea Keah li hithhalachti. Primum significat amicum, secūdum fratrem, tertium est pronomen primæ personę, quod potest respicere particulā præcedentem, aut sequētē, vltimū significat ambulare. Quod rectè interpretes LXX acceperūt pro cōplacere, figurare. Quis enim dicitur ambulare in via mandatorum dei, quando sibi ea perplacet: quo tropo sæpius scriptura vtitur. tautū mouet locutio quæ videtur inepta, fratrē meū cōplacebam: nil tamen incōmodi sensit Augustinus in enarratione, qui toties repetit id lectionis: videtur enim subaudire infinitiuū esse, sic, cōplacebā. i. gaudebā deo primū esse. i. propinquare. Ex cuius interpretatione, vt habes in expositione, liquido cōstat, elidi taxationē Fabri & Cęci, repudiantium quod dicitur ut fratrē nostrū, & recipientiū meū, quod nō communicamus aliqua propinquitate patri, quē Christus hic alloquitur: quod tamē sonat dicendo fratrē nostrum, non autem dicendo meum, ob societatē naturę humanæ, qua nobis copulatur. Hoc totū ratiocinium corruit, si Augustini explanationē reuolueris, pręter hoc quod dicitur subaudiri pręepositionem ad.

QVASI lugens & cōtristatus. Heb. pro cōtristatus ponit matrē Em אֵם .i. mater. Et quia destruuntur casuū variatione, Hierony. Interpretes pro Caietano, Pellican. & Nebiensis vertunt nominādi casu, quasi lugēs mater, intelligendo filiū. E diuerso Sāctes, Pratēsis, Cāpensis, referunt luctū ad filiū, sub accusandi casu, quasi lugēs matrē .s. filius. Et Chaldæus Paraphrastes, Sicut lugens & tristis de matre sua. Ob id Munsterus transtulit iuxta luctū matris, quo posset vtrolibet accipi. Interpretes legerūt im, אִם pro אֵם Em, quandoquidē nulla est prorsus distinctio literarum, & potest hoc aut illud legi citra punctationē. Et dixerūt, & cōtristatus, nō curantes magis ad verbū reddere, cum contristatione humiliabar. Sanctes pro contristato ponit pullatū. Interpres pro Caietano, atrū. Pratēsis, nigerrimū. Interpretes secuti sunt metaphoram, quum nigritudo symbolum sit tristitiæ. Vnde Hieronymus dixit, tristis, & Munsterus, mœstus.

18 ET aduersum me lætati sunt. Hieron. In infirmitate seu aduersa valetudine mea; vt vult Mūsterus, Sanctes, & Pellican. In claudicatione mea. Pratēsis, Quum attritus essem, צֶלַע, tsela Hebraïce, notat nōnunquā latus & costā, vt habetur Gene. 2. de costa Adæ, aliàs vero, fracturam, plagā, claudicationē. Igitur aduersus latus

meũ, non dissonat ab eo quod est, aduersum me. Nec etiam aliæ versiones longe sunt.

CONGREGATA sunt aduersum me flagella.] Quod vertũt Hierony. & interpretes pro Caietano, pro flagellis percutiẽtes: nisi interest ad sensum, quem Sanctis translatio cõuertit, cõgregauerunt se aduersum me percussi. Pratensis & Pellicanus, claudi. Munsterus, abiecti. Chaldæus, impij. נֵכִים nechim inclinatur à radice נָכָה nacah, id est, percussit, debilitauit. Eoq; interpretes rectè sensum expresserunt.

19 DISSIPATI sunt nec compuncti.] Hiero. Scindentes & non tacentes. Cui satis accedunt pro Caietano interpretes, Sciderunt & non tacuerunt. Sic & Pellicanus, Munsterus, Dissẽderunt a se, & non tacuerunt. qui accinit Sanctes, Cachinnauerunt & non tacuerunt. Pratẽsis, Aperuerunt &c. Heb. קָרַע quara, significat scidit, rupit, aperuit. Et metaphoricè, teste Sancte ex rabi Dauid, cachinnatus est, ac si loquacitate carnem scinderet. Iuxta germanam significantiam, acceperunt Lxx & neutraliter. Secundam vero particulam, metaphoricè, sicut alij, sæpe solent ipsam vertere לֹא דָמוּ lo damu, non tacuerunt. Iudæi enim multis angustijs attriti, non cessant blasphemare, nec vllis flagellis compunguntur. Silentium autem in corde, compunctiõ est.

TENTAVERVNT me, subsannauerũt me subsannatione.] Hiero. In simulatione verborũ fictorum. Pellicanus, Cum simulatoribus deridentiũm coctionem. Pratensis, Cum simulatoribus derisionum esculentorum. Sanctes. Cum impijs subsannatoribus, qui indulgent ventri. Munsterus, Cum assentatoribus erant garruli subsannatores. Interpretes pro Caietano, Blanditijs derisionũm vaniloquij. Hebræus habet, בְּחַנְפֵי לַעֲגֵי מָעוֹג beauphe laage maog. Primum vocabulum significat simulare, & personas accipere, quod maxime quadrat Scribis, Pharisæis & Herodianis, Christum dominũ tẽtantibus, Matth. 22. vt caperẽt eum in sermone, Magister scimus quia verax es, & viam dei in veritate doces: & non est tibi cura de aliquo, nõ enim respicis personam hominum &c. Ac videntur legisse interpretes Lxx בְּחַנְפַי behanphai .i. cum simulatoribus seu hypocritis meis. Clarius tamen extulerunt sub verbo, tentauerunt me. Duo alia vocabula extra omnẽ cõtrouersiam, significãt subsannationem, licet vltimũ etiam quędam alia notet. Non erat igitur vt isti nouatores lectionem latinam labefactarent, si tamen eo animo secus verterãt. In præsenti versu, Ad id dissipati sunt nec compuncti. Mirũ quod blaterant Faber & Cæcus aduersus Lxx, (qui tamen, atestante Hiero. præfato in libros Paralipomenon, spiritu sancto pleni fuerũt) eos insimulantes magnæ temeritatis, qui audaciusculè euerterunt sensum spiritus sancti, & suum reddiderunt. Quomodo enim, inquiunt, si dissipati sunt, continuo subnectitur, non compuncti tentauerũt me, subsannauerunt me subsannatione, frenduerunt super me dẽtibus suis? Antecedentia enim & sequentia aduersantur,

Faber cũ Cęco mirũ in modũ audet.

Frigida est hæc ratiocinatio: quandoquidem in verbis prophetarum familiare est præteritum accipere loco futuri, vt est illud quod sequitur, tanquam causa vindictę, Tentauerunt me &c. Ea positio enim Magistri ostendit eorũ tela nulla esse, simul & Hieron. Dissipati sunt, inquit, à vinculo charitatis.

20 DOMINE quando aspicies?] Vt sit oratio tribulati tempus præstolantis, quo desiderat citius liberari. Heb. habent כַּמָּה cammah, id est quantum vel quãdiu, aut quando aspicies: sicq; respiceret magnitudinem afflictionum & persecutionum, quas afflictus requireret aut finem accipere, aut saltem imminui. Et vtrunque aptè refertur ad personam Christi hominis, Iudæorum blasphemias execrãtis, & eorum perditionẽm commiserantis, nihilominus iustam vindictam expetentis. Et quum vocula Hebraica sit anceps, non debuit Faber editioni nostræ oblatrare.

23 QVONIAM mihi quidem pacifice loquebantur.] Negationem habent Heb, quæ facit oppositum sensum, nempe non pacem loquentur: & quem reddidit Hiero. iuxta Heb. Sed nõ dubito quin Lxx legerint, לוֹ pro לֹא lo, prius ante significat mihi, sicut Iob 13. Heb. legunt negationem, non sperabo: & nos legimus ipsi, vel in ipso sperabo. At insultãt Faber & Cęcus, qui fit vt pacem loquãtur, & continuo subnectatur, dilatauerunt super me os suũ; & dixerunt, Vah vah, viderunt oculi nostri. Ista sunt verba odij non pacis. Commentarius diluit plenissimè istã quæstionem.

IN iracundia terræ loquentes.] Hier. & Nebiensis, In rapina. Alij vertunt, Super mansuetos seu humiles terrę &c. Polysemasia particulę רֶגַע rega, aut רָגַע parit varietatem.

24 VIDERVNT oculi nostri.] Nescio qd mouerit interpretes pro Caietano, vt verterent Viderunt oculos nostros, per accusatiuum. Et id non solum, sed ipse Caietanus in sua expositione sequutus est. Omnes autem alij, transferunt per nominandi casum: iuxta intelligentiam in commentario traditam.

27 IVDICA me secũdum iustitiam tuam.] Vel hic Faber errat toto cælo. Ex Heb. inquit, non tuam, sed meam dicitur. Nam Heb. legitur כְצִדְקְךָ cetzidqueca secũdum iustitiam tuam, sicque reddit Hierony. Fuit ille falsus mendoso codice.

28 Bis legimus, Euge euge, sicut versu 24. codex Fabri in versione Hier. habet repertum, noster semel duntaxat, quemadmodum nũc legimus in Heb. Potuerunt haud absone Lxx iterare ad emphasim. Faber & Cæcus contendunt debere dici vah vah, propter euangelicum contextum: quia euge est interiectio gaudentis, vbi vah est insultantis. Non intellexerunt autem voculã hebraicam אָח ah, dupliciter accipi. Quod si à fronte accesserit he .i. h, aspiratio tenuis sic, הֶאָח heah, plærunque accipitur pro euge, quemadmodum in Heb. legimus hoc loco.

31 SEMPER magnificetur dominus, qui volunt pacem serui eius.] Heb. Qui vult pacẽ ser-

ui eius, vt referatur ad patrem: cuius finis beneplacitum saluare Christum suum. Frequẽter admonuimus affinitatem vocularũ in causa esse, vt numerus nunc hic, nunc ille inueniatur. Nã החפצי &, החפץ tantum differunt per iod à fine. Et prius potest esse plurale, alterum est singulare. Hoc ita punctatur החפץ hehaphetz: Illud sic, החפצי hahaphetze.

XXXV. PSALM. TIT.

In finem seruo domini, Psalmus Dauid.

Ex Alcu. DIXIT iniustus] Titulus [IN finem seruo domini psalmus Dauid] Psalmus iste agit de errore quorundam dicentium, omnia mala esse ex vitio naturæ & creationis nostræ: bona vero esse ex libero arbitrio, quod destruit hic Propheta, dicẽs, Mala omnia esse ex nobis: bona vero à deo per gratiam. Vnde & in titulo recte seruus domini dicitur fidelis, qui in hoc psalmo loquitur, quia bona à deo, mala sibi attribuit. Et est, [PSALMVS] iste, tẽdens [IN finem] attribuitur [DAVID] id est, fideli alicui, qui loquitur in hoc psalmo [SERVO domini] scilicet, de deo recte sentienti, quia
Ex Cass. bona deo: mala sibi attribuit. Vel per Dauid, hic intelligitur Christus, qui dicitur seruus domini id est, vsquequam patri obediens. Cui etiam verba psalmi huius cõueniunt. Et est, [PSALMVS] iste, tendens [IN finem] attribuitur [DAVID] id est Christo [SERVO domini] id est, deo patri vsquequam obedienti. Intentio. Monet vt mala nobis, bona deo attribuamus. Modus. Bi
Ex Alcu. partitus est psalmus. Primo, asserit mala esse ex homine. Secundo, dicit bona esse à deo per mise
Ex Cass. ricordiam. ibi, Dominus in cælo &c. Et notandum quod sunt duo genera peccantium, quia vel ex infirmitate carnis nõ possunt sequi iussa
Sap. 9 legis. Vnde in libro Sapientiæ dicitur, Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Vel blasphemi sunt, scilicet qui ex voluntate & liberè peccant. q.d. hæc deus nõ curet. Inde, id est, de talibus est quod dicit psalmus.

DIXIT iniustus vt delinquat in semetipso: non est timor dei ante oculos eius.

DIXIT iniustus &c.]
Ex Aug. Et est hic descriptio viri iniqui. q.d. [INIVSTVS] id est genus iniquorum, [DIXIT] id est, deliberauit [IN semetipso] scilicet apud se, & nõ in publico. q.d. proposuit in se vbi homo nõ videt. Quid [VT dereliquat]. i. libere peccet. Dico in semetipso, vbi si deus videt non curat, quia [NON est timor domini ante oculos eius] homines timet ne publice profiteantur iniquitatem. Deũ non timent. q.d. deus non requirat, vel curet. Vel ita iunge, Iniustus dixit &c. Vt delinquat. Vnde hoc est? quia, Non est timor domini ante oculos eius.

2 Quoniam dolose egit in conspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium.

QVONIAM in conspectu eius] scilicet dei, Ex Aug.
cuius timor non est ante oculos eius. [DOLOSE egit] id est in corde suo egit dolose, quia nõ nescit, imo scit, deum esse ibi, id est, in corde videre, & tamen malum vult, in hoc dolosè agit. [VT inueniret iniquitatẽ suam & odisset] alia litera, id est, de hoc dolosè egit, quod iniquitatẽ suam cũ dolo quærens, noluit verè inuenire & odisse. Multi enim inquirunt iniquitates suas, sed cum dolo, nolentes eas verè inuenire & odire: qui cum eas agnoscunt, non dimittunt, sed defendunt: quod si sincerè quærerent, inuenirent & odirent. Latet ergo illos verè, sed nolentes cõtra se faciunt, nolentes verè intelligere, cum tamen quærant nec excusantur de ignorantia.

¶ Aliter ab illo loco. Quoniam dolosè &c. q. d. nõ est timor, Quoniam dolose egit in con- Ex Cass.
spectu eius, sciliçet dei, id est, noluit studere legi dei, Vt inueniatur iniquitas eius ad odium, id est, vt per eam legem inueniret iniquitatem suã & odiret, quasi per ignorãtiam excusari possit. Aliter totum. q. d. Dicunt mali se delinquere, vel fato vel constellatione, vel necessitate prouidentiæ: sed potius, Dixit, id est deliberauit, In se- Ex Alcu.
metipso, id est, ex propria voluntate, nihil eum impulit, Vt delinquat, id est, vt derelinquat ad id quod creatus est. Et per hoc est Iniustus, & sic patet quod Nõ est timor dei, actu, Ante oculos eius, id est ante eum, qui timor omnibus imminet, quia omnes fatentur deum timere, sed in actu non ostendunt, Non est timor dei ante oculos eius, quoniam dolosè egit, id est, carni obedit non deo, cum aliud ratio insinuet, quod est In conspectu eius, sciliçet, dei. q.d. quod videt deus, & si non alius. Vel, In conspectu eius, scilicet, iniusti. q.d. quod videt ipse iniustus, à deo scit. Vt inueniatur, ab ipso eodem, Iniquitas eius ad odium, id est, quod iniquitas sua habenda est odio apud deum & omnes bonos, non odiuit tamen eam.

3 Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt bene ageret.

VERBA oris eius] Hic ostendit per partes Ex Alcu.
iniquitatem, scilicet, in verbis, in cogitationibus, in operibus malis. Et hoc est, Verba oris eius, sunt [INIQUITAS & dolus] id est, iniqua & dolosa, vel aperte mala. Vel si bona cum dolo, cogitatio quoque eius cum posset esse bona de bonis, est de iniquis. Et hoc est, [NOLVIT intelligere] non nego eum posse, sed dico nolle, quid? [VT bene ageret] nõ dico eũ nolle intelligere, quod non potuit, sed quod potuit. Et ita perniciosius agit contra seipsum, qui quod potest intelligere, non vult. Sunt enim quædam & quæ si vo- Ex Aug.
lunt intelligere homines nõ possunt, vt in principio erat verbum, sed si non potuit intelligere

in principio erat verbum:potuit tamen intelli-
gere vt bene ageret, sed noluit, & ita veniam nõ
Ex Cass. habet. Imprũdentiæ enim aliquando datur ve-
nia, voluntati malę semper pœna. Noluit intelli
gere, sed potius,

4 Iniquitatem meditatus est in cu
bili suo:astitit omni vię non bonæ,
malitiam autem non odiuit.

INIQVITATEM meditatus est in cubi-
Ex Aug. li suo] id est in corde, in quo sibi complacet, In
quo mundo, id est, si mundum esset, quiesceret.
Matt. 6 vbi præcipit domi nos orare, clauso ostio men-
tis importunis cogitationibus: vt scilicet nihil
extrinsecum à deo petamus. quod si petimus, o-
stium cordis patet, turba malarũ cogitationum
videt atque subintrat. Vnde Salomon, Muscę
morientes perdunt suauitatem vnguenti, id est
importunæ cogitationes sibi succedentes, exter
minant dulcedinem puræ orationis. Hanc tur-
bam amouit dominus, quando filiam archi-
synagogi in domo suscitauit. Et Moses legẽ sc-
Matth. 19 cepturus, & cum domino loquuturus, relictis
Exod. 19 turbis in inferioribus, montis verticem ascẽdit.
2. Reg. 4. Hisboseth quoque filius Saulis ab hostibus, an-
cilla ostiaria non bene custodiente ostium, occi
Ex Aug. sus est. Hoc est ergo hic, in cubili suo, quod su-
pra dixit, In semet ipso, id est, in corde, vbi velut
in cubili quiescunt mundo corde. Si ergo extra
est tumultus, vel, id est, saltem, in cubili sit quies,
quæ erit si sit ibi bona coniunx, scilicet dei sa-
Sap. 8 pientia, & pura conscientia. quod si ibi sit mala
vxor, nec ibi est quies: & ita nusquam. Sunt nã-
que tria quæ non sinunt hominem in domo
quiescere, scilicet fumus, stillicidium, & mala v-
xor: Fumus, sunt peccata, quę ex concupiscen-
tia nata, mentem obtenebrant. Stillicidium, pec
cata, quæ aliunde profluunt. Mala coniunx, est
sapientia carnis, quæ inimica est deo: vel mala
conscientia, quæ rationi repugnat. Si quem er-
go sua vel aliena inquietauerint vitia, confugiat
ad cubile, ibique si bonam receperit coniugem,
quiescet: si malam, turbabitur amplius. [ASTI-
TIT] q.d. mala sunt verba, & cogitationes, & etiã
opera sunt mala. Et hoc est, Astitit. q.d. cum stu
dio & mora. s. perseueranter [OMNI viæ non
Ex Aug. bonę] id est, prõnus fuit iniqua operari [MALI
tiam autem non odiuit] sed dilexit. Ecce sum-
ma mali. Qui enim non potest pœnitus carere
malitia, debet vel. s. saltem odisse, quam quidem
deus odit, vt mente seruiat legi dei. quod iste
non fecit, qui inuenit & sciuit esse mala, sed ta-
men non odiuit.

PARS II 5 Domine in cælo misericordia
tua:& veritas tua vsque ad nubes.

Ex Alcu. DOMINE in cęlo misericordia tua] Hic est
secunda pars, vbi dicit bona esse à deo per mi-
sericordiam. q.d. Mala sunt ex homine, sed bona
sunt ex dei misericordia. Et hoc est, sed ô Domi
ne in cælo, id est, in ijs qui sunt cælum. i. arcana
sciẽtes. Est, Misericordia tua, & quod ipsi iidem
sunt nubes, est à te. Et hoc est, [ET VERITAS
Ex Aug. tua] venit [VSQVE ad nubes.] Nũbes sunt
doctores.

6 Iustitia tua sicut montes dei: iu-
dicia tua abyssus multa.

IVSTITIA tua] est [SICVT montes dei]
id est, iusti tui qui sunt montes dei spirituales,
comparantur montibus realibus: quia luce veri Ex Aug.
solis ante alios illustrantur. Et sicũt hos eligis, Ex Hier.
qui sunt montes & nubes: ita alios reprobas, & & Alcui.
ita [IVDICIA tua] scilicet quod horum mi-
sereris, & hos excęcas, sunt [ABYSSVS multa]
id est, nulli pœnitus sunt scrutabilia. Et licet hos
erigas, alios reprobes, tamen vtrosque saluas.
Et hoc est,

7 Homines & iumenta saluabis
domine: quemadmodum multipli
casti misericordiam tuam deus.

HOMINES & iumenta] id est electos & re-
probos. [SALVABIS domine] hos corporaliter Ex Alcu.
tãtum. s. reprobos: illos etiam spiritualiter. i. ele-
ctos, in quo magna apparet misericordia. Vnde
admirando dicit, [QVEMADMODUM &c.] al iter
iunge literam, ibi, Homines, iũdicia tua sunt in- Ex Cass.
comprehensibilia, quia Homines, id est rationa Ex Hier.
biles, & Iumenta. i. irrationabiles, Saluabis do-
mine. non mutatur sensus. Saluabis quemadmo
dum [MVLTIplicasti misericordiam tuã deus]
Secundũ hanc lectionem sic procede in sequen
tẽ versum. q.d. Homines & iumenta saluabis, sed
præter iumenta. i. pręter salutem temporalem,
quæ iumentis, id est reprobis datur: Filij homi
num &c. ¶ Aliter totum ab illo loco, Domine Ex Aug.
in cælo. q.d. mala sunt ab homine, sed bona & spi
ritualia, & temporalia, sunt à deo: de spiritualibus
docet primo, post de temporalibus. Et hoc est, ma
la ab homine, sed ô Domine misericordia tua, sci
licet, quam sanctis das, est in cælo, id est, cælestis,
non terrena, vt ista temporalis, quæ cõmunis est
bonis & malis Sed quomodo homo agnosceret
misericordiam cælestem nisi ei deus nũtiaret? Nũ
ciat vero missa veritate vsq; ad nubes. Et hoc est,
Veritas tua; venit vsq; ad nubes. i. prædicatores,
per quos tonat deus cõminationibus, chorufcat
miraculis, pluit doctrinis. Et ideo rectè dicuntur
nubes. Vnde, Qui sunt isti qui vt nubes volant, Esaię 60
& quasi columbæ ad fenestras suas? Et alibi, Man Esaię 5
dabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem.
Et est sensus; Veritas tua vsque ad nubes venit, id
est, veritatem tuam nubibus, & per nubes omni-
bus alijs præstas, per quam cælestem misericor-
diam tuam intelligãt. Et ipsi iidem nubes qui sunt
Iustitia tua. i. per iustitiam tuam, qua implentur,
Sunt montes dei, non seculi. Montes seculi sunt,
Arrius, Maximianus, Donatus, Sabellius, & alij
hæretici, per quos vnusquisque ducens nauẽ, nau
fragium faceret. Et bene doctores etiã montes di
cuntur, quos prius sol iustitiæ, id est Christus luce
sapientiæ vestit; quæ post de eis, & si non ab eis, Malac. 4
ad infima vallium, id est, in inferiorum corda de-
scendit. Ideo dico de eis, & si non ab eis. Ministri 1. Cor. 4
enim sunt doctrinæ, non auctores, sed illuminati
per iustitiam fiunt montes, & per iudicia tua, fiũt
alii Abyssus, id est profundi in peccatis. & est hęc
abyssus, Multa, quia isti tales sunt multi, montes
vero pauci. Homines. Ostendit supra spiritualia

bona esse à deo, hic temporalia esse ab codẽ dicit.q.d.non solum spiritualia,sed etiam tempora lia sunt à deo.quia,Homines & iumenta,id est, carnales qui hæc amant,cum iumentis,Saluabis domine,sicut iumenta temporaliter tantum. q. d.qui vtrosque fecit, vtrosque temporaliter saluat,quia & temporalia sunt à deo, quæ eis communiter dat,& dicit homines carnales tantum. Iumẽta,accipit ad literam,saluabis,quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus.

8 Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum,sperabunt in te.

Ex Aug. FILII autem hominum]q.d.homines,scilicet carnales,saluabis corporaliter tantum, cum iumentis, sed Filij hominum,id est,boni, [SPERABUNT]id est,supra homines dicuntur, qui sunt secundum Adam.i.qui portant imaginẽ veteris hominis: hic filij hominum dicũtur,qui sunt secundum Christum,id est , qui imaginem Christi portant:tamẽ filij hominum, generaliter homines dicuntur [IN tegmine alarum tuarum]

Ex Aug. à simili auis hoc dicit.Et dicit alas,vetus & no

Ex Hier. uum testamentum . Et est, In tegmine alarum tuarum,id est,in protectione veteris & noui te-

Ex gl.int. stamenti [SPERABVNT] futura bona , cum illi qui sunt secundum Adam præsentibus gaudeant:hi qui secundum Christum sunt , sperant misericordiam quæ in cælo est, per nubes annuntiata.

9 Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ:& torrente voluptatis tuę potabis eos.

Ex Aug. INEBRIABUNTUR]A simili loquitur,quia non potest res exprimi,sed per hoc simile innuit, vt per hoc pleni gratia mentem carnalis affectionis perdant,ne suos carnaliter iam cognoscant patres,filios,amicos. Vnde dominus in euange

Matt.10 lio,Qui non oderit patrem, & matrem,aut fratres siue sorores propter me,non est me dignus. Et hæc inebriatio est[AB vbertate domus tuę]

Ex Cass. præsentis scilicet ecclesiæ.[ET torrente voluptatis tuæ] id est, spiritu sancto [POTABIS

Ex Aug. eos]q.d.impetus erit gratiæ & misericordiæ ad eos inebriandos . Vel torrens voluptatis dici-

Ex Alcu. tur voluntas dei in homine, rumpẽs omnia obstacula.Et est,Torrente voluptatis &c.i. voluntas tua quasi torrens in homine omnia rumpet obstacula. Vel,Torrens voluptatis tuę dicitur

Ex Cass. sapientia Christi , quia subita est & rapida . Et est , Torrente voluptatis tuæ , id est, sapientia tua,Potabis eos, Vel de futuro potest accipi sic,Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, futuræ Hierusalem , tunc enim in te ebrij erunt,

Ex Aug. id est pleni,qui modo sperant. Et,Torrente vo

Ex Alcu. luptatis,id est delectationis,Tuæ, quæ dicitur torrens,non ideo vt sit transitoria beatitudo, sed copiosa,Potabis eos. & poteris.

10 Quoniam apud te est fons vitæ:& in lumine tuo videbimus lumen.

Ex Aug. QVONIAM apud te]ô Christe[EST fons vitæ]id est,initium omnis boni,[ET in lumine tuo] ô Christe [VIDEBIMUS lumen] quia per eius prædicationem videmus nunc lumen patris,& spiritus sancti.Et ideo,Prætende misericordiã tuã,vt in hoc sæculo tutius eatur.Vel ita, vt ad patrẽ dirigat sermo ab illo loco, Quoniã apud te.q.d.potabis,& verè,quia Apud te,ô pater[EST fons vitæ] id est Christus,qui idẽ est lumen.Vnde sequitur, Et in lumine tuo, id est per Christum,qui est lumen de lumine, Videbi Ex Hier.

mus lumen , in futuro,id est patrem. Et nota q Ex Aug.

idem qui est fons,est lumen:Fons, quia satiat: Lumen,quia illuminat.Interim autem,

11 Prætende misericordiam tuam scientibus te:& iustitiam tuam his qui recto sunt corde.

PRAETENDE misericordiam tuam scientibus te]rẽctè credentibus,scilicet, quod bona Ex Aug.

à te,mala à se,[ET iustitiam tuam]scilicet vitæ rectitudinem[HIS qui recto sunt corde] & gl.int.

qui dirigunt se ad voluntatem dei, non eã curant à se vt in omnibus ,scilicet prosperis & Ex Cass. Ex Aug.

aduersis laudent deum.

12 Non veniat mihi pes superbiæ:& manus peccatoris non moueat me.

NON veniat]q.d. spero, inebrior,& pro his Ex Aug.

[NON veniat mihi pes superbiæ]id est superba Ex Cass.

affectio,quę est pes quo itur à deo,id est recedi Ex Aug.

tur.hoc est quod in alio psalmo dicit, Ab occul Psalm.18

tis meis munda me.[ET manus]id est,impulsio [PECCATORIS] id est diaboli [NON moueat me] hoc est quod alibi dicit, Et ab alienis parce seruo tuo. Et ita facit nobis sicut iste petit.Nãm & mala quæ à nobis vel à diabolo sunt Ex gl.int.

amouet deus. Et nota rectum ordinem, Prius enim dicit , Non veniat superbia: & post,Manus peccatoris nõ moueat me , quia si superbus es,cito te mouet operatio male suadentis,aliter non . Ideo timeo,Non veniat mihi pes superbiæ,quia,

13 Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem:expulsi sunt, & nõ potuerunt stare.

IBI ceciderunt]id est in pede superbiæ[CECIDERVNT] q.d.de alto [QVI operantur] Ex Aug. Ex gl.int. Ex Aug.

adhuc [INIQVITATEM]scilicet diabolus & Ex gl.int.

primus homo[EXPVLSI sunt]à pãradiso,diabolus primo,& postea homo.[NEC potuerũt stare] vi sua. Vel de philosophis potest accipi hoc,sic. Ex Aug.

Ideo non veniat pes;quia,Ibi,id est in pede superbię Ceciderunt,quia cum cognouissent nõ sicut deum glorificauerunt. Qui operantur iniquitatem,iuxta illud, Tradidit Rom.1

illos deus in desideria cordis eorum,&c. Expulsi sunt, nec potuerunt stare,hoc non mutatur.

COLLATIO
In psalmum trigesimumquintum, Dixit iniustus.

2 QVONIAM dolose egit in conspectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium] Infinitiuus hebraicus positus loco gerundii latini, & respondens ad id quod dictum est, vt inueniatur: efficit vt posit verti actiue aut passiue. לִמְצֹא limtzo ad inueniendum, id est, vt vertit Hieron inueniret iniquitatem scilicet deus, ad odiendum. Præterea etiam vertit actiue. Sanctes quidē actiuum posuit, & addidit de suo: ad alium sensum, conuertens sic, Vt inueniat iniquitatem suā: vt odio habeat bonum. Nam propter reciprocum pronomē, necesse erat intelligentiam referri ad malitiam peccantis: qui sibi blanditur de peccato. Apud heb. autem huiusmodi adfixa seu pronomina, iuxta quod res expostulat: possunt facere reciprocationē, aut simplicem relationem: quod & fit apud Græcos.

Natura pronominum hebraico rū & græcorum. Ob idque Augustinus legit, vt inueniret iniquitatem suam & odisset: secundum quod habes in glo sa expositionem. græcè enim legitur τοῦ εὑρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ, ϗ μισῆσαι. Munsterus non dissidet a LXX, Quousq; ait, inueniatur iniquitas eius odio digna. Succinit Pellicanus, & Campensis paraphrastis.

XXXVI. PSALM. TIT. Psalmus Dauid.

Ex Alcu. NOLI æmulari.] Titulus. [PSALMVS Dauid] Psalmus iste, tertius est eorū qui per alphabettum imperfectum describuntur, & est totus de correctione morum. Est enim psalmus iste, quasi vestis Christi, & potio corporis eius vestis, scilicet quæ totum corpus eius operiat præceptis, & protegat contra

Ex Aug. aduersa, & quasi sinu consilij foueat. Pôtio cōtra infirmos, qui murmurant de flore malorum, & labore bonorū quasi omnia casu agantur, quorum errorem curat psalmus velut salubre antidotum, docens omnia, & hæc inferiora diuina prouidentia gubernari, & non casu agi. Intentio.

Ex Alcu. Ex Cass. Monet vt spreto mundo deo adhæreamus. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo, monet ecclesia, in cuius persona loquitur Propheta, ne quis malignātes imitetur: sed quicquid boni speratur, á domino postuletur, qui profutura dat & æterna. Secundo dicit malos super bonos inuidia torqueri. ibi, Obseruabit peccator. Tertio, tractat iustum hic nunquam deseri, præmia bonorum & pœnas malorum commiscens, cū interiectis adhortationibus. ibi, Iunior fui &c. Dehortans ergo ecclesia ab immitatione malignantium, ait,

NOLI æmulari in malignantibus: neque zelaueris faciētes iniquitatem.

Ex gl. int. NOLI] ô tu infirme, qui hoc soles [AEMVLARI] id est indignari [IN malignantibus] id est, Ex Hier. in consideratione malignantium, quia florent. Ex gl. int. [NEQVE zelaueris] id est, nō ames nec imiteris [FACIENTES iniquitatem] quia bonos premunt. cur? Ex Hier. Ex gl. int.

2 Quoniam tanquam fœnum velociter arescent: & quemadmodum olera herbarum citò decident.

QVONIAM tanquam fœnum] quod hodie floret, & cras in clibanum mittitur [VELOCITER arescent] mali, id est, & cito decident mali, [ET quemadmodum olera herbarum] vel prati, alia litera, vilia, quæ non habent altam radicem. Et ideo hyeme virent, æstate arent. Et accipitur pro eodem fœnum & olera, quibus rectè comparantur mali, qui hyeme florent, æstate autem arescent. Modo ergo hyems est, æstat iudicij dies, vbi mali non virentes [DECIDENT] atq; arescent, quia non habent radicē in alto per charitatem, ecōtra altæ radicis arbor per charitatem modo est arida, quia nondū apparuit quod erimus: tunc gloriosæ, quia tunc nos circunueniet dignitas floridi, & vbertas fructuum locupletabit. Hoc autem & si longum videatur patienti, cito est deo. Iunge ergo te deo, & tibi cito erit. Et est dies illa incognita, quia tanquam fur veniet. Secundū illud, De die autē illo nemo scit, neq; filius, neque angelus, neq; homo. Sed quomodo dicitur filius nescire, qui omnia nouit quæ pater? Vt dicitur dies lætus, quia lætos facit, & frigus pigrum, quia pigros reddit. Sic dicitur filius nescire vel scire nobis: quibus missus est magister quæ scire vel nescire nos facit. scit itaq; sibi nō nobis. Aliter per fœnū intelligitur nobiles, qui in tēporalib' proficiunt facile. Per olera quæ nō hortorum sunt, sed herbarum .i. vilissima quæ per agros sponte nascuntur, intelliguntur mediocres: sed & illi cito arescunt, id est, nobiles: & hi, id est, mediocres Decident. & hoc, cum Quoniam illi qui sunt, Tanquam fœnum, id est nobiles, Velociter arescēt: & illi qui sunt, Quemadmodum olera herbarum, id est mediocres, Decident. Illi ita, tu vero, Ex Aug. & gl. int. Ex Aug. Ex Cass.

3 Spera in domino, & fac bonitatem: & inhabita terram, & pasceris in diuitiis eius.

SPERA in domino] illi in vanis. Spes enim est introitus fidei, initium salutis: quia per spem intratur ad videndum illud quod creditur; & sperare in deo, initio fidei docemur. [ET fac bonitatem] quia fides sine operibus mortua est, & li contra malitiam faciunt [ET inhabita terrā] ne bona facias extra ecclesiam [ET pasceris] vsque ad saturitatem & suauitatem [IN diuitijs eius] terræ, quæ sunt ipse deus. vel in scripturis sacris. Et, Ex Augu. Ex Cass. Ex Aug. Ex Cass. & Aug. Ex Hier.

4 Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.

DELECTARE in domino] Ecce diuitiæ terræ. [Delectare in domino] scilicet ita vt suauis sit tibi eius delectatio vel recordatio, & vt ames quæ Ex Aug. Ex Cass.

times,spreta mundi iocunditate.[ET dabit tibi petitiones cordis tui,id est rationis non carnis.& vt det,

5 Reuela domino viam tuam, & spera in eo:& ipse faciet.

Ex Aug. REVELA domino viam tuam].i.Indica ei quid pateris in carnem.i.carnis corruptionem, & ꝙ velis inde liberari.[ET. spera in eo, & ipse] qui potest [FACIET]q.d.& gratia dei te liberabit de corpore mortis huius.Vel ita ab illo loco,Spera in dom.bo.ęterna,quę sunt in dño.Et vt speres, Fac bonitatem.i.bona quæ vt facias.
Ex Alcu. Excole terram. Alia litera, Euani.s.corpus, ne germinet spinas & tribulos.Et sic,Pasceris in diuitijs eius.i.in virtutib⁹ eius, Vnde non in te, sed in domino, Delectare.i. delecteris. quod si est,Dabit tibi petitiones cordis tui, id est, æterna,quæ petit ratio.Hæc quidem prædicta iustis dico:quod si peccator es,Reuela domino viam tuam,id est,confitere peccata. Et sic item,Spera in eo,id est bona quę sunt in domino. & ipse Faciet,id est dabit.Quid?

6 Et educet quasi lumen iustitiam tuam: & iudicium tuum tanquam meridiem:subditus esto domino,& ora eum.

Ex Cass. ET educet de tenebris seculi, [IVSTITIAM tuam] id est,fidem quę hic est,quasi sub modio,
Ex Aug. [QVASI lumen]id est ad lucem iudicij,vbi omnia palam erunt. Modo enim abscondita est iustitia,id est fides qua iuste operaris,quia nondum vides quod credis. [ET indicium tuum] quo iudicas,& eligis sequi quod non vides, qđ modo à malis irridetur. Educet [TANQVAM meri diem]nō solum vt lumen, sed vt clarum lumē, Interim vero debes hoc facere,scilicet [SVBditus esto domino] id est obedi præceptis eius,
Ex Cass. [ET ora eum] donec det promissa. Eccē bona regula,vt bona faciamus,& semper rogemus.

7 Noli ęmulari in eo qui prosperatur in via sua:in homine faciente iniustitias.

Ex gl.int. NOLI]hic exponit vnde solet nasci indignatio.[NOLI æmulari in eo qui prosperatur in
Ex Aug. via sua] & non dei,in qua tu es.In via prosperatur iste,sed in peruentione, id est cum ad finē peruenerit, erit infelix: tibi iusto econtra. Et ideo,Noli æmulari in eo qui prosperatur,scilicet [IN homine faciente iniustitias.] Sed tu,

8 Desine ab ira,& derelinque furorem:noli æmulari vt maligneris.

DESINE ab ira] id est, ne turbetur oculus
Ex Aug. tuus ira.Vide veritatem,id est Christum multa passum,nunquam prosperatum,nec tamen iratum. Ideoque non irascaris de flore malorum, quia inde irasci & indignari,est contra deū murmurare, & propè blasphemare.[ET derelinque
Ex Cass. furorem]Nota differentiam inter iram,& furorem. Ira subita est,furor diutius durat:sed vtraque deserenda sunt,per quæ peccatur. Hoc dicitur ei qui adhuc infirmus tumet, cur non bona sibi dantur,quæ etiam mali habent.Et,Noli æmulari vt maligneris, id est vt voluntariè sis malus, imitādo eum qui malignè faciendo ad tēpus floret. Vel ita ab illo loco, Noli æmulari.q. d.ora eum.Et,Noli,autem, Aemulari in eo qui ꝓsperatur in via sua,id est, ne moueat te à peregrinatione,prosperitas malorum. neque,In homine faciente iniustitias,id est, si faciunt iustis iniqua. quod & si tibi aliqua faciunt, Desine ab ira,id est,ne sis iratus.quod & si grandia faciūt, Derelinque furorem,id est,ne furiosus sis. præsertim,Noli ęmulari vt maligneris,id est,vt eodem modo sis malignus. Ex Aug. Ex Alcu.

9 Quoniam qui malignantur exterminabuntur: sustinentes autem dominum ipsi hęreditabūt terram.

QVONIAM qui malignantur] .i. qui mali sunt,& si modo florent [EXTERMINABVNTUR] in futuro,id est,extra terminos terræ viuentium damnabūtur.[SVSTINENTES autem]scilicet qui aduersa ferunt,& pręsentia despiciunt, propter [DOMINVM] qui non fallit,& omnia potest, [IPSI hæreditabunt terram] viuentium, sed quādiu ferendum? cito erit quod infirmo diu videtur. Et hoc est, Ex gl.int. Ex Cass. & gl.int. Ex Aug.

10 Et adhuc pusillum & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.

ET adhuc] q.d.iam sustinuisti[ET adhuc] restat [PVSILLUM] id est parum. Ne ergo tędeat te [ET non erit peccator] pro quo gemis, id est,non erit dominium peccatoris,qui nunc viuit pio,id est,ad vtilitatem pij.quem purgat pusillum,est vsque ad finem vitæ cuiusque,quādo liberātur sancti. Post istam tamen vitam paruā, nondum eris vbi erunt sancti. quibus dicetur, Venite benedicti patris mei.i.non habebis geminam stolam, quam habebunt sancti in resurrectione,sed poteris esse in illa requie,in qua diues superbus & sterilis vidit Lazarum vlcerosum & pauperem,in qua requie securus expectes diem iudicij, quando recepto corpore angelis æquaberis. Sed quomodo Lazarus erat in requie, cum nondum esset missa hostia?in spe, ex toto: in re,partim:quia nec ignem materialem, nec vermem consciētiæ corrodentis sentiebat. [ET quęres] q. d. sic non erit peccator,quia Quæres [LOCVM eius & non inuenies] id est si quæreres non inuenires, quia non habebit tunc vsum,quem modo habet, cum eo vtatur deus ad probandum iustum.flagellum nempe facit deus de malis sibi quo castiget filios. Ex gl.int. Ex Aug. Matth.25 Lucæ 16 Ex Alcu. Ex Aug.

11 Mansueti autem hęreditabunt terram:& delectabuntur in multitudine pacis.

MANSVETI autem] nōn quicunque sustinētes sed qui patienter tolerāt. [HAEREDITABVNT terram] viuentium, & quid ibi erit?[DELECTABUNtur in multitudine pacis] Mali in cæteris delectantur:tibi ô iuste omnia pax. Ex Cass. Ex Aug.

PARS II 12 Obſeruabit peccator iuſtum:& ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.

Ex Caſs. OBSARVabit peccator iuſtũ]Sẽcũda pars.
Dicto quod boni non debent æmulari maloa
ſubdit,Hic malos ſuper bonos inuidia torqueri,
quod nõ ſunt eis ſimiles. Et ideo pudor eſt eoa
.ſ.malos æmulari.q.d.tunc pax eis,ſed modo eſt
bellũ,quia [Pacator obſeruabit]q.d.occultia
inſidijs [IVSTVM]vt eum alliciat. Ideo, Ob-
ſeruabit,quia dum videt iuſtũ,credit ſe accuſari
ab eo:ſi vero nõ poteſt allicere,[ATRIDEBIT
AVPAR cum dentibus ſuis] vt furens belua.
Ex Aug. q.d. quẽm non poteſt ſubuertere, conatur
occidere.

13 Dominus autem irridebit eum: quoniã proſpicit quod veniet dies eius.

Ex gl.int. DOMINVS autem irridebit eũ] id eſt irriſi
bilem videt,& videre ſuos facit. ſicut ergo de⁹,
ſicut & nos videntes maloa perituros irridea-
Ex Caſs. mus,& pręſentes grandia cõnſolatio eſt iſta. De
Ex Aug. hoc irridebit [QVONIAM proſpicit] quod
ipſe peccator onn videt [QVOO veniat] vido
& tu hoc cum deo [DIBA eius] quo retribue-
tur ei.Semper enim vindicatur in impium, aut
hic,aut in futuro,ſi ſe conuertit, vindicatur in
eum hic,vt in Paulo,qui diuina voce proſtra-
tua reſipuit.ſi oon coouertit ſe,vindicabitur in
Ex Alcu. eum in futuro. ſi neque blanditija, neque minis
aget pœna aggreditur. Vnde ſubdit,

14 Gladium euaginauerunt peccatores:intenderunt arcum ſuum.

OLADIVM]etiam[AVAGInauerunt pec-
Ex Aug. catores] Eccẽ aperta impugnatin. Si vero nec
Ex Alcu. ſic proficit,inſidiatur dolis.quando bene loquẽ
do,mala intendit.Et hoc eſt, [INtenderunt ar-
Ex Aug. cum ſuum]id eſt,dnloa.Eccẽ occulta impugna-
tio,quę fit per ioſidias.poſtea reddit ſingula ſin
gulis.q.d.Arcum ſuum iotenderunt,

15 Vt decipiant pauperem & inopem:vt trucident rectos corde.

Ex gl.int. VT decipiant pauperem]qui ſibi non ſuffi-
cit [ET inopem] qui nec habet opem ab alio.
Gladium euaginauerunt [VT trucident rectos
Ex Caſs. corde]vt mãrtyres,ſed,

16 Gladius eorum intret in corda ipſorum:& arcus eorum confringatur.

GLADIVA eorum intret in corda ipſorũ]
Ex Caſſ. vndẽ venerat. q.d. occidendo io corpore, ſe
& gl.int. occiderat in mente, quod non nocet ſanctis,
ſed potius dolus eorum fit inanis,vt in ſequen-
ti dicitur.Gladius eorum intret in corda ipſo-
Ex Aug. rum, & ſic fit. Tibi enim oocent ò iuſte extra:
ſibi vero intus,& ita inſaniunt,quaſi quũm per
corpua ſuum mittat gladium, vt cedat tuni-
cam alterius. [ET arcus eorum coofringatur]
id eſt inſidiæ fruſtrentur ne noceant iuſto, qui
& ſi ſpolietur dicat,

17 Melius eſt modicum iuſto:ſuper diuitias peccatorum multas.

MELIVS eſt modicum iuſto &c.] Vel ita
iunge literam. Ita impiua iuſto,tamen [MELIVS
eſt modicum iuſto] quod habet [AVPER di- Ex gl.int.
uitias peccatorum multas,id eſt, qũia & ſi mo-
do proſpere malia, non tamen ſic ſemper erit.
Et nõta quod paulo ante de malitia peccatorũ Ex Alcu.
& ſuſtineotia booorum egit. Hic de diuitijs il-
lorum & paupertate horum.Verẽ melius,

18 Quoniam brachia peccatorum contererentur: confirmat autem iuſtos dominus.

QVONIAM brachia] id eſt potentia [PEC
catorum contererentur,iuſtos autem confirmat Ex Aug.
dominus] In aduerſis per ſpem,per exempla, &
maxime per exemplum crucis ſuæ. Crux enim
finita eſt io pœna, maoet in gloria, à locia enim
ſuppliciorum,tranſit ad frontea imperatorum.
qui tantum honorem dedit ſuis pœnia,quid fa-
ciet fidelibus ſuis?

19 Nouit dominus dies immaculatorum:& hęreditas eorum in ęternum erit.

NOVIT] q.d. Quomodo confirmat? quia, Ex Aug.
[NOVIT dominus] homo non poteſt ſcire.
[OIES immaculatorum]& ſi miſeri videntur
ignaris, ſcit deus quid eis ſeruiet. Vel, No- Ex Hier.
uit,id eſt approbat, Dominus dies immaculato-
rum,id eſt vitam immaculatorum, [AT hære- Ex gl.int.
ditas eorum] quæ pro diebus immaculatis dabi
tur [IN æternum erit.]

20 Non confundetur in tempore malo,& in diebus famis ſaturabuntur:quia peccatores peribunt.

NON confundentur] Cõnfunditur iſte qui Ex Aug.
ſperat in homine,ſe,vel alio. Vnde, Maledictua Hiere. 17.
qui ponit carnem brachium, ſi [IN tempore
malo,id eſt tribulationis pręſentis, in qua po-
tiua gloriantur,[ET in diebus famis] qui mo-
do ſunt, quando non eſt plena refectio, & eſt
multa miſeria. [SATVRABVNTVR] in ſpe.
& verẽ [QVIA PECCATORES peribunt]
tantum. quia ablatis exterioribua nihil habent
intus,extra tribulantur & intra. Nam

21 Inimici vero domini mox vt honorificati fuerint & exaltati:deficiẽtes quemadmodum fumus deficient.

INIMICI domini vero] id eſt in veritate, Ex Hier.
MOX VT honorificati fuerint] honoribus & gl.int.
& potentia [ET EXALTATI]gloria [DEFI
CIENTES] in interiori, & penitus ab omni
virtute [QVEMADMODVM FVMVS DE- Ex Aug.
FICIENT.] Fumus quanto plua extendi-
tur, tanto plus euaneſcit, ita mali. Nam quan
to gradus altior eſt,tanto caſus grauior. Vel ita
ab illo loco,Non confundentur in tempore.Et

legitur partim de præsenti, partim de futuro: sic, Non confundentur in tempore malo, id est,
Ex Caſſ. futūri iudicij. Et in diebus famis, id est in hac
Matth.5 vita, quæ est dies famis, quando boni eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, Saturabuntur, per ſcripturas & exempla, & per domini promiſſiones. His duobus alia duo poſtea opponit, agens de malis, ſcilicet, Peccatores peribunt, contra hoc quod
Ex Caſſ. dixerat, Non confundentur. Et, Inimici vero; contra hoc quod dixerat, Saturabuntur. Sic boni non confundentur in futuro, quia, peccatores tantum, peribunt, in iudicio, boni ſaturabuntur hic: ſed Inimici domini mox, id eſt, q̄ ſtatim Honorificati fuerint & exaltati deficientes, id
Grǽcus tamen innuit, vt, eſſe de textu. ἅμα τῷ δοξασθῆναι αὐτούς. eſt, quam ſtatim in altum conſcendunt, tam ſtatim à veritate cadunt, nĕc eſt in textu, Vt. Ipſi dico, Deficientes, vt nec iudicium boni remaneat. Et hoc, Quemadmodum fumus. quia quáto plus eleuantur, tanto citius cadūt, vt fumus. Vel ita vt prīmus verſus, totus de futuro, ſecundus de præſenti legatur, ſic, Non confundentur in tempore malo, id eſt iudicij. &, In diebus fa-
Ex Hier. mis, ſcilicet quando mali eſurient, in futuro, Saturabuntur. Quia, tunc, Peccatores peribunt. & non ſolum tunc, ſed etiam interim, Inimici domini mox honorificati, &c. Hoc non mutatur. Ideo hæc malis, quia

22 Mutuabitur peccator & nó ſoluet: iuſtus auté miſeretur & tribuet.

Ex Augu. MVTVabitur peccator & non ſoluet] Hĭc accipit corpus & menté & cętera, à deo. & non
Ex Caſſ. agit gratias. Vel, Mutuabitur peccator, id eſt, ău dit verbum dei, [ET non ſoluet] id eſt nó reddit operibus, quod auditu percepit. q.d. non refert lucrum, [IVSTVS autem miſeretur & tri-
Ex Aug. buet] dĕ his quæ accipit à deo. Et nŏta quia
Ex Caſſ. prius mouetur miſericordia erga non habentes, deinde tribuet. Præcedit ergo miſericordia in affectu, & largitas ſequitur in effectu. Et ideo prius dixit, Miſeretur, & poſtea Tribuet. Sĕm-
Ex Aug. per eſt aliquid quod det, ſalté orationem: ideo miſeretur & dat, quia ſcit quod benedicentes dominum hæreditabunt terram, & maledicentes diſperibunt. Et hoc eſt,

23 Quia benedicentes ei, hęreditabunt terram: maledicentes autem ei, diſperibunt.

QVIA benedicentes ei] ſcilicet ĭn omnibus
Ex Caſſ. gratias agentes, & iuſſa ſequentes. [HAEreditabũt
& gl. int. terram] viuentium, [MALEDIcentes autem ei] turpi vita, de quibus dicitur, Nomen dei per vos blaſphematur inter gentes [DISPERibunt] etiam cum benedicentes ſunt, pereunt in malo, ſecun-
Rom.2 dum illud, Conuerte impium & non erit. Ideo eſt benedicendum, quia,

24 Apud dominum greſſus hominis dirigētur, & viam eius volet.

Ex Caſſ. GRESSVS hominis] qŭi per ſe erant tortuoſi, quia in peccatis nati ſunt homines] DIRIgentur] vel dirigetur [APVD dominum]. i. à do-
Ex gl. int. mino. Dĭcitur hoc à ſimili regis vel reipublicæ diſponentis. Grĕſſus dicit opera & effectus [ET] Ex Hier.
per hoc [VIAM eius] dei, & ſi dūra ſit [VOLET] homo. Via terræ nō eſt dura: ſed tamē ple- Ex Aug.
na latronibꝰ: ſed via domini tuta, & ſi dura. Vel,
Viam eius .i. hŏminis, Volet, deus. In qua via dei, Ex Alcu.

25 Cum ceciderit, non collidetur: quia dominus ſupponit manū ſuā.

CVM ceciderit]. i. ădueſa erit paſſus corpo Ex Caſſ.
re [NON collidetur] mĕnte. Vel ſi cadit peccādo Ex Hier.
venialiter, nō frangitur per crimina [QVIA do- & gl. int.
minꝰ ſupponit] à ſimili hoc dicit [MANum ſuā] id eſt, auxilium.

26 Iunior fui, etenim ſenui: & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen PARS III eius quęrens panem.

IVNIOR fui &c.] Tĕrtia pars. Tractat hĭc Ex Caſſ.
iuſtum nūquam deſeri, præmia bonorum & pœnas malorum cōmiſcens cū interiectis adhortationibus. q.d. Supponit manū, nam [IVnior fui, etenim ſenui] ĕcclesia hic loquitur quaſi vnus Ex Alcu.
homo, qui fuit puer in Abel, in prophetis, in patriarchis, iuuenis ī tēpore martyrū, quaſi ſenex: in ſenecta vberi in fine mūdi quaſi in decrepita ętate erit. Has quatuor ætates nō diſtinguit hic propheta, duas tantū ponens, iuuentutē & ſene
ctutē, & ponit iuuentutē pro pueritia. Ecclĕſia Ex Aug.
enim quaſi vnus homo in primis temporibus iu & Caſſ.
nior fuit, quādo initia legis naturalis in Adam Pſalm. 91
ſuſcepit: iam in fine ſeculi ſenuit in ſenecta vberi, cū in honorabili ętate Chriſtū ſuſcepit per omnes gētes dilatata. [ET] his ętatibus [NON vidi iuſtum derelictū] à deo [NEC ſemen eius]. i.
ŏpera vel imitatores [QVAErens panē] ſpiritua Ex Caſſ.
lem. i. indigere pane verbi. qŭia verbum dei ſem & gl. int.
per cum eo eſt. Verè non, quia, Ex Aug.

27 Tota die miſeretur & commodat: & ſemen illius in benedictione erit.

TOTA dic] Vel ſic iunge literā, Quia non eget. Et ideo, [TOTA die miſeretur] affectu miſericordię [ET] poſtea [COMMODAT] tĕrrena vt æ-
terna capiat. Vel, Miſeretur, ădmonĕdo. Et cō- Ex Aug.
modat, docendo. Dicitur enĭm hoc, vel de elee- Ex Caſſ.
moſyna actuali, q̄ à miſericordia incipit, & poſt & gl. int.
ea manū aperit. Vel de ſpiritualibus, [ET ſemen Ex Caſſ.
illius] quōd ſeminat vt metat. i. opera bona, vel Ex Aug.
imitatores [ERIT in benedictione]. i. multipli- Ex gl. int.
catione, qūia cū exultatione veniet portans ma Ex Aug.
nipulos ſuos. Et ideo, tu quicunque es, Pſam. 125

28 Declina à malo, & fac bonum: & inhabita in ſeculum ſeculi.

DEclina à malo & fac bonū]. i. ne cui noceas, Ex Aug.
ſed benefac. prius dicit, Declina à malo, poſtea,
Fac bonū. qūia malus repente nō poteſt bona Ex Caſſ.
appetere. Nemo enim repente fit pulcher. neq; putes te perdidiſſe. potius per hoc viues. Et
hoc eſt [INhabita] terrā viuentiū [IN ſeculū ſe Ex Aug.
culi] ĕcce merces, Declina à ma. & fac bonum. Ex gl. int.

29 Quia dominus amat iudiciū: & non derelinquet ſanctos ſuos:

in æternum conſeruabuntur.

Ex Aug. QVIA dominus amat iudicium] quia permittit ſanctos affligi:nam & ſi ſinit ſanctos Ex Caſſ. pati,iuſtè tamẽ iudicat. Et, Quia domin⁹ amat iudicium,ideo & tu ama,vt tuis bonis gaudeas. Ex gl.int. [ET non derelinquet ſanctos ſuos] & ſi ſinit Ex Caſſ. affligi,nõ tamen deſerit eos. Vel dominus amat iudicium,id eſt,diſcretos,qui diſcernũt bonum à malo. Et nõ derelinquet ſanctos ſuos,quia [IN æternum conſeruabuntur] & ſi hic moriantur. contrà,

30 Iniuſti punientur:& ſemen im Ex gl.int. piorum peribit.

INIVSTI punientur] propter praua opera.[ET ſemen impiorum] id eſt opera [PERIBIT] id eſt,non ferent fructum, quia ſine fructu Ex Aug. beatitudinis erunt. Vel, Semen impiorum peribit,id eſt,imitatores eorum peribunt cum eis: ſicut econtra, Semen iuſti in benedictione erit.

31 Iuſti autem hæreditabunt terram:& inhabitabunt in ſeculum ſe Ex Aug. culi ſuper eam.

IVSTI autem hæreditabunt terram] viuentium, quæ eſt æterna. Vnde ſequitur,[ET inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam.] Merito hæc iuſto,quia,

32 Os iuſti meditabitur ſapientiã: & lingua eius loquetur iudicium.

Ex gl.int. OS] cordis [IVSTI meditabitur ſapientiã] quæ eſt de ipſo deo & æternis [ET lingua eius loquetur] inſtructione aliorum [IVDICIVM] id eſt quid deus præcipit tenere & fugere. Sed Ex Aug. ne putes de illis eſſe de quibus dicitur, Popu- Matt. 15 lus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.

33 Lex dei eius in corde ipſius:& non ſupplantabuntur greſſus eius.

Ex gl.int. LEX dei eius] id eſt, præcepta dei, eſt [IN corde ipſius] q.d. cor conſonat linguæ, & quid illi prodeſt? [NON ſupplantabuntur greſſus Ex Caſſ. eius.] Supplantare, eſt plantis foueam inſidia- Ex Aug. rum prætendere. Et eſt ſenſus, Verbum in corde liberat à laqueis peccatorum. Non ſupplantabuntur tamen.

34 Conſiderat peccator iuſtum: & quærit mortificare eum.

CONSIDERAT peccator iuſtum] id eſt, Ex Aug. inſidiatur, quia iuſtus grauis eſt ei ad videndum: quia diſsimilis eſt alijs vita eius. Et ideo,[QVAERIT mortificare eum.]

35 Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum, cum iudicabitur illi.

DOMINVS autem non derelinquet eum Ex Aug. in manibus eius] id eſt, in poteſtate eius, ſecundum animam, vt ei conſentiat. Vt enim ait Iob. 9 Iob, Terra tradita eſt in manus impij, id eſt, caro, in quam ſæuire poteſt: ſed animam inuictam educit deus, ne cedat eis. [NEC damnabit eum] Ex gl.int. dominus iuſtum, & ſi ab homine hic damnetur. [CVM iudicabitur] iuſtus, in futuro, id eſt, cum iudicium fiet de illo ante tribunal Chriſti. quod iudicium fiet [ILLI] iuſto, id eſt, ad cõmodum illius. Ecce conſolatio iuſti. Vel ita, Non damnabit, dominus, Eum, id eſt, non permittet iuſtum damnari, Cum iudicabitur, ab impio. quod iu- Ex Alcu. dicium fiet, Illi, impio, id eſt, ad malum eius. Et Ex Aug. quia dominus ita facit iuſto, ergo nunc,

36 Expecta dominum,& cuſtodi viam eius:& exaltabit te vt hęreditate capias terram: cum perierint peccatores, videbis.

EXPECTA dominum, &] ſi diu pateris in expectando [CVSTODI viam eius].i. pręcepta, [ET] Ex Caſſ. quid inde mihi? [EXALTABIT TE] meritis, quia non niſi exaltatus cæleſtem poteſt habere patriam. Vnde ſubdit, [VT hęreditate] q.d. ita exaltabit, Vt hęreditate. i. firmiter [CAPIAS terrã] Ex gl.int. viuentium, & ſi modo neſcis quod promittit, in experientia poſtea diſces. Vnde ſubdit, [CVM perierint peccatores videbis] in re, quod modo credis de præmijs bonorum & pœnis malorum. Dupliciter notat gaudia bonorum: primũ, quia tunc ſentient in quantis ſint iocũditatibus: inde Ex Caſſ. quia videbunt pœnas impiorum. Vnde gratior eſt beatitudo liberatis ab huiuſmodi malo. Vel Ex Aug. videbis, hic in pręſenti, oculo fidei: quo qui caret, delectatur felicitate impiorum. Peribũt ne? vtique. quia,

37 Vidi impium ſuperexaltatum: & eleuatum ſicut cedros libani.

VIDI impium] hoc dicitur cõtra hoc quod Ex Caſſ. putabatur deo non diſplicere, qui hic vtitur proſperitate. [SVPER] id eſt vltra modũ [EXALTATVM] in honoribus [ET eleuatũ ſicut cedros libani] à ſimili dicit. Eſt enim libanus mons in Ex gl.int. quo ſunt altæ cedri, quę à vẽto deijciuntur. Et interpretatur candidatio, per quod ſignificatur candor ſeculi huius. Et eſt, Eleuatum ſuper cedros libani. i. in cãdore ſeculi, qui cito deijcitur.

28 Et trãſiui,& ecce nõ erat: quęſiui eũ & non eſt inuẽtus locus eius.

ET tranſiui] ad nouiſsima eius, trãnſiuit qui Ex Aug. præſentiam non attendit, ſed nouiſsima. Vnde alibi, Hoc labor eſt ante me, donec intrẽ in ſan- Pſalm. 72 ctuarium dei &c. [ET ecce non erat] potẽs, quia [NON eſt inuentus locus eius.] Vnde ſequitur, [ET quæſiui eum] ſi ibi impius viuat pio. i. ad vtilitatem pij. Et non eſt inuẽtus locus eius, regnandi. Vel ita ab illo loco, Vidi impium ſuper humiles, Eſſe exaltatum & eleuatum ſuper, alia Ex Caſſ. litera, Cedros libani. i. ſuper altos, vt altis celſior ſit. Et tranſiui, mundum, meliori conuerſatione ad deum tendens, factus verus Hebręus. bonus Pſalm. 76 eſt iſte trãſitus, hæc eſt mutatio dexterę excelſi. Lucæ 2 Vnde, Tranſeamus vſq; in Bethleem, & videamus hoc verbũ quod factum eſt. Et trãſiens vidi hoc. Ecce non erat. q.d. vidi nihil poſſe, cũ nihil ſint oĩa in quibus gloriatur homo. Et, Quæſiui

eum, id est, in memoriam reduxi, quia tunc magis dolent boni de impijs, quod ab eis sunt sepa
Ex Cass. rati, cum in melius immutantur. Et non est inuentus locus eius. Locus malorum mundus est, qui & dissoluetur. Potest tamē & de diabolo totum accipi, cui religato, nocendi locus ablatus est: iam ex parte, in futuro ex toto. Vnde Hie-
Hiere. 17 remias clamat, Perdix congregauit quę non peperit, fecit diuitias, non cum iudicio: in dimidio dierum suorum derelinquent eum, & in nouissimis eius reperietur insipiens. Et Iohel, Eum qui
Iohelis 2. ab Aquilone est fugabo à vobis. Et hoc est, Vidi impium. i. diabolum, Super, alios, Exaltatum; hoc maxime ante Christi aduentum tempore, ante legem, & sub lege, cum homines velut gregem post se trahebat: sed tertio tempore, scilicet gratiæ, & tertio die, scilicet resurrectionis Christi humiliatus est superbus, & retro conuersus per fortiorem vasa eius diripientem: inde est quod in rogationibus draco duobus primis diebus
Lucæ 11 antecedit crucem plena cauda. In tertio, sequitur eadem euacuata. Et eleuatum super cedros libani, id est super altos. Sequentia non mutantur de prima lectione.

39 Custodi innocentiam, & vide æquitatem: quoniam sunt reliquię homini pacifico.

CVSTODI] q. d. quia ita impijs, ergo eis sis
Ex gl. int. dissimiles. Et hoc est, Custodi, nē extorqueat à
Ex Aug. te [INNOCENTIAM] non terrena, postea, Custo
Ex gl. int. di, & si graueris, intelliges hoc esse ęquum. Et
Ex Cass. hoc est, [ET vide æquitatem] Vel aliter secundum aliam literam, Custodi veritatem, hæc est alia litera, ne scilicet in mundanis curam habeas; Et vide directionem, alia litera, vt nōn iniquus
Ex Aug. putetur deus, qui fauet impijs & iustos affligit. quasi dicat, quæcunque vult deus, te velle, ve-
Ex gl. int. lis tu: quia aliter curuus es. Vel, Custodi innocētiam, quantū ad deum: Et vide æquitatem, quā-
Ex Aug. tum ad proximum. Et nē putes quod finitus sit homo, attende nouissima, & videbis [QVONIAM sunt reliquiæ homini pacifico] post hanc vitam remanet ei bonum; non perijt o-
Ex Aug. mnino, sed viuit. Reliquiæ, sunt bona quę post hanc vitam relinquuntur bonis, id est, æterna;
Ex Cass. vel memoria bona post obitum. Hęc autem sunt homini pacifico. Pacificus est, qui inter discordantes pacem seruat & facit. Et nōtā, cui hæc
Ex Cass. virtus est, loco beati ponitur. Vnde, Beati paci-
Matth. 5. fici, quoniam filij dei vocabuntur. sed econtra,

40 Iniusti autem disperibunt, simul, reliquię impiorum interibunt.

INIVSTI autem disperibunt simul] vel in idipsum, alia litera, id est, in ęternum. Vel omnes
Ex Aug. simul, in vnum. [AT reliquiæ impiorum] id est terrena, [INTERIBUNT] Vel sic distingue, Iniusti disperibunt, & simul, cum eis, Reliquiæ im-
Ex Alcu. piorum interibunt, scilicet terrena.

41 Salus autem iustorum à domino: & protector eorum in tempore tribulationis.

SALVS autem] q. d. hęc omnia iustis, totū Ex gl. int.
est tamen à domino. Et colligit summatim. Et hoc est, Salus. q. d. Custodi innocentiam, vide ęquitatem, quōd non est tamen nisi per deum, Ex Cass.
quia, Salus [IVSTORVM à domino] est, nōn Ex gl. int.
aliunde, [ET protector eorum] est, si quis impugnat [IN tempore tribulationis.]

42 Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos: & eruet eos à peccatoribus: & saluabit eos quia sperauerunt in eo.

ADIVVABIT eos dominus] id est, cōoperabitur eis [ET liberabit eos dominus] à labore Ex gl. int.
vineæ, in futuro. vel de præsenti, Liberabit eos dominus. i. faciet liberos & securos, ac si nullus cōtrarius. [ET eruet eos] nē fides eorum peruer- Ex Cass.
tatur [A peccatoribus] q. d. seruat illęsos à contrarietate seculi, [ET saluabit eos] in futuro: nō quia non peccauerunt, sed [QVIA sper. in eo.]

COLLATIO
In Psalmum tricesimumsextum, Noli æmulari.

1 NOLI æmulari in malignantibus.] Quod Sanctes & interpretes pro Caietano, transtulerunt, ne misceas te, gratis fecerunt: quia radix תחר tahar anceps est. Hier. & Pratensis dicūt, Noli contendere, quod respicit intelligentiam nostræ editionis, ne videlicet quis cōmoueatur, irritetur, succēseat, contendat, quod via impiorum prosperatur. Hierony. in commentarijs vtranq; significantiam vocis hebraïcæ complexus est. Multas, inquit, habet ęmulatio interpretationes, quæ loco suo debent vel intelligi, vel exponi. Nam hic dicit, Noli particeps esse malignis, nec ad zelum, nec ad inuidiam: quia zelus ita est, secundū illud quod dominus per Prophetam ait, In indignatione mala zelatus sum Syon. Hęc ille. Potest etiam intelligi, ne quis efficiatur similis malignantibus, id quod attingunt Chaldæus paraphrastes ac Nebiensis.
3 PASCERIS in diuitijs eius.] quidam vertunt, Pascere fide seu veritate, veluti Hiero. Quidā pasce fidē vel veritatē, quemadmodū facit Pratēsis & Sāctes. Sed quia in Hebr. subaudiebatur pronomen, te, sicut est, pasce te veritate, ob id recte dicebatur, Pascere vel pasceris fide vel veritate. Cęterūquū particula אמונה emunah, quā interpretantur veritatem, descendat à radice, אמן aman, quę interdum significat nutrire, vt probatur Thre. 4. haud incōgruè LXX dixerūt, diuitias, quibus homo nutritur, simul & fidem (qua viuit iustus) vocat Apost. diuitias mundi, Ro. 11. Quod si delictū eorum diuitię sunt mūdi, & diminutio eorum diuitię gētium, quanto magis plenitudo eorum? Omnibus modis cōsentit Nebiensis in annotationibus. Heb. ait, verbū ęquè fidem sicut diuitias significat. quo datur intelligi diuitias in hoc mundo esse fidem dei. Qui. n. fide caret, pauperrim' & miser est. Stapu

Fides & veritas diuitiæ dei sunt.

lensit & Cæcus, interpretem in ius vocant, qui secundum rationem Latini sermonis dicere debuisset, pascere, per imperatiuum, eo quòd præcessit, inhabita terram, & coniunctio habeat similes modos. Respondemus tamen interpretem plerunque loqui more græco, qui in non paucis receptus est in vsu ecclesiæ: vt vado piscari. exigit nihilóminus regula consuetudinis Romanæ, vt dicamus, ad piscandum, vel piscatum: atqui Græci ad hunc habent modum, κατασκήνου τὴν γῆν καὶ ποιμαίνου. Nec video insolitum esse Latinis auribus, quod coniunctio, &, requirat compares modos, quando significat consequentiam rei, sicut hic, Spera in deo, & fac bonitatem, & inhabita terram. Et certè ex his consequens est, quod pasceris in diuitijs eius.

5 SVBDITVS esto domino, & ora eũ.] Heb. דּוֹם לַיהוָה וְהִתְחוֹלֵל לוֹ dom ladonai vehithholello, id est, tace domino, & expecta eum. Verum eodem recurrit sensus. Quid enim est silentiũ illud, de quo hic intelligitur, nisi obedientia perfecta erga deum, citra vllam murmurationem, aut detractationem? Quod autem vertunt interpretes, ora eum, palam est ipsos legisse hc, aspirationem tenuem, pro, chet, aspiratione forti, הִתְהוֹלֵל hithholel, id est lauda, quanquã & aliam habet significãtiam. Eæ autem aspirationes non statim discernuntur.

15 VT TRVCIDENT rectos corde.] Heb. יִשְׁרֵי דָרֶךְ iisre darec, id est, iustos via, quam interpretes spiritualiter acceperunt, vt oportuit, pro corde. Via enim spiritualis, affectus est cordis. Vnde solet pes accipi in scripturis, pro affectu interno, vt est idem Ioan. 13, Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet. & Munsterus nõ omnino male transtulit, Qui rectæ sunt conuersationis. Vnde Hieronymus ad Suniam & Fretellam, dum interpretationis κακοζηλίαν sequimur, omnem decorem translationis amittimus.

17 MELIVS est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas.] Munsterus, Pratensis, Pellicanus, interpretes pro Caietano, extremam particulam multas, referunt ad peccatores, non ad diuitias hoc modo, Super diuitias impiorum magnatum aut multorum, quod non oportuit. Nam Hieronymus aliter vertit iuxta Heb. Quàm, inquit, diuitię peccatorum multę. Accedunt Chaldæus & Nebiensis, à quibus nõ dissident Sanctes, & paraphrasit Cãpensis. Vtcunq; forsan tolerandum est, quando recedit à vulgata editione, vbi lectio hebraïca lõgo interuallo videtur distare, sed vbi est ambigua vel proxima, æquo censori placere nequit.

21 INIMICI vero domini mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficiẽtes quemadmodũ fumus deficient.] Hieron. Inimici domini gloriantes vt monocærotes, consumentur sicut fumus consumetur. Munsterus, Inimici domini sicut optimum quod est in agnis cõsumentur, cum fumo disperibunt. Sanctes, Inimici domini erunt sicut preciosi agni, defecerunt &c. Pratẽsis, Velut adeps agnorum defecerũt. Et ad eundem modum cæteri hebraïcantes. Huiusmodi versiones discrepant à nostra editione in duobus vocabulis, videlicet honorificari & exaltari, vbi in Heb. respondent alia duo כִּיקַר kiquar, & כָּרִים carim. Primum ad verbum si anxiè reddas, sonat secundũ quod precium aut gloria. Ob id rectissimè cõuerterunt interpretes, vt honorificati fuerint. Et Hieronymus gloriantes, propter vitandam κακοζηλίαν translationis. Secundum vocabulum, carim potest componi à רָם ram, quod est excelsum, vel à רִים rem, quod est vnicornis: quomodo accepit procul dubio Hieronymus. & ad editionis latinæ sensum planè conspirat. Est enim monoceros, seu vnicornis animal indomabile. Et inimici domini in gloria & superbia humana putant se insuperabiles. Porro quod alij verterunt sicut adeps agnorum, vel preciosum agnorum, id effectum est, propterea quod acceperunt literam, כ, essentialem & non subsidiariam, cuius differentiam agnoscunt Hebraïsmi candidati. Siquidem כָּרִים carim accipiendo primam literã, quæ sit de essentia dictionis, & non vt faciat compositionem sunt agni, & יְקַר iequar, vt prædictum est significat precium. Estque sensus secundum eos, Sicut adeps agnorum super altare superpositus illico inflãmatur: sic inimici domini deficient cum fumo.

Aduerte q̃ clarum fecerint hunc locũ Lxx interpretes.

23 QVIA benedicentes ei hæreditabunt terram, maledicentes autem disperibunt.] Hieronymus & alij legunt passiuè, Qui benedicti fuerint ab eo, hæreditabunt teram, & qui maledicti interibunt. Campensis tamen legit actiuè, quod & vertit Nebiensis in actiua & passiua significatione. nulla est distantia pœnitus literarum. Puncta addita faciunt distinctionem, de quib' fusius in prologo, imo nec nũc in synagogis suis Iudæi legunt biblia, cum apicum ascriptione, מברכיו potest legi מְבֹרָכָיו meboracan vel מְבָרְכָיו mebaracau. Perpusillum tamen refert, quatenus spectat ad intelligentiam, quum benedicentes domino, ab ipso identidem benedicãtur: & à domino benedicti, rursus ipsi benedicant.

25 QVVM ceciderit non collidetur, quia dominus supponit manum suam.] Quia Heb. propriè carent pronomine reciproco. s. suo, pronomine indiscriminatim vtuntur iuxta rationem sententiæ, & consequentiam sermonis. Ob id potest verti, supponit manum suam, nempe deus: aut sustentat manum eius, videlicet iusti, ne labatur. Eodem tamen prorsus conspirat sensus.

37 VIDI impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros libani.] Hieronymus, Sicut indigenam virentem. Alij, sicut laurum vel arborem frondosam אֶזְרָח ezrah, est ambiguum. Significat indigenam. Exod. 12. vt habet Hier. Hebr. autem vt dicit Munsterus in scholio, accipiunt pro arbore semper viridi & succulenta, qualis est laurus, buxus, cedrus, & similes. Et metaphoricos significat secundũ Ra. Da. virum

qui floret, & omnibus cõspicuus est sua nobilitate, & prosapia, quem Hierony. vocat indigenam.i.ciuem, qui dicitur arbor viridis. Sicut enim arbor viridis, nota est ob illius pulchritudinem & virorẽ, ita ciuis notus est omnibus, quis sit, & cuius familiæ. Cernis quod sermonum varietas, spiritus vnitate concordet.

38 TRANSIVI & ecce non erat.] Hiero. Pratẽsis, Pellicanus, Cãpensis, Nebiensis legunt cum LXX sub prima persona. Mũsterus, Sanctes, & interpretes pro Caietano, Transiuit, sub tertia. Eodem sanè redit sententia, & volebamus preterire. sed par est sæpius admonere de diuersitate exẽplarium, aut lectionum, ne videamur diuinare. Et certè mox subiungitur citra controuersiam prima persona quæsiui &c.

39 QVONIAM sunt reliquiæ homini pacifico.] Hebr. אַחֲרִית לְאִישׁ שָׁלוֹם abarith leisch schalom. Primum verbum significat nouissimum. Secundum significat virum, qui accipitur pro vnoquoque, & ponitur nota datiui. Tertium significat pacem. Igitur vertit Hier. Ad extremum viro pax. Sanctes alludens ad id quod nouissimè redditur homini, ait, quia merces vnicuique pax. Munsterus, Nouissimum qđ dabitur, tali viro est pax. Pratensis paulo secius, Nouissimum viro pacis. Eodem tendunt quo LXX, qui illud extremum quod hominem manet, vocant reliquias, eo quod post mortem, nil relinquitur homini iusto, præter innocẽtiam, simplicitatem, & conscientiæ pacem. Vnde Chaldęus, Finis hominis pax.

(Quæ reliquiæ & quod extremũ iusto viro.)

XXXVII. PSALM. TIT.

Psalmus Dauid in rememoratione sabbati.

(Ex Caff.) DOMINE ne in furore] Titulus. [PSALMVS Dauid in rememoratione] Psalmus iste, tertius est in ordine pœnitẽtialium, docens vt peccatum quod prorsus fugere nequimus, semper in memoria habeamus, nõ ad faciendum, sed vt ab eius frequẽtia saltem nos temperemus. Et hoc est, [PSALMVS] iste, est [DAVID] id est pœnitentis, habitus [IN rememoratione] .i. docens nos memoriã peccati habere, vt caueamus. Vel, In rememnratione (Ex Aug.) [SABBATI] Sãbbatum est requies æternitatis, quam habere desiderat, & perdere formidat. Iste itaque pœnitens in malis positus peius timens, & tamẽ lugens sabbati æterni recordatur, quo timet priuari peccati cõscius: desiderat frui (Ex Caff.) grauiter afflictus. Hic enim pœnitentem inducit multis modis cruciatum, ita vt ipsum Iob qui carnis incẽtiua & ingentia vicit supplicia, videatur proponere tyronibus in exẽplum. Vt cruciatus gratè amplectãtur, minores quidẽ me riris, id est, quam ipsi meruerũt, per quos ab æterna pœna liberantur. Et hoc est, Psalmus, iste, est Dauid, id est pœnitentis, habitus, In rememoratione sabbati, id est agens de recordatione sabbati, quod pœnitens desiderat. Intentio. Monet ad pœnitentiam. Modus. Quatuor sunt partitiones. Primum captat misericordiã per pœnas summatim dictas. Secundo, ponitur narratio in qua enumerantur miseriæ. ibi, Putruerunt & corruptæ sunt. Tertio, quia inter tot mala sperauit in domino: affirmat se audiẽdum, cum commeratione emendationis. ibi, Quoniam in te domine speraui. Quarto, exultatiua conclusio de salute ponitur, vt certa sit spes imitantibus. Sic est in omnibus pœnitentialibus. ibi, Ne derelinquas me domine deus meus, ne &c. Ab oratione ergo & lachrymis incipiens, ait,

OMINE ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.

DOMINE ne in furore tuo] Vel in indignatione tua, alia litera. [ARGVAS me] id est, ne sim inter eos, quibus in iudicio dices, Esurini, & non dedistis mihi manducare. Ite maledicti in ignem æternum, [NEQVE in ira tua corripiat me] vel emendes me, alia litera, id est, ne inter eos sim qui per ignem emendati saluabuntur: sed hic emenda, quia tunc grauior ignis. Et accipitur hic ira & furor pro eodẽ. i pro iudicij die, quo malis videbit deus irasci. Vel ita, Rõgat vt non iratus iudex inferat tormenta ad peremptionẽ, sed misericors ad correctionem. Et est, o Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. i. ãrgue me ita, vt pœna sit in misericordia ad correctionem: non ab ira ad vltionem. (Ex Aug.) (Matt. 25) (Ex Caff.) (Ex Hier.)

2 Quoniam sagitæ tuę infixę sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.

QVONIAM sagittæ tuæ &c.] Numerat hic pœnitens mala quę patitur, vt quia sunt multa, satis sint. i. sufficiãt deo, ne peiora patiãtur. q. d. Ne arguas in furore, quia sufficere tibi possunt quę patior. Et hoc est, Quoniam sagittę tuę infixæ sunt mihi. Sagittæ sunt vindictæ dei. s. dolores animi & corporis, quia sicut sagittæ intẽduntur & infiguntur, ita vindictæ intensæ fuerunt in Adam per comminationem, qua deus ei comminabatur Adę dicens, In quacunque die comederis, morte morieris. Et quia comedit, infixę sunt etiam nobis per pœnam & culpam. Ille enim huius miseriæ fuit origo: nos propago. Infixæ sunt, & non ad horam: sed [CONFIRMASTI] diu. s. vt sint vsq; in finẽ seculi, & in multis partibus. s. in carne, & in anima, & in eisdem multis modis, vt ostendetur in sequenti. Confirmasti dico, [SVPER me manum tuam]. i. vindictam. Captat hic misericordiam à potestate iudicis. Eousque confirmasti, quod, (Ex Aug.) (Genes. 2) (Ex Caff. & gl. int.)

3 Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis, à facie peccatorum meorum.

Ex Aug.

NON est sanitas in carne mea] Portat enī mortale corpus tot miseriis subditū, quod & sanum cum dicitur, nō vere sanū est, quòd leuiter potest lædi. Vnde hic dicit, [NON EST sanitas in carne mea à facie iræ tuæ,] id est, ab instantia vindictæ in Adam exerctę.

Ex Cass.
Ex Aug.

Captat hic ab infirma persona sua: q̄ vindicta nō est iniusta, quia est pro peccatis. Et hōc est, [NON est pax ossibus meis] Accipit ossa pro carne, & exponit quod dixerat, aliud dicēs, scilicet [A facie peccatorū meorū,] q.d. huius rei causa sunt peccata mea.

4 Quoniam iniquitates meæ supergressę sunt caput meum: & sicut onus graue grauatæ sunt super me.

QVONIAM iniquitates] Repetit quod dixerat, apertius exponens [QVONIAM] iniquitates meæ supergressæ sunt] vel, Sustulerunt [CAPVT meum] hoc est quod ante dixerat, A facie peccatorum meorū. Ideo [SICVT onus graue] vel fascis grauis [GRAVATÆ sunt super me] Hoc est quod ante dixerat, Non est pax ossibus meis. Et est sensus, Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum] sicut onus graue, &c. id est,

Ex Aug.

quia iniquitas eleuauit caput superbi cōtra deum, deus grauauit eum mole pœnarū, vt fasce, & cōpressit ne iam erigatur. Etiam nota quod cōgrue dicit iniquitates super se grauatas, quia iniquitates quæ leues sunt, & dulces dum fiunt afflictionibus onerātur, id est onerosæ & graues fiunt.

Ex gl. int.

Vel ita ab illo loco, Non est pax, vbi ostēdit afflictionem animæ post ostensam infirmitatē carnis. Et est, Nō est sanitas in carne mea. Et etiā, Non est pax ossibus meis, id est, nec rationi est pax, quia caro impugnat. Et hoc, A facie peccatorū meorū, id est ab instātia cogitationū & suggestionū mearum, Non est pax, quia peccatum regnat in mortali corpore.

Rom. 6.

Et hoc est quod dicit, Quoniā iniquitates meæ supergressę sunt caput meum, id est rationem. Cætera non mutantur.

Ex Cass.

Aliter totū ab illo loco, Quoniā sagittæ, & dicit sagittas verba dei, quæ penetrā corda hominū, & infigunt vulnus amoris, non liuoris. Vnde sponsa in canticis ait, Vulnerata sum charitate. Hęc infixa cordi pœnitentis, faciunt eum recordari sabbati æterni. q.d. Ne arguas, Quoniā sagittæ tuæ infixæ sunt mihi .i. verba tua cordi meo infixa sunt, quæ faciūt me recordari sabbati. Et quia nondū habet quod amat, gemit. Vnde sequitur, Et confirmasti super me manū tuā, scilicet vindictam, quia quod amo non habeo. Et ita, Nō est sanitas in carne mea, id est, cognosco nō esse salutem carnis, comparatione futuri. Nō est sanitas, & hoc, A facie iræ tuæ, futuræ, id est, quiā

Ex Cass.

prę uidi faciē iræ, id est, quia minaris ne videam iram timore futuræ iræ sic terretur iste vt nō sit sanitas in carne, more verecūdi famuli, qui futuris flagellis affligitur. Et non est pax ossibus meis. q.d. grauis dolor ad interiora vsque peruenit. Et hoc, A facie peccatorum meorum, quia sanctus super pœnas corporis affligitur peccatis, putans se grauiora mereri, Quoniam iniquitates meę, &c. q.d. nec iniuste passus sum, sed peccatis imputo. per qđ melius captat. Et hoc est, Quoniam iniquitates meæ su. &c. hæc non mutantur.

5 Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipiētię meę.

PARS II.

Ex Cass.

PVTRVERVNT &c.] Secūda pars, vbi est narratio, in qua enumerantur miseriæ. q.d. Iniquitates sunt supergressæ caput meum, quia [CICATRICES meæ,] id est, plāgę peccatorum, per baptismum sanatę [COMPVTRVERVNT] cūm iam peccato iterum consentitur [ET corruptæ sunt] dum ad actum perducitur. Et hoc totum [A facie insipientiæ meę,] id est, pēr stultitiam meam, quia non sum vsus viribus in baptismo receptis: quod mihi, nō deo imputo. Et hoc idem quod supra dixerat, A facie peccatorum meorū.

Ex gl. int.
Ex Greg. in expositione septē psalmorum.
Ex gl. int.
Ex Cass.
Ex Aug.

Aliter, Cicatrices meæ, vel liuores mei. Alia litera .i. peccata mea, Computruerūt, aliis per exemplū. Et putruerūt, alia litera. Mihi ipsi patet, quia nō est iste sanus, quia cicatrices habet, quæ putruerunt aliis, & fœtent sibi, vt ab eis auersi odoremus sabbatum æternum, & gemamus currentes cum sponsa post odorem vnguentorum. A facie insipientiæ meæ, non mutatur.

6 Miser factus sum & curuatus sum vsque in finem: tota die contristatus ingrediebar.

Ex Alcu.

MISER factus sum] dixit qualiter iniquitates supergressæ, hic dicit quomodo aggrauatæ. q.d. Quia putruerunt, ideo [MISER factus sum,] id est, miseriis afflictus sum [ET curuatus sum] ab elatione, Quia omnis qui se exaltat humiliabit. à deo iste incuruat' est, vt nō possit se erigere, sicut curua mulier quā inuenit dn̄s decē & octo annis curuā, quā erexit.

Ex Aug.
Luc. 18.
Ex Aug.

Vel, Incuruatus sum, id est, terrenis deditus. Vnde &, Miser fact' sum, id est, tristis, Miser factus, & hoc [VSque in finem,] id est, vsque in mortem [ET tota die,] id est, tota vita, scilicet iugiter [CONtristatus] quia sabbati memor quo carebam. sed non desperās [INGREDIEBAR] vel, Ambulabā, viam huius vitæ. Contristatus sum, ideo,

Ex Cass.

7 Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.

Ex Aug.

QVONIAM lūbi mei impleti sunt] vel, Anima mea impleta est [ILLVSionibus] & quoniam [NON est sanitas in carne mea] Et ita non est in toto homine, vnde sit plena lętitia, donec anima exuatur illusionib', & corpus induatur sanitate; Illusiones animæ infinitæ sunt, quæ aliquādo vix orare sinūt imagines corporū occurrūt, & transis de hac in illam. venit obliuio, recordaris hoc pro illo. Et huiusmodi. Hæ pellentur, cum videbimus veritatē, vt est. Vnde Apostolus, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei.

Rom. 7
Ex Hier. & gl. int.

Vel ita, Vt pēr lūbos accipiamus carnalitatem, id est sensualitatē, quæ à diabolo fatigatur, & corpus affligitur. q.d. nō solū mea infirmitate peccō: sed & diabolo, id est, per

Ex Caſs. diabolum, qui corpus affligit, & animã fatigat
variis imaginationibus. Et hoc eſt, Quoniã lũ-
bĩ mei, vel, Anima mea, id eſt, carnalitas mea, Im
pleta eſt illuſionib⁹, diabolicis. Et per hoc inte-
rim, Non eſt ſanitas in carne mea, quam diabo-
lus affligit: ſicut & ſupra, per ſagittas, nõ erat in
ea ſanitas.

8 Afflictus ſum & humiliatus
ſum nimis: rugiebam à gemitu cor
dis mei.

AFFLICTVS ſum] Duobus præmiſsis duo
Ex Caſs. reddit, Non eſt ſanitas in carne, quia [AFFLI-
ctus ſum] corpore: Anima impletur illuſionib⁹
[ET,] id eſt, quia [HVMILIATUS ſum] animo, vt
nihil in me ſit liberũ à pœna, [NIMIS] quia vn
dique eſt calamitas. Vel ita, Contriſtatus ſum &
Ex gl.int. afflictus, pẽr pœnitentiã. Et humiliatus ſum ni-
mis, humilitate pœnitendi [RVGIEBAM à ge-
Ex Alcu. mitu cordis mei:] gẽmitus corde: rugitus voce
fieri ſolet. Iſte verò rugit à gemitu, nõ in voce.
Ex gl.int. Et eſt, Rugiebam. i. cum magno deſiderio quę-
Ex Caſs. rebam animæ refectionem. A ſimilĩ leonis, & a-
liarum beluarum, quibus ſe comparat vt fortior
oſtendatur gemitus. Et ille rugitus erat, A ge-
mitu. Ecce virtus patientiæ oſtẽditur quod in
gemitum non in verba prorumpit. Et eſt ſen-
Ex Aug. ſus, Dẽſiderabã ſabbatum & quærebam, quod
quia non obtinebam, gemebam. Et ille gemitus
Ex Hier. erat, Cordis mei, id eſt rationis. Eſt ẽnim gemi-
tus carnis, & gemitus mentis. Omnis gemitus
qui de exterioribus eſt, carnis eſt: qui verò pro
ſabbato eſt, quod caro non obtinet, cordis eſt.

9 Domine, ante te omne deſide-
rium meum: & gemitus meus à te
non eſt obſconditus.

DOMINE ante te] q.d. Rugiebam à gemitu
Ex Aug. cordis mei, quẽm gemitũ non nouit homo. Sed
ò [DOMINE ante te] qui vides cor. Eſt [OMNE
deſideriũ meum] Si deſiderium eſt ante deum,
ergo & gemitus qui cum eo eſt. Deſideriũ verò
eſt oratio, nec vnquam deſinit orare, qui nõ de-
ſinit amare. Charitas enim amor eſt. Vel ita, O-
mne deſiderium meum, ò Domine eſt ante te,
Ex gl.int. id eſt nihil deſidero niſi eſſe ante te. Et eſt ante
Ex Caſs. te, Omne deſiderium meũ, id eſt, tãle eſt quod
meretur eſſe ante te, quia pro peccatis gemo.
Et ideo, [Gemitus meus à te] & nõ ãb homini-
Ex Aug. bus [NON eſt abſconditus] ſed exauditus, quia
& Alcu. pius eſt pro liberatione animæ, non pro terre-
nis, ſed pro cęleſtib⁹: alios gemit⁹ nõ curat deus.

10 Cor meum conturbatum eſt,
dereliquit me virtus mea, & lumẽ
oculorum meorum, & ipſum non
eſt mecum.

COR meũ] Hic exponit dolores animi [COR
meum conturbatũ eſt in me] q.d. Vnde dolor &
Ex Caſs. gemitus, quia [COR meũ conturbatũ eſt in me]
Ex Aug. Pauor vndique incutitur & ſollicitudo. Et hoc
ideo, quia [DERELIQUIT me virtus mea] quã ha-
bui ante peccatum, ſi virtus illa manſiſſet, nihil
terreret. Cur & hæc virtus reliquit? quia [ET Ex Aug.
ipſum lumen oculorum meorũ nõ eſt mecum,]
id eſt, lumen quod deus eſt, Non eſt mecum, ex
quo Adam ad vmbram fugit, timens à facie Dei.
Hoc lumẽ nemo videt in pręſenti per ſpeciem:
quia etſi iam Chriſtiani ſunt, nondum tamẽ vi-
dẽt, nec in futuro viſuri ſunt. Vel ita, Cor meũ Ex Caſs.
conturbatum eſt in me .i. mẽns mea ſuccubuit
paſsionibus, quia, Virtus mea. i. virtus patien-
tiæ, Reliquit me. Et lumen oculorum meorum
nõ eſt mecum, id eſt, ratio imperturbata, quam
non habet ſecum pro ingentibus moleſtiis.

11 Amici mei & proximi mei ad
uerſum me appropinquauerunt &
ſteterunt.

AMICI MEI] Hactenus confeſſus eſt quę Ex Aug.
patitur à ſe intus: nunc dicit quæ à foris pati-
tur, ab his inter quos viuit. Vnde alibi dicitur,
Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce Pſal. 18
ſeruo tuo. Et ideo, quia in perſona capitis, ex-
ponens eius paſsionem, non diuidens vocẽ ſuã
à capite. Vt enim caput dicit peccata noſtra,
ſua: ſic nos paſsiones eius, quę hic ponuntur, di
camus noſtras, quia vna vox totius eſt. Et hæc
etiam cuiq; verſanti inter homines, conueniũt.
Ait ergo in perſona capitis, [AMICI mei] ficti
[ET proximi mei] ſcilicet cognati, Iudæi [Ad-
uerſum me appropinquauerunt] crucifigentes, Ex Gre.
& conſiliis ac dolis. & [STETERVNT] per-
ſeuerauter.

12 Et qui iuxta me erãt dẽlõge ſte-
terunt: & vim faciebant qui quære
bant animam meam.

ET qui iuxta me erãt] ſcilicet ãpoſtoli [DE Ex Aug.
longe ſteterunt] timentes mori [ET vim facie-
bant,] id eſt, crucifigebant [QVI quærebãt a-
nimam meam] tollere non imitari.

13 Et qui inquirebant mala mihi,
locuti ſunt vanitates: & dolos tota
die meditabantur.

ET qui inquirebãt mala mihi] quia nõ inue- Ex Aug.
niebãt crimina [LOCVTI ſunt vanitates, id eſt,
finxerunt falſa [ET dolos,] id eſt, fallacias [TO-
ta die meditabantur] quot falſa teſtimonia di-
xerũt ante crucem, & poſt reſurrectionem cor-
ruptis cuſtodib⁹? De quibus Eſaias dicit, Ponam Eſa. 53
malos pro ſepultura eius. corrupti nanque pe-
cunia, mendacium ſeminauerunt dicentes, No- Matt. 28.
bis dormientibus venerũt diſcipuli eius & tu-
lerunt eum.

14 Ego autem tanquam ſurdus
non audiebam: & ſicut mutus non
aperiens os ſuum.

EGO autem tãquam ſurdus non audiebam]
non reſpõdebã, quaſi nõ audirem. [Et ſicut mu Ex Aug.
tus non apertẽs os ſuum] Et nõ ſolum non au-
diebam, ſed etiam

15 Et factus ſum ſicut homo non

audiens: & non habens in ore suo redargutiones:

ET factus sum sicut homo non audiens,] id

Ex Aug. est, factus sum quasi non possem audire[ET nõ habens in ore suo redargutiones] Ita contra illos tacebat, quasi non esset, vnde illos argueret,

Esa.53 quod ante fecerat: sed implẽdum erat illud, Sicut ouis coram tondente se, sic non aperuit os suum. Quoniam in te domine speraui. q.d. ideo tacui in passione, Quoniam in te domine speraui, tu exaudies me domine deus meus. Si bona conscientia est, nihil est timẽdum, nec in aliquo hæsitandum. Quia dixi, Item hic caput loquitur de infirmis pedibus, id est mẽbris, sicut ante de seipso loquebatur: quia cum sit in cælo, non deserit quę in terra habet. q.d. ideo audies, Quia dixi, Nequando supergaudeãt mihi, id est meis, Inimici mei, vt eis præualeant: ad hoc enim laborant. Et, id est quia, Dum pedes mei, id est infirma membra mea, Commouentur, aliquando in aliquod peccatum. f. Super me magna locuti sunt inimici mei, id est, insurgunt nequissimæ linguæ inimicorum, cũ potius fuisset miserendum. ¶ Aliter ab illo loco, Amici mei, dicit hęc

Ex Cass. pœnitẽs grauiter afflictus, ita vt ipse Iob videatur ista verba proferre, Amici mei & proximi mei. His duobus solatiis gaudet humanitas, sed hi sunt cumulus passionũ. Vnde sequitur, Aduersum me appropinquauerunt & stet, exprobrando, ita venit super me plaga & defeci. Et qui iuxta me erant delonge steterunt, vt & ipsa

Iob.19 vxor. Vnde ipse ait, Halitum meum exhorruit vxor mea. Et vim faciebant qui quærebant animam meam, id est, diabolus cũ ministris suis, qui quanto magis moliuntur mortem animæ, tãto magis vident aliquem stare. Et qui inquirebãt mala mihi, vt vxor. Et amici, Locuti sunt vanitates, quia consulentes corpori, animæ cõtraria suggerunt, scilicet vt loqueretur cõtra deum. Dolos tota die meditabãtur. Ego autem tanquam surdus, ad iniquitatem cõsulentium, Non audiebam. Et factus sum sicut mutus non aperiẽs os suum. Mutus dicit & non aperiẽs os: quia & si mutus clare nõ loquitur, saltem balbutiendo murmurat. Hic quoque pœnitẽs nihil asperũ, nihil contra deũ dixit. Et nota quod contra iniquas cogitationes tacet iste, qui supra cõtra dolores corporis rugiebat. Et factus sum sicut homo non audiens, per hoc existens, Ho-

Ex Alcu. mo .i. rationalis. q.d. assimulatus sum dissimulanti audire cõuitia sua, in quo homo est .i. rationalis ne per hoc cadat in peius. Et non habens in ore suo redargutiones, sic tacui, quasi non esset quod iuste redderẽ. Ecce magna virtus audire noxia, & non reddere contra.

PARS III. 16 Quoniam in te domine speraui: tu exaudies deus meus.

QVONIAM IN TE DOMINE spera-

Ex Cass. ui] Tertia pars, in qua affirmat se audiendum, cum commemoratione emẽdationis, quia inter tot mala sperauit in domino. q.d. hæc mihi faciũt, sed[speraui] Salutaris medicina est in malis sperare, non deficere[IN te domine] qui mutat tristia, in læta. Repete, Et quoniã in te domine speraui [TV exaudies me domine Deus meus.] Ideo audies,

17 Quia dixi, Nequãdo supergaudeant mihi inimici mei: & dũ commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt.

QVIA dixi nequando supergaudeãt inimici mei] Inter mala maxime cauet sanctus, ne de lapsu eius insultet inimicus. Hoc dixi, & tamen hoc euenit forsitan ad emendationem. Et hoc est [DVM cõmouentur pedes mei,] id est actus mei. Et dum hoc fit[SVPER me magna locuti sunt] si cõmouentur aliquãdo humana infirmitate, irridẽt impii, vnde dolẽt pii. Et ideo etiam exaudies, — Ex Aug. / Ex Cass.

18 Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in cõspectu meo semper.

QVONIAM ego paratus sum] sciẽs me deliquisse [IN flagella] q.d. ad hoc natus sum, vt flagella ferã. Flagellat enim deus omnem filium quem recipit. Et ideo, non exultent inimici[ET dolor meus] est [IN cõspectu meo semper] Inde dolet, quia deliquit. impius se defendit, iustus contra se irascitur. — Ex Aug. / Hebr. 12. / Ex Aug. & Cass.

19 Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.

QVONIAM iniquitatem] q.d. Vndẽ dolor? nõ de flagello, quod est medicina: sed de peccati vulnere. nisi enim doleret, non se sic accusaret. Et hoc est, [QVoniam iniquitatẽ meam annũciabo,] id est cõfitebor. Et quia non sufficit cõfiteri, addit[Et cogitabo] id est, sollicitus ero, & sedule agam[PRO peccato meo] sanando. Duo modi sunt perfectę pœnitentiæ, confessio & emẽdatio, quę fit per fletus & eleemosynas, & huiusmodi quæ hic notantur. — Ex Aug.

20 Inimici autem mei viuunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderũt me inique. — Ex Cass.

INIMICI autem mei] tũa permissione ad probationẽ mei missi[VIVVNT,] id est, fruuntur mundo, quia bene eis in seculo est, vbi laboro & rugio [ET confirmati sunt] in mendaciis. Vel, Confortati, alia litera[SVNT super me] in persecutione quod grauius est. Et hoc valet ad impetrandum; & non sunt pauci, sed[MVLTIplicati sunt] .i. quotidie plures fiunt, quod grauissimum est [QVI oderunt me inique] dando mala pro bonis. Vnde sequitur, — Ex Aug. / Ex gl. int. / Ex Aug.

21 Qui retribuũt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebãr bonitatem. — PARS IIII

QVI] etiã [RETR tbnunt mala pro bonis detrahebãt mihi]eur?[Quoniã sequebar boni-
Ex Aug. tatem]ideò dixit mala pro bonis.

PARS IIII 22 Ne derelinquas me domine deus meus:ne discesseris à me.

Ex Caß. NE derelinquas me]Quarta pars,vbi est exultatiua cõclusio,vt certa spes sit imitantibus. quasi dicat,pdicta mala mihi ingerunt,sed quia
Ex Greg. vbi supra. hæc mala homini sunt intolerabilia[NE derelinquas me]vel ita coniungitur litera.Hic pœ-
Ex Caß. nitens de præteritis absolutus cum gratiarũ actione profitens deum salutis suæ anctorem,legus exclamat,ne iam relinquatur,dicẽs, Ne derelinquas me [Domine deus meus],quia grauis est offensio post veniã . Et si ad horã relinquis,
Greg. vbi supra. [NE discesseris]pẽnitus[A me]sed potius

25 Intẽde in adiutorium meum, domine deus salutis meæ.

Ex Caß. INTENDE in adiutorium meũ] dũm pugno contra hostem[o omine deus salutis meæ]
Ex Aug. dator ęterne.Aliter,Ne derelinquas me,vt sine verba Christi. Hęc enim dicim' in illo,qui pro nobis interpellat , id est , in persona Christi dicentis, Ne derelinquas me domine dens meus. Sed cũ hic dicat, ne derelinquas , ne discesseris,
Psal.25 quomodo ergo supra clamabat,Vt quid me dereliquisti?Hoc enim quod hic dicitur,illi clamori videtur cõtrarium,sed non est. Ibi enim vox est veteris hominis , qui cum eo crucifixus est, id est,ibi loquebatur in psona ecclesiæ, quæ est vetus in culpa & pœna ,cuius vetustas in Christi cruce consumpta est. Hic antem loquitur in persona sua propria,Intẽde in adiutoriũ meum
Ex Caß. domine deus salutis meæ , quiã & animã meam seruauit, & à passionibus corpus & animam liberauit.

COLLATIO
In psalmum 37.Domine ne in furore.

7 LVMBI mei impleti sunt illusionib'. Munsterus vertit fœmora pro lumbis.Pratẽsis,Sanctes,Campẽsis in paraphrasi, Ilia seu intestina. Nescio tamen quo ingenio.Licet enim & id significet vocula Hebraica כְּסָלַי cesalai simul etiã & lumbos notat , vt transferunt Hieronymus, Pellicanus,Interpretes pro Caietano,Chaldęus & Nebiensis. Quod autẽ pro illusionib',Hieronymus dicit ignominia . Pellicanns vilitate. Alii ardore seu combustione. Facile est accommodare expositioni cõtextus. Sed & Chaldæus est nobiscum.

11 Amici mei & proximi mei , aduersum me appropinquauerunt.Hebr. Chari mei & amici mei , contra lepram meam , vel è regione plagæ meæ steterunt נֶגַע nega nomen , significat scabiosam plagã,& נִגְעִי nigei , plagã meam quomodo acceperunt Hebræi. נָגַע naga verò verbum significat accedere & percutere,ac נָגְעוּ nageu appropinquauerunt, legẽdo vau pro iod & pũctis neglectis. Quod quam facile sit apud Hebræos in confesso est.

XXXVIII. PSALMI TIT.
In finem canticum Dauid pro Iditum.

DIXI]Titulus [IN finem canticũ Dauid pro Iditum]Legitur in Paralipomenon, Parali.25. 25.26.
quod archa domini reducta à Philistęis, Dauid ante eã cõstituit cãtores quatuor milia, & totidem ianitores, quib' præfecit filios Charæ,cantoribus verò pręposuit ducẽtos octoginta & octo viros,inter quos fuerũt Asaph,Emã, Ethan & Iditum ,quorum nomina Esdras frequenter posuit in titulis, tum pro honore mysterii, tum ppter nominũ interpretationes:per quas subiectorum psalmorum intellectus panduntur, sicut huius psalmi aperitur sensus . Per
Ex Aug. hõc nomen Iditum,quod interpretatur transiliens eos,id est remanentes in mundo, hærẽtẽsque terrenis, de quo trãsiliente agitur hic. Docet enim psalmus iste, à dilectione seculi, ad dei legem, & inde ad æternitatem mente transilire. Et quia hoc iocundum est menti, & si graue sit carni:ideo bene in titulo apponitur[CANTICŨ] Et est sensus, Canticum, istud quod dicitur cãticum,quia hic est mentio de æterna beatitudine,pro qua iucundũ est mẽti,trãsilire, & si graue sit carni,dirigẽs nos[IN finem,]id est, in cõ-
Ex gl.inc. summãtionẽ,est[DAVID]pphetæ.Et est[Pro Iditum,]id est,de transiliente. Intentio. Monet
Ex Caß. hic psalmus inter blasphemos& iniquos linguę continentiam seruare,certamina & rixas cõprimere.Hoc enim silẽtium multũ est vtile. Modus. Tripartitus est psalmus.primo agit de cõtinẽtia linguę,inter blasphemos & cõtumeliosos. Vnde & optat noscere finem , vbi hæc nõ sunt mala. Secũdo,dicit quomodo omnes sunt sub vanitate & casu. Vnde apponit se expectare dominum petens liberari, ibi, Veruntamẽ in imagine. Tertio,inter tot mala seculi petit sibi deũ adesse,& peccata dimitti,vt psperò fine exeat, ibi,Exaudi orationẽ meam . Transilitor autem
Ex Aug. iste,terrenis abdicãs illecebris , de bona opinione semper contrahit inuidiam iniquorũ & calumniã . Vnde deliberat inter malos tacere , ne quid dicat male,ita incipiens,

DIXI,Custodiã vias meas : vt non delinquam in lingua mea.

Ex Caß. DIXI].i.in corde deliberaui , vbi sapientes prius deliberant,quàm loquantur. Ideo prius deliberat , quia graue hoc est quod incipit: quid sit illud exponendo subdit,
Ex Aug. [CVSTODIAM]Hõc dicit,quia forsan lapsus iam fuerat in lingua[VIAS,] id est,actiones, &
Ex Caß. verba. Vias dico iã [MEAS,]id est, bõnas. Ideo
Ex Hier. custodiam[VT nõ delinquam] per fãtua vel o-

Ex Aug. cioſa [IN lingua] quod eſt difficile. Nũ enim
fruſtra eſt lingua in vdo, quia facile labitur. Per-
Iacobi 3. fectua eſt ergo vir, qui nõ peccat in lingua. Lin-
Ex gl.int. gua dico iam[MEA,]id eſt meĩ iuris.

2 Poſui ori meo cuſtodiã: cũ cõ-
ſiſteret peccator aduerſum me.

Ex Aug. POSVI ori meo]q.d. Poſtquàm trãſiui ter-
renas delectationes, & ex verbis bonis cõtraho
inuidiam & calũniam, ſufficit mihi intelligen-
tia coram deo, ne loquendo dem aditum calũ-
nioſis, in quo ſæpe fit perturbatio, vt dicantur
non dicenda, contra quod melius remedium eſt
ſilentium. Vnde hic ait[POSVI ori meo cuſto-
diam]q.d. dixi, Cuſtodiam. Et poſui ori meo cu
ſtodiã, ne incõgrua exirent. Poſui cuſtodiã, non
propter ſtudioſus, & audire paratos, ſed [CVM
conſiſteret]ſcilicet cum mora. q.d. hoc feci cum
maxime opus eſſet. [PECCATOR]ſcilicet qui
nõ percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei, & calũnia-
tur. huiuſmodi, turgidis calumnioſis, litigioſis,
nil dicẽdum eſt, vt & agnus, ſcilicet Chriſtus ſi-
ne voce coram tõdente ſe ſiluit, qui etiam au-
dire paratis multa diſcipulis, poſtea dicẽda re-
ticuit. Conſiſteret dico[ADuerſum me] quærẽs
calumniam, à quo tranſiliente peccator decipi-
tur per ſilentium, non valens eum verbis tene-
re. Vnde ſequitur,

3 Obmutui, & humiliatus ſum:
& ſilui à bonis: & dolor meus re-
nouatus eſt.

Ex Hier. OBMVTVI]q.d. põſui cuſtodiam, vſque eo
quod[OBMVTUI,] id eſt, penitus tacui [ET hu-
miliatus ſum]hoc dicit vt purũ intelligas ſilen-
tium, non doloſum. Vel, Humiliatus ſum, id eſt,
Ex Hier. Improperia ab eis ſuſtinui[ET ſilui à bonis]an-
Ex Caſs. nunciandis. Vel, A bõnis, hominib⁹, pro porcis
Matt. 7. & canibus, quibus ſanctum nõ eſt dandũ, neque
margarita mittenda. Tacuit ergo bonis, ne do-
ceret contemnentem, qui cauſa contentionis
quęrit[ET]ita[DOLOR meus]quem paſſus eſt
Ex Aug. in loquendo, à quo quieuit in ſilentio[RENO-
uatus eſt] Inde eſt ei dolor, quia negat cõſeruis
cibaria verbi. Et ideo,

4 Concaluit cor meum intra me:
& in meditatione mea exardeſcet
ignis.

Ex Caſs. COR meum concaluit intra me,] id eſt, ex
omni parte caluit igne dei .i. amore cœleſtium.
Et hoc[INTRA me,]id eſt in ratione, vt de cę-
Ex Alcu. leſtibus cogitaret. Et nõta quia prius intra co-
gitauit, quàm extra exiret, loquendo. Vel, Con-
Ex Caſs. caluit intra me .i. Interna gratia ſpiritus ſancti
[ET in meditatione mea,] id eſt, in cõſilio. Hoc
dicit ne inſanus videretur ęſtus eius[EXARde-
ſcet ignis]dilectionis.

5 Locutus ſum in lingua mea, No
tum fac mihi domine finem meũ.

Ex Caſs. & Alcu. LOCVTVS ſum]dixit ſe intus cogitaſſe. Hic
dicit ſe extra eſſe locutum. q. d. poſtquam intra
me cogitaui, etiam[IN lingua mea,]id eſt, trãſi-
lentium[LOCVTVS ſum] Nũ auditori eru- Ex Aug.
diendo, ſed exauditori deo, à quo intus audio. Ex Caſs.
quod eſt, malis inuitus ſilui, ſed domino locutus
ſum, æſtu charitatis agente. Quid locutus ſum?
iſtud.ſ.[NOTVM fac mihi domine finem meũ]
id eſt, Chriſtũ, qui eſt finis noſter .i. cõſummatio Ex Aug.
ad iuſtitiam in pręſenti, & in futuro ad coronã.

6 Et numerum dierum meorum
quis eſt: vt ſciam quid deſit mihi.

VT]etiam]fac notum [NVMERVM dierum
meorum quis eſt]quem volebat ſcire non deſi- Ex Aug.
derio huius vitæ, ſed deſiderio Chriſti: vt appa- Ex Caſs.
reat ſi eius aduentum poterit videre, quem an-
tiqui patres magno deſiderio cupierunt videre,
Vnde, Multi reges & prophetæ voluerũt vide- Luc. 10.
re quem vos videtis, &c. Inde Simeõ ille ſenex Luc. 2
clamabat, putas videbo? &c. Inde etiã ante na-
tale dñi, illæ Antiphonæ cantantur in perſona
antiquorũ patrũ, ſcilicet, ô Adonay, ô ſapientia, Ex Caſs.
&c. Ideò volo ſcire numerũ[VT ſciam quid de- Ex Aug.
ſit mihi] ad vitam ante Chriſti aduentum, ante & Alcu.
quem multum deeſt ad vitam, quia ante eũ ſunt
veteres dies Adę, qui ducũt ad mortem, & non
noua generatio q̃ ducit ad vitã. Vnde ſequitur,

7 Ecce menſurabiles poſuiſti dies
meos: & ſubſtantia mea tanquam
nihilum ante te.

ECCE]q.d. an deeſt aliquid? vtiq;, quia[EC- Ex gl.int.
CE dies meos]vel Vẽteres .i. breues & inanes[PO Ex Caſs.
SVISTI podes meos, & ſubſtantia mea,] quæ
Adam peccante damnata eſt[TANQVAM NI-
hilum]eſt ex ſe, quia cito tranſit, & quãdiu eſt, Ex Caſs.
nihil eſt, actus quidẽ boni aliquid ſunt, quia vi-
tam conferunt. Nihil eſt dico, & hoc [ANTE te]
qui vere vides. q.d. Et ſi actus tranſilientis ali- Ex Caſs.
quid ſunt, ſubſtantia tamen nihil eſt ante deum.

8 Veruntamen vniuerſa vanitas:
omnis homo viuens.

VERVNTAMEN] Videns iſte aduentum Ex Caſs.
Chriſti, quẽ petierat videre, & non dũ habẽs bõ
nũ æternũ, redit ad infirmitatẽ ſuã, quam habet
inter virtutes, dicens, Magna ſunt quæ diximus
& credimus, ſed tamen nõdum eſt illud æternũ,
ſed[VNIVERSA]ſunt[VANITAS] pro muta-
bilitate. Et quia mutabilia & trãſitoria ſunt, ec-
ce iſte deſiderãs æterna, exprobrat humanę vi-
tę cui ſubeſt. Quod ideo dicit, ne quis putet ſan
ctos à tentationibus alienos. Et ad hanc vani-
tatem pertinet [HOMO] non deus, nõn ſpiri- Ex gl.int.
tus[OMNIS,]id eſt & bõnus & malus. Si enim Ex Hier.
malus eſt, in ſecularib⁹ vanus eſt. Si verò bonus,
ei cum Chriſto volẽti eſſe vana eſt hęc vita. Hõ
mo dico[VIVENS]in hoc mundo. ¶ Aliter to
tum ab illo loco, Obmutui, vel, Obſurdui. Et di
cit iſte trãſiliens ſe tacuiſſe, bona, dum timet ne Ex Aug.
loquatur mala. Ego, Silui, id eſt, tacui etiam bõ
na cõſeruis, dum timeo ne loquar mala. Et quia
non erogo pauperibus talẽtum mihi creditum,
non committit mihi diues dominus. Et hoc eſt,
Obſurdui. Alia litera, id eſt, cœpi à deo iam nõn
audire. poſitus enim eſt inter diuitem deum, &

pauperem hominem. Intercurrit transiliens inter deum & hominē, vt à deo accipiat, & homini distribuat domini sui pecuniā. Sed dū timet
Matt. 25. esse prodigus & dissipator. fit auarus dispensator, aliis non erogando. Et ideo subtrahitur ei à domino, hoc iste confitetur se passum docens nos cauere hoc, nō imitari. Si autē piger iste damnatur, quia nō erogat, quid ille patiet, qui per
Ex Aug. luxuriā cōsumit? Et sic, Humiliatus sum, à deo, non humiliaui me. Et ita, Dolor meus renouatus est. dolet tacuisse dicenda, quia vidit mala. ideo tacuit etiam bona, & bonis, Vnde, scili-
Psal. 60 cet quia tacuit, Zelus domus dei comedit eum, id est, amor proximorum quibus tacuit angit eum. Vnde sequitur, Concaluit cor meum intra me. Cœpit inquietum esse cor, videns hinc inde esse pericula. Et in meditatione mea exardescet ignis, id est, æstuario dum in vtroque video esse pericula, & in hac fluctuatione dicendi & tacendi inter fluctuosos & calumniosos, & audire paratos: in hoc æstu, Locutus sum in lingua mea, id est, quæsiui meliorem locum, vbi hæc non patiar, scilicet finem, id est vitam æternam. Et hoc est, Notū fac mihi domine finem meum. q.d. & si multa trāsiui, restat adhuc
Ex gl. int. finis, vbi non sunt scandala. Et numerum. Ecce quasi noto fine plus desiderat & omnia transilit. desiderat enim de fine perfectius cognoscere. Et hoc est, Fac mihi notum numerū dierum
Ex Aug. meorū. Hic est numerus sine numero, Qui, numerus dierum, Est, vere, & nō transit. Numerus verò dierum qui modo sunt, non est vere transilienti, hærēti autem esse videtur, Vt sciā quid, id est quantum, Desit, hic in præsenti, Mihi, vnde humilior est homo, qui hæc nouit. Ecce mensurabiles. q.d. noto fine, & dieb⁹ qui sunt, attēdit ad hæc temporalia quæ relinquit, & comparat inuicem. q.d. aliquis, Cur dixisti illos dies esse, tanquam & isti temporales dies non sint? Quid enim de istis dieb⁹ trāsitoriis sentis? Ecce
Ex gl. int. mēsurabiles posuisti dies meos, quī dederas immensurabiles si homo perstitisset. Vel, Veteres,
Ex Aug. Alia litera, Posuisti dies meos, quiā corrumpūtur corpora peccato, & pœna. Et substātia mea tāquam nihilum est ante te, id est, qui videt nihil esse hanc substātiam, ante te videt: vbi oculi tui sunt, videt, nō vbi humani, i. tuæ visioni cōcordat. Vel, Substantia mea tanquam nihilū est
Ex Alcu. ante te, id est, cōmittu illius, quæ ante te erit.
Ex Aug. Veruntamen. q.d. quāuis tāta trāsiliui, quāuis æternis inhio, Veruntamē, dum hic viuo, vbi tot scādala sunt, vbi tentatio est, Vniuersa vanitas, est, Omnis homo viuens, & trāsiliens, & hærēs, id est ad vniuersam vanitatē adhuc pertinent, quia omnia sub sole sunt vanitas, sub sole est omne visibile. Inuisibilia autem nō sunt sub sole, id est fides, spes, charitas. Hic habet Iditū vltra
Philip. 3. solem, cuius conuersatio in cœlis est. Vel ita, licet mēsurabiles sint dies, licet substātia nihil sit, Veruntamē vniuersa vanitas, est, Omnis homo viuens, id est, vniuersa vanitas est in rationabili creatura, quæ secundum diuersos vniuersam vanitatem appetit. de hoc gemit iste, sicut in superna, id est, supernorum amorē inardescit. Vel ita, licet substantia nihil sit, Veritamen omnis homo viuens, quasi iocunde in mundo, cui seruit, est, Vniuersa vanitas, ipsa vanitas est, nō modo vanus. Et dicitur hoc per exaggerationem. Ex gl. int.

9 Veruntamen in imagine pertransit homo: sed & frustra conturbatur. PARS II. διαψαλμα.

VARVNTAMEN] Secunda pars est hic, vbi dicit quomodo omnes sub vanitate & casu sint. Ex Cass. Vnde opponit se expectare dominum, & petit liberari. q.d. quamuis ita studeat homo vanitati [VERVNTAMAN homo pertransit,] id est, Ex Alcui. cito transit [IN imagine,] id est, comparabiliter imagini speculi, quæ cito vanescit. Vnde Iob, Iob. 13 Homo quasi flos egreditur & cōteritur, & fugit, &c. Vel ita, Licet studeat vanitati, tamē pertransit homo, hoc non mutatur. Ipse dico positus, In imagine dei, id est in ratione & ita mirum, quod hoc nō retrahit eū à vanitate [SED frustra] q.d. homo posit⁹ est in imagine dei, sed tñ cōturbatur. i. à puritate mētis in actib⁹ seculi Ex Cass. deducit, quia cū labore & miseria terrena appetit. Et hoc, Frustra, id est inutiliter, quia omnia transeunt. Aliter secundum aliam literam, quæ est, Quanquam in imagine ambulet homo, tamē vane turbat. Et est, Homo est vanitas, tamē Ex Aug. ambulat, In imagine, dei. Et quāquam in imagine, scilicet dei, id est in ratione, Ambulet homo, quæ est vltra solem & veritas, quia inuisibilia & vera bona appetit; tamē, Turbatur vane, id est, In vanis desideriis, scilicet de victu & Ex Cass. veste, & huiusmodi.

10 Thesaurizat: & ignorat cui cōgregabit ea. Ex Aug.

THESAVRIZAT] q.d. Indē est vana con- Ex Cass. turbatio, quia [THESAVRIZAT] Ecce de ceteris vitiis elegit propheta auaritiam ad ostendendum quod intendit. Ipsa enim est radix omnium malorum [ET ignorat cui cōgregabit ea.] Ex Aug. Nescit enim si filius possidebit qui & transit.

11 Et nūc quæ est expectatio mea? nónne dominus? & substantia mea apud te est? Ex Aug.

ET NVNC quæ est] Visa hac vanitate à qua transiliuit & respiciens veritatem ad quam se extendit, quasi in medio positus ait ergo [ET nunc] postquam tanta transiliui [QVAE EST expectatio mea,] id est, finis meus, vnde supra dixit, Notum fac mihi domine finē meū, expectatio dicit, quia nemo hic perfectus est [NÓNNE dominus] qui est super omnia? id est, Chri- Ex Cass. stus. quasi dicat mea expectatio est expectatio primi aduētus Christi, vel secundi. quæ dicitur expectatio, quia cum mora est, & quia interim multa sustinet [Et substantia mea] quasi dicat, vere ô tu domine es expectatio, id est quia substātia mea [APVD TE] considerata, id est, secūdum Ex Alcu. quod erit in futuro, quando etiā impassibilis, & immortalis [EST], Vel ita, Substantia mea apud te est, id est, quia præuideo substātiam meam dicit Dauid apud te futuram per vnionē personæ, Est, Vel ita substantiā dicit: non illā actualem ab Adam contractam, sed bonæ conscien-

tiæ possessionē. Et hoc est, Substantia mea, non
illa vetus Adæ, sed puræ cōscientiæ possessio,
qua interior homo sustentatur, & pascitur. Est
Ex Aug. apud te, non in saeculis nostris: sed ante deum
cui placet. Vel ita, Substantia mea apud te est, id
est, ad te tendens, iam incipit aliquātulum esse.
sed quia nemo sine peccato est, quantūcunque
transilierit, peto,

12 Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.

ERVE me ab omnibus iniquitatibus meis.]
Ex Aug. vel sic continua, te expecto, ideo [ERVE me ab
omnibus iniquitatibus meis] quia multæ sunt,
etiam iusto. Ab omnib⁹, dico, scilicet, nō solum
ab eis quæ trāsilivi, ne revolvar in ea, sed ab o-
mnibus omnino, ita sentire non impedit perfe-
ctionem, sed facit. Imperfectus enim est homo,
qui nondum accepit quod optat: perfectus ta-
mē quia scit hoc ipsum quod desit sibi [Oppro-
briū insipiēti] q.d. Et quia sic ago, Opprobriū,
&c. vel sic iūge, ideo debes eruere, quia [DEDI-
Ex Cass. sti me opprobrium insipienti]. i. stulto. Stultus
qui remanet in vanitate, quos bonis morib⁹ esse
cognoscit, irridet: contra quem,

13 Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti: amove à me plagas tuas.

Ex Alcu. OBMVTVI] Habitus opprobrio, tacui: nō
egi contentiose contra eos [ET non aperui os
meum]. i. non egi murmure cōtra deum. Et hoc
à te [Quoniā tu fecisti me] talem, dans mihi pa
tientiam. & quia talis [AMOVE à me plagas t.]
Ex gl. int. Vel sic iunge, Erue ab iniquitate peccati. Et e-
tiam, Amove à me plagas. i. passionē & mortē:
Ex Cass. quod potes, quia fecisti eas. Et hoc est quod se-
quitur, Tuas, id est, à te factas. Et necesse est vt
amoveas, quia, Defeci. Et hoc est,

14 A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corripuisti hominem.

Ex Alcu. A fortitudine] enim [MANVS tuæ]. i. forti
potentia tua [EGO defeci] in hoc [IN increpa-
tione] quibus humanū genus increpuisti. quod
tamen ex merito nostro est, quia est [PROPTER
iniquitatē] nostram. Dico increpationib⁹, quę
tamen sunt ad correctionē, quia per eas [COR-
Ex Cass. RIPVISTI hominem] Aliter, enim iniquitas
incurata permaneret. ¶ Aliter ab illo loco, Ob-
mutui, & legitur ibi alia litera, videlicet, Obsur-
Ex Hier. dui, q.d. dedisti me opprobrium insipiēti, ad cu-
ius cōvitia, Ego obsurdui & nō aperui os meū,
Ex gl. int. id est, nec conatus sum loqui, quia frustra lo-
querer, cum illi sint incorrigibiles, & quam tu
Ex Aug. fecisti m. Amove à me plagas tuas, id est flagel-
la tua, id est, quia fecisti me, noli me extermina-
re, tantum cede vt proficiam, non vt deficiam,
tantū tonde vt producar, nō vt cōminuar. q.d.
ille qui creavit, ille recreet, A fortitudine, quasi
plagas amove. Plagas dico, graviter illatas. A for
titudine manus tuę ego defeci in argutionibus. Ex Cass.
alia litera, id est, cum arguis me, defeci. Argüere Ex Aug.
autē tuum, est propter iniquitatē erudire: vnde
sequitur, Propter iniquitatem. q.d. quia defeci,
arguis, sed nō sine causa est quod defeci & infir-
mus sum, imò propter iniquitatem. Et in hoc,
Erudisti hominem. Alia litera, non damnasti,
quasi tua argutio, & poena est & gratia. Vnde a-
libi, Qui fingis dolorem in præcepto, id est for
mas dolorē meum, quem intulisti. Dolor enim
alius informis, alius formatus. Informis, qui non
emendat hominem Formatus verò est, qui eru-
ditionis formam præstat: & talis dolor est præ-
ceptum, id est, vicem & imaginem præcepti ha-
bet, quia docet à malis exire.

15 Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius: veruntamen vanè conturbatur omnis homo.

ET tabescere] Eruditionis modū ostēdit. q.d. Ex Alcui.
adeo corripuisti hominē, quia [FECISTI ta-
bescere animam eius, id est, siccatam ab humore
virtutū & cognitionis dei [SICVT araneam]
quæ texit inanē telam: sic & iste inaniter labo-
rat in cōgregatione temporalium. Vel, Sicut a-
raneam, quia sicut aranea egestione viscerū, vn
de telam texit moritur: ita & homo dum extra- Ex Cass.
hit à se iniquitatem moritur. Vel in bono po-
test accipi. Aranea enim corpus tenue habet,
nec in terra, sed in alto stat, telas egestione vi-
scerū texit: sic anima hominis conversi & affli-
cti deserit terrena, stans in alto cælestis conver-
sationis, & subtiles operationes perficit, timore
dei tabificata, id est, humiliata. Vel ita compa- Ex Aug.
ratur homo araneæ. quia sicut aranea tabidum
quiddam est & infirmū: sic anima hominis in-
firmitate & humilitate eruditur, vt non de se
præsumat, qui displicuit fortitudine & superbia.
Et hoc est, Ita erudisti, quia, Tabescere fecisti a-
nimam eius sicut araneam, id est, fecisti vt ani-
ma tabesceret, id est infirma fieret, per humilita-
tē deposita superbia, quasi aranea, qua nihil est
tabidius, quę leniter tacta digito deficit, hęc in-
firmitas bona est, sicut superba fortitudo, ante
erat vitium [VERVNTAMEN vanè contur-
batur omnis homo] q. d. licet homo sit corre- Ex Cass.
ctus, licet increpetur, licet tabefiat: Verūtamen
omnis homo vivens in incerto, Vanè cōturba- Ex Aug.
tur, id est humana infirmitate vanis rebus con-
funditur. Ab hac vanitate nemo excipitur: nisi Ex Cass.
qui deum pura mente contemplatur.

16 Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meam: auribus percipe lachrymas meas. PARS III. διάψαλμα.

EXAVDI. Et est hic diapsalma. Tertia pars Ex Cass.
vbi inter tot mala seculi petit sibi deum adesse,
& peccata dimitti, vt prospero fine exeat, quasi
vniversa vanitas sint. Inter hæc ergo positus Ex Aug.
trāsiliens, iam in superioribus spe agens, inquit,
[EXAVDI] Vel ita continuat. Hæc sunt vā- Ex Alcu.
na, sed quia ego ista nec peto, nec ꝓ eis tristor,
Exaudi domine. Quantò plura novit iste, tātò

plus supplicat[ORATIONEM meã]oratio est,
quando vota deo pãdimus[ET deprecationem
Ex Cass. meam] Dēprecatio est frequens supplicatio,ab
imo cordis.Sed ne putes eũ tantũ verbis orare,
addit, & [Lachrymas]quæ violētę sunt in pre-
cibus ad mouendam misericordiam. Et hoc est,
quod sequitur,[AVRIBVS percipe] Lachry-
Ex Aug. mas meas,licet enim tot trãsilunit iste,habet ta-
men quod fleat.quia abest quod desiderat,quia
Matt. 24 crebrescunt scãdala,abundat iniquitas, refrige-
scit charitas.

17 Ne sileas:quoniam aduena ego sum apud te& peregrinus,sicut omnes patres mei.

Ex Aug. NE sileas]q.d.oro,deprecor.Et ô domine[NE
sileas].i.fac vt audiã te. Quia occulte loquitur
Ex Cass. Deus in corde fidelis, salus tua ego sum, quam
Luc. 2 vocē iste optat.Vel,Ne sileas.i.dic mihi,Remis
Matt. 25 sa sunt tibi peccata tua.vel,Ne sileas in futuro.i.
Ex Aug. dic mihi,Venite benedicti,&c.Ne sileas[QVO-
niã ego]iam sum apud te spe,sed adhuc[ADVE-
NA]vel inquilinus,id est nõn habens hic sedem,
quia hinc trãsiturus ad ęterna, vbi non ero in-
quilinus [ET]sum[PEREGRINVS] subaudi
apud te, quia quidam sunt peregrini cũ diabo-
2.Cor.5 lo.i.mali quidã vero cũ deo, cum quo sunt spe
non re,quandiu enim sumus in corpore, pere-
grinamur à domino[SICVT omnes patres mei,]
qui migrauerũt ad vitã.Constat ergo idē de me.
Ex Cass. Vel ita, Ne sileas quoniã ego sum aduena apud
te .i. nõn in diaboli ciuitate maneo ,sed in tua
sum receptus , de Babylonia ad Hierusalē sum
translatus, meum regnum pro tuo desero. Et
peregrinus , non eligens mihi sedē hic , quia ibi
mihi patria nõ hic.Sicut omnes patres mei.hoc
dicit,ne quis ab hac cõditione putet exceptus.

18 Remitte mihi , vt refrigerer priusquã abeam:& amplius nõ ero.

Ex Cass. REMITTE] Hic sibi petit dimitti vt certus
Ex Aug. ad iudicium perueniat. q.d. & quia migraturus
sum restat hoc petere,Remitte,&c. Vel ita iũ-
ge, Quia sum apud te ideo , Remitte mihi, qui
curis vror[VT refrigerer] per misericordiam,
Matt. 6. quia habet æstus vitiorũ.vnde dicit,Dimitte no
bis debita nostra sicut & nos dimit. &c. Refri-
gerer dico,[PRIVSQVAM]ab hac vita[ABEÃ]
Ex Aug. nē cum peccatis eã.Dico remitte, & alioquin,
id est,si nõ remittis vt refrigerer,ego ibo de hac
vita[ET]iam[NON ero amplius]in vero esse
quod est cum deo.

COLLATIO
In Psalmum 38.Dixi custodiam

3 OBMVTVI & humiliatus sum.]Pro secũ-
da particula in Heb.legitur דּוּמִיָּה dumiiah &
vertunt silentiũ,vt sit, obmutui silentio. Quia
verò radix דָּמָה damah aut דָּמָה dimach,prę-
ter alia significat oppressit, nõ absurde dixerũt
LXX,humiliatus sum ꝓ obmutui humiliatione.

7 IN meditatione mea exardescet ignis]Hic
philosophatur Faber, ꝙ ex Hebr.aptius ad ve-
hementiã dicitur , In meditatione mea succen-
sus sum igni , quum tamen ad ipsissimam lite-
ram (vt ita loquar) Hebraice nunc habeatur
בַּהֲגִיגִי תִבְעַר אֵשׁ baagigi tihear esch.In me-
ditatione mea exardescet ignis . Nec obstat ꝙ
Hieronymus negligens cacozeliam translatio-
nis verterit ad eum modum , quem legit Faber.
Ignorabat tamē Hieronymus, se talem habitu-
rum prophetã,nisi legerit Hieronymus sub pri-
ma persona אֶבְעַר ebear, cuiusmodi sępenume
ro deprehendimus factitatum

6 VT sciam quid desit mihi.]Subscribit om-
nino Hieronymus.Cæteri trãsferũt,quã m bre-
uis temporis ego.Palam est חָדַל hadal signifi-
care desiit & חָדֵל hadel significare חֶלֶד he-
led , id est , durationem , transpositis literis la-
med & dalet , Vnde nisi Septuaginta dixissent
τίυστερῶ ἐγὼ poterat suspicari vitio scribæ fa-
ctũ esse,desit à deesse,pro desiit, à desino. Verũ
dies nostros breuiter desinere , & nos illis velo-
citer currere,satis consonant & cõueniunt. Et
Chaldæus ac Nebiensis dixerunt,vt sciã quan-
do deficiam.

IP OPPROBRIVM insipienti dedisti me.]
Hebræi legunt (vt apparet)cõtrarium sensum.
Opprobrium stulto ne ponas me אַל תְּשִׂימֵנִי
al tesimeni:videtur repugnantia in verborũ so-
no, sed vbi desideriũ introspexeris peccatoris.
ad deum conuersi, efflagitantis toto adfectu ab
omnibus iniquitatib⁹ eripi,ob quas sensit se tra-
ditum insipientis cacodæmonis opprobrio,in-
uenies quod confiteatur se ante pœnitudinem
remordente conscientiæ stimulo insipienti da-
tum , id deo permittente , vt tyrannide inimici
cognita,resipisceret,& deinceps deum precare-
tur, ne ad vomitum redeundo, tradatur rursus
opprobrium insipienti, & diabolicis illusioni-
bus:vt in summa sit dicere, Ab omnib⁹ iniqui-
tatibus meis erue me . Et Deo ante omnia idi-
psum deprecari, quia propter peccata mea, iu-
ste insipienti opprobrium dedisti me.Sed bone
Deus,si deinceps me pręserues à peccato,secu-
re potero dicere , opprobrium stulto ne ponas
me.Quod si videar tibi scripturã torquere re- κακοζη-
pugnantem, simile proferam ex Hieronymo in λία fugi-
libello de optimo genere interpretandi : & in enda in-
commentario ad cap. Esa. 8. In priori quidem terpreti
multis argumentis volens demonstrare , boni
Interpretis officium:vt apertissime doceat ve-
rum translatorem, non debere dormitanti lite-
ræ seruire , & putida verborum cacozelia tor-
queri,inter alia adducit testimonium LXX Esa.
8, quod videtur ex diametro pugnare Hebrai-
cæ veritati , Apostolo Paulo itidem & Petro.
Nanque Apostolus Paulus , ad Romanos no-
no , exemplum sumens de Esaia , Ecce inquit
ponam in Sion lapidem offensionis , & petram
scandali: discordat à translatione veteris & ta-
men cum Hebraica veritate concordat . In Se-
ptuaginta.n.contrarius sensus est. Nõ vt lapidi

offensionis occurretis: nec vt petrę ruinæ, quū apostolus quoq; Petrus Hebręis Paulóq; consentiens ita posuerit, Incredulis autē lapis offensionis & petra scādali. Ex quibus vniuersis perspicuum est, apostolos & euangelistas in interpretatione veterum scripturarum, sensum quęsisse non verba: nec magnopere de ordine sermonibúsque curasse, dum intellectui res pateret. Hęc Hieronymus. Vbi peruides in LXX esse negationem, & in Hebraica veritate esse affirmationem, quæ sunt contradictoria. Tamen quæ hic non conciliauit, in commentariis ad cap. Esa. 8. ad concordiam reduxit. Ait enim, Vnde præcipitur eis vt dominum audiant, & ipsum solum timeant. Si enim in ipso confisi fuerint, habebunt eum in sanctificationem: & non impingent quasi in lapidem scandali, & quasi in
Cōtradictoriæ orationes ad vnū & eundē sensum verificantur. petram ruinæ. De hoc loco & apostolus sumit testimonium, quod Christus Iudæis factus sit in scandalum, Gentibus autem in stultitiam. Et rursum Israel sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia nō ex fide, sed quasi ex operibus legis, offenderant in lapidem offensionis: sicut scriptum est, Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petrā scādali. Omnis qui credit in eo non confundetur. En cernis ista duo pugnare. Erit vobis in lapidem offensionis, & petram scandali. Et non vt lapidi offensionis occurreris, neque & petræ ruinæ. Sed quando intelligitur, si in ipso confisi fueritis, non vt lapidi offensionis occurretis, iam omnia concordant. Ita ad propositum nostrum, Si ab iniquitatib' meis eripuerit me dominus, non est quod tradar in opprobrium insipienti. Si verò peccata amplector, consequens est vt tradar in opprobrium insipiēti. Denique quum negatio & dei nomen nihil distent, si nude scribantur, cur non potuerunt LXX legere אֵל el, id est deus, & non לֹא al, id est non, vt sit opprobrium deus insipienti dedisti me, quanquam deus non exprimatur.

16 ET tabescere fecisti sicut araneā animam eius.] Hieronymus & ferme cæteri, pro aranea ponūt tineā sensu haud alieno. licet dictiuncula עָשׁ asch significet quoq; araneā siue araneum, vt vertit Pellicanus, & versio ex Chaldæo habet. Sed quid est quod vbi habemus animam eius, alii dicūt desideratum, desiderabilia, pretiosum? Munsterus nōnihil de suo addidit, Expetibile robur eius. Certè si perpēderimus animæ dignitatem, & quanti eam facere debeamus: non est quod aucuperis literas & syllabas, dum sententiam tenes. Secus dicunt Chaldęus Paraphrastes & Nebiensis. Hic, carnē eius. Ille, cuius corpus fractū est. Verum sequamur LXX, si vnitatem diligimus.

VANE conturbatur omnis homo.] Nec in Græco, nec in Hebræo legitur conturbatur. Et tradit Hieronymus ad Suniam & Fretellā esse de editione quam vocat κοινὴν additum fuisse sub veru in LXX, Nec tamen continuo colligas eradēdam esse: meminisseque debemus quod in eodem tractatu dicit, Et quęso vos, vt huiusmodi ineptias, & superfluas contentiones, vbi nulla est sensus mutatio declinetis.

18 Remitte mihi, vt refrigerer.] Hieron. Parce mihi vt rideā. Cæteri, Auertere à me seu desine aut declina, & roborabor. De primo, Concordia inter remittere, parcere, & id genus, claret. De secundo, ridere, roborari, non longè sunt à refrigerio, quod sub aliis verbis dicit Munsterus, Desine à me, vt vires recuperem, & si vocula Hebraica בָּלַג balag significet confortare ridere, refrigerare, iuxta vocabularium Academiæ Complutēsis. Quasi verò non consolidatur corroboraturque in homine in vno, qui remisso crimine, gratiæ cælestis oleo & refrigerio diuinę misericordiæ gaudet.

XXXIX. PSALMI TIT. In finem Psalmus Dauid.

EXPECTANS expectaui dominum] Titulus [IN FINEM psalmus Dauid] Finis in titulis psalmorum diuersis modis accipitur. Aliquando enim Christum significat, aliquādo plenitudinē temporis, aliquādo nouum testamentum, aliquando passionē vel resurrectionem Christi. Hic autem pro nouo testamēto accipitur, quod cōsumat in quod vetus test. mutatum esse ostenditur, quod ecclesia longo tēpore expectauit, desiderās Christum, & cū eo nouum testamentū, in qua expectatione multa à diabolo sustinuit, occulte & manifeste, à quibus etiam post Christi aduentum, & nouæ legis perceptionē, penitus immunis non fuit, diaboli insidias omnino non declinās, & aperte & occulte nocentis. Est enim diabolus leo & draco, Ex Aug.
leo: cū aperte sęuit, vt fecit tēpore martyrū, vbi opus est patiētia: draco, cum occulte insidiatur, cum scandala mouet & tentationes, sicut nunc facit, vbi opus est vigilantia, & magis timendus est cū fallit vt draco, quàm cū sęuit vt leo. Illic enim cogit, hic docet negare Christū. Inter hæc tamen expectare non desiit, quousque vtrūque recipit. Et est sensus tituli [PSALMVS] iste dirigens nos [IN finē]. i. in nouū testamentū cō- Ex gl. int.
summans, quia agit de mutatione veteris test. in nouū, attribuitur [DAVID,] id est Christo, qui saluat quod non facit lex, nec dii gentium. Ex gl. int.
qui loquitur in hoc psalmo ex mēbris, id est, ex Ex Hier.
persona membrorum. Intentio. Monet relictis cerimoniis legis, & idolatriæ superstitione, ad nouum testamentū accedere. Modus. Bipertitus est psalmus. Primo inducit ecclesiam, ex- Ex Cass. & Alcu.
pectasse deum & accepisse eum & ab eo nouum testamentū quod & multi secuturi sunt. Vnde percutit omnes superstitiones, & inuitat ad mirabilia dei. Secundo exponit mirabilia quę sunt Ex Cass.
incarnatio, iustitia prædicationis: liberatio hominum ab iniquitatibus, confusio inimicorum: lætitia sperantiū, ibi, Annunciaui. Et quia difficile erat Iudæos à consuetis cerimoniis, & gētes ab idolatria reuocare ad nouū testamētum, ideo vtitur auctoritate antiquorum patrum, dicens,

XPECTANS expectaui Dominum, & intendit mihi.

EXPECTANS expe-
Ex Cass. ctaui] Hæc geminatione
plus intelligitur, quàm sim-
pliciter diceretur. Expectat enim qui etiã in-
gratus est: sed expectãs expectat, qui mitis & cũ
desiderio expectat. Et est [expectãs expectaui,]
Ex Hier. id est, mitis, & cũ desiderio expectaui assidue in
Abrahã, & in aliis patriarchis, atq; in pmissio-
Ex Alcu. ne prophetarum. Ecce auctoritas ab antiquis.
Quid? nõ legẽ, per quã abũdat iniquitas vel de-
lictum: non hominem, qui potest fallere & falli;
Ex Aug. & qui mecum indiget: non aliud: sed [DOMI-
NUM] qui saluare potest. & quid ille? [ET INTEN-
DIT] non auertit se: sed [INTẽDIT mihi,] id est, ad
vtilitatẽ meã, scilicet vt prodesset. Nõ dicit in-
tendit me, vt etiam malos intendit, sed nõ ma-
lis. Et est, domin' fuit intẽtus & beneuolus eis.
Postea subdit, quomodo intendit, scilicet exau-
diendo eos, & educendo. Et hoc est.

2 Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.

Ex Hier. ET EXAVDIVIT] Quĩ prophetis se abdidit
Ex gl. int. [PRECES meas] à quibus expectans nõ cessat.
Et quid fecit? [ET eduxit me de lacu miseriæ,]
Ex Aug. id est, de profundo carnaliũ cõcupiscentiarum.
[DE LVTO fæcis] vel Limi, id est, de malis ope-
ribus, quæ pedes affectuum inquinant, & reti-
nent. & sunt vilia vt fæx, cõparatione vini. Vel
lacus sunt tenebræ iniquitatum, id est infideli-
tatis, & ignorantiæ: lutum est, carnalis cõcupi-
scentia. Et est, Et eduxit me de lacu miseriæ &
de luto fæcis, id est, dẽ profundo iniquitatis, &
Ex gl. int. ex carnalibus cõcupiscentiis. Vel, Per lacũ mi-
seriæ & lutum fæcis accipitur infernus, vnde
eduxit captiuos iustos, qui ibi tenebãtur. Et est,
Eduxit me de lacu miseriæ, &c. i. de inferno.

3 Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos.

Ex Aug. ET statuit] vt iam ambulẽ proficiendo [SV-
PRA petram,] id est, Christũ [PEDES meos,]
Ex Hier. id est, sensus mẽos, qui prius cum diabolo erãt.
Ex Cass. Nõta quia dupliciter dat deus profutura. pri-
mum educit de miseria seculi, quæ est lacus &
lutum fæcis. Deinde supra petram statuit, cum
in præceptis Christi ambulamus, peccata sicut
lutum laci fœtent, & mergũt, petra contra il-
Ex Hier. lud lutum est. In lacu verò & luto peccatorum
sunt gentes idola colẽtes, vel omnes terrena a-
mantes [ET direxit] ne retro aspicerẽ [GRES-
SVS meos,] id est operũ meorum. Vxor nanque
Loth aspiciẽs retro, versa est in statuam salis. &
nemo mittẽs manum suam ad aratrum, & aspi-
ciens retro, aptus erit regno dei.

4 Et immisit in os meum canticum nouum, carmen deo nostro.

ET immisit] q. d. statuit, direxit [ET] sic [IM-
MISIT] prædicationem noui testamenti, scilicet
[CANTICVM nouum,] id est lætitiam de no-
ua gratia, non vetus de lege Moysi. Cantabant Deute. 11.
enim homines veteris testamenti vetus canti-
cum, scilicet oculũ pro oculo, dentem pro den-
te, animã pro anima, ad inferos quoque descen-
debãt, occlusa eis regni ianua, prohibẽte Che-
rubin aditũ paradisi, in cuius manus erat ignea Gene. 3.
romphea. Sed hõmines nouæ legis, cantant cã- Ex Aug.
ticum nouũ, quod homo nouus attulit. Nõuus Apo. 21.
enim rex, noua lex, noua ecce facta sunt omnia.
Nõuus ergo populus, noua cantat de incarna- Ex Hier.
tione domini, de resurrectione & ascensione, &
huiusmodi. Vnde in his præcipue solẽnitatibus
ministri ecclesiæ induti albis vel sericeis ornamẽ-
tis cantãt & legũt, vt nouum canticũ nemo nisi
innouatus cantare præsumat. Canticum, dico,
scilicet [CARMEN] vel, Hymnũ. quod carmen
placet [DEO] q. d. nõ ẽst turpe carmen, nõ thea- Ex Hier.
trale, sed est per nouum testamentum. Deo in-
quam [NOSTRO] placet, non alienis diis, sed
deo qui noster est per cultum non aliorum. Ex Cass.

5 Videbunt multi, & timebunt: & sperabunt in domino.

VIDEBVNT] quasi d. hõc quod de priori- Ex Aug.
bus dixi, videbunt multi populi posteri, id est,
vĩdebunt venisse prædictum Christum, quem Ex Hier.
priores expectarunt. Vel, Videbunt multi, mĩ- Ex Cass.
rabilia in tempore incarnationis facta. Vel ita,
Videbunt multi, sequentes, id est, imĩtando præ- Ex Aug.
cedentem populum patriarcharum & prophe-
tarum [ET timebũt] iam sequi malas vias, quia
peccatores se intelligent [ET] facti Christiani Ex Hier.
[SPERABVNT] remissionem peccatorũ [IN
domino] nõn in præcedentibus, scilicet patriar- Ex Aug.
chis & prophetis, quia solus Deus peccata di-
mittit. Et

6 Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: & nõ respexit in vanitates, & insanias falsas.

BEATVS vir cuius est nomen domini spes
eius] Nomẽ dicit, quod est Saluator. Et est sen-
sus, [BEATVS est vir cuius est spes nomẽ domi-
ni [.i. q nõ tẽporalia sperat ab eo, sed illud quod
eius nomen indicat. i. salutem. i. qui ipsum deum Ex Aug.
nõ aliud ab eo sperat. Et superabũdat [EIVS]
In Hebræo enim sæpe duplicantur hoc modo Ex Alcu.
genitiui. Vel ita vt nõn abundet eius, Beatus
vir cuius est nomen domini. Hic distingue, id
est, in quõ est laus dei, vt ab eo solo credat salu- Ex Aug.
tem, vnde &, Spes eius est. i. inde est ei spes vitæ.
Et, post [NON respexit in va.] quo. i. ad quas va
nitates plures eunt. Vãna sunt terrena [ET] non Ex Hier.
respexit [INSANIAS falsas] Insaniæ sunt iræ, rixæ. Ex Cass.
Vel insaniæ falsæ sunt idola, quæ fallunt à ve-
ritate. Insania ergo mendax est, quia non est Ex Aug.
quod putatur: falus verax. vel insaniæ sunt in
spectaculis fallacibus histrionũ, theatrorũ, & in

Ex Aug. altis volnptatib⁹. Ideo ēnim pluraliter dixit, vt accipiatur de omnibus ad voluptatem pertinētibus. Et hoc est, Nō respexit insanias falsas, quę
Ex Aug. sunt in voluptatibus seculi huius. Qui verò ista nō respicit, habet quod miretur, & spectet. quia

7 Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Ex Aug. MVLTA] enim [FECISTI, &c.] Vel ita cōtinua.
Ex Cass. Hęc sunt falsa, sed opera tua sunt mirabilia. s. cęlū, terra. Hic elidit supstitiones. Et hoc est [MVL
Ex Aug. TA fecisti tu dñe deus mirabilia tua] & in cōrporalibus & in spiritualibus. In corporalibus, vt
Matt. 14. cælū, terram, & Petrum ambulare super aquas, qđ fuit in signo spiritualis miraculi huius. s. q nos in seculo .i. in fluctib⁹ seculi sicco pede ambulare facis. Maius ergo facis quam histrio. Ille enim didicit ambulare in fune, tu verò facis ambulare supra mare [ET] hæc fecisti [COGITATIO-
Ex gl. int. NIBUS TUIS] .i. nō alieno cōsilio, sed tua sapientia. Vnde, Quis cōsiliarius eius fuit? [ET nō est qui similis sit. t.] In illis oībus nulli authores artiū.

PARS II. 8 Annunciaui & locutus sum: multiplicati sunt super numerum.

Ex Alcu. ANNVNCIAVI] Secunda pars, Ecce quæ sunt mirabilia, scilicet incarnatio, iustitia prædicationis, liberatio hominum ab iniquitatib⁹, confusio inimicorum, lætitia sperātium. Et nota quia in prima parte rudes & incōpositi præparati sunt, vt libenter suscipiant verba Chri-
Ex Aug. sti. Christus enim loquitur hæc, quæ in secūda parte cōtinentur, partim in capite .i. in persona sua, & partim in membris. q. d. Multa fecisti mirabilia, & hæc mirabilia, ego [Annūciaui] dicit Christus, &c. Vel ita continua, Quæ sunt illa mirabilia? ecce vide mirabilia dei, Annunciaui,
Ex Cass. prius per prophetas [ET] post [LOCVTUS sum] egomet, & [MVLTIPLICATI sunt] mali [SVPER
Ex Aug. numerum] saluandorum. certus quidē numerus est Ierusalē, id est, prędestinatorū. sed supēr hūc
Ex gl. int. numerū sunt admixtæ paleæ, id est mali. Mul-
Matt. 29 ti enim sunt vocati, pauci verò electi. Vel, Multiplicati sunt super numerū .s. supēr hoc quod
Ex Cass. aliquis numerare posit. Vel, Sic locutus sum & me loquente, Multiplicati sunt super numerū, id est, plures quàm olim crediderunt.

9 Sacrificium & oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi.

SACRIFICIVM,] q. d. quæ fuit necessitas loquendi, cum sufficerent legalia? quia [SACRIFICIUM] quod de animalibus fiebat [ET oblationem, quæ erat de aliis rebus vt de simila & thure & oleo [NOLVISTI] vlterius, postquā
Ex Aug. veritas est exhibita. Vt ēnim venit res, noluit deus illa legalia quæ erant quasi verba promittentia: tandiu est promissor donec det, vt dedit mutat verbum: nō dicit dabo, sed dedi. Ipso ergo veniente, noluit ea quæ erant eius figura. Vnde in Natali domini cantatur missa de promissione. s. Lux fulgebit, nec repetitur postea de promissionis exhibitione. s. puer natus est, &c. quod iteratur postea. Ecce verborum mutatio. Ibi enim est de futuro pmissio, hic de iam nato gratiarum actio. Vnde & prophetia ante epistolam eadem die cantatur, vt sit basis sub columna in tabernaculo domini. Siquis antē dicat adhuc apud Iudęos, durare illa legalia, quia circunciduntur & quędā huiusmodi faciunt: non est verum. Ablata sunt enim ex maxima parte. Non enim habent regē, neque sacerdotem, neque vnctionem, neq; ephod, neque theraphin.
Quædam etiam manserunt illis quæ celebrāt, Ex Aug.
ne omnino sine signo remanerēt. sicut enim posuit deus signū Cain, vt nemo occideret eum. Erat enim vagus & profugus super terrā, & tremebundus capite: ita manet Iudæus cum signo circuncisionis, & aliis huiusmodi, & nōdum est
occisus, habēs signum suum. Sed maledictus est Gene. 4.
Cain à terra quę excepit sanguinem fratris sui, quem ille effudit. Vnde dominus dixit, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra .i. Iudęus maledictus est ab ecclesia, quæ excepit sanguinem Christi, quem effudit Iudæus: & de hac terra clamat ille sanguis ad Deum, dum quotidie in ecclesia p hominis expiatione deo offertur. Sed Iudæus qui fudit, surdus non audit spiritualiter. Et hæc sunt mirabilia dei & cogitationes, quib⁹ nemo est similis [AVRAS autem] vel, Corp⁹. q. d. illa noluisti, sed, Corpus [PER-
FECISTI mihi,] id est, perfectum dedisti, scili- Ex Alcu.
cet sine peccato. Propter hoc illa noluit. Vel, Aures perfecisti, id est, perfecte fecisti me intelligere quid velles. Vel secūdum aliam literam, scilicet, Corpus autem aptasti mihi. ita ponit Apostol⁹, in epistola ad Hebræos, id est, corpus aptum ad offerendum mihi dedisti.

10 Holocaustum & pro peccato nō postulasti: tunc dixi, Ecce venio.

HOLOCAVSTVM] Hīc exponit priorē ver- Ex Aug.
sum, & dicit [HOLOCAUSTŪ] quod prius sacrificium [PRO peccato] quod supra oblationem, & secundum hoc est vna dictio, propeccato: proprie tamen holocaustum dicitur quod totum comburebatur: holos enim Græce, Latine totum: cauma, id est, incendium, inde holocaustum .i. totū incensum pro peccato, vt de hyrco à Pompeio .i. emissario, qui cū peccatis populi, in desertum mittebatur. Vel ita vt sint duæ dictiones p peccato. Et est, Holocaustū & .i. etiam
Pro peccato .i. quod p peccato fiebat, et erat Nume. 16.
maius & dignius in lege, vt de vitula rufa [NON postulasti: tunc dixi] quasi quia hæc noluisti, & corpus aptasti. Tunc dixi [ECCE] statim [VE-
NIO] quia tempus est vt veniant promissa, quia Ex Cass.
auferuntur promittentia. Cum ergo sacrificia
cessent, constat Christum venisse. Venio, quia Ex Aug.

11 In capite libri scriptum est de me: vt facerem voluntatem tuam: deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

VT faciam voluntatē tuam] quia ita [SCRI- Ex Aug.
ptum est de me in capite] huius [LIBRI] psalmorum, scilicet, vel sic, Scriptū est de me, id est,
præfinitum, In capite libri, id est, apūd deū pa- Ex Alcui.

trẽ,qui eſt caput mei,dicit Chriſtus, qui ſum li
ber humani gñis, in qun quiſq; legere debet.i.
qui ſum forma iuſtitiæ hominibus. Quid ſcri-
Ex gl.int. ptum eſt? [VT faciã voluntatem tuam] ŏmnino
obediẽs,me offerẽs. Et ô [DEVS meus] ego [VOLVI] iſtud.
Ex Aug. Hoc ẽſt quod in primo pſalmo dici-
tur:ſed in lege domini facere voluntatẽ eius [ET
LEGEM TVAM volui in medio cordis] .i.in
Ex gl.int. plẽnitudine cordis mei. Vnde & in eõdẽ pſal-
Ex Aug. mo dicit,& in lege eius meditabitͤ die ac nocte.

12 Annuntiaui iuſtitiam tuam in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo, domine tu ſciſti.

ANNVNTIAVI] Hæc dĭcit Chriſtus in
membris,id eſt,in perſona membrorũ.q.d.prius
Ex Aug. per me locutus ſum,poſt etiam in mẽbris [ANNVNTIAVI] aliis [IVSTITIAM] eſſe [TVAM, id
Ex gl.int. eſt,quŏd à te eſt iuſtitia.Et hoc feci [IN eccle-
Ex Aug. ſia magna].ſ. quæ ẽſt in toto orbe terrarũ, non
parua vt fuit prius:& ſiquid inſurget,timor nõ
prohibet loqui.Et hoc eſt [ECCE nõ prohibebo labia mea] loqui,quaſi nõ habeã in ſolo corde
vt timore taceã. Hnc dicit cõtra timorẽ mũdanũ
[Domine] q.d.& ſine ſimulatione etiã id agã,quia dñe [TV ſciſti] cor meũ.q.d. labia ſonant
hominib᷒,ſed tu domine noſti cor meũ.Hoc dicit ne in ſolis labiis eſſet annunciatio,quia corde
creditur ad iuſtitiam, ore autẽ confeſſio fit
Ex Alcu ad ſalutem. Et dicit hoc cõtra ſimulationẽ. Vel
ſic, Nõ prohibebn.Et ô Domine tu ſciſti,id eſt,
tn es teſtis,quod timor nnn prohibet loqui. Vel
ſic,nõ ꝓhibebo, & hoc per te eſt. quia,Tu dnmine
ſciſti.i.ita prędeſtinaſti futurum,& ad hoc
non ſum piger,quia

13 Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo, veritatem tuam & ſalutare tuum dixi.

Ex Caſſ. NON abſcõdi in corde meo] quãndo potui
Ex Aug. prodeſſe aliis [IVSTITIAM tuã] vel, Meàm,
.i.fidẽm cõfeſſua ſum, nnn celato timore.quaſi
Ex gl.int. ſatis ſit in corde tenere. Et dicitur hic contra
ſegnitiem carnis,Non abſcondi,ſed [VERITATEM
Ex Alcu. tuam].i.prõmiſſorum exhibitionẽ [ET ſalutare
tuum],id eſt ſaluationẽ tuã [DIXI] vel, Veritatẽ
Ex Aug. tuam & ſalutare tuũ, id eſt Chrĭſtũ, Dixi,id eſt
Ex gl.int. prædĭcaui,nec propter multos conciliantes dimiſi.
Et hoc eſt,

14 Non abſcondi miſericordiam tuam & veritatem tuam à concilio multo.

Ex Aug. NON abſcõdi miſericordiã tuã] qũa ipſe pec
cata dimittit [Et veritatẽ tuã] qua ipſe rettibuit
præmia] A concilio multo,] id eſt,propter multos
conciliantes.

15 Tu autem domine ne longe facias miſerationes tuas à me, miſericordia tua & veritas tua ſemper ſuſceperunt me.

TV autem domine] quia nõ celaui miſericor
diam tuã,& veritatẽ tuã [TV domine ne longe
Ex gl.int. facias] nẽ ſint ſine effectu [Miſerationes tuas à
me].i.noli remonere miſericordias tuas à ſauciis
Ex Aug. mẽbris tuis,quia [Miſericordia tua & veri.t.] ſ.à
prĭmo iuſto, [Suſceperunt me] ne ergo ſit inane
Ex Rem. qđ cœpiſti. Diſtingue qđ ait [MISERICORDIA & ve
Ex Aug. ritas ſuſceperũt] mĭſericordia me ſuſcepit,quia
nnn auderẽ cõuerti,niſi ſecurus eſſem de remiſ-
ſione.q.d.bonus es,& amo te. Veritas ſuſcepit,
quia non perſeuerarem niſi ſecurus de præmin
quaſi d iuſtus es, & timeo te. Et eſt ſenſus, Miſericordia
tua & veritas ſuſceperunt me.i.amor
& timor perducũt me ad te.q.d.hæc ſemper ſuſcipiunt,
& ſemper aſpicio. Et opus eſt,

16 Quoniam circundederunt me mala quorũ non eſt numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.

Ex Caſſ. QVONIAM circũdederũt me mala] .i.pec-
cata [QVORVM nõ eſt numerus] apud homines,
Ex Aug. quia ſunt peccata à nobis & ab alienis. Quid
ergo ſi ceſſet miſericordia? Vel, Circundederũt
Ex gl.int. me mala.i.pœnæ. Et [Cõprehenderũt me] ipſo
Ex Aug. actu [Iniquitates meæ] quĭbus preſſus oculus
non poteſt videre, ſed mundato corde videbit
homo deum. Vnde ſequitur [ET non potui] facere,
ſubaudi [VT viderẽ] q.d.adeo comprehenderũt
me,vt nec ꝑ conatũ poſſem te videre.nã

17 Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me.

Ex Alcu. MVLTIplicatę ſunt] iniquitates [SVPER capillos
capitis mei].i.vt ſupẽrẽt eos qui ſunt capilli
Ex Aug. capitis,id eſt fideles qui in Chriſto ſunt radicati,
quem & bene viuendo ornãt. Vẽl ad literam
comparatiue dicitur. Et eſt, Multiplicatæ
ſunt ſuper capillos capitis mei, id eſt, innumerabiliter.
Caue ergo ſi vitaſti grauia,vt adulteriũ
& homicidium,ne obruaris arena minorum
peccatnrum:minima quidem vidẽtur,ſed mul-
Ex Caſſ. ta ſunt. Bene autẽ in cõmparatione delictorum
capilli dicti ſunt. Nam ideo ſacerdotes in veteri
teſtamento radebantur, vt ſic carnis vitia depoſuiſſe
viderẽtur [ET cor meum].i.ratio [DEreliquit
me,] quia profutura non appetit. Vel,
Ex Aug. Cor meum dereliquit me.i. cõr nõ agnoſcit ſe,
Matt. 25 vt cum Petrus dixit, Non te negabo. Et nota
quod ait, Dereliquit. Nõ enim naturaliter fuit
Ex gl.int. in homine hęc cæcitas:ſed pẽr peccatum à primo
parẽte cęci ſumus, qui in nos trãsfudit pœnam
& culpam. Ergo

18 Complaceat tibi domine vt eruas me: domine ad adiuuandum me reſpice.

Ex Caſſ. DOMINE complaceat,] id eſt, cõmmuniter
placeat Trinitati [TIBI] vni deo. Dicendo
enim, Tibi,ſingulariter,vnitatęm eſſentiæ notat.
dicendo, Complaceat, trinitatẽ perſonarũ.
Ex Aug. Complaceat dico [VT eruas me] à malis. Et nõta
quod ait, Cõplaceat,non diffidens de potentia
dei,ſi adſit volũtas.q.d.ſi tu vis,potes [DO-

MENE ad adiuuandum me respice]in boni co-
operatione. q. d. Respice pœnitentes in dolore
Ex Cass. suo.Rẽspectus autem dei,auxilium nostrum est.

19 Confundantur & reuereantur simul:qui quærunt animam meam vt auferant eam.

Ex Cass. CONFVNdantur] Lõquitur hic Christus.q.
d.Me respice:econtra autem [CONfundantur]
mirabili operatione mirabilium,[ET reuerean
tur simul]resurrectionis gloria. Et ita factũ est,
Ex Aug. Gauisi enim sunt cum posuit animam,sed con
fusi cum eam recepit [QVI quærunt animam
meam]nõn vt ea fruantur, sed [VT auferant
eam]interficiendo me.

20 Conuertantur retrorsum & reuereantur qui volunt mihi mala.

CONVERtantur] etiam [RETrorsum]id est
Ex Aug. hũmiles sequantur,qui superbè peribant. Hoc
Christus de membris dicit in bono. [ET reue-
reantur] non solum qui dicunt vel faciunt,sed
[QVI volunt mihi mala] id est, qui cum bene-
dicunt,tamen mala volunt.

21 Ferant confestim confusionem suam,qui dicunt mihi, Euge,euge.

FERANT]vt pondus immensum [CONFV
Ex Cass. sionem suam confestim] nẽ diutius ingrauetur
malum eorum, [QVI dicunt mihi] adulatoriè
[EVGE euge] .i. qui applaudunt mihi, quasi
Ex Aug. bono aĩo. Nõta duo genera hostiũ,qui maximè
sunt cauendi.Nam & qui bona dicit malo ani-
mo: vnde supra dixit,Qui volunt mihi mala.&
qui mala dicit dolosè laudando:vnde hic dicit,
Qui dicunt mihi euge euge. Vterque malus est
& cauendus.

22 Exultent & lætentur super te omnes quærẽtes te:& dicãt semper, magnificetur dominus,qui diligũt salutare tuum.

Ex Cass. EXVLTENT] q.d. illi confundantur,econ
tra, Exultent [ET lætentur super te]fundati,
Ex Aug. [OMNES quærentes te] scilicet, nõn me: sed
in me te glorificantes [ET dicant magnifice-
Ex gl.int. tur dominus]scilicet in membris suis, qui in se
Ex Cass. grandescere nõ potest.Hęc ẽst eorum exultatio.
Hęc enim professio in æternum gaudentes effe
cit Christianos.Magnificetur dico,[SEMPER]
Ex Aug. quia si peccator homo est,ad pœnitentiam vo-
Ex Cass. cat.: si iustus, ad coronam. Et nẽ quilibet hoc
dicant , sed [QVI diligunt salutare tuum.] id
est, mei.

24 Ego autem mendicus sum & pauper:dominus sollicitus est mei.

Ex Cass. EGO autem] hõc dicit Christus de se ex for
ma serui,ne quis gloriam prędictę lætitię sibi ar
roget.Illi ita dicant,Ego autem,cui dicebãt,Eu
ge euge: de me hoc dico, scilicet, quod [MEN-
dicus sum] secundum quod homo. Mendicus
est,qui ab alio petit, [ET pauper] qui sibi non
sufficit. sed [DOMINVS sollicitus est mei] id
est,habet curam mei. Vel ita, Ego autem, vt dẽ Ex Aug.
membris agatur.q. d. hoc dicant de te, Semper
magnificetur dominus &c.De se autem hoc di-
cant,Ego autem mendicus & pauper,id est,nõ
est quod in me laudetur, ex me egenus sum &
pauper,vt Publicanus qui non audebat oculos Lucæ 18
leuare ad cælum, cum quo dico: Propitius esto
mihi peccatori. Nõ sum diues,quia non super-
bus,vt Pharisæus qui dicebat,Non sum sicut cę
teri hominũ &c.sed,Dominus sollicitus est mei.

25 Adiutor meus & protector meus tu es:deus meus ne tardaueris.

ADIVTOR meus]Hĩc orat totum corpus Ex Aug.
Christi,vnus mendicus cũ Christo,& vnus pau
per.q.d.Ego sum pauper,& ô domine,Adiutor
meus [ET protector meus tu es]q.d.dẽ hoc cõ Ex gl.int.
stat.Hoc vero quod sequitur peto,[DEVS meus
ne tardaueris] id est, fac nẽ diu simus in malis, Ex Aug.
sed cito fini , maximè in tempore Antichristi,
quando erit tanta tribulatio,vt etiam si fieri po-
test,moueantur electi.Vnde, Nisi breuiati fuis- Matt. 24
sent dies illi,non saluaretur omnis caro,& tunc
erit væ prægnantibus & nutrientibus , Vel de
præsenti potest accipi hoc,sic,Deus meus ne tar
daueris,modo nobis auxiliari: quia & modo est
væ prægnantibus,id est concipientibus deside-
ria al::narũ rerum: & lactantibus, id est,qui iam
quæsita nutriunt.

COLLATIO
In Psalmum tricesimumnonum, Expectans expectaui dominum.

6 BEATVS vir cuius est nomen domini spes
eius.Heb.Beatus vir qui posuit dominum spem
suam.Perpusillum quidem interest ad senten-
tiam,tamen notum est Lxx legisse שֵׁם schem,
id est,nomen,vbi alij legunt שָׂם sam.i.posuit.
7 MVLTA fecisti domine deus meus mirabi
lia tua, & cogitationibus tuis non est qui simi-
lis sit tibi.] Hieronymus, Et cogitationes tuas
pro nobis,non inuenio ordinem coram te. Pelli
canus, Et cogitationes tuas ad nos, non est qui
pertingat ad te. Pratensis , Et cogitationes tuæ
erga nos,non est comparatio tibi.Nebiensis,Nõ
est proportio ad te.Sãctes,Et cogitationes tuas
pro nobis non est ordinare tibi.Mũsterus,Sicut
& cogitationes tuæ quæ sunt erga nos , & ne-
mo est qui ea (subaudi mirabilia)ordinet ad te.
Interpretes pro Caietano, captiuæ literæ, plus
æquo,suo more inhærentes,Multa fecisti tu do
mine deus meus separata tua, & cogitationes
tuas nobis,non æstimãdo ad te. Hebręum pres-
sius est. Ob id paraphrasis potest circuire hunc
aut illum sensum,nostrum tamen satis est vindi
care.Nam Campensis dicit,Cogitationes qui-
bus sedulo curas nos,tam sunt multæ & mirabi
les,vt nemo hominum intelligere queat,quan-
tum tibi debeat pro illis.Sed Chaldęus breuius
& aliter,Non est,inquit,possibile ordinare lau-

dem tuam. Primum וּמַחְשְׁבֹתֶיךָ vmachsscbotheca, quod potest verti, & cogitationes tuæ, aut tuas, aut tuis cogitationib⁹, iuxta diuersum respectum. Deinde אֵלֵינוּ elenu, id est ad nos, erga nos, vel pro nobis, iuxta exigentiam. Item אֵין עֲרֹךְ en atoc, id est, sine cõparatione, perinde quasi diceres, Cogitationes tuæ si comparentur ad nos vel nostras, nullam habent æquationem seu proportionem, quem sensum apertè sonat lectio nostra, Cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Hinc translator ad Campensem, Consilia tua apud nos exemplo carent.

ANNVNCIAVI & locutus sum, multiplicati sunt super numerum.] Hieronymus, Si narrare voluero, & numerare: plura sunt q̃ vt narrari queãt. Alij eodem tendunt. Hebræus sic habet, אַגִּידָה וַאֲדַבֵּרָה עָצְמוּ מִסַּפֵּר aguidah vaadaberah atzmu missaper. Quod est etiã ad verbum, narrabo, & loquar, multiplicati, aut multiplicata sunt, (indiscriminatim potest dici) super numerum, vel à numerãdo, vt nostra editio referat multiplicationem ad homines. Aliorum versiones ad mirabilia dei, quod nouissimum probant Faber & Cæcus, eatenus autem quatenus damnent latinam editionem incongruitatis & deprauatæ intelligentiæ. Talium censorũ nænias temerarias planè refellit expositio Hier. in eundem versiculum, cui & accedit August. Multiplicati sunt super numerum, Iudæi in malitia sua. Vel super numerum, hoc est peccatores super numerum, & foris super numerũ sunt, quia non sunt digni numerari in numero iustorum. Non enim secundum hanc interpretationem, multiplicati, respicit mirabilia quę in præcedenti versu erant, sed id quod proxime pręmittitur. Annunciaui &c. Quod apertè tradit Hier. ibidem dicens, Hinc ipse dominus ad patrem ita exorsus est dicens, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cęlorum. Postea ostendit quod nihilominus multi super numerum remãserint increduli. Scio tamen alteram sententiam habere dignitatem sui sensus. Vtraque igitur sana est. De varia versuum partitione hic & alicubi semel & iterum pertractatum est causis redditis.

Temeritas indocta.

AVRES autem perfecisti mihi.] Lxx vertũt σῶμα, id est corpus, & idem citat Apost. Hebr. 10. Eadem est intelligentia. Nã ex perfecta obedientia, quæ cõuenientissimè per aures intelligitur, Christus corp⁹ habuit mortale, vt per partẽ totũ intelligas, & per eã quæ põdus rei adferret; quod Hebr. etiam dicunt אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִּי oznaim caritha li, aures fodisti aut aptasti mihi.

11 IN capite libri scriptum est de me.] Hebr. בִּמְגִלַּת סֵפֶר bimgillath sepher, id est, in volumine libri. Prior dictio propriè significat chartam complicatilem. Vnde Lxx, verterunt in capite, quasi à primo folio: mox vt liber cœperit volui, inuenies scriptum de me: atq; idipsum amplius clarescit ex Hieron. & August. explanationibus, à quibus petere poteris, quanquam si opus forte, ostendere possemus ex Hebr. particulam illam non absone accipi quoq; pro capite, propterea quod ab eadem penè radicè desumitur significatio capitis & voluminis, videlicet גָּלַל galal, id est, gyrauit, voluit, complicuit. Nam גֻּלְגֹּלֶת cranium testãmque capitis significat, & aliquando pro toto capite, ob sphæricam figuram, accipitur.

18 AD adiuuandum me respice.] Hieron. & alij vertunt festina. Nam Heb. dicitur חוּשָׁה huschah, & tamen ipse Hierony. probat quod Lxx dixerunt, respice, satisfaciens enim Sunię & Fretellę quod in græco legissent σπεῦσον, id est, festina, respondit. Sed apud Lxx πρόσχες scriptum est, Vnde prudẽs lector perspicere potest. quod si antiqua magis conueniant cum hebraïca veritate, quàm cum Lxx, non statim consequens esse, vt debeant eradi: præsertim vbi damnum non est in sensu.

21 FERANT confestim confusionẽ suam.] Neoterici hebraïcatores pro confestim dicunt mercedem, vt sit, Desolentur propter mercedẽ pudoris siue confusionis. Hoc tamen gratis faciunt, quia עֵקֶב equeb est ambiguum ad calcaneum, finem, & præmium. Et ita super calcaneũ seu finem rectè intelligitur velociter aut confestim, quomodo acceperunt Lxx. Ad quod alludit versio Hierony. Pereant post confusionem suam. Hinc & interpretes pro Caietano transtulerunt, Destituuntur super calce confusionis suæ. Tandem vtcunque legas, sententia videtur eodem respicere.

XL. PSALM. TIT.

In finem Psalmus Dauid, (vel sicut Hieronymus transfert) In finem intellectus filiis Chore.

BEATVS qui intelligit.] Titulus. [IN finẽ psalmus Dauid] vel sicut Hiero. transfert [IN finẽ intellectus filijs Chore.] ☞ Ista sentẽtiola [VEL sicut Hier. trãsfert &c.] est adiectitia. Nam alium codicem manu descriptum vidimus in quo nõ habetur, quum etiam ipse Hieron. neq; tomo 8. neq; in versione iuxta Heb. talem titulum ponat. Consimiliter nec Lxx. sed hic titulus habetur in Haymone: vnde forsan quispiam posuit Hieron. loco Haymonis. Idem habetur mendum in glosa ordin. ☜ Chore sicut legitur in lib. Numeri 16, cum Dathan & Abyron mouit seditionem contra Mosen & Aaron. vnde Dathan & Abyron cum omni familia suauiui absorpti sunt à terra. Chore vero & cum eo CCL. qui thuribula acceperant, vt adolerent incensum in conspectu domini, diuino igne perempti sunt: quia officium Aaron, & filiorum eius sibi vsurpauerant. Fuerunt auquidam filij Chore qui patris nequitiam non sunt imitati. Vnde & postea à Dauid in ministerium domus domini sunt assumpti, & à domino æterno gaudio benedicti. Propter quod etiã in titulis psalmorum sæpe fit mentio eorum, maximẽ tame propter nominis interpretationem, Num. 26.

ex qua spiritualis intelligentia psalmi accipitur
Ex Hier. vt hic. Chore enim interpretatur caluaria, qui
fuit locus dominicæ passionis. Vnde per calua-
riam, Christi passio intelligitur. Legitur id
in tomo 4. in quadam expositione psalmi 41.
quę non tribuitur Hieronymo: hoc etiam diuus
Augustinus in titulo sequentis psalmi, & idem
habet Hieronymus infra psalm. 84. Filij er-
go caluariæ sunt filij passionis, filij crucis, qui in
cruce domini nostri Iesu Christi gloriantur cũ
Galat. 6 Apostolo dicẽte, Mihi autem absit gloriari, nisi
in cruce domini nostri Iesu Christi. Et his tali-
bus huius psalmi intellectus attribuitur, qui cre-
dunt Christum, & si pauperẽ & mortuum esse,
tamen verum deum. Et hoc est, [INtellectus]
psalmi huius, tendens [IN finem] id est in Chri-
stum, attribuitur [FILIIS Chore] id est, filijs
crucis. Intentio. Monet vt si Christus & pau-
Ex Cass. per & passus, credatur tamen deus. Mõdus.
Tripartitus est psalmus. Primo Propheta intel-
ligentem super egenum & pauperẽ, diuina lau-
de concelebrat. Secundo Christus de sua passio-
ne agit, quæ secundum egenum fuit. ibi, Inimi-
ci mei &c. Tertio agit de resurrectione, quæ est
gloria egeni ad confirmandam spem fidelium:
ibi, Tu autẽ domine. Et notandum quia in hoc
psalmo vox est totius Christi, id est capitis &
corporis, quasi vnius hominis. Quædam enim
verba huius psalmi, capiti conueniunt, quędam
Ex Hier. membris, quędam prophetæ. Prius Propheta lo-
quitur à se in persona sua. Postea inducit Chri-
stum loquentem, & in membris & in se: in mem-
bris: ibi, Ego dixi: in se: ibi, Inimici mei &c. ait er-
go Propheta,

B EATVS qui intel-
ligit super egenum
& pauperem: in die
mala liberabit eum
dominus.

Ex Aug. BEATVS qui intelligit] q.d. Irridetur qui
pauperem mortuum colit, sed [BEATVS] est
in æternis [QVI intelligit] Christum, & si vi-
det eum egenum esse [SVPER egenum & pau-
Ex Hier. perem] quia & deus est, qui sic credit hominem
vt etiam intelligat eundem deum esse. Potest e-
Ex Aug. tiam hoc accipi de membris Christi. Intẽden-
dum quippe est super egentes, vt eis detur, quod
& ad eum pertinet. Et hoc est, Beatus qui in-
telligit super egenum & pauperem.] Et nota ꝙ
non ait, qui dat, sed qui intelligit, vt etiam non
Ex Cass. petentibus detur. Qui enim petẽti dat, bene fa-
cit quidem: qui vero tacentem intelligit, bea-
tus sine dubio est. Vnde beatus qui præoccupat
vocem petituri [IN die] exponit hic beatitu-
dinem. In die [MALA] id est, iudicij [LIBERA-
bit eum dominus.]

2 Dominus conseruet eum & vi-
uificet eum, & beatum faciat eum
in terra: & non tradat eum in ani-
mam inimicorum eius.

DOMINVS conseruet eum & viuificet] be- Ex Aug.
ne optat hic Propheta intelligenti super egenũ
& pauperem, quod est certa promissio. q.d. In Ex Cass.
futuro liberabit, interim autem, Dominus con-
seruet eum, inter mala seculi, ne ab hoc intelle- Ex Hier.
ctu cadat; sed in hoc manentem viuificet: Vnde
sequitur [VIVSFICET eũ] in futura vita, vẽl Ex Aug.
hic per iustificationem. Et ne putent sibi tantũ
in futuro dari, & hic negligi, subdit, [ET beatũ
faciat eum in terra] id est in hac vita. Et bene in
præsenti & in futuro promittit bona, quia piẽ- & gl. int.
tas promissionem habet vitæ quæ nunc est & fu-
turę. [ET non tradat eum in animam] id est in
voluntatem, & si in manus [INIMICORũ eius]
id est diaboli & ministrorum eius. Ex Aug.

3 Dominus opem ferat illi super
lectum doloris eius: vniuersum stra-
tum eius versasti in infirmitate eius.

DOMINVS opem] Nẽ putes hic beatum ha- Ex Cass.
bere requiem, dolores eius mitigari precatur, ne
hominis infirmitas duris superetur. q.d. Non
tradat eum, sed potius [DOMINVS opem fe-
rat illi super lectum doloris eius] q.d. Lectus
quietis, sunt ista bona temporalia, sed deus facit
hæc doloribus plena, ne in eis spes habeatur. Et
ideo hic dicit, Super lectum doloris eius. Cũr er- Ex Aug.
go deo opem ferente tanta patiuntur? conuer-
tens iste sermonem ad deum, exponit consilium
medicinę eius, dicẽs, [VNiuersum stratum] q.d.
bene dixi lectũ doloris, quia, Vniuersum stratũ
eius, hominis, id est, mundanã felicitatem [VER-
sasti in infirmitate eius] id est prouide conuertí-
sti in angustias eius. Stratum enim est aliquod
terrenum, quod infirmus licet bonus sibi eligit,
in quo pauset vt vxor filij, & cætera licita cum
laborem mentis in deum extensæ non possit as-
siduẽ tolerare: sed deus volens nos non habere
amorem nisi æternæ vitæ, his delectationibus
miscet amara, & vertit in infirmitatẽ nostram,
ne in via qua peregrinamur à domino, stabulum Lucę 10
vbi Samaritanus mandat vulneratum curandũ
qui incidit in latrones, amemus pro domo ęter-
nę habitationis. His autem trepidus iste miseri- Ex Cass.
cordiam petit, quia qui se peccasse sciebat, his
iure tradi timebat. Vnde subdit,

4 Ego dixi, Domine miserere mei:
sana animam meam, quia peccaui
tibi.

EGO dixi] q.d. versasti, sed [EGO] sciens me
peccasse [DIXI, Domine miserere mei] Hõc
dicit Christus caput in membris. Miserere ita, Ex Aug.
[SANA] per flagella [ANImam meam] quoniã
nullo modo excuso peccatum, sed accuso dicẽs,
[QVIA peccaui tibi] non accuso fortunam, nõ
dico hoc mihi facit fatum, non dico adulterum
me fecit Venus, & latronem Mars, & auarum
Saturnus. Nota quia versiculus iste cantatur in
tertia, quia fide & operatione trinitatis sanatur
anima à peccato. Sẽd ne famuli dei his afflicti, Ex Cass.
ideo videantur à deo deserti, cum ipse dominus
talia pertulerit. Vnde dicit, Inimici mei dixerũt.
Et dicit hoc Christus in se. Vel aliter ab illo lo-

Ex Aug. co, Dominus opem ferat illi. Et dicitur lectus
doloris, caro in qua peccatum est, in quo pius
Ioann. 5 gemit tanq̃ paralyticus in lecto, impius gaudet.
Et est, Non tradat, sed potius, Super lectum do-
loris eius, id est super infirmitatem carnis, quæ
Ex Hier. grauat animã, Dominus opẽ ferat illi, vt quasi
sanatus paralyticus portet lectum imperando,
carni nõ seruiendo. Sed vnde dolor? quia Vni-
Ex Alcu. uersum stratum eius. Vniuersum stratum dicit
vegetationem & sensualitatem, quæ in paradi-
so erat subiecta rationi, & lectus lætitiæ & quie-
tis, vel, propter peccatum versauit deus per cõ-
trarium, vt modo impugnet & dolores inferat.
Et hoc est, Vniuersum stratũ eius versasti, id est,
sensualitatem rationi repugnare permisisti. Et
hoc in infirmitate eius, hominis, id est, quando
Ex Alcu. Adam infirmatus est præuaricando. Sciens au
Ex Aug. tem homo se pati hoc propter peccata, conuer
tat se & dicat, Ego dixi, domine miserere mei,
sana animam meam quia peccaui tibi.

PARS II. 5 Inimici mei dixerunt mala mi-
hi: quando morietur & peribit no-
men eius?

Ex Cass. INIMICI mei] Secunda pars, vbi deus a-
git ipse de passione sua, quæ secundum egenum
fuit. q. d. Beatus qui intelligit super egenum &
pauperem. Sed, Inimici mei, quando viderũt po
Ex Aug. pulum post Iesum ire, [DIXERUNT mala] id est
falsa [MIHI] hæc, scilicet [QVANDO mo-
Sapien. 2 rietur] & hoc dicunt, quia seditiosus erat eis, &
grauis ad vidẽdum, timebant etiam ne ipsi per-
derent locum & gentem. [ET peribit nomen
eius.] vt nõ sit de eo fama. Et nota quod dicũt,
Morietur, & peribit nomen eius, quia vidẽtes eũ
mori, scient se in eo falso sperasse populũ, vt illi
maledicunt. Hęc specialiter dicta sunt de Chri
sto, sed & de membris dici possunt. Nam hodie
fit tribulatio, vt nomen Christi extinguatur, sed
per mortem suam & suorum magis creuit eccle
Ioann. 12 sia. Vnde, Nisi granum frumenti cadens in terrã
Psal. 148 mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem
mortuum fuerit, multum fructũ affert. Et alibi,
Singulariter sum ego donec transeam.

6 Et si ingrediebatur vt videret
vana loquebatur: cor eius congrega
uit iniquitatem sibi.

Ex Alcu. ET si ingrediebatur] q. d. Non solum aperti
inimici, sed etiam qui simulabant se amicos esse
Ex Aug. dixerũt mala. Et hoc est, Et si ingrediebatur, ali
quis vt Iudas, quod erat [VT videret] id est ex-
ploraret, sic & de subintroductis falsis fratribus
Gala. 2 ait Apostolus, Qui subintroierunt explorare li
bertatem nostram. [VANA] id est ficta [LOQVE
Ex gl. int. batur, & cor eius congregauit iniquitatem] pã-
rans calumniam, quam ibi deberet deponere. Et
Ex Aug. hoc [SIBI] id est ad malum suum: quia sibi no
cet, mihi non. Et quia intrauit vt videret,

7 Egrediebatur foras: & loque-
batur in idipsum.

Ex Cass. EGREdiebatur] à sinũ veritatis, vel de ami-
& gl. int. citia quã simulabat [FORAS] id est ad contra-
rios, vel vt fieret apertus inimicus. Eccẽ malus Ex Cass.
est ingressus, & malus egressus. [ET loquebatur
in idipsum] scilicet vanitatis, id est falsa & vana. Ex gl. int.

8 Aduersum me susurrabant o-
mnes inimici mei: aduersum me co
gitabant mala mihi.

ADVERSVM me] q. d. Nõn modo ingre- Ex Cass.
dientes, sed & [OMNES inimici mei] cum so-
leãt pauci esse, actores scelerum [ADuersum me
susurrabant] in auribus inuicem murmurando.
Non enim audent consilia detegere, qui socij
sunt in scelere. Vel ita distingue literam, Egre- Ex Aug.
diebatur foras, & loquebatur: hic distingue, nec
mutatur sensus. In idipsum, in vno consilio, O-
mnes inimici mei aduersum me susurrabant, &
aduersum me cogitabant mala mihi. Si quis am Ex gl. int.
plius alio inueniret, mala dico mihi, secundum
quõd intendunt cum potius sibi mala essent, Ex Aug.
tandem,

9 Verbum iniquum constituerunt
aduersum me: nunquid qui dormit
non adiiciet vt resurgat?

VERBVM iniquum cõstituerunt aduersum
me] scilicet expẽdit vt vnus moriatur pro popu Ex Cass.
lo. &, Si hunc dimitis, non es amicus Cęsaris. Isti Ioan. 11.
sunt mali coloni, qui occisis seruis deliberant Ioan. 19
occidere filium patrisfamilias, dicentes, Occida Matt. 21
mus eum, & habebimus hæreditatem eius. Ipsi Ioan. 8
ita, sed [NVNquid] qui habet potestatem ponẽ- Ex Aug.
di animã suam, nonne habet & resumendi eam?
Et hoc est, Nunquid [QVI dormit] non quidẽ
mortuus est necessitate, vel inuitus vt putatis,
sed sponte dormit, cito euigilaturus [NON adii-
ciet vt resurgat. Et nota quod ait, Dormit,
quia sicut de latere dormientis Adæ qui erat
forma futuri, assumpta est costa, de qua forma-
ta est Eua: ita dormiuit Christus somno mortis,
vt de latere dormientis, de quo profluxerunt
sanguis & aqua, quæ sunt nostræ redemptionis
sacramenta, formetur ei sponsa ecclesia.

10 Etenim homo pacis meę in
quo speraui: qui edebat panes meos
magnificauit super me supplanta-
tionem.

ETenim] q. d. Et vnde dõrmitio illa? ex tra- Ex Cass.
ditore. [ETENIM homo] vel ita iunge, Verbũ
iniquum constituerunt, quia etiam homo qui
intingit mecum manum in paropside, pẽr quem Ex Alcu.
eis illa oportunitas datur crucifigendi me. Et
hoc est, Etenim homo [PACIS meæ] scilicet
Iudas. Eccẽ prophetia de osculo quo tradidit Ex Aug.
eum. [IN quo speraui] vt visum est. Vel, Spẽra-
ui, secundum quod merueram. Vel, In quo spe- Ex Cass.
raui, in membris. quia alij fratres sperabant in il Ex gl. int.
lum aliquid, quia talis videbatur vt cæteri. sic Ex Aug.
& esurire in pauperib' dicit Christus se, & [QVI Ioann. 13
edebat panes meos.] Eccẽ prophetia de buccella
qua eum dominus designauit. Vel, Edebat pa- Ex Cass.
nes meos, id est, doctrinam cum alijs [MAGNI-
ficauit] id est magnificam fecit [SVPER me sup

Ex Aug. plantationem] id est deceptionem. Vel secundū literam. Ampliauit super me calcaneum, id est erexit pedem vt me conculcaret.

PARS III. 11 Tu autem domine miserere mei & resuscita me: & retribuam eis.

Ex Cass. TV autē domine miserere mei] Tertia pars, vbi agit de resurrectione quæ est gloria egeni ad confirmandam spem fidelium. q.d. ille ita, [TV
Ex Aug. autem domine miserere mei] qui sum egenus & pauper. Nota quia Christus petit, vt homo, qui vt deus facit quod petit. Miserere, [ET] in hoc [RESUSCITA me, & retribuam eis] in præsenti, vt dispergantur: in futuro, vt damnentur. quod enim dispersi sunt per mundum, ad admonitionē est, nōdum ad damnationem. quod verè facies.

12 In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam nō gaudebit inimicus meus super me.

Ex gl. int. IN hoc cognoui quoniam] id est, quod semper placui tibi, [COGNOVI, quoniam non gaudebit inimicus meus super me] id est, quod me
Ex Aug. resuscitabis, vnde non gaudebunt. Gauisi sunt enim de morte, sed erubuerunt de resurrectione. Vel ita, In hoc cognoui quoniam non gau-
Ex Cass. debit inimicus meus super me, id est, quoniam resuscitasti me. Cognoui quoniā voluisti me, id est diligis me. In hoc enim quod resuscitat, apparet patris dilectio.

13 Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Ex Alcu. ME autem] hic affirmat quod orauit [ME
Ex Aug. autem propter innocētiam] id est, quia sine peccato sum. [SVSCEPISTI] in resurrectione. [ET
Ex Hier. confirmasti me] glōria impassibilitatis. Vnde di-
Ex Cass. citur, Mors illi non dominabitur. Confirmasti,
Rom. 6 etiam dando nomen, quod est super omne no-
Philip. 2. men. Confirmasti dico, [IN conspectu tuo in
Ex Aug. æternum.] In cōspectu hominum & ad tempus, me infirmasti prius.

14 Benedictus dominus deus israel à seculo & in seculum, fiat fiat.

Ex Cass. BENEDICTVS dominus] Hic est laudatiua conclusio, exposita passione & resurrectio-
Ex Aug. ne. q.d. Suscepisti, confirmasti, vnde laus tibi. Et
Ex gl. int. hoc est, Benedictus, sit [DOMINVS] cui debe-
Hic accipitur dulia, vt in psal. 8 annotatū est tur dulia. [DEVS] cui debetur latria. Deus dico, [ISRAEL] id est videntium se, qui nō sunt Iudæi, sed nos qui sumus minor filius, id est minor populus, non fide sed tempore cui seruit maior, scilicet populus iudaicus, maior tempore. Iu-
Ex Aug. dęi enim sunt capsarij nostri, qui nobis codices portant: nos autem Israel. aliter putassent Pagani ficta quæ dicuntur de Christo & de ecclesia, sed vincuntur testimonio inimicorum. Benedi-
Ex Cass. ctus dico, [A seculo & in seculum] id est, ex quo omnia cœpta sunt administrari: vsque in seculū futurum, vbi iam omnia æterna sunt. [FIAT fiat.] Geminatio ista ostendit hoc ab omnibus
Ex Hier. esse faciendum. Prō, Fiat fiat, in Hebræo scribitur, amen amen, quod Aquila verè, id est fideliter transtulit. Hic dicit Hieronymus primum librum Psalterij finiri.

COLLATIO
In psalmum Quadragesimum, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.

1 SVPER egenum & pauperem.] In Hebr. tantum habetur, Super pauperem. Sed Lxx potuerunt addere egenum, si potuit Munsterus addere, Beatus qui prospicit oppresso infirmitate; ad vehementiā significantiæ vocabuli דל dal.

7 EGREdiebatur foras & loquebatur in idipsum.] Nouissimam particulam referunt Heb. ad sequentē versum, in idipsum, id est, simul aduersum me susurrabant. Quod amplexatur Faber, aliam distinctionem quasi irridens, Quis enim, ait, hic sensus esset, egrediebatur foras & loquebatur simul? Si Stapulensis aduertisset tropū loquendi scripturæ, quæ sub vno plures comprehendit, non tā inimico animo, inuectus fuisset in lectionem latinam. Vnde textus D. Augu. & psalmodia Romana habent in plurali, quanquam sequantur lectionem hebraïcam. in Heb. tamen ingredi, egredi, loqui, legūtur singulariter. Intelliguntur quidē de inimicis Christi, sed singulariter & peculiariter de Iuda proditore. Quare Munsterus in præcedenti versu, Et si ingrediebatur vt videret, vertit, Et si veniat supple aliquis eorum vt videat. Quomodo autem Iudas proditionem apud sese tractauerit, vt verum sit quod loqueretur in idipsum, Euangelium apertè testatur, Cum diabolus misisset in cor Iudæ &c. Ioan. 13
Cæterum aliquoties admonuimus partitiones versuum sæpius variare, sed & diastolas, quod etiam liquet ex pręcedenti versiculo. Quidam enim iungunt cor ad præcedentia, quidam ad sequentia, Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur cor eius. Vel sic, Cor eius congregabit iniquitatem sibi. Secūdam lectionem sequitur Magister.

9 NVNQVID qui dormit non adiiciet vt resurgat?] Lxx per interrogationem, epitasim rei excitant, vbi Hebræi simplici dictione legētes quasi frigent, Qui dormiuit non adiiciet vt resurgat, vt sint verba Iudęorum: Christi resurrectionem negantium. Prior sententia est exprobratiua perfidiæ eorum.

XLI. PSALM. TIT.
In finem intellectus, vel intellectu filiis Chore.

QVEMADMODVM &c.] Titulus. [IN finē intellectus, vel intellectu filijs Chore.] Chōre sicut supra diximus, caluaria interpretatur, qui fuit locus dominicę passionis Ex Hier. in psa. 84
quæ in caluaria facta est. Filij ergo Chore, sunt filij calui, id est Christi in caluo Elisęo præsignati, dum Elisæus ascenderet de Hierico in Be-

4.Reg.2. thel egreſsi ſunt de Bethel XLII pueri, irridentes
Eliſeum, & dicentes, Aſcende calue, aſcende cal
ue. Tunc iuſsit Eliſeus, duos vrſos exire de ſaltu,
à quibus pueri interfecti ſunt: ita & Chriſtus cũ
aſcenderet in Bethel, id eſt cũm carne aſſumpta
Ex Aug. veniret ad ſynagogam, quæ prius erat domus
in pſ. 44 dei, quod ſonat Bethel: Irriſus eſt à paruulis, a-
ſcende calue clamantibus, id eſt Iudęis puerili fa
Ioann. 19 tuitate clamantibus, Tolle, tolle, crucifige eum,
Ex Hier. qui deuorantur à duobus vrſis, id eſt, à diabolo
vbi ſupra. & angelis eius, vel à Tito & Vaſpaſiano, quos
deus ad deſtructionem Iudæorum miſit XLII
anno poſt Chriſti reſurrectionem, ſicut illi pue
ri quadragintaduo fuerunt à duabus beſtijs de-
Ex Aug. uorati. Filij ergo Chore ſunt, qui trophæum
Chriſti, id eſt ſignum crucis in fronte cordis &
corporis ſuſceperunt, quib⁹ attribuitur pſalmus
iſte. Et eſt ſenſus tituli, [INtellectus] huius pſal
mi dirigens nos [IN finem] id eſt in Chriſtum,
conuenit [FILIIS Chore] id eſt, crucis, quæ
in caluaria fuit. Vel ſecundum aliam literam,
quæ eſt in intellectu, & ſubauditur pſalmus, ita
Ex Hier. pſalmus iſte dirigens nos, in finem, conuenit fi-
lijs Chore, id eſt Chriſti, In intellectu, id eſt vt
Caſsi. 84 ſpiritualiter intelligant. Cõuenit enim hic pſal
& videtur mus omni Chriſtiano, qui flamma diuinæ chari
aptius qñ tatis accẽditur, de qua re, id eſt de charitate dei,
ſcribit fi- hic pſalmus primus eſt. Sequuntur autem alij
lijs Chore duo, ſcilicet, octogeſimustertius, & cẽteſimus
pſal. 133. triceſimustertius. Et eſt pſalmus iſte contra tri-
canticum ſtitias ſeculi, ne nos à deo retrahant, vbi eſt vox
graduum. fidelis deum deſiderantis, qui degerat in vitijs,
Ex Hier. & ad fontem baptiſmi tendit: vel qui exhauſtis
Ex Caſs. vitijs ad contemplationem dei aſcendit, qui ex-
in conclu quiſito cerui exemplo deſiderium ſuum oſtẽdit,
ſione pſal. cui obuiat malorum inſultatio. Sed ne triſtitia
ſeculi, animum in deſperationem traheret, vel
tædium: poſtea conſolatur animam ſuam. Intentio.
Monet ne ſeculi triſtitiæ quenquã retra-
Ex Caſs. hant à ſancto deſiderio. Modus. Bipartitus
eſt pſalmus. Primo, omne deſiderium huius fide
lis dicitur eſſe ad deum. Secundo agit de pertur
bationibus, contra quas ratio confortat ſenſua
Ex Aug. litatem ſpe dei. ibi, Quare triſtis es &c. Oſtẽn-
dens ergo deſiderium ſuum, ait,

QVEMADMODUM deſiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita deſiderat anima mea ad te deus.

Ex Aug. QVEMADMODVM deſiderat ceruus] Et
cõuenit hæc vox cathecuminis, & etiã omni-
bus fidelibus adhuc peregrinantibus. Quemad-
modum deſiderat ceruus. Ecce exquiſita cerui
ſimilitudo. Nam cum ſecundũ multas alias pro-
prietates, ceruus fideli conferatur, ob hanc ve-
lut excellentiorem & expreſsiorem, hic in com
Ex Alcu. paratione adducitur. Ceruus enim ſenio graua
tus, excreſcentibus pilis atque cornibus, ſerpen
tẽ, trahit. Quo tracto narib⁹ veneno ęſtuat, vn
de fontẽ ad bibẽdum ardẽtiſsime deſiderat: quo
Ex Hier. hauſto, cornua & pilos deponit: quod fideli re-
ctè conuenit, & cathecumino & perfecto, ſed di
uerſo modo. Cathecumino enim hęc de ceruo
adaptatur ita ſimilitudo. quia ſicut ceruus tra-
cto ſerpente ęſtuans fontem quærit, vt ęſtũ ex-
tinguat: ita cathecuminus veneno vitiorũ à ter
ra contractorum, ſe æſtuare agnoſcens, fontem
baptiſmi quærit & deſiderat, vbi vitiorum pi- Ex gl. int.
los atq; ſuperbiæ cornua deponit, & ſic reiuue-
neſcit factus nouus homo. Perfecto autem hoc Ex Hier.
modo conuenit, quia ſicut ceruus trahit ſerpen Ex Aug.
tem, & tractum interimit: quo interempto, fon-
tem cauſa bibendi quærit: ita fidelis conſumptis
in ſe vitijs & peccatis, fontem contemplationis
deſiderat, vbi reficiatur. Vterque tamen & per-
fectus & cathecuminus, ad eundem tẽdit fontẽ,
ſcilicet Chriſtum, qui eſt fons aquarum viuen- Ex Caſs.
tiũ. Et hoc eſt, Quẽadmõdum ceruus, tracto ſer & gl. int.
pẽte, Deſiderat, venire [AD fontes aquarũ] vt
reiuueneſcat. [ITA deſiderat anima mea ad te
deus] dicit cathecumin⁹. Vel ita, vt perfecto cõ Ex Aug.
ueniat, Quemamodum ceruus, perempto ſerpẽ
te, Deſiderat, venire, Ad fontes aquarum: ita cõ
ſumptis vitijs, Deſiderat, ardenti deſiderio am-
plius quã ante Anima mea, venire Ad te deus.
¶ Nota quod quia hic agitur de cathecuminis
fontem baptiſmi petentibus, ideo hic pſalmus
in ſabbato paſcæ & pentecoſtes cantatur, cũ ſa-
cramentum baptiſmi celebratur. Quia vero e-
tiam de perfectis deum videre cupientibus agi-
tur, ideo in exequijs mortuorũ cantatur. Quod
enim ante deſiderauerant, tunc habent.

2 Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem dei?

SITIVIT] hic determinat deſiderium ſuũ. Ex Aug.
quia poterat ceruus deſiderare fontẽ, intellige,
cauſa bibendi, vel lauandi. Et oſtẽdit quia maxi-
mè cauſa bibendi fontem deſiderat. q.d. deſide-
rat anima mea ad te. Sitiuit, inquã, & olim, nõn Ex Hier.
modo primũ. [ANIMA mea ad deum fontem] Ex Caſs.
vel fortem .i. Chriſtum, qui eſt fons aquarũ ir- Ex Hier.
riguus, vnde omnia bona fluũt [VIVVM] nõn
ad mortua ſimulachra gentium. Et quid ſitiuit?
venire & apparere. Et hoc eſt, [QVANDO ve-
niam] q.d. cupio diſſolui, quia ſitio in peregrina Ex Aug.
tione, ſitio in curſu: ſatiabor in aduentu. ſed, Philip. 1
Quãdo veniã? hoc ideo ait, quia quod citius eſt
deo, tardũ eſt hominis deſiderio [ET apparebo]
quia & tunc & nos apparebimus, qui modo la Ex Hier.
temus [ANTE faciem dei] quia tunc videbi- 1. Ioan. 3
mus eum ſicuti eſt. Talis autem ceruus dum cur Ex Aug.
rit, pariter inſultantes.

3 Fuerunt mihi lachrymę meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, Vbi eſt deus tuus?

FVERVNT mihi lachrymæ meæ] q.d. in Ex gl. int.
futuro apparebo. in via autem, Fuerunt mihi la
chrymæ meæ [DIE] id eſt in proſperis, quę iſte Ex Aug.
deſpicit, [AC nocte] id eſt in aduerſis: & hæ la
chrymę non fuerunt mihi amaritudo, vel perem
ptio, ſed [PANES] id eſt refectio, quia afflictio-
nibus eruditur Chriſtianus. Cauſa vero harum Ex Caſs.

lachrymarum,est insultatio iugis prauorum:vn
de sequitur,[DVM dicitur]q.d.inde sunt lachry
Ex Aug. mę,Dum, id est quia,dicitur[MIHI quotidie]
cum eorum deus digito ostēditur, [VBI est
deus tuus?]

4 Hęc recordatus sum & effudi in me animā meam:quoniam trāsibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum dei.

Ex Aug. HAEC recordatus sum] vel,meditatus sum.
q.d.ipsi quęrunt,vbi est deus tuus? & dum hæc
quęrunt,ego etiam,Sum meditatus, per omnia
visibilia. Hæc, scilicet, vbi est deus meus, quasi
visibilia mundi per fenestras sensuū collustra-
ui,vt per ea inuisibilem creatorem cognoscerē:
& nō tantum per illa visibilia,sed etiā per ipsam
animam meam quæsiui deum,vt per ea.s. exte-
riora, & animam meā,inuisibilia dei inueniam.
Et hoc est,[ET effudi animam meam] .i.ad at-
tingendum & intelligendū deum,Dilataui ani-
mā meam,quia relictis illis exterioribus instru-
mētis sensuum corporalium subiacētibus,ad se-
ipsum rediJt animus meus, & cœpit se cōtempla
ri vt videat se in se,vt nouerit se apud se,vt in-
telligat an aliquid tale sit deus ipsius.Ecce intel
lectus tituli.Sed quia nec in exterioribus,nec in
anima deum inuenit,quia hæc variabilia, inua-
siabilis deus excedit,addit, [SVPER me] q.d.
dilataui animam meam,ad intelligendum super
seipsam.Si enim anima in se maneret, se nō exce
dens deum nō videret , qui vltra est. Sed quare
hoc feci?[QVONIAM] hoc modo [TRANSI-
BO]vel ingrediar.[IN locū tabernaculi admira
bilis vsq; ad domum dei.] Tabernaculum dei in
terra fideles sunt , in quib⁹ iste iam multa mira-
tur.s.quod in corpore nō regnet peccatum.Sed
potius arma iustitię,& quod anima obedit deo,
& tolerat aspera, & tēdit in altū,& huiusmodi.
Transit etiam hæc,& peruenit mente vsque ad
domum dei cælestem, & stupet.Et hoc est, ideo
effudi,Quoniam,hoc modo,Transibo, vel,in-
grediar,per collustrationē & contemplationem,
Ex Cass. In locū tabernaculi admirabilis.i.in præsentēm
ecclesiam,quæ est quędam imago & species fu-
turæ Hierusalem,quæ dum videtur,amplius illa
desideratur,& amplius in ista gemit . Ideo dicit
Ex Aug. ingrediar,In locum tabernaculi, qūia extra lo-
cum tabernaculi huius aliquis quęrens deū, er-
rat.Ego dico perueniens mente, Vsque ad do-
mum dei,non captus desiderijs seculi. Quomo
do ad secretum domus dei peruenis?

5 In voce exultationis & confessionis:sonus epulantis.

IN voce exultationis] de ęterna enim festi-
Ex Aug. uitate sonāt,nescio quid,canorum & dulce cor
di eius,vnde capitur sicut ceruus ad fōtes aqua
rum,& mulcetur,[ET confessionis].i.laudis æ-
Ex Hier. ternę,quæ ab angelis deo decantatur, vnde so-
Ex Aug. nat ei mira suauitas. Et dicitur hoc à simili fe-
sta colentium,quibus mos erat ante domos sym
phonias constituere. Dico, In voce exultatio-
nis & confessionis.i.[SONVS epulantis].i.so- Ex Alcu.
nantiū & epulātium...de æterna refactione gau
dētium.Vel quę cōfessio est,Sonus epulātis.sed
non mutatur sensus. ¶Aliter ab illo loco,Hęc Ex Hier.
recordatus sum.q.d.Ita mihi improperāt.& hęc
improperia, Recordatus sum & effudi animam
meam.i. lętātus sum præ gaudio, liquefacta est Ex Hier.
anima mea.Et hoc,In me,nō extra gestit,sed in & Alcu.
se compuncta reuertitur. Compūctio enim alia
est lętitiæ,alia est doloris.Quare ita gaudebam?
Quoniam trāsibo ad locū tabernaculi admira
bilis, vsque ad domum dei.i.qūia cogito ꝙ & si
deū modo visibiliter nō videā,tamen per eccle-
siam in qua sunt admirabiles sancti,ad Hierusa-
lem cælestem perueniam. Ego dico, existens,in
voce exultationis & cōfessionis sonus epulantis
.i. captus suauitate laudis angelicæ,quæ susci-
pitur mente.

6 Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? PARS II

[QVARE tristis es &c.]Sēcunda pars,vbi agit Ex Cass.
de conturbationibus, contra quas ratio confor
tat animam sensualem spe dei.q.d.Trāsiui hunc
vsq; ad domū dei,sed quia perstrepit mūdus & Ex Aug.
caro grauat animam,comparans hæc tristia illis
iocūdis, ait, Quare tristis es? q.d. quia transiui
vsq; ad domū,ergo ô [ANIMA mea]cū iocun
da videas , cum de deo non dubites quæ præ-
sentis, Quare tristis es? [ET quare conturbas
me?]q.d. rationem si inuestigas, nil est in mun Ex Alcu.
do quare hoc debeas. & gl.int.

7 Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi : salutare vultus mei & deus meus.

SPERA in deo &c.] q.d. nē dicat anima, Ex Aug.
ideo conturbo te,quia ibi nō sum,quo per trāsi
tum rapta sum, quia & hic grauor , inquit, po-
tius,Spera, interim, In deo.Ecce salutare reme- Ex Cass.
dium,Spera,[QVONIAM adhuc] & si nō mo
do plenè,tamen in futuro [CONfitebor illi] in
re,nōndum enim ex omni parte sum saluus: sed Ex Aug.
Confitebor,in spe.quid?quod ipse est [SALV-
tare &c.]Vel ita,Spera & sperāre potes, Quo- Ex Cass.
niam adhuc,in pręsenti,Confitebor illi.i.de pec
catis pœnitentiam agam, vt tibi non obsistam.
Illi,inquam,Confitebor,qui est Salutare,à quō Ex Aug.
.s.nō à me salus mihi. Salutare dico,[VVLTVS
mei].i.ex forma nostra quam assumpsit: qui est Ex Cass.
etiam [DEVS meus].i.creator meus.

8 Ad meipsum anima mea conturbata est : propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermoniim à monte modico.

AD meipsum]iste cōnuersus ad deum dicit Ex Alcu.
ex se conturbationes esse, ex deo autem finem
earum. Vnde in eo est ei spes. Et hoc est,[AD
meipsum]vel à meipso [ANIMA mea contur
bata est] q.d.anima mea est tristis , sed, Ad me-
ipsum,vel à meipso,Anima mea conturbata est.
Ad me conturbatur anima quę ad deū reficitur.

Non est mihi firmitas, vel spes in me: ideo nunquam præsumam de me, sed sperabo in deo. Ecce qui supra corrigebat animam ad conditionē hominis reuersus, dicit hic animam à se conturbari: quæ nisi carnis vitia essent, tranquilla permaneret. Ecce ex qua diuersitate cōstat homo. Propterea .q.d. quia ad me cōturbatur anima. [PROpterea].i. propter cōturbationes animæ, [MEMOR ero tui] id est festino ad te, qui excludis omnia mala. Ecce remedium quo cuadat tribulationes. Vnde vero, id est pro quibus sit memor dei, subdit, [DE terra Iordanis] In Iordane qui interpretatur descensio, dominus baptisma consecrauit, in quo humiliati lauantur, & fiunt terra fructifera, quæ reddit fructum tricesimum, sexagesimum, centesimum. Descende ergo vt eleueris. Et est, Memor ero tui de terra Iordanis.i. de baptismo, vbi est peccatorum remissio.i. quia in baptismo peccata remisisti, & humiliasti, & terrā fructiferam me fecisti. Hōrū memor malis non turbatur [ET] memor ero tui de terra [HERMONIIM] scilicet [A mōte modico] Hermon paruus mons est iuxta Iordanem, & interpretatur anathematizatio. Anathematiza te ergo, displicendo tibi, vt placeas deo: anathematiza etiam diabolum, abrenuntiando ei. Et est sensus, Memor ero tui de Hermonijm à mōte modico, id est quia fecisti me mihi displicere, & diabolo abrenunciare, & in virtutibus altum & tamen humilem: quia non in superbis, sed in humilibus memoria dei est. Et nota congruam verborum coniunctionem, scilicet Iordanis & Hermonijm à monte modico. Nemo enim currit ad remissionem quasi ad Iordanem, nisi qui sibi displicet, & qui sibi fatetur se peccatorem: quod notat Hermonijm: & nemo confitetur se peccatorem, nisi se humiliet: quod notatur in modico.

Ex Cass. Ex Alcu. Deute. 3 Ex Cass. Ex Aug. Ex Cass. Ex Aug.

8 Abyssus abyssum inuocat: in voce cataractarum tuarum.

Ex Hier. & Alcu. ABYSSVS] q.d. decet vt sim memor, nam ad hoc [ABYSSVS abyssum inuocat] id est euangelium & lex in hoc concordant. & hæc inuocatio fit [IN voce cataractarum tuarum] .i. est per doctrinam prophetarum & apostolorum, à quibus fluenta dei manant. Vnde bene dicuntur cataractæ. Ad litteram enim cataractæ sunt ostia fluuiorum, vnde aqua fluit. Et ideo etiam, Memor ero tui, quia,

10 Omnia excelsa tua & fluctus tui: super me transierunt.

Ex Alcu. OMNIA excelsa tua & fluctus tui] quæ erant [SVPER me] id est maior & minor pœna, quæ superabāt me, sic [TRANSIERVNT] id est transibunt. Præteritum pro futuro ponit prophetica certitudine. Ideo etiam memor ero tui, quia,

11 In die mandauit dominus misericordiam suam: & nocte canticum eius.

Ex Alcu. IN die] id est in prosperis [MANdauit dominus misericordiam suā].i. præcepit deus ferre mala, quod est misericordia, qua flagellat omnē filium quē recipit, [ET] in [NOCTE].i. in aduersis, Mandauit [CANticum eius].i. præcepit exultare in ipso Christo. Vnde Apost. In tribulationibus gaudētes, & propter hæc omnia oro in aduersis. Et hoc est, Apud me oratio. Vel ita ab illo loco, Abyssus. Iste memor dei, admirans quomodo omnia inuitent ad deum etiam homines, alter alterum, dicit deo, quasi debeo esse memor, quia, Abyssus abyssum inuocat.i. homo hominem ad deū vocat, dum aliquid veritatis prædicat. qui homo abyssus dicitur, quia neutrius illorum.s. vocantis, vel vocati, cor sciri potest. profundum est enim & inscrutabile cor hominis. Vnde, Accedet homo ad cor altum. & alibi, Homo est, & quis cognoscet eum? vocat homo hominem. Et hoc, Non in sua voce, sed Cataractarum tuarum.i. in voce spiritus sancti, et diuinitus immissa, de quo profluunt aquæ salientes in vitam æternā. Vel, Abyssus dicit duo iudicia dei.i. primum & secūdum, quibus iste terretur. Vnde alibi, A iudicijs enim tuis timui.q.d. Turbata est anima mea, & humiliatus sum, quia Abyssus.i. iudicium quod intulit deus homini peccanti, vnde est nobis hic labor & mors, Inuocat abyssum.i. ostēdit aliud iudicium, quo mali damnabuntur. Si enim ita seuerè eū puniuit, quid in pœnitētibus in futuro faciet? Hoc timuit iste, dicēs ad me, Anima mea turbata est. Et ideo humilis est, quia timet iudicia. Hęc duo iudicia turbant istum, & hoc, In voce cataractarum tuarū.i. per doctrinam tuorū prædicatorū, hęc hominibus denunciantiom. quod inde patet, quia, Omnia excelsa tua, vel, omnes suspensiones tuæ, alia litera.i. futura mala quæ minaris, Et fluctus tui.s. dolores quos sentio, iam in me transierūt super me.i. modo me premūt. Quorum alterū de primo, alterum de futuro iudicio mihi est: sed quo crebriora sunt mala, eo dulcior erit misericordia: quia, In die.i. in prosperis, Mādauit dominus misericordiā suam.i. docet misericordiam suā, hanc.s. ꝙ liberat de tribulatione. In quo enim tēpore disciturlex domini, qui promittit misericordiam liberationis: sed non declarat illam misericordiā.i. fructū eius, nisi in nocte aduersitatis. Vnde hic dicit, In nocte.i. in aduersis. Declarauit, alia litera.i. in aduersis fructus eius declaratur. tunc enim subuenit, & verum probat deus, quod die mandauit. Vnde spe ciosa misericordia dei in tempore tribulationis. Sicut nubes pluuiæ, in tempore siccitatis. Ergo vt formica in prosperis debemus discere & colligere, vnde viuamus in aduersitate. formica enim per æstatem colligit, quod per hyemem ei prosit, Ita tu in prosperis disce misericordiam. Hoc.i. misericordia dei, finit conturbationes.

Ex Aug. Hiere. 13 Psalm. 63 Ioan. 4

12 Apud me oratio dei vitę meę: dicam deo, susceptor meus es.

Ex Aug. APVD me] q.d. & cum vndique sint mala, quid ergo agis in hac peregrinatione? dico tibi [ORATIO] est mihi in his conturbationibus. Et hæc oratio est, Apud me.i. intus habeo quod offeram, non de longinquo afferam deo

thora & aromata, nõ de grege vitulum vel ariete, in me est, vnde deum placem, non extra me quæro, quæ oratio fit [D E O vitæ meæ] id est, qui dat vitam. Oratio autem sine eleemosyna & ieiunio inanis est. Iustitia enim hominis est in hac vita ieiunium. Eleemosyna & oratio, quæ his
Ex Cass. duabus alis volat ad deum. [D I C A M deo meo, susceptor meus es] quia per baptismum suscepisti me, in patria tua collocandum, ergo,

13 Quare oblitus es mei: & quare contristatus incedo dum affligit me inimicus?

Ex Cass. Q V A R E oblitus es mei?] dum differt promissa. Et hic est labor, oblitus videtur, & est, Quare oblitus es mei? Quare nunc pateris me his miserijs vexari? Videbat iste quæ sit dulcedo patriæ, & pericula mundi horrebat. [E T quare contristatus] secundum sensum carnis, quæ horret has difficultates: [I N C E D O] ad te,
Ex Aug. ideo cõtristatus. [D V M] id est quia [A F F L I G I T
Matt. 24 me] tentando, tribulando, [I N I M I C V S] scilicet diabolus. q.d. Tristis incedo, dum abundante iniquitate refrigescit charitas multorum.

14 Dum confringuntur ossa mea: exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei.

Ex Aug. D V M confringuntur] q.d. Ita affligit me ini-
Ex Cass. micus [D V M] id est quia [C O N fringuntur ossa mea] quia etiã fortes ecclesiæ cedunt scandalis. nãm quasi ossa franguntur, dũ virtus patientiæ affligitur & tepescit, quod irrident mali. [E T] etiam [E X P R obrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei.] hoc modo exprobrauerunt,

15 Dum dicunt mihi per singu-
Ex Aug. los dies, Vbi est deus tuus?
Ex Cass. D V M dicunt mihi per singulos dies] Hoc maxime in tentationibus ecclesiæ dicitur fide-
Ex Aug. libus. Quid dicunt? [V B I est deus tuus] hæc
& Alcu. est exprobratio illa, Vbi est deus tuus? quasi vel nullus est, vel de te non curat: & si curat, liberet te si potest. Ipsi ita, sed tamen,

16 Quare tristis es anima mea, &
Ex Aug. quare conturbas me?

Q V A R E tristis es anima mea] Vel ita continua: hæc mihi dicunt, & quia propter hæc anima mea turbata est ad me, quid ei suadeã, nisi quod & supra, scilicet, Quare tristis es anima mea? [E T quare conturbas me?] Repetita cõfortatio est contra tribulationes frequentes. Sed ne dicas, ideo turbor, quia hic mala patior, potius,

17 Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & deus meus.

Ex gl. int. S P E R A in deo, quoniam adhuc confitebor illi,] in futuro, vel nunc. quid? quod ipse est.
Ex Aug. [S A L V T A R E vultus mei & deus meus.] dicit hic ipsam confessionem, & repetit spei confirmationem.

COLLATIO
In psalm. quadragesimũprimum, Quemadmodum.

1 Q V E madmodum desiderat ceruus &c.] Hiero. vertit, Sicut areola præparata ad irrigationes aquarũ. Cæteri cõspirant in nostrã editionem, licet in verbis paulò dissentiant. Igitur quum אֵיל aial possit anceps esse ad ceruũ seu ceruã & planiciem, licet aliquam ponãt differẽtiam pũctorũ: quæ vt in prologo est probatum, nõ legit D. Hier. ipse alterã sequutus est significãtiam & legit אַיִל aiil. Similiter vbi legimus תַּעֲרֹג taarog. i. vociferabitur vt ceruus, qđ interpretantur anhelat seu desiderat, vt etiam ponatur nullo reclamãte futurum loco præsentis, Hiero. accepit pro עֲרוּגָה arugah, & significat lineã plantationũ, ad quam D. Hier. allusit. Nã areola plantationum sitiens, & arida aptè accõmodatur animæ, deum summè desideranti. Anima hominis pij areolæ cõparatur.

S I T I V I T anima mea ad deũ fontẽ viuũ.] Potest videri vitio librariorũ, positum fontem, pro fortẽ, vt sentit Lyranus ob affinitatẽ vocularum: maximè cum bis cõtinuo legatur in Hebr. לֵאלֹהִים לְאֵל lelohim leel, qđ significat deũ & fortẽ, vt etiam vertit D. Hier. & græcè habetur ἰσχυρόν. i. fortẽ. Certè vt scribit D. Hiero. ad Suniã & Fretellã, si quid scriptorum est errore mutatũ, nõ debem⁹ stulta cõtentione defendere. Mihi tamẽ rem altius pensitãti, visum est nõ esse necessariũ: vt dicamus lapsum esse cõmutatæ dictionis, vt fit ex vicinitate syllabarũ. Sed primo latina lectio, semel dũtaxat deũ habebat. Sitiuit anima mea ad deũ viuum, quemadmodũ adhuc visitur in psalmodia Rom. & in cõtextu Augu. Postea ex sermonis & sentẽtiæ cõgruitate, non est improbabile à latinis additũ fuisse fontẽ, nihil cogitantib⁹ de forti: quasi alterũ pro altero ponerent, quin potius ad prioris versiculi accõdarent colligationẽ. Nã ante sexcentos annos, Haymo legit & interpretatur fontẽ. Sitiuit anima mea ad deũ: habẽdũ, deũ dico fontẽ, quia ipse est origo totius boni. Similiter D. Aug. lib. vno soliloquiorũ, seu quilibet alius, ca. 35. postq̃ recẽsuit versiculũ, statim exclamat, O fons vitæ, vena aquarũ viuẽtium, quãdo veniã ad aquas dulcedinis tuæ? Amplius quisquis tandẽ fuerit qui edidit enarrationẽ in hũc psalm. to. 4. operum D. Hier. postea q̃ explanauit tres fontes cõuenire, pater & filius & spiritus sanctus, mox descendens ad secũdum versiculũ, interpretatur fontẽ viuũ, ipsum baptisma. Ex quib⁹ apparet at'ũdẽ, lectionẽ hãc fuisse lõgo vsu receptã: cui sua authoritas tribuẽda est, & maximè propter euphoniã. Nã in quibusdã similia cognoscimus facta ita ab ipsis Latinis cõsonantiæ gratia, quæ tamẽ nõ reprobãtur. Siquidẽ Sunia & Fretella quæsierãt ex Hier. cur in psalm. 39. Latini dicerẽt & legẽ tuã in medio cordis mei: pro quo in græco cõperisse dicebant ἐν τῷ τὸν νόμον σου ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου, id est legem tuam in medio ventris mei. quod in Heb. scriptum est, בְּתוֹךְ מֵעָי bethoc meai respondet. Sed propter euphoniam apud Latinos in corde translatum est, & tamen non

Errorem vsus mitigat.

debemus subtrahere quod verum est. Hæc ille, Et satis propinqua sunt κηρύκιον & κυλίκιον. Insuper diuus August. tractans rationē tituli psalmi 51. in quo habetur Abimelech pro Achimelech. Quem errorem obrepsisse dicit Hieronymus, ex similitudine literarū, כ caph, & ב beth, apud Heb. noluit immutari: asserens in hoc esse mysterium. Si quis autem non fuerit contentus sed omnino contendat debere psalli in ecclesia, Ad deum fortem viuum: saltem satisfaciat illi Aug. lib. 2. de doct. christ. cap. 13. in eo quod magis desideraret emendationem. Sed quid dicit? illud etiam quod iam auferre non possumus de ore cantantium populorum, Super ipsum floriet sanctificatio mea, nihil profecto sententiæ detrahit. Auditur tamen peritior mallet hoc corrigi, vt non floriet, sed florebit diceretur: nec quicquam impedit correctionem, nisi consuetudo cantantium. Ista ergo facile contemni possunt, si quis ea cauere noluerit: quæ sano intellectui nihil detrahunt. Hæc diuus Augustin. Item ipse Hiero. in epistola quæ fertur ad quēdam rusticum citat iuxta vulgatā lectionem, idque in editione Frobeniana tum priori tum posteriori, quam prædicant elaboratissimam. Rursusque in typis nouissimè Lutetiç excussis. Denique nisi reclamarent quæ habemus grçca, facile quis cōiectaret legi אֵל el, pro אֵד ed, quod Gen. 2. translator noster vertit fontem. coniectationem augeret quod prçciso vertice literæ lamed, relinquitur litera daleth, id quod interim videmus factitatum in libris impressis. Exemplum accipe ob oculos, ל recide summum apicem, remanet tibi litera ד daleth. Verum vnusquisque suo fruatur iudicio.

4 TRANSIBO locū tabernaculi.] Pratēsis, Sanctes, Munsterus, interpretes pro Caietano, pro eo quod est in locum tabernaculi, ponunt in numero vel in numerum. Hieron. & Pellicanus sunt nobiscum. Hic vertit operimentū, ille vmbraculum. Siquidē סָךְ sac est indifferens ad vmbraculum vel numerū, vnde Chaldçus habet in vmbraculis. Sed magis vrget quod mox sequitur, Admirabilis vsq; ad domū dei, pro admirabilis. Hierony. dixit tacebo. Vbi videtur אֶדַּדֵּם eddadem deflexisse à דּוֹם dom. i. tacuit, & duplicasse daleth. Interpretes videntur consimile fecisse, nisi quod legerunt res, id est, r, loco daleth, ob affinitatem literarum, quia רָם ram est sublimis, eoq; mirabilis, vt sit אֶרְדֵּם erarem. Cæteri hebraïcantes, vertunt incedam aut quid simile, & inclinant à radice נָדַד nadad, deficiente pe, num, vt eorū more loquar, iuxta indicium illius cōiugationis: deinde subiungit cum eis, vt litera men. i. m, sit affixa, nō essentialis, vt vocant. Chaldçus paraphrastes satis accedit ad sensum nostrç lectionis, Nempe solus deambulans in castris iustorum.

5. IN voce exultationis & cōfessionis sonus epulantis.] Hier. Multitudinis festa celebrantis. Pratēsis, Copia magna populi tripudiantis. Cōciliare poteris hoc modo הָמוֹן חוֹגֵג hamon hogeg. Prior dictio interdum significat sonitū, interdum multitudinē: & verbū חָגַג hagag propriè significat festa celebrare cum epulis, & gaudijs. Sed apparet lectionē latinā mendosam esse, in qua videtur legi corruptè sonus in nominatiuo, loco sonitus aut soni in genitiuo: quod liquet ex Grçco ἤχου, & contextu August. versione quoq; Hiero. quæ habet multitudinis, gignēdi causa. Verum hoc nō est necesse ex Heb. quia potest esse nominatiui, genitiui, accusatiui iuxta exigētiam. Nā Sanctes sic vertit, Et confessionis multitudo tripudians. Interpretes pro Caietano itidē. Munsterus, In voce exultationis & confessionis deducēs, inquā, turbā festinantē.

7 SALVTARE vultus mei.] Hebrçus legit פָּנָיו panau .i. vultus eius. Interpretes legerunt פָּנַי panai, sicut in duob' versib' vlt. huius psal. & sequēris, qui sunt omnino similes, quod mox sequitur: & deus meus iuxta lectionē latinā pertinet ad finē huius versiculi, iuxta lectionē hebrçā, ad exordiū sequentis. De ratione diuersitatis aliquoties discussum est.

10 OMNIA excelsa tua & fluctus.] Pro primo vocabulo Hier. posuit gurgites. Et Nebiēsis similiter cū Chaldço, quibus accedūt Sanctes & Pratēsis, qui dicūt inundationes seu vndas. Cæteri vertūt cōfractiones seu illusiones. Aug. habet suspēsiones, quas interpretatur cōminationes dei. Particula Heb. מִשְׁבָּר misbar, ambigua est. Ex cuius ambiguitate non est difficile, translationes ad vnum redigere.

XLII. PSALM. TIT.

In finem psalmus Dauid.

IVDICA me] Titulus. [IN finem psalmus Dauid.] Pēr Dauid hic intelligitur ecclesia, quæ est corpus Christi, quod hic gemit inter zizania. i. inter malos, habēs cum eis multa cōmunia. Cnasci, mori, prospera & aduersa, pacē, bellum. Salutē pestem, cū quibus tamen non habet cōmmunem causam meritorū. Et ideo petit in futuro ab eis separari. Et est, [PSALMVS] iste, tendēs [IN finem] est [DAVID]. i. corporis Christi, quod hic loquitur. Et est iste psalmus contra pressuras seculi, ne & ipsç retrahant nos à deo. — Ex Aug. — Matt. 13

Intētio. Mouet ne in pressuris deficiamus. Modus. Bipartitus est psalmus. Primo cōqueritur de cōiunctione malorū, & precatur separari. Secūdo agit ne lçtitia finali. i. quç erit in fine, pro qua laudat in tribulatione. ibi, Et introibo. Videns ergo nunc bonos cum malis, corpore volens ab eis separari, nūc animo, in futuro etiam loco exclamat, ô, — Ex Cass.

IVdica me deus, & discerne causam meā de gente
1 nō sācta: ab homine iniquo & doloso erue me.

DEVS iudica me] in futuro separando à malis. Istē videns misericordiam, non timet iudicium. Ideo ait, [IVDICA] q. d. non timeo iudicium, quia noui misericordiam tuam: non metuo vltorem, quia agnosco indultorem: timere possem, si districtē mecum ageres. Sed nō in- — Ex Aug.

Psal. 142 tres in iudicium cum seruo tuo domine, miseri-
Ex Aug. cordia tua mihi opus est. Nam si iudicium vel
ad vltimũ iustitiam exhibueris sine misericordia, quo ibo?
ver. huius Si iniquitates obseruaueris, quis sustinebit? In
psalm. misericordia ergo tua sperandum est, & humili
Psal. 129 confessioni instandum, vnde iudicij metus tol-
litur, vel mitigatur, vt metum penè superet spes
gloriæ, omnis tamen homo iudicium horret.
Quid enim faciet virgula deserti? vbi concuti-
tur cedrus paradisi? [ET] hic interim [DISCER-
NE] si nõdum lucem, saltem [CAVSAM meam] i.
mea merita, quæ sunt causa vitæ. [DE gẽte nõ
sancta] cum qua est mihi par infirmitas, sed di-
spar conscientia & desiderium, scilicet [AB ho
Ex Cass. mine iniquo & doloso] hæc est gens non san-
cta. Iniquus est qui aperte mala facit. Dolosus
qui occulte. [ERVE me] hic in præsenti, ne ab
eis corrumpar. Vel de futuro totum accipi po-
Iob. 24 test, sic, Iudica me deus. hęc dicendo, non petit
peccata sua discuti, quod periculosum est, quia
astra non sunt munda in conspectu eius, & in
angelis reperit prauitatem, sed causam suæ re-
tributionis quærit ab impijs separari, vt hœdis
positis ad sinistram ipse cum electis sit in dexte-
ra. Vnde addit, Et discerne causam meam de gẽ
te non sancta, quod exponendo subdit, scilicet,
Ab homine doloso & iniquo erue me, in iudi-
cio. Gens non sancta, est iniquus & dolosus, à
quibus in iudicio separatur.

2 Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus.

QVIA tu es] q. d. erue, [QVIA tu es deus
Ex Cass. fortitudo mea] nõn mihi arrogo fortitudinem,
qua opus est inter hęc scandala, [QVARE] er-
go [ME repulisti] secundum quod videtur. Mi
ratur cum deus sit eius fortitudo, quare modo
videtur repelli. desiderans enim putat se repul-
sum, quia non statim habet quod optat, [ET
quare tristis] ideo tristis, quia & si non vinci-
tur, vel, id est saltem periclitatur, id est pericula
Ex Aug. patitur. [INCEDO] causam tristitiæ quęrit iste,
quę est peccatum, sicut causa lætitiæ est iustitia.
Esaię 57 Vnde Esaias ait, Omnem flatum ego feci, pro-
pter peccatum, modicum quid contristaui illũ.
Sic enim, id est, pro peccato punit deus, ideo
tristis [DVM] id est, quia [AFFLIGIT me] ten
Ex Cass. tationibus hic in præsenti, quod non ibi faciet,
Ex Aug. id est in futuro [INimicus.] Vt autem excluda
tur inimicus,

3 Emitte lucem tuam & veritatem: ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum & in tabernacula tua.

Ex Cass. EMITTE] ad iudicandum. hoc ideo orat,
quia Christo veniente ad iudicium tolletur o-
Ioan. 8 mnis tristitia sanctis. [LVCEM tuam & veri-
Ioan. 14 tatem tuam] id est Christum. Lux enim mundi
Ex Aug. & veritas patris est Christus, qui veniens in pri
mo aduentu, modo discernit causam meritorũ.
& in secundo, eruet iniquo & doloso, quia mit-
tet angelos separaturet, qui separabũt triticum Matt. 13
à paleis, & à zizanijs, vt colligant de regno eius
omnia scandala. Emitte. Et ita erit, quia certũ
iam pignus habemus, quia iam [IPSA] i. lux &
veritas [ME deduxerunt] à peccatis, [ET ad-
duxerunt in montem sanctum tuum] id est in
ecclesiam pręsentem, quæ eadem est & taberna-
culum. vnde sequitur, [ET in tabernacula tua] 2 Cor. 5
quę sunt peregrinantium & militantium. quã-
diu enim sumus in corpore peregrinamur à do
mino aduersus diabolum militantes.

4 Et introibo ad altare dei: ad deũ qui lætificat iuuentutem meam.

PARS II

ET introibo] Secunda pars, vbi agit de læti Ex Cass.
tia finali, pro qua laudat deum in tribulatione, & Alcu.
q supra tristis erat. Vnde & se cõfortat. q. d. de- Ex Aug.
duxisti me in tabernacula, vbi nos positi, hoc spe
ramus quod etiam, Introibo, de monte sancto
eius, scilicet de sancta ecclesia, [AD altare dei]
scilicet ad illud inuisibile altare cælestis Hieru-
salem, quò non accedit aliquis iniustus: qui ve-
ro accedit, sumitur in holocaustum, diuino igne, Exod. 5
totus accensus, ad quod introibo. Sicut ponti- Leu. 16
fex ad sancta sanctorum solus intrabat. ¶ Nota Heb. 9
quòd ad altare missam celebraturus sacerdos Ex Alcu.
ascendens, ait, Introibo &c. Desiderio enim &
amore superioris & inuisibilis altaris, hoc visi-
bile cum modestia adire debet, æterna non ca-
duca petiturus: vt Christi celsitudinem humilis
sequatur. Quod sit illud altare, exponit dicens,
[AD deum] scilicet [QVI lætificat iuuentutem
meam] id est nouitatem, qui ante cõtristauit ve Ex Aug.
tustatem. Et ideo,

5 Confitebor tibi in cithara deus deus meus: quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

CONFITEBOR tibi in cithara] Cithara ab infe- Ex Aug.
riori sonat, sicut psalteriũ à superiori. qui ergo
pręcepta dei facit, & non patitur, in psalterio
confitetur. Qui vero facit & patitur, quod est
ex inferiori natura, in cithara confitetur. Et est
sensus, Confitebor tibi in cithara [DEVS deus
meus] i. gratias agam tibi in tribulatione. Vnde
supra dixit, tristis incedo. Ecce iste supra tristis Ex Cass.
de malis seculi, de bono intellectu sibi gaudiũ fa
cit, sed [QVARE tristis &c. Vel ita iũge. Quia
confitebor, ergo, [QVARE tristis est anima
mea] Hoc dicit, quia vult eam erigere ad me- Ex Aug.
liora. vel forsan quia nõ potest vitare omnia pec
cata, timet. difficile enim purgata vita inueni-
tur, cum ille iudicat qui nouit ad liquidum &
purum iudicare, quia & si probabilis iam vitã
est inter homines vt non habeant quid iam re-
prehẽdant, iustè inuenit tamen in homine quid
reprehẽdat deus. quod nec ille ipse qui iudicã
dus est, forte videt. Hæc timens anima contur-
batur: vnde subdit, [ET quare conturbas me?] Ex Cass.
rationem? frequenter & vehementer persuadet
tristitiam huius seculi fugiendam, quæ patien-
tiam & charitatem, & spem extinguit, & totam
vitam confundit potius.

6 Spera in deo, quoniam adhuc

confitebor illi:ſalutare vultus mei; & deus meus.

Ex Aug. SPERA in deo] nõn in te. Quid enim es in te? quid enim es de te? ille ſit ſanitas in te, qui ſuſcepit vulnera propter te. Et potes ſperare, [QVONIAM adhuc confitebor illi] Quid illi confiteberis? hoc, Tu es [SALVTARE vultus
Ex gl.int. mei] quĩa tu me ſanabis [ET deus meus] quia
Ex Aug. creaſti. Aeger ad te loquor, agnoſco medicũ vel morbum, non me iacto ſanum. Vnde alibi, Ego
Pſal.40 dixi, dom. miſerere mei, ſana animã meã &c. hęc vox fratres tuta eſt, ſed vigilate in operibus bonis, tangite pſalterium obediendo, & tangite cytharam paſsiones tolerãdo, frange eſurienti pa-
Eſaię 58 nem tuum. Et inquit Eſaias, Ne putes ſufficere ieiuniũ iſti ſine eleemoſyna, & oratione. Ieiunium te caſtigat, ſed alterum non reficit: fructuoſæ erunt anguſtię tuę, ſi alteri pręſtiteris latitudinẽ; alijs ergo da quod tibi denegaſti. Quam multos enim pauperes ſaginare poteſt intermiſſum hodie prandium. Ita ergo ieiuna, vt alio manducante, prãdiſſe te gaudeas, hilarem enim datorẽ diligit deus. ſi panem dederis triſtis, & panem
2. Cor. 9 & meritum perdidiſti; ergo ex animo fac, inſta orationibus, quam celeriter accipiuntur orationes bene operantium. Et hæc eſt iuſtitia hominis in hac vita, ieiunium, eleemoſyna, & oratio. Vis orationem tuam volare ad deum, fac illi duas alas, ieiunium & eleemoſynam, quibus volet ad deum; tales nos inueniat vt ſecuros inueniat lux & veritas dei, cum venerit liberare nos à morte, qui iam venit pro nobis ſubire mortem.

COLLATIO
In pſalm. quadrageſimũſecundum, Iudica me deus.

4 QVI lætificat iuuentutem meam] Hebr. dicunt גִּילִי gili, id eſt exultationem. Sed exultatio hominis eſt ipſa iuuentus, quæ ſuapte natura propenſa eſt, ad ea quæ gaudia adferunt. Et quia interpretes nouitatem inſinuare volebant, congruentius id fecerunt per iuuentutem.

XLIII. PSALM. TIT.
In finem pſalmus filiis Chore ad intellectum.

Ex Caſſ. & Alcu. DEVS auribus noſtris] Titulus. [IN finẽ pſalmus filijs Chore ad intellectum.] Sciẽdum eſt quod in veteri teſtamento multa & abundanter contulit deus bona temporalia, tanquam rudibus & ad ſeruiendum alliciendis, & paucos affligi permiſit. In nouo autem teſtamento eccleſia paucis fidelium flores mundialium rerum apponit, & multis ſubtrahit & affligi permittit, caſtigãs eos tanquam filios, vt ſint filij Chore, id eſt paſsionis, & diſcant alia bona eſſe quærenda, quæ non ſunt cõmunia malis, id eſt, ſpiritualia & æterna, quæ figurantur per temporalia quæ populo rudi data ſunt. Vnde in titulo bene ponitur [AD INtellectum] Et eſt ſenſus tituli, [PSALMVS] iſte, dirigens nos [IN FINEM] ſcilicet, in Chri-
ſtum cantatur vel attribuitur [FILIIS Chore] id eſt paſsionis, id eſt ſanctis martyrib' quorum vox eſt hic, Ad intellectum, id eſt vt intelligãt cur martyres deus videtur relinquere ſubſtrahendo tẽporalia, & affligi permittẽdo, cum patres antiquos iuuerit in manu valida, & eis appoſuerit temporalia, quod ideo facit deus. i. ad temporalia non audit, vt ab eo deſiderentur æterna, & hæc non amentur. Hoc ergo intelligentes ne ſic quærant ſibi fieri, ſicut rudibus factum eſt, illis conceſsit proſpera deus, vt crederent iſtis aduerſa infert, vt futura quęrant. Sẽd — Ex Aug.
ſciant per temporalia illorum figurati ſua ſpiritualia. Et eſt iſte pſalmus confortatio infirmorum. Intentio. Monet ad contemptum terrenorum, & ad appetitum cæleſtium. Modus. Tripartitus eſt pſalmus. Primo, diſtinguit beneficia dei, oſtendens quæ incipientibus data ſunt in mundo, quæ perfectis dabuntur in cælo. Secundo enumerat mala quę hic ferunt bonis ibi, Nunc autem. Tertio, precatur auxiliũ, vt hic afflictis tẽpore reſurrectionis Chriſtus ſubueniat, ibi, Exurge quare. Prophẽta ergo in perſona martyrum, vt magis ſit mirũ relinqui pręſentes ſanctos, recolit pręterita, dicens, — Ex Alcu. — Ex Caſſ. — Ex Aug.

DEVS auribus noſtris audiuimus: patres noſtri annunciauerunt nobis.

DEVS] Primum dicit deus, quod facere ſolet aliquis lætus, vel grauiter afflictus [AVRIBVS noſtris audiuimus] id eſt diſcretione rationis intelleximus, cum patres docerent nos. Ideo dicit, Audiuimus, vt maior fides ſit rei, ne putetur ambigua. à quibus audiſtis [PATRES] non iuuenes vt videantur veri, [NOSTRI] qui ſuis non niſi certa dicerent, [ANNVNCIAUERVNT nobis] id eſt, retulerunt. quid? — Ex Caſſ. & gl.int.

2 Opus quod operatus es in diebus eorum: & in diebus antiquis.

OPVS quod operatus es] Etſi ſempẽr operetur deus, tamen operari dicitur, quãdo aliquod ſignum nouitatis oſtendit. Ideo dicit hic, Opus quod operatus es, vt ẽſt eductio de AEgypto, & in terram promiſsionis inductio [IN diebus eorum] ſcilicet [IN diebus antiquis] Operatus es opus, hoc, ſcilicet, — Ex Caſſ. — Ex Aug.

3 Manus tua gentes diſperdidit: & plãtaſti eos, afflixiſti populos & expuliſti eos.

MANVS] vel Opus, quod operatus es in diebus eorum, hoc nõ mutatur. Et etiam quod operatus es in diebus antiquis, ſicũt eſt creatio cæli & terræ, quæ omnia ſpiritualiter implentur in nobis. Manus. Exẽquitur opus quod fecit — Ex gl.int. — Ex Caſſ.

Ex Cass. In diebus patrum. Manus[TVA,]id est potestas
[DISPERDIDIT]morte, & aliis modis [Gẽtes] terræ promissionis, scilicet Amorræum,
Aeueum, Aetheum, & alios[ET plantasti eos,]
scilicet patres. Et hoc nõ facile[APPLIXISTI
Ex Aug. populos] qui ibi erant, qui aliter non crederẽt,
quia fortes erãt. [ET expulisti eos] à terra promissionis. Tu fecisti hæc.

4 Nec enim in gladio suo possederunt terram: & brachium eorum non saluauit eos.

NEC enim] ipsi [IN gladio suo possederunt
Ex Aug. terram.] Hõc ideo dicit, quia forsitá putarẽtur
fortes[ET brachium,] id est, robur [EORVM
Ex Cass. non saluauit eos] q.d. nẽc per se habuerunt terram, nec per se sunt saluati.

5 Sed dextera tua, & brachium tuũ, & illuminatio vultus tui: quoniam complacuisti in eis.

Ex Aug. SED dextera,]id est põtentia[TVA]saluauit
eos[ET brachiũ tuum,]id est, filius [ET illuminatio vultus tui,]id est, propitiatio præsentiæ
tuæ. Ideo enim talibus signis eis affuit deus, vt
præsens intelligeretur. quia nobis hic nõ ostendit præsentiã suã, nisi effectu miraculi. præsentiam quippe eius facie ad faciem videre nequi-
Ex Cass. mus. Et hæc nõn merito suo, sed [QVONIAM
Ex Aug. complacuisti in eis] aliis. id est, sic ẽgesti cũ eis,
vt aliis placeres in eis, vt qui eos attenderet, diceret, deus cum illis est. Vel secundum aliam literam, quæ est, Complacuit tibi in illis, id est,
Ex Cass. plãcuit tibi, vt illis solis hęc faceres. Aliter ab illo loco, Sed dextera tua, id est, bonus successus,
quem eis dedisti: Et brachium tuum, id est fortitudo, quam eis dedisti: Et illuminatio vultus
tui, id est, sapiens consilium tuum à te eis datũ,
Saluauit eos. Quod totũ fecisti, Quoniã com-
Ex Alcu. placuisti in eis, id est, ẽx beniuolentia tua.

6 Tu es ipse rex meus & deus meus: qui mandas salutes Iacob.

Ex Aug. TV ipse]qui hęc illis fecisti[ES REX meus]
qui soles me regere[ET DEVS meus]qui soles
Ex Cass. subuenire. Ideo dicit deus, ne dubites de Deo
Christo, id est, quin Christus de quo loquat sit
Ex Aug. deus. Et nõta quod idem deus noster est & illorum. Tempora enim variata sunt, auctor verò
non mutatur. Tu dico [QVI mandas]q.d. per
alium non per te[SALVTES]corporales[IACOB,] id est, illis antiquis. Per creaturam enim
subiectam, visus es illis, non per te, id est, per tui
essentiã, quod seruatur in resurrectione iustis.

7 In te inimicos nostros ventilabimus cornu: & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.

Ex Cass. IN te inimicos]q.d. Quæ illis tunc temporaliter fecisti, hæc nobis in iudicio spiritualiter
facies. vnde afflicti se consolantur, & resumunt
animũ. Et hoc est[IN TE INIMICOS NO-
Ex Aug. STROS,] quasi dicat, sicut illos iuuisti, eodem
modo & nos. In te inimicos nostros[VENTILABIMUS]sicut paleam à granis separãtes[CORNV,]id est, fortitudine:[ET IN nomine tuo],id Ex gl.int.
ẽst, per hoc quod dicimur de tuo regno [SPERNEMVS]in futuro, quia non valebunt nos lędere mali spiritus [INSVRGENTES] nunc Ex Aug. Ex Cass.
[IN nobis]Benẽ dico in te. Ex gl.int.

8 Non enim in arcu meo sperabo: & gladius meus nõ saluabit me.

NON enim, &c.] Vel merito hæc nobis facies[NON enim in arcu meo sperabo]vt nẽc pa- Ex Aug.
tres sperauerũt in suo [ET gladius meus nõ saluabit] Arcũs qui minus valet in bello, minor Ex Cass.
virtus hominis intelligitur. Gladius qui in bello plus valere creditur, maior virtus hominis est.
Iste verò in neutro sperat.

9 Saluasti enim nos de affligentibus nos: & odiẽtes nos, cõfudisti. Ex Aug.

SALVASTI enim nos,]id est, saluãbis, præteritum pro futuro ponit. Adeo enim certũ est,
quasi factum sit, vt quod fuit non potest non
fuisse[DE AFFLIgentibus nos,] id est, ãb immundis spiritibus, qui hic affligunt. [ET odiẽtes nos, confudisti,] id est, confundes: quando Ex Cass.
damnabuntur. Et tunc,

10 In deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in secula.

IN deo laudabimur] Nõn arrogãt isti sibi de Ex Cass.
gloria per futura quę miscet. Nõta & pręterita Ex Aug.
dicta pro futuris accipienda. Laudabimur dico[TOTA die]id est, ĩn perpetuitate quæ non Ex Cass.
est interpolata noctib', sed tota dies est[ET cõfitebimur,]id est, lãudabimus te, quæ est gloria Ex Aug.
eorum[IN secula.]id est sine finẽ. vnde, In secula seculorum laudabunt te. Et hoc[IN nomine Psal. 8.
suo]quod est Iesus, scilicet saluator. s. quia ex omnibus eruisti me. Vẽl ita ab illo loco, Saluasti Ex Alcu.
enim, & legitur hoc de præsenti. q. d. Gladius
meus nõ saluabit me, sed tu quia in hoc seculo,
Saluasti nos de affligẽtibus nos, ne nos traherẽt
post se: Et odiẽtes nos, confudisti, id est, eos qui
nos odiunt, pudere fecisti. Et ideo tunc, In deo
laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in secula. Hæc non mutantur.

11 Nunc autem repulisti & confudisti nos: & nõ egredieris deus in virtutibus nostris: PARS II.

NVNC autem] Secunda pãrs vbi enumerat Ex Cass.
mala quæ hic ferunt boni, non tamen obliti dei
quasi dicat hæc vẽre futura sunt, & illa à pa- Ex Aug.
tribus audita[NVNC autem,]scilicet, ĩn medio Ex Cass.
temporis, quod est inter illorũ præteritũ & nostrum futurum[REPVLISTI nos]Hæc dicit
quiã differtur promissio, dum hic iniqui habẽ- Ex Aug.
tur opprobrio.[ET confudisti nos]non in conscientia, sed in facie hominũ. Et nõta quod ex- Ex Cass.
aggerat hic mala sua, vt beniuolentiã iudicis impetret. Hoc ideo fecit deus, vt doceret hęc sper-

nere, & æterna quærere. Hoc est intellectus ti-
Ex Aug. tuli, ad quē mittūtur filii Chore. Et ideo etiam fecit vt appareat, an gratis colatur deus, à quo gratis est homo saluatus. Nō est pro terrenis colendus deus. Et quia similia his in æternum sit daturus, sed ꝓ terrenis. Sed ne cogites æterna carnaliter, forte dices, ideo colo eum, quia dabit mihi villam, non tamen tēporaliter corruptam adhuc geris mentem. Amore enim casto nō colis, eam mercedē non vis habere in futuro seculo, quam hic necesse est relinquas. mutare vis voluptatem carnalē, non amputare. Noli ergo talia sperare à deo danda, qualia hic iubet contēnere. Hęc sperabāt Iudęi, qui in futuro hæc tēpora multiplicata sibi expectant reddi, vt Hierusalem aureā, & huiusmodi. Qui verò ita deum colit, laudabilis non est: sicut nō laudatur in illo ieiunium, qui ad luxuriosam cœnā seruat vētrem suum. Hoc est enim ieiunium non continentiæ, sed luxuriæ. Gratis itaque deus coli debet, non propter aliud ab eo [ET non egredieris deus] euidenter. Nō egredieris dico, vlterius ô Deus, sicut olim Iudæis faciebas [IN virtutibus, id est, in exercitibus [NOSTRIS.] Et per hoc inualidi sumus contra inimicos.

12 Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: & qui oderunt nos, diripiebant sibi.

AVERTISTI] Exequitur qualiter confusi & repulsi fuerunt [AVERTISTI nos retror-
Ex Aug. sum post inimicos nostros] quiā illi victores & nos victi. & dicit hoc pro deficientibus à fide. Vnde sequitur, [ET qui oderūt nos diripiebāt
Exgl.int. sibi,] id est, ād castra iniquitatis suę attrahebāt.

13 Dedisti nos tanquā oues escarum: & in gentibus dispersisti nos.

Ex Cass. DEDISTI] Hoc dicit, qūia omnia potestate dei fiunt, id est, quā deus dat [TANQVAM o-
Exgl.int ues escarum] nō fœtus, id est, quæ ad escas sunt,
Ex Aug. non ad fœtus spiritualium operum, plāngit eos qui sic sunt pasi vt in corpus gentium vertērētur, quasi ab eis māducati [ET IN gentibus
Ex Cass. dispersisti] Vel ita ab illo loco, Auertisti, & āgit de persistentibus, qui tamen furori persecutorum fugiendo quandoque cedunt. Et hoc est, Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros. Auerti, est hostem fugere, secundū illud, Si vos
Matt. 10. persecuti fuerint in vnam ciuitatē, fugite in aliam. Et qui, Oderunt nos, diripiebāt sibi. Hoc fugatis contingit, vt cadant in prædā, quia hostibus nequeūt resistere. Dedisti nos, persistentes in fide, Tanquam oues escarum. Hic diuersi
Ex Cass. martyres notantur, id est, diuērsa martyrum ge-
& Alcu. nera. alii enim fuerūt esca feris, alii traditi gentibus in seruiturem. Vnde dicit, Tanquam oues escarum, vbi notatur quorundam mactatio. Et in gētibus dispers. nos. Hic persecutio notatur.

14 Vendidisti populū tuum sine pretio: & non fuit multitudo in cōmutationibus eorum.

VENDIDISTI populū tuū,] id est, martyres dum dantur alienigenis. & hoc [SINE pre-
tio] Vidēmus enim quos dedisti, sed non quos Ex Aug.
ăccepisti, quia nullus acquiritur. quod fit ad Ex Cass.
probationem vel ad correctionem. Vnde sequitur [ET non fuit multitudo in commutationibus eorum,] quiā vel nullus pro eis acquiritur.
Vel si quis quęrat, pauci tamen sunt. Vel secun- Ex Alcu.
dum aliam literam, scilicet, Et non fuit multi- August.
tudo in iubilationibus eorū, quia tempore per- accepit
secutionis non congregabātur, vt iubilarēt deo, ἀλάλαγ-
vt sit in pace. μα ab ἀ-

15 Posuisti nos opprobriū vicinis λαλάζω,
nostris, subsannationē & derisum id est, iu-
his qui sunt in circuitu nostro. bilo, nō ab ἀλάττω.
.i. muto.

POSVISTI] q.d. præter dura etiam tur-
pia patimur, quia [POSVISTI nos] quasi fixōs Exgl.int.
in hoc [OPPROBRIVM vicinis nostris] iām Ex Cass.
iam cōuertendis. Grauīs afflictio est, quæ à vi- Ex gl.int.
cinis ingeritur, quia nō trāsitorie dicitur, quod Ex Cass.
à circūstantib⁹ irrogatur. & Posuisti nos [SVB-
sannationem] quę fit contracto naso. vel, Con- Ex gl.int.
temptum. Alia litera [ET derisum] qui fit ore.
Dērisus vox confusa letitiæ, insultationem im- Ex Cass.
moderata hilaritate denuntians. Contemptus est, abiecta vilitas [HIS QVI in circuitu nostro sunt] & nunquam nobiscum sunt.

16 Posuisti nos in similitudinem gentibus: commotionem capitis in populis.

POSVISTI nos gētibus in similitudinem] Ex Aug.
vt dē nobis formam maledictionis super alios sumant, dicētes, Sic pereas vt Laurētius, & hu-
iusmodi. Vel, Posuisti nos .i. āpposuisti [GEN- Ex Cass.
TIBVS in similitudinem] Christi. In similitudinem Christi appositi sunt gentibus, quando eos cōparibus pœnis affecerunt. & posuisti nos [IN populis commotionem capitis,] id est, ad
insultandum nobis, vt & Christo insultauerūt Ex Aug.
in passione, mouentes capita sua.

17 Tota die verecundia mea cōtra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me.

TOTA die verecundia mea contra me est,] Ex Cass.
vel, coram me. Grauīs verecundia ostenditur,
quæ permanet tota die. Et hæc erat cōtra san- Exgl.int.
ctos, vel corā sanctis, id est, ante ōculos sancto- Ex Cass.
rum, quando quos impios sciebant sibi insulta- Exgl.int.
re videbant, vel cōntra se dicit esse, id est, cōtra hoc quod bonus erat, quia nō fecerat vnde verecundari deberet. Describens autem verecun-
diam subdit, [ET cōfusio faciei meæ cooperuit Ex Cass.
me] Quodam enim pallio confusionis vultum dicit opertum, dum nube sanguinea facies in inflammata rutilat. Sed cū dicit cooperuit me, non vultum, non solum vultus, sed etiam totius corporis, indicauit horrorem, & hæc confusio procedit

18 A voce exprobrantis & oblo-
quētis, à facie inimici & persequētis Ex Aug.
A VOCE exprobrantis,] id est, īnsultantis

[A T obloquẽtis,]id est,crimen imponẽtis.Ex-
Ex Caſs. probrare enim eſt, in faciẽ maledicere: obloqui
eſt abſentẽ detrahere, & doloſe mordere. Quis
autem ſit exprobrans & obloquens ſubdit,[A
facie]i.ab inſtãtia,[inimici]odio habẽtis,[Et
perſequentis]in actu.Et

19 Hæc omnia venerũt ſuper nos,
nec obliti ſumus te: & inique non
egimus in teſtamento tuo.

Ex Caſs. H Æ C omnia]q.d.nõn ſeparatim,ſed ſimul
Ex Alcu. [V E N E R V N T ſuper nos] quia nõ erãt in no-
Ex Aug. bis,per culpam. Venerunt dico,vt fera vel tor-
Ex Caſs. rens [N E C obliti ſumus te]quia intelligimus gra
tis colẽdum te propter te. Ecce quãta firmitas
Ex Aug. martyrum[A T inique]q.d. Quõmodo nõ obli-
Ex gl.int. ti ſumus?quia,[Inique nõ egimus in teſtamen-
to tuo,]id eſt,in lẽge cuius præcepta ſeruamus,
Vel, In teſtamẽto tuo,id eſt,in pacto quod pe-
pigimus tecum in baptiſmo.

20 Et non receſsit retro cor no-
ſtrum: & declinaſti ſemitas noſtras
à via tua.

Ex gl.int. E T cor noſtrum,]id eſt, ratiõ noſtra [N O N
Ex Caſs. receſsit]ita quod[R E T R O]iret,ſcilicet dẽſpe-
Ex Alcu. rando de bonitate dei. Et ſi enim aliquãdo de-
ſcendit à contemplatione veritatis, non tamen
retroit.Et ideo non dixit,ſimpliciter,N O N re-
Ex Aug. ceſsit: ſed addidit,retro. & dũm ſic in anguſta
via ambulamus,tu[D E C L I N A S T I,]id eſt tu-
liſti[S E M I T A S noſtras à via tua.]Semitę enim
noſtrę erant in proſperitatibus, & voluptatibus
ſeculi.Sed tuliſti eas de via tua,& oſtendiſti ar-
ctam viam tuam, quæ ducit ad vitam. Ideo de-
clinaſti.

21 Quoniam humiliaſti nos in lo
co afflictionis:& cooperuit nos vm
bra mortis.

Ex gl.int. Q V O N I A M H V M iliaſti nos in loco affli-
ctionis] i. in mũndo vnde naſcitur cõpunctio,
& penitudo. Exaltabis autẽ in loco fortitudi-
Ex Hier. nis,ſcilicet in futuro. Vel ita, Et declinaſti ſemi-
& Alcu. tas noſtras à via tua, id eſt, õpera noſtra de lege
tua pendere feciſti.alia non mutantur. Vel ita,
vt legatur, Et nõ declinaſti,id eſt, non permiſi-
ſti declinare & deuiare, Semitas noſtras, id eſt,
opera. A via tua,id eſt a lẽge. Ideo non declina-
Ex gl.int. ſti, Quoniã humiliaſti nos in loco afflictionis,
hoc non mutatur. [E T cooperuit nos vmbra
mortis,] id eſt, homines per ignorantiam veri-
tatis morientes,& alios ad ſuæ mortis tenebras
Ex Aug. trahẽtes. Vel hæc mõrtalitas vmbra mortis eſt;
Vera autem mors eſt damnatio cum diabolo.

22 Si obliti ſumus nomen dei no-
ſtri: & ſi expandimus manus no-
ſtras ad deum alienum.

Ex Aug. S I obliti ſumus] Eccẽ iſte eſt intellectus fi-
liorum Chore, qui propter hæc omnia mala nõ
obliuiſcũtur deum, ſcientes quia deus requiret
iſta.q. d. non ſumus obliti te,quia, Si obliti ſu-
mus,&c. Vel ſic,longe,non ſumus obliti. ſed,Si
ſumus obliti[N O N E N det,& ſi expãdimus ma- Ex Caſs.
nus noſtras]Ad literã. Deſcriptio orantis oſtẽ-
ditur, qui tenſis manibus crucem efficit, quam Ex gl.int.
fronte recepit. Vel pẽr manus opera intelligun-
tur. Ec eſt,Si expãdimus manus noſtras ad deũ
alienum .i. ſi nos cum operibus idolo vouimus.

23 Nonne deus requiret iſta? ipſe
enim nouit abſcondita cordis. Ex Caſs.

N Õ N N E deus requiret iſta,] ſcilicet mãnife-
ſta faciet. q.d. graue eſt apud deũ in ſua religio-
ne peccare,quod põdere acurę pronunciationis
oſtenditur. Vere hęc manifeſta requiret,quia e-
tiã occulta [I P S E enim nouit abſcondita cor-
dis] Quo.ſ.corde,magis religio geritur,quã de-
uotione corporis. Et nota quod ait,nouit. No- Ex Aug.
ſcere dicitur deus, quod te facit noſcere. Vnde
Abrahæ ait, Nunc cognoui quod timeas domi-
nũ,id eſt,te & alios cognoſcere feci. Nouit ergo
deus quomodo requirit,id eſt, ita noſcere dici-
tur,quomodo requirere:ſcilicet non modo pro
ſe, ſed etiam pro te, ſcilicet quando facit, vt tu
inuenias te, & vt ei gratias agas qui fecit te, vt
in Petro actum eſt,qui probauit quid poſſet. Et

24 Quoniam propter te mortifi-
camur tota die: æſtimati ſumus ſi-
cut oues occiſionis.

Q V O N I A M propter te] q.d. quæ ſunt illa Ex Aug.
abſcõdita? ecce[Q V O N I A M mortificamur to-
ta die] lõngis paſsionibus. Et hoc, Propter te, Ex Caſs.
non pro criminibus noſtris, ſed vt fides tua gẽ-
tib⁹ augeatur,& hoc ꝙ pro te mortificamur,eſt Ex Aug.
de illis abſcõditis. Quod enim morimur,videt
homo: ſed cauſam nõ niſi deus [Æ S T I M A T I
ſumus ſicut oues occiſionis] i. ſine aliqua relu- Ex Caſs.
ctatione ſumus occiſi. Vel ita lege literã verſus
huius, Quoniam propter te, Hactẽnus dixerũt Ex Alcu.
quod nõ ſunt obliti,hic petũt perſeuerare,quod
non ſumus obliti. Et vt perſeueremus, Exurge,
& debes, Quoniã propter te mortificamur to-
ta die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Nõ
mutatur ſenſus horum verborum.

25 Exurge,quare obdormis domi- PARS III.
ne? exurge: & ne repellas in finem.

E X V R G E] Tertia pãrs vbi precatur auxiliũ, Ex Caſs.
vt hĩc afflictis tẽpore reſurrectionis ſubueniat. Ex Alcu.
quaſi dicat, Nos tanta patimur,ſed vt non defi-
ciamus, Exurge,id eſt,cõnforta ſtantes. Ideo di- Ex gl.int.
co exurge,quia[Obdormis domine]id eſt,negli Ex Caſs.
gere videris. Hoc videtur dũ differt, quod ex-
pectatur. Et] Q V A R E?] hoc etſi neſcimus, tu
ſcis quare. Nã vel pro culpa eſt, vel pro vtilita- Ex Alcu.
te. quod ſi pro culpa eſt,vtinam abeſſet: ſi verõ
pro vtilitate, vtinam adeſſet. Et[exurge] tẽdu- Ex gl.int.
cendo deficientes [E T ne repellas in finem] Et Ex Caſs.
ſi hĩc repellis, non in finem hoc facias.

26 Quare faciẽ tuã auertis? obli-
uiſceris inopiæ noſtræ, & tribula-
tionis noſtræ?

Q V A R E] duobũs prędictis duo alia reddit, Ex Alcu.

quasi dicat, quosdam repellis, quia [FACIAM tuam auertis,] id est, cognitionem tuam eis subtrahis, obdormis quibusdam qui gemũt de malis, quia [OBLIVISCERIS inopiæ nostræ,] id est, non das spiritum fortitudinis sine quo inopes sumus [ET TRIBVLationis nostræ,] quia
Ex Alcu. eam nõ mitigas. Et hoc, Quare? q.d. nos nesciimus, sed inquiramus, quia non nisi iuste & piè
Ex gl.int. facis. Et nõta, quia hoc dicere non est querela, sed pia supplicatio puri cordis.

27 Quoniã humiliata est in puluere anima nostra: cõglutinatus est in terra venter noster.

[QVONIAM] auertis faciem tuam [QVO-
Ex Alcu. niam] subtrãcta cognitione tua [ANIMA nostra humiliata est in puluere,] id est, in cogitatione mundanorum, quæ pulueri comparanda sunt [Et vẽter noster,] id est, sensualitas [CONglutinatus est in terra] .i. terrenis inhæret. & cũ ita sit necesse, id est, cũ ita indigeamus auxilio,

28 Exurge domine, adiuua nos: & redime nos propter nomen tuum.

Ex Alcu. EXVRGE,] id est, fac nos surgere à terrenis ad cœlestia. [ET adiuua nos] erectos [ET redi-
Ex Hier. me nos,] id est, libera nos adiutos vt sine metu simus. & hoc totũ [PROPTER nomen tuum,] id est gratis, nõ pro merito nostro. ¶ Vel ita ab
Ex Cass. illo loco, Quoniã humiliata, Sãncti martyres quorũ hic vox est, supra orauerãt, & licet deus exaudire differat, tamen post moram auditionis non desperant, sed cõtinuant orationem, & cinere super se asperso animam peccatorũ memoria cruciant, secundum morem pœnitentium.
Ex Alcu. Cinis nãnque & cilicium sunt arma pœnitentium. Vnde tẽpore quadragesimali cinis aspergitur super capita pœnitentium ob humilitatẽ, & fragilis conditionis memoriam. Et hoc est, nõ debes obliuisci, Quoniam anima nostra hu-
Ex Cass. miliata est in puluere. i. cinere supra nos sparso, ad pœnitentiam compuncti sumus. Et, conglutinatus est in terra vẽter noster, id est, adhęsit terræ venter, vt fit prostratis, qui tota corporis effusione tendũtur. Hoc autẽ dicendo summam humilitatẽ ostẽdis. Qui enim genua terræ affligit, habet quo plus humilietur. Qui ve-
Ex Aug. rò sic humiliatur vt etiam venter hæreat terrę, non habet vltra quo humilietur plus. Exprimit ergo iste nimiam humiliationẽ, vt quia venit ad summũ, iam adsit dei miseratio. Vel ita, ideo ne obliuiscaris, Quoniam anima nostra humiliata est in puluere, id est, pro his qui sunt puluis, quasi non solum pro nobis oremus, sed & pro his qui facilè cedunt illicitis moribus, & hærẽt terrenis. Et, Conglutinatus est in terra venter noster. i. carnales hæserunt terrenis, & pro his
Ex Cass. humiliamur & oramus, Exurge domine adiuua nos. hĩc sine dormitionis verbo ponitur, Exurge, quod pertinet ad Christi resurrectionem, in qua est spes omnium fidelium, in qua humana destruitur captiuitas, per quam etiam sumus adiuti & liberati. q.d. quia ita humiliati sumus, Exurge, à morte, ô Domine Christe, & per hoc, Adiuua nos, & redime nos, à captiuitate. Et hoc propter nomen tuum. ¶ Aliter totum ab
illo loco, Exurge quare, vbi sancti martyres precatur vt Christus resurgat per fidẽ in gẽtibus, Ex Aug.
quia & sciunt Christum nõ dormire, & sibi resurrexisse. precãtur tamen resurgere per fidem; nõ sibi sed gẽtibus quę putant mortuũ. Si enim & illi crederẽt resurrexisse, credentes in eũ non persequerẽtur, sed & ipsi crederent. q.d. tota die mortificamur, & vt hæc finiantur, Exurge, per
fidem in gẽtibus, quia tu ô Domine obdormis, Ex Aug.
non nobis sed gẽtibus, quæ non credũt. Et hoc, Quare? Exurge, repetit ex affectu. Et ne repellas in finem. Si enim surgit Christus in gẽtibus, cessat persecutio. Quare, enim, auertis faciem tuam. q.d. non assis sicut videris dũ differs sub-
uenire. Et, Quare obliuisceris, quasi õblitus sis Ex Cass.
nostri, Inopiæ nostræ, cui consueuisti subuenire. Et tribulationis nostræ, cuius semper es clemens inspector. Ideo ne obliuiscaris, Quoniam
anima nostra humiliata est, vt te inuocemus in Ex Aug.
auxilium. In puluere, id est, inter manus pulueris. puluis enim nos persequitur, id est mali. de quibus dicitur, Non sic impii non sic, sed tanquam puluis quẽ proiicit ventus à facie terræ. Et, Conglutinatus est in terra vẽter noster. plãgit hic eos qui sunt vẽter, id est, carnales, & hęserunt, id est, consenserunt iniquis. Sed vt hæc finiantur, Exurge, gentibus per fidem, quibus à persecutione cessantibus etiam qui terræ hæserãt eruti & pœnitẽtes, reddũtur corpori Christi, vnde sequitur, & sic, Adiuua nos, & redime nos de manu gentiũ, Propter nomen tuum, non propter meritum nostrum.

COLLATIO
In Psalmum 43. Deus auribus nostris audiuimus.

10 IN deo laudabimur.] Hieronymus, In deo gaudebimus. In Heb. est verbum præteriti temporis, הִלַּלְנוּ hillalnu, id est, laudauimus. Sanctes & Mũsterus accipiunt pro præsenti, id est, gloriamur. Sed quum rectius intelligatur de futura gloria, iuxta Augustinum, LXX interpretes & Hieronymus verterũt per futurũ, illi tamen in passiua significatione הֻלַּלְנוּ hullalnu, vbi prorsus nulla est distinctio: citra punctorũ ascriptionem. Verum quum deũ laudare magis pertineat ad illã gloriam quam laudari, posset videri mẽdum scriptoris, Laudabimur pro laudabimus: nisi reclamaret id quod pręcedit, in deo, alioqui dicendum erat Deum, si versum fuisset laudabimus, quinetiam Græcus habet futurum passiuum ἐπαινεθησόμεθα, at vniuersa in deum referuntur. quæ in deum dicuntur fieri. Omnis enim laus nostra ab illo procedit, qui sanctis verbum dicturus est suauissimum, omnique laude superius, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ. Adde quod nihil aliud est dicere, In deo laudari, & in Deo gloriari, aut eodem penitus prętendunt.

20 ET non recessit cor nostrum, & declina-

sti semitas nostras à via tua. Et in Hebræo, & Græco, & in Latina editione, subauditur in secunda sententia, & declinasti, negatio quæ præcesserat, vt nihil agant Scapulensis & Cæcus, qui arbitrabantur bis negationem esse expressam in Hebræo. Quod falsum est, sed debet repeti. Quare nō est mirum, si clamauerint oppositum sensum Hebræo nos legere: licet diuus Augustinus affirmatiue interpretetur, tamen semitas accepit in malā partem: quæ cum negatione accipiendæ forent in bonam: vt eodem conspiret intelligentia.

21 HVMILIASTI nos in loco afflictionis] Hebr. תנים tannim, id est, draconū. LXX. apte figuratam locutionem explicuerunt.

XLIIII. PSALMI TIT.

In finem pro his qui cōmutabuntur filiis Chore ad intellectum, canticum pro dilecto.

ERVCTAVIT cor meū] Titul. [IN finē pro his qui cōmutabuntur filiis Chore
Ex Aug. ad intellectū canticū pro dilecto.] Agitur hic de sanctis nuptiis sponsi & spōsæ, id est Christi & ecclesiæ. s. regis & plebis, saluatoris & saluandorum. Vnde & hoc carmen dicitur epithalamium, id est, laus thalami, quia laus sponsi & sponsæ hic cantatur. Solēt enim in nuptiis ad honorem sponsi & sponsæ quædam carmina cantari, quæ dicuntur epithalamia, id est, laudes thalami. Similia cantat in his nuptiis prophe-
Ex Cass. in cōclus. psalmi huius. ta. In nuptiis nanque istis prophetę, apostoli, & omnes sancti tympanis, citharis, & aliis modis cum exultatione sancta cōclamant, vnde pascitur auditor. Harum nuptiarum copulam in tha-
Ex Aug. lamo virginis fecit dei gratia: quādo verbū caro factum est, & humana natura diuinæ vnita, & sponso sponsa, nunc charitate, post etiam immortalitate cōiuncta. Et est sensus tituli, Psal-
Exgl. int. mus hic subaudi, tendens [IN finē,] id est, in cōsummationē, scriptus est [FILIIS Chore,] id
Ex Aug. est Christi [AD intellectum] tanti mysterii, tanti decoris, scilicet coniunctionis Christi & eccle-
Ex Hier. ad Principiā virg. siæ. Et est [CANTICVM] Quia hic est exultatio pro æternis. Psalmus dico habitus [PRO his qui commutabuntur] de veteri hōmine in no-
Ex Aug. uū & [PRO dilecto] Christo, de quo pater, Hic
Matth. 3 est filius meus dilectus. Hic enim describit per quem commutabūtur. Laus sponsi & spōsæ hic cātatur. Vel ita, vt nō subaudiatur psalmus, sic, Canticū, istud tendens, In finem, id est, in Chri-
Ex Cass. stum. Vel in consum. æternæ beat. habitū, Pro his qui commutabuntur, id est, pro commutandis. &, Pro dilecto, id est, cūmotāte, scilicet spōso & spōsa, scribitur, Filiis Chore ad intellectū,
Ex Aug. id est, vt intelligant & venerentur tantum my-
Ex Cass. sterium. Intentione monet ad laudē sponsi, & spōsæ. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo propheta cœlestibus epulis saginatus, præconia dei se eructaturū promittit. Secundo incipit de laude spōsi, laudās eū quadriformiter, à forma, à potestate, à iudicio, ab ornatu, ibi, Speciosus. Tertiō, laus spōsæ cātatur submissius. Item qua- Ex Cass.
driformiter, à forma, à gloria, ab amicabus, à prole, ibi, Audi filia. Propheta ergo, quasi ad has nuptias intromitti desiderans, vt sibi aperiatur, se velle sponso cantare, ait,

ERuctauit cor meū verbum bonū, dico ego opera mea regi.

COR meū,] id est, mēns Ex Cass.
mea intus plena [ERVCTAVIT] quasi dē pleno Ex Hier.
[VERBVM bonum,] id est, hymnum deo. sicut ad Principiam.
qui blasphemat, malum verbum eructat. Intus
enim propheta satis laudem deo eructat, & illū Ex Aug.
hymnum regi cantare volebat. Vnde sequitur, [EGO DICO,] id est, dicere gestio [OPERA
mea regi,] id est, ad laudem eius, quia ex eo ha- Ex Hier.
beo. operā dicit hunc psalmū. Hanc enim ope- Ex Cass.
rationem quam mente conceperat, regi dicere gestiebat. Ne verò eū aliquid à se putes dicere, calamo scribæ se comparat. à spiritu enim sancto regitur. Et hoc est,

2 Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.

LINGVA mea] est [CALAMVS scribæ,] id
est, spiritus sancti [VELOCITER scribentis.] Ex Hier.
Quia dixit, & facta sunt. Vel ideo dicit, Velociter
scribētis, vt nōtetur virtus prophetiæ, quę Ex Cass.
non sub cruciatu humano cogitat, quod de arcano diuinitatis aliis diuulgat. Vel calāmo cō- Ex Aug.
parat, vt per hoc intelligat scripsisse quæ dicit.
Et est, Lingua mea calamus scribæ, quia quod Ex Hier.
dico & scribo, Velociter scribētis, quia cito ven- in cōmēt.
tura sunt quæ scribo.

3 Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in æternum. PARS SI.

SPECIOSVS] Secundā pars, vbi incipit de Ex Cass.
laude spōsi quam promiserat, prius laudās eum à forma. Quasi ergo intromissus ad spōsum, de laude eius cātat, [SPECIOSVS] es [FORMA]
quia immunis à peccato [PRAE filiis hominū] Ex Hier.
Est vtique homo & cum ipse sit homo, non est tamen vt quilibet homo. Et ideo vt eum à suo genere commendaret, non ait hic, præ angelis, quos etiam excellit: sed dicit, Præ filiis hominū, contra illos qui putantes eum purū hominem,
dicunt in Esaia propheta, Vidimus eum nō ha- Esa. 53
bētem speciem neque decorem. Et quia nō sufficit pulchritudo sine sapientia & eloquentia,
addit, Et, Diffusa est gratia in labiis tuis: quia Ex Aug.
lex per Moysem quidem data est, sed per Iesum Ioan. 1.
Christum gratia & veritas facta est, quæ gratia peccata soluit. In labiis, dicit, quia eo loquēte,
mundos gratiā reconciliationis accepit. [PROPTEREA] quæ à principio psalmi vsque huc Ex Alcu.
dicta sunt, in persona prophetæ leguntur, sicut & sequentia. Augustinus tamē & Hieronymus

dicunt, quod quidam putant personam patris
Ex Hier. hæc dicere, licet magis superstitiose, quam ve-
Tomo 3. re, non cõsiderantes textũ totum, vbi sunt quę-
adDama- dã quæ non cõueniunt patri, ărbitrãtur autem
sum de illi, ex persona patris hæc intelligi sic: commẽ-
duob' fi- dat pater Christum, secundũ vtrãque naturam:
liis. & prius secundum diuinam naturã, dicens, Cor
Ex Aug. meum eructauit verbum bonum, quasi non de
extrinseco coniugio genui, sed de corde, sicut
homo generat consilium suum de corde: ante-
quam sit quod facturus est, consilium est. Cõsi-
liũ vero patris, filius est, quẽ ante omnia crea-
ta, ex se pater genuit. Et est sensus, Cor meũ eru
Ex Alcu. ctauit verbum bonũ, id est, ex plẽnitudine mea,
& secreta essentia genui verbũ, id est filium, qui
dicitur verbum, quia per eum pater notus est,
quod verbum dicitur bonũ, quia dei filius in na
tura sui, solus bonus est cum patre & spiritu san
cto. Vnde nemo bonus nisi solus deus. Est etiã
bonum hoc verbum, quia per eum omnia bona
facta sunt. Sequitur, Dico.i. verbũ ꝓfero. Idem
hic dicit, quod prius dixerat: sed addit, Opera
mea regi, vbi in ipso verbo, omnia opera dei esse
dicit. Vnde alibi, Quod factũ est, scilicet in tẽ-
pore, in ipso vita erat: vt nihil sit in opere, quod
prius non fuerit in consilio. Et est sensus, Dico
ego opera mea regi, id est, verbũ ęternaliter gi-
gno, cũ quo, & in quo omnia dispono antequã
sint in opere. De hoc verbo alibi dicitur, Semel
locutus est deus, &c. Item verbum vocat & lin-
guam dicens, Lingua mea. q. d. Non solũ dispo-
no omnia cum eo, sed etiam per eum loquor. Et
hoc est, ipse est, Lingua mea. hic est etiam, Cala-
mus, mei Scribę, apta comparatio est. Vt enim
scriba nil sine calamo, nec calamus sine scriba
operatur: sic cooperatur pater & filius. Et no-
ta quia non sono, qui transit, comparat ver-
bum, sed scripto, quod manet: vt ostẽdat filium
coęternum patri. Scribæ dico, Velociter scribẽ-
tis, quia non vnum post aliud, sed omnia simul
in vno verbo ęterno pater disposuit. Speciosus,
supra pater cõmendauit filium, secundũ diuinã
naturã, hic secũdum humanam. q. d. Genitus est
filius secundum quod deus de mea essentia, &
ipse secũdum quod homo, est, Speciosus forma
præ filiis hominum, & diffusa est gratia in labiis
tuis, hæc nõ mutãtur. Propterea benedixit te.
Priora dixit ꝓpheta, ex persona dei patris, hęc
ex sua accommodatius enim videtur hoc acci-
pi ex persona prophetæ, quã ex persona patris,
& mutationes personarũ repentinę, & omnino
ex improuiso inueniuntur in sanctis scriptura-
rum libris. Dicit ergo propheta in sua persona,
Propterea, id est propter gratiã, qua regnũ cœ-
lorum datur cum olim terra daretur, Benedixit
Ex Cass. te, hominem, Deus in æternum. Dãndo tibi re-
gnum, cuius regni non erit finis.

4 Accingere gladio tuo super fe-
mur tuum potentissime.

Ex Hier. ACCINGERE] Hic lãudat eũ à potestate.
quasi dicat, & tu talis [ACCINGERE] à simili
pugnaturi. Accingimur enim pugnaturi, pręcin
gimur ministraturi, succingimur ituri [GLADIO
Ex Aug. tuo] quŏ ipse diuidit etiã filium à patre, & nurũ
à socru, id est verbo dei, quo hostes strauit, sicut
Sanson mandibula asini inimicos superauit. De
hoc gladio dicit dominus in Euãgelio, Nõ ve-
ni pacem mittere, sed gladium. [SVPER femur
tuum,] id est super cãrnem. Femur enim huma- Ex Hier.
nę propaginis est seminarium, per quod cõgrue
caro accipitur, ô [POTENTISSIME] sub-
dit, vt etiam secundum carnem, quæ per femur
accipitur, reuerendũ habeas. Potentissime dico, Ex Cass.

5 Specie tua & pulchritudine
tua: intende prospere procede &
regna.

SPECIE TVA & pulchritudine tua] Hic
distingue, id est, secundum humanitatem & di-
uinitatem. Spẽcies enim refertur ad humanita- Ex Cass.
tem, in qua mũdo apparuit: pulchritudo ad dei-
tatem, qua omnia decora sunt [INTENDE,] id
est, homĩnem pereuntem miseratus respice. Vel Ex Hier.
ita. Et accipitur pro eodem species & pulchri- & Aug.
tudo, scilicet pro iustitia dei. q. d. Accingere, & & Cass.
accinctus, Intende, id est hominem misericordi-
ter respice. Et hoc, Specie tua & pulchritudi-
ne tua, id est, ex iustitia tua, qua speciosus es &
pulcher. [PROSPERE,] id est, liberãs homines
[PROCEDE] de vtero virginis, vt sponsus de
thalamo. Vel, Prospere procede, scilicet ab his
victis, ad alios vincendos. [ET REGNA] id est,
in fide hominum tuam potentiam ostende, qui
semper in te regnauisti. Dico procede & re-
gna. Et hoc,

6 Propter veritatem & mansuetu-
dinem & iustitiã: & deducet te mi-
rabiliter dextera tua.

PROPTER veritatem,] id est, prõpter hoc Ex Hier.
quia per te & per tuos veritatẽ doces, quę fal- & Augu.
sitatem nostram destruit [ET] propter [MAN- & Cass.
suetudinem,] id est, quia mansuetus es, ferendo & Alcu.
malos, vt & quãdo pro inimicis orauit, & adul-
terę dixit, Nec ego te cõdẽnabo, sic & sui. [ET] Ioan. 8
propter [IVSTITIAM] quia iustitiam vitæ osten-
dit [ET] hoc totũ ideo [QVIA deducet te] inof-
fense per cursus totius vitæ, vel de populo ad
populum [MIRABILITER] quia omnes mi-
rabũtur, vel quia miracula faciet [DEXTERA Ex Aug.
tua,] id est, potẽtia verbi. Aliter ab illo, Prospe-
re procede & regna. Vel ita, Prospere procede
& regna, id est, ita prospere procede, vt regnes
per fidem in gentibus, quod iam factum est. Et
hoc propter veritatem promissionum implen-
dam, & iam sunt implete promissiones. Et, pro-
pter, Mansuetudinem, implendã in te & in tuis.
& ita factum est, quia passi sunt martyres, vnde
regnũ creuit, vt & ipse prior passus est. Et, pro-
pter, Iustitiam, implendam, & ita erit, quia ve-
niet vt iudicet secundũ opera cuiusque. Et hoc
potes, quia, Deducet te mirabiliter dextera tua.
hoc non mutatur. Et

7 Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te
cadent in corda inimicorum regis.

SAGITTAE tuæ] sunt [ACVTAE,] id est,
vẽrba tua, quæ corda hominum penetrant, & Ex Aug.

Ex Cass. velociter quo vult, perueniũt, & longe dirigũt.
Et nota quia supra gladius positus est, qui prope
ferit: hic sagitta, quæ eminus. & sic incõprehensibilis
potentia Christi ostenditur: & [P O-
Ex Aug. P V L I] per eas sagittas vulnerati [S V B T E CA-
DENT IN CORDE] vel, corda. Vbi se erigebant cõ-
tra Christum, ibi cadunt ante eum. Corda dico,
[INIMICORVM regis,] id est, inimicorum
tuorum, qui es magnus rex, vt scilicet de inimi-
cis sint amici, sicut Saulus, prius erectus contra
Christum, cęlitus emissa sagitta corde percus-
Act. 9. sus est, & cecidit per humilitatem dicens, Do-
mine quid me iubes facere? Vel ita, Populi ini-
Ex Aug. micorũ regis, id est, multi de inimicis tuis, Sub
te cadent, id est, supponent se tibi. Et hoc, In
corde, id est, ex ratione, vel voluntate. Hoc est,
quod titulus dixit, pro his, qui commutabũtur,
& filiis Chore.

8 Sedes tua deus in seculum seculi: virga directionis virga regni tui.

SEDES tua] Hîc à iudicio cõmendat Chri-
stum. Sedes enim ad iudicium pertinet. q.d. be-
nedixit te deus in ęternũ, quia [SEDES tua] sci-
licet sedes [REGNI,] id est, iudiciaria & regalis
potestas, ô [DEVS] est in seculum seculi: quia
quicquid constituit, non mutatur. quod te de-
Ex Aug. & Cass. cet, quia [VIRGA,] id est, scẽptrũ & guberna-
tio [REGNI tui] est virga [DIRECTIONIS]
quæ distortos dirigit. Hæc est regula diuinæ ę-
quitatis, quę vere recta est & nunquã curuatur.
Hæc iustos regit, iniquos percutit. Nemo ergo
sibi de misericordia Christi multum blãdiatur,
quia virga directionis est ei, si alios regit, alios
conterit. regit spirituales, conterit carnales. sic
dilige misericordem, vt velis esse veracem. Vere
est virga directionis, quia

9 Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo lętitiæ, prę consortibus tuis.

Ex Aug. DILEXISTI iustitiam,] quia non solũ in
te iustus es, sed in aliis diligis iustitiã. [ET odi-
Ex Cass. sti] nõ homines, sed [INIQVITATEM] Ali-
ter perfectę nõ diligitur iustitia, nisi odiatur ini
Ex Aug. quitas. Si ergo homo iniquitatẽ in se odit, cum
deo facit. Odit deus iniquitatẽ, oderis & tu, vt
vnam rem ambo oderitis. Eris enim deo ami-
cus, si displiceat in teipso iniquitas tua. & pla-
ceat creatura ipsius [PROPTEREA,] scilicet
vt diligeres iustitiam, & odires iniquitatẽ [VN-
Ex Cass. & Alcu. XIT te] Vel sic cõtinua, Propterea, scilicet,
quia dilexisti iustitiam & odisti iniquitatẽ, red-
dita sunt tibi hęc præmia, scilicet, Vnxit, secun-
dum hominẽ, Te, ô [DEVS] fili [DEVS tuus,]
Phil. 2. scilicet pater, id est, fecit te regem, dando tibi
Ex Aug. nomen, quod est super omne nomen. Et nota
quod ait, Vnxit te deus, cũ tamen diuinitas vn-
gi non indiguerit: sed hoc dicit, quia homo ille
deus est, qui secundum quod homo vnctus est,
secundum quod deus vngens. Bis ponitur deus
pro patre & filio, & in Græco aperte alter vo-
catiuus est, alter nominatiuus est. Iste verò vn-
ctus est ille lapis, id est, per illum lapidem signi-
ficatus, quem Iacob vnxit erigens in titulum, & Gene. 2.
effundens oleum desuper. Per hoc autem quod 1. Reg. 16
dicit eum vnctum, regem & sacerdotẽ eum esse & Exod.
significat, in cuius figura in veteri testamento 29.
reges & sacerdotes vngebantur. Vnxit dico [O- Ex Cass.
LEO] spirituali. Oleo dico [LETITIAE] pro Ex Hier.
puritate conscientiæ, & plenitudine gratiæ. Et
hoc [PRAE cõsortibus tuis,] id est, ãpostolis & Ioan. 3.
aliis sanctis, in quos ab eo vnctio gratiæ efflue-
ret. Ei nanque spiritus non est datus ad mensu-
ram, in quo habitat plenitudo diuinitatis, cor-
poraliter, & de plenitudine eius nos omnes ac-
cepimus.

10 Myrrha & gutta & casia à vestimentis tuis à domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.

MYRRHA ET gutta] Hîc laudat propheta Ex Cass.
sponsum ab vxore & ornatu, & prius ab ornatu,
quasi dicat, Non modo hæc prædicta habet sed
etiam [MYRRHA & gutta & casia] spirabũt [A
vestimẽtis tuis] boni odores virtutum his aro- Ex Aug.
matibus signantur: Vnde apostolus ait, Christi
bonus odor sumus deo. Qui odores bene adhi- Ex Cass.
bentur nuptiali gaudio, vt in nuptiis solet fieri.
Est autẽ Gutta quæ & amoniaca dicitur: Ca- Ex Aug.
sia, quæ & fistula dicitur. Per quæ significantur
diuersa virtutum odoramenta, Myrrhã quæ est Ex Alcu.
amara species, vermes arcẽs, est carnis amaritu-
do, quæ pellit vermes malorum desideriorũ &
malæ conscientiæ, & seruat à putredine vitio-
rum. Gutta pellit omnes inflaturas & tumores,
id est humilitas, quæ curat duritias cordiũ. Ca- Ex Cass.
sia in aquosis locis nascit, & crescit in immẽsum
& reddit odorẽ. hęc est fides quæ per baptismũ
crescit. Vestis autem Christi, à qua hæc fluunt.
ecclesia est, quã Christus sanguine abluit à ma-
cula, extẽdit in cruce à ruga duplicitatis. Et est
sensus, Myrrha, scilicet carnis mortificatio: Et Ex Hier.
gutta, scilicet humilitas: Et casia, scilicet fides, Ex glo. int.
Spirabunt aliis per bonũ exemplũ, A vestimẽtis
tuis, id est à sanctis tuis, ab ecclesia tua [A DO-
MIBVS] eosdem dicit domos quos antea dixe- Ex Rem.
rat vestimenta, scilicet sanctos, qui tamen pro-
pter aliud vestimenta, propter aliud domus di-
cuntur, quæ ipsæ sunt eburneę. Vestimẽta Chri-
sti dicuntur, quia ornãt ipsum vita & doctrina: Ex Cass.
domus, quia in eis habitat Christus: eburneæ,
quia ipsi sunt casti, vt elephas à quibusdam ca-
stum animal dicitur. Ebur enim frigidæ naturę Ex Hier.
est, ideo in ebore castitas significatur: & sicut
ebur prius obscurum limis & serris, vel scul-
pulis lucidum fit: ita & sancti per sectiones &
attritiones diuersorum suppliciorũ climati vir-
tutum varietate fiunt lucidi. Et hoc est, dico
à vestimentis tuis spirabunt hæc. A domibus,
id est à cordib' sanctorũ, in quibus habitat deus, Ex Aug.
Eburneis, propter castitatẽ, vel virtutũ decorẽ.
Aliter ab illo loco, Myrrha & gu. & accipit ve-

Ex Cass. stis corpus Christi, quia celatur deitas. Ab hoc venit myrrha, quia mortuus est pro omnib⁹ hominibus: gutta fluxit, quia duritiá cordium sua prędicatione soluit. Cassia prodiit, id est, redẽptio per aquam baptismi. Et hoc est, Myrrha & gutta & casia, spirabunt, A vestimentis tuis, id est à corpore Christi, quo quasi veste celatur deitas. & nō tãtum à corpore Christi hæc veniunt: sed etiam, A domibus eburneis, id est, à sanctis. Hic nō mutatur sensus. His odoribus filię regum terrenorũ allectæ Christum sequuntur, posthabito honore patrum. & hoc est, A vestimentis tuis, spirant hæc odoramenta [EX QVIBVS] odoramentis virtutũ [DELECTA-
Ex Aug. VERVNT te,] id est, dẽlectabilem te habuerũt, [FILIAE regum] terrenorũ ad literã. Et hoc, [In honore tuo,] scilicet nõ curantes honorem patrũ, sed Christi. Et reges dicit apostolos, qui se & alios virtutibus regunt, quorum filiæ sunt omnes per eos in fide geniti, quos in honore Christi, non in suo genuerunt. à Christo enim Christiani, nõ à Petro Petrini, vel à Paulo Paulini dicuntur. Et est hoc tractum à veteri lege.
Deute.25 In lege enim scriptum est, Si mortuus fuerit frater sine semine, accipiat vxorem frater eius, vel alius ppinquior de cognatione, vt suscitet semen, non sibi, sed fratri suo: & habeat natus nomẽ defuncti. Hoc spiritualiter Christo cõuenit,
Rom.8 qui est primus frater & primogenitus in mul-
Psal.21 tis fratribus, qui per prophetam dicit, Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et in Euangelio,
Matt.28. Vade & dic fratribus meis, qui mortuus est sine semine, quia pendens in cruce vix vnum latro-
Psal.140 nem solum comedit. Vnde ait, Singulariter sum
Rom.10. ego donec transeam. Et alibi, Tota die expandi manus meas ad populum nõ credẽtem. Sed suscitatur ei semẽ à fratre, qui accipit vxorẽ eius, id est ab apostolis, qui spõsam Christi, scilicet ecclesiam regendam suscipiunt, qui non sunt spõ-
Ioan.3 si, sed amici sponsi. Qui enim habet sponsam, sponsus est: quorũ prædicatione gentium multitudo intrauit ad Christũ. Et habet natus nomen defuncti, id est, cõuersi ad fidẽ habent nomen Christi crucifixi, à quo Christiani dicuntur. Et hoc est, Ex quibus, scilicet odoramẽtis, Delectauerunt te filię regum, scilicet apostolorum. Filiæ dico, tamẽ, In honore tuo, qui es primus frater, à quo nomen habent, cui gloriam quærunt.

11 Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate.

Ex Cass. ASTITIT] Hic ab vxore commendat spõsum. q.d. Tu talis es, & spõsa talis [ASTITIT] etiam non timore curua, sed spe erecta [REGI-
Ex Aug. NA,] quæ sub rẽge regit, scilicet sponsa ecclesia
Ex gl.int. [A dextris tuis,] id est, In ęternis spe. Qui autẽ
Ex Aug. à sinistris est, vbi erunt hœdi, non est regina, sed
Gen.21. ancilla quæ de domo eiiciatur cũ filio suo, quã-
Matt.25. do dicetur, Itẽ maledicti in ignem æternũ. Reginę autẽ dicetur, Venite benedicti patris mei, pos. &c. Astitit dico, [IN vestitu deaurato,] id
Ex Aug. est, in doctrina sapiẽtię [CIRCVNDATA VA-

RIETATE,] id est, omnibus linguis variata. tamen vestis catholicæ doctrinę vna est, quia sine scissura. Vnde sanctus spiritus, igneis & dispertitis linguis super apostolos descẽdit. Vel ita, vt per vestitum, opera intelligãtur, qui dicitur deau- Ex Cass.
ratus non aureus. In auro intelligitur charitas. Quod verò aureum est, totũ de auro est: quod est deauratum, aurũ habet & aliud. Et est, Astitit regina in vestitu, bonorũ operũ. Deaurato, non aureo, ne sola sit charitas, sed assint cætera quæ charitas ornat. Ipsa dico, Circũdata varietate; meritorũ. & si sit vnitas in charitate, tamẽ auro, id est, doctrina apostolorũ, & cocco à confessione martyrum, & gemmis, id est, in puritate virginũ & purpura, id est, lamento pœniten-
Exod.26. tium ornatur regina. Vnde in veteri testamẽto, cortinæ tabernaculi contextę sunt, de quatuor preciosis coloribus, scilicet de bysso retorta & cocco bis tincto, hyacintho, & purpura.

12 Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. PARS III.

Ex Cass. AVDI filia & vide] Tertiã pars vbi laus spõsæ cãtatur, sed submissius, id est, minus excellenter, quam supra laus sponsi. Et laudat eam quadriformiter, scilicet a forma, à gloria, ab adole-
Ex Aug. scentulis, à prole. Alloquitur autem propheta reginam tanquam vnus de patribus, id est, de apostolis, quos supradixit patres. q.d. Astitit regina à dextris tuis. Et ò regina filia mea, id est,
Ex Cass. meã prędicatione genita, Audi, intus [ET vide]
Ex Aug. deum ipsum. q.d. Iudæi viderunt & occiderũt, Tu audi euangelium, & credendo videbis deũ,
Ex Cass. hic per imaginem: in futuro, per speciem. Vel, Audi pphetias, quæ incarnationẽ Christi prædixerũt. Et vide, impletas [ET inclina aurẽ tuã]
Ex Aug. vt humiliter audias. Parum enim est audire, nisi humiliter audiaris [ET OBLIVISCERE po-
Ex Cass. pulum tuum,] scilicet põpulum Babylonię, vnde venit ecclesia, scilicet obliuiscere ritus legis, vel idololatriæ, per quos seruis regi Babylonis. [ET domum,] id est, conuersationem, & cõsortium [PATRIS TVI] diaboli, id est, Babyloniam, quæ est contra Hierusalem. Et hæc est præcedentis expositio. Et sic fides decora.

13 Et concupiscet rex decoré tuum: quoniã ipse est dominus deus tuus, & adorabunt eum.

Ex Aug. ET CONCVPISCET REX decorẽ tuũ]
Ex Cass. quẽm ipse fecit in te. Hic laudat eam à forma.
Ex Hier. Concupiscet dico, quod est magnum [QVONIAM IPSE] non prior pater, scilicet diabo-
Ex Aug. bolus [EST] nõn qualiscunque [REX] sed [DO-
Ex Cass. MINVS DEVS TVVS] nõn modo sponsus,
Ex Aug. [ET ADORABVNT] omnes populi, de quibus facta es [EVM,] scilicet regem tuum.

14 Et filiæ Tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

Ex Aug. ET] etiam [FILIAE Tyri,] id est, gẽntium à

parte totum. Per Tyrum enim vicinam Iudeæ,
Matt. 15. gentes designat Christo credituras. Vnde mulier Cananæa à finibus illis egressa, ecclesiæ figura est. Hæ inquam Filiæ Tyri, id est, gentes venient ad illũ regem tuum[IN muneribus, scilicet,
Ex Hier. vt se õfferant, vel vt eleemosynas faciant, quibus mercẽtur regnum cælorum. Ideo ait, In muneribus, quia vult vt in cælũ thesaurizemus, largiendo temporalia. Filiæ Tyri, scilicet [OMNES diuites plebis] nõbiles, sapientes, & huiusmodi.
Ex Hier. ad Pricipiam. Hæ sunt filiæ Tyri, vel secundum interpretationem nominis. Tyrus enim interpretatur angustia. Et est, Filię Tyri, id est, angustię, scilicet peccatorũ, id est, gentes quę sunt in angustia peccatorum, In muneribus, venient, scilicet diuites plebis omnes, hæc non mutantur à priori sensu. Et hi adorãdo in muneribus [DEPRECABUNTUR vultũ tuum] ô regina .i. cõformi-
Ex Aug. tatem tuam, ne extra positi faciant, sed in vultu sponsæ .i. vnitate ecclesię. Vultus nanq; ecclesię prodest eleemosynas faciẽtibus, ne extra nidum ecclesiæ faciant, vt sit gloria dei, & non sua.

15 Omnis gloria filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis, circũamicta varietatibus.

Ex Cass. OMNIS gloria] Hic ẽst laus sponsæ à gloria, vt supra à potestate sponsi. q.d. Dico Concu-
Ex Aug. piscet rex, decorem tuum, qui dẽcor non est nisi intus, quia[OMNIS gloria eius] scilicet [FILIÆ regis] est[AB intus] vel, Intrinsecus,] id est, in cõscientia tua. Sic ergo eleemosyna tua in occulto vbi Deus videt qui internam pulchritudinem amat quam videt. Vel, Intrinsecus, id est,
Ex Hier. nõn in circuncisione manufacta, sicut in veteri lege, sed in spiritualibus. Reginæ dico existentis [IN fimbriis aureis] id est, in doctrina sapientię, quæ regina est[CIRCVMAMICTA varieta-
Ex Aug. tibus] .i. diuersarum linguarũ. Varietas linguarum, decus est doctrinæ, sed non prodest, nisi sit intus gloria. Vel fimbriæ, quæ sunt finis vestis,
Ex Cass. & gl. int. significant finem mundi vel hominis. Aureis dicit non deauratis, vt supra, sed[Aureis] quia in fine tota perfectio est, vbi inuenitur charitas plena: & est, Gloria reginæ est, Ab intus, & hæc gloria est, In fimbriis aureis, id est, in fine seculi. Vel cuiusque hominis, quando perfecta erit
Ex Hier. charitas, quæ regina est, Circumamicta varietatibus, virtutum vel gentium.

16 Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi.

Ex Cass. ADDVCENTVR] Hĩc laudat sponsam ab amicabus: vt suprà spõsum à iudicio. q.d. Regina domũ patris oblita venit ad regem. Et [Post eam] primam quæ est generalis mater fidelium, [VIRGINES] id est, pudicæ mentes [ADDVCENTVR] gratia Dei. Non enim à se hoc habent[REGI[& hę virgines sunt[PROXIMAE
Ex Aug. eius] reginæ, id est, nõn alienę ab ea, sed ad eam pertinentes, & conuertens verba ad regem ait, & istę[AFFERENTVR tibi] ô rex. Nota verborum differẽtias, Adducẽtur, opportuna præ-
Ex Alcu. dicatione venientes: Afferẽtur, importuna prędicatione conuersi. Vel ita vt per virgines ro-
Ex Cass. busti accipiantur, & per proximas, infirmi. Et est, Post eam, reginam, Adducentur regi virgines, vt robusti & fortes. &, Proximæ eius, scilicet viduæ & castæ, quæ sunt in gradu secundo, & alii infirmi quasi imbecillitate fatigati, Afferentur tibi. Et nota quod prius vnitas ecclesiæ dicitur, cum dicit, Eam, pòst enumeratio partium est distincta, cum dicitur, Virgines, & Proximę, addit,

17 Afferẽtur in lætitia & exultatione: adducentur in templũ regis.

Ex Cass. AFFERENTVR] ẽtiã ministeriis angelorum[IN LAETITIA & exultatione] quia sexus ille fragilis vicit graues passiones corporis, quo[ADDVCENTVR] tanquam viui lapides, [IN templum regis] non solum ad conspectum, sed in penetralibus regis, id est, in Hierusalẽ fu-
Ex Aug. turam. Vel, In templũ regis, id est, in ecclesiam pręsentem. Non est satis quod sunt virgines, nisi adducãtur in hoc templum, quia sunt & hęreticę virgines extra hoc tẽplum, cuius iunctura est charitas.

18 Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram.

Ex Cass. PRO patribus] Hĩc dicit quãto incremento sponsa profecerit, & à prole commendat. quasi dicat adducentur, nam [PRO PATRI-
Ex Hier. bus tuis,] scilicet pro ãntiquis patribus, idolorum cultoribus [NATI sunt tibi filii,] id est apostoli, principes prædicationis. Vel post pro-
Ex Aug. phetas apostoli, & post apostolos & pro apostolis, episcopi & alii, quos ecclesia genuit, & in sede cõstituit. Vnde sequitur, Constitues eos principes super omnem terram. Nõn in vno loco ecclesiæ.

19 Memores erũt nominis tui in omni generatione & generationẽ.

MEMORES ERVNT nominis tui domi-
Ex Hier. ne. Vel, Memor ero, Alia litera, secundum quam populus Christianus loquitur sic, Constitues eos principes, & per eorum prædicationẽ[MEMOR ero nominis tui domine,] id est, Christia-
Ex Cass. nus populus qui in eorum prædicationibus per oẽs successiones perseuerat. Vel, Memores erũt ipsi principes, Nominis tui domine[IN OMNI generatione & generationem.]

20 Propterea populi cõfitebũtur tibi in æternum, & in seculũ seculi.

Ex Hier. PROPTEREA] Quia cõnstitues eos principes[POPVLI] vna cõfessione[CONFITEBũtur tibi] pẽccata vel laudes, hæc cõfessio vnitatis valet. Et ideo deo placet, & hoc[IN æter-
Ex Aug. num] præsentis seculi[ET IN seculum seculi,] id est, in futuro, vbi est æterna laus. Notandum
Ex Alcu. quod psalmus iste, in natali Domini cantatur, quia agit de laude spõsi & sponsæ, & de nuptiis Christi & ecclesiæ, quarũ desponsatio facta est

in verbi incarnatione. Cantatur etiam in festo beatę virginis, quia quę de ecclesia generali hic dicũtur, ad Mariam specialiter referri possunt. Cantatur etiã pro virginibus. quia dicitur ibi, Adducẽtur regi virgines.& pro apostolis, quia ibi dicitur, Nati sunt tibi filii.

COLLATIO
In Psalmum 44. Eructauit cor meum verbum, &c.

TITVLVS apud septuaginta, pro his qui cõmutabũtur, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων. Heb. על שושנים al schoschanim super lilia vel pro liliis, per quæ congruenter intelliguntur virgines, maxime Christus sponsus & ecclesia spõsa. Per virginitatem verò, homines efficiuntur pares angelis. Et ita commutabuntur, quum mortale hoc induerit immortalitatem. In cœlo neque nubent, neque nubẽtur: sed erunt sicut angeli dei in cœlo, Matth. 22. Vnde D. Hieronymus testatur se hũc psalmum voluisse exponere Principię virgini, eo quod inuenerit in titulo, Lilia & flores, quæ pertinent ad virginitatis decus immortale.

4 Versu 4. 5. & 6. aliter distingunt Hebraicantes, ob id perturbatur intelligentia vltro citroque conuersa: & hic ponit hunc casum, alter alterum iuxta quod magis arridet. Nos sequamur patres nostros.

5 Vbi legimus intende, Heb. rursum repetit. Et in decore tuo והדרך vahadareca. Interpretes legerunt caph finale, essentiale, nõ subsidiarium, in verbo quod vocant hiphil, à themate הדרך darach.i. incessit. Vnde הדריך hidric direxit, intẽdit, in imperatiuo הדרך hadrec. Intende: quomodo videntur accepisse interpretes. Deinde prospere procede. Quam significãtiã vnica particula signat צלח. Mox sequitur רכב recab, id est equita. Cuius emphasim Septuaginta intelligentes, concinne dixerunt, regna siue triumpha.

7 SAGITTAE tuæ acutæ, populi sub te cadẽt in corda inimicorum regis.] Quid hic non non oblatrarant Faber & Cæcus? Contendunt enim ablatiuum, corde, debere legi: & respicere vocabulum acute, ac non referri ad verbum cadent: & id quod est medium dici per parenthesin hoc modo, Sagittæ tuæ acutæ (populi sub te cadent) in corde inimicorum regis. Ista philosophia non est nobis necessaria. Quid enim senserit Augustinus luculenter habes in glossa: ideo Sanctes vt ostenderet respicere verbum, cadent, ipsum repetit: licet semel duntaxat ponatur in Hebræo, Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, In cor inimicorum regis cadent. Et Munsterus, Defigentur. Chaldæus, Transmittentur in corda odientium regem. Nec obest quod in Hebręo & Græco ponatur singulariter. In Græco quidem ἐν καρδίᾳ In corde, in Hebręo בלב beleb, quod est indifferenter in corde vel in cor. Siquidem vt dicit Hieronymus ad Principiam, Hebraica interpretatio distat in verbis, non distat in sensu. Mox subnectit hunc versiculum, in quo alias legebatur potentissime, Sagittæ tuæ acutæ, potentissime, populi sub te cadent in corda inimicorum regis. In Hebraico, absq; potentissime. Reliqua similiter. hæc ille.

Faber philosophatur otiose.

9 PRopterea vnxit te deus deus tuus.] Oportet Augustinũ vsum fuisse aliis codicibus Græcis, quã quos vidimus. Nam prius nomen, deus, accepit sub vocandi casu ex Gręco, recta interpretatione: quã omnino habet Hieronymus ad Principiam virginem. Secundum autem, deus, sub nominatiuo. Verũ (inquit Augustinus) in latino putatur idem casus nominis repetitus. In Græco autẽ euidentissima distinctio est. Et tamẽ codices nostri legũt ὁ θεὸς ὁ θεός σου adeo vt demiretur D. Hiero. ad Principiã, cur Aquila in superiori versiculo, Thronus tuus deus, verterit θεέ, & in subsequẽti θεὸς repetitũ: quanquam in nostris exemplaribus, nunc habetur in vtroq; versu. Ex quo clarum desumitur argumentũ codices variasse. Vbi etiã non videtur silentio prætereundum, quod Hieronymus dicit se posuisse dee propter intelligentiã. Quod latina consuetudo nõ recipit, ne quis putet peruerse deum dilecti & amantissimi regis, bis patrem nominari.

Olim Græcæ exẽplaria variabant.

15 ASTITIT regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circ. variet.] Duo vocabula finis versus, nõ habet Heb. Græci tamen nũc, & Latini, legũt ad vehementiã sententiæ: & expressiorem significantiã particularũ. Siquidẽ prior significat nntã, auri massam: & eã sane insignẽ כתם cethem. Secũda est aurũ gemmatũ, siue vt vult Hierony. diadema. Quæ omnia satis indicant variegatã pulchritudinẽ. Vtranque verò lectionem, recẽset Hieronymus, & interpretatur ad Principiã virginẽ. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. quodque sequitur, Circũdata varietate, excepta editione vulgata. nullus interpretum transtulit. In Hebraico, Stetit cõiunx in dextera tua, In diademate aureo. vbi nos coniugẽ vertimus, ibi apud Hebręos legitur שגל schegal pro quo aquila συγκοίτην .i. cõcubinam. Symmachus & quinta editio παλλακήν id est, pellicẽ. LXX, Theodotion, & sexta, reginã interpretati sunt. Deinde vbi ego posui, In diademate aureo, Symmachus transtulit, In auro primo. Aquila, quinta, & sexta editio, In tinctura: vel in auro ophir, quæ filiæ regum sunt, & in sponsi parantur amplexus. Per myrrhã guttam & casiam & domos eburneas delectat eum, cuius thronus in seculũ seculi est. Quæ autẽ iam super petrã Christũ, stabili radice fundata est catholica ecclesia, vna colũba perfecta & proxima stat à dextris, & nihil in se sinistrũ habet. Stat in vestibus deauratis, de sermonib° scripturarũ ad sensum transiens, & cunctis plena virtutibus. Siue vt nos transtulimus, In diademate aureo. Est enim regina, regnantis cum rege, cuius filias possumus intelligere, & in cõmune credentium animas, & proprie virginũ choros. Ophir genus auri est, vel à loco Indiæ, vel à colore nomine indito, Septem quoque apud Hebr. auri

Ornamẽta virginis ecclesię.

vocabula sunt. Vxorem quoque & cōcubinam intelligimus de cātico Salomonis, quę sine spōso suo vel marito dormire nō potest. Hæc Hieronymus.

13 ET adorabunt eum.] Hebræi, Adora eum, quia legūt וְהִשְׁתַּחֲוִי vehisstaani cū iod in fine, LXX sine iod, sed cum geminato vau.

14 FILIAE Tyri in muneribus.] Hieronymus iuxta Hebræos, Filis fortis. Vnde videtur sentire ad Principiā virginem, quod error sit in lingua Latina, aut Græca propter ambiguitatē vocabuli: ea tamen lege, vt errorem vocet æquiuocationem. Nam mystice & suauiter, hanc quum legimus & psallimus, pariter interpretatur & disserit, cuius verba non piguit subscribere, Filiæ Tyri in muneribus, &c. Verbū Hebraicū צר quod in Ezechiele iuxta Septuaginta legimus, interpretari potest: & Tyrus, & tribulatio, & fortissimus, siue fortissima, & silex, id est lapis durissimus. Vnde in præsenti loco, error ortus est. Aquila enim & Septuaginta & Theodotion, & quinta æditio, Tyrū interpretati sunt. Sexta verbū Hebraicum צר izor posuit. Symachus κρατερόν, id est, fortissimam. Nos idipsum ad deum retulimus, vt illa cui supradixerat, Audi filia & vide. Filia fortissimi nūcupetur, aut certe ipsa fortissima sit, quia imitata est fortem patrem: cuius vultum in diuersis muneribus deprecabuntur diuites plebis. Diuites in cūctis operibus bonis & scientia, siue qui diuites putantur in hoc seculo: sapientes huius mundi, & philosophorum disciplinis eruditi. Vel quod melius est, qui antea diuites fuerant, habentes eloquia dei: & testamenta & prophetas, id est, de populo Israel. Vt enim ante saluatoris aduentum, hi qui de Tyro erant, hoc est de populo Gentium, & proselyti esse cupiebāt, deprecabantur diuitem populum Israel, & per eos introducebantur in templum. Sic post aduentum domini, quicūque ex Israel credere voluerint: diuites quōdam familiaritate & protectione dei, venient ad filiam Tyri, & offerentes varia dona virtutum, & confessionis in Christum, deprecabūtur eam: vt salutem quam perdiderunt in Iudæa: inueniant in gentibus. Hæc ille. Cæterum editio Latina, quæ legit pluratiue, filiæ Tyri, respicit finem superioris versus: videlicet, Adorabūt eum, iuxta explanationem & Hieronymi & Augustini in commentariis. Quod si voluissent Stapulensis & Cæcus, non adeo momordissent lectionē vulgatam, ceu interturbatam, & confusam: imo verò ineptam. Quis enim sic loqueretur, Filię Tyri in muneribus vultum tuum deprecabūtur: quin potius (vt ratio latinitatis exigit) vultum vestrū? Halucinantur autem in texendo ordine, nec officit quod Hebraice & Grece, vnice dicatur filia Tyri quasi vocandi casu, quum sit mētio de ecclesia: quæ est vna, & plures diuersa consideratione, & varius respectus coordinationis dictionum efficit multiplicitatem interpretationum. Nusquam tamen est indigna intelligentia.

15 OMNIS GLORIA eius filiæ regis.] Pronomē eius, additum est ex psalmodia Romana, vel ex aliis æditionibus: quæ multæ fuerunt. Et potuit hoc contingere fortasse, eo quòd si legatur per punctum quod dicunt Mappic in litera, he, id est. in aspiratione, quæ ponitur in fine dictionis כְּבוּדָּה Kebudach, id est, gloria eius. Quod si nō ascribebātur pūcta, vt probabilius est, facilius poterat verti, eius.

19 Memores erunt nominis tui domine.] Sic legimus ex editione Romana. Nam & Hebræi habēt. quod & contestatur Hieronymus ad Principiam אַזְכִּירָה azkirah, id est, recordabor. Quia tamē est futurū verbi quod dicūt hiphil, haud incongrue verti posset recordari faciam. Quod quàm quadret apostolis, quibus spiritus Christi Iesu suggessit omnia quæcunque dixerāt, nemo non videt. Itaque memores nominis eius erāt, deo inspirante: & memoriam priorum refricante & confirmante.

XLV. PSALMI TIT.
In finem Psalmus Dauid pro arcanis.

DEVS noster refugiū] Titulus [IN finem psalmus Dauid p arcanis.] Psalmus iste āgit de arcanis diuinæ dispositionis, quę Ex Hier.
sunt, quod sit deus homo, quod salus promissa vtrique populo, quod cęcitās ex parte contigit Ex Alcu.
in Israel, vt plenitudo gentium intraret, quod apostoli transierunt ad gentes, quod nimia pax fuit in terra, tēpore dominicę natiuitatis. Vnde Esaias, Cōflabūt gladios suos in vomeres, & lan- Esa. 2
ceas suas in falces. Et est sensus [PSALMVS] iste tēndens [IN finem,] id est, in Christum est [DA- Ex Aug.
VID,] id est, alicuius fidelis de Iudęa, vt sit cer- Ex Alcu.
tius testimonium. Psalmus dico habitus, [PRO arcanis,] id est, agēns de manifestatione arca- Ex Aug.
norum. Vel secundum aliam trāslationem, quę habet, In finē psalmus, filiis Chore pro arcanis. Filii Chore sunt filii crucis, qui de arcanis, id est Ex Cass.
de aduentu Christi & aliis prædictis loquitur. Et est, Psalmus hic tendens, In finem, attributur, Filiis Chore, qui hic loquitur. Psalmus dico, habitus, Pro arcanis. Intētione mouet ad fidem. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo, Ex Cass.
in aduentu domini omnis spes habenda ostenditur, & in transitu apostolorum ad gentes. Secundo, dicit quod ecclesia fundatur in Christo, cui gētes & regna subiiciūtur, ibi, Fluminis impetus. Tertio narrat magnalia tēpore incarnationis facta, ibi, Venite & videte. Propheta ergo in Christi aduentu, videns multas exurgere tribulationes contra eas præmittens consolationem in persona filiorum Chore, vel alicuius fidelis de Iudæa, ait,

EVS noster refugium & virtus: adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis.

DEVS noster refugium]q.d. alii dii nõ sunt
Ex gl.int. refugium,sed[DEVS noster,]id est,nobis cõmu
nis carne assumpta[EST refugium]dum de pe-
Ex Aug. riculo liberat[ET virtus] hoc ideo addit, quia
est, Refugium vbi plus timetur: quo si quis a-
liquando ad hæc confugerit, magis infirmatur.
Hic verò cõfirmatur, ideo ad te fugiendũ, quia
es[Adiutor in tribulationibus]quia iuuas vin-
cere eas. Et non solum in aliis vincẽdis es adiu-
tor,sed etiam in iis quæ sunt[NIMIS,]id est,in
conscientia. quæ enim intus sunt à nobis nimis
sunt. Nulla enim hic maior est tribulatio,quam
delictorum conscientia: sed & hic adiuuat deus
noster, quia peccata dimittit.& hæ tribulatio-
nes[INVENERVNT nos,] nõ nos eas,vt per
nos pœniteremus: vbi tamen & ille rogãdus est,
sed ipsæ tribulationes inueneriũt nos aliis mo-
nentibus pœnitere. Aliquando ergo homo inue-
nit tribulationem peccatorum, quãdo sine ad-
monitione alicuius considerat sua errata, & sic
Psal. 14 pœnitet,dicens, Tribulationem & dolorẽ inue-
ni. Aliquãdo tribulatio inuenit hominẽ, quan-
do alterius persuasione pœnitet,cognoscẽs pec
catum. vtrobique autem rogãdus est deus. Vel
Ex Alcu. ita, vt per tribulationes accipiamus pœnas. &
legitur litera seriatim sic, Adiutor,est, In tribu-
lationibus. quæ tribulationes, Inuenerunt nos.
Nos enim fugiebamus eas. Vel, Inuenerũt nos,
Ex Cass. expositos eis per Adam. Inuenerũt dico, Nimis,
quia hic perimus sub mole pœnarũ. Tãto po-
tentior est ille qui liberat.

2 Propterea nõ timebimus dum turbabitur terra: & trãsferẽtur mõtes in cor maris.

Ex Cass. PROPTEREA] quia talis est securitas[Nõ
timebimus] nos qui montibus, id est, apostolis
consentimus. timeant contrarii [DVM contur-
Ex Aug. babitur] de nouitate miraculi in aduẽtu Chri-
sti [TERRA,] id est, Iudæa, quasi arida. sine
idololatria, amaritudine Gentium circundatã
tanquã mari terra[ET TRANSFERENTVR
MONTES,] id est apostoli, secundum illud,
Quia repulistis verbum dei, Ecce conuertimus
ad gentes [IN COR MARIS,] id est, in fide
gẽtium, quia gentes credidẽt eis. Vel, mare est hoc
seculum: Cor maris, immanitas gẽtium. ad gen-
tes enim immanes, & barbaras trãsierũt, in qua
translatione

3 Sonuerunt & turbatę sunt aquę eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.

Ex Aug. SONVERVNT]contradicẽtes[ET TVR-
BATAE aquæ eorum] vel Eius. Alia litera, id
est, maris. s.[Conturbati sunt]etiã[MONTES,]
id est, potestates seculi [IN FORTITVDINE
eius,]. id est dei, qui est refugium & virtus. Vel
ita ab illo loco, Sonuerunt, quasi transferrẽtur
Ex gl.int. montes. in qua translatione, Sonuerunt mon-
tes, ipsi apostoli prædicando. Et turbatæ sunt
Ex Alcu. aquæ eorum, ad sensum fit relatio, non ad vo-
cem, id est, aquæ maris, scilicet populi gentium,
vel doctrinę eorum, quæ infatuatæ sunt coru-
scante doctrina saluatoris, vnde absorpti sunt,
iuncti petrę iudices eorum. Hęc est virga Moy-
si, quæ deuorauit virgas magorum Pharaonis.
Stultam enim fecit deus sapientiam huius mun-
di. vbi sapiens, vbi scriba? vbi inquisitor huius
seculi? Vnde Abdias propheta, Perdam sapien-
tiam sapientium, & prudẽtiam prudentium re- Ex gl.int.
probabo. Cõturbati sunt mõtes, id est, exterius
apostoli turbati sunt, In fortitudine eius, id est,
in nimia persecutione, Eius, maris.

4 Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus. PARS II. διαψαλμα.

FLVMINIS impetus] Secũda pars, vbi di- Ex Cass.
cit quod ecclesia in Christo fundatur, cui gen-
tes & regna subiiciũtur. q.d. Ita sęuit mare, sed Ex Aug.
inter hos fluctus & sonitus non timent, qui ad
illud refugium fugerũt, quia[FLVMINIS im-
petus,]id est, spiritus sancti inundatio[LAETI-
FICAT ciuitatem dei,] scilicet ecclesiam. Et Ex Cass.
[SANCTIFICAVIT tabernaculũ suum,]id
est ecclesiam vel corpus, quod assumpsit de vir-
gine[ALTISSIMVS.]Et

5 Deus in medio eius non cõmouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo.

DEVS] manet[IN MEDIO eius] ciuitatis,
quia ęque omnibus consulit, non accipit per- Ex Aug.
sonas. Quomodo quod in medio est paria ha-
bet spatia ad omnes fines: ita deus medius esse
dicit, æqualiter omnib⁹ cõsulens. Et ideo[NON
COMMOVEBITVR] illa ciuitas, vnde portæ Matt. 16.
inferi non præualebunt aduersus eam [ADIV- Ex Cass.
VABIT eam deus]in labore seculi[MANE,]id
est, in ipso boni operis principio. Et hoc [DI- Ex Alcu.
LVCVLO,]id est, per illuminationem sancti spi-
ritus, qui est lux quasi diei. Vel alia litera, Adiu-
uabit eam deus vultu suo, id est, præsentia in- Ex Cass.
carnationis. Vel, Vultu suo, id est, demõstratio-
ne auxilii sui, id est, cum adiuuando se indicat:
Et sic,

6 Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna: dedit vocẽ suã, mota est terra.

CONTVRBATAE sunt gentes]salubriter. Ex Aug.
[ET] etiam [REGNA inclinata sunt,] vt ado-
rent, non erecta per superbiam, quia [DEDIT]
nõn ait protulit, sed, Dedit, quasi magnũ præ- Ex Cass.
mium[VOCEM suam,] id est, prædicationem, Ex Aug.
quando tonuit de nubibus, id est, prædicatori-
bus, qui dicuntur nubes & montes. Mõtes pro-
pter altitudinem & firmitatem: Nubes propter
pluuiam & vbertatẽ. vnde[TERRA mota est]
id est, terrenus tremit metu iudicis. Quis de- Ex Cas.
dit vocem?

7 Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster deus Iacob.

DOMINVS virtutum]cęlestium, qui est no-

Ex Hier. biſeum carne aſſumptatac ſi diceret, Emanuel
Ex Caſſ. proprium nomen ſupponendo. Emanuel e-
nim interpretatur nobiſcum deus. In his verbis
breuiter diffinit quid ſit Chriſtus, dũ dicit, Do
Ex Aug. minus virtutum, [NOBISCŨ] q.d. qui miſit olim
angelos, iam ipſe venit. Et eſt, Nobiſcum, & per
Ex Caſſ. hoc [SVSCEPTOR] eſt. Nulla ergo terreat infirmi
tas [NOSTER] non niſi filiorum crucis. Ipſe di
co, [DEVS Iacob]. i. ſignificatorum per Iacob.
q.d. qui tanta nobis dabit, quanta dedit Iacob:
non enim tantum illius deus.

PARS III. διάψαλμα.

8 Venite & videte opera domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: auferens bella vſq; ad finem terræ.

Ex Caſſ. VENITE & videte] Tertia pars, vbi nar-
rat magnalia tempore incarnationis facta. q. d.
Ex Aug. Quid fecit ſuſceptor? magna opera. &, Venite,
fide. Et videte, id eſt, intelligite [OPERA do-
Ex Alcu. mini] Vel ita continua. quia nobiſcum eſt & ſu
ſceptor, ergo, Venite, fide. q.d. iam ſecurus vos
inuito. Et videte, id eſt, intelligite, Opera do-
Ex Hier. mini, quæ tempore incarnationis fecit, vt de pa
ce nimia. Et huiuſmodi [QVAE poſuit ſuper]
Ex Aug. totam [TERRAM] & illa opera erant prodi-
gia, quia aliquid portendebant. quid? hoc. ſ. q
Ex Hier. ipſe eſt, [AVferens bella] ſpiritualia, ſcilicet bel
Ex Caſſ. la malę volũtatis [VSQVE ad finem terræ] hoc
iam factum eſt in quibuſdam non repugnanti-
bus deo, quia per Chriſti aduentum idololatria
& ſuperſtitio totius orbis perijt. Et hoc ſignifi-
cabat illa pax actualis, quæ toto mundo tempo
re dominicæ natiuitatis fuit. Vnde tunc primũ
decantatum eſt ab angelis canticum pacis, Glo
ria in excelſis deo, & in terra pax homini-
Ephes. 2 bus bonæ voluntatis. Natus quippe erat ille qui
Ioan. 4 eſt pax, qui fecit vtraque vnum. qui ait, Pacem
meam do vobis, pacem relinquo vobis. Verè au
fert bella, quia,

9 Arcum conteret, & confringet arma: & ſcuta comburet igni.

Ex Aug. ARCVM]. i. inſidias [CONteret, & confrin-
get arma]. i. publicã impugnationem [ET ſcuta]
id eſt vanæ præſumptionis protectionem. Vnde
Iob 15 ait Iob, Cucurrit aduerſus deum, in craſſa cer-
uice ſcuti ſui. [COMburet igni] ſpiritus ſancti,
vt armemur euangelicis armis, quæ deſcribit
Apoſtolus.

10 Vacate, & videte quoniam ego ſum deus: exaltabor in gentibus &
Ex Aug. exaltabor in terra.

VACATE & videte] q.d. dedit vocem. quã?
Vacate, ab armis diaboli, ſcilicet à vitijs, à tu-
multibus contentioſis, vt attendatis infirmita-
tem veſtram. Infirmaris enim de te, id eſt infir-
Ex Caſſ. mari debes vt fortis ſis de deo. Vel ita ab illo lo
co, Venite, & eſt ibi vox domini: & agit de his
ad literam, quæ in aduentu Chriſti acta ſunt. q.
d. Dedit vocem. Et hæc eſt illa vox, Venite &
videte opera domini, horum verborum non mu
tatur ſenſus. Quæ poſuit ſuper totam terram,
quaſi ſigna ad conuocandum errantem populũ
ad viam veritatis, quæ erãt prodigia, quaſi por
todicia, id eſt futuræ nouitatis indicia, vt de par
tu virginis, & de ſtella, & de pace nimia, & de
cæteris. Auferens. Ecce opera & prodigia, quod
ipſe eſt, Auferens bella, ad literam, Vſque ad fi- Ex Hier.
nem terrę, quia tũc temporis pro præſentia eius
orbis pacatus fuit. quia, Arcum conteret & cõ- Ex Rem.
fringet arma, & ſcuta comburet igni, hęc õmnia
in aduentu Chriſti ad literam fuerunt: ſecundũ Eſaię 2
illud, Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lã Ex Aug.
ceas ſuas in falces. Si ergo combuſta ſunt arma.
Vacate, ô homines, à bellis, non habentes vnde
pugnetis. Et videte, id eſt, intelligite [QVO-
NIAM ego ſum deus] nõ ille qui vos deludebat,
nõ etiam vos ipſi, ſed ego qui feci & reficio vos. Rom. 11
Non ergo de veſtris operibus extollamini, quia
[EXALtabor in gentibus] quando conuerten-
tur ad fidem [ET] poſtquam plenitudo gentiũ
intrauerit, [EXALtabor in terra] id eſt in Iu-
dæa. Gentes ſunt mare. propter idololatriam, er-
go licet dicere, quod

11 Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter deus Iacob.

DOMINVS virtutum nobiſcum] eſt, & [SV
ſceptor noſter] eſt [DEVS Iacob] ſcilicet, qui
facit vincere Chriſtianum populum, per Iacob
ſignatum, licet ſit poſterior.

COLLATIO
In pſal. quadrageſimumquintum, Deus noſter refugium & virtus, adiutor.

Titulus à LXX, Pellicano & Pratenſi, pro oc-
cultis interpretatur. Hieron. & interpretes pro
Caietano, pro iuuentutibus, & pro iuuẽculis trãſ-
tulerunt. Munſterus & Sanctes, dictionem he-
braicam reliquerunt עלמות alamoth, quaſi ſit
instrumentum muſicum. Hebr. eſt anceps עלם
alam. ſignificat abſcondit, & עלמות almuth a-
doleſcẽtiam, licet varientur punctorum notulæ
quando ſcribuntur. Et ad ſecundum ſignificatũ
alludit D. Hieron. Senſus tamen eodem recidit.
tractat enim pſalmus de initio naſcentis eccle-
ſiæ, quaſi de eius iuuẽta, occultis & internis ſpi
ritus ſancti incrementis roborata.

1 DEVS noſter refugium.] Faber affirmat ex
Heb. debere dici, Deus noſtrum refugium: quia
dicit Hiero. Deus noſtra ſpes. In Heb. habetur
לנו lanu, id eſt nobis, quod poteſt reſpicere aut
deum, aut ſpem, ad ſenſum exigui momenti.
IN tribulationibus quę inuenerũt nos nimis.
נמצא nimitza poteſt eſſe futurũ, quomodo ac-
cepit Sanctes, reddens inueniemus: ſcilicet auxi
lium validum in deo, vt verbum illud non reſpi
ciat tribulationes. Vel poteſt eſſe niphal quod
vocant, & tunc ſignificat iuuẽtus: vt poſsis re-
ferre ad deum, vel ad tribulationes ſupplendo
relatiuum, vt ſit paſsim Hebręis. Quaſi diceres,
in tribulationibus, quibus inuentum eſt valde.
Sed vt clarior eſſet ſententia, dixerunt LXX,

quæ Inuenerunt nos nimis : vel quibus inuenti sumus nimis, singularis loco pluralis: quod nō est extraneum Heb. aut מְאֹד meod, quod significat vehementiam, teneat locum quasi substantiui, vt intelligas in tribulationibus inuentam, vehementiam: hoc est quæ nos vehemēter premunt. Siue ergo vertas, quod deus est nostrum auxilium, & valde oportunum in tribulationibus vt plures reddunt, siue quod sit adiutor in tribulationibus, quæ nimis nos angunt, vtrobique digna & sana est intelligentia.

4 SANctificauit tabernaculum suum altissimus.] Interpretes, vt apparet, legerūt verbaliter קִדֵּשׁ quidesch, id est, sanctificauit, & מִשְׁכָּנוֹ misschano, id est tabernaculum suum. Nam Heb. nunc legunt קְדֹשׁ מִשְׁכְּנֵי עֶלְיוֹן quedosch miskene elion. i. sanctum tabernaculorum altissimi. Vt sensus sit, fluminis impetus seu diuisiones: vel riuuli lætificant sanctum, subaudi locum, iuxta Munsterū, tabernaculorum altissimi.

8 QVAa posuit prodigia super terram.] Hieronymus, Solitudines, siue, vt alij volunt, desolationes in terra. Dictio in Heb. est anceps à radice שָׁמֵם schamem, desolatus est, vel שָׁמַם schamam admiratus est. Illa tamē prodigia sunt solitudines terræ, id est, terrenorum adfectuum, quos Christus aduentu suo proculcauit, eiiciendo principem huius mundi foras.

Dulcissima solitudo, vetera toris stygij eiectio

9 SCVTA comburet igni.] Hebr. עֲגָלוֹת agaloth, plaustra vertunt. Quia vero עָגַל agal, significat rotundum, & tradūt particulam hic positam notare plaustra, ob rotunditatem, cur non simili ratione, potuerunt LXX vertere scuta, quæ etiamnum in orbem ducuntur? Maximè vtrunque reddideris, innuitur apparatus bellicus: quem indicant aut plaustra, aut scuta.

XLVI. PSALM. TIT.
In finem psalmus Dauid, pro filiis Chore.

Ex Aug. OMNES gentes.] Titulus. [IN finem psalmus Dauid pro filijs Chore] Gētes quas in præcedenti psalmo vocauit ad fidem iam conuersas, in hoc psalmo inuitat ad laudem. Vel hæ sunt filij Chore, id est filij passionis. Et est sensus, [PSALMVS] iste, est [DAVID] prophetæ, qui hic loquitur in voce apostolorum habitus [PRO filijs Chore] id est prō conuersis gentibus dirigendis, In finem, id est in Christi laudem.
Ex gl. int.
Ex Hier.
Ex Cass.
Intentio. Monet ad laudem. Modus. Bipartitus est psalmus. Primo gentes ad quas gratia transiuit, inuitat ad laudem dei. Secundo ascensio & regnum dei describitur. Vnde monet instanter psallere. ibi, Ascendit deus in iubilo. In voce ergo apostolorum gentes ad laudem monens, ait,
Ex Hier.

MNES gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis.

OMNES gentes]. q. d. & si Insultent pueri, scilicet, Iudæi dicentes, Ascende calue. Vos, Omnes gentes, ad quas transiuit gratia, non modo iudæi, [PLAVDITE manibus] id est, gaudete bonis operibus [IVBILATA deo in voce exultationis] q. d. concordet manus, & lingua illa operetur. Hæc cōfiteatur. Vnde in leuitico, Caput turturis iubetur retorqueri ad ascellas. Nostra editio habet ad pennulas. Ex Aug. 4. Reg. 2.

2 Quoniam dominus excelsus terribilis: rex magnus super omnem terram.

QVONIAM] Hæ sunt causæ iubilandi, & plaudendi. [QVONIAM dominus] quēm irriserunt pueri, est [EXCELSVS] id est pōtens, quod vult, [ET terribilis] ascendendo cælum, qui prius despicabilis apparuit. Vel, Terribilis quia iudicaturus in potestate, & [REX magnus] quia suos regit, [SVPER omnem terram] nōn tantum super Iudæos quod ostensum est in titulo crucis superposito, tribus linguis inscripto. Ex Cass. Ex Aug. Ex Alcu. Ex Aug. Ex Cass. Ex Alcu.

3 Subiecit populos nobis: & gentes sub pedibus nostris.

SVBIECIT populos nobis] Lōquitur in persona ecclesiæ. q. d. & ideo etiam Plaudite, quia, Subiecit populos nobis, id est, vniuersali ecclesiæ. Hōc enim dicere cōmuniter omnibus fidelibus cōuenit, quibus omnes extrinseci sunt Quanti enim modo currunt ad ecclesiā nondū Christiani rogantes auxilium ecclesię, subueniri sibi temporaliter volūt, & si in ęternum nobiscū regnare adhuc nolūt. [AT gētes sub pedibus nostris] sic enim exaltata est ecclesia, vt omnes nondum credentes sub pedibus habeat, quia ecclesiæ auxilium quærunt, atq; temporaliter ei seruiunt. Vel in persona apostolorum dicētium, sic, Subiecit nobis, apostolis qui de Iudęa sumus, Populos, gentium. Passi enim à suis, honorantur à gentibus. Et gentes sub pedibus nostris, id est sub prædicatione nostra. Per pedes prædicatores accipe, quibus populi subiecti sunt. Vel ita in persona eorumdem apostolorum, deus Subiecit sibi populos, id est Iūdæos. Nobis, associādos, Et gentes, id est gentiles credentes, Sub pedibus nostris, id est, sub prædicatione nostra, cui obediunt. &c, Ex Cass. Ex Aug. Ex Cass. Ex Rem.

4 Elegit nobis hęreditatem suā: speciem Iacob quem dilexit.

ELEGIT] non merito nostro, sed sua gratia, dicit ecclesia, scilicet dñe [NOBIS] & si ad Iudęos venerit [HAEREDITATEM suam] id est vitā æternam, quam hæreditatem [SPECIEM] id est pulchritudinem [IACOB] id est, posterioris populi, quam pulchritudinem. Vel [QVEM] Iacob [DILEXIT] cœlestis hæreditas pulchri- Ex Cass.

tudo estChristiani populi,in qua speciosus erit,
fulgens sicut sol , qui nunc est abiectus . Vel in
persona apostolorum sic, Elegit,dare, Nobis hæ
Ex Alcu. reditatem suam, műltorum populorum,vt co-
lamus eam,gladio prędicationis corda eorum fe
rientes,& malitiam destruẽtes.quam, Speciem
Iacob,id est similes Iacob.Vel significatos à Ia-
Genes.27 cob,scilicet,qui terrena dant pro cælestibus, vt
Malach.1 Iacob fecit, qui dedit edulium lentis pro pri-
Ex Aug. mogenitis Esau. quod fuit ex gratia : quia eum
dilexit , Esau reprobato . Vnde hic sequitur,
quem dilexit.

PARS II
διαίρεμα.
5 Ascendit deus in iubilo : & dominus in voce tubę.

Ex Cass.
Ex Alcu. ASCENDIT]Secunda pars, vbi ascensio,
& regnum dei describitur, vnde instanter mo-
net psallere.q.d. Nobis subiecit, & potuit,quia,
Ex Aug. [ASCENDIT deus]id est Christus[IN iubi-
lo.] Quia gaudium admirantium apostolorũ
non poterat exponi.Est enim iubilus ineffabile
gaudium, quod nec taceri potest , nec exprimi
valet,quod ecclesia repræsentat in præcipuis so
lennitatibus:circa eãdem vocem varias formã-
do melodias.vt in natali domini cãtatur,Tanq̃
sponsus,quasi nõ valens exprimere meritis hila-
Hiere.1 ritatem sentiens de se,Sicut Hieremias qui ait,
Exod.4 A,a,a,domine deus,puer sum , nescio loqui. Et
Moses postquam cœpit loqui cum domino , di-
cit se esse factum tardioris & impeditioris lin-
guæ,qui omni AEgyptiorum sapientia erudi-
tus fuerat.Nam cum quis accedit ad intelligen-
Act.7 dum & loquendum de verbo,quod erat in prin
Ioann.1 cipio apud patrem , mens deficit , vox silet.
[ET dominus in voce tubæ.] Ibi enim audi-
ta est vox tubæ, id est vox manifesta angelo-
rum clamantium, Viri Galilæi, quid hic statis
Ex Cass. aspicientes in cęlum &c. Quőd ideo factum est
vt mundus firmius crederet, quod tales præco-
nes , scilicet , apostoli & angeli confirmarent.
Ergo,

6 Psallite deo nostro,psallite:psallite regi nostro,psallite.

Ex Cass. PSALLITE deo nostro] id est operibus
Ex Aug. laudate eum, quẽm vt hominem irriserunt alie-
ni,sed est & deus.[PSALLITE] assidue [REGI
Ex Cass. nostro]id est Christo[PSALLITE.]Va̋lde
est salutare quod iam tam crebro repetitur.Ideo
psallite.

7 Quoniã rex omnis terrę deus: psallite sapienter.

Ex Cass. QVONIAM]ipse est [DEVS]qui creat, &
[REX] creata gubernans.Rex dico,iam[OMNIS
Ex Aug. terræ]quia ab omni terra agnoscitur . Nõn est
Ex Cass. rex tantum partis terræ, vt Iuppiter Cretæ,&
Ex Aug. Mars Thraciæ[PSALLITE] dico [SAPIENTER]Dŏ
cet hic quomodo sit psallendum,scilicet sapien
ter.olim sine sensu psallebant,dum colebant la-
pides.Nẽmo sapienter facit, quod non intelli-
git.Et debetis psallere,quia,

8 Regnabit deus super gentes: deus sedet super sedem sanctã suã:

REGNABIT]vel regnauit, [DEVS] q.d. Ex Cass.
qui humilem contemnũt , saltem potestati eius
succumbãt.Regnabit dico, [SVPER gentes]oẽs
qũi olim super vnam gentem Iudæorum:modo Ex Aug.
impleta est hęc prophetia.[DEVS sedet super se
dem sanctam suam.]id est,super cęlos ad dexte-
ram patris regnans per secula. Vel sedẽs sancta, Ex Hier.
sunt throni virtutes & sancti.Et est, Super sedẽ
sanctam suam,id est super angelos & iustas ani-
mas.Quomodo regnabit?quia etiam,

9 Principes populorum congregati sunt cum deo Abraham : quoniam dii fortes terræ vehementer eleuati sunt.

PRINCIPES]omnium[POPVLORVM]
nõn vnius proprij tantum,id est primitiui o- Ex Aug.
mnium gentium [CONGREGATI sunt]id est,con-
uenerunt credẽdo[CVM deo Abraham] id est,
in Christo,qui est deus Abrahæ,qui habet filios Matth.3
de lapidibus.q.d. expulsis Iudæis gentes ab o- Matth.8.
riente & ab occidente venientes,in filios Abra-
hæ succedunt habentes promissionem. Vnde se
quitur,[QVONIAM dij] q.d.ideo congregati
sunt,Quoniam dij [FORTES terræ]id est In
dæi presumentes de se terra[VEHEMENTER ele-
uati sunt] id est valde superbierunt. q. d. fracti
sunt rami, vt humilis oleaster inseratur. Vel ita, Rom.11
ideo congregati, Quoniam dij terræ,id est apo Ex Hier.
stoli,Fortes,quos neque mors,neque vita sepa- & Alcu.
rabit à charitate Christi , Vehementer eleuati
sunt,doctrina & miraculis.

COLLATIO

In psalm . quadragesimumsextum, Omnes gentes plaudite manibus.

4 ELEGIT nobis hæreditatẽ suã.] נַחֲלָתֵנוּ
nahalatenu .i. hęreditatem nostram, iuxta Heb.
quod videmus. Vel נַחֲלָתוֹ nahalatennu cum
punctulo dages, id est hæreditatem eius, seu suã
secundum Lxx. Nec perinde refert ad senten-
tiam. Nam hęreditas est dei efficiẽter & in cau
sa,& est nostra etiam dono.
9 PRINCIPES populorũ congregati sunt
cum deo Abraham.] Hier. & plæriq; alij, Prin
cipes populorũ congregati sunt,supple,vt sint,
populus dei Abraham.Vel vt Munsterus vult,
adiungũtur populo dei Abraham. Vbi perspi-
cuè cernitur 70 pro populo legisse pręposition ẽ
cum,propterea quod in Heb.duæ literulæ,scili-
cet aim,& men sine accessione notularum pro
legentis arbitrio,possunt facere prępositionem
cum,aut nomen populus,hoc modo, עם, si le-
gas im,id est cum, quomodo posuerũt Lxx עִם
im. si legas am , id est populus עַם am, quẽad-
modum alij intelligunt.
QVONIAM dij fortes terræ vehementer e-
leuati sunt.] Hieronymus, Quoniam dij scuta
terræ vehementer eleuati sunt.Sanctes , Quo-

niam dei sunt scuta terrę, vehementer eleuatus
est. Pellicanus, Den sunt protectores terrę, val-
de eleuatus est. Munsterus quo dilucidiorem fa
ceret sententiam quam concipiebat, addidit de
suo sic, Eo quòd dei sit velut scuto protegere
terram, qui valde exaltatus est. Quod si ad ver-
bum reddas hebræū, dicere poteris, Quoniam
dijs scutis terræ valde eleuatis, quod quia sub-
obscurum erat, clariorem merito reddiderunt
sensum Lxx, Quoniam dij fortes terræ vehe-
menter eleuati sunt. Accedit satis Nebiensis,
Dij scuta terræ vehementer elenati sunt. Græ
ci tamen codices habēt τῷ θεῷ οἱ κραταιοί. hoc
est, dij fortes.

XLVII. PSALM. TIT.

Psalmus siue laus cantici filiorum, vel filiis Chore secunda Sabbati.

MAGNVS dominus & laudabilis nimis.]
Titulus. [PSALMVS] vel [LAVS can
tici filiorum vel filijs Chore secunda
Ex Aug. sabbati] Sicut legitur in Genesi, Primo die fe-
Gene. 7 cit deus lucem, & discreuit à tenebris, rebus con
fusis atque informibus, formas accipientibus:
sic dominico die qui primus fuit in prima rerū
conditione Christum à mortuis suscitauit, &
lucem immortalitatis discreuit à tenebris mor-
talitatis. Secūda sabbati, id est, secundo die, fecit
deus firmamentum. Ita tempore post Christi
resurrectionem ecclesiam fecit, scilicet corpus
capiti, quæ est firmata post Christi resurrectio-
nem supra firmam petram, à qua dimoueri non
1. Thi. 3 potest. Vnde Apostolus, Quæ est columna &
firmamentum veritatis. de qua hic cantatur fi-
lijs Chore. Et est sensus tituli [PSALMVS] iste,
vel [LAVS cantici] est. Et est [FILIORVM
Chore] vel cātatur [FILIIS Chore.] Psalmus
dico habitus [SECVNDA sabbati] qua factum
est firmamentum, id est, cælum, id est agens de
ecclesia, quæ post Christi resurrectionem est con
Ex Alcu. firmata, quam vocat ciuitatem. Et cōmmendat
hanc ciuitatem & dominum ciuitatis. Quinq;
autem modis commendat ciuitatem, scilicet, à
dignitate conditoris, à situ, ab amplitudine, à be
nignitate regis, à stabilitate æterna. Intēn-
Ex Cass. tio. Monet vt omnes eam amplificent. Mo-
dus. Bipartitus est psalmus. Primū, agit de funda
tione ciuitatis, quam commendatiuè descri-
bit. Secūdo agit gratias de aduentu Christi: mo-
net de gradibus ecclesiæ distribuendis, per quos
saluator possit agnosci, ibi, Suscepimus deus.
Propheta ergo primū commendans ciuitatem
à dignitate conditoris dicit,

AGNVS dominus & laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius.

Ex Aug. MAGNVS dominus] quī
Ex Cass. prius humilis fuit, est, Magnus, quiā omnia po-
tenter fecit. [ET laudabilis] quia pulchrè &
mirè fecit [NIMIS] sine termino & fine. Vbi
laudabilis? [IN ciuitate dei nostri,] non in Ba-
bylonia, quæ est ciuitas malorū. In mālis enim Ex Alcu.
blasphematur deus: quæ ciuitas est sita [IN mō- Matth. 5
te sancto eius] Non potest abscondi hęc ciuitas,
omnibus diffamata est. Hic est mons ille qui, vt
ait Daniel, fuit paruus lapis præcisus de mon- Dan. 2
te sine manibus, qui creuit in montem ma-
gnum postea, & impleuit omnem terram, id est,
Christus de gente Iudæorum sine virili semine
natus, super quem fundata est ecclesia. Ne au-
tem putes hanc ciuitatem non vbique esse,
addit,

2 Fundatur exultatione vniuersæ terræ: mons Syon latera aquilonis ciuitas regis magni.

FVNDATVR exultatione] q.d. Quæ ciui
tas [FVNDAtur exultatione vniuersæ terræ]
Quæ enim prius maledictionibus subiecta, ste- Ex Hier.
rilitatis opprobrio dolebat, nūnc prole fœcun- Ex Alcu.
da, vbiq; exultat. Et commendatur hic ab ampli Deute. 7
tudine. Vel secūdum aliam literam, scilicet, Fun
datur exultatione vniuersę terræ. q.d. Domi-
nus est magnus. Dominus dico, Fundatur ex-
ultatione vniuersæ terræ, cui sensui concor- Ex Cass.
dat, alia translatio. alij enim transferunt sic,
Dilatans exultationes vniuersæ terræ. Ipse est
Christus qui per vniuersam ecclesiam gaudia di Ex Aug.
latat. [MONS Syon &c.] per partes ostendit ꝙ
dixerat, per montē Syon, Iudęos significat: per
latera Aquilonis, gentes quæ adhærent dia- Esaię 14
bolo, qui per ventum frigidum & durum aqui-
lonem significatur. Ipse nanque ait, Ascendam Cant. 4
in cælum & ponam sedem meam ad Aquilonē, Hiere. 1
& ero similis altissimo. Vnde in canticis, Surge Ex Hier.
Aquilo & veni auster. Vnde Hieremias, Ab A-
quilone pandetur omne malū super faciem ter Ex Aug.
rę. q.d. verè vniuersa terra fundatur, quia Mons
Syon, id est Iudęi, & [LAtera Aquilonis] id est
gentes. Quicunque enim alicui hærent latera
eius dicuntur. vnde solemus ita loqui, bonus ho
mo est, sed praua latera habet, scilicet maligni
sunt, qui ei iuncti sunt. Ita gentes erant diaboli Ex Cass.
latera. Hęc inquam sunt [CIuitas regis magni]
id est dei. Alij reges non sunt magni. Et est sen Ex Aug.
sus. Duo parietes conuenerunt in lapidem angu Ephes. 2
larem, qui fecit vtraque vnum, vt esset vnū oui- Ioann. 10
le & vnus pastor. Et

3 Deus in domibus eius cognoscetur: cum suscipiet eam. Ex gl. int. Ex Hier.

DEVS] etiam [COGNOscetur in domibus
eius] ciuitatis domibus dicit pluraliter, quia iam Ex Aug.
sunt plures domus in ea ciuitate. Multi enim
sunt ecclesiarum ordines, vna tamē ecclesia. Di- Ex Cass.
cit cognoscetur, sed hoc per gratiam suscipien-
tis. Et hoc est, [CVM suscipiet] vt medicus
[EAM] curandam. Vel de futuro potest legi, se-
cundum aliam literam, sic, Deus cognoscetur, in
futuro. In gradibus eius, id est secundum gradus
meritorum, quia in singulis distinctum dabit co
gnitionem sui. Cum suscipiet eam, in æterna

Ex gl.int. beatitudine. Hic commendatur à benignitate regis.

4 Quoniam ecce reges terræ congregati sunt: cōuenerunt in vnum.

Ex Aug. QVONIAM ecce reges] Hæc sunt lātera
Aquilonis.q.d.verè latera Aquilonis sunt ciuitas dei,[QVONIAM ecce reges terræ congregati sunt]cum cæteris fidelibus in vnitate fidei.
[CONuenerunt]in lapidē angularem & hoc[IN
vnum]id est in vnitatē fidei & morū. In hac vnitate non est locus hæreticis per partes praui
Matt.24 dogmatis concisis.qui dicunt,Ecce hic est Christus, ecce illic. Et sic,

5 Ipsi videntes sic admirati sunt: conturbati sunt,commoti sunt, tremor apprehendit eos.

Ex Aug. IPSI]facti sunt[VIDENTES]& [SIC]scilicet videntes [A dmirati sunt]de gloria & miraculis Christi: & post admirationem gloriæ &
miraculorum Christi, [CONturbati sunt] prō
Ex Cass. pēccatis,[ET commoti sunt]id est ād bona mutati,
Ex Hier. [TREMOR apprehēdit eos]pro cōnscien-
Ex Aug. tia delictorum, tantus erat illis pauor,quod etiam corpore tremebant.

6 Ibi dolores vt parturientis: in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.

Ex Aug. IBI] id est, In illa conturbatione fuerunt
[D olores]pœnitentiæ. Dolores dico,[VT parturientis] id est, graues,sed vtiles,quia inde fru
Esaiæ 27 ctus prouenit. Vnde Esaias, A timore tuo domine concepimus & parturiuimus spiritum salutis. Quomodo totum fiet? quia [IN spiritu
vehementi] id est, per spiritum sanctum, vel in forti timore tui iudicaturi. [CONTERES naues Tharsis]id est euertes superbiam gentium. Cilicia nanque regio à Tharso metropoli sua Tharsis dicitur,per hanc gentes accipiuntur, à parte totum. Vel Tharsis est Carthago quę nauibus olim floruit ad mercandum, quibus superbia gentium signatur, quę in incertis diuitiarum,velut in flatibus venti confidit.sed iam fir-
Ephe.4 ma sedes est in Syon,nō in mari. Ibi enim stabiliri debemus,non perflari omni vento doctrinæ.
Ex Alcu. Et nōta quod ait,Conteres,hoc enim dicit à simili naufragantium. Vel iuxta interpretationē nominis. Interpretatur enim Tharsis exploratio gaudij.Naues ergo Tharsis sunt discursores,in diuersis mundi gaudia explorantes, hos conteret dominus,vt ab his desistant. ¶Aliter ab illo loco,Cum suscipiet eam.q.d.deus cognosce-
Ex Aug. tur in domibus. & hoc, Cum suscipiet eam ciui-
Ex Cass. tatē tutādam, & quid opus est, vt tueatur eam?
Valde opus est,Quoniam ecce reges terræ,gentium,ad literam. Congregati sunt & conuenerunt in vnum, contra hanc ciuitatem,vt tolle-
Ex Alcu. rent eam:sed postea,Ipsi videntes,per fidē, Sic,
scilicet quod tam digna est hæc ciuitas,Admirati sunt:& post admirationem,Conturbati sunt,
Hoc & reliqua quæ sequuntur non mutantur à
Ex Cass. lectione priori.Aliter, & āgitur ad literam de
Herode,& historia dominicæ natiuitatis exponitur.q.d. Verè suscipiet, quia per incarnationem quæ verè fiet, Quoniam ecce reges, id est principes Iudæorum,Congregati sunt, ab Herode suscitante ab eis locum dominicæ natiui-
tatis.Et ipsi conuenerunt in vnum,concorditer Matt. 2
dicendo in Bethleem Iudæ, secundum scriptu- Mich.5
ras. Ipsi videntes sic, vt in prophetia legerant fieri, Admirati sunt,de tanta gloria,& non leuiter vel ociosè;sed,Conturbati sunt pro peccatis.& Commoti,ad fidem.& tantus fuit pauor, vt corpus tremeret:vnde sequitur,Tremor apprehendit eos. Ibi dolores vt parturientis.i.pœnitentia, quia ipsi videntes ita conturbati sunt, ad pœnitentiam.sed,In spiritu vehementi, Herodis, Conteres naues Tharsis, quia naues in Tharso Ciliciæ,quæ magos per aliam viam reuertentes,transposuisse in patriam suam credebantur,confractæ sunt ab Herode

7 Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate domini virtutum, in ciuitate dei nostri: deus fundauit eam in æternum.

SICVT audiuimus] dēcursis omnibus quæ Ex Cass.
tempore incarnationis acta sunt,cōcludit. q.d.
Et quia ita est,ergo, Sicut audiuimus,in prōmis- Ex Aug.
sionibus propheticis,sicut est illud,Adorabunt
eum omnes gentes, & omnes reges seruient ei. Psal. 97
Et illud,In semine tuo benedicentur omnes gē- Gen.23
tes.[SIC vidimus]in exhibitione. Omnes enim reges,omnes gentes adorant Christū,Christus regnat ad dexterā patris[IN ciuitate]in eccle-
sia[DOMINI virtutū] quia ibi custodes ange- Ex Alcu.
los deputat.repetit idem dicens,[IN ciuitate]
id est,in catholica ecclesia[DEI nostri] dicit, Ex Aug.
ne sibi hoc nomen conuentus hæreticorum vsurpet.Quicunque est in hac ciuitate, audit & videt:qui vero extra est,cæcus est.Ne autem putetur hæc ciuitas temporalis, addit,[DEVS] ipse[FVNDAVIT]stabilites[EAM]ciuitatem. Ne ergo timeas,nequādo cadat firmamentum. Fundauit eam,dico[IN æternum] non ad horam,vr prius tabenaculum Mosi. Exod. 26

8 Suscepimus deus misericordiam tuam:in medio templi tui. PARS II

SVSCEPIMVS] Sēcunda pars,vbi agēs gra- Ex Cass.
tias de aduentu Christi,mōnet de gradibus ec- Ex Alcu.
clesiæ distribuendis, per quos saluator possit agnosci.Sic cōtinua quo ordine fundata est hęc
ciuitas?Ecce,Suscepimus &c.vel ita,quid audi- Ex Aug.
uimus & vidimus? ecce, Suscepimus &c.vel ita,
Fundauit,& verè,quia,ô [DEVS] Suscepimus Cant. 2
nos boni qui sumus grana inter paleas, lilium inter spinas,amica inter filias: quid suscepimus? [MISERICORDIAM tuam] Non solum sacramenta, sed & rem sacramentorum. Nam sacramentis grana & paleæ communicant, rem vero sacramentorum,soli boni percipiunt. Vbi suscepimus? [IN medio templi tui] id est populi nō suscipientis misericordiam,id est in medio palearum,quæ per sacramenta quibus communicāt,populus dei sunt & templum: de qui-

bus Apostolus dicit, Habentes formam pieta-
tis, virtutem vero eius abnegantes: qui populus
palearum multus est, ita vt nulla videantur esse
grana, sed tamen nonnulla sunt, quia,

9 Secundum nomen tuum deus, sic & laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua.

Ex Aug. SECVNDVM] quod est [NOMEN tuum]
ô [DEVS] sic est, & [LAVS tua in fines terræ].
Per hoc ostenditur, non in arcto fundata ciuitas.
Lucæ 2 Vel ita, & agit de actuali susceptione Christi,
qua susceptus fuit à Simeone, & alijs, quando in
templo est præsentatus. Et est, Suscepimus deus
misericordiam tuam, id est filium tuum, In me-
dio tẽpli tui, quod erat in Hierusalem, per hoc
Ex Cass. grauius accusantur, qui contemnunt eũ, qui in
Ex Alcu. medio eorum est conspectus, & per hoc notatur
incarnatio Christi, qui secundum quod homo
Ex Cass. in templo est præsentatus. Vel ita, Et agit dẽ su-
Ex gl. int. sceptione Christi per fidem, qua ab omnibus
credentibus suscipitur. Suscepimus, fide, ô deus,
misericordiam tuam, id est filium tuum, in me-
dio templi tui, id est in communi populi tui. Et
Ex Cass. quia hoc est, Secundum nomen tuum, ô Deus,
quod vbique diffusum est, quia nullus est qui
huic nomini se non subiiciat, & si nesciat cultũ.
Secundũ ergo nomen tuum .i. sic vt reuerentia
Ex Aug. tui nominis dilatetur. Sic & laus tua, quæ nõ
est nisi in sanctis vera, dilatata est, [IN fines ter
ræ,] id est in ecclesia, quæ toto orbe diffusa est,
laus tibi datur. Non enim desunt qui te laudent
per omnes terras, quia [DEXTERA tua] id est
propitiatio [PLENA est iustitia] id est iustifica
Ex Cass. uit multos, qui omnes laudant. Vel, Dextera
Ex Aug. tua, id est æterna beatitudo, in qua parte iusti lo
cantur, Est plena iustitia, id est iustis, quia multi
sunt iusti qui stabunt in dexteram. Vnde,

10 Lætetur mons Syon & exultent filiæ Iudæ: propter iudicia tua domine.

Ex gl. int. LAETETVR mons Syon] id est Iudæa, quę
primos radios fidei accepit. [ET exultent filiæ
Ex Aug. Iudæ] scilicet confessionis, id est gentes à Iuda,
Rom. 11 id est ab apostolis genitæ per confessionem. Et
Ex Hier. hoc [PROPTER iudicia tua domine] quibus
cæcitas contigit in Israel, vt plenitudo gentium
subintraret. Et ô vos gentes,

11 Circundate Syon & complectimini eam: narrate in turribus eius.

Ex Aug. CIRCVNDATE Syon] electos de Iudæis. Cir-
cundate dico, non scandalis, sed [COMPLECTIMI-
ni eam] brachijs charitatis. Vel ita ab illo loco,
Lætetur mons, & intelligitur mons Syon eccle
Ex Cass. sia generalis. Syon enim interpretatur specula-
tio. Et hoc est, Lætetur mons syon, scilicet quæ
est in speculatione populi. &, Exultent filiæ Iu-
dæ, id est Christi, scilicet sanctæ fœminæ: per Iu
dam genus earum ostenditur, propter Christum
qui fuit de Iuda, & hæ exultant, vt in vtoque se-
xu ecclesia sit. Causa vero lætitiæ sunt iudi-
cia dei, vnde sequitur, Propter iudicia tua do-
mine. q. d. Lætetur mons Syon & exultet. Et
hoc, Propter iudicia tua domine, futura, vbi se
sciunt ad beatitudinem futuram. q. d. & si labo- Ex Aug.
rent modo iusti inter spinas, tamen exultent
propter hoc, quia non errat deus in iudicando:
sed discernet omnia grana à paleis, concretè er-
go nati, discretè viuant, non temerè modo iudi
cent. eorum est modo colligere, dei vero est spe
rare, nunc merito, in futuro præmio. Illi qui in-
tus sunt lætentur & exultent, vos autem repro-
bi in quorum medio suscipitur misericordia qui
extra estis, rem sacramentorum non habentes,
Circundate Syon, nõ scandalis, sed honores Ex Cass.
exhibendo. Et complectimini, charitate, Eam,
Syon, id est bonos. & vos prædicatores, Narra-
te, id est prædicate alijs laudes eius. Et hoc [IN
turribus eius] id est in altitudine munitionum Ex Aug.
eius, id est in concordia apostolorum qui sunt Ex Hier.
turres huius ciuitatis. Sicut enim in actuali ciui Ex Cass.
tate, turres sunt ad munitionem, & ad prouiden
dos hostium incursus: & ad loquendum exte-
ris: ita in hac ciuitate bene sunt turres apostoli
cæ, quæ sunt munitiones contra hæreticos: &
altitudines, de quibus exteris est loquendum, vt
possint exteri audire. Ne vero per lætitiam re-
missi lentescant, in virtute ecclesiæ monet cor-
da ponere. Vnde subdit,

12 Ponite corda vestra in virtute eius: & distribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera.

PONITE corda vestra] q. d. Narrate, nõ vt Ex Aug.
habeatis pietatis formam, & virtutem eius nege Ex gl. int.
tis: sed, Ponite corda vestra, non modo ora [IN Ex Aug.
virtute eius] id est in charitate. Virtus enim ci- 2. Thi. 3
uitatis est charitas, quam nihil vincit. Vnde Sa-
lomon, Dilectio fortis, est vt mors. [ET] habita Cant. 8
charitate [DISTRIBUITE] id est distinguite [DO-
mos eius] domum, scilicet à domo, quæ habet
formam tantum: & quæ cum forma habet pie-
tatem, & nolite cõfundere, quasi vnum sint. q. d.
Si charitatem habueritis, non temere iudicabitis, Gala. 2
& videbitis malos non obesse bonis. Vel ita, Di
stribuite domos eius, scilicet domos circuncisio-
nis & præputij, vt Paulus erat in gentes, alij in
circuncisionem, dispensationem quidem diuise-
runt, sed charitatem iunxerunt. hoc magis con-
uenit, id est, hæc sententia melius literæ con-
gruit. vnde subdit, [VT] sic ô prædicatores [E-
narratis in progenie altera] id est, vsque ad po-
steros. Vel ita secundum aliam literam, Et distri
buite gradus eius, id est officia distincta ordina Ex Cass.
tione disponite, scilicet presbyteros, diacones,
& huiusmodi. Vt, per eos, Enarretis magnalia
dei in progenie altera, scilicet Christiano popu
lo, qui est secundus ab Hebræo, quem primum
elegit deus.

13 Quoniam hic est deus, deus noster in æternum, & in seculum seculi: ipse reget nos in secula.

QVONIAM hic est] Hic ostendit quid nar- Ex Cass.
randum est, breuis est sententia, sed quæ omnia
concludit. q. d. enarretis hoc. s. Quoniam hic. s.

Ex Aug. Christus præsens, in terris visus, & cum hominibus conuersatus est, [DEVS deus noster] & si in homine latet. & hoc [IN æternum] non ad
Ex Cass. tempus, vt falsi dij. hoc dicit cōtra eos qui temporales homines deos faciebant. [ET] pro. i.
Ex Aug. [IN seculum seculi] & [IPSE reget nos] ne cadamus, quia rex est Christus. est enim deus & rex noster: quia deus est, protegit ne moriamur: quia rex est, regit ne cadamus. Et hoc [IN secula] id est, sine fine.

COLLATIO

In psalm. quadragesimúmseptimum. Magnus dominus & laudabilis nimis.

In titulo mysticè addiderunt Lxx, secunda sabbati. Firmamentum enim factum est secundo die, per quod intelligitur ecclesia: de qua nobilissimè tractat psalmus.

2 FVNDATVR exultatione vniuersæ terræ.] Hic mirè variant translatores. Hierony. Specioso germine, gaudio vniuersæ terræ. Sanctes, Pulcher termino, gaudium vniuersæ terræ. Pratensis, Formosa nympha, lætitia totius terræ. Munsterus, Pulcher locus, & gaudium vniuersæ terræ. Interpretes pro Caietano, Pulchra sponsa lætificans terram. Paraphrasis Campensis, elegans regio, gaudio vniuersæ terræ. Trāslator ad eundem, Speciosa nympha est, & decus vniuersæ terræ. Chaldæus, Pulcher vt sponsus, gaudium omnium habitatorum terræ. Nebiensis, Pulcherrimo frutice, lætificans omnem terram. Quo diuertemus in tanta diuersitate? Pugnent quātum volent, notum est ortam esse huiusmodi varietatem, ex particula hebraïca נוף nooph, quæ multiplex est, ad leuare, ad germen, ad sponsam, ad regionem, ad fauum mellis. Primam significantiam acceperunt Lxx, Leuatur exultatione vniuersæ terræ, quod non potest fieri solidè sine fundamento. Omnes tamen versiones, in vnum possunt reduci. Etenim sancta
Decor ecclesiæ. ecclesia, supra firmam petram stabilita: frondet vernantibus ramis: floreseit flagrantibus rosis. Et est regio spiritualis, sponsa tandem Christi formosissima.

4 QVONIAM ecce reges terræ congregati sunt.] Nec in Lxx, nec in Heb. legitur terræ. Et Hieronymus scribit ad Suniam & Fretellam, se de veteribus Latinorum codicibus sustulisse. Sunia & Fretella legebant pro terræ eius. Psalmo-
Vsus authoritatē sibi vendicat. dia Romana & contextus Augustini habēt terræ. Quod cum receptum sit in vsu ecclesiæ, nō est iugulandum: imo ipse Hieronymus interpretatur in commentarijs, reges terræ, id est principes seculi, ac in Græcis codicibus quos licuit videre, legimus ai βασιλεῖς τῆς γῆς.

6 IN spiritu vehementi.] Hieronymus, In vento vrēdinis. Alij, In vento orientali. Chaldæus & Pratensis, vento noto. Et translator ad Campensem, Noti procella. Sed ventus orientalis, qui dicitur Eurus, vel Vulturnus, est calidus & siccus, ob idque vrens & vehemens.

11 NARRATE in turribus eius.] Quoniam ספר saphar, est indifferens ad narrare & numerare. Priorem significantiam Lxx respicientes subaudierunt propositionem in. Alias vertunt numerate terras eius, vtrobique digna intelligentia.

31 DISTRIBVITE domos eius.] פסגו pasegu idest roborate vel exaltate, quomodo vertunt neoterici hebraïcantes. Hieronymus & Lxx videntur legisse פלגו palegu, quia Lxx reddunt distribuite, illæ separatæ. Ad sensum exigua est distantia, sicut quod nos dicimus domos, ponunt palatia, ארמנותיה armenotheha. neutiquam non est improbabile, quin primum vocabulum significet distribuere, vt refert lexicon academiæ Complutensis. Et Nebiensis vertit separatè.

13 IPSE reget nos in secula.] עלמות almuth, id est vsq; ad mortem, vel super mortem vel in morte, vt reddunt Hieronymus, Munsterus, Sanctes, & paraphrasis Campensis. Sed Pellicanus & interpretes pro Caietano, æternaliter. Translatio ad Campensem, in sempiternū. Cæterum vsque ad mortem, id genus locutionis, satis indicat æternā dei prouidentiam circa sanctos suos. Pratensis vertit per iuuentutē. Chaldæus & Nebiensis, similiter, vt almuth sit vnica dictio: sic enim iuuentutem significat, per quam intelligit Rab. Salom. teste Lyra suauitatem, metaphoricos: vt intelligas deum ducere nos suauiter, quemadmodum puer bonæ indolis, à prudenti patre, dulciter & humaniter tractatur.

XLVIII. PSALM. TIT.

In finem filiis Chore, psalmus Dauid.

AVDITE hæc omnes gentes.] Titulus. [IN finem filijs Chore psalmus Dauid.] Agit hic Propheta de amatoribus huius Ex Alcu. mundi, ostendens eos cum gloria sua perituros: & de Christo redemptore, non illorū, sed contēptorum mundi, redarguens eos, illos qui colunt deum, vt hic eis bene sit: qui murmu Ex Aug. rant vel blasphemant deum, quia mali florent, & ipsi premūtur. quasi deus hæc ignoret, vel nō curet, ne ipse laboret videndo, vel corrigendo. Contra hos loquitur hic propheta filijs Chore. Et est sensus, [PSALMVS] iste, [DAVID] cēdens [IN finem] id est, in Christum, cantatur [FILIIS Chore] Intentio. Mōnet, vt deie- Ex Hier. ctus in mundo, nō apprecietur elatos. Modus. Ex Cass. Quatuor sunt partitiones. Primo, attentos facit ad noua, & ad ingentia quæ dicturus est. Secundo, incipit prosequi illa, dicens quod Christus non redimet improbos, ibi, Cur timebo. Tertio, quæ impijs & iustis reddēda sunt, ibi, Sicut oues. Quarto, admonet ne timeantur potētes, qui omnia cum luce relinquunt, ibi, Nē ti- Ex Aug. mueris. Primo ergo reddens attentos, ait,

VDITE hæc omnes gẽtes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem.

Ex Aug. AVDITE hæc] quæ dicturus sum. Hic attentos facit [OMNES gentes] id est omnes iniqui. Hæc iam hodie quę hic dicuntur, per recitatores audiuntur. Videmus enim hunc psalmum, qui ante non recitabatur nisi in vna gente Iudæorum, nunc recitari per totum orbem terrarum, scilicet per omnes ecclesias, [ET auribus] audiendi [PERCIPITE] q.d. non transeuntes audiatis [OMNES qui habitatis orbem] id est, omnes iusti, qui sunt domini, non serui rerum: habitant enim orbem, qui non tenentur ab orbe, nec eius erroribus implicantur. postea quod dixerat exponit, dicens,

2 Quíque terrigenæ & filii hominum: simul in vnum diues & pauper.

Ex Cass. QVIQVE terrigenæ] ãccipientes per terrigenas, iniquos, & per filios hominum, iustos. Vel ita, vt per gentes & inhabitantes communiter omnes homines accipiat, sic, Audite hæc omnes gentes, nullum excipio. quia non accipit deus personas, omnibus præsto est ipse, & generale beneficium est incarnatio, & vt manifestius fiat quod dixit, addit, Auribus, audiendi, Percipite omnes qui habitatis orbem. Quíque

Ex Aug. &c. Exponit hic per partes quos ante vocauerat, Terrigenæ, id est, iniqui: terrigenæ sunt qui vitia terrena sequuntur, quasi geniti à terra, hi sunt in parte Adæ, qui fuit homo, non filius hominis, [ET filij hominum] audite, id est iusti, qui sunt in sorte Christi, qui fuit filius hominis, cuius gestauit imaginem. postea addit, Quíque

2 Cor. 15 scilicet, Terrigenæ, & filij hominum, ad vtrūq; enim refertur. Ac si dicat, Nulli sermonem subtraho, audiat hæres terræ, propter iudicium, id est, vnde iudicetur, vt sic timeat, & iustus propter regnum, id est vnde regnet, vt sic diligat. Postea sequitur breuis explicatio iustorum, cum subditur, [DIVES & pauper] diues refertur ad terrigenas, pauper ad filios hominum &c. Diues, id est, terrigena, & Pauper, id est, filius ho-

Math. 13 minis, Audite, qui estis [SIMVL in vnum] id est

Math. 25 nõ separati vsq; ad messem, quandoquidẽ non simul eritis, quando separabuntur zizania à tritico: oues ab hœdis. Audiant ergo nunc, simul in vnum, id est, non separatim, & pascantur simul agni & hœdi donec veniat, qui segreget alios ad sinistram, alios ad dextram.

3 Os meum loquetur sapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam.

Ex Cass. OS meum] Cõmmendat dicenda, quasi dicat, ideo audite, quia [OS meum loquetur sapientiam] id est Christum. Sapientia ad diuinas res pertinet. Et ne putes eum solo ore, & Ex Aug.
non ex corde loqui, addit, [ET MEDITATIO cordis mei loquetur prudentiam] scilicet, dẽ Ex Cass.
moribus. quod est in futuro prouidere. Prudentia enim ad instruendos mores pertinet. In his duobus omnis sermo diuinus indicatur, nec hoc à me, sed,

4 Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositionem meam.

INCLINABO aurem meam in parabolam] id est hũmiliabo me veritati intus loquen- Ex Hier.
ti, quæ docet me loqui per parabolas, ne omni- & Alcu.
bus pateat. Vel, Inclinabo aurem meam in parabolam, id est, hũmiliabo me veritati, quæ per Ex Hier.
parabolas & ænigmata me docet. Videmus e- 1 Cor. 13
nim nunc per speculum in ænigmate. Quic- Ex Aug.
quid enim modo videmus per ænigma est. [ET APERIAM in psalterio] id est factis ostendam [PROPOSITIONEM meam] id est quid mi- Ex Hier.
hi præ omnibus propono, id est æternam bea- Ex Aug.
titudinem. Et est sensus, Factis ostendam quod dico,

5 Cur timebo in die mala: in- PARS II
iquitas calcanei mei circundabit me.

CVR timebo] Sẽcunda pars, vbi incipit Ex Cass.
narrare quæ supra promisit, dicens, quod Christus non redimet impios. Hĭc Propheta in sua Ex Alcu.
persona generalem agens causam, quærit causam damnationis, & timoris malorum, quæ est iniquitas. Et hoc est, [CVR timebo in die mala?] id est in die iudicij? quæ dicitur dies, quia Ex Aug.
tunc omnia aperta erunt: & mala, quantum ad iniustos, qui tunc damnabuntur. Ecce cur timebo, quia, [INIQVITAS] &c. id est, pro iniquitate timebo, quam vitare possum. Mõrs quã Ex Aug.
timent homines, separatio est animæ à carne. ad ver. 14
Mors autem vera quam non timent, separatio huius psa.
est animæ à deo. Vtraque vero, diaboli persuasione propinata est homini. q. d. non est quod timeam. i. quod timere me oporteat, si volo, cũ iniquitatem, quę est causa timoris, vitare in mea sit potestate: pro qua tantum timebitur in die nouissima, quę erit damnatis mala, non iustis. Iuste ergo punietur quicunque non vitat, cum possit, & hoc est, ideo timebo, quia, Iniquitas [CALCANEI mei circundabit me] alludit verbis quæ in Genesi dominus serpenti dixit, Gene. 3
Inimicitias ponam inter te & mulierem, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. In singulis nostrum est hæc mulier, & vir eius. Eua enim caro nostra est, quæ seducit virum, id est rationem (per quam carnem labitur homo, qui lapsus per calcaneum hic significatur, quem obseruat diabolus, vt deiiciat. Vel per calcaneum, finis vitę intelligitur, cui diabolus maximè insidiatur: per caput serpentis initium diabolicæ suggestionis. hinc dicitur, illa obseruabit caput tuum, ô serpens, id est, ini- Ex Aug.
tiũ suggestionis, ne veniat delectatio. & tu eius calcaneum obseruabis, id est, lapsum carnis, vel

finem vitæ, vt insidieris. Et hoc est, Iniquitas cal
canei, id est quæ mihi est ex lapsu carnis, quem
obseruat diabolus. Obseruat enim diabolus
quando labaris, vt deiiciat te, tu obserua caput
eius, id est initium suggestionis. Vel, Iniquitas
calcanei mei, quæ mihi erit in fine, Circunda-
bit me, id est opprimet me, & faciet me timere.

6 Qui confidunt in virtute sua: & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.

Ex Aug. QVI confidunt] hi sunt quos circundabit
iniquitas calcanei, scilicet, [QVI confidunt in
virtute] corporis vel animi, in diuitijs, vel ami-
cis, in quibus summa omnium terrenorum con
Ex Alcu. cluditur. q.d. Timor est de iniquitate: iniquitas
Ex Caß. vero de terrenis, in quibus adeo stulti sunt, quia
alij sunt, Qui confidunt in virtute [SVA] id est
præsumunt in virtute sua corporali, vel inge-
nij, & alij, qui [GLORIANTVR in multitu-
dine diuitiarum suarum] id est, qui gloriantur
in diuitijs multis, vnde superbiunt. vnde enim
inflatur homo magis, q̃ de diuitijs? Et nota,
quia post intrinseca quæ nomine virtutis signi
ficatur, ponit exteriora quæ intelligit per diui-
Ex Aug. tias. Et alij sunt qui confidunt in amicis, hoc
subintelligendum est: sed frustra, quia,

7 Frater non redimit, redimet homo: & non dabit deo placationem suam.

Ex Aug. FRATER] ad literam [NON redimit] eũ.
Et verè non, quia, an [REDIMET] eum [HO-
MO] purus? q.d. non, quia [NON dabit] frater,
vel alius homo, [DEO placationem suam] id
est, vnde deus placetur. Vel ita ab illo loco,
Ex Aug. Qui confidunt. q.d. Ideo timendum est ini-
& Alcu. quitate circundato, quod per partes iniquita-
tis exponit, scilicet quem circundet iniquitas,
Rom. 6 cum ait, Qui confidunt & gloriantur &c. quia
eos, scilicet, Qui confidunt in virtute sua, & in
multitudine diuitiarum suarum gloriantur, hoc
non mutatur. Frater, id est Christus. sub admi-
Ex Caß. ratione pronunciandum, qui est primogenitus
in multis fratribus, & qui post resurrectionem
Ex Hier. dixit, Vade, & dic fratribus meis. Ille, inquam,
Ioann. 20 tantus frater, Non redimit: & si ille frater, id est
Ex Aug. Christus non redimit, Redimet homo, qui san
ciauit? q.d. nullus homo redempturus est. Qui
ergo in hoc fratre confidit, non timebit in die
mala, vt alij. Ideo non redimet homo, quia, Non
dabit homo deo placationem suam, id est, vnde
placetur.

8 Et precium redemptionis animæ suæ: & laborabit in æternum; & viuet adhuc in finem.

Ex Caß. ET] non dabit [PRECIVM redemptionis
animæ suæ] id est vnde redimatur anima homi-
nis, quia nulla oblatio potest compensari precio
Christi. Vel ideo, Frater, id est Christus, Non re
Ex Aug. dimet talem, quia iste talis qui confidit in vir-
tute, vel diuitijs, vel amicis, Non dabit deo pla
cationem suam, id est, qua flectat deũ pro pecca
tis. & non dabit deo, Precium redemptionis ani
mæ suæ, id est, eleemosynas, quibus redimat
animam [ET] ideo hic talis [LABORABIT in æter
num] Labor non finietur: vita finietur. [VIVET]
tamen [ADHVC in finem] id est, post finem
vitæ, viuet secundum animam, quia non peri- Ex Hier.
bit anima cum corpore, sed dolori reseruabitur: & Alcu.
vsque quo accepto corpore vtrunq; crucietur.
Ideo laborabit, quia,

9 Non videbit interitum cum viderit sapientes morientes: simul insipiens & stultus peribunt.

NON videbit interitum] .i. nõ intelliget qd Ex Aug.
sit verus interitus. Et hoc, [CVM viderit sapiẽ
tes morientes] .i. quia videt æquè mori bonos
& malos. Dicit enim, Si sapiens qui piè co-
luit deũ mortuus est, & non potest euadere, cur
sequerer eum? Faciam mihi bene dũ viuo, & ita
nescit iste, quid sit verus interitus, qui ei eminet
æternus, tamẽ sapiens transit ad vitam, sed [IN-
sipiens] id est, qui sibi non prospicit in futuro,
[ET stultus] .s. qui nescit in quo malo nunc Ex Alcu.
sit. Vel, Insipiens, qui nõ attendit mala præsen-
tia vel futura & stultus, qui si attendit, non ca-
uet, [SIMVL peribunt.]

10 Et relinquent alienis diuitias suas: & sepulcra eorum domus illorum in æternum.

ET relinquent diuitias] propter quas fece- Ex Alcu.
runt mala. Diuitias dico, [SVAS] quæ non sunt
secundum deum [ALIENIS] & si filijs relin-
quant, alienis tamen: quia alieni sunt, qui nihil Ex Aug.
prosunt, [ET sepulcra eorum] sunt [DOMVS
illorum] qui palatia ædificauerunt [IN æter- Ex gl. int.
num] huius seculi. q.d. in sepulcris manent, nõ
in palatijs quæ extruxerunt. Vel ita, Et sepulcra
eorum, secundum opinionem suam, sunt Domus
illorum in æternum, sunt, id est putant quod se
pulcra eorum quæ construunt quasi domos æ- Ex Aug.
ternas ad memoriam, semper sint domus sibi,
quamuis in inferno magis maneant.

11 Tabernacula eorum in progenie & progenie: vocauerũt nomina sua in terris suis.

TABERNACVLA] etiam [EORVM] in Ex Aug.
quibus ad tempus sunt, id est, domos quas hære
ticis relinquunt, putant esse duraturas [IN pro-
genie] filiorũ [ET progenie] nepotum. Et de-
inceps, [ET vocauerunt nomina sua] id est hoc
quærunt, vt inuocentur nomina eorum à domi Ex gl. int.
bus illorum: quod taman non est magnum, quia
hæc inuocatio tantum fuit [IN terris suis] .i.
in prouincijs suis, non apud exteros fama eorũ
peruenit. Vel ita secundum aliam literam, scili-
cet, Inuocabant nomen eorum in terris ipsorũ. Ex Aug.
Hæc faciunt hæredes, qui ad sepulcra mortuo-
rum inebriant se in memoriam eorum, sed nec
gutta peruenit ad linguam in inferno ardentis,

Ventri itaque suo seruiunt, non spiritibus defunctorum: ad spiritus enim defunctorum nihil peruenit, nisi quod fecerunt dum viuerent. Et tam in hoc quàm in cæteris,

12 Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Ex Aug. HOMO nõ intellexit].i.nõn intelligibiliter
egit, dũ sepulcra quasi æterna catruit, & nomi
na sua facit inuocari, cũ potius æterna deberet
quærere.[CVM]tamen[IN honore esset] id est
ad imaginem dei factus, nõ quidem viribus, sed
Ex Alcu. rationis intellectu. Vel ita.q.d. Ita stüdet homo
vanis, & inde non est accusandus deus, sed ho-
Ea Aug. mo, quia, Homo cum esset in honore, id est, ad
imaginem dei factus[NON intellexit]suam di
gnitatem, scilicet quod intellectu præest homo
iumentis, non viribus. q. d. non intelligibiliter
egit, sed[COMPARATVS est]amissa ratione
Ea Alcu. [IVMENTIS insipientibus]id est nõn in alia
re, sed in insipientia. Et merito[ET] id est quia
Ea gl.int. [SIMILIS factus est illis] vitio suo, non natura, Illis, id est, iumentis.

13 Hæc via illorum scandalum ipsis: & postea in ore suo complacebunt.

Ea Caff. HAEC via]Hic iam omnia dicta in vnũ col
ligit. Hæc via.q.d.ita agunt illi. Et, Hæc via, id
est vita, quæ dicitur via, quia ducit ad mortem.
Via dico, [ILLORVM]non dei, est[SCANdalum] id est stimulus & dolor, non securitas,
quia de suis actibus turquentur[IPSIS]id est
Ea Aug. mălis. Non ita fit tibi, vt tales putes esse beatos.
Abacuc 3 Vita malorum scãdalum est. Vnde Abacuc, Pro
Ex Hier. iniquitate vidi tentoria AEthiopiæ, turbabun
in cõmen tur pelles terræ Madian. AEthiopes nigri dæ-
tarijs Aba mones sunt, animas seductorum nigredine pec-
cuc.3.li.2 catorum & vitiorum caligine obfuscantes. Vn-
Psalm.73 de, Dedisti eum escam populis Aethiopum. Ho
1.Cor.3 rum tẽtoria & tabernacula sunt mali, qui de di
uitijs vel honoribus laborant: sicut boni æterna
quærentes sunt templum spiritus sancti. Idem
etiam sunt pelles terræ, quia terrã amant, nõ cæ
Iob 2 lum: nõ dant terrena pro æternis, sicut Iob ait,
Pellem pro pelle, & omnia quæ habet homo, da
bit pro anima sua. Pellem ꝑ pelle, & omnia quæ
habet homo.s.terrenitatis & mortalitatis, pellem
deformem, pro pelle gloriosa. Vidi ergo quod
turbabuntur tentoria AEthiopiæ.s. pelles terræ, & hoc pro iniquitate sua. per quid turbabũtur? Madian.s. ex iudicio, cuius metu & nunc
Ex Hier. & in futuro cruciabuntur. [ET postea in ore
Ex Alcu. suo complacebunt] alijs, id est alios secum perdunt. vel[IN ore suo]vbi simulatio est. Complacebunt, quia sua mala palliant. Et ideo illis
placent, non in corde, sed in ore. Vel, Benedi-
Ea Aug. cent, alia litera.q.d. Cũm tales sint vt non quærant nisi bona temporalia, fiunt etiam hypocritæ. Et labijs, Benedicent deum, non corde. Audientes enim de æterna vita, de contemptu
mundi non curant, sed ne erubescant vel corriplantur, ore benedicunt deum, & peiores sunt
apertis malis, & fiũt posteriora, prioribus deteriora. Vel benedicunt deũ, implendo desideria.
Hic est mus peccantium. Cum enim vota implent, deo gratias agunt, sed in ore suo hoc faciunt, iuxta illud, Populus hic, labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me.

14 Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. PARS III διάψαλμα.

SICVT oues]Tertia pars, vbi dicit quæ Ea Caff.
iustis & impijs reddenda sint.q.d. Illi ita se ia- Ea Aug.
ctant, sed[POSITI sunt]illi, qui sola præ-
sentia attendunt, iam[IN INFERNO]mente,
vt iusti mente in cælo faciunt. Ipsi dico existen
tes, Sicut oues, scilicet ignaui[ET MORS] id Ex gl.int.
est diabolus, Pastor est eis, alia litera. vt Chri- Ea Aug.
stus vita, ita diabolus est mors, qui pastor est il-
lis, vt ouibus quas trahit ad pascua mortis. Vel Ea Alcu.
ita se iactant, sed mihi iam constat quod Positi
sunt, id est quod ponentur, post hanc vitam, In
inferno sicut oues. oues enim amissa lana ma- Ex Caff.
nẽt, sic in istis, sine cõsumptione substãtiæ, pœ-
na inuenit quod cruciet. Et mors[DEPASCET
eos] Hõc dicitur à simili iumentorum, quæ
non radicitus vellunt herbas, sed summitates
carpunt, vnde iterum herbæ nascuntur ad pa- Ea Alcu.
stum. sic & illi morte depasti reuiuiscunt, quia
non deficiunt. Vel, Depascet eos, id est, de pascua ad pascuam, id est, de pœna ad pœnam
ducet.

15 Et dominabuntur eorum iusti in matutino: & auxilium eorum veterascet in inferno á gloria eorum.

ET IVSTI dominabuntur eorum] id est
præẽminebunt eis & iudicabunt eos[IN MA Ex Cafs.
TVTINO] id est, in resurrectione, quando omnia Ea Hier.
erunt aperta: quia modo est nox dum non ap- Ex Aug.
parent merita iustorum, & quasi felicitas nominatur impiorũ.[ET auxilium eorum]quod
hic habebant in gloria seculi, quod erat[A glo
ria eorum] id est à virtute sua, pecunia, amicis, Ea Caff.
[VETERASCENT] à simili panni[IN inferno] Vel, Auxilium eorum veterascet in inferno: & hoc, A gloria eorum, id est, iuxta quantitatem gloriæ eorum. quia quantum aliquis Ex Aug.
malus visus est habere gloriam inter homines,
tantum in inferno corruptionem patietur. Vel
ita distingue secundum aliam literam, Auxilium
eorum veterascet in inferno, hic distingue. A Ex Cafs.
gloria eorum, vel sua expulsi sunt. hæc est alia litera. Ipsi ita, sed ego non. Et hoc est,

16 Verumtamen deus redimet animam meam de manu inferi: cum acceperit me.

VERVNTAMEN deus redimet animam
meam]vt terror prædictorum prosternit malos, Ex Cafs.
ita spes redemptionis releuat bonos. Redimet
dico,[DE manu inferi] id est, potestate diaboli,
qui ante aduentũ Christi animas tenebat.[CVM
acceperit me] id est carnem ex me.

17 Ne timueris cum diues factus

PARS IIII διάψαλμα. fuerit homo: & cum multiplicata fuerit gloria domus eius.

Ex Cass. NE timueris] Quarta pars, vbi est admonitio ne timeantur potentes in seculo, qui omnia cum luce relinquunt. Cur enim hæc peccatori-
Ex Aug. bus sunt permissa, communis querela est. q. d. quia sic peribunt mali & deus redimet suos. ergo, Ne timueris, esse bonus [CVM diues factus fuerit homo] in quo videris frustra tibi labo-
Ex Cass. rasse, qui iustus es, & tamen pauper. Non est magnũ qđ diues est, hoc enim abiecti habẽt: postea subiungit quod maius est dicẽs, [ET cum multiplicata fuerit gloria] quæ est in honorib⁹ seculi. Gloria dico, non tantum eius, sed & [DOMVS eius] quia nõ solus ipse, sed etiam omnes qui ad eum pertinent, honorantur: & hoc etiam dicit pro nihilo esse ducendum. Ideo ne timueris,

18 Quoniam cum interierit, non sumet omnia: neq; descendet cum eo gloria eius.

Ex Aug. QVONIAM cum interierit non sumet o-
Ex Cass. mnia] hic possessa [NEQVE descendet gloria eius] ad inferos [CVM eo] quia in abyssum cadet, ideo ait, Descendet. Et ideo descendet,

19 Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei.

Ex Cass. QVIA anima eius] sensualis, nõn ratio [BE-nedicetur] id est exaltabitur [IN vita ipsius]
Ex Aug. quia quandiu vixit, sibi benefecit, in morte tor-
Ex Cass. quebitur anima. Vel, Benedicetur, non vtiq; de bono actu, sed de delitijs. Benedicetur enim fauore luxuriantium, qui inter epulas pastoribus
Ex Aug. bene optant. Ideo etiam descendet, quia [CONfitebitur tibi] id est laudabit te ô deus [CVM benefeceris ei] id est solummodo in prosperis: blasphemat in aduersis. despecta vero confessio est, quam prosperitas facit: sed illa est magni meriti, quam nõ tollit vis doloris. Nec sufficit ei propria iniquitas, imo etiam,

20 Introibit vsque in progenies patrum suorum: vsque in æternum non videbit lumen.

Ex Aug. INTROIBIT vsque in progenies patrum suorum] id est Imitabitur antiquos patres iniquos, & ideo [NON videbit lumẽ] Qui enim patres pessimos imitantur, eorum societate damnandi sunt. Non videbit dico [VSQVE in
Ex Hier. æternum] quia etiam hic in tenebris interiori-
Matt. 22 bus est, & postea exteriores patietur. Sed quare hoc? quia,

21 Homo cum in honore esset, non itellexit: comparatus est iumẽtis insipientibus, & similis factus est illis.

Ex Aug. & Cass. HOMO cum in honore esset non intellexit] q. d. nõn est inde accusandus deus, sed homo. Et ideo [COMPARATVS est iumentis insipientibus, & similis factus est illis] Iterat hic deformitatem hominis, vt malus à malo quiescat. Ex Cass.

COLLATIO
In psal. quadragesimumoctauum, Audite hæc omnes gentes: auribus.

1 OMNES qui habitatis orbem.] Hier. Habitatores occidentis. Pratẽsis & Pellicanus, pro orbe, vertunt tempus & æuum. Sanctes, & cæteri, orbem, cum 70. Cæterum quum simus temporarij & mortales, & dictio חֶלֶד heled significet tempus in hoc seculo, in quo occidimus, nõ læditur sententia. Et rabi Emanuel dicit mundum generabilem & corruptibilem, idq; Hier. apposite innuit per occidentem.

7, & 8 FRATER nõ redimit, redimet homo: nõ dabit deo placationem suam, & precium redemptionis animæ suæ.] Vt repetatur negatio mox præcedens, & secunda clausula, redimet homo? legatur admiratiuè vel interrogatiuè secundum Aug. Nostra editio ferme ad verbũ respondet Hebræo אח לא פדה יפדה איש ach lo phadoh iipbdoh isch. Hiero. aliter vertit, Fratrem redimens, non redimet vir: nec dabit deo propitiationẽ pro eo. Et precium redemptionis animæ eorum, vbi cõmutat ordine præpostero negationem priorem, quę in Hebręo retrahitur ad priorem particulam. Cõsimiliter Munsterus, diuersam tamen habens translationem, At frater redimendo, redimere nõ potest quenquam; nec dare potest deo redemptionẽ eius, preciosa est enim redẽptio animæ eorũ. Pratensis, Frater nõ redimens, redimet virũ: & non dabit deo redempionem eius, & erit preciosa redemptio animę eorũ. Pellicanus, Frater nõ redimẽdo, redimet virum &c. Nebiensis, Fratrem nequaquam redemptione redimet vir. Hic etiã refert quorundam Hebræorum opinionem, qui sentiunt אח ah, id est fratrem, pro אחד ehad. i. vnus positum. Vt sit sensus, Vnus non redimit: redimat quisque, vel redimant singuli. Sanctes, Fratrem non redimendo, redimet quispiam &c. Interpretes pro Caietano, Fratrem non redimendo, redimet vir &c. Translatio ad Campensem, Nemo fratrem suum vlla ratione potest redimere, nec pro eo rationem deo dare. In tot versionũ ambagibus, non est quod quis discrutiet: quum ecclesiastica lectio satis sit clara, & veritati hebraicæ proximè respondens.

8 ET laborabit in æternum.] Hier. & hebraismo hærentes, oppositum sensum reddere videtur, Sed quiescet seu desinet in æternum, quum labor & quies pugnent, quem locum impetiuerunt hostiliter Fab. & Cæcus. Secundum Aug. intelligitur de eo, qui dum viueret, confidebat in virtute sua: & in multitudine diuitiarum gloriabatur. At vbi reddenda fuerit ratio coram tribunali iudicis post finitam vitam: nil inuenit quo redimeret animam suam, & ideo

Voluptatis finis ipio laborum initium est.

laborabit in æternum, vitáque eius voluptaria, quam in delitijs duxerat, finem inuenit, & iam damnaturi adiudicatus: cessabit à gaudijs illis, quibus inebriatus fuit: nec miseriam deinceps vitare poterit, aut pœnitentiæ locum inuenire: ac proponit exemplum spectabile diuitis epulationis, & vlcerosi Lazari: qui vicem in morte mutarunt. Hic laborauerat in finem, & viuet in æternum: Ille vixerat in finem labo rabit in æternum. Ex quibus perspicis, quemad modum accipiendum sit laborare & desinere in æternum.

10 SEPVLCRA eorum domus illorum in æternum.] Hieronymus, Interiora sua, domos suas in seculo: vt referantur ad verbum quod præcessit relinquent. Pellicanus, Pratensis, Sanctes, pro Caietano interpretes, Intimum illorū, domus eorū in seculum, Mūsterus, Et tamē cogi tatio eorū est, quod domus suę maneant in ęter num. Particula hebraica קֶרֶב quereb, quum significat medium & omne intimum, facile potest accommodari ad sepulchrum, ad cogitationem aut quodlibet, quod quadraret proposito. Nobiscum sunt Chaldæus & Nebiensis. Quomodo autem debeat intelligi sensus, habes in enarratione versiculi.

11 HOMO quum in honore esset non intellexit.] In fine psalmi repetitur idem versus, vbi legerunt לֹא יָבִין lo iabin, id est non intelliget, seu non intellexit: vt sit futurum loco præteriti, aut præsentis iuxta versionem Munsteri. In præsēti loco legitur לֹא יָלִין lo ialin, id est non commorabitur seu pernoctabit. Iabin & ialin non longè distant, coq; valde probabile est, interpretes vtrobique legisse iabin: quanquam eo pacto posit conciliari intelligētia, quasi dicas, Homo conditus est in honore, dotatus ratione: at proh dolor, in illa non est commoratus: quia cito præuaricatus est, fœminæ, non rationis con silio voluntatem suam credens ac permittens.

SIMILIS factus est illis.] Pratensis & Mūsterus vertunt, Quæ scilicet iumenta exterminata sunt, vel interierunt. Hieronymus dicit nobiscum, & exequatus est. Sanctes & alij, Similes sunt, vel bestiæ exequatæ sunt videlicet hominibus. in eundē sensum habet Nebiensis, Assimilatus est iumētis mutis. נִדְמוּ nidmu descēdit à radice דָּמָה damah, quæ est anceps ad exterminare, & assimilare: vnde varietas profecta est.

13 וְאַחֲרֵיהֶם בְּפִיהֶם יִרְצוּ veaharehem bephihem iirtzu, id est posteà vel posteri eorum, in ore suo, aut eorum. Vel secundum ipsa, complacebunt vel current. Propter multiplicitatem significantię particularum, & acceptionis earum hic vertit hoc modo, ille diuerso, alius alio. Nusquam sensus deuiat à veritate sanæ intelligentiæ: dum non damnetur lectio recepta in vsu ecclesiæ, quæ alijs merito præferri debet: ne fluctuemus per abrupta. Et manifestum est יִרְצוּ iirtzu esse futurū verbi רָצָה ratzah. i. voluit, complacuit. Quia si esset à thémate רוּץ. i. cucurrit, legeretur יָרוּצוּ iarutzu, etiam si prius vocabulum nonnunquam pro ambulare sumatur.

14 ET dominabuntur eorum iusti.] Hironymus ad Suniam & Fretellam, hic docet sicut & in plerisque alijs locis, interpretis esse nō verbum de verbo, sed sensum de sensu exprimere. Itaque scribit pro iustis, εὐθεῖς, id est rectos, in Gręco vos legisse dicitis, sed hoc propter euphoniam: ita in latinū versum est. Alioqui & in eo loco, vbi scriptum legimus, Ecce scriptum est in lib. εὐθέων, iustorum intelligimus librum: & non debemus sic verbum de verbo exprimere, vt dum syllabas sequimur, perdamus intelligentiam. Hæc ille. Doctus interpres verba nō auspicatur.

15 ET auxilium eorum veterascet in inferno.] Hieronymus, Et figura eorum conteretur in inferno. Pratēsis, Et fortitudinem eorum cō sumet fouea. Pellicanus, Et robur eorum ad cōsumptionē. Deinde, infernum, refert ad id quod sequitur. Sanctes, Figura eorum, vt veterescat, egreditur ad foueam. Munsterus, Forma eorū erit in defectionem in sepulcro, in quod migrat quisque &c. Interpretes pro Caietano, Figura eorum ad cōsumendum foueam. Translator ad Campensem, Thesaurus istorum veterascer. Hebraicè sic habetur וְצוּרָם לְבַלּוֹת שְׁאוֹל vetzuram lehalloth scheol. Prima particula est valde anceps, ad auxilium, robur, figuram & pleraque alia. Secunda particula est infinitiui modi, quæ debet exponi per gerundium. Tertia significat foueam, sepulchrum, infernum. Et quia Heb. destituuntur casuū variatione, vnus refere ad præcedentia, alius ad sequentia, ac ne oratio sit manca: hic subaudit quod magis sibi videtur accommodum, accipiendo verbum passiuè aut actiuè: alius aliud quid commentatur. Nostra lectio & Hiero. versio, propinquius accedunt ad veritatem hebraicam: iuxta diuersam significantiam primę voculæ. Alij confundunt lectorem, & si ad eundem scopum fortasse tendant.

A gloria eorum.] Græcus addit ἐξώσθησαν. i. expulsi sunt, idq; legitur in psalmodia Romana. Non tamen habetur in Heb. nec in editione vulgata. Hebr. מִזְּבֻל לוֹ mizzebul lo. Quod si ad verbum reddas, i. ab habitaculo sibi. Hiero. Post habitaculū suum. Pratensis, Pro habitaculo suo. Sanctes, Ab habitaculo quod erat sibi. Munsterus, De habitaculo suo. Pellicanus, Infernus habitaculum eorum. Latina psalmodia satis respō det Hebr. nisi quod pro habitaculo, ponit gloriā. Sed si accipias habitaculum pro corpore, in cuius solius cura demorantur ac gloriantur seculi homines, rectè loco habitaculi, dixerūt gloriam, quæ in inferno veterascet: vt eo sit maior ignominia & despectio, quo amplior eorum secularis fuerit gloria. Hominū secularis gloria.

19 CONfitebitur tibi quum benefeceris ei.] Hier. ex Heb. Laudabūt te quū benefeceris tibi. Ad eūdem modum cæteri, Vt sensus sit, impios laudare eos, qui ad sui imitationem, animæ suæ benefaciunt. i. voluptatibus vitæ vacant. Cæterū litera caph finalis, paulo dissi: à vau, ob idq; potuerunt exemplaria variare לְךָ vel לוֹ lac vel lo. i. tibi vel ei. Quantum vero spectat ad quædam pluratiuè dicta ex Heb. quę vnicè efferimus exigui est momenti, quum sensus constet.

21 SIMILIS factus est illis.] De hoc supra dictũ est vers.12. sed monet, quod in illo Hieronymus vertit exæquatus, hic silebitur. Ergo hic deflectit נִדְמוּ nidmu à radice דוֹם dom, id est, silere. Secus tamen efferendũ esset ad rationem grãmatices, nisi dicas quod דָּמָה damah etiam silere designet, id quod testatur Sanctes in suo thesauro.

XLIX. PSALMI TIT.
Psalmus Asaph.

Ex Cass. DEVS deorum] Titulus[PSALMVS Asaph] Sicut supradiximus Asaph cũ aliis multis præfectus fuit cantoribus in tabernaculo domini, de quo in titulis psalmorum plerumque fit mentio, tum pro officii reuerẽtia, tum pro nominis interpretatione. Asaph enim Hebraice, latine cõgregatio, Græce synagoga interpretatur, quæ secũdum partem fidelem hic loquitur quæ Christum expectauit, per quam magis confutantur increduli Iudæi, cuius voce ꝑpter certius testimoniũ vtitur hic propheta agens de mutatione legalium sacrificiorum: in sacrificiũ laudis, sicut supra egit de mutatione eorũdem in sacrificium corporis & sanguinis dominici, agit etiam de vtroque aduẽtu Christi: per primum blandiens per secundũ terrens. Et est sensus tituli [PSALMVS] iste attribuitur[ASAPH,] id est, synagogę fideli, In cuius persona loquitur hic propheta. Intentione mouet, ne quis ad iam terminata sacrificia redeat. Modus. Tripartitus est psalmus. Asaph vocem dei inducturus, in secũda parte de mutatione sacrificiorum, prius, id est in prima parte, agit de vtroque aduẽtu eius, per primũ inuitans, per secundum terrens. Secũdo vox Christi inducitur, mouentis vt relictis sacrificiis pecudum fiat sacrificium laudis, ibi, Audi populus meus. Tertio, dicit à quibus sacrificiũ velit, vbi peccatori suæ nequitiæ imputantur. ibi, Peccatori autem, &c. Ne quis autem mediocriter de incarnatione ęstimet. potentia incarnati prędicetur, vt incredulitas omnis tollatur, cum ait,

DEVS deorũ dominus locutus est, & vocauit terrã.

DEVS,] scilicet, Verbũ caro factũ, qui est factor [DEORVM,] id
Ioan.1. Ex Aug. est, qui homines deificat, dedit enim potestatẽ filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. qui est etiam[DOMINVS] dominantium [LOCVTVS est] per se, etiã per præcones, qui olim multifariã in prophetis loquebatur. Nota quia tribus modis deus dicitur substãtialiter vel naturaliter, vt deus trinitas, scilicet pater, filius, spiritus sanctus adoptatiue sicut dicũtur sancti, qui per gratiam adoptionis dii sunt nuncupatiue, vt idola & dæmones[ET VOCAVIT] Antequam dicat, quid locutus sit, dicit quid loquẽdo fecit, quasi dicat dico locutus est. Et, loquẽdo hoc fecit [VOCAVIT terram] nõ vnã tantum, sed eam omnem quæ est,

2 A solis ortu vsque ad occasum: ex Sion species decoris eius.

A SOLIS ORTV VSQVE AD OCCASVM] missis testibus vsque ad vltimum terræ. Ex gl. int.
Nõn ergo solã Africam vocauit, vt ait Donatus, non illam separauit, quia nullas reliquit partes, quas sua vocatione non vocauit. tantam vocauit, quantam fabricauit. Vnde autem cœpit?[EX SION,] i. à Hierusalem, quia inde cœpit annuntiari [SPECIES decoris eius,] id est, speciosus decor eius, quia speciosus fuit præ filiis hominum. q.d. qui omnes gentes vocauit, à Hierusalem incœpit, quia inde exeuntes apostoli, speciem decoris Christi toto orbe nuntiauerũt. Vnde Esaias, De Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Ex Siõn nanque euangelii decus cœpit. Inde speciosus forma prę filiis hominum cœpit annunciari, quia ibi datus est spiritꝰ sanctus apostolis, vt essent testes in Hierusalem & in tota terra. Dico locutus est deus, & vocauit, qui etsi tũc occultus foret, pro similitudine carnis peccati: & est adhuc ad dexterã patris sedens, tamen Ex Aug. Esa.2 Ex Aug. Psal. 44.

3 Deus manifeste veniet: deus noster, & non silebit.

MANIFESTE veniet] ad iudicium, quia deus est, [DEVS] est deus inquam non quilibet, sed[NOSTER] qui verus est deus[ET non silebit] in iudicio, vt modo cũ & flagella sunt admonitio: modo enim expectat ad pœnitẽtiam. Ex Aug.

4 Ignis in conspectu eius exardescet: & in circuitu eius tempestas valida.

IGNIS in conspectu] Hic ostendit qualiter veniet ad iudicium[IGNIS] materialis, vel malæ conscientiæ [EXARDESCET] timeat ergo palea se arsuram, id est, torquebit impios. Exardescet dico [IN conspectu eius,] id est, cũm cõspicient iudicãtem. Vel secundũ aliam literam, Ignis ante eũ præibit. Ignis iste materialis erit, quo comburetur facies mũdi huius, & mali cõburẽtur: boni verò purgabũtur. Pœna ergo terreat, quos præmia non inuitant[ET IN CIRcuitu eius tempestas valida] tẽmpestas hæc, iudicatio dei est, quæ non vẽntis fiet, sed potẽtia dei, per quam fiet, vt eius sententia area ventiletur, & grana à paleis secernãtur, quæ iudicatio tempestas dicitur: quia improuisa veniet, & festinãter rapiet quos ignis exuret. Et hæc erit [IN circuitu eius] id est, in sanctis, & in angelis, qui dicuntur esse circuitus eius: quia cum ipso iusti sedentes iudicabunt, & angeli messores bonos à malis separabunt. Et est, Tempestas, id est iudicatio & sententia ęquitatis, quę dicitur tẽpestas: à simili, quia improuisa veniet, & subito rapiet: Valida, quia sepãrabit bonos, & à malis erit, In circuitu eius. i. in sanctis & in angelis, Eius enim in circuitu sunt angeli, separatores, & sancti. Veniens autem ad iudicium, Ex Cass. Ex Aug. Ex Alcu. Ex Aug. Ex Cass. Ex Aug. Matt. 13. Ex Cass. Ex Aug. & gl. int.

5 Aduocauit cælum désursum, &

terram, diſcernere populum ſuum.

ADVOCAVST,] id eſt, aduocabit [CAElum,]id eſt, nmnes perfectos ſecum iudicaturos [DESVRSVM] ſeſſutos, ſcilicet ſuper duodecim
Ex Hier. cim ſedes, vt iudicẽt duodecim tribus Iſrael[ET terram] aduocabit, id eſt, ŏmnes iudicantes. ad quid? [DISCERNERE populũ ſuum] vt cæ-
Ex Aug. lũm cum illo diſcernat, populũ ſuum, ante ſuo. Cælum enim cum illo terram diſcernit. In iudicio enim alii tantum iudicabunt, quos hic dicit cælum: alii iudicabũtur, quos hic dicit terram. ſed de his aliis. ſaluabuntur, quos hic dicit popu
Ex Hier. pulum ſuum. de damnãdis tacet. Vel ită vt per cælum omnes iuſtos ſaluandos accipiamus. Per terram, omnes peccatores damnandos. & legi-
Ex gl.int. tur, Deſurſum, ſic, dôminus veniens, Deſurſum,
Ex Caſs. id eſt à patre, Aduocauit, id eſt, ăduocabit, Cælum, id eſt, omnes iuſtos, Et terram, id eſt, peccatores. ad quid? Diſcernere populũ ſuum, id eſt,
Ex Aug. vt diuidat malos à bonis. Nŏta quod primo o-
Matt. 13. mnes mixtos communiter vocauit, A ſolis ortu
Luc. 5. vſque ad occaſum. Tunc autem vocabit vt diſcernat. Simul enim zizania cũ tritico creſcũt,
Matt. 22. nec ſinit ea eradicari paterfamilias. Petr⁹ quoque miſsis in mare retib⁹ piſces magnos & paruos concluſit, & vſque ad litus traxit, dũ pene
Ex Caſs frangeretur rete. Et in Euangelio, Paterfamilias miſit ſeruos ad exitus viarum vocare ad nuptias quoſcunque reperirent.

6 Cógregate illi ſanctos eius: qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia.

Ex Aug. CONGREGATE] Vidẽs prŏpheta futura, quaſi præſentia, hortatur angelos congregãtes, & applaudit. q.d. & quia ita erit, Ergo ô angeli meſſores, [CONGREGATE illi ſanctos eius:
Ex Hier. qui ordinant teſtamentum eius,] id eſt, nŏuum, [SVPER SACRIFICIA] id eſt, ſuper vetus teſtamentum. Vel, Qui ordinant teſtamentũ eius. i.
Ex Aug. quĩ cogitant de promiſsis eius. Super ſacrificia, id eſt, ſuper illa quæ operantur, quæ ſunt ſacri-
Ex Alcu. ficia deo. q.d. qui dicũt, Nŏn ſunt cõdignę paſ-
Matt. 20. ſiones huius tẽporis ad futurã gloriã. Vel, Qui ordinãt teſtamentũ eius ſup ſacrificia. i. qui dicũt poſt laborẽ ſequi denariũ. Vel, Qui ordinãt
Ex Caſs. teſtamẽtũ eius ſup ſacrificia. i. quĩ pluris pretii habẽt opera charitatis, quàm ſacrificia pecudũ.

7 Et annuntiabunt cæli iuſtitiam eius: quoniam deus iudex eſt.

Ex gl.int. ET annuntiabũt] q.d. Vĕniet manifeſtus & iudicabit: & hanc [IVSTITIAM EIVS annunciabunt cæli,] id eſt, ăpoſtoli toti mundo.
Ex Aug. Hoc iam impletũ cernimus. Iam enim cęli annunciauerunt nobis hanc iuſtitiam Dei, quod quidam erũt ad dexteram, quidam ad ſiniſtrã, Nullum granũ erit tunc cum palea, & ſi nunc permixta: quoniam deus qui non fallitur, iudex eſt, id eſt, diſcernens.

PARS II. 8 Audi populus meus, & loquar Iſrael, & teſtificabor tibi: deus deus tuus ego ſum.

AVDI POPVLVS MEVS] Secunda pars vbi eſt vox Chriſti monentia vt relictis ſacrifi- Ex Caſs.
ciis pecudũ, fiat ſacrificiũ laudis: hic dicit quid deus deorũ locut⁹ eſt. q.d. deus locutus eſt. Quę
locutus eſt? hęc. ſ. [AVDI] aure, ſcilicet cordis, Ex Hier.
tu qui es [POPVLVS meus] Oſtẽdit in eodem Ex Aug.
verbo, qui & quare debeat audire. q.d. Si populus meus es, audi [ET ſi audis [LOQVAR tibi] aliter, ſcilicet, Si non audis & ſi loquar: non tibi loquar. Repetit ſub alio verbo dicens, Audi [ISRAEL,] id eſt, ſicut Iſrael, id eſt, vir videns deũ. q.d. ſi es Iſrael, id eſt ſi me vides, audire me
nõ negligis [ET teſtificabor tibi,] id eſt, per ſcri- Ex Hier.
pturas, & per miracula oſtendam tibi, hoc ſcili- & gl.int.
cet quod [EGO ſum deus] illẽ generalis, qui eſt Ex Caſs.
omniũ deus per potentiã. & ſum [DEVS tuus] & Hier.
proprie, & familiarius, quia te habeo ſeruum. & Ex Aug.
quĩa in prophetis tibi promiſſus ſum, ideo dicit Exgl.int.
[SVM] quia eſſe propriũ eſt deitatis. Vnde, Ego Exod. 3.
ſum qui ſum, & qui eſt miſit me ad vos. Et nota Ex Aug.
quod prius dicit ſimpliciter, Sũ deus. Et poſtea dicit, Sũ deus tuus. q.d. & ſi nõ ſum deus tuus, tamen ſum deus: bono meo ſum deus: malo tuo non ſum deus tuus. Et ego ipſe

9 Non in ſacrificiis tuis arguá te: holocauſta autem tua, in conſpectu meo ſunt ſemper.

IN ſacrificiis tuis] nõ ẽxhibitis [NON arguam
te] quia non quęro animalia in ſacrificium: hæc Ex Aug.
nolo, ſed [HOLOCAVSTA TVA] id eſt, quæ ſunt tui iuris [SEMPER] non ad tempus, ſunt [IN conſpectu meo,] id eſt, mihi placẽt, illa volo, holocauſta dicit, animam igne charitatis in-
flammatam totã. Vnde alibi, Sacrificium deo Pſal. 50.
ſpiritus contribulatus. In quo pſalmo dicit ani-
malia nolle in ſacrificiũ vel holocauſtũ. Si ăni- Ex Aug.
ma inflammatur & mẽbra in ſuum vſum rapit,
ne ſeruiant cupiditati. Inde ĩn Leuitico pręcipi- Leuit. 3.
tur, vt adipẽ cũ renũculis offerãt, quibus inter- Ex Alcu.
na charitas ſignatur. Sed nẽ putes hęc holocau- Ex Aug.
ſta eſſe de animalibus, ſubdit,

10 Nó accipiam de domo tua vitulos: neq; de gregibus tuis hircos.

NON accipiã de domo tua vitulos] q.d. Nõ arguam ſi non feceris: & ſi feceris [NON accipiam vitulos] in ſacrificium. Vitulos dico qui
ſunt [DE domo tua] quaſi ſignĩficatos vitulos Ex Alcu.
& ſpirituales acciperem, nõ illos, De domo tua.
Vnde propheta, Reddemus deo vitulos labio- Oſee 4.
rum noſtrorũ. Hoc dicẽndo prænuntiat nouũ Ex Aug.
teſtamentum, vbi omnia ſignificatiua ſacrificia ceſſant [NEQVE de gregibus tuis hircos] Ideo à te non accipiam,

11 Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſyluarum, iumenta in mótibus, & boues.

QVONIAM meæ ſunt] quaſi dicat, quia non
ſunt tua, ſed mea: cur ergo quæram à te, quod Ex Aug.
meum eſt qui creaui? Et hoc eſt [QVONIAM meæ ſunt omnes feræ ſyluarum, id eſt, mea ſunt quæ nõ poſsides, ſcilicet indomita. Et etiã [IV-

MENTA]quæ paſcis[IN montibus & boues,]
quaſi dicat, mea ſunt etiam domita quæ tu nu-
tris & poſsides. Vel ſecundum aliã literã, Equi
ſylueſtres & boues, etiã volatilia ſunt mea, quia

12 Cognoui omnia volatilia cæli:
& pulchritudo agri mecum eſt.

Ex Aug. COGNOVI]ab æterno quod nullus homo
fecit[OMNIA volatilia cęli] quę & quot ſunt.
quaſi dicat, & volatilia mea ſunt[ET pulchritu
do agri,] id eſt, vbertas omniũ in terra gignen-
Ex gl.int. tium[MECVM eſt,]id eſt, mihi ſeruit. Vel me-
Ex gl.int cum eſt, quiã ego vbique ſum. Vnde in prophe-
Hiere.23. ta, Cælum & terram ego impleo. Vel, Mecum
eſt, quia apud me nihil pręterit, nihil futurũ eſt:
cum illo ſunt omnia futura, & ei non detrahũ-
tur iam præterita. cũ illo ſunt omnia cognitio-
ne quadam ineffabili ſapientiæ dei. Et ideo,

13 Si eſuriero, non dicã tibi: meus
eſt enim orbis terræ, & plenitudo
eius.

Ex Aug. SI eſuriero] quod nunquam fit, ſed dicitur
ad conuincendum paruulum ſenſu [NON DI-
CAM tibi]vt paſcas me. q.d. ſi hæc datis, forſitan
eſurire putatis, quod eſt inſania[MEVS eſt enim
orbis terræ] ergo ne quęras quod mihi des, qui
ſine labore habeo quod volo[ET PLENITUDO
Ex Hier. eius,]id eſt, õmnes creaturæ, ſed

14 Nunquid manducabo carnes
taurorum? aut ſanguinẽ hircorum
potabo?

NVNQVID manducabo carnes taurorum,
Ex Aug. aut ſanguinem hircorum potabo] Q.d. nõn in
Ex Caſs. ſacrificiis, ſed in pauperibus hæc volo. Myſtice
his ſimilitudinib⁹ figurat eccleſiã. feræ, ſunt gẽ-
tes. iumenta in mõtibus, ſunt ſimplices in cul-
mine fidei. boues, ſunt apoſtoli & prophetę. Vo
latilia ſunt ſupernę angelorũ virtutes. pulchri-
tudo, gentes cõuerſę, quę ſunt decus terræ. i. ec-
Ex Aug. cleſię. Eſurit dominus ſalutem omnium homi-
num, & de omnibus ſatiatur. Carnes verò tau-
rorum non vult in ſacrificiis, ſed in pauperibus.

15 Immola deo ſacrificium laudis:
& redde altiſsimo vota tua.

Ex Caſs. IMMOLA deo] Reprõbato veteri ritu, de
ſe quaſi de alio loquẽs, quid ſibi faciamus, indi-
dicat. q.d. hæc nolo, ſed[IMMOLA deo]nõ di-
cit mihi, ſed de ſe, vt de alio loquitur poſt cum
ait, Peccatori autẽ dixit deus, nõ dixit, ego [SA-
CRIFICIVM laudis] quõd in te ipſe eſt, ſci-
licet vt gratias agas de omnib⁹. ecce quid exi-
git[ET redde]item itẽque[ALTISSIMO VO
ta tua]quæ in te ſunt, non extra te.

16 Et inuoca me in die tribulatio-
nis: eruam te & honorificabis me.

Ex Aug. [ET]tũc[INVOCA me]Nõn enim debes prę-
ſumere de viribus tuis[IN die tribulationis,]id
eſt aduerſitatis, quę ideo datur vt homo inuo-
cet. Vel noſtra tribulatio proprie eſt timore ſa-
lutis, non carnalium. [ET eruam te]ne deficias.
Ecce pręmium oblationis.[ET]ſic[HONORI-
ficabis me] vt iãm non diſcedas à me. Vel, Ho- Ex gl.int.
nori me. i. apud alios cauſa honoris eris mihi.

17 Peccatori autem dixit deus, PARS III.
Quare tu enarras iuſtitias meas, &
aſſumis teſtamentum meum per os
tuum?

PECCATORI]Tẽrtia pars à quib⁹ ſacri- Ex Caſs.
ficiũ velit, hic dicit: vbi peccatori ſuę nequitiæ
imputantur, quia laudem quærit deus, ne putet
turpis hanc ſibi imperari. prohibet ne lingua
pręſumat laudare, cui obuiar praua cõſcientia:
non tamen interdicitur laus conuerſis ad pœ-
nitentiam, ſed oblitis deum, vt inferius ait. q.d.
Immola deo ſacrificiũ laudis, ſed vide ne cantes Ex Aug.
bene, & viuas male, quia[PECCATORI dixit
deus, quare tu enarras iuſtitias meas] Ne ergo
ſecurus ſit, quaſi hoc ſolo ſaluetur, quod bene
docuit. Vel ita continua, Hæc populo ſuo dixit,
ſed nõ ſuo, id eſt, Peccatori dixit deus, hoc con-
tra prædicantem dicitur, ſecurus tamen ſit ille
qui audit, à quocunque audiat bona: ſecũdum
illud, Quæ dicunt facite, quę autem faciũt no- Matt. 25
lite facere. Hoc inquã dixit, Quare tu enarras
iuſtitias meas, cũ opere non impleas, id eſt, qua-
re cõmmuni ſermone, ſcilicet ad populũ pro- Ex Caſs.
fers aliquid de mea maieſtate?[Et aſſumis]. i. in-
deuotus præſumis [TESSTAMENTVM meũ]
ſanctum[PER OS tuum] pollutum, aliis prædi-
dicare? q.d. nec ſancta verba os pollutum pręſu Ex Aug.
mat docere. Vel os hæretici, Non enim lectio
negatur corrigendis. vnde apoſtolus ait, Caſti- I. Cor. 9
go corpus meum & in ſeruitutẽ redigo illud: ne
forte cum aliis prędicauerim, reprobus efficiar.
Nõn igitur ſcelerati ſe miſceant diuinis ſermo- Ex Caſs.
nibus. Idẽo in veteri teſtamẽto erat labrũ ęneũ. Ex Alcu.
in introitu tabernaculi, vbi ſacerdotes lauabãt
manus, ingreſſuri tabernaculũ, & egreſſuri. Vn-
de, Mundamini, qui fertis vaſa domini. Eſa. 52

18 Tu verò odiſti diſciplinam: &
proieciſti ſermones meos retrorſũ.

TV vero]q.d. ore bene dicis, ſed factis negas.
Et hoc eſt [TV vero odiſti diſciplinam,] quia ſi
corrigo, murmuras. lãudas, quando parco. mur- Ex Aug.
muras, quando caſtigo [ET proieciſti ſermones
meos retrorſum,]id eſt, quæ dicis poſt te ponis.
Ne videas, & ne dicas te non feciſſe, quia

19 Si videbas furẽ, currebas cum
eo: & cum adulteris portionẽ tuam
ponebas.

SI videbas furem]Ad literam[CVRREBAS Ex Aug.
cum eo]aſſentiẽdo, laudãdo] ET cum adulteris
portionem tuam ponebas] aliquo conſenſu. In
hĩs enim duobus omnia notat crimina, à patre Ex Caſs.
totum. Vel ſic, Si vĩdebas furem, ſani intellectus Ex Alcui.
ſcripturę, Currebas cum eo, aſſentiẽdo. Et cum
adulteris, ſcilicet, qui ponũt falſum intellectum
in ſcripturis, Portionem tuam ponebas, ãliquo Ex Aug.
conſenſu, id eſt, aſtipulator facti eras. Et

20 Os tuum abundauit malitia:

& lingua tua concinnabat dolos.

Ex Aug. OS tuum abũdauit malitia]quia nõn ſolum non reprehendit,vel tacet:ſed etiam laudat,!& ſi malũ ſciat eſſe vt ſit dolus.vnde ſequitur[ET

Ex Caſs. lingua tua cõcinnabat dolos] Accũſat cõſcientiam & linguam. Concinnabat,dicit, quia mos eſt decipientis,ſic falſa cõponere,vt lepore verborum blandiatur. & hoc facit iſte, etiam cõtra fratrem.Vnde ſequitur,

21 Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum:hæc feciſti,& tacui.

Ex Caſs. Ex Aug. SEDENS]q.d.cũm otio ita tibi placet.Non enim caſu aliu derogat,ſed ſtudio. Quod enĩm tranſiens aut ſtãs facit,non cum volũtate facit. ſed tu [SEDENS loquebaris aduerſus fratrem

Ex Caſs. tuũ].i.õmnẽ hominẽ: quia omnis homo eſt frater conditione primæ natiuitatis[ET aduerſus filium matris tuæ,id eſt,ſanctæ eccleſiæ,cui charitate iũgimur.[PONEBAS]inſidioſe[SCANDALUM,] id eſt, hæreſes. & alia,quibus innocens

Ex Aug. capiatur. Vel ita,Sedẽs aduerſus fratrem tuum, detrahebas.Alia litera,Frater hic accipitur,aliquit bene ambulãs,& bene docẽs: cui dũ detrahit aliquis doctus,ponit ſcãdalum infirmo, qui dicitur hic filius matris.Et eſt,Sedens.q.d.cum ſtudio,Aduerſus fratrẽ tuũ,bene docẽtẽ,& ambulãtem:Detrahebas.& dum hoc facis,Aduerſus filium matris tuæ, id eſt aliquem infirmum, qui adhuc indiget lacte,id eſt, minori doctrina, Ponebas ſcandalum.dum enim detrahit qui doctus videtur fratri forſan bene docenti.vel bene ambulanti,Ponit ſcandalum infirmo,qui neſcit iudicare.& ideo filius matris dicitur,lacte,ſcilicet egens eccleſiæ;nondũ patris ad menſam accedẽs, cuius pane paſcatur, id eſt validioris doctrinæ cibo.Et ideo,ignarus eſt iudicãdi[Hęc] prędicta[FECISTI]ò inique[ET tacui,]id eſt diſtuli pœnam , expectans ad pœnitentiam, ſed tu vertis ad impunitatem.

22 Exiſtimaſti inique quòd ero tui ſimilis arguam te, & ſtatuá contra faciem tuam.

Ex Aug. EXISTIMASTI]q.d.tãcui,vnde[EXISTImaſti]ò[INIQVE quòd ero tui ſimilis]cõſentiendo malis,quia placere mihi putas mala,quẽ non credis vltorem.ſed ego [ARGVAM te, &] arguendo[STATVAM]te[CONTRA tuam faciem,] id eſt,oſtẽdam te tibi, & diſplicebis tibi. quod & modo faceres , ſi te videres . Mihi verò placeres ſi te videres.q.d.quod poſt dorſum poſuiſti,ante faciem tuam ponã, vt ſcias quod male egiſti,& fœditatẽ tuam videas, vt erubeſcas. Et quia ita dixit dominus,ergo vos

23 Intelligite hæc qui obliuiſcimini deum,nequando rapiat, & nõ ſit qui eripiat.

Ex Aug. QVI obliuiſcemini deũ]eũ nemo poteſt reſiſtere,id eſt,qui me deum eſſe non creditis[INtelligite]quod dixi,ſcilicet,quod laudem volo, & gl.int. ſed non à peccatore.nemo dicat ſibi non prędictum. Ideo,Intelligite [NEQVANDO rapiat] deus,id eſt,ẽgo ad pœnam,[ET non ſit qui eripiat] Quãndo diabolus rapit,deus eripit. Cum deus rapit,nemo valet liberare.Hoc ſcilicet intelligite,quod

Ex Alcu. Ex Caſs.

24 Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter quo oſtendam illi ſalutare dei.

Ex Caſs. Ex Alcu. SACRIFICIVM]Nõn quod ſcelerati canunt,ſed[SACRIFICIVM laudis,]non ãnimaliũ[HONORIFICABIT me.] Nemo õffert hoc ſacrificiũ & malus eſt, quia nemo laudat niſi bonus:quia ſi laudat,& bene viuit.Nemo enim laudat ſi bene dicit & male viuit: nec qui bene viuit ſi ſibi dat , vel ſi ſuper aliũ ſe extollit,cui potius irrogare deberet, quod habet. Quĩeſcat ergo à malis, & offerat ſacrificiũ laudis[ET illic].i.In ſacrificio laudis. Eſt[ITER,] quia hoc ſacrificiũ eſt via,ad deum.Hęc eſt ſcala Iacob,qua angeli deſcendũt, & aſcendunt, id eſt,fideles aſcendunt ad laudẽ diuinitatis,& deſcendũt ad laudẽ humanitatis,in Chriſto[QVO itinere[OSTENDAM illi,]id eſt,laudanti[SALVTARE dei,]id eſt me.Salutare dei Chriſtus eſt,qui cum gratia venit, quem non nouit, quĩ alii quam gratiæ aliquid tribuit.

Ex Aug. Ex Alcu.

COLLATIO
In Pſalmum 49.Deus deorũ,

6 CONGREGATE illi ſanctos eius] Heb. Congregate mihi. Sed facilis lapſus in לִי li, vel לוֹ lo,id eſt,mihi vel illi,vtrobique cõſtante ſententia.Item in חֲסִידַי haſidai,& חֲסִידָיו .i.ſanctos meos,ſanctos eius.

9 NON in ſacrificiis tuis arguã te: holocauſta antẽ tua,in cõſpectu meo ſunt ſemper . Sanctes,& Munſterus,& interpretes pro Caietano, ſic verterunt , vt repetatur in ſecunda clauſula negatio pręcedens:quaſi holocauſta veteris ritus non ſint in conſpectu dei,quia non placent amplius illa . Senſus eſt pius, tamen non ſic accipiunt cæteri . Quomodo autẽ debeat intelligi affirmãdo,pete ex gloſſa ſuperiori. vel illa holocauſta, ſunt in cõſpectu meo: quia illis nõ indigeo. Tranſlator ad Campenſem, legit per interrogationẽ, Num ſacrificiorum cauſa redargui te,aut iugis holocauſti coram me offerendi? Chaldæus Paraphraſtes tradit longe diuerſum ſenſum, Non propter ſacrificia tua, quæ nõ ſacrificaſti mihi in captiuitate,ego corripio te;ſed propter holocauſtomata,quę ſacrificauerũt patres tui coram me iugiter.

11 IVMENTA in mõtibus & boues. Hieronymus & alii præter Pellicanum, pro bobus,dicũt mille.Nam ſi dixeris אֶלֶף aleph,id eſt, mille. Si אַלּוּף alluph, id eſt, bos, quomodo apparet LXX accepiſſe.Et vbi non ſunt notulę punctorum,pro voluntate legentis, & iuxta commo-

ditatem fententiæ, hoc aut illud intelligitur.

12 COGNOVI omnia volatilia cæli.] Hebr. הָרִים harim, id est, montium, per quos licet intelligere cælũ aëreum, nisi quod fortasse LXX, acceperunt literam he seruilē (vt dicunt) & deinde rim à themate רָם ram, id est, altus, excelsus. Quasi diceres, volatilia excelsi, quod est cęlũ. Vnde Chaldęus, Quæ volant in aëra cęlorũ.

PVLCHRITVDO agri mecum est.] Hieronymus, Vniuersitas agri. Pratēsis, Sãctes, Munsterus, & Campensis, Fera vel ferę agri. Pellicanus, amœnitas agri cum LXX. interpretes pro Caietano, Mobile agrorum. זִיז ziz duo habet significata. Prius idem quod splēdor, apparitio, eoque apte vertetũt pulchritudinem. Secũdum, est nomen generale bestiarum syluestrium. ob idq; Hieronymus vertit vniuersitas agri, quasi vtrunque complexus. Alii sequuti sunt aliã significationem. Translator ad Campensem, habet, auiculæ agri me non latent.

21 SEDENS aduersus fratrē tuum loquebaris.] Plærunque submonuimus ex Hieronymo, Bonum interpretē, nõ debere se captiuum reddere: vt plus ęquo seruiat literę, quod & in pręsenti loco, docuit Suniam & Fretellã ipse Hieronymus dicens, In Græco legisse vos dicitis κατελάλεις, & putatis nõ bene versum, quia diximus aduersus fratrē tuum loquebaris: & debuisse nos dicere, aduersus fratrem tuum detrahebas. Quod vitiosum esse, & in lingua nostra nõ stare, etiã stultis patet. Nec ignoramus quod καταλαλία dicat detractio, quã si voluerimus ponere, nõ possumus dicere, Aduersus fratrem tuum detrahebas: sed de fratre tuo detrahebas. Quod si fecerimus rursum contentiosus calumniator ingret, quare nõ diximus κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου, hoc est aduersus fratrem tuum. Hæc superflua sunt, & nõ debemus putida nos verborũ interpretatione torquere, quum damnũ non sit in sensibus: quia vnaquęque lingua (vt ante diximus) suis proprietatibus loquitur.

Senētia D.Hieronymi de perito interprete.

24 ILLIC ITER quo ostendam illi salutare dei.] Hieronymus, Qui ordinat viam, ostendam illi salutare dei. Sanctes, Ponenti viam dei coram se, ostendam salutē dei. Sic & alii in eundem sensum, præter Pellicanum: qui nobiscum habet illic iter. Diuersitas orta est ex duplici lectione vnius voculæ habentis tantum duas literas שם. Si enim super priorem, videlicet ש, posueris punctum, quod vocant smol, id est, sinistrum hoc modo שָׂם sam, significat ponere, collocare. Si autem per ismin, id est, punctũ in dextro cornu שָׁם scham significat illic, quomodo acceperunt LXX & Pellicanus. Consentit translatio ad Campensem, Hac via ostendam ei salutem dei.

Aduerte lectorquã facilis lapsus pateat Hebręarũ literarũ interpretibus.

L. PSALMI TIT.

Psalmus Dauid cum venit ad eum Nathan propheta, quando intrauit ad Bersabee.

MISERERE mei Deus] Titul. [PSALMVS Dauid, cum venit ad eũ Nathan propheta, quãdo vel quoniam intrauit ad Bersabee.] Legitur in libro Regum, quod Dauid prospere regnãs, atque in suo palatio sedens vidit Bersabee vxorem Vriæ, lauantem se; & concupiuit eam, & ad se vocatam cognouit. Comperto autē ꝙ per eum esset facta grauida, reuocauit ab expeditione Vriã, si forte ad vxorem intraret, vt eius concubitu grauida crederetur. Vrias autem noluit dum in castris populus dñi laboraret. Scripsit ergo rex duci exercitus sui Ioab, vt Vriam poneret in illa parte prælii vbi occideretur. hac epistola suę mortis acceptã Vrias dedit Ioab, qui ita fecit sicut præceperat Dauid, & occubuit Vrias. Sic ergo Dauid cum adulterii culpã celasset, Nathan propheta immissus à deo intrauit ad eum, & quæsiuit ab eo iudiciũ de diuite, qui cum haberet centũ oues, vicino pauperi solam quam habebat ouiculã rapuit. Cum autem iudicaret Dauid hunc esse dignum morte: Respondit Nathan, sic & tu fecisti, qui cũ haberes multas vxores & cõcubinas, vnam quam habebat Vrias rapuisti. Ad vocem ergo prophetæ Dauid pœnituit, & in conspectu omnium cõtestans peccatum suum, se reum abiecit. & hoc est quod ait titulus [PSALMVS] iste attribuitur [DAVID] prophetę. Psalmus dico, agens de pœnitētia & humilitate, quam habuit Dauid [CVM venit ad eum Nathan propheta] missus à deo ad arguendũ eum, qui similitudinem de oue pauperis proposuit. Venit dico, vt argueret eũ de peccato, quod fecit [Quãdo intrauit ad Bersabee]. Vel, Redargueret eum de hoc, quoniã intrauit ad Bersabee. Vīcit pax prosperitatis, quem bella non vicerunt. Dauid autem hic ꝓponitur in exemplum non cadēdi, non prosperitatis otia affectandi, sed si cecideris resurgendi. Et ne desperes de peccati immanitate, cum videas Dauid post reatum homicidii, & adulterii, per pœnitentiæ humilitatem, deo placuisse. Nam arguente eum Nathan propheta, rea nõ erubuit peccatũ publice confiteri. Nõ se excusauit vt solet homo, & à se pœnas exegit, quas vix ferret aliquis coactus. in cõspectu omnium reum se abiecit, cuius iudicium ab omnibus timebatur, vnde hic specialiter humilitas ostenditur, quæ adeo pœnitentibus valet. Indē est quod hic pœnitentialis psalmus plus aliis frequentatur in ecclesia: quia hic magis humilitas ostenditur, & quia hoc est temperatum supplicationis genus, quod etiam implere infirmi possunt, quia hic nihil difficile dicitur vt in aliis, Lauabo per singulas noctes lectum meum, & grauata est super me manus tua, Putruerunt & corruptę cicatrices meæ, & cinerem tãquam panē mãducabã. De profundis clamaui Persecutus est inimicus animã meã. Sed hic à pio pe-

2.Reg.11

Ex Aug.

Ex Cass.

Ex Aug.

Ex Cass. in cõclus. psalmi huius.

Psal.6.

Psal. 37

Psal. 129.

Psal.142.

lit misericordiam. Alibi ergo districtiora for-
tioribus: hic temperara prouidit infirmis. For-
san ideo dicet, Docebo iniquos vias tuas, & im-
pij à te conuertentur, quia præuidit per hunc
psalmũ, plures petituros veniã. Et est iste psal-
mus quartus in ordine pœnitentialium, & in or
dine psalmorum. Quinquagesimus est, pro mo-
Leuit. 25. do jubilei, quia hic est psalmus remissionis. Iu-
bileus quippe annus in lege quinquagesimus e-
rat, in quo omnibus debita remittebãtur, & pos
Ex Alcu. sessiones alienatę restituebãtur. Vnde Iubileus
initians, vel remittens dicebatur. Ita per pœni-
tentialem humilitatem, de qua hic agitur, plena
hic pręstatur peccatorũ remissio. Intentio, mo-
Ex Cass. net ad pœnitentiam. Modus. Quinque sunt
& Alcu. partitiones. Prima pars est deprecatio, vbi ca-
ptat à persona iudicis per misericordiam & iu-
stitiam qua punire deberet, nisi quia iste satisfa
cit, quod est à sua persona captare. Secundo, ex
auctoritate dei manifestantis confidentia ablu-
tionis ostẽditur, ibi, Incerta, &c. Tertio, ex cõ-
fidẽtia securus petit dilectionem omnium pec-
catorum, & plenam restitutionẽ, ibi, Auerte fa-
ciem tuã. Quarto dicit, quid restitutus persol-
uat, ibi, Docebo. Quinto, de ędificatione Hie-
rusalẽ prophetat, ibi, Benigne fac domine. Da-
uid ergo non excusans peccatũ, sed publice con
fitens, ait,

MIserere mei deus secũ-
dum magnam miseri-
cordiam tuam.

Ex Cass. MISERERE mei deus] Hõc
dicens locum aufert iudicio,
id est discussioni, quia factum conceditur [SE-
CVNDVM] magnam misericordiam tuam] na-
turalẽm, cuius misericordia est diuina natura.
Ex Hier. quasi dicat, ad tuam misericordiã confugio, vt
grauibus vulneribus curacã remissionis infun-
das. Misericordiam dico, Magnam, quia, magna
Ex Aug. est miseria mea, & ideo magnam exigit medici-
nam. de graui enim peccato desperandum esset,
nisi esset magna misericordia, quæ nõ potest dif
Ex Cass. finiri quanta sit. Bene ergo dicit, Magnam, quę
de cælo deũ deposuit, corpore induit, vt pate-
retur & moreretur: per quã credebat iste, se fa-
cile absolui: per quam sciebat genus humanum
liberari. Quid ergo non poterat dare, cum se-
cundum se rogatur deus ignoscere?

2 Et secũdum multitudinem mi-
serationum tuarum dele iniquita-
tem meam.

ET] miserere mei [SECVNDVM multitudi-
Ex Greg. nem miserationum tuarum] ãb initio seculi ex-
in psalmis hibitarum, id est, secundum multitudinẽ facto-
pœniten. rum tuorum, quæ supẽrat magnitudinẽ quam-
Ex Cass. libet peccatorum. Ecce ẽ per misericordiã & mi-
Ex Greg. serationẽ petit iste. Et est, Misericordia in natu-
Ex Cass. ra, miseratio in effectu. Quomodo verõ misere
ri velit, ostẽdit [DELE] vt nullũ remaneat pec-
Ex gl. int cati vestigiũ [INIQVITATEM meam] cõn-
tra proximũ commissam: quem modum delẽdi
velit, ostendit: postea subdit,

3 Amplius laua me ab iniquitate
mea: & à peccato meo munda me.

LAVA me ab iniquitate] quã peccaui cõtra Ex Cass.
Vriam. Laua dicit, quia videbat per spiritũ ablu & gl. int.
tionem baptismi, vbi plena ablutio & remissio,
& taliter ablui petit. Et [LAVA me à peccatis
meis, quod in me fuit carnis voluptate. Laua di Ex gl. int.
co, [AMPLIVS] quàm ab actu peccati: quia
plus peccaui quàm actu, quia sciẽnter, & ex vo- Ex Aug.
luntate vtrũque feci. Tu ergo, [AMPLIVS la-
ua] vt non modo culpam operis, sed etiam rea- Ex Alcu.
tum volũtatis abstergas. Vel, Amplius laua, quã
petere intelligam. Laua dico, & [MVNDA me] Ex Hier.
scilicet sic lãua, vt mũdes me. lauãtur enim quę- Ex Cass.
dam, quæ tamen non sunt pura.

4 Quoniam iniquitatem meam
ego cognosco: & peccatum meum
contra me est semper.

QVONIAM INIQVITATEM] cũius mise- Ex Aug.
ricordiam petit, vt ignoscat, quia scit iustum
vt peccata puniat. subdit, Quoniam iniquita-
tẽ. posset enim ei dici, Petis per misericordiam
peccatum deleri, quid ergo erit? per misericor-
diam peribit iustitia vt hoc sit impunitum? nõ,
quia ego punio, Et hoc est, Tu ideo ne punias,
[QVONIAM iniquitatẽ meã ego cognosco,]
quasi dicat, Ignosce, quia ego cognosco, nõ dis-
simulo [ET peccatum meum cõtra me est sem-
per] Sibi fecit iste, quod Deus in iudicio faciet: Ex Cass.
vnde supra, Arguam te, & statuam cõtra faciem
tuam. Vel secũdum aliam literã, [ET peccatum
meum contra me est semper, nõn habet pecca- Ex Aug.
tum post tergum, vt prius habuit cum neglige-
ret. post tergum enim peccatum habuit, cũ tex
sentẽtiam in diuitem, qui rapuit ouem paupe-
ris, dedit, oblitus sui.

5 Tibi soli peccaui, & malum co-
ram te feci, vt iustificeris in sermo-
nibus tuis, & vincas cum iudicaris.

TIBI soli] Dicõ mũda, & merito te oro vt Ex gl. int.
mũdes, quia [PECCAVI] in me carnis volupta
te, sed] TIBI soli] quiã rex est omnib⁹ superior. Ex Cass.
& ideo à deo tantũ, qui est maior eo, puniendna
est. Si quis de populo errauerit: & deo peccat,
& regi. Rex verò non habet hominem qui sua
facta diiudicet. Ideo ait, Tibi soli peccaui [ET
MALVM] commissum in proximum [CORAM
te feci] Hoc dicit, quia vbique scit deum esse.
Vnde se arguit, quia eo præsente non erubuit.
Tibi soli peccaui, quia à deo iustus est [VT iu-
STIFICARIS,] id est, vt iustus & verax inue-
niaris [IN SERMONIBVS tuis,] id est, in ei-
bis quæ dixisti, cuius verba non transeunt, sed Luc. 21
implentur. Vnde cælum & terra trãsibunt, ver-
ba autem mea non trãsibunt. & adeo iustus es,
[VT vincas,] id est superes in iustitia, alios [Cũ
iudicaris,] id est, cũ mihi & aliis in iudicio com
pararis. Deus enim tantæ iustitiæ est, vt se cum Esa. 6
homine velit iudicari. Vnde in Esaia, Iudicate
inter me & vineam meam. & postea quasi sub
iudice causam suam exponens, ait, Populé meus

quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? Responde mihi: ergo contra eum quem ex pastore regem fecit, talem habet iustitiam, vt vincat, si inter se & eum iudicetur. Vel ita ab illo loco,
Ex Aug. Tibi soli, Christo nullum peccatum habenti, in præsciētia, id est, in spiritu prophetię dicit Dauid. Tibi soli, quasi dicat, Ideo dico tibi munda, quia, Peccaui, in me, Tibi soli, quia tu solus sine peccato es. Et ideo iustus punitor. Ille enim iuste punit, qui nō habet in se quod in illo puniatur. Ille est iustus reprehensor, qui non habet in
Ex Hier. se quod reprehendatur. Hic est inter homines
Esa. 53 solus Christus, de quo Esaias. Qui peccatū nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et malum, in proximum, Coram te feci, id est, in tui præsentia. Tibi soli peccaui, qui adeo iustus es,
Ex Aug. Vt iustificeris, id est, solūs verax inueniaris, In sermonibus tuis, quia solus in omnibus vnū potuit dicere homo deus, vnde deus verax, omnis homo mendax. Vel adeo iustus es, Vt vincas, omnes iniustitias. superas enim omnes homines, omnes iudices: & qui se putat iustum esse, co-
Iob 25 ram te iniustus est. In cuius conspectu astra non
Iob 4 sunt munda: qui in angelis tuis reperis prauitatem. Tu ergo solus iuste iudicas, Cū, id est, quā-
Ex Aug. uis iniuste, Iudicaris, id est, iniuste iudicatus sis, à Pilato, & à Iudæis. Vel ita, Et, adeo iustus es,
Ex gl. int. Vt vincas, diabolum & mortem & Iudæos, Cum iudicaris, in iudicio quo iudicatus es. videt enim futurum iudicem iustum, à peccatoribus iudicandum, & in eo iudicio vincentem qui ascendit super occasum. occidēdo enim victor fact⁹ est. Vnde ero mors tua ô mors. Vel ita ab illo loco, Vt iustificeris in sermonibus tuis,
Ex Greg. &c. Ostēndit esse veracem patrem in promissione qua promiserat Christum ex stirpe Dauid nasciturum, quod quidam propter peccata Dauid deum non implere dicebant: contra quos Dauid dicit loquēs ad deum patrem. Ideo munda, Vt, me mundato, Iustificeris, id est, verax reperiaris, In sermonibus tuis, qui sunt de promissione Christi, quam mihi fecisti. Et vincas, id est, ostendas illos mendaces, Cum iudicaris, ab eis, non facere quod promisisti. Vel ita, Agit contra illos qui dicebāt deum Dauid non indulgere, eo quod tam grauiter deū offenderat. Precatur ergo Dauid vt pareat, vt sic impleat quod promisit de venia ingemiscentis, di-
Ezech. 18 cens, Quacūque hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor, quasi dicat, Ideo munda, Vt iustificeris in sermoni-
Ex Greg. bus tuis, qui sunt de promissione venię ingemiscentis. Vt vincas, id est, cōuincas eos, Cum iudicaris, ab eis non parcere mihi.

6 Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

ECCE enim] Dixit Christum iustum & in
Ex Aug. iustitia alios vincere: sed ne putetur eos vincere tantum qui grandia commiserunt, & nō eos qui ex quo nati sunt, nihil tale commiserunt: Personam totius humani generis in se ostendens subdit, [ECCE ENIM] quasi dicat, Vere vincis. Ecce enim. Vel ita cōtinua, Peccaui, & non mirum, quia ecce [CONCEPTVS sum in iniquitatibus] originalibus & actualibus, id est, ita conceptus sum, quod & macula origina-
lis peccati teneor, & ad actualia pronus existo. Ex gl. int.
In iniquitatibus se conceptum dicit, non quia peccatum sit misceri coniugibus, cum sit causa
prolis: sed ideo quia quod fit, id est, concipitur Ex Aug.
de carne pœnali fit: & quod de corpore mortuo per peccatum seminatur, cum vinculo peccati originalis nascitur: & mortis temporalis & æternæ. Non igitur se conceptum in iniquitatibus dicit, eo quod de adulterio sit natus. imò de sancto Iesse, & coniuge ipsius: sed ideo quia in omnibus trahitur iniquitas ex Adam, & vinculum mortis. Nemo enim nascitur, nisi trahēs pœnam, & trahens meritum pœnæ, nisi tu qui de spiritu sancto conceptus es. Ergo etiā in his imputas peccata, qui nullum actuale peccatum cōmiserunt. In omnibus enim sunt vincula peccati, propago mortis: tu deus vincis, qui de spiritu sancto es conceptus, aduertenda est humi-
litas pœnitentis, qui omnia confitetur à paren Ex Cass.
tibus traducta, vnde minuitur inuidia peccati: si à radice peccator est, id est, quia à radice se peccatorem confitetur, & tam humilis confessio tot peccatorū misericordiā pii cōmouet iudicis: de vno arguitur, & omnia cōfitetur. [ET IN peccatis] libidinis [CONCEPIT me] vel aluit me in vtero [MATER mea,] id est, cōcupiscentia libidinis, quæ peccatū est, nisi excusetur per
bona coniugii. Nam hoc opus castum in con- Ex Aug.
iuge, non habet culpā, sed origo peccati in prole secum trahit debitam pœnā. Ideo ita fateor me peccasse, quia

7 Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapiētiæ tuæ manifestasti mihi.

ECCE] in euidenti [VERITATEM DI-
LEXISTI] quasi dicat, Nōn in te culpam refun Ex gl. int.
do, sed veritatē profiteor, quam diligis. hic pœnitens, quia in confitēndo dixit veritatē quam deus super sacrificia quærit: supplicat sibi subueniri. Vel ita, Ideo ita punio peccatū meum, quia, Ecce in manifesto, Veritatem dilexisti,
qua peccatum punias, licet sis pius indultor. Ex Aug.
Sic enim misericordiam dat deus, vt seruet veritatem, vt nec peccata eius sint impunita: cui ignoscit. Ignoscit enim seipsum punienti. Misericordia ergo est quod homo liberatur, veritas est, quod punietur peccatum. [INCERTA] Secundā pars secundum quosdam, vbi ex Ex Cass.
auctoritate dei manifestantis occulta: ostēditur & Aleu.
cōfidentia ablutionis. quasi dicat, Oro vt mihi parcas, quia iā, Incerta [ET OCCVLTA SAPIENTIAE TVAE,] id est, aduentum filii tui, qui aliis incertus, aliis occultus erat [MANIFESTASTI MIHI] per spiritū prophetię.
Per hōc enim propheriā notat, qua ei reuelatū Ex Cass.
est, vt sciret quod deus filium haberet, & de suo semine nasceretur, vnde sibi à peccato magis erat cauendum. Vel ita, Incerta & occulta sapien-
tiæ tuæ, id est, cōgnitionis tuæ, id est, quę de co- Ex Hier.

gnitione tua aliis sunt occulta, Manifestasti mi-
hi. Vel, Incerta & occulta sapientiæ tuæ, id est,
2. Re. 12. remissionis peccatorũ mihi per sapientiã rene-
latæ, Manifestasti mihi. Pẽt Nathan prophetã,
Ex Aug. qui dixit mihi pœnitẽti, Trãstulit à te dominus
peccatum tuum. Incẽrta autem & occulta sunt,
quod talibus ignuscit deus. Sub hac incertitu-
dine Niniuitæ pœnituerunt, dicentes, Quis
scit si cõuertatur & ignuscat deus? Sed hoc no-
uit Dauid, dicente sibi confitenti Nathan pro-
pheta, Dimissum est tibi peccatum tuum: ideo
confidenter inquit,

8 Asperges me hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.

ASPERGES ME] Hic secundum quos-
Ex Cass. dam authores, secũda partitio huius psalmi di-
citur esse, quæ est confidentia misericordiæ dei,
quæ multum est vtilis, ne surrepat desperatio,
quæ omnibus peccatis est grauior. q.d. Incerta
& occulta manifestasti mihi: & ita certus sum
quod [ASPERGES ME domine hyssopo,] id
est, sanguine Christi, & charitatis humilitate,
Ex Aug. scilicet vt radice charitatis sim fixus in Christo.
Hyssopus enim herba est humilis, sed medici-
nalis, cuius radix Petræ hærere dicitur, ita ho-
mo hac in mysterio aspersus fit humilis radice
charitatis, fixus in humili Christo, & sic mun-
datur. Dicitur hæc herba etiam purgare pulmo-
nes: in quibus est inflatio: sic humilitas, superbiã
depellit, [AT] sic [MVNDABOR] & suppo-
nit qualiter. [LAVABIS me] ãqua baptismi. s.
Ex Hier. sicut in baptismo lauabis fideles tẽpore gratiæ.
Vel, Mundabis me. Alia litera [ET DEALBA-
BOR super niuem,] id est, incomparabiliter.
Ex Cass. Vel ideo dicit, Super niuem, vt notet se esse ve-
Ex Aug. stẽ: domini & ideo sine macula & ruga, quia ve-
stimenta Christi in transfiguratione domini fa
cta sunt alba sicut nix, per quæ sancti signifi-
Galath. 5. cantur. Vnde, Quotquot in Christo baptizati
Esa. 1 estis, Christum induistis. Quorũ si fuerint pec-
cata vt vermiculus, velut nix dealbabuntur. Et
hoc est, Et dealbabor super niuem, id est, vt sim
Ex Aug. vẽstis domini sine macula & ruga. Vnde & in
monte vestis Christi fulsit sicut nix. Et sic ego
audiam, &

9 Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata.

AVDITVI meo dabis gaudiũ] Nõta istum
Ex Aug. humilem esse. q.d. Audiã te humilis, non loquar
contra te superbus defendẽdo culpam. Et huic
[AVDITVI MEO dãbis gaudium] de abso-
Ex Cass. lutione peccati; dicẽndo dimissum est tibi pec-
Ex Hier. catum tuum [ET LAETITIAM] de æternis,
Ex Aug. quæ promittis mihi. Qui enim humilis audit
& discit, intus gaudet de veritate. Vnde amicus
sponsi stat & audit. stat, non cadit loquendo: &
gaudet gaudio, propter vocem sponsi [ET] quia
iam humilis sum [EXVLTABVNT OSSA,]
id est, interiora mea [HVMILIATA] quia sunt
sine fastu, non habẽt tumorem: tumor enim in-
fusa repellit.

10 Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. PARS III.

ADVERTE] Tertia pãrs, vbi ex cõfidentia Ex Cass.
securus petit deletionem omnium peccatorũ,
& plenam restitutionem. quasi dicat, ossa sunt
humiliata. Et ideo, [AVERTE A PECCA-
TIS meis] nõn à me [FACIEM TVAM,] quia Ex Aug.
ea ante faciem meã habeo. Si enim homo aduer
tit peccatũ, deus auertit faciem ne puniat. Ad-
uerte ergo peccatum, vt auertat deus: ne aduer-
tendo, ipse animaduertat, qui est virga vigilia-
tum. Vnde ad Hierem. dicitur, Quid tu vides Hiere. 1.
Hieremia? Virgam vigiliarũ ego video. Virga
vigiliarũ deus est, qui vigilat super populũ suum
ad puniendum, si ille dormit ad confitendum:
dormit vero, si ille vigilat. Dico auerte, & a-
uertẽdo [DELE] de notitia tua [OMNES INI- Ex Aug.
QVITATES meas] plus præsumit iste, quã de
illo grãdi peccato homicidii & adulterii, & hoc
per magnã misericordiã dei. De duobus culpa-
tus, prudenter pro omnibus orat. Dico dele, &
deletis malis.

11 Cor mundum crea in me deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

CREA IN ME DEVS COR MVN-
DVM,] quasi nõuum aliquid. Sed quia & ante Ex Aug.
peccatum innocens fuerat, addit [ET INNO-
VA spiritum] meum faciẽdo [RECTVM] quia
curua erat spiritus mei rectitudo: ad terrena.
Rectus est spiritus, cũ ei deus est bonus per om-
nia, vt & Dauid postea fuit, etiam in aduersis.
Et non tantum in spiritu me innoua: sed etiam
[IN VISCERIBVS MEIS] Vnde adulte- Ex Cass.
rium exiit. In rẽnib' enim sedes est voluptatis, Ex Greg.
Vnde de diabolo dicitur, Cuius virtus est in homil. 13.
lumbis, & in vmbilico ventris. Ideo in vtris- euang.
que partibus anima scilicet & carne remedium Ex Cass.
curationis petit, quia in eis peccauit: Sic desi-
derat expiari, vt videatur nil tale vltra velle cõ-
mittere.

12 Ne proiicias me à facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

NE proiicias me] q.d. A peccatis faciẽ auer-
te, sed [NE proiicias me à facie tua] vndẽ lumẽ Ex Cass.
& sanitas venit, cuius faciem amittere timet,
eius faciẽ inuocat, [AT SPIRITVM sanctum
tuum,] id est, gratiam spiritus sancti [NE au-
feras à me.] Auferas dicit, quia iam habet do- Ex Aug.
num spiritus: qui cõfitetur & pœnitet, quia nõ
potest esse confessio peccati, & punitio in ho-
mine, ex seipso. Cum enim quisque sibi irasci-
tur, & displicet, sine dono spiritus sancti nõ est,
Vel spiritum prophetiæ, qui sibi omnibus pre-
ciosior est rebus, solum peto non auferri, tacẽs

de cæteris,Ne auferas ſpiritum.& per eum,

13 Redde mihi lætitiam ſalutaris
tui:&ſpiritu principali cõfirma me

Ex Aug. REDDE mihi] quia peccando amiſi [LAE-
TITIAM ſalutaris tui,]id eſt Chriſti,per cuius
vẽturi fidem, priores ſaluati ſunt, vt nos per fi-
dem factæ rei ſaluamur: tempora variata ſunt,
non fides [ET ſpiritu principali,] id eſt, ſpiritu
Ex Hier. ſancto,id eſt,per gratiã ſpiritus ſancti,qua igno
uiſti mihi[CONFIRMA me.] Non ſolum non
auferas,ſed etiã confirma.Vel ita,Per hoc quod
ter dicit ſpiritum, notant quidam trinitatẽ hic
in deo,qui eſt ſpiritus nõ corpus : ſpiritũ rectũ
filium dicũt : ſpiritum ſanctum ſuo nomine in-
telligunt:per ſpiritũ principalẽ,patrẽ accipiũt.

PARS IIII 14 Docebo iniquos vias tuas : &
impii ad te conuertentur.

DOCEBO]Quarta pars,vbi dicit quid re-
Ex Alcu ſtitutus perſoluat. prius plorans,iam fit doctor.
Ex Aug. Dicẽ cõfirma me in gratia qua ignouiſti, & cõ-
firmatus non ero ingratus,ſed[DOCEBO] vel
exemplo, quia dũ ſibi parcitur,aliis ſpes datur:
vel verbo,poſtea magnalia dei prędicauit.[INI-
Ex Caſs. QVOS] qui in fide manentes peccant [VIAS
Ex gl.int. tuas,]id eſt, miſericordiam & veritatem.Quos
dixerat iniquos,poſtea eoſdẽ dicit impios,ſub-
dẽs,[ET IMPII]vt ego ſum.Vel,Impii ſunt,
qui pœnitus ſine deo ſunt,id eſt,infideles & im
Ex Caſs. pii,inquam[AD TE conuertentur]Eccẽ quæ-
ſtuoſus de prædicatione fructus, ſcilicet quod
impii ad te cõuertuntur , hoc dicere nõ eſt ela-
tio,ſed prouidẽtia: quia per iſta verba multi o-
rantes ſoluti ſunt.docebo,quod vt poſſim,

15 Libera me de ſanguinibus deus
deus ſalutis meæ: & exultabit lin-
gua mea iuſtitiam tuam.

LIBERA me de ſanguinibus deus deus] O-
Ex Aug. mnes nouimus latine nõ dici ſanguines,ſed ſan-
guinẽ : ſed et ſi minus latine dicatur pluraliter
quam ſingulariter:tamen magis proprie plura-
liter dixit. Innuẽs multa peccata ex origine car
nis peccati trahi, id eſt, ex carne per originale
1. Cor. 15. peccatum corrupta. Vnde, Caro & ſanguis re-
gnum dei non poſsidebunt, id eſt,peccata quæ
de carnis & ſanguinis corruptione,veniunt.Et
hoc eſt[LIBERA me de ſanguinib⁹,ô[DEVS]
id eſt,de carnalibus peccatis quæ multa ſunt,vt
iam ab his deſinã. Vel ita,Libera me de ſangui-
nib⁹,id eſt, ab omni corruptione pœnæ & cul-
pæ,& da incorruptionem, quod implebitur in
futuro.vnde ſequitur,Deus deus,dator[SALV
TIS meæ]qua ſalus erit in incorruptione,cum
hoc mortale induet immortalitatem,modo iam
eſt in ſpecie.[ET]ſic [EXVLTABIT LIN-
GVA mea,] id eſt, cum exultatione annunciabit
[IVSTITIAM TVAM] Alioquin niſi prius
mundatus fuero, timeo quod ſupradictum eſt,
Quare tu enarras iuſtitias meas.Nõta quod iu-
Ex Caſs. ſtitiam laudat,cum pietati vel miſericordię po-
tius debet gratias agere,ſed iuſtitię fuit cõfiten-
tem ſuſcipere.Et hę duę rẽs ſemper iudicio do-
mini adiunctæ ſunt,nec in te dubito,quia,ô

16 Domine labia mea aperies: &
os meũ annuntiabit laudem tuam.

Ex Caſs. DOMINE labia mea aperies]propter pec
Ex Aug. cata clauſa[ET OS meum] etiam cordis arca,
nũ [Annunciabit laudẽ tuam].ſ. quod me creã-
ſti,quod peccantem non reliquiſti, quod con-
Ex Caſs. fiteri monuiſti,quod mãdaſti.Hoc õbtẽdo,quia
non vis ſacrificia pecudum.

17 Quoniã ſi voluiſſes ſacrificiũ,
dediſſem vtique : holocauſtis non
delectaberis.

Ex Aug. QVONIAM ſi voluiſſes ſacrificium].quod
illo tempore pro expiatione pendebatur [DE-
DISSEM vtique] Videbat propheta tempus
gratiæ,quo hæc figuratiua ceſſarent.Si voluiſ-
Ex Caſs. ſes[DEDISSEM,]ſed[NON delectaberis]ſacri
ficiis,nec etiam] HOLOCAVSTIS]quæ ſunt
Ex Hier. digniora, quæ aduẽtu Chriſti reſpuũtur.Quid
ergo offerendum? non pecudes,non hyrcũ, ſed

18 Sacrificium deo,ſpiritus cõtri-
bulatus: cor contritum & humilia-
tum deus non deſpicies.

Ex gl.int. SACRIFICIVM] peccãtorum,quod placet
[DEO]eſt[SPIRITVS contribulatus] in quo
Ex Aug. datur ſpes veniæ conuertendis,ſi pœnitere ve-
lint.lætus & laſciuus ſpiritus obligat hominem
peccato, Sed ſpiritus contritus,eſt ſacrificium,
quo peccata ſoluuntur.ſequitur huius ſacrificii
promiſsio, ô deus [NON deſpicies cor contri-
tum] pœnitentia. Spernis deus taurum & hyr-
cum,&c. Quæ tempus habuerũt, dum aliquid
Ex Caſs. promitterẽt futurum. [ET humiliatũ]deo con-
fitendo:nõ elatum peccatum excuſando. Prius
dicit contritum,& poſt humiliatum;quia nõ po
teſt humiliari,niſi prius contritum ſit.

PARS V. 19 Benigne fac domine in bona
voluntate tua Sion : vt ædificentur
muri Hieruſalem.

Ex Caſs. BENIGNE fac]Quinta pars,iam gaudens
Ex Alcu. de ædificatione Hieruſalẽ,id eſt, eccleſiæ:pro-
phetat in qua ſacrificium iuſtitiæ fiat.q.d.ſacri-
ficium eſt tibi ſpiritus contritus , quod ſacrifi-
ciũ vt tibi fiat ô[DOMINE benigne fac Sion,]
Ex Aug. id eſt, eccleſiæ . Supra vnus præcabatur , ſcili-
cet propheta, ꝓ ſeipſo . Ecce iam eſt hic typus
& imago eccleſiæ, quæ figuratur per Sion, pro
qua precatur hic propheta in ſua vel eccleſiæ
perſona,dicens huic,Sion,id eſt ſpirituali,Sion,
ſcilicet eccleſiæ , quæ aliquid ſpeculatur, quod
Ex gl.int. ſperat.Benigne fac,id eſt,mitte filium,& dimit-
te peccata. Et hoc, In bona voluntate tua,nõn
ſibi tribuat aliqua merita[VT AEDIFICEN-
Ex Aug. tur muri Hieruſalẽ.]Per primũ hominẽ deſtru-
cti.i.munimẽta immortalitatis noſtrę,q̃ dabitur
in futuro. cõſtituantur in fide,ſpe,& charitate,
Ex Greg. Hæc ſunt bõna merita per quã nobis defende-
tur immortalitas in futuro,quo modo conſum-

mari precatur, &c.

20 Tunc acceptabis facrificium iuftitiæ, oblationes &. holocaufta, tunc imponent fuper altare tuum vitulos.

Ex Aug. TVNC] fcilicet cum ædificati fuerint muri, fcilicet in futuro [ACCEPTABIS,] id eft, acceptum tibi erit [SACRIFICIVM iuftitiæ] laudis. modo offertur tibi facrificium pro iniquitate, cor cõtritum. Sed tunc folius laudis, quod eft facrificiũ iuftitię. Et tũc acceptabis [OBLATIONES & holocaufta,] id eft fanctos, qui erũt holocaufta. Ita vt diuinus ignis eos totos abfumat, id eft, feruor charitatis, & fic leuetur holocauftũ, vt fiãt fpirituales, vt abforbeatur mors

Ex gl.int. in victoria [TVNC imponent] Angeli meffores

Ex Aug. [VITVLOS,] id eft, nouos populos innocentia, fcilicet nouæ ętatis, colla libera à iugo legis, & peccati [SVPER altare tuũ,] id eft, cæleftem

Ex Alcu. Hierufalem. Vel ita, & legitur de præfenti. Dico ædificetur Hierufalem, & cum ecclefiam conftruxeris, Tunc acceptabis facrificium iuftitiæ, id eft, iuftitia erit tibi facrificium. &. Tunc acceptabis oblationes & holocaufta, id eft, minores fancti, qui per oblationes intelliguntur: &

Ex Cafs. perfecti, qui per holocaufta tibi offerentur, Tũc

Ex Hier. imponent, facerdotes, Vitulos, id eft, innocẽtes, & adultos, fine iugo peccati. Super altare tuũ,

Ex Cafs. id eft, fidẽ. Vel, Vituli: funt prædicatores, qui orbem mugitibus prędicationis implẽt, qui a maioribus, vt ab apoftolis imponuntur fuper altare ecclefiæ. Et eft, Tunc imponẽt, fcilicet maiores prælati, Vitulos, id eft, prædicatores. Super altare tuum, id eft, ecclefiam. Vel vituli funt qui fe deo offerunt in facrificium, id eft, martyres. Et eft, Imponent, feipfos vitulos, Super altare tuum, id eft, feipfos offerent tibi. Vel ita vt accipiatur facrificium iuftitiæ. Pafsio filii, id eft, Chrifti, Oblationes & holocaufta, ad fideles pertinent. Et eft, Tunc acceptabis facrificium iuftitiæ, id eft tibi erit accepta pafsio Chrifti, & acceptabis, Oblationes & holocaufta, id eft, fideles, pro tuo nomine patientes, tibi erunt grati. reliqua non mutantur.

COLLATIO
In Pfalmum quinquagefimum, Miferere mei deus fecundum magnam, &c.

2 MISERERE MEI deus fecundum magnam mifericordiam tuam.] Additũ eft à LXX, magnã, quo infinuetur pondus rei. Imo in quibufdam codicibus legitur in plurali, fecundum mifericordias tuas. Plurale autem emphafim habet כְּחַסְדֶּךָ quehafdeca. Vnde Hieronymus libro fecundo aduerfus Iouinianũ, Dauid poftea tentatur à diabolo, & poft peccatum pœnitens loquitur, Miferere mei deus fecundum magnam mifericordiam tuam. Magnũ peccatum, magna vult deleri mifericordia.

5 Et vincas quum iudicaris.] Dubium eft in Heb. Gręco, & Latino, an verbum Iudicaris accipiatur actiue, an pafsiue? quia Græce & Hebraice ponitur infinitiuus. Quod fi ad verbum trãsferas in iudicare feu iudicando te ἐν τῷ κρίνεσθαί σε בְּשָׁפְטֶךָ beffophteca. Hieronymus iuxta Hebræos, fine ambiguo pafsiue reddidit, quum iudicaberis. Explanatio quoque eius, in hunc verficulũ, idipfum declarat. Amplius caput Efa. 23. commentatus hoc citat modo, Et vincas quum fueris iudicatus. Tamen ipfe Hieronymus, libro 2. aduerfus Iouinianũ, fub actiua fignificatione interpretatur. Sufpicor (ait) te aliquãdo vt hominẽ fuiffe mentitũ, omnis enim homo mendax, vt fit folus deus verax: & iuftificetur in fermonibus fuis, & vincat quum iudicauerit. Sic & actiue accipiũt Neoterici tranflatores, præter Pelicanũ. Paraphrafis Campẽf. itidem videtur fumpfiffe pafsiue, quũ ait, ęquiffimus iudicaberis. Sed vtrunque quadrat. Nẽpe φ deus appareat iuftus, quũ iudicatur à perfidis hæreticis non remittere peccata pœnitentibus: aut vt interpretatur Ambrofius in cap. Lu. 9. quod peccemus, tantum venit nobis tribuendũ: omnia quæ per fe funt iufta, deo. Ait enim, Mifcretur ergo dominus, ne quis deficiat in via. Si quis ergo defecerit, non per dominũ Iefum, fed per fe deficit: nec habes quod afcribebas domino, qui vincit quum iudicatur. Quid enim dicas ei, qui in te contulit omnia firmamenta virtutum? Nónne ipfe te genuit? Nónne ipfe te pauit? Cibus eius virtus eft, cibus eius fortitudo eft. Sed fi tu negligẽtia tua virtutem quam acceperas perdidifti, non alimentorũ cœleftium, fed tuæ mentis tibi præfidia defuerunt. Hęc ille. Iam quod ad iuftifsimum, in quo nõ poteft peccatum habere locum, fpectet proprie iudicare, hoc eft punire peccata, & peccatores, palam eft. Cæterum vbi habemus, & vincas, Hebraicantes (præter Hieronymum) vertunt, purus fis aut mũdus appareas תִּזְכֶּה tizkeh, Hieronymus dicit nobifcum, Vincas. Et certe זָכָה zicah, fi vocabulario editionis Hifpanicæ credimus, interdũ fignificat vincere. Quin & Mũfterus idipfum atteftatur fecundũ authorem a.ruca. dictionarii Chaldaici. vtut fuerit, nõ lõge difcrepat ab eodem fenfu. Victoria enim iudicis fupra reum, eft vt fic purus ab eo crimine, in quod animaduertere debet. Quod quam proxime deo, qui eft ipfa iuftitia, congruat: nemo ambigit.

6 ECCE enim in iniquitatib' cõceptus fum, & in peccatis cõcepit me mater mea.] Frigidũ eft fatis quod Faber & Cęnus cõtendũt melius legi iniquitate & peccato fingulariter, ob noxam originalẽ. Debuiffent enim attendere Dauid affumere perfonam generis humani, & peccatorum omnium radicem. Deinde quod philofophantur, ea Heb. melius legi, Peperit me mater mea: vt Dauid exprefsius oftẽdat fuã humiliationem, per hoc quod nõ eft fanctificatus in vtero, veluti Hieremias, & Ioannes baptifta, nihil agũt. quia dictio Hebraica יָחַם iaham proprie fignificat calefacere & concipere,

7 ECCE enim veritatem dilexisti, incerta & occulta sapiẽtiæ tuę manifestasti mihi.] Neoterici traductores aliter distinguentes, aliter etiã vertũt. Ecce enim veritatem dilexisti in intentionibus vel renibus, vel interioribus, & in occulto sapientiam mihi notam facies. Hieronymus iuxta Hebræos est nobiscũ, Ecce enim veritatem diligis, abscõditum & arcanum manifestasti mihi. Particula Hebraica טֻחוֹת tuhoth significat renes, viscera: ac teste Munstero, capitur pro puris cogitationibus & adfectibus. Hęc autem sunt nobis incerta & abscõdita, vt interpretes reddiderunt secundum intelligentiã, non verba. Vnde Hieronymus ad Suniam & Fretellam. Noluimus immutare quod ab antiquis legebatur: & idem sensus erat, quanquã ad alium locum hoc dicit.

15 ET spiritu principali confirma me.] Hieronymus, Spiritu potenti confirma me. Pellicanus, Spiritu libertatis sustentabis me. Pratensis, Spiritu munifico, sic & Munsterus, &c. Sanctes, Spiritus voluntarius confirmet me. Interpretes pro Caietano, Spiritu spõtaneo, &c. Cęterum נָדִיב nadib, significat principem munificum, liberalem, vt in eandem redeant sententiam. Vnde paraphrasis Campensis, Principe illo spiritu muni me. Nebiẽsis, Spiritu nobili, &c. Chaldęus, Spiritus propheticus cõfortabit me.

17 QVONIAM si voluisses sacrificium dedissem.] Heb. legit כִּי לֹא תַחְפֹּץ זֶבַח וְאֶתֵּנָה Ki lo tachpotz zebah veitenah. Quod si anxie reddas, non vis seu non dabis sacrificium, & dabo: sensus est obscurus, nisi legens per interrogationem, vt facit Sanctes, & dabo? Vnde quo dilucidior esset sensus apposite verterũt interpretes. Sic & Hieronymus, Nõ enim vis vt victimam feriam, sic & Nebiensis. Quod exprimens Munsterus, extulit hoc modo. Nam non desideras sacrificium, alioquin darem. Translatio ad Campensem, nobiscum est. Quoniam si amares victimam redderem.

LI. PSALMI TIT.

In finem intellectus Dauid cum venit Doeg Idumæus, & annuntiauit Saul, & dixit, Venit Dauid in domum Abimelech.

QVID gloriaris in malitia.] Titulus [IN finem intellectus Dauid cum venisset Doeg Idumæus, & annuntiauit Saul, & & dixit, Venit Dauid in domũ Abi-
1.Reg.21 melech.] Legitur in libro Regũ quod Dauid fugiens à facie Saul, venit in Nobe ciuitatem ad Abimelech sacerdotem, à quo quæsiuit panes & gladium, cui dedit panes propositionis & gladiũ Goliæ: & misit Dauid ad Achis regẽ Geth.
Quãdo verò Abimelech dedit Dauid gladium
& panes, intererat Doeg Idumæus, potentissimus pastorum Saul. Cum autem Saul quadam
die cõquereretur quod nullus nũtiaret sibi Dauid, dixit Doeg, Vidi filium Esai in Nobe apud
Abimelech, qui pro eo dominum consuluit, &
dedit ei cibaria, & gladium Goliæ. Præcepit
ergo Saul emissariis, vt interficerent Abimelech, & omnes sacerdotes qui erant in Nobe.
Illis autem nolentibus extendere manus in sa- 2.Re.22.
cerdotes domini, ait Saul ad Doeg, Irrue in sacerdotes: & irruit in Doeg, & trucidauit octuagintaquinque viros vestitos Ephoth. Viros quoque qui erãt in Nobe, & mulieres & paruulos,
& animalia occidit, solus Abiathar filius Achimelech euasit & fugit ad Dauid. Hãc historiam
tãgit iste titulus: nec discrepat à veritate histo- Ex Aug.
riæ, nisi quia in libro Regum legitur Achimelech, cum huius psalmi titulus habeat Abymelech. Hieronymus quoque dicit in Hebræo esse Ex Hier.
Achimelech. Ita enim dictus est sacerdos ille, sed
propter similitudinem literarũ, scilicet beth &
caph, quæ modico apice differũt, variatur Abimelech. Vel forsan sicut supra in præcedenti Psal. 33
populo titulus habet, non coram Achis, sed co- Ex Aug.
ram Abimelech mutato nomine, vt non res historiæ prosequaris, sed mysteriũ, ita & hic. Mysterium ergo prosequentes, prius nominum interpretationes, deinde mysticas eorũdem signi- Ex Hier.
ficationes attendamus. Abimẽlech interpreta- Ex Aug.
tur ergo, patris mei regnũ, & significat Iudęos.
Domus Abimelech regnum est Iudæorũ, quod
pater instituit: Doeg, motus: Idumęus, terrenus
ab Edom, quo nomine vocatus est Esau. Saul
petitio, & significat mortem, quam homo pec- 1.Reg.18.
cans verbis & manibus appetiit, sicut populus à
domino Saulem regem extorsit. Dauid, manu
fortis, vel desiderabilis aspectu. Doëg prodidit Ex Aug.
Dauid, & sacerdotes occidit, non Dauid. Sicut Gene. 22
aries immolatus fuit pro Ysaac, nõ Ysaac, vbi. i.
in quo vtroq; facto effuso sanguine, resurrectio
Christi & vita significata est, id est significatum
est quod Christus, & si secundum hominem sanguinem funderet & pateretur, quod significat
arietis immolatio, & sacerdotum occisio: tamẽ
secundum deitatem impassibilis & illesus viuebat, quod significat Dauid euasio. Doëg Idu- Ex Aug.
mæus, id est, motus & terrenus, est genus malorum hominum, terrenum quod mouetur,
non perseuerat in æternum. Dauid rex come- Leuit. 24
dit panes propositionis, quos non licet edere,
nisi solis sacerdotibus, figurauit non solum personã regis, sed etiam sacerdotis. Est ergo Dauid
Christus, & corpus eius: hic autem mixta sunt
terrenum regnũ, & cæleste, id est boni, qui sunt
regnum dei, & mali qui sunt regnum diaboli.
De his duobus generibus hominũ, agit hic psalmus: & non est oratio pro malis, sed prophetia,
qua dicitur quid sit eis futurum. Et est sensus tituli [INTELLECTVS DAVID] prophetæ
mittens nos [IN FINEM] Hic ostẽditur quid
habuit de hoc quod factũ est [CVM VENISSET DOEG] i. motus [IDVMÆVS] i. terrenus, i.
genus malorum. [VT NVNTIASSET Sauli,]

quia prodidit Christũ morti. Quid? [VENET
Ex Aug. Dauid,]id est,Christus [IN domũ Abimelech]
id est ad Iudæos, quia tunc proditus est morti
Christus,cum venit ad regnum patris,id est,re-
gnum Iudæorum, quod pater instituit. Et hoc
Ex Cass. in illa historia figuratũ est. Aliter Doeg Idũ-
męus aduersarius Dauid, qui interpretatur mo
tus & terrenus,significat antichristum, qui to-
tum orbem mouebit,qui veniet per signa & mi
racula ante aduẽtum iudicii,& auxilium à Sau-
Ex Alcu. le, id est à diabolo petens, nuntiabit Dauid ve-
nisse in domum Abimelech, id est, Christũ ve-
nisse ad ecclesiam:quę est regnum dei patris.Et
est sensus,Intellectus Dauid,prophetæ, tendẽs,
In finem.Hic aperitur habitus de hoc quod fa-
ctum est, Cum venisset Doeg Idumæus, id est,
antichristus.Et nuntiasset Sauli, id est diabolo,
Venit Dauid, id est Christus, In dumum Abi-
Ex Cass. melech, id est ad ecclesiam. & vtitur præterito
pro futuro.Intẽtio,Roborat fideles cõtra Chri
stum antichristũ, & eius complices. Modus.
Quattuor sunt partitiones. Prima est inuectio
Doeg, vt fideles roboret. Secũdo agit de celeri
fine iniqui,ibi,Propterea deus destruet te in fi-
nem.Tertio pro deiectione eius ponitur irrisio,
ibi, Videbunt. Quarto dicit quomodo contra
eum bonus se habeat,ibi, Ego autem,Propheta
ergo inuectionem faciens contra Doeg, dicit,ô
tu Doeg,

QVID gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?

Ex Aug. QVI POTENS es in iniquitate]quod minimum est.
[QVID gloriaris in malitia]
quasi dicat,in bono gloriandum est, quod ma-
gnum est. Quæ verò sit iniquitas hæc,exponit
subdens,

2 Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.

Ex Aug. TOTA die,] id est,sine intermissione. Ecce
iniquitas[LINGVA tua cogitauit iniustitiam]
id est,meditatio mali est in lingua,in qua osten-
ditur leuis mens,præceps dictio: quia non ante
Eccle.2. cogitat quã loquatur. Vnde Salomon ait,In ore
Ex Hier. stultorum est cor eorum. Iste talis si non potest
Ex Aug. facere,loquitur malum:sed si & hoc nequit, sal
tem cogitat, vt quando aliquid mali abest à ma
nibus,à corde nõ absit. Quid verò efficiat sub-
dit,[FECISTI dolum sicut nouacula acuta,]
Ex gl.int. id est, itã expedite, Sicut nouacula acuta, cito
& facile radit. Vel sicut nouacula superfluos &
Ex Aug. inutiles pilos radit: itã mali sanctis capillos ra-
dunt,id est, inutilia & superflua rapiunt, scili-
cet mala desideria & bona præsentia, quæ san-
cti contemnunt,cum ipsa vita,vt sint filii Cho-
Matt. 10. re; quibus dicitur, Nolite timere eos qui occi-
dunt corpus, animam autem non possunt oc-
cidere. Et est,Fecisti dolum sicut nouacula acu
Ex Cass. ta,quiã inutilia rapit, & animum purgat. Vel,
Fecisti dolũ sicut nouacula acuta, quæ dũ prõ- Ex Alcu.
mittit innouationem,incîditita & ille dolosus,
id est, antichristus suis promittit beatitudinem;
& occidit.

3 Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatẽ magis, quàm loqui æquitatem.

DILEXISTI] q.d. non tantum fecisti, sed Ex Cass.
etiam[DILEXISTI malitiam] nõn deserit ma
lum qui diligit[SVPER benignitatem,]quia &
si benignitas quandoque tangit animum eius,
refugit.Et nota quod ait,Dilexisti malitiam su- Ex Aug.
per benignitatem.q.d.vtrũnque habes ante te:
sed hoc,id est malitiam eligis peruerse.& ita fa-
cis, quasi leues aquã super oleum, & terram su-
per cælum.sed cum his, id est, ad similitudinem
horum cadis,inferius. quia sicut ista suo ponde-
re deorsum feruntur: sic tu benignitati præfe-
rens malitiam ruis in profundũ, quia talentum
plũbi super quod sedet iniquitas, vt Zacharias
propheta ait,amplexaris. Dilexisti etiã [LOQVI Ex Cass.
iniquitatem magis quàm ęquitatem] quasi nec
mala tegis verbis decoris,sed,

4 Dilexisti omnia verba præcipitationis tuæ,lingua dolosa.

DILEXISTI omnia verba pręcipitationis]
tuæ & aliorum. Dico dilexisti,tu qui es [LIN- Ex Hier.
GVA dolosa,] id est, linguosus & dolosus. Vel Ex gl.int.
sic,Dilexisti omnia verba præcipitationis. Hæc
sunt verba pręcipitationis,scilicet,Lingua do- Ex Aug.
losa, id est, dolosa verba fallaciæ ministra, aliud
in corde gestantium, aliud ore promentium.

5 Propterea deus destruet te in finẽ:auellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. PARS II.

Ex Cass.
PROPTERERA] Sĕcunda pars,vbi agit de
celeri fine iniqui.q.d.hęc dilexisti[PROPTER-
EA deus destruet te in finem] & si nõn modo, Ex gl.int.
quia prius[EVELLET te] .i.dignitatem aufe-
ret, & post emigrabit, id est, faciet te transferre
[DE TABERNACVLO TVO,]id est,de hac
vana gloria,in qua ad tempus es.Vel,De taber-
culo suo.Alia litera, etiã accipit tabernaculum
præsentem ecclesiam, vbi modo est Doeg Idu-
mæus cum Dauid cui insidiatur, id est, paleæ Ioan.8.
cum granis, serui cum filiis, qui non manebunt
in domo in ęternũ.Et hoc est,[ET EMIGRA-
BIT te,]id est,emigrare faciet te[DE TABER
NACVLO suo,] id est,dẽ præsenti ecclesia, vbi Ex Aug.
sunt paleæ cum granis. q. d.modo es in taber-
naculo,sed seruus non manet in domo in æter-
num:modo si qua bona facit seruus, mercedem
suam recipit [ET RADICAM TVAM] e-
uellet [DE TERRA VIVENTIVM,] id est,
de beatitudine sanctorum. Radix nostra chari-
tas est, qua radicati sumus in terra viuentium;
de qua radix huius, id est,voluntas eradicatur,
quia non est altius fixa per charitatem, sed est

in arida petra & sterili, supra quam facta-ta semina aruerunt, quia non habebant humoré. Ecce Doeg. i. motus, vnde loquitur titulus. (Ex Aug.) Hic est enim puluis quem proiicit ventus à facie terræ. (Lucæ 8) Vel radix mali, est cupiditas, quæ non parit fructum in terra viuentium. (Ex Cass.) Vel specialiter loquitur de Antichristo, cuius radix sunt ministri eius, qui cum eo nihil habebunt, cum sanctis,

PARS III 6 Videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent: ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum.

(Ex Cass.) VIDEBVNT] Tertia pars, vbi pro deiectione eius à sanctis irrisio facta ostenditur. q. d. hæc (Ex gl. int.) patientur mali, sed nō sine fructu piorum, quia, [VIDEBVNT] modo [IVSTI] id est, vident (Ex Aug.) nunc quid malis euenturum sit in finem [ET timebunt] id est timent sibi ne & ipsi cadant [ET] in futuro [SVPER eum ridebunt] id est, irri- (Ex gl. int.) siōne dignum iudicabunt. Hic vero flent, nunc (Ex Aug.) enim ambulant, vt Petrus ait, Intendentes ad (2. Pet. 1) propheticum sermonem, quasi ad lucernam in nocte, donec dies luceat, & Lucifer oriatur in cordibus nostris, id est Christus appareat, qui est lux nostra. Et ideo timendum est modo, quia in nocte agitur, tunc vero erit dies. & ideo tunc (Ex gl. int.) [RIDEBVNT super eum] quia non erit tūc locus correctionis [ET dicent, ecce homo] nō deus [QVI non posuit deum adiutorem suum] sed se deum fecit. q. d. non sperauit in deo, sed in diuitijs. Vnde sequitur,

7 Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: & prçualuit in vanitate sua.

SED sperauit in multitudine diuitiarū suarum] Nōn dicit, habuit diuitias, quia habet ali- (Ex Aug.) quis qui non amat, & ardet auaritia, etiam qui nō habet, [ET præualuit in vanitate sua.] quia nihil est vanius eo qui putat plus valere minimum q̄ deum. (Ex Cass. & Alcu.) Vel de Antichristo specialiter agitur. Et præualuit in vanitate sua, quia plus omnibus alijs malis fideles decipiet.

PARS IIII 8 Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei: sperauí in misericordia dei in æternum, & in seculum seculi.

(Ex Cass.) EGO autem] Quarta pars, vbi dicit quomodo cōtra eum se bonus habeat. Et nota quia hucusque fuit vituperatio illius partis: hic vero est laus contrariæ partis. Ecce perfecta demonstratio. q. d. Mali sperant in diuitijs. Ego autem, dicit populus fidelis, qui sum [IN domo dei] id est ecclesia [SICVT oliua] quæ hyeme & æ- (Ex Cass.) state viret [FRVCTIFERA] de cuius germi- (Ex Aug.) ne Christus est. Pŏpulus dei est ista oliua, de qua (Rom. 11) fracti sunt superbi rami, id est Iudæi, & insertus est humilis oleaster de gētibus. Ego, inquam, qui sum oliua. [SPERAVI in misericordia dei] ille scilicet, Doeg in diuitijs. Misericordia dei di-co, duratura [IN æternum] Quod autem dixit in æternum, repetit. [ET] pro, id est [IN seculum seculi.] vt repetendo confirmet quàm fundatus est in amore regni cælorum. Vel ita, Speraui in misericordia dei, non ad terrena adipiscenda, sed ad ea quæ sunt, In æternum, & in seculum seculi, id est æterna. Et,

9 Confitebor tibi in seculum, quia fecisti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

CONFITEBOR tibi in seculum] id est laūdabo te, In seculum [QVIA fecisti] prædicta, (Ex Aug.) scilicet quod sum oliua, quod Speraui in misericordia dei] in æternum, [ET expectabo] nōn (Ex gl. int.) ero præproperus. [NOMEN tuum] id est rem nominis tui, quōd est Iesus, scilicet, quod tunc (Ex Cass.) saluabor. Ideo expectabo nomen tuum [QVONIAM bonum est] Iōcundum est nomen, sed (Ex Aug.) non nisi gustanti, amarum vero est seculum. Dico bonū est, sed [IN conspectu sanctorum tuorum] tantum, non in conspectu impiorum, qui non gustant amando.

COLLATIO

In psalm. quinquagesimūprimum, Quid gloriaris in malitia? qui potens.

1 QVID gloriaris in malitia, qui potens es inquitate?] Hieronymus & Heb. reddunt penè oppositum sensum in secunda sententia, ad eum modum. Hieronymus, Potens misericordia dei tota die. vt exordium sequentis versus, respiciat finem præcedentis. Neoterici hebraïcatores fingunt diastolem in particula potens. Quid gloriaris in malitia ô potens? Misericordia siue pietas dei mecum est, supple per totum diem. Pietas autem & iniquitas, quid non compugnant? Sed sciendum apud Hebr. idem vocabulū חֶסֶד hesed, notare & pietatem, & vitium. Dehinc vbi legunt nūc, ante hæc verba tota die אֵל el, id est dei, referēdo ad pietatem quæ præcedebat. Lxx legerunt אֶל el, id est, ad, quasi dicas, ad totum diem, alias, tota die. Vbi nulla est discrepantia prorsus in literis. Punctulus & is tertius, distantiam facit. (Ex pūctulo Hebr. grādis cōtrarietas oritur.) Et ob variam lectionem, necesse erat hanc aut illam sequi distinctionem ad præcedētia & sequentia: & verbum ambiguum, altero & altero reddere significatu. Et translator ad Cāpensem accepit, el, non pro deo, sed pro gigāte. O, inquit, facinorose gigas.

4 DILEXISTI omnia verba præcipitationis.] Hieronymus, Ad deuorandum. Siue vt transferunt interpretes pro Caietano, Verba glutinionis. Prateusis, Depresionis. Sanctes, Omnia verba dissipata בָּלַע bala iuxta Hebr. significat deuorauit, deglutiuit: & qui præcipitaoter loquitur, quasi verba deuorat. Itē corripit, diruit, perdidit, in secūda cōiugatione. Hinc

בָּלַע bela, corruptio, præcipitatio. Eodem tum demũ recurrit intelligentia. Nam Matt. 12. Ex abũdantia cordis os loquitur. Et quando quispiam corde peruerso, exardescit proximo incõmodare, ore nefario quàm potest præcipitantissimè expromit quod gestat in corde maligno, ad subuertẽdum, quare mox subtexitur. Lingua dolosa לְשׁוֹן מִרְמָה leschon mirmah, quod potest reddi septimo aut vocante casu ex Heb. licet apud LXX legatur γλῶσσαν δολίαν, linguam dolosam, vt respiciat verbum præcedens, dilexisti, aut intelligatur prępositio בְּ, per linguam dolosam: quemadmodum in translatione Romana, in lingua dolosa. Et certe Chaldæo respondens interpretatio est prorsus cum nostra lectione.

Verbi pręcipitationis quid.

7 PRAEualuit in vanitate sua.] Hier. In insidijs suis. Et ad eum modum Nebiensis. Reliqui dicunt in prauitate sua. Vocabulum הַוָּה hauath iuxta Hebræorum traditionem, significat corruptelam & prauitatem, ac malitiã cordis & operis. Ad sensum parui refert. Chaldęus autem dicit, In pecunia sua, in quam sperare, quàm vanum sit, docet euangelium.

LII. PSALM. TIT.

In finem intellectus Dauid, pro Amalech, vel pro Maeleth.

1.Re. 27 DIXIT insipiens.] Titulus. [IN finem
1.Reg.30 intellectus Dauid pro amalech.] In libro Regum legitur quod Dauid fugiens à facie Saul, abijt cum sexcentis viris ad Achis regẽ Geth, qui dedit ei ciuitatem Sicelech, quã Dauid absente Amalechitę inuaserunt, & succenderunt, captiuas quoq; duxerunt vxores eius, & aliorum, & filios & filias. Quod cum accepisset Dauid, reuertens de exercitu regis Achis, insecutus est eos atq; percussit, reduxitq; omnia quæ rapuerãt. Hanc historiam tangit iste titulus, Amalechitę vero qui interpretantur populus lingens terram, significat Antichristum & suos, terrena amantes, qui in fine mundi pro viribus vastabit ecclesiam. Sed Dauid, id est Christus, verè manu fortis, eandem liberabit percussis Amalechitis, id est, Antichristo & suis. Et est sensus, hic est [INtellectus Dauid] prophetæ, dirigens nos [IN finem, id est, in Christum, quem habuit [PRO Amalech] id est de Amalechitis, qui vastauerunt Sichelech, per quos intellexit membra Antichristi ecclesiam vastatura, quæ hic cõfutantur. Vel secundum aliam literã, quam ponit Aug. s. [PRO Maeleth.] Maeleth vero interpretatur dolens, vel parturiens: & significat ecclesiam, quæ dolet refrigente charitate multorum, & parturit donec Christus formetur in illis. Pro hac, scilicet parturiente, agit hic Propheta de malis, minando illis & increpando, inter quos gemit parturiens. Et est sensus, hic est, Intellectus Dauid, prophetæ, tendens [IN finẽ habitus, pro Maeleth, id est pro parturiente, vel dolente, quæ est ecclesia, pro qua increpantur hic homines inter quos gemit. Et notandum quod supra idem psalmus quantum ad verborum superficiem præcessit. Sed differt ab isto tam titulo, quàm materia: quia ibi de incarnatione domini: hic de aduentu iudicij agitur. Intentio Prophetæ, est ecclesiam contra malos roborare & consolari, quę consolatio in fine psalmi ostenditur. Modus. Tripartitus est psalmus. Prima pars est increpatio malorum. Secunda, comminatio per finem, ibi, Nonne. Tertio, dicit quòd salus sit parturienti, ibi, Quis dabit. Primo ergo increpans malos & improperans, ait,

Ex Rem. Ex Alcu. Ex Aug. Ex Cass. Ex Aug. Ex Cass.

DIXIT insipiens in corde suo, Non est deus.

DIXIT insipiens] Inter hos insipientes dolendum est. licet enim singulariter dicatur, tamen plures intelliguntur. [INSIPIENS] ergo, id est, omnis qui male viuit, [DIXIT] quia deus audit, & si non homo, vt quod dicitur, auditur [IN corde suo] & si ore nõ audet. Quid dixit? [NON est deus.] Qui enim putat deo placere mala, nõ eum putat esse deum. Vel qui dicit eum omnibus parcere. Idem nanque deo est, esse deum, & esse iustum: quia iustitia in deo deus est. Qui ergo negat eum esse iustum, negat esse deum. Eum vero negat esse iustũ, qui ei putat placere mala, vel nõ punire. Hic est cui supra dictũ est, Aestimasti quod ero tui similis. Ille dicit, Nõ est deus. Vel, Insipiens, id est, Iudęus, Dixit in corde suo, id est, studio deliberatæ malitiæ, Hic homo, non est deus. Idem hodie mali dicunt, cur ita? quia,

Ex Aug. Ex Cass. Ex Aug. Ex Alcu. Ex Aug.

2 Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis: non est qui faciat bonum, non vsq; ad vnum.

CORRVPTI sunt] Vel ita continua, hoc dicunt illi, & ideo, Corrupti sunt, ab omni vi rationis [AT] quod deterius est [ABominabiles] facti sunt] omnes qui dicunt, non est deus. Et hoc [IN iniquitatibus suis] adeo quod non est de illis [QVI faciat bonum.] sed,

Ex gl.int. Ex Hier.

3 Deus de cælo prospexit filios hominum: vt videat si est intelligens aut requirens deum.

DEVS de cælo] mittẽdo filium suum. [PROspexit super filios hominum] id est, misertus est eorum qui deberent esse filij hominum, portando imaginem noui hominis. Vel, De cælo, id est per sanctãs animas, Prospexit super filios hominum, id est admonuit [VT videat] id est videri faciat [SI est] aliquis [INtelligens] cognitione [AVT requirens deum.] opere. Vel sic, Si est intelligens: aut si non intelligit, si saltem, Est requirens intelligere Deum. Dico quòd prospexit, sed,

Ex gl.int. 1.Cor. 15 Ex Aug. Ex gl.int. Ex Alcu.

4 Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum.

Ex Aug. OMNES declinauerut] quasi prospiciendo hoc inueni, & [SIMVL] cum ipsa declinatione
Ex Hier. & gl.int. [INVTILES facti sunt] sibi & alijs. Vnde, [NON est qui faciat] ex se, scilicet ductus ratione [BONVM] & quasi ex dolore repetit [NON est vsq;
Ex Aug. Ex Cass. ad vnum] id est nec vnus. Si vel, id est saltem vnum exciperet, diceret præter vnum. Notatur hic congruus ordo, prius declinant tunc inutiles: inde, Non est qui faciat bonum.

PARS II 5 Nónne scient omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam vt cibum panis?

Ex Cass. NONNE scient.] Secunda pars, vbi est cōminatio malorum per finem. Minatur enim illis
Ex Aug. iste qui loquitur pro parturiente, q.d. illi dicunt, nō est deus, sed [NONNE scient omnes] in futuro, qui modo scire nolunt [QVI operantur iniquitatem] & [QVI plebem meam] quæ
Ex Cass. parturit & dolet [DEVORANT] volentes eā consumere. Deuorant dico, [VT cibum panis]
Ex Aug. id est assiduè. Nónne, inquam, hi omnes, Scient,
Ex Alcu. quoniam deus verè est. q.d. scient vtique pœnarum experimento. & merito hoc eis, quia hi,

6 Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non fuit timor.

Ex Aug. DEVM non inuocauerunt] hoc quisq; inuocat quod vult habere. hoc dicendo consolatur gementes, ne imitentur prosperantes. quia tales deum non inuocauerunt, vnde cito perituri sunt: vnde sequitur. Et ideo, [ILLIC trepidauerunt timore vbi non fuit timor.] id est de terrenis timēt, de quibus nō esset timendū, sed non de his vbi esset timendum, id est, de æter-
Ioan.11. nis, sicut & Iudæi qui deum occiderunt, ne perderent locum & gentem. Quare hoc?

7 Quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt, quoniā deus spreuit eos.

QVONIAM deus dissipauit ossa eorū] id est
Ex gl.int. interiora bona [QVI hominibus placent] id est
Ex Aug. placere quærunt. Os vero illius, id est Christi,
Ioann.19 nemo confregit, qui hominibus placere noluit, confractis ossibus duorum, qui cum eo fuerunt
Ex Cass. crucifixi. Boni sibi displicent, cum carnem castigant: mali sibi placent. [CONFVSI sunt, quoniam deus spreuit eos] Hoc specialiter ad literam de Iudæis, quia locum perdiderūt pro quo
Ex Aug. Christum occiderunt. Vel de omnibus generaliter malis. Et ponit præteritum pro futuro. Cō
Ex Alcu. fusi sunt, id est confundentur, quia à regno dei separabuntur. Quoniam deus spreuit eos, id est spernet, sed israel saluabitur. Vnde sequitur,

PARS III 8 Quis dabit ex Syon salutare Israel: cum conuerterit dominus captiuitatem plebis suæ, exaltabit Iacob & lætabitur Israel.

QVIS dabit ex Syon] Tertia pars, vbi dicit Ex Cass.
quod salus erit parturienti ecclesiæ. q.d. dixistis Ex Aug.
non est deus, sed ô vos stulti, [QVIS] procedēs [EX Syon] id est de Iudæis [DABIT salutare Israel.] Nónne hic solus cui dixisti, Nō est deus? Vtique iste solus dabit, tunc [CVM auerterit dominus] qui modo inter manus vestras tenetur captiuus [CAPTIuitatem plebis suæ] & tunc [IACOB] verus, id est, Christianus populus, cui Genes.25
maior seruiet, [EXVLTABIT] hic, quia hæc intelligit. [ET] ipse idem factus [ISRAEL lætabitur] in futuro, quia ipse cognoscet perfectè.

COLLATIO
In psal. quinquagesimumsecūdum, Dixit insipiens in corde suo.

Titulum עַל־מָחֲלַת al mahalath, Hierony. interpretatur chorum, alij hæreditatem. Quidam musicū instrumētum. Munsterus dicit incertum esse Heb. quid significet. Legitur græcè ὑπὲρ Μαελέθ. Vnde in latinis codicibus videtur mendosè legi, pro Amaleth, loco pro Macleth, idque potuit nōnullos decipere. Ipsa proinde Augu. interpretatio, macleth, id est parturiens à radice Hebræa חָלַל halal, ostendit exemplaria typis excussa esse corrupta, quandoquidem habent pro amaleth, in titulo, cui interpretamentum subiectum reclamat, pro parturiente.

4 SIMVL inutiles facti sunt.] נֶאֱלָחוּ neelahu, id est putruerunt, corrupti sunt. Hieronym. adhæserunt. Nam radix אָלַח alah, dicitur per metathesim, id est transpositionem literarum, teste Rab. Da. Kimhi in libro radicum, pro חָלָא hala, quod significat oppressit, attenuatus est. Hinc חֶלְאָתָהּ heleathah, id est rubigo, secundum Hieronymum, & illa metallo adhæret: vt corrumpat & exedat. Sic impij per mutuam malitiæ communicationem, sese perdunt & corrūpunt, vt coram deo fœteant.

7 QVONIAM deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent.] Hieronymus vertit, Ossa circundantium te. Pratensis, Sanctes, Munsterus, & interpretes pro Caietano, ad eundem sensum. Heb. legitur, חֹנָךְ honac, à radice חָנָה hanah, id est obsedit, castrametatus est. Ergo apparet Lxx legisse חֹנֵן honen, id est gratificātis: & periphrasi vsi sunt, quo clarescerer sensus: sic dixerunt, qui hominibus placent. Pellicanus legit vt litera caph in fine sit essentialis, non accidentaria: quia vertit ossa dedicationis, à themate חָנַךְ id est dedicauit.

LIII. PSALM. TIT.

In finem in carminibus vel hymnis intellectus Dauid, cum veniſſent Ziphæi ad Saul, & nuntiaſſent Saul, Nónne Dauid abſconditus eſt apud nos?

DEVS in nomine tuo]Titulus[IN finem
in carminib⁹ vel hymnis intellectus Da
uid, cum veniſſent Ziphæi ad Saul, &
nuntiaſſent Saul, Nónne Dauid abſcon
1. Reg. 23 24. ditus eſt apud nos?] In libro regum legitur ꝙ
Dauid fugiens à facie Saul, venit in deſertum
Ziph, & ibi latuit. Tunc Ziphæi venerunt ad
Saul dicentes, Ecce Dauid latitat apud nos, de-
ſcende, vt tradamus eum in manus tuas, & de-
ſcendit Saul. Quod cum nuntiatum eſſet Da-
uid, receſsit inde & fugit ad tutiſsima loca En-
gaddi, vbi latens in ſpelunca euaſit, & ita non
profuit Ziphæis ſua proditio, & Dauid nõ no-
cuit. Ibi enim datus eſt Saul in manu Dauid in
ſpelũca: ad quam cũ diuertiſſet Saul cauſa pur
gandi ventrem, Dauid præcidit oram clamydis
eius, oſtendens ſe nolle occidere eum cum poſ-
ſet. De hac hiſtoria ſumitur titulus, de qua ta-
men non agit pſalmus, imo de ſignificato eius.
Ex Aug. Ziphæi enim interpretantur florentes, & ſigni
ficant illos, qui hic florent in præſenti, & quaſi
virent copia temporalium, quorum gloria eſt
Eſaię 41 vt flos fœni, quod hodie floret & cras in cliba-
Coloſſ. 3 num mittitur. Inter hos latet Dauid, id eſt ſan-
cti mortui mundo, quorum vita abſcondita eſt
cum Chriſto in deo. hos produnt Ziphæi Saul
cum ad regnum mortis trahere moliuntur. Ho-
rum flos atque pax, non eſt amanda, quia trãſit
vt fœnum, quod Dauid in illo facto intellexit.
Et hoc eſt, hic oſtenditur [INtellectus Dauid]
prophetæ, vel alicuius viri ſpũalis, qui intelli-
git florem malorum tranſiturum: quia vir inſi-
piens non cognoſcit, ſcilicet, quomodo interit
flos ſeculi. Intellectus dico, quem habuit de hoc
quod fuit [CVM veniſſent Ziphæi ad Saul] Ad
literã, Ziphęi ad Saul venerunt, quibus nõ pro-
fuit ſua proditio, & Dauid nõ nocuit. Ibi enim
vt iam diximus, datus eſt Saul in manum Dauid
in ſpeluncam. Hi ſunt per quos figurãtur floren
tes in mundo, de quibus hic agitur. [ET nun-
tiaſſent Saul, Nónne Dauid abſconditus eſt a-
pud nos?] Modo latet Dauid, id eſt hi, quorum
vita abſcondita eſt cum Chriſto, inter florentes
huius ſeculi, inter quos ſunt viles & abiecti,
quos produnt Saul, dum laborant eos trahere
ad regnũ mortis. Et iſte intellectus eſt [IN car-
minibus vel hymnis] id eſt in laudib⁹, quia hoc
intelligẽs, ſcit etiam quod in aduerſis laudan-
dus eſt deus. & hoc ſcit ille qui dirigit aciem
mentis [IN finem] id eſt in nouiſsima, non
Ex Caſſ. præſentia. Intẽtio. Monet etiam in aduerſis
Ex Aug. laudare deum. Mõdus. Bipartitus eſt pſalmus.
Primo ſunt verba eccleſiæ orantis, & latentis
inter Ziphæos, cuius bonum intus eſt, & mer-
ces occulta. Sẽcundo dicit, quid ſibi & Ziphęis Ex Caſſ.
faciat deus, vnde laudes ſoluit, ibi, Ecce enim.
Orãns ergo eccleſia inter Ziphæos latens, ait, ô Ex Aug.

DEVS in nomine tuo ſaluum me fac: & in virtute tua iudica me.

DEVS ſaluum me fac] In mũ- Ex Caſſ.
do. Et hoc, [IN nomine tuo] quod mundo prę-
dicatum eſt, quaſi alij alijs petunt liberari: ego,
In nomine tuo, in illo, ſcilicet, nomine humili- Ex Hier.
tatis, quod eſt ſaluatio. hĩc ſalua me, id eſt imple Ex Aug.
in me rem nominis tui: & poſt non timebo iu-
dicari in virtute. vnde ſequitur, [ET in virtute
tua] id eſt in futuro iudicio, vbi virtus tua ap-
parebit [IVDICA me] id eſt ſecerne me à Zi-
phæis, vt areſcente fœno eorum & flore deci-
dente, flos meus qui eſt in atrijs domus domini,
in æternum permaneat.

2 Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

DEVS exaudi] Item. Dẽus nomen poten- Ex Caſſ.
tiæ repetit, ne tardet auxilium. Et ô [DEVS
exaudi orationem meam] quia non peto florem Ex Aug.
Ziphæorum à te, [ET auribus percipe] id eſt
mẽnti recondé [VERBA oris mei] quia & ver Ex Caſſ.
bis cor indicatur. Ea ergo percipe tu: Ziphæi Ex Aug.
& ſi audiunt, nõ ea intelligunt, qui non niſi tem
poralia cognouerunt.

3 Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me: & fortes quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt deum ante conſpectum ſuum.

QVONIAM alieni] Hęc eſt cauſa oratio- Ex Caſſ.
nis, & loquitur eccleſia. q. d. Ideo oro, Quoniã
alieni, id eſt mali, [INſurrexerunt aduerſum me,
& fortes] id eſt, perſecutores [QVAESIERVNT
animam meam, & non propoſuerunt deum an-
te conſpectum ſuum] quia putant deum neſci- Ex Aug.
re, quod agunt, qui nihil niſi ſeculum conſpi-
ciunt: quomodo ſit nummus ſuper nummum,
quomodo augeantur greges & opes. Vel in ſua
perſona loquitur Dauid. q. d. Ideo oro, Quo-
niam alieni, id eſt Ziphæi, Inſurrexerunt ad-
uerſum me. Sed non videtur quod Ziphæi alie-
ni eſſent à Dauid, qui erant de eadem tribu. Ioſue 15
Ziph nanque viculus erat, qui pertinebat ad
tribum Iudæ. Vnde, id eſt de qua tribu erat Da
uid, ſed alieni erant flore malitiæ, qui prodide-
runt eum non tribu vel loco. Et fortes, id eſt, Ex Caſſ.
Saul & miniſtri. Quæſierunt animam meam,
& non propoſuerunt deum ante conſpectum
ſuum, hoc non mutatur.

4 Ecce enim deus adiuuat me: & dominus ſuſceptor eſt animæ meæ. PARS II διάψαλμα.

ECCE enim deus] Sẽcũda pars, vbi dicit quid Ex Caſſ.
ſibi & Ziphæis faciat deus. Vnde ſoluit laudes.

Ex gl.int. q.d. Non proposuerũt deum ante oculos, quod Ex Aug. per hoc patet, quia [ECCE deus adiuuat me] intus vbi nemo videt, vbi est gloria nostra non in flore extra. quod tamen ipsi nesciunt inter quos lateo, sed hoc quod me adiuuat viderent, Ex Cass. si deum ante oculos ponerẽt. Adiũuat ergo me laborantem ferre quæ ingerunt. Adiuuet ita, [ET] id est quia [DOMINVS susceptor est animæ meę] & si corpus deserit. Vel ita, quod auer Ex Aug. tit, Mala inimicis meis, disperdétq; in veritate sua eos qui florent in felicitate seculi. & hoc dicit loquens ad deum.

5 Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos.

AVERTE] & prædicit, non optat. Et hoc Ex gl.int. est, deus [AVERTE] id est, auertẽs [MALA inimicis meis] id est à me vertes in illos, [ET in Ex Aug. veritate tua disperde illos] q.d. Flõrent ad tempus, pereant in æternum, id est florent falsis bonis, sed pereunt veris pœnis, & est prophetia, non optatio. Vel secundum aliam literam, quæ est. Et in virtute tua disperde illos, quos in tua infirmitate tolerasti. Vel pro cõuertendis precatur, & hæc est hostia quàm pro sua liberatione deo soluit, dicens, ó domine, Auerte mala ab ini Ex Cass. micis meis, & disperde illos, à priori intentione ponendos. In veritate tua, id est, vt ad veritatem tuam veniant. & inde,

6 Voluntariè sacrificabo tibi: & cõfitebor nomini tuo domine, quòniam bonum est.

Ex Aug. SACRIFICABO tibi] sacrificium laudis, non pecora [ET voluntariè] quia gratis amo quod laudo: quia propter se laudo, non propter aliud quod ab eo velim, Qui propter aliud laudat, ex necessitate laudat: si illud haberet, nõ laudaret. Mihi antẽ & quæ dedit, propter dantẽ placẽt [ET cõfitebor nomini tuo dñe] .i. laudabo, [QVONIAM bonum est] nĩl melius illo nomine inuenio. Hoc est gratis confiteri, scilicet confiteri ideo, quoniam bonum est, non quia dat temporalia. Ideo confitebor bono nomini tuo.

7 Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

QVONIAM ex omni tribulatione eripuisti Ex Aug. me] In hoc probauit bonum nomen. si aliter sciret, tribulatio ei necessaria non fuisset [ET super inimicos meos] florentes [OCVLVS meus] sursum tendens, [DESPEXIT] mente rapta ad deum, videt quod omnis flos est vt fœnum.

COLLATIO

In psal: quinquagesimumtertium, Deus in nomine tuo saluum me fac.

5 AVERTE mala inimicis meis.] Hic locus existimatur mendosus à Fabro & Cæto, imò & pugnare cum sensu vero, qui statim ostenditur, quando subditur continuo, Disperde illos. Ob id, vt volunt, dicendum fuit, Aduerte mala inimicis meis, præsertim quum dicat Hieronymus ex Heb. Redde malum insidiatorib⁹ meis. ישׁוב iassib, teste Sanctе in thesauro suo. Post Kimhi scribitur cum vau, & legitur cum iod, quia potest esse in verbo, quod vocant cal, vel in hiphil, quod significat conuertit vel auertit. Conuertit quidem mala in inimicos meos, & auertit à me mala quæ inferat inimicis meis. Quæ sententia magis exprimit dei misericordiam, & iustitiam. Misericordiam erga Daoid liberatum, iustitiam contra Ziphæos, qui dolosè eum perdere voluerant. Quod autem dicimus per secundam personam & imperatiuum, id nil sensum lædit.

7 INIMICOS meos despexit oculus meus.] Hebr. dicunt simpliciter, vidit oculus meus inimicos meos. Illud autem videre, doctè dixerunt interpretes despicere. Vnde Sanctes periphrasi vsus est, Et in hostibus meis, quod volui, vidit oculus meus. Consimiliter Munsterus, & translatio ad Campensem habet, Vt hostes meos oculus meus despiciat.

LIIII. PSALM. TIT.

In finem in carminibus vel hymnis, intellectus Dauid.

EXAVDI deus orationem meam.] Titulus. [IN finem in carminib⁹ vel hymnis intellectus Dauid] Per Dauid hic intelli Ex Aug. gitur ecclesia, quæ summopere aduertere debet, in quo malo nunc est, à quo liberari optat, plangens inter mala seculi, quia non est in præsenti incolatu locus gaudij, sed meroris. Et hoc est, hic ostenditur [INtellectus Dauid] id est ecclesiæ .i. quid intelligere debeat. Magna enim cura debet intelligere ecclesia, in quo malo nunc est. Vnde liberari optat. plangit enim inter mala seculi, qui intelligit, quia hæc regio non est gaudij, sed mœroris, & alius non intelligit. Et iste intellectus est [IN carminibus vel hymnis] id est laudibus, vt hic intelligens, semper deum laudat, siue erudiat nos in aduersis, siue consoletur lætis. quod fit, si dirigitur mentis acies [IN finem] id est, in Christum. Vel in consummationem futuram, & loquitur per totum hunc psal- Ex Alcu. mum ecclesia, siue in persona sua, siuè Christi, Matth. 14 quando in persona sua loquitur, vt homo pusillanimus in tempestate positus, qui dũ fluctuat & mergitur in fluctibus seculi, tanquam Petrus in mari, clamat ad Iesum, decernens in sua infirmitate, à tot scandalis se separari, ne & illis non prosit & sibi noceat, à simili Dauid qui pro molestijs ciuium fugit in solitudinẽ. Quando autem in persona Christi loquitur, integra pro- Ex Cass. prietas seruilis formæ in Christo describitur, vt detur nobis exemplum humilitatis, cũ Christus adeo altus tantum sit humiliatus. Et secundum hoc iste psalmus tertius est eorum qui de passione & resurrectione Christi latius agunt.

Ex Aug. Intẽtio. Monet ecclesiam attendere mala sua, atq; inter ea plangere. Modus. Tripartitus est psalmus. Prima pars, est oratio premissa, contra mala seculi vel fluctus. Secunda, iste pusillanimus iam in solitudine saluus, sperat auxilium dei & imprecatur ciuibus, ibi, Expectabam. Tertia, affirmat quid sibi & illis fiat alternatim procedendo, ibi, Ego autem. Laborans ergo ecclesia inter fluctus seculi orat, dicens,
Ex Cass.

XAVDI deus orationẽ meam: & ne despexeris deprecationem meá: intẽde mihi & exaudi me.

Ex Aug. Ex Cass. EXAVDI deus orationẽ meam.] Hæc sunt vẽrba tribulati optantis liberari. Et post, [NE despexeris deprecationẽ meam] vt fit illis, quorum oratio impleta, post despicitur, quia nõ est de æternis. Et si enim deus det temporalia alicui petenti, eius tamen oratio ei nõ est accepta, quia caret debito fine. [INTENDE mihi & exaudi me.] Quid enim tibi est? Ecce,

2 Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.

Ex Aug. CONTRistatus sum in exercitatione mea.] id est, in his quæ mali ingérunt, quód postea dicet apertè, per quos malos exercetur: omnis nẽpe malus viuit, vel vt corrigatur, vel vt per eũ
Matt. 14 bonus exerceatur. Et, [CONturbatus sum] in mari seculi, à vẽto valido tribulationum. Sicut Petrus videns ventumvalidum venientem, timuit: sic iste turbatus est in ipsa pugna, qua exercetur inter malos, dum & inimicos vult diligere, quorum correctionem amat, & abundante eorum malitia incipit odisse. Et ita incipit in fluctibus mergi, vnde, Conturbatus sum [A voce inimici, & à tribulatione peccatoris.] Hæc est exercitatio, in qua tristabatur, quæ turbat oculum mentis ira quasi festuca, non tamen extinguit odio velut trabe. postea reddit singula singulis, ostendens qualiter sit tribulatus à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. q.d. à voce inimici turbatus sum.

3 Quoniam declinauerunt in me iniquitates: & in ira molesti erant mihi.

QVONIAM] ipsi [DEclinauerunt in me in-
Ex gl. int. iquitates] quæ eorum erant. Ideo dicit, Decli-
Ex Cass. nauerunt, quia impetus malitiæ eorum est quasi fluminis cursus, A tribulatione peccatoris, [ET] id est, quia [IN ira] id est in furore suo,
Ex gl. int. non merito meo, [MOLESTI erant mihi] sed
Ex Cass. ruinosi sibi. Et per hoc,

4 Cor meum coturbatum est in me & formido mortis cecidit super me.

COR conturbatum est in me] Hoc est quod Ex Aug.
alibi dicitur, Turbatus est præ ira oculus meus. Psalm. 6
Vnde sequitur metus mortis. Mors animæ odiũ est, vt vita, dilectio. Vnde subdit, [ET formido mortis cecidit super me.] quia,

5 Timor & tremor venerunt super me: & cõtexerunt me tenebræ. Ex Hier.

TIMOR] animi [ET tremor] corporis [VEnerunt super me, & contexerunt me tenebræ.] Tenebræ sunt mali homines, qui persequuntur Ex Aug.
ecclesiam, & qui cõtegunt ipsam odio, quia qui s. Ioan. 2
odit fratrem suum, est in tenebris. Sed in hac infirmitate quid ait?

6 Et dixi, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo: & requiescam? Ex Aug.

ET dixi, Quis dabit.] Vídens iste vndique mala esse, & se malis non proficere, malos vero sibi officere: deliberat quid agat, & vult ad tempus separari ab his scandalis, ne peccata infirmis augeat, manẽs inter ea. Vnde & petit pẽnas virtutum, quibus possit auolare in solitudinem & in altum contemplationis conscendere. Has autem pennas virtutum non habenti dat deus, habenti vero interdum dat prælatus ecclesiæ dũ soluit ligatas. Habent enim quidam has pennas, sed ligatas, cura & officio pastorali, quibus non valent vti ad volandũ in solitudinem, nisi prius soluantur: ergo & qui soluit ligatas, pennas dat quæ non erant ad vsum, nec suæ habentis. His Gene. 24
pennis Isaac ornatus, exibat in campum meditari, & Maria sedebat secus pedes domini, inten- Luce 10
dens quæ dicebantur ab eo, dum soror circa plurima turbaretur. Has igitur volens iste ait, [ET dixi, Quis dabit mihi pennas] virtutum [ET] eis habitis [VOLABO] in solitudinem. [ET] ibi, [REquiescam] in contemplatione. Solitudinẽ optat iste. Dabit mihi, dico, [SICVT columbæ] Gene. 8
non sicut coruo. Coruus enim de arca emissus, postea non rediit. Columba vero emissa, ferens ramum oliuæ rediit. Columba à molestiis quærit auolare, sed dilectionem non amittit, & semper gemit: sic & bonus vult se separare corpore, ab his quibus non potest prodesse, sed non amore, amans eorum correctionem, & dolens præuaricationis ruinam, piè nanque viuit in Christo. ad cuius viscera pertinet id, quod ait
Apostolus, Quis infirmatur, & ego non in- 1 Cor. 11
firmor? aut quis scandalizatur & ego non vror? & sic aliorum mala sunt ei quasi persecutio. sicut Loth in Sodomis erat cruciatus, mala vita Gene. 19
Sodomorum, vnde optat fugere & manere in deserto, pro turba tribulationum & scandalorum; sed aliquando ligatur non visco cupiditatis, sed cura & officio pastorali, vt deserere non Philip. 1.
possit, nisi soluatur. Quod si non soluitur, tunc dicat, cupio dissolui, & esse cũ Christo: sed manere necesse est propter nos. & sic est ei meritum ex desiderio. Aliter optat iste mortem per quam separetur à malis, & ait per simile, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & re-

quiescam,id est,quis dabit mihi pennas, vt dis-
soluar,& sic auolē ab eis,& cū Christo quiescā?

7 Ecce elongaui fugiens: & mansi in solitudine.

ECCE elongaui fugiens] petijt iste pennas,
& habuit,sed non eo modo quo petijt, scilicet,
vt auolaret ab eis corpore, sed morum dissimili
tudine,melius fecit ei deus quàm petierat,quem
sic gratia confirmauit, vt inter malos corpore
Ex Aug. existens , ipse proficiat, & si non illi,& charitas
bonorum nō rumpatur. Et hoc est, Dixi, Quis
dabit mihi pennas,& habui,quia [ECCE fugiēs
elongaui me] à malis,nō loco,ne rumpatur cha
ritas bonorum, &ne perdatur exercitium malo-
Ex Greg. rum,quos deus admiscet, sicut & Iudam aposto
li.4. mor. lis.Fugiens se elongat,qui à turba desideriorum
cap. 35. terrenorum in altam dei contemplationem se
Ex Aug. subleuat.Sequitur,[ET mā si in solitudine]mēn
tis,vbi nullus est cū eo nisi deus,vbi quies.Mā-
Ex Greg. net enim in solitudine,qui perseuerat in remo-
vbi supra. ta mentis intentione. ¶Aliter totum à princi
pio psalmi,& legitur in persona Christi, in quo
describit̃ seruilis forma,ait ergo Christus secū-
dum quod homo,Exaudi deus orationem meā,
& ne despexeris deprecationem meam intende
Ex gl.int. mihi,quia sum in quem intēdas. Et exaudi me,
dignum . quid enim tibi est? Contristatus sum,
humana infirmitate. In exercitatione mea, vnō
Ex Cass. nomine vita Christi exponitur, qui nullo ocio
Ioan. 8 ab incepto remissus est.In quo tristis?quia per-
fidi non referunt fructum . Et conturbatus sum
Ex Hier. à voce inimici,qui me Samaritanum & dæmo
nium habentem dicebant. Et à tribulatione pec
Ex gl.int. catoris.Et nō mēo merito,sed suo malo. Quo-
Ex Hier. niam declinauerunt iniquitates , quia mala sua
mihi imponebant . Et in ira sua molesti erant
mihi,sed ruinosi sibi.Et per hoc,Cor meum cō-
Ex Alcu. turbatum est, lēge carnis turbatur animus . Et
hoc,In me,non exijt à me.id est, non necessitate
vel merito meo, turbatus sum, sed sola volunta-
Ex Cass. te.Et formido mortis cecidit,vt pondus,Super
me.vel,Cecidit super me , quia ibi perit in quo
Ezec.23 nihil habet iuris. Vnde , Ero mors tua,ô mors.
Ex Hier. Et timor,animi.Et tremor,corporis,Venerunt
Ex Cass. super me. Propter tetras mortis est , vt eam primo
timeamus, inde contremiscamus . Et contexit
me tenebra,alia litera, id est mors secuta est, Et
in hac conturbatione positus, dixi, Quis dabit
mihi,nisi tu domine pater,pennas sicut colum-
bæ,& volabo & requiescam?id est, vt auolem à
Iudæis infidelibus, & quiescam in gentibus cre
Ex Alcu. dentibus, Vt enim columba emissa inueniens lu
tosa, ad archam reuersa est: sic Christus lutosa
inueniens corda Iudæorum auolauit ad gentes.
Ex Hier. Vnde sequitur,Ecce elōgaui fugiens, à Iudæis,
Esaiæ 35 Et mansi in solitudine, gentium.Vnde Esaias,
Esaiæ 54 Lætetur desertum & floreat tanquam lilium.Et
alibi,Lætare sterilis quæ non paris &c. Illud e-
Ex Cass. tiam ad literam tangit quod vitabat persequē-
tes,vt occasionem iræ demeret ; & manebat in
desertis orans,in quo docebat nos in secreto cō-
scientiæ quiescere,cum à malis premimur,

PARS II 8 Expectabam eum qui saluum me fecit: à pusillanimitate spiritus & tempestate. διαψαλ-μα.

EXPEctabam eum.] Secunda pars , vbi iam Ex Cass.
in solitudine saluus,sperat auxiliū dei, & impre- & Alcu.
catur ciuibus. & proceditur prius de prima le-
ctione,quę est in persona ecclesiæ hoc modo.q.
d. Mansi in solitudine mentis,vbi quies est.Sed Ex Aug.
quia extra tribulatio est, [EXPEctabam eū qui
saluum me fecit.] Saluat nos Christus,dum ex-
citatur in nobis.i.dum fides eius in nobis inar-
descit,& dum videmus quæ pro nobis tulerit.
vt & Petrus liberatus est cū excitauit eum dor- Matth.8
mientem,dicens,Domine perimus.Et tu ergo si
nauicula cordis turbatur in fluctib',excita Chri
stum.i.fidem Christi in te,& saluaris. Vnde me
saluauit?[A pusillanimitate spiritus] quā supra Ex Cass.
dixit se turbatum,[ET tempestate].i.seditioni
bus.Hæc est tempestas in qua Petrus clamabat. Ex gl.int.
Me saluasti. Illos autem qui se extulerunt,ô,

9 Præcipita domine , diuide linguas eorum:quoniam vidi iniquitatem & contradictionē in ciuitate.

DOMINE præcipita] nē muniant cogita- Ex Cass.
tiones suas machinando.i.quasi quadam machi
na,[ET linguas eorum] qui male conspirauc- Ex Aug.
runt in turre superbiæ ædificanda, [DIVIDE]
ne sit superba vnitas, ne malitia habeat effectū.
Horum figura fuerunt illi qui mouerunt pedes Gene. 10
suos ab Oriente,& venerunt in terram Senaar Gene.11
ædificare turrim contra dominum,quæ pertin-
geret vsque ad cælum,vt sic nomen eorum cæ-
lebraretur.Sed ibi confusa est lingua eorum, ne
efficerent quod volebant : ita petit iste de ma-
lis fieri.Ideo diuide, [QVONIAM vidi iniqui-
tatem] .i. perfidiam eorum , qui non credunt,
[ET contradictionem] quia contra mysteria
Christi agunt,[IN ciuitate] Babylonia , quæ Ex Alcu.
turrem superbiæ ædificat. Quia hæc vidi, ideo
fugi in solitudinem. Hæc est ciuitas de qua di-
cit dominus per Prophetam,Ego deus & nō ho Osee 11
mo,& ciuitatem non ingrediar.Est alia ciuitas, Matth. 5
quam inhabitat deus:de qua dicitur,Nō potest
abscondi ciuitas supra montem posita.Et hæc,

10 Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas: & labor in medio eius & iniustitia.

INIQVITAS]non ad horam,sed[DIE ac Ex Aug.
nocte]id est assiduè [CIRCVNDABIT eam] .i.Ba-
byloniam.hæc turbare solent iustum, vt vellet
auolare.Iniquitas dico, existens [SVPER mu-
ros eius]ciuitatis.i.principes eius, qui sunt mu- Iosue 6
nimenta ciuitatis, qui archa circumeunte tan- Ex gl.int.
quam muri Hierico cadent septimo die,.i.in iu-
dicio erit,quando post hanc vitam quæ septem
diebus agitur,singulorum merita discutiet Chri
stus.[ET labor est in medio eius].i.in communi
plebe.Ideo labor in medio,[ET] .i.quia [INIV-
stitia].i.iniquitas.Quiēs autem est in humili- Ex Aug.
tate.Ecce in maioribus & in minoribus est ini-
quitas.Vel,Labor est in oppressionibus aliorū Ex gl.int.
Et iniustitia,in iudicijs faciendis.& hoc est, In

V

illos] vt super illos, scilicet Dathan & Abiron, qui initium schismatis fuerunt, & superbi se separauerunt, venit noua mors. aperuit enim terra se, & viuos absorbuit. Vnde & hic quasi exponendo subdit, [ET descendant in infernum] id est in voraginem terrenæ cupiditatis. Descendant dico, [VIVENTES] id est scienter peccantes, scientes quia pereunt. Et tamen pereuntes hiatu terrenæ cupiditatis absorbeantur. Hæc est noua mors, & agit communiter de maioribus & minoribus. Vel ita vt distinguas inter maiores & minores, sicut in illo schismate fuit. duces enim absorpti sunt à terra, populus vero sequens fuit igne vastatus, ita hic diuisim imprecatur auctoribus mali, & fautoribus, dicens, Veniat mors super illos, id est super minores, qui consentiunt maioribus veniat ignis consumptionis, vt super populum illum ignis de cælo venit. Et descendant, maiores qui sunt auctores mali, In infernum, terrenæ cupiditatis. Viuentes, id est scienter peccantes, vt duces illorum terra absorbuit. Illi enim, id est minores, consenserunt, & sequuti sunt, & studio consensionis accensi, à ducibus suis recedere noluerunt. Et ideo venit ardor cõsumptionis, super ardorem dissensionis, duces vero absorpti sunt à terra. Ita hi scienter peccantes, descendunt. Et meritò hoc eis,

17 Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum: in medio eorum.

Ex Aug. QVONIAM nequitiæ] sunt [IN habitaculis] vel in hospitijs [EORVM] id est in hac vita, vbi peregrini sunt & transeunt. Non enim semper hic mansuri sunt, cur ergo sic instant? Et hæ nequitiæ sunt [IN medio eorum] id est,
Ex Cass. in corde. Ideò dicit in hospitijs esse nequitias, quia alienæ sunt non naturales, sed in hospitio
Ex Alcu. susceptæ quasi aduentitiæ. Vel prius sunt nequitiæ, In habitaculis eorum, id est in occulto, scilicet, & postea, In medio eorum, id est, in communi & aperto.

PARS III 18 Ego autem ad dominum clamaui: & dominus saluauit me.

Ex Cass. EGO autem] Tertia pars, vbi affirmat quid sibi & illis fiat, alternatim procedendo. Et lo-
Ex Aug. quitur hic corpus Christi, id est ecclesia. Illi ita peribunt, [EGO autem ad dominum clamaui] in conturbatione exercitationis meæ [ET do-
Ex Cass. minus saluauit] vel saluabit [ME] quod consequens erat. & ego vt non ingratus,

19 Vespere, & mane, & meridie, narrabo & annũciabo: & exaudiet vocem meam.

Ex Aug. VESPERE] id est de præteritis, [NARRABO & mane] id est de futuris [ANNVNCIABO & meridie] qui non vergit solem ad occasum, id est, in sempiternis, quæ semper manent [EXAUDIET vocem meam] In hac sententia singula singulis redduntur, & tria tempora distingun-
Ex Hier. tur. Vel ita, vt sine distinctione temporum reddantur singula singulis. Vespere enim fuit dominus in cruce: Mane, in resurrectione: Meridie, in ascensione. ait ergo, Vespere narrabo, patientiam morientis in vespere narro. Et mane annunciabo, id est annuncio vitam resurrectionis mane factæ. Et exaudiet vocẽ meam, in Meridie, id est sedens ad dexteram patris, vbi interpellat pro nobis, ad quam ascendit in meridie. Ecce quanta consolatio isti est à tempestate, contra malos qui sunt foris & intus, id est in aperto & occulto, sic & nos inter malos cũ isto oremus, plangamus, securi dicamus, Ex Aug.

20 Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi, quoniam inter multos erant mecum.

REDIMET in pace] q. d. ita exaudiet, quia [REDIMET animã meam] collocandam [IN pace] æterna. Hæc contra illos qui non amant pacem, ideò anima mea in pace, quia amaui pacem. Redimet dico, [AB his qui appropinquãt mihi] id est, à Christianis fictis, qui magis decipiunt quàm aperti idololatræ. Appropinquant ergo nõmine non numine, corpore non mente, numero non merito. Et verè appropinquant, [QVONIAM inter multos erant mecũ.] Vel in multis sacramentis. s. & in baptismo, in euangelij lectione, in festis & huiusmodi. sed in paucis non erant mecum, in omnibus sacramentis mecum, sed non in fide, spe, & charitate, sine qua nihil sunt omnia. Vel, Inter multos erãt mecũ, siue in multis, id est in paleis, quæ multæ sunt. Erant mecum, non in granis, quæ pauca sunt. i. non cum paucis electis mecum erant. Erant enim de multitudine vocatorum, non de paucitate electorum. & bene ait, Mecum. nam & prope est palea tritico, de vno enim semine nascuntur, in vno agro radicantur, de vna pluuia nutriuntur, sub eodem messore colliguntur, eadem trituratione vtuntur, eadem ventilationem expectant, sed non in vnum horreum intrant: ita & illi sunt mecũ, in multis sacramẽtis, vel paleis.
Ex gl. int. Ex Aug. Ex Hier. & Alcu. Ex Aug. Matt. 28.

21 Exaudiet deus & humiliabit illos: qui est ante secula. Ex gl. int.

EXAVDIET] Dico exaudiet me, & non solum exaudiet me orantem, pro me exaltando: sed etiam, Exaudiet [ME deus] orantem pro humiliandis inimicis, [ET] id est, quia afflictione Ex Aug.
[HVMILIABIT illos] qui confidunt in duce, qui heri cœpit. Humiliabit dico, ille, [QVI Ioann. 1
est ante secula] quia in principio erat verbum, quod eis non videtur: quia in tempore Christus natus est de virgine. & merito humiliabit,

22 Non enim est illis commutatio: & non timuerunt deum, extendit manum suam in retribuendo.

NON enim est illis commutatio] peruersi Ex Aug.
sensus, sed permanent in peruersitate, in schismate moriuntur, quia non mutantur in melius, sed in peius: nec cum hic sunt, nec in resurrectione, quia sensus perfidorum incommutabilis est. [AT non timuerunt deum] hoc remedio conuertitur homo, scilicet, quia timet deum, &

Ex Aug. putant, sed intra tempus periburt, quia sperant.
Ephes.5 Vel ita, ideo deduces in puteum, quia, Non dimidiabunt dies suos. vt si quos egerunt in malo,
Ex Greg. lib.5.mor. cap. 28. reliquos agant in bono redimentes tempus, sed omnes continuant in malo. Alij enim non mei
Ex Alcu. piüt dies bonos, sed in malis cōtinuè perseuerāt. alij dimidiant, alij implent dies bonos: quia alij moriūtur in AEgypto, alij in deserto, alij in terra sancta. In Aegypto moriūtur qui in tenebris vitiorū vsque ad finem vitæ conuersantur. In deserto, qui de confusione peccati excūtes, errata per pœnitētiam emendant. Implent dies, qui sine crimine in opere iustitiæ vsq; ad finem vitæ perseuerant. Hæc tria genera hominum figurata sunt per ea quæ scripta sunt in volumine Ezechielis ostēsa, vbi scripta erant hæc tria, Car
Ezech.2 men, lamentum, & ve dictum est Prophetæ, vt deuoraret volumen, id est, in mentis intelligentiam traijceret horum trium mysteria. Carmen cantant, qui peccatorum lapsum non senserūt. Lamētum qui a peccatis per lamētum pœnitentiæ resurgūt. Ve qui peccant & non pœnitent. Illi non dimidiabunt, [EGO autem sperabo in te domine.] q non illi, & ideo non peruenient
Ex Aug. ad æternum diem.

COLLATIO
In psal. quinquagesimumquartum, Exaudi deus orationem meam.

5 ET contexerunt me tenebræ.] Hiero. Caligo. Alij vertūt horrorē, vel tremorem. פַלָּצוּת pallatzuth. Sed quia iam præcesserat in superiori, Timor & tremor venerunt super me, bene intellexerunt Lxx & Hiero. in sequenti, tenebras, ex eo quod in morte tam spirituali quàm corporali lux deficiat, quæ tamen vel solo nomine horribilis est.

8 EXPECTabam eum qui saluum me fecit.] אָחִישָׁה מִפְלָט לִי Hebr. ahissah miphlat li. Quod si ad verbum reddas, faciam festinare saluationem mihi: quod & fit per spem certam in eum, haud absonè reddita est sententia, Expectabam &c.

A pusillanimitate spiritus & tempestate.] Pratensis, A spiritu vehementi & tempestate. Sanctes, A vento qui suscitatur a turbine. Pellicanus & interpretes pro Caietano, simili modo. Munsterus, Propter ventum turbinis & tempestatis. Quantū ad sensum nulla est distantia. Volui tamen recensere istorum versiones, quia in Heb. nulla interponitur cōiunctio, & aliqui eorum subaudiri voluerunt, alij minimè. Translator ad Campensem seipsum sequitur. Ad euadendum vento ocius rapido ac tempestate. Quid autem senserit Hieronym. habes ad Suniam & Fretellam. In Græco inuenisse vos dicitis ἀπὸ ὀλιγοψυχίας, quod propriè pusillanimitas dicitur. Sed sciendum quod pro ὀλιγοψυχίας, Aquila & Symmachus & Thedotion, & quinta editio interpretati sunt ἀπὸ πνεύματος, id est, à spiritu. Et in Hebr. scriptum est מֵרוּחַ meruah. omnisque sensus ita apud eos legitur, Festinabo vt saluer a spiritu tempestatis & turbinis.

14 Tu vero homo vnanimis.] Sic etiam Hierony. Sanctes, Secundum æqualitatem meam. Pellicanus & Pratensis, Secundum ordinem meum. In verbis est discrepantia, conspirat sensus. Vnde interpretes pro Caietano dicunt, Sicut æstimatio mea. Munsterus, Sed tu homo, cras iusta æstimationem cordis mei. Nebiensis, Homo valoris mei. Chaldæus, Similis mihi. Translator ad Campensem, Sed tu, ô collega commilito. Vnico verbo tria aut quatuor interpretes complexi sunt. Non video quo genio isti moueantur, si ex contemptu lectionis ecclesiasticæ faciant: quod nolo mihi persuadere in omnibus.

15 QVI simul mecum dulces capiebas cibos.] Hieronymus, Qui simul habuimus dulce secretum. Ac cæteri hebraïceantes consimiliter. Lxx legisse videntur סוֹך soc, pro סוֹד. secundum significat consilium, secretum: alterum vnctionem, quæ accipitur pro refectione & pulmento. Vt est illud 4. Reg. 4. Nisi parum olei quo vngar, id est aliquantulum reficiar. Licet tantum habetur in Hebræo, vas olei. Lxx tamen habēt ὃ ἀλείφομαι ἐλαιον. Neque vero dulce secretum abest à familiari conuictu; vt eodem recidat sensus.

AMBVlamus cum consensu.] Hieronymus, In terrore. Cæteri caternatim aut coniunctim, aut quid simile, parricula בְּרֶגֶשׁ regesch, est anceps, ad strepitum & collectionem, vnde oritur peruersitas. Chaldæus habet cum festinatione.

19 NARRABO & annunciabo.] Pellicanus, Et inquietus oro. Munsterus, Et importunus oro. Pratensis, Strepitum faciam. Sanctes, Tumultuabor. Hieronymus tamen, interpretes pro Caietano, & Nebiensis, Et resonabo. Quod est certè annunciare. Idque spectat ad futurum iuxta enarrationē וְאֶהֱמֶה hamah variū est. Et Chaldæus dicit, Clamabo.

20 REDIMET in pace animam meam, ab his qui appropinquant mihi. Pratensis, Sanctes, Munsterus, Cāpensis, pro eo quod est in secunda clausula, vertunt à prælio quod est cōtra me, vel quid simile. Dictio hebręa קְרוֹב quarob, vel קְרָב querab, ambigua est ad prælium & vicinum. Vnde Hieronymus, interpretes pro Caietano, Pellicanus, & Nebiensis sunt nobiscū. Eodem tamen tendit intelligentia.

QVONIAM inter multos erant mecum.] Hunc versiculum censent Stapulensis & Cæcus eo modo lectum, esse contrarium veritati hebraïcæ. Quare? Quia vertit Hieronymus ex Hebræo. Multi enim fuerunt aduersum me. Certè non est quod succēseant nostræ lectioni. עִמָּדִי immadi potest vtrolibet accipi. Hinc Pellicanus, Munsterus, Sanctes, interpretes pro Caietano, vertunt Mecum.

22 EXTENDIT manum suam in retribuēdo.] Hier. Ad pacifica sua: Reliqui hebraïcātes eodem tendunt. Interpretes respexerunt thema

שַׁלֵּם schillem, id est retribuit. Alij vero radicē שָׁלֵם schalam, id est pacificus fuit.

23 DIVISI SVNT AB ira vultus eius.] חָלְקוּ מַחְמָאֹת פִּיו halcu mahamaoth piu. D. Hier. Nitidius butyro os eius. Pellicanus, Molles fuerunt super butyrum ore suo. Pratensis, Molle fuit super butyrum ore suo. Cæteri consimili modo. Hanc varietatem pepererunt ambiguitates vocularum hebraïcarum. Nam חָלַק halaq, interdum significat diuisum est, quomodo acceperunt interpretes, quandoque blandiri, lenire, mollificare, quomodo accipiunt alij. Cæterum חֵלֶק halaq eisdem literis vna puncti notula distinctis, notat interdū blādum. Deinde חֶמְאָה hemeah. i. butyrum. Sed חֵמָה hemah, & in cōstructione חֲמַת hamath, id est furor, pluratiuè חֵמוֹת hemoth Lxx videntur legisse secūdum, vbi cæteri alterum.

APPROpinquauit cor illius.] Pratensis, Intimū cordis eius. Sanctes & neoterici translatores, Bellum aut pugnat cor eius. קָרַב quarab id est, appropinquauit. קְרָב querab prælium. קֶרֶב quereb, intimum. alius aliud sequitur. Vnde in quibusdam exemplaribus Hieronymi legunt, Pugnat cor eius. In alijs, Appropinquat cor eius.

25 IACTA super dominum curam tuam.] יְהָבְךָ iehabca. i. quod dedit tibi. Hinc Hieron. vertit charitatem tuam, quām imprimis curare debemus. Ro. 3. Plenitudo legis est dilectio. Alij vertunt onus, siue pondus tuum. i. vt deus ferat te. Qui sensus nō abest à nostro. Et trāslator ad Campensem habet, Cōmenda curam tui. Sāctes in thesauro suo refert ꝙ Ra. Da. exponit, Proiice super dominum quod dedit tibi, vsque ad hunc diem. Proiice super illū quod opus habes, & ipse educabit te: quemadmodum hactenus fecit. hæc ille. Et addit, Nesciunt, inquit, magistri nostri quid esset, יְהָבְךָ iebabecha. Audierunt mulierem harabam dicentem viro suo, שְׁקוֹל יְהָבִיךְ sehaquol iehabie, libera pondus tuum. Quod certe demiror mulierculam nosse, & Rabinos ignorasse.

LV. PSALM. TIT.

In finem pro populo qui à sanctis longè factus est, in tituli inscriptione ipsi Dauid, cum tenuerunt eum Allophyli in Geth

MISERERE mei deus.] Titulus. [IN finem pro populo qui à sanctis longè factus est, in tituli inscriptione ipsi Dauid, cum tenerent eum Allophyli in Geth.]
Ex Caß. Titulus iste, partim assumptus est de euangelio,
Ioann. 19 partim de veri testamento. In euangelio nanque
Ex Aug. legitur, ꝙ crucifixo domino supra posuit titulum Pilatus, scriptum hebraïcè, græcè & latinè, quem cum quidam Iudæorum vellēt delere, dicentes, Noli scribere, Iesus Nazarenus rex Iudæorum, sed quia hic dixit, ego sum rex Iudæorū. Respōdit Pilatus, Quod scripsi, scripsi. quia prophetatum erat, per spiritum sanctum in titulis aliorū psalmorū, Ne corrūpas tituli inscriptionem, qua Christus rex monstrabatur. Hōc de euangelio est. Legitur autem in libro Regū, Psal. 50
quòd Dauid fugiens Saulem venit ad Achis regem Geth, quæ est ciuitas Allophylorum, vbi legitur fuisse peregrinus, sed nō retentus. Per Da- Ex Caß. 1. Reg. 21
uid ergo hic intelligitur Christus, ex eius semine natus, quem olim in se, & nunc in membris Ex Aug.
tenent Allophyli, id est alienigenæ, scilicet persecutores nominis Christiani, [IN Geth, id est, in torculari, scilicet in pressuris tribulationum, quę dicuntur torcular, quia vtiles sunt, per ea enim merita sanctorum augentur, & vinum iustitię emanat. & sunt Iidem Allophyli & populus qui à sanctis longè factus est. Et est sensus tituli, Psalmus iste tendens [IN finem] id est in ipsum Iesum [PRO populo] saluando. Vel Pro populo, id est cōtra populum, scilicet [QVI à sanctis longè factus est.] appropinquāt autem eis, scilicet sanctis, qui Christum recipiunt [IN tituli inscriptione] Populus qui à sanctis longè fit, in tituli inscriptione, cui contradicit, tam Iudæus ꝙ omnis qui non vult habere regem Christum: & ipsi idem sunt qui tribulant ecclesiam, id est Allophyli. Tituli inscriptione dico, facta [IPSI Dauid]. i. Christo. Nōn mutata secundū rei veritatē, sed tamen secundū voluntatem Iudæorū. Ipsi Dauid, id est Christo. voluerūt enim mutare, sed non est factum. Tituli enim inscriptio, & si populus instaret, non est deleta, quia Ex gl. int.
prophetatum est in alio psalmo, ne corrumpas tituli inscriptionem. Populus qui lōgè à sanctis fit, sunt persecutores qui ecclesiam calcant sicut Ex Aug.
vuas, vt vinum iustitiæ exeat. Nōta ꝙ hucusque est de euangelio, quod vero sequitur. s. [CVM tenuerūt &c.] est de veteri testamento. q. d. Lōgè factus est populus a sanctis. [CVM] id est quia Ex Aug.
[ALLOphyli] .i. alienigenæ, scilicet, persecutores, [TENuerunt eum] scilicet Christum in capite & in membris [IN Geth.] id est in torculari. Legitur ad literā, Dauid in illa ciuitate peregrinus fuisse, sed non retentus. sed Christus ex eius semine natus, non solum olim in se, sed etiā adhuc in corpore suo tenetur, in præssuris quæ Ex Aug.
vtiles sunt, vt vua ante torcular integra est, sed nihil inde emanat: cum premitur sterilis nō est, quia vinū exit. Intentio prophetæ est cōfirmare ecclesiā cōtra persecutores. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo orat ecclesia velut vua ab Allophylis pressa, summatim tāgens tribulationes, in quibus sit, per spem dei finit se Ex Caß.
non timere. i. in fine primę partis dicit se nō timere. Secundo, enumerat mala quæ sustinendo fit & inimicorum conuersio, ibi, Tota die. Tertio iam de malis seculi libera, in futura beatitudine, vel etiam hic laudem se cantare promittit, ibi, In me. Ecclesia ergo tanquam vna pressa in torculari elamat, ô,

MIserere mei deus, quoniam conculcauit me homo:tota die impugnans tribulauit me.

Ex Aug. DEVS miserere mei] nē
deficiam in cōculcatione.quare clamas?[QVONIAM homo]scilicet qui lōge factus est à sanctis: & nō solū homo,sed etiā diabolus,de quo
Matt. 13. in Euāgelio dicitur, Inimicus homo hoc fecit.
[CONCVLCAVIT me]sicut vnam in torcular, vt vinū exeat,idem repertit apertius [IM-
Ex Caſs. PVGNANS]homo visibiliter, vel diabolus,inuisibiliter,vnde periculosiot est [TRIBVLAVIT me tota die,]id est,tōto tempore.Nullus enim viuit in Christo,sine tribulatione.

2 Conculcauerūt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me.

Ex gl.int. CONCVLCAVERVNT me] & hōc merito non quidē meo faciunt, sed quia sunt[INI-
Ex Aug. MICI mei] qui scilicet longē sunt à sanctis. Hi
Ex Caſs. sunt mēmbrs diaboli. Et isti[CONCVLCAVE-
Ex Aug. RVNT me]quasi pědibus vuā[TOTA die]dico miserere,& necesse est vt miserearis [QVO-
Ex Alcu. NIAM multi bellantes] stěterunt [ADVER-
& gl. int. SVM me] & ipsi tidem sunt alti. Non diu tsmē, sed die

3 Ab altitudine diei timebo: ego verò in te sperabo..

Ex Alcu. & gl.int. AB altitudine]sed [TIMEBO ego ab altitudine diei,] id est, ab altitudine illorum qui me conculcant,qni alti sunt, sed nō diu, sed die ti-
Ex Csſs. mebo à potentia eius ad horam data,quasi non altitudo diei mundus est,id est, mundana altitudo,vbi est superbiæ timor. Vt autem grauior esse ostendatur tribulatio,dicit se à superbis cōculcari, Non timebo,sed potins [EGO sperabo in te]in quo nulli speranti timendū est. Vel aliter potest legi & distingui litera mnnēte eodem sensu.q.d.Cōculcauerūt inimici qui multi sunt. Sed,Quoniam multi bellantes,sunt, Aduersum me,Timebo sb altitudine diei?non. Sed,Sperabo in te. Vel ita secundum aliam literam,Conculcauerunt me inimici mei tota die ab altitudine diei. Hic distingue, Quonism multi qui debellant me, timebūt, ego verò in te sperabo. Hæc litera sic exponitur, Conculcanerunt me inimici mei tota die.Et hoc,ab altitudine diei, quia diem, id est, Christum in altum lucentem non cognouerūt. Christus enim dies est. Huius diei horæ sunt duodecim Apostoli. Vnde ipse
Ioan.11. dominus ait, Nónne duodecim horæ sunt diei? Huius diei altitudinem inimici non potuerunt
Matt. 27 attingere. Vnde in passione Christi & tenebræ factæ sunt. Vel, Conculcanerunt me ab altitu-
Ex Aug. dine diei,id est quia alti sunt,qui cōculcant,licet ad horam. s.die non diu,sed nō sunt timendi, Quoniam multi qui debellant me,timebūt, cum dies eorum transierit, scilicet finito tempore altitudinis suæ. Ego vero,non dico, Non timebo ne videar de me præsumere,per stultsm arrogantiam. Sed, Sperabo in te,quod est causa non timendi. non timet aliquis duritia cordis, vel superbia, qui est similis stupido. Stupor enim est qui non sentit, nō sanitas. Et nota tres esse affictiones corporis,scilicet sanitatē,stuporem, immortalitatē. In stupore non dolet corpus, sed nec in immortalitate. Sed in stupore nō dolet,quia nō sentit:in immortalitate, quia plene firmatum est. Sanitss veró,si molestatur, dolorem habet:sed nō ideo putet stupidus se viciniorē esse immortalitati eo qui sanus est. Ita & tres sunt affectiones animæ, scilicet prouida cautela,stulta arrogātia,gloria secura,Stulta arrogantia similis est stupori. Quando quis de se præsumens, nec timet, nec cauet. Iste ergo ne per stultsm arrogātiam videretur similis stupido,non ait,non timebo,sed sperabo in te.

4 In deo laudabo sermones meos, in deo speraui:non timebo quid faciat mihi caro.

LAVDABO sermones meos in deo] ei tri- Ex Aug.
buēs quod bene loquor,quia ab ipso habeo. Sermones dico[MEOS]quia accepi.q.d.Et dei sunt, quia dat: & mei sunt, quia sccipio. Dixi sperabo,sed & ante,id est iam pridem[SPERAVI in deo]ideo [NON timebo] spe futuri. Non timet iste qui vidēs mala seculi futuri superius formidans,orabat. Non timebo,dico,[QVID faciat mihi caro]quia si calcat vinū exit de calcatura.

5 Tota die verba mea execrabantur:aduersum me omnes cogitationes eorum in malum. PARS II.

TOTA die] Secunda pārs,vbi enumerat ma- Ex Caſs.
la,quæ sustinēdo fit inimicorū conuersio. Vnde & per spem dei concludit se nō timere, sicut prius fecerat. Dico,Nō timebo quid faciat mihi caro. Quid enim caro facit?[TOTA die verba mea execrabantur] & si à deo sint. & [OMNES
cogitationes eorum]existentes[IN malū,]quia Ex Aug.
nil boni tractant,sunt[ADVERSVM me]Cūm enim verba respuuntur,persona dicentis nō est immunis ab iniuria. Si panē ipsum abominātur: vasculo in quo ministratur,quomodo parcūt?

5 Inhabitabunt & abscōdent: ipsi calcaneum meum obseruabunt.

INHABITABVNT]vel,Incolūt. Aliā li- Ex Aug.
tera.q.d. Cogitationes eorum sunt in malū, & hæ absconsæ. Et hoc est,Incolent[ET abscondent,] id est,quia peregrini sunt in hoc mundo, vbi non est nisi peregrinatio & incolatus,vbi nullus videt cor alterius,quicquid mali cogitāt absconsum est. Vel ita,& agit de fictis fratribus, qui latenter subintrant,vt noceant.q.d. Quidam aperte impugnant, sed ex iis aliqui longe sunt à sanctis, qui.s.ficti, Inhabitabunt,vel,Incolent, id est,ficte subintrabunt, Et abscōdent, dolos:quia non audent palā contraire. Et ti pe-
ius nocent,quàm mali,vt & Iudas qui diabolus Ioan. 6
erat. Electus est cum aliis vndecim, & ad tempus incoluit. Elegit eum qui nouerat non ad o-

pus probationis, vt cæteros, ſed ad opus tentationis, vt datet tibi neſcienti quos eligas, ſolatium vt coleres ſicut ille. Si enim falſa de te dicunt, cælum non auferunt, nec iſti oocent. Et
Ex Aug. [IPSI] tales [OBSERVABVNT calcãneum meum,] id eſt, pedem ad lapſum, vt calũnientur. Aucupãtur enim verba omnia, quærẽtes alicubi laqueos, & nodoſas facere calumnias, quibus tamen ipſi prius capiũtur vt pereant, quam alios capiant vt perdant. Vel, Obſeruabunt cal-
Ex Caſs. caneum meum, id eſt finẽm vitæ, quod ſecundum fioem iudicamur. Ideo diabolus inſidiatur calcaneo.

7 Sicut ſuſtinuerunt animã meã, pro nihilo ſaluos facies illos: in ira populos confringes.

Ex Rem. SICVT ſuſtinuerũt] q.d. hõc agũt [SICVT,] vtpote illi [QVI ſuſtinuerunt animam meam] tanquam graue pondus, id eſt, vtpote illi qui-
Sapien.2. bus grauis ſum ad videndum. Vnde in libro Sapientiæ, Opprimamus virũ iuſtum, grauis enim nobis eſt ad videndum. Illi tales ſunt, ſed tamen [SALVOS facies illos] ô domine. Et hoc [PRO
Ex Aug. nihilo.] Vel ita ſecundum aliã literã. Quæ eſt, Sicut ſuſtinuerũt animã meã pro nihilo ſaluos facies. Et loquitur hic eccleſia Chriſto dicens, Aĩa mea ſuſtinuit, foris latrones intus abſcondẽtes &, Sicut, ego ſuſtinui, ſic tu Chriſte, Saluos facies illos. i. tu ſuſtine & ora ꝓ illis, & salui erũt. Saluos facies, dico, & hoc, Pro nihilo, quia nullus tibi inde labor quaſi nihil tibi ſit, quia ſi deſperati ſunt, verbo eos curas. Vel, Pro nihilo ſaluum facies illos, quaſi pro nullis eorum meritis, ſed gratis, per pietatẽ. Vel per hoc ſaluabis, quia [CONFRINGES] vel, Deduces [POPVLOS IN ira] ſcilicet dũ per flagella dei reſipiſcant, quia. ſ. terres tribulationibus, & ſic deducis eos ad te. Eſt enim ira conſummationis, qua filii flagellantur ad corre&ctionẽ. Et ira conſumptionis, qua mali puniũtur ad peremptionem. Vel, Confringes populos in ira, id eſt, dum iram dei futuram præuident.

8 Deus vitam meam annuntiaui tibi· poſuiſti lachrymas meas in cõſpectu tuo.

Ex Alcu. DEVS vitam meam] Nõta quod triplex eſt vita hominis, ſcilicet naturæ qua viuimus, ſpiramus: vita gratiæ, qua in Chriſto viuimus: vita peccati, quæ in vitiis agitur. Duæ ſunt à deo quæ bonæ ſunt, ſcilicet vita naturæ & gratiæ. Tertia eſt ab homine, quæ mala eſt. Has omnes deo annuntiare debemus. & primo de vita peccati. Vides qualiter deo ſic annuntianda. q.d.
Ex Caſs. Cõnfringes populos, & ego ad inſtitutionẽ eorum, Annũtiaui tibi vitam meã, quæ mala ſemper fuit. Vitam deo nũtiat, qui peccata deo cõfitetur: non deum docens, ſed ſe damnans, vt ſic
Ex Aug. ſoluatur. Vel de vita naturæ & gratiæ accipitur ſic, q.d. Illõs confringes. Ego autem vt non ingratus, Annũtiaui tibi, ô Deus, id eſt, attribui, Vitã meam, naturæ & gratiæ: quia vt viuam tu feciſti. Ideo tibi vitã meam annũtio, non mihi, vt alii id ſequantur. Lucris enim dei prodeſt, vt alios inuites ad accipiẽdam vitam, quam accepiſti, vt qui viuit iam non ſibi viuat, ſed ei qui pro omnib⁹ mortuus eſt, ita ego. Et tu [POSVISTI lachrymas meas in conſpectu tuo,] id eſt, Sicut erãt in promiſsione tua. i. exaudiſti me deprecantem ſicut promiſeras te exauditurũ flentem. inueni te miſericordem, in promittẽdo: ve- Ex Caſs.
racem, in reddendo. Attẽde quam pię lachrymę ſunt quæ pro inimicis orant. Et ideo acceptæ ſunt deo ſicut ipſe promiſit. Vel ſic diſtingue literam, Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo: hic diſtingue, manente eadem ſententia.

9 Sicut in promiſsione tua: tunc conuertẽtur inimici mei retrorſum.

SICVT & in ꝓmiſsione tua, &c.] q.d. Sãl- Ex gl. int.
uos facies & cõfringes [SICVT] eſt [ET in pro- Gen.22
miſsione tua] quia promiſiſti Abrahæ, In ſemine tuo benedicentur omnes gẽtes. Et [TVNC] ſcilicet quãdo confringes [INIMICI mei cõ-
uertentur] à ſuo ẽrrore, ita vt ſint [RETRORſum,] id eſt, ſequantur qui præire volebant. Et Ex Aug.

10 In quacunque die inuocauero te: ecce cognoui quoniam deus meus es.

IN quacũque die] ſcilicet ſiue in pueritia, ſi- Ex Caſs.
ue in media ætate, ſiue in fine vitæ [INVOCAuero te] non aliud quærens, quam te [ECCE cognoui quoniam deus meus es] Ecce magnæ diuitiæ. Quantũlibet auarus ſis, ſufficit tibi deus, etenim auaritia terram quærebat poſsidere totam. Adde & cælum. Adde, quod plus eſt, qui fecit cælum & terram. Et eſt ſenſus, acſi diceret, Quãdocũque inuocauero te, audies me. In quo mira dei clementia aduertitur, quæ quodlibet tẽpus noſtrę cõuerſionis expectat, quandocunque rogatur, ſe indulget. Et nota qđ ait, Deus
meus es. q.d. Et ſi õmnium deus meus proprie, Ex Aug.
qui mihi ſubuenis, quẽ colo, quẽ amo, alii ſunt aliẽni. Et ideo,

11 In deo laudabo verbũ, in domino laudabo ſermonem: in deo ſperaui, nõ timebo quid faciat mihi homo.

LAVDABO verbum,] id eſt, dõctrinã in deo Ex Aug.
ei attribuẽdo. Idem dicit quod ſupradixerat. Et [SERMONEM,] id eſt, quicquid ſupra loquar LAVDABO in domino] id eſt, attribuam, & ſi quid vrget [SPERAVI IN domino. Et ideo,
[NON timebo, &c.] Vel ita, IN deo] patre, Lau- Ex Hier.
dabo verbũ, id eſt filiũm, quia quicquid de pa- Ex Caſs.
tre, & de filio dicitur ſecundũ ſubſtãtiam, & de ſpiritu ſancto, hoc de potẽtia verbi dicitur, qua eſt coęternum & conſubſtantiale patri. Poſtea de humanitate eius ſubdit, In domino, id eſt, in Chriſto, qui verbum caro factum eſt, Laudabo ſermonem, id eſt, prædicationes, quib⁹ regulam viuendi, & ſalutem mũdo dedit. Hæc duo prædicat iſte. ſ. potentiã verbi, & humanitatẽ Chri-
ſti. Vel ita, vt trinitas notetur perſonarum per Ex Alcu.
tria verba quę ponit: in deo patre, Laudabo ver

bum, id est filium, In domino; & spiritu sancto, Laudabo sermonē; id est filium: quia quicquid secundum substātiam dicam de vna persona, & de reliquis. & si quid vrget, In deo speran, mūdana contēno. Et ideo, Non timebo [QVID faciat mihi homo] quia & siquie extra sunt, eripit; non quæ intus. quia nihil nisi mundana eripit. Idem est finis huius partis qui & primæ.

Ex Cass.

PARS III.

12 In me sunt deus vota tua: quæ reddam laudationes tibi.

Ex Cass. IN ME sunt, &c.] Tertiā pars, vbi ecclesia iam de malis seculis libera, in futura beatitudine, vel etiam hic laudem dei cantaturam se dicit. q. d. nō timebo, quia [VOTA tua ô deus sunt in me] intus sunt quæ à nobis nūquam recedūt,

Ex Aug. Nō extra quæro, quod offeram, quia de ara cordis, de cellario conscientiæ exit totum quod charitate accendendū est. quæ vota sunt [LAVDATIONES.] Vel vota dico, Laudationis [TSDI] alia litera. Quę vota reddam tibi, in æternitate, vel etiam hic. Ideo laudabo hic,

Ex Cass. & Alcu.

13 Quoniā eripuisti animā meam de morte; & pedes meos de lapsu: vt placeam corā deo in lumine viuentium.

QVONIAM eripuisti animā meam de morte] quia per me eram mortuus. Per te est vita quam tibi enuntio [ET pedes meos de lapsu] alia translatio habet, Oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Hic in spe ad hoc eripuisti [VT placeam coram deo] non corā alienis, scilicet allophylis, qui lōge sunt à sanctis, qui non habent lumen, vnde videant. Ego dico existens [IN lumine viuentium.] In lumine est qui gratis deum amat, quod nemo scit, nec etiam diabolus nisi solus deus. Vel de futuro potest accipi, sic. ideo laudabo in futuro, quia Eripuisti, id est, eripies animā meam, De morte, æterna. Et, Oculos meos à lachrymis, & pedes à lapsu, vt placeam coram deo in lumine viuētium. Hoc in futuro, vbi nec anima peccādo moritur, nec oculi flent mala, nec pedes labuntur. quod nō est hic, vbi etiam perfecte deo placet. Vnde addit, Vt placeā deo in lumine viuentiū, ęternaliter.

Ex Aug.

Ex Hier.

Ex Cals.

COLLATIO

In Psalmum quinquagesimūquintum, Miserere mei deus, quoniam conculcauit me homo, &c.

TITVLVS sic habet apud LXX, In finē pro populo, &c. vt habes in magistro. Heb. Victori super columbam mutā, vel pro colūba muta in remotis, vel longinquorum aut elongationum; aut Hieronymo eo quod procul abierit, Dauid insigne מִכְתָּם michtam Hieronymus vertit simplex & humilis de quo supra dictū est psalmo 15. Quantum vero ad id quod est in Hebr. pro columba muta elongationum, vel poterat verti pro pro elōgationib': vel pro his qui elōgātur à columba muta, & prior versio accipietur in bonam partem, scilicet pro Christo aut populo Christiano, qui intus seruat innocentiam: ac ponit fiduciam suam in remotis, hoc est in cælis: altera intelligetur in malam partem, cōtra Iudæos qui se elōgauerunt à colūba muta hoc est à simplicitate quæ est in Christo Iesu, conantes destruere insigne Dauid: hoc est tituli inscriptionem. dicebant enim, Noli scribere rex Iudæorum. Et hoc modo videntur LXX intellexisse. Reliqua explicantur in glossa.

3 PRINCIPIVM tertii versus apud nos est apud Heb. finis secundi versus: iuxta distinctionem exemplariū, quibus vtimur. Sed מָרוֹם marom, particula diuerso accepta modo, fuit in causa vt LXX acciperent acsi litera mem esset præpositio ab, quod est Hebr. notissimum. Id etiam fecit Pellicanus, quando vertit ab excelso. Cæteri literam mem volunt esse heemanticam, vt vocāt, hoc est notam nominis deriuatiui, ob idque traducūt altissime, O excelse vel in excelso. Nouissimum ponit Sanctes, contrario sensu ad versionem aliorum. Multi bellātes ꝓ me in excelso. Nam opponitur isti, multi bellantes contra me ô excelse. Nebiensis vertit cōtra me excelsum. Nec debet nos interturbare varietas distinctionis in versuum sectione, quę passim relinquit pēdere sententiam à sequētibus, præsertim in carmine. Iamq; si dies pertineat ad tertii versus continuationem: gignendi casum exigit iuxta LXX. Si autē ad principium versus spectet, quia non habet præpositionem, nec terminationis inflexionem: vertūt diem timebo, vel per diem seu in die; aut quacūque die timebo. Munsterus, Licet per diem timerem, de suo addidit. Porrò sensum nostræ lectionis, apertius tradit Hieronymus ad Suniā & Fretellā, docēs esse in Græco additam negationem, non timebo οὐ φοβηθήσομαι. Et est ordo, Quoniam multi dimicant aduersum me, sed tuum excelsum lumen timebo.

4 IN deo laudabo sermones meos. In Hebr. verbū eius. Sed passim occurrit iod pro vau, & è diuerso capi ob literarum affinitatem דְּבָרוֹ debaro, verbum eius דְּבָרִי debari verbū meum, דְּבָרַי debarai verba mea.

5 TOTA die verba mea execrabātur. Hic Faber toto cælo errat, qui ausus est affirmare pronomē mea, superfluere, quum manifestissime in Heb. legatur hoc versiculo דְּבָרַי debarai. Stapulensis falsus fuit, eo quod in cōtextu versionis Hieron. nō inuenerit. Est tamen certū Hieronymum, pronomen primitiuum, cœpisse loco possessiui: quia vertit, sermonibus me affligebāt. Alii Hebraicātes sequuntur LXX. Trāslatio tamen ad Campensem, dicit, Omni tēpore affligunt res meas. Faber errat.

7 SICVT sustinuerunt animam meam, pro nihilo saluos facies eos.] Pratensis, Quū expectauerunt animam meam, propter iniquitatem liberatio illis. Interpretes pro Caietano, Sicut expectauerunt animam meam, super iniquita-

te euasio ipsis. Pellicanus consimiliter, Sanctes, Munsterus, Campensis, interrogatiue vel admiratiue legunt secundā partem, Quum expectāt animā meā, propter iniquitatē erit ne illis euasio? Verū prima particula totius versus potest dicere, sicut, aut, quum, כַּאֲשֶׁר caasser. Iamque interpretādo priori modo, sensus lectionis latinæ erit, Sicut sustinuerunt, vel (vt alii ponunt) expectauerūt animam meam, nempe persequēdo: sic pro nihilo saluos facies illos. Hoc est (vt vertit Hieronymus) quia nullus saluus in illis. Cæterum vbi dicimus, pro nihilo, & Hieronymus nullus: alii habēt propter iniquitatē. Vnde cogebantur sub interrogatione intelligere. Varietas autem contigit quod אָוֶן auen significat vanitatem & iniquitatē, ac L X X, sicut & Hieronymus, priorem acceptionem respexerunt. Quasi dicas, Super aut pro vano, saluator eorū: id est, vana est salus eorum & nulla. Augustinus tamē in bonam partem exposuit, pro vano aut pro nihilo, id est, gratis.

IN ira populos cōfringes.] Præsentē locum taxare videtur Hieronymus ad Suniam & Fretellam, quasi lectio latina deprauata sit. Imo & Græca. Ait enim, In ira populos cōfringes. Pro quo in Græco legitur ἐν ὀργῇ λαοὺς κατάξεις, id est, confringes. Et apud Latinos, pro eo quod est deiicies, id est, καταβαλεῖς, male error obtinet κατάξεις, id est confringes. Nam & in Heb. הוֹרֵד hored, habetur quod nos possumus dicere depone. Et Symachus interpretatus est καταγάγε. Sed sciēdum interdū Hieronymū dicere errorē in verbis, in sensu non itē. quod vbi est, noluit mutare cōsuetudinem interpretū, vt pauloante dicebat. Noluimus igitur immutare, quod ab antiquis legebatur, quod idem sensus erat: ac passim idipsum inculcat; vt Suniæ & Fretellæ alio loco. Vbicunque sensus idem est, veterum interpretum consuetudinem mutare noluimus: ne nimia nouitate, lectoris studium terreremus.

Hieronymus mutare nō audet quæ vsu cōfirmata sūt.

8 DAVS vitam meam annūciaui tibi.] Hieronymus, Secretiora mea numerasti. Parensis, Discursus meos numerasti. Sāctes migrationes. Pellicanus, Anxietatem meam numerasti. Alii, euagationem meam seu peregrinationem, &c. Vocula Hebraica נוֹד nod, significat migrationem, commotionem, euagationem: quæ omnia tam apposite quadrant vitæ nostræ mortali ac periculosæ, vt haud perperam L X X, per eorum ipsorum rationem, vitam intellexerint, putidæ literę seruientes minime. Nam ceu peregrini & aduenæ, in hoc seculo ciuitatem non habemus permanentē, sed futuram inquirimus. Iob quoque 13, Homo nunquam in eodem statu permanet. Quod verō Hieronymus posuit secretum pro vita aut vagatione, idipsum factū est, propterea quod legerit סוֹדִי Sodi pro נֹדִי nodi, id est, secretū meū. Id quod & indicauerit Sanctes, in suo thesauro. De eo quod legimus annūciaui, vbi alii dicunt numerasti: nullo impendio conciliatur, quādoquidem סָפַר saphar verūque signat, & prima ac secunda persona: si non scribantur puncta paulo pacto distāt communiter non in voce, סִפַּרְתָּה sapharta aut sipharti, & in prima persona, additur literula minima iod, vbi est nunc paragoge, he. Vtrobique tandem suum habebit sensum lectio.

Vita hominis migratio & euagatio dicitur.

POSVISTI lachrymas meas in conspectu tuo. Recentiores trāslatores dicunt pro in cōspectu tuo, in vtre tuo. Haud improbabile ostenditur L X X legisse נֶגְדֶּךָ negdeca pro נֹאדֶךָ nodeca. Prius significat conspectum tuum, alterum vtrem tuum. Argumētum confirmat Hieronymus iuxta Heb. qui est cum L X X, nisi velis dicere, ipsos metaphoram reddidisse explanatā. quę dabatur intelligi per vtrē: in quo quidpiam adseruatur custodiēdum. Et lachrymas nostras deus reseruat, vt pro gemitibus, quos pro peccatis expiandis emittimus, mercedem reddat. Ob idque dicuntur in conspectu eius, quia illi placent ex corde.

9 SICVT in promissione tua.] Heb. legūt per interrogationē. Nōne in numeratione tua, aut narratione tua, aut libro tuo? supple, hęc annotata sunt, vt vult Munsterus. Nullū est damnum in sensu, si plane legas more L X X. Et liber dei, est eius promissio, quæ etiam declaratur in scripturis. Nebiēsis vertit vtique in libro tuo. Et Chaldæus, Vtiq; in rationibus tuis. Hieronymus sine interrogandi figura dixit absolute. Sed nō in narratione tua, quod obscurius est. Quid enim sibi vult, numerasti lachymam meam: sed nō in narratione tua? nisi forsan alludat ad illud apostoli Rom. 8, Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Liber dei quid.

12 IN me deus sunt vota tua, quæ reddā laudationes tibi. Gręce legitur & in psalmodia Romana, αἰνέσεως laudationis. In Heb. tamen pluratiue habetur תּוֹדוֹת todoth laudationes seu gratiarum actiones. Non video tamē cur obelo debeat transfigi relatiuū quæ, in nostra lectione, vt decernūt Faber & Cæcus. Non est enim cōtra consuetudinem latini sermonis, quod per appositionē dicantur vota, laudationes, vel gratiarum actiones. Ne interim dicā, quod in trāsferendis alienis sermonibus nōnihil detrahendum est proprietati linguæ latinæ: in sacris potissimum, in quib⁹ singula verba, iuxta Hieronymū, de optimo genere singula mysteria sunt.

LVI. PSALMI TIT.

In finem ne disperdas vel corrumpas Dauid tituli inscriptionem, cum fugeret Dauid à facie Saul in speluncam.

MISERERE mei deus] Titulus [IN FINEM ne disperdas vel corrumpas Dauid tituli inscriptionem, cum fugeret Dauid à facie Saul in speluncam.] Legitur in libro Regum quod Dauid fugiens à facie Saul, venit ad tutissima loca Engaddi, vbi absconditus in spelunca latuit. Hanc historiā tan-

1. Re. 24

git titulus, sed hoc ab historia nos retrahit qđ Ex Aug. de tituli inscriptione dicit. Nullus enim titulus legitur fuisse inscriptus Dauid quem Saul vellet corrumpere, sed Christo qui de Dauid natus est, inscriptus est titulus, quem populus Iudęorum voluit corrũpere. sed quia per spiritum sanctum, scilicet scriptum erat, [NE corrũpas] ait Pilatus, Quod scripsi scripsi, cuius spelũca caro vel sepulchrũ, accipitur, vbi latuit Christus abscõditus. vel incognitus Iudęis. Hoc ergo propheta, per spiritum sanctum futurũ pręuidens ait, Ne corrumpas. Et est sensus [PSALMVS] iste dirigens nos [IN finẽ,] id est, in Christum, hoc ait [NE] tu Pilate, vel tu quicunque [DISPERDAS vel corrumpas Dauid,] id est, Christum, [IN tituli inscriptione,] id est, negãdo Christum esse regem. quod tituli inscriptio cõfirmabat. tituli inscriptione dico mutata secundum volũtatem Iudæorum [CVM fugeret,] id est, quia fugit [A facie Saul,] id est, à cognitione Iudæorũ [IN spelũcam] carnis, scilicet cum in carne tect⁹ nesciretur. Si enim cognouissent, nũquam dominũ gloriæ crucifixissent. Vel mutare voluerunt, Cum fugeret, id est, quia fugit, A facie Saul, id est, à cognitione Iudæorum, In speluncam, id est in sepulchro. tectus quia cum à cruce vel sepulchro non eripitur, non putatur Dei filius. Et agit iste psalmus breuiter, de Ex Cass. Christi passione & resurrectione, vbi Christus secundum quod homo orat de passione ita humilis, vt vnus de fidelibus ita clamare putetur.

Intẽtio. monet, ne quis titulo crucis cõtradicat, sed Christum regem esse credat. Modus. Tripartitus est psalmus. primo ꝓpheta loquẽs in persona domini, quia dominus in eo loquit, quasi inter mala exclamat, & prędicit liberationem. Secundo per quid fit liberatos, & de quibus dicit, ibi, Misit dominus. Tertio post resurrectionem laudes pronũtiat, ibi, Paratũ. Christus ergo secundum quod homo orans ad patrem, dicit,

MISERERE mei deus, miserere mei: quoniam in te cõfidit anima mea.

Ex Aug. MISERERE mei deus] Hõc Christus patri dicit ex nostro, docens nos orare, qui cum patre miseretur nostri. Et repetit Ex Cass. [MISERERE] Rẽpetitio geminata periculum ostẽdit magnum. Ideo miserere [QVONIAM in te confidit anima mea] Ex Aug. Hæc est cãusa quare debeat obtinere. hĩc iã vox corporis adiungitur capiti: & loquens in persona membrorum, & sua, quomodo possit liberari dicit.

2 Et in vmbra alarum tuarũ sperabo: donec transeat iniquitas.

Ex Cass. ET in vmbra alarum tuarum,] id est, in munimine maternæ pietatis tuæ [SPERABO] hoc & in membris fugiter facit. Sperabo, dico [DONEC trãseat iniquitas] Ex Aug. quod ĩn fine pœnitus in membris complebitur. Vsque in finẽ seculi nãq; nec iniquitas deerit premens, nec iustitia patiẽs. Dĩco sperabo, & non ero otiosus, imò, Ex gl. int

3 Clamabo ad deum altissimum: deum qui benefecit mihi.

CLAMABO ad deum altissimum] .i. deũm Ex Aug. qui altissimus est: sed si est altissimus, quomodo audiet te clamantem, experientia præstat fiduciam. Deũ dico [QVI benefecit mihi] quasi expertus sum per hoc quia benefecit, quod & clamantem audiet. Si enim impios quæsiuit, qui eum non quęrebãt, & pro impiis mori voluit, clamantes quomodo non audiet?

4 Misit de cælo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

MISIT] hoc prius in persona ecclesiæ sic benefecit. Ex Hier. Itã bene [QVIA misit] pater verbũ [DE cęlo,] Ex Alcu. id est, de õcculta essentia sua, & de secreta cognitione angelorum. Et per hoc [LIBERAVIT,] id est, liberabit me. q. d. quia iam misit verbum, iam certum est, quasi iam sit, quod, Liberauit, id est, liberabit [ET dedit,] id est, dabit [IN opprobrium conculcantes me] Vel itã in Ex Cass. persona capitis, ita benefecit, quia, Misit mihi, De cælo ãuxiliũ, & per hoc quia misit mihi de cælo auxilium, Liberauit me, suscitando, exal- Ex Aug. tando [ET conculcantes me,] scilicet qui mortuo insultauerunt. Dedit in opprobrium, dispersos vbique, & maxime dum vident eius resurre- Ex Cass. ctionem adorari, quem putabant se extinxisse.

5 Misit deus misericordiam suam & veritatẽ suam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonũ: dormiui conturbatus. PARS II. διαψαλμα.

MISIT] de cælo. Secũdã pars, vbi iam decla- Ex Cass. rat quid misit, & de quib⁹ eripuit. Et loquitur ĩn persona membrorũ. q. d. Misit de cœlo. Quid Ex Alcu. autem [MISIT] Misit inquam deus pater [MI- Ex Aug. sericordiã suam,] id est Christũ, verbũ patris, in quo misericorditer nobiscũ egit deus, quia Christus nobis cõpatitur, & ex misericordia & pro nobis mortuus est. Et ideo dicitur, Misericordiã [ET veritatẽ suam,] id est Christum, qui retribuit secundum merita, & ex veritate surrexit ad iustificandum nos, vt prædixerat. in quo e- Ex Hier. tiam promissiones implentur. Et ideo dĩcitur veritas. vtraque enim in eo continentur, nec vna sine altera. Si enim sola fuisset misericordia, licentia nobis esset peccandi. Si vero sola fuisset veritas, non potuisset homo sustinere [ET eripuit] hoc capite dicit, quia misit verbum. ad hoc vtique misit. Et, id est, quia, Eripuit [ANIMAM meam] Ecce ipse se rẽsuscitauit, Christus Ex Aug. enim loquitur & de misso loquitur, ergo de se. Vnde eripuit? [DE medio catulorũ leonum,] id est, populi à principib⁹ seducti. Quid enim passus? Ecce [DORMIVI] alta quiete facile excitandus sicut dormiens. Dauid ad literã nõ dormiuit in spelũca, sed Christus dormiuit in morte. Vnde manifestũ est, hoc de Christo accipiendũ esse. Dormiui dico, & [CONTVRBATVS]

non vtique me turbabo in ratione, sed illis turbantibus sua opinione. Vel, Conturbatus, sui,
Ex Alcu. secundum carnem passionis timore, & angustia.
Matt. 26 Vnde, Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et
Marc. 14. alibi, Coepit Iesus pauere & taedere. Qui turbauerunt?

6 Filii hominum, dentes eorũ arma & sagittae: & lingua eorum, gladius acutus.

Ex gl. int. FILII hominum,] id est, Iudaei qui deberent esse filii hominum. Rectus ordo verborum
Ex Alcu. est[FILII hominum, laqueum parauerũt] sed interserit qualiter turbauerint, dicens, [DENTES,] id est, irrisiones ipsorũ fuerunt[ARMA]
Ex gl. int. quantũ ad cõsilia. [ET sagittae] quãtũ ad verba. Nõ ergo se excusent Iudaei, quia etsi manus
Ex Cass. inermes, os armatum est. Vnde subdit [ET lin-
Ex Aug. gua eorum gladius acutus] Dum clamant crucifige crucifige. Voces enim illae, scilicet crucifige, & huiusmodi citam fecerunt mortẽ, vt gladius acutus.

7 Exaltare super caelos deus: & in omnem terram gloria tua.

Ex Alcui. EXALTARE] vẽrba Christi, ad patrẽ. q. d. Illi ita, sed õ[DEVS] pater [EXALTARE super caelos,] id est, facto me quod altus videaris, super angelos, id est, fac me requiescere, resurgere, & ascẽdere. Et per hoc in omnẽ terrã[GLORIA tua] dilatabitur. Gloria tua, id est, omnes habitatores terrae te glorificabunt. Vel ex persona prophetae loquentis ad Christum, haec accipiuntur. Superiora dominus loquutus est, pro-
Ex Aug. pheta quidem, sed in persona domini. Et merito, quia dominus in propheta loquitur: quãdo etiam ex sua persona loquitur propheta, dominus per eum loquitur qui ei dictat. Propheta ergo per spiritum sanctum visis iniuriis Christi, visóque quod in resurrectione inanes facti sunt Iudaei, gaudẽs exclamat, ô Christe qui videris tãtum homo in cruce pendens, Exaltare,
Ex Cass. vt appareas, Deus exaltare, vt qui pẽdens in cruce, in maiestate cum patre regnare cognoscaris. Non enim quantum ad se, sed quantum ad homines exaltatur. Exaltare dico, Super cęlos. Ad literam, quoniam sedet ad dexteram patris, vt iudicet Iudaeos in terra. Et super caelos. i. etiam spirituales, quia angelos habet subditos. vt sic etiam[IN omnem terram gloria tua] dilatetur, id est vbique extendatur, quod modo completum est, quia totus mundus ei subiectus est.

8 Laqueum parauerunt pedibus meis: & incuruauerũt animã meã.

Ex Alcu. LAQVEVM parauerunt] postquã interpõsuit de sua exaltatione, coeptam narrationẽ exequitur. Filii hominum[PARAVERVNT laqueum] quasi lãtẽter[PEDIBVS meis] Pedes
Ex Cass. domini sunt, increpationes malorum & promissiones fideliũ, quibus quasi pedib⁹ incedebat, cũ malos increpabat, & bonis premia pmittebat, quibus dolos parauerunt Iudaei, vt de adultera quam adduxerunt ante eum, volentes eum quasi necessaria complexione circumuenire. vt vel contrariũ legis tenerent, si diceret dimittendam, quam lex prçcipiebat lapidari. Vel deriderent eum, quasi mẽdacem, si eam morti adiudicaret, qui mansuetudinẽ prędicabat. [ET incurauerũt animam meam] dũm eis compatiens Ex Aug.
sterilis est, ab eis. Vel, Curuauerũt animã meam, id est, voluerunt quasi de caelo me ad inferiora deprimere. Laqueum parauerunt, sed nõn me Ex gl. int.
nesciente.

9 Foderunt ante faciẽ meam foueam: & inciderunt in eam.

FODERVNT foueam] id est, sentẽntiã mortis inclamãtes. [ANTE faciem meam] quia sciebat totum quod moliebãtur. Hoc factũ est dum in eum dixerunt, Reus est mortis. Et haec agendo, nõn mihi, sed sibi nocuerũt. Vnde sequitur, Ex Cass. & gl. int.
[ET inciderunt in eam] in cõ fossa, id est, cauteriata & obscura conscientia caecati. Ex Aug.

10 Paratum cor meum deus, paratum cor meum: cantabo & psalmum dicam. PARS III. διάψαλμα.

PARATVM] Tertia pãrs, vbi post resurrectionẽ laudes promittit. q. d. Istẽ parat foueam, Ex Cass. Ex Aug.
sed[COR meum] õ[Deus] est[PARATVM] ad tolerantiam, ideo ille incidit: ego cãtabo. Et repetit ad cõfirmationem[Paratum cor meũ,] Ex Alcu.
quasi ita multum. Vel, Paratũ cor meum, ãd agendas gratias. Et quia gratię aguntur verbo & Ex Cass.
opere, repetit, Paratum cor meum, vt alterũ ad opus. alterum ad verbum referatur. Et qualiter? cantabo[ET psalmum dicam,] id est verbis gratias agam, & operibus, quę duo praedictę gemi- nationi reddidit, quia ad vtrũque paratus. postea aggratulando carnem alloquitur dicens, ô Ex gl. int.

11 Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgã diluculo.

GLORIA mea,] id est, ô cãro mea, quae es Ex Cass.
causa gloriae meae[EXVRGE,] id est, potenter, quasi ad miraculum faciẽdum, aggratulatio est, quia certus est vnde idem repetit affirmando. aliud addens, subdit [EXVRGE PSALterium & cithara] Psaltẽrium a superiori reddit sonũ, Ex Aug.
cithara ab inferiori. Per psalterium & citharã, vna caro Christi intelligitur, & duo factorũ genera. Vna ergo caro Christi surrexit: eũ ea, duo organa sorrexerunt. In carne enim Christi duo genera sunt factorum, scilicet miracula quę per psalterium & passiones, quae per citharã significatur: & haec surrexerunt, quia vtraque in gentibus praedicantur. Surrexit ergo psalterium & cithara, & cõfitebitur domino. Et hoc est, Exurge psalterium, id est caro, diuina operãs. [ET exurge cithara,] id est, caro humana patiẽs. Exurge dico, quia certus sum etiam de hora. nam [EXVRGAM DILVculo] hora resurrectionis Christi haec est. Vel, Exurge diluculo, alia litera. Et sic,

12 Confitebor tibi in populis domine: psalmũ dicã tibi in gentibus.

CONFITEBOR tibi] Haec dicit Christus in Ex Cass.
membris, id est, laudabo te[IN populis domine,

& psalmum dicã tibi,]id est, cælestem actũ persoluam tibi[IN GANTIBVS,]id est, inter gentes. Ostenditur hic causa cõfessionis & psalmi, q.d. ideo confitebor,& psallam.

13 Quoniam magnificata est vsq; ad cælos misericordia tua: & vsque ad nubes veritas tua.

QVONIAM magnificata est misericordia
Ex Cass. vsq; ad cęlos,] id est,quiã humanitas filii ad li-
teram,vsque ad cælos perducta est [ET veritas
tua]venit [VSQVE AD NVBES,] id est,vsq;
ad prædicatores. Nubes sunt prophetæ & alii
doctores qui impleti imbre spiritus sancti, alios
Esa.60. compluunt doctrinis. Vnde, Qui sunt hi qui vt
Esa.5 nubes volãt. Et alibi, Mãdabo nubibus meis ne
Ex Aug. pluant super eos imbrem. Vel ita, vt per cælos
angeli accipiãtur, per nubes prædicatores: quia
cæli supra nubes sunt, in quibus cælis sedes est
angelorum. Et ideo per cęlos, bene angeli accipiũtur. Nubes sunt inferiores cęlis, id est, homines prædicatores qui inferiores angelis, qui adhuc in caliginosa carne sunt, qui habent lumen scientiæ in se, sed occultum. de quibus dominus coruscat miraculis, tonat minis, pluit doctrinis. Magis ergo pertinet veritas ad cælos, id est ad angelos, & ad nubes misericordia: quam ad angelos misericordia, & ad nubes, id est, ad prędicatores veritas. quia angeli sine caligine vident speciem veritatis: nec ibi opus est misericordia, vbi non est miseria. Sed tamen in hoc congrue dicitur, vt veritas ad nubes, Misericordia ad angelos referatur: quia veritas, id est, cognitio veritatis, quæ præpollet in angelis descẽdit etiam ad homines, nec ea deus fraudauit, nos ad quos veritas ipsa operta carne à patre genita venit. Rursus angeli videntur misericordia non indigere: sed & si angeli non egent misericordia, tamen dum homines miseri per misericordiam in resurrectione fient angelis pares, vsque ad ad cælos, id est, angelos, misericordia dei ascendit. Agentes ergo gratias dicamus cum propheta, qui supra idem dixit,

14 Exaltare super cælos deus: & super omnem terram gloria tua.

EXALTARE SVPER CAELOS deus] Iterãt quod ante dictum erat, fidem nostram confirmans [ET SVPER OMNEM TERRAM gloria tua.]

COLLATIO
In psalmum 56, Miserere mei deus, miserere mei: quoniam in te cõfidit anima mea.

DE RATIONE tituli in superiori dictum est, & in psalmum 15.

2 DONEC TRANSEAT iniquitas.] Heb. הוות hauoth, Hieronymus & Nebiensis, Donec transeant insidiæ. Pratẽsis, prauitas. Munsterus, tyrannis. Pellicanus, prauitatum immensitas. Campensis, scelerum colluuies. Trãslator ad eundem, Donec prætereat malitia. Sanctes, Cõtritiones. Chaldæus, tumultus. Et hi omnes sub nominandi casu. Soli interpretes pro Caietano, casu accusante verterunt, Donec transibit (anima mea supple) confractiones. Denique hæc non ita magno conciliantur impendio.

3 AD DEVM QVI BENEFECIT MIHI.] Hieronymus, Vltorem meum. Pellicanus, Deum facientem consummationem super me. Interpretes pro Caietano, Deum complentem super me. Pratensis, Retribuentem super me. Sanctes, Retribuentem mihi. Munsterus, Qui transfigit causam mihi impẽdentem. Paraphrasis Campensis, Qui perficiet quæ cœpit in me. In Heb. sunt vocabula duo duntaxat גמר עלי gomer alai. Prius significat cõsummare, & perficere, reddere & retribuere. Vnde Ra. Da. teste ipso Sancte, exponit reddẽtem misericordiam: & id procul dubio fit, quando vindictã exercet in cacodęmones & inimicos animarum nostrarum, quod est nobis benefacere, & causam nostram agere. Certe nostra lectio, nil abest à veritate Hebraica. Ob id volumus varias versiones recensere, ne quis putet in quamlibet incidens, aliud in Hebræo haberi, quam simpliciter legimus. Quidam enim sibi permittunt lõgam circuitionẽ in vertẽdo, & vix apiculum sinũt addi dilucidioris sensus causa in editione vulgata.

4 MISIT DE CAELO ET LIBERAVIT me: dedit in opprobriũ Cõculcantes me.] Secunda clausula, nempe dedit in opprobrium conculcantes me, in Hebræo, habet solum duo verba חרף שאפי hereph soaph. Prius significat probris affecit, alterũ cõculcantẽ vel deuorantẽ me. Ob id poterãt iungi ambo ad priorem sententiam, & referri ad verbum liberauit, proxime præcedens: vel per se distingui. Quam ob causam necesse fuit quibusdam vel aliquid ad sensum subaudire: vel simpliciter relinquere lectorem suspẽsum. Vnde Pratensis, Saluabit me ex opprobrio absorbentis me. Sanctes, A probro deglutiri volentis me. Munsterus, Ab opprobrio deuorante me. Ad istud autem phrasis Hebraica minus cogebat. Nam Hieronymus ad hunc reddidit modum, Exprobrabit conculcãtibus me. Nebiensis, Exprobrabit absorbenti me. Pellicanus, Opprobrando cõculcatorem meum. Paraphrasis Campensis, Infamem faciet eum, qui cõculcare conatur me. Sed quid aliud editio vulgata? Dedit in opprobrium conculcantes me. Et Chaldæus, Confudit conculcantes me. Sufficiebat igitur nostra lectio, ne veniat in contemptum: si modo quis velit eam interturbare.

ERIPVIT animam meam de medio catulorum leonum: dormiui conturbatus. Hieronymus, Anima mea in medio leonum dormiuit se-

rocientium. Pratēsis, In medio inflammātium. Pellicanus, In medio eorum, qui comburunt filios hominum: vt exordium sequētis versus respiciat comburunt, quemadmodū & vult Munsterus, Ego iaceo inter flamma succensos filios hominum. Sanctes, Iaceo inter ardētes. Septuaginta voluerunt explicare figuratam locutionem iacēdi inter leones ferocientes, iuxta quod vertit Hieronymus: vel ardentes, iuxta alios. Quod quàm Christo iuxta dispensationem hominis congruat, nemo nescit qui illud Ioan. 12. intelligit, Nunc anima mea turbata est, &c. Et quomodo in sepulchro tui babatur inter custodes, habes in Augustino. Deinde in sequētibus, filii hominum, &c. Recte habet suum locum, vt gratis attrahatur ad superiora. Tamen ibi Septuaginta indicarunt subaudiri verbū eripuit, sicut & Hebraicantes crebrius faciunt: quando eis commodum videtur. Id quod passim occurret, legenti nostras collationes.

LVII. PSALMI TIT.
In finem ne corrumpas vel disperdas Dauid in tituli inscriptione.

SI VERE vtique iustitiam] Titulus [IN FINEM NE corrūpas vel disperdas Dauid in tituli inscriptione.] Commēdat hic
Ex Aug. propheta homini iustitiā: monēs verè enim loqui iustitiā: eos quoq; & maxime Iudæos redarguēs, qui non vere iustitiam loquūtur. Iudęi enim qui ante dixerāt, Magister scimus quia ve-
Marc. 12. rax es, & à deo venisti, mortem eius inclamauerunt, & regnū eius abiurauerunt, dicentes, Non
Ioan. 16. habemus regem nisi Cæsarem. Qui hic redarguūtur. Et est sensus tituli, [PSALMVS] hic dirigēs nos [IN FINEM] hic agit [NE] tu Pilate vel Iudæe [DISPERDAS vel corrumpas Dauid in tituli inscriptione,] id est, ne neges Christum regem quem titulus dicit. Intētio. Monet ne quis regno Christi cōtradicat. Modus. Tripartitus est psalmus. Prima pars est exprobratio Iudæorum, ne nos similia faciamus. Se-
Ex Cass. cundo, quę eis fit retributio, dicit, ibi, Deus cōteret dentes. Tertio, ostenditur correctio iustorum de vltione iniquorū, ibi, Lætabitur iustus. Christus ergo loquens contra Iudæos ait, ô

SI vere vtique iustitiam loquimini: recte iudicate filii hominum.

FILII hominum,] id est
Ex gl. int. prophetārum, vos [VTI-
Ex Aug. que loquimini iustitiā] labiis, quasi lōqui constat: quia omnib' est facile loqui iustitiā, quibus veritas scripsit in corde, quod tibi non vis fieri, alii ne feceris: & iterauit in tabulis, quia non legebāt in corde, vt voce forinsec' admota redi- rēt pręuaricatores ad cor, & intus inuenirēt qđ extra legerent. Dico loquimini iustitiam, sed, Si vere loquimini iustitiam, vt sit iustitia non labiorum, sed factorum, id est, si est in corde quod in ore. ergo, Recta, vel [RECTE indicate] In factis cognoscūtur labia. Si enim aliter agis, quam loqueris, bona loqueris: sed mala iudicas. Sic enim agis, quomodo iudicas. Interrogatus quid sit melius aurum an fides, pręponis auro fidem. Amicus venit, & nullo teste aurum tibi cōmendauit, decessit, & mortuus est: hic hæredem filium reliquit, qui ignorat quid tibi pater commendauit: tecum cogita alii similiter commendasse, nulli dixisse, filiū reliquisse. quod ei velles à tuo amico præstari? Responde. Quid tibi respondet cogitatio? hoc iudica cum filio amici. Ante locutus es meliorem esse fidem: sed aliud iubet auaritia, qua cogitas aurum negare amici tui hæredi. Ante locutus es meliorem esse fidem intus, & in iudicio tuo dixisti, vel dixisti melius aurum. Non sic iudicasti vt locutus es. Vere locutus es, falsa iudicasti. Veritas videt omnes loqui iustitiā, ne dicantur iniusti: & omnib' clamat, Si vere iustitiā loquimini, si nō falsē, si nō aliud in labiis, aliud in corde, Recta. vel, Recte iudicate [FILII hominum.] auro & cæteris tēporalibus fidē præponite, & alia huiusmodi. Aliter enim estis hypocritæ. Si dicitis, magister verax es, ne iudicetis mortem meam, quia rex vester sum, vt titulus ait. Iudęi verò sic de Christo iudicauerunt, vt ficte de eo locuti probētur, verbis suis accusentur. Ideo sic moneo, vt recte scilicet iudicetis: quia vobis est iniquitas in corde & in ore, & in manu. Et hoc est,

2 Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniustitias manus vestræ concinnant.

ETENIM OPERAMINI INIQVITATES in corde] nōn possunt recte iudicare, qui- Ex Cass.
bus in corde & in manu est iniquitas. Operamini dico [IN TERRA,] id est, quia mē terrā, Ex gl. int.
id est, hominem conspicitis. Vel quia terram, id est, terrena amatis [AT MANVS VESTRAE cōcinnant] quāsi ex multis partibus adunantes Ex Cass.
iniustitias. q. d. Opera vestra prauę cogitationi Ex Aug.
concordant, quia manus sequitur cor. Si tamen manus desit, non ideo sine culpa es: quia quicquid vis, & nō potes, deus factum imputat. Est autem concinnatio, ex multis partibus adunata Ex Cass.
peruersitas. Vel secundum aliam literam, Iniustitias manus vestræ connectunt, scilicet, aliud Ex Aug.
peccatum alii adiungunt. Vnde Esaias, Ve his Esa. 5.
qui trahunt peccata sicut restem lōgam. Et bene peccata resti cōparātur. peccatis enim quisque constringitur, quæ tanquam vincula ligant hominem. Vnde in fine dicetur, Ligate illi ma- Matt. 22.
nus & pedes, &c. Quia ꝑ peccatis cōmissis eo gitatione & ope peccatorū dānabitur, sed etiā interim eisdē cęditur. Vnde dñs flagello de funiculis vel resticulis facto cecidit vendentes & emētes de templo. Ecce iniqui sunt & corde &

manu. Vnde hoc eis? quia

3 Alienati ſunt peccatores à vulua: errauerunt ab vtero, locuti ſunt falſa.

Ex Aug. ALIENATI ſunt peccatores] à veritate. Et ipſi dico peccatores [A VVLVA] matris, id eſt, ab ipſa origine, non quia ex tunc peccauerunt: ſed quia præcognouit deus ab vtero illos Genc. 25 futuros peccatores, vt Rebeccæ ait, cum adhuc prægnans eſſet, maior ſeruiet minori. quod ſubſequenter exponit [ERRAVERVNT ab vtero,] id eſt, errare præſciti ſunt ab vtero, & ſicut prçuiſum eſt accidit, quia [LOCVTI SVNT falſa.] Ecce iniquitas in ore, & non ſolum non faciunt bona, ſed nec audire volunt. quia

4 Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis: ſicut aſpidis ſurdę, & obturantis aures ſuas.

Ex Aug. FVROR ILLIS, &c.] Vel ita ab illo loco, Alienati ſunt. Et accipitur vulua vel vterus, charitas eccleſiæ in qua conuerſi concipiuntur & naſcuntur, dū fidei rudimenta ſuſcipiūt, & paulatim nutriuntur, donec in eis formata veritate ad lucem gerantur. Et nota ſicut carnalis mater in ſobole carnali quinq; viciſſitudines obſeruat & tēpora: ita & in ſpiritnali educatione, ſancta eccleſia eadem cuſtodit. prius enim puer concipitur, id eſt, in vtero naſcitur. ſecundo in vtero alitur. tertio, ad lucem emittitur. quarto, matris manibus geſtatur, vt creſcat. Quinto, ablactatur, vt ad menſam patris accedat, vt ſic validiori cibo alatur. Ita quos ſancta educat eccleſia, prius quaſi in vtero naſcuntur, id eſt, concipiuntur, dum rudimenta Chriſtianæ fidei ſuſcipiunt in catechiſmo & exorciſmo. Prius quaſi in vtero aluntur, dum vel rudimentis plenius informantur. Tertio per baptiſmum & aliorum ſacramentorum perceptionem & intelligētiam, quaſi ad lucem iam in eis formata veritate generātur. Quarto, quaſi manibus eccleſiæ portantur, & lacte nutriuntur, vel aluntur, dum ſimpliciori & faciliori eccleſiæ doctrina imbuuntur, donec à lacte ſimplicis ſenſus accedant, ad menſam patris vt valido veſcantur cibo, ſcilicet pane angelorum, id eſt, in principio erat verbum: quę etiā in ſacramentis celebrandis hodie obſeruantur. Dum enim quarta feria quartę ſeptimanæ militiæ Chriſtianæ agoniſtæ Chriſti vocantur, quaſi in vtero naſcuntur. Inde vſque ad ſabbatum paſchale, quaſi in vtero aluntur. In ſabbatho per baptiſmū quaſi ad lucem generātur, inde quaſi manibus portantur, & lacte nutriuntur. Donec in die Pentecoſtes, virtute paracliti de alto induantur: quo allatis Genc. 21. variis linguis magnalia dei loquūtur. Vnde Abraham conuiuium magnū ablactato Iſaac feciſe, quod non ante fecerat in circūciſione & in aliis: quia tūc paruulus erat. Vnde inter paſcha & pentecoſten nulla difficilia indicuntur, ſcilicet vt ieiunium, & intēpeſtæ noctis vigiliæ: quia ſoror noſtra parua eſt, & vbera non habet; & Chriſtus diluculo ſurrexit. Iſti verò vel non concipiuntur in vtero vel non naſcuntur ex vtero. Et hoc eſt, Alienati ſunt peccatores à vulua, eccleſiæ, quę cōuerſos concipit, & natos iam in ſe, & ſi nōdum natos ex ſe nutrit, donec formetur in eis veritas, & tunc perfectos pariat. Hi Ex Aug. autem concepti, quia per impatientiam antequam formētur, quatiuntur viſcera matris contradicendo doctrinæ veritatis, abortini excutiūtur. Ergo generet te mater ne abiicias, & tu eſto patiens vſquequo formeris: contineant te materna viſcera vſquequo certa ſit in te doctrina veritatis. Si autem impatiens concuſſeris latera matris, te excutit foras, ſed magis tuo malo quam ſuo. Sequitur. Errauerunt ab vtero, quia cōntraria matri ſecuti ſunt. Et ideo quia errāt Ex Caſſ. à ventre in quo eſt veritas, Locuti ſunt falſa. de hōc verò ſunt inexcuſabiles, quia nolunt veri- Ex gl. int. tati credere. Et hoc eſt, [FVROR EST illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis] quia ira ob- Ex Caſſ. ſtinatorū irreuocabilis eſt. Cūius ſerpētis? [SI- Ex Aug. CVT ASPIDIS ſurdę.] Vnde ſurda? ecce [ET OBTVRANTIS aures ſuas] terra & cauda. Dicitur enim alteram aurē terræ affigere, alteram cauda obſtruere, ne vocem incantantis audiat: ſic iſti, ne audiant vera obturāt aures, Suas, audiendi, terra & cauda, id eſt, præteritis & præſentibus peccatis. Terra ſunt præſentia, quibus homo delectatur: cauda præterita peccata. Et notādum, quia non laudatur à ſcriptura, vndecū- Luc. 18 que datur ſimilitudo: vt de iniquo iudice, qui rogātem viduam exaudiuit, quē dominus non commendat. ita & hic.

5 Quæ non exaudiet vocem incantantium: & venefici incantantis ſapienter.

QVAE aſpis quia obturat aures [NON EXAVDIET VOCEM incātantium] vt ad lucem Ex Aug. reducatur [ET VENEFICI incantantis ſapienter] quantum ad artem ſuam. Ita & iſti non audiunt vocem Chriſti, & apoſtolorū, qui ſunt incantatores ſapientes, vt ad necem exeant. Vel ſecundum aliam literam, Medicamēti medicati à ſapiente. Qualis ſit vox incantatorum, his verbis oſtenditur. Eſt enim medicamentū medicatum, confectum. Medicamentum verò confectum eſt, omnia præcepta legis & prophetarum. Omnia præcepta medicamentū erant ante aduentum Chriſti, ſed non medicatum, quia nemo eo curabatur, ſed aduentu Chriſti medicatū eſt qui impleuit legem & prophetas. Li- Exod. 15. gno enim poſito in Marach, dulcorata eſt aqua, vt poſſent bibere filii Iſrael, ante nōn valen- Ex Alcu. tes guſtare præ nimia amaritudine. Hæc eſt legis amaritudo, quæ gratia euangelii dulcorata eſt. Et quod in ſacrāmentis legalibus latebat, in Ex Aug. lucem poſitū eſt: demonſtrata eſt nobis ciuitas cōſtituta ſuper montē, quæ abſcōdi nō poteſt. i. Matt. 5. eccleſia & lucerna poſita ſuper cādelabrū, id eſt, doctrina veritatis eſt in manifeſto. Vbi enim latebat eccleſia Chriſti, & veritas Chriſti. Nōnne

ipse est mōs,qui creuit ex minimo lapide,& impleuit faciem terræ? Nónneipse est serpēs in ligno suspensus, quem intuendo percussi à ser-
Ex Alcu. pentibus sanātur. Hīc est ergo sapiēs à quo medicatur medicamentum.

PARS II. 6 Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum:molas leonum cōfringet dominus.

Ex Cass. DEVS CONTERAT]Secūdā pars vbi dicit quæ eis fit retributio.q.d.illi ita contēnunt,
Ex Aug. sed[DEVS cōteret dentes,] id est, dŏlosa verba [EORVM] qoibus est furor, vt aspidis. Et hoc [IN ore ipsorū]quia verbis suis capiet eos.Ore enim suo contra se dicunt quos aspidi comparabant leonibus,& iam comparat subdens[MOLAS leonū,] id est, inclamationes mortis, quas Iudæi fecerūt [CONFRINGET dominus] ne ad effectum veniant. Nota quod aspides erant Iudæi,dū insidiose tentabant:leones,dum mortem inclamauerūt.Horū molę fractæ sunt,quādo surrexit,quod apertius exponit subdens.qoi sales & si modo torrentes,tamen

7 Ad nihilū deuenient tanquam aqua decurrens:intendit arcū suum donec infirmentur.

Ex Cass. AD NIHILVM deuenient tanquam aqua decurrens]Eccē hic etiam torrentibus comparantur,quia sonātes ad saxa superbiæ improuisi sunt,& præcipites.Sed cito trāseuot,tot malis comparantur. Illi ita decurrunt, sed econtra [INTENDIT]deus per misericordiam ad salutem eorum [ARCVM suū,] id est,minas quibus terret[DONEC infirmentur,]id est,dū con
Act.9. uertātur,vt Saulus infirmatus est,audiēs,Quid me persequeris? Qui hoc clamabat de cælo arcum tendebat. Multi ergo infirmati sunt ipsius intensione arcus perterriti.Sed quid non infirmati patiuntur?ecce

8 Sicut cera quę fluit, auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt solem.

Ex Aug. SICVT cera quę fluit auferētur,] id est,ignē concupiscentiarum peribunt.vt enim ignis ve-
Ex Alcui. stem,sic libido consumit animam. Vel ita,Deus intendit arcum suum,id est,vindictam, Donec, intus & extra, Infirmentur,& accipitur in malo.Et,Auferātur,à cōspectu dei,missi in gehennam.Vel,Auferātur,hic in pręsenti,à terra sua, Sicut cæra quæ fluit : supercecidit ignis &c,
Ex Aug. Sciēndū quod inter primum peccatum quod est superbia,& vltimam poenam, quæ est ignis æternus,quædam media sunt, quæ & peccata sunt & pœnę. de quib⁹ ait, Supercecidit ignis, scilicet superbiæ, vel concupiscentiæ & iræ. Et ideo[NON VIDERVNT solem,] scilicet iustitiæ,de quo in libro sapientiæ dicūt mali, Errauimus à via veritatis,& sol iustitiæ non illuxit nobis. Hic legitur prius secundum aliam literam,quæ est,

9. Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum: sicut viuentes sic in ira absorbet eos.

PRIVSQVAM PRODVCAT spinas vestras rhamnus,sicut viuentes sic in ira absorbet eos.] Ex Aug.
Ibi per rhamoum accipiuntur peccata,per spinas pūctio ęternæ damnatiōis. Rhamnus est enim herba prius mollis,sed quæ post vertitur in spinas : sic & peccata modo delectant, sed post pungūt Et hoc est quod dicit,supercecidit ignis, vitiorum.& ille ignis [ABSORBET EOS,] id est]deuorat eos[SICVT VIVENTES,]id est, dum adhuc viuūt. Nec simpliciter dicit, Viuētes,sed addit, Sicut: quia non vera,sed falsa est impiorum vita. Videntur viuere,& non viuunt. Addit[SICVT in ira] Nō simpliciter dicit, In ira,quia deus tranquillus iudicat. Vel quia modo non est ira in cōparatione futuræ vitę.Absorbet dico, [PRIVSQVAM PRODVCAT SPINAS vestras rhamnus] conuertit sermonem ad eos, id est, priusquam voluptatum tormenta procedant. Dum enim adhuc viuunt, ignis vitiorum qui supercecidit in ira Dei , deuorat eos & occultat eis rhamnum,id est,rhamni spinam, id est,peccati punctionem extremam, ne modo videatur. Vel secundum literam nostram accipiuntur peccata etiā per spinā: per rhamnum, extrema dānatio. Et est [PRIVSQVAM spinæ vestræ,]id est,pěccata [INTELLIGANT Ex Alcu.
rhamnum] id est,acutam damnationē, etiā extremo ignis vitiorū, Absorbit eos, id est, deuorat eos sicut viuētes.Sic in ira absorbet eos,hoc non mutatur.

10 Lætabitur iustus cū viderit vindictā: manus suas lauabit in sanguine peccatoris. PARS III.

LAETABITVR iustus,Tertiā pars,vbi o- Ex Cass.
stenditur correctio iustorum de vltione iniquorum.q.d.Malos absorbet ignis.Hæc autem non est sine fructu bonorū, quasi dicat, Iustus qui fidem habet , & si aliquid in eo lauandum est,
[LAETABITVR iustus] & si mŏlestus præs- Ex Aug.
sus[CVM VIDERIT vindictam] hanc præsentem,non tamē gaudet, pro pœna eorum,sed quia non in illa est,sed[MANVS suas,]id est,opera[LAVABIT IN sanguine peccatoris,]id est, in pœna & morte peccatoris, quam videt.
Vnde Salomon, Stulto pereunte, sapiens astu- Prou. 19.
tior erit.

11 Et dicet homo, Si vtiq; est fructus iusto : vtique est deus iustificās eos in terra.

ET DICET,]id est,trāctabit apud se[HO- Ex Cass.
MO]. .i. rationalis ; quod non ex casu hoc eis Ex gl.int.
contigit,sed pro vindicta peccati. hoc enim dicet[VTIQVE deus est iudicans eos,]id est,malos[IN terra]etiā ista,vbi florere videtur.quod probat à contrario[SI,]id est quia [VTIQVE
est]etiam hic [IVSTO fructus[licet hic presso. Ex Alcu.
ac si diceret, Sicut iusto iudicio Dei fit, vt tu-

stus amplius iustificetur: ita eodē iuste permitti
Ex Aug. tur: vt sordidus magis sordescat. Vel ita secundum aliam literā, quam ponit Augustinus, quæ est, Et dicet homo, ergo, Est fructus iusto. Ergo est deus, Iudicans eos in terra, & infert ex duobus præmissis. Dixit enim malos hic absorberi, & iustum lauari. Et hoc est, Dicet homo, rationalis: quia iustus lauat manus suas. Ergo & hoc est, Fructus iusto, hic. Et quia ignis absorbet malos: ergo, Est deus iudicans eos in terra: etiā ista, vbi florere videntur.

COLLATIO

In Psalmum 57, Si vere vtique iustitiam loquimini: recte iudicate filii hominum.

1 SI vere vtique iustitiam loquimini.] Hic est vna particula in Heb. nēpe אֵלֶם elem, quæ modo significat collectionem, modo certe, aliquando murum. Vnde Pratēsis vertit, An certe mutam iustitiam loquimini? Sāctes, Mūsterus, pro vtique posuerunt. O congregatio, ô concilium. Hieronymus, Nebiēsis, Pellicanus, Interpretes pro Caietano dixerunt, vere vtique. Chaldæus consentit. Et quāquam sententia aliorū sit digna, tamē si velimus sic cōfundere omnia, nunquam erit finis.

2 FVROR illis secundum similitudinem serpentis] Sāctes, Munsterus, Chaldæus, Interpretes pro Caietano, & Campens. pro furore, ponunt venenum. Hieronymus, Nebiensis, Pratēsis, Pellicanus, Translator ad Cāpensem, ipsum ponunt furorem instar LXX, quia dictio Hebr. חֲמַת hamath, ambigua est.

5 QVAE non audiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter. Versiones satis conspirant. Pratensis, Vt non audiat vocem incantantium, venefici incantantis incātationes docti. Mūsterus, Quæ renuit audire vocem incantantium, atque magi qui eruditus est magicas artes. Cæteri consimiliter. Hieronymus, Vt non audiat vocem murmurantium, nec incantantis incantationes callidas. Augustinus, vsus est alia editione, quia contextus eius habet simul & interpretatio, Et medicamēti medicati à sapiente. Nam Græcus aliter legit φαρμακῶ τι φαρμακευομένου παρὰ σοφοῦ, id est, Incātata à venefico sapiente, & venefici, quæ incātatur à sapiente.

7 AD nihilum deuenient tanquam aqua decurrēs.] Sic Hieronymus & Nebiēsis, dissoluātur quasi aquę quæ defluit. In Heb. pro eo, quod est decurrens sunt duæ particulæ יִתְהַלְּכוּ לָמוֹ iith halcu lamo ad verbum, Ibunt sibi. Et certe LXX, & Hieronymus recte interpretati sunt: Alii aliud volunt. Mūsterus, Atque pertrāseant in seipsis. Pratensis, Velut aqua abeant sibi. Sanctes, Ambulabūt sibiipsis. Pellicanus, Abeant sibipsis. Paraphrasis Campens. melius cōcordat cum LXX, & Hieronymo, Diffluant sicut aqua natura labiles. Videntur enim aliæ trāslationes, nescio quid diuersi sensus prætendere ad verbū forsan hithpael aspicientes, quod iuxta Heliam aliquādo fictionem quādam vel opinionem significat, id est, qui sibi videatur recte ambulare.

INTENDIT arcū suum donec infirmentur.] Consentit Hieronymus, Intendit arcum suum donec conterantur, vt verbum, intendit, respiciat deum. Pratensis, Sanctes, Munsterus, Campēs. vertūt pluraliter, & referunt ad sagittas. Dirigent sagittas suas, sint ac si essent excisæ, vel ac si cōfringantur. Mūsterus, Dū intendunt sagittas suas, exterminentur. Et hac ratione sensum conuertunt, quod non possum satis mirari: quum manifestū sit in Hebr. voluminibus, legi vnice verbum intendit יִדְרֹךְ idoc. Si liceat ad hunc modum ludere in scripturis, erūt tādem tot sensus quot capita. Quod nolim in cuiusquam iniuriam dici.

8 SICVT cæra quæ fluit auferentur.] Hieronymus, Quasi vermis tabefact⁹ pertrāseant: Sanctes, Sicut limax qui liquefit pergent. Pratensis, Velut coclea quæ liquefit perget. Mūsterus, Instar limacis defluentis quisque eorū abeat. Et item cæteri. Heb. שַׁבְּלוּל תֶּמֶס scabelul temes. Septuaginta verbi relinquentes corticem, attenderunt vigilanter: quid per hanc similitudinem insinuaretur, nempe impiorū exterminium, quod per liquefactionem apposite significatur, & cuiuslibet rei fuerit, seu vermis, siue cerę, aut id genus, nihil detrahitur sensui. Iamq; sæpius inculcatum est illud Hieronym. aut simile quidpiā, Dum interpretationis κακοζηλίαν sequimur, omnem decorem trāslationis amittimus: & hanc esse relatiuam boni interpret. vt idioma alterius linguę, suę linguę exprimat proprietate. Huius rei habes argumentum, 1. Re. 24. Hebræi dicūt tegere pedes suos, & vertimus ad purgandū ventrē לְהָסֵךְ רַגְלָיו lahasec raglau, ad tegēdū pedes suos. Et Iudic. 3 מֵסִיךְ רַגְלָיו mesic raglau, tegens pedes suos. Editio nostra habet purgās aluum. Proinde dum nō sit damnū in sensu tropi Hebraici venisūt exponēdi: licet oporteat discedere à sonis verborū

Septuaginta interpret. vigilātia.

SVPERCECIDIT ignis, & nō viderūt solem.] Hieron. Quasi abortiuū mulieris. Consimiliter & cæteri, abortiuum vel talpa: quæ non vident solem. Et si eodem tendat sensus, nempe quod vbi ignis vindictæ diuinæ, aut concupiscentiæ ceciderit: impius ad nihilum redigitur. Tamen potest esse varia lectio in Hebræo. Siquidem vocula Hebraica citra notulas punctorum נפל potest legi נֵפֶל nephel, id est, abortiuum, vel נָפַל naphal, id est cecidit. Et אֵשׁ esch simpliciter, id est, ignis. Vel אֵשֶׁת escheth, hoc est, mulier vel talpa.

9 Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhānum.] Omnes concordant præter Sanctem, & Munsterum, qui ita vertunt, Priusquam sentiāt lebetes vestri, vel ollæ vestrę ignē rhamni. Heb. סִירֹתֵיכֶם sirotechem anceps est.

SIC viuētes, sic in ira absorbet eos.] Videtur

satis intolerabile, quod Sanctes & Munsterus hic verterit. Ille, sicut caro cruda, sic ira et cur bo perdet eos. Hic, Sicut crudū quid, sic furor exagitet eum. Opinor, subaudierunt כבשר ba-sar. Nam בשר חי basar hai, est caro cruda recens. Quod quare fecerint non liquet. Credo si quippiam simile reperirent in Septuaginta, quasi sacrilegii insimularent. Nihil enim adjiciebantur ex Hebraismo quātumlibet plano id facere. Vnde Hieronymus vertit, Quasi viventes, quasi in ira tēpestas rapiet eos. Et ad eundem modum cæteri, verbis paululum immutatis, perseuerante sentētia. Certum est Sanctē & Munsterum ex Ra. Da. mutuasse.

10 MANVS suas lauabit in sanguine peccatoris. Heb. פעמיו peamau, id est pedes suos, vel gressus. Sed פעם paam, valde multiplex est. Significat autem interdū fortificare. Vt Iudic 13. vbi habemus, spiritus domini esse cū eo. Hebræi dicunt, Ad roborādum eum לפעמו lephaamo. Porro fortitudo & opera in scripturis, passim intelliguntur per manus.

LVIII. PSALMI TIT.

In finem ne corrumpas, vel disperdas Dauid in tituli inscriptione, quando misit Saul, & custodiuit domum eius vt interficeret eum.

ERIPE me de inimicis meis deus meus.] Titulus [IN FINEM NE CORRUMPAS vel disperdas Dauid in tituli inscriptione, quando misit Saul & custodiuit domū eius,
1.Reg.19 vt interficeret eū.] Legitur in libro Regū, quod Saul quærens interficere Dauid, misit satellites suos, vt custodirent domū Dauid, vt eum mane exeuntem occiderent. quod cum præscisset vxor sua Michol filia Saul, nocte deposuit eum per fenestrā, & sic euasit. Huic historiæ alludit titulus, de qua tamē nō agit psalm. sed de significato eius. Dauid enim Christū significat: domus
Ex Aug. eius sepulchrum Christi. Saul regem Iudæo-
Matt.28. rum, regnum Iudæorum, qui miserunt custodire sepulchrum. sed non videtur conuenire quod dicitur, scilicet vt Saul [INTERFICERET eū] Iam vtiq; interfectus erat Christus, quādo miserunt. quærebāt autē eū interficere nō corporaliter, sed spiritualiter, id est, nomē & famā eius extinguere de gentibus, ne crederēt in eum: quod tamen efficere non valuerunt. Viuit enim rex super Iudeos & gentes. Hoc & spiritus sanctus per prophetam prædicit hic. Et est sensus, [PSALMVS] iste tendens [IN finē]. i. in Christū. Hoc agit, [NE] tu Pilate, vel Iudeæ [CORrūpas vel disperdas Dauid in tituli inscriptione] hoc idem supradixerat in aliis titulis. Frustra ergo tētat aliquis disperdere, quod totiens diuina prohibet auctoritas. Cum autē Pilatus dixit, Quod scripsi, scripsi impletū est quod hic dicitur, scilicet, Ne corrūpas, vel disperdas Dauid in tituli inscriptione, non ideo corrumpas. [QVANDO] quia [MISIT Saul,] id est, regnū Iudæorum, [ET custodiuit domum eius,] id est, sepulchrū Christi [VT interficeret eum,] id est, nomen & famam eius tolleret, ne crederetur in eum. à quibus frustratis hic liberatus ostēditur, & famam habere in omnibus gētibus. Et loquitur hic integer Christus, scilicet caput & corpus. Intentio. Monet vt nemo Christo cōtradicat. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo, orat liberari ascendendo ab imis ad alta. Ex Cass.
Orat etiam pro salute gentium. Secundo confirmat salutem gentium. Et orat salutē Iudæorum, ibi, Conuertentur. Tertio affirmat salus Iudæorum, & vtroq; pariete collecto, grātes agunt, ibi, Conuertentur. Tōtus itaque Christus, quasi ab inimicis obsessus, clamat dicens, Ex Aug.

RIPE me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me.

ERIPE me de inimicis meis deus meus] Factum est hoc in carne Christi, fiet & in mēbris: dumverò qui sine macula est, hoc petit. Quod necessario expectamus ostēdit. Neque enim cessant inimici nostri, diabolus & angeli eius, insurgere quotidie super nos, & illudere velle infirmitati, & fragilitati nostræ & deceptionibus, suggestionibus, tentationibus, quibuscunque laqueis irretire, cū adhuc in terra viuimus. Et nōta quod quatuor sunt genera aduersariorum, quæ hic distinguntur, scilicet inimici, qui nocendi votum habēt, nec tamē hoc ardenter appetunt: insurgentes, qui iam commoti & animo parati sunt: operantes, qui iam dura mente scelus opere complent: Viri sanguinum, qui non solum contume lias ingerunt, sed etiam fundūt sanguinē, quod fecerunt Iudæi, qui Christum prius, post etiam apostolos occiderunt. De iis ergo ait, [ERIPE ME de inimicis meis] qui me odio habēt [DEVS meus, & libera me ab insurgentibus in me] qui verbis nocent. Ex Aug. Ex Cass. Ex Aug. Ex Hier. Ex Cass.

2 Eripe me de operātibus iniquitatē: & de viris sanguinū salua me.

ERIPE me de operantibus iniquitatem,] scilicet, qui colaphizāt, &c. & huiusmodi. [ET SALVA me de viris sanguinum] scilicet, qui instum, id est, Christum occiderunt, post & suos. Ex gl. int. Ex Aug.

3 Quia ecce ceperūt animā meā: irruerunt in me fortes.

QVIA ecce ceperunt animā] Loquitur hic Christus in persona sua. q. d. Eripe, salua. Quid enim illi tibi faciunt? vtique mala [QVIA ecce ceperunt animam meam] scilicet vitam corporalē, quia [IRRVERVNT] cū impetu [IN me] humilem [FORTES] in temporalibus, scilicet, abundātes, qui nō ponūt deum adiutorē suum, sed sperantes in diuitiis præualuerunt in vani- Ex Cass. Ex gl. int. Ex Cass. Ex Aug.

tate sua. Vel, Fortes, etiam sunt superbi qui præsumunt de iustitia sua, qui insultant Christo conuiuanti cum peccatoribus, quibus non est opus medicus: sed eum occiderunt tanquam iuste reum: sed tamen non est in eo iniquitas. Et hoc est, Irruerunt in me fortes, id est, de iustitia superbi, quasi in reum, sed in me peccatum non inuenerunt. Vnde subdit,

4 Neque iniquitas mea, neque peccatum meum domine: sine iniquitate cucurri & direxi.

Ex Aug. NEQVE] tamen [INIQVITAS mea] quam in eos fecerim, causa fuit quare irruerunt [NEQVE
Ex Cass. peccatum meum] quod in me sit aliquomodo, Vel, Neque iniquitas mea, id est, maliuolentia fuit causa. Neque peccatum meum, operis. [DOMINE] sed [SINE iniquitate cucurri] viam
Ex Hier. huius mundi. Vnde alibi, Exultauit vt Gygas
Psalm. 18 ad currendam viam. [ET direxi] distortos, quantum in me est, Vel secundum aliam literam, Et
Ex Aug.
Ex Alcu. dirigebar ad te, Et ideo,

5 Exurge in occursum meum & vide: & tu domine deus virtutum, deus Israel.

Ex Aug. EXVRGE] qui dormire videris, id est adiuua me. Exurge, dico, [IN occursum meum] quasi
Ex Alcu. curro ad te moriendo, & tu occurre mihi, & redde pro merito. [ET vide] id est, fac videri quo-
Ex Aug. modo ad te curro, & alios dirigo, ne prauum putent quod rectum est, & sequatur. Vel ita, Exurge in occursum meum & vide, id est, innotesce, & fac videri quod exurgis in occursum meum, id est, quod tibi æqualis sim. Occurrere enim non nisi de æqualibus dicitur. Christus enim non de-
Philip. 2. fiit esse æqualis patri, licet pro nobis factus sit infirmus, qui seipsum exinaniuit, formam serui accipiendo. Vnde in euangelio se gallinæ com-
Matt. 23 parat, dicens, Hierusalem, Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. Nulla enim auis adeo videtur infirmata propter pullos, quemadmodum gallina, cuius vox raucescit, fit hispidum totum corpus, deponuntur alæ, laxantur plumæ. & ea est materna pietas, vel charitas, quæ inuenitur infirmitas. Sic & Christus propter nos infirmatus est, vt nostram tolleret infirmitatem: sed in ea tamen infirmitate occurrit æqualis patri. ita enim assumpsit quod non erat, vt non amitteret quod erat. Ita ergo se exinaniuit, quod dignitatem quam habebat cum patre, nobis non demonstrauit. In ipsa ergo infirmitate agnoscendus est patri æqualis, non visione corporali sed fide, vt quod videre nondum potuimus, saltem credamus. & dum hoc credimus in nobis ad patrem ascendit.
Ioann. 20 Vnde Mariæ Magdalenæ cui primo post re-
Matt. 28. surrectionem apparuit, ait, Noli me tangere. nondum enim ascendi ad patrem. Quid est hoc, Noli me tangere? Nonne postea mulieres redeuntes a monumento adorauerunt eum, & pedes eius tenuerunt? Sed hic agit de tactu mentis, non corporis, id est non solum credas quod vides, ne hæreat nimis humanitati meæ aspectus tuus quasi tactus tuus. Hoc ideo dico, quod nondum ascendi ad patrem meum, vtique in corde tuo, quia nondum, postquam vidisti me mori, credis me patri æqualem. Attende quibus gradibus ascendit, cœpit enim ab infirmitate, & paulatim ascendens ad gloriam resurrectionis, & ad patris æqualitatem peruenit. Deinde sequitur oratio pro gentibus conuertendis, cum ait, [ET tu] domine [DEVS virtutum] cælestium [DEVS Israel] scilicet qui videris deus vnius gentis, quæ te colit.

6 Intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.

INTENDE ad visitandas omnes gentes] quia infirmæ sunt omnes, vt omnes congregen- Ex Aug.
tur ad nuptias. Dico intende. Et tamen [NON Matt. 22
miserearis omnibus qui operantur iniquitatem] ita vt relinquas peccata impunita, sed persequere, puni, conuerte. & ita facit, quia nulla peccata relinquit impunita, quia vel homo pœnitens, vel deus iudex punit. Vel ita, est quædam iniquitas, quam qui facit, eius non miseretur deus ad salutem. Hæc est defensio peccatorum, quando defen- 1. Ioan. 5
dit homo quod deus odit. Vnde, Est peccatum ad
mortem, non pro eo dico quis oret. Et est, Non Ex gl. int.
miserearis omnibus qui operantur iniquitatem, i. illud peccatum quod est ad mortem, pro quo non est orandum. Vel ita, Visita omnes gentes.
Et tamen, Non miserearis, omnibus Iudæis, & si Ex Cass.
quibusdam.

7 Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes: & circuibunt ciuitatem.

PARS II διάψαλμα

CONVERTENTVR] Secunda pars, vbi orata Ex Cass.
salus affirmatur gentium, & oratur salus Iudæorum. Dico intende, & vere intendes, quia Ex gl. int.
[CONVERTENTVR] gentes ab idolis [AD vesperam] id est in vltima ætate seculi. [ET famem] conuertendi alios, [PATIENTVR] qui dolebunt si non poterunt conuertere, [VT canes] scilicet
latrando contra hostes, [ET circuibunt ciuita- Ex Cass.
tem] id est munient ecclesiam, contra hæreticas impugnationes. Et,

8 Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum: quoniam quis audiuit?

ECCE] scilicet in manifesto, [LOQVENTVR in Ex Cass.
ore suo] ad informationem fidelium, & hæreticorum impressionem, [ET gladius] spiritus sancti
quod est verbum dei. Vel mors, alia litera, quod Ex gl. int.
idem est, Illo quippe gladio occidunt malos, vt Ex Aug.
viuant: boni percutiunt, vt sanent. Erit [IN la- Ex gl. int.
bijs eorum] & vere [QVONIAM quis audiuit] Ex Aug.
talia, alia litera, qualia, scilicet, prædicabunt? nullus, ita omnes mirabuntur. Vel ita secundum literam nostram. Ideo frequens prædicatio est in labijs, Quoniam quis audiuit eos? quasi pauci audient eos.

9 Et tu domine deridebis eos: & ad nihilum deduces omnes gentes.

ET]eos qui non audient [TV domine deri-
Ex Cass. debis]in futuro.Et[OMNES gentes]quę te nō
venerantur [AD nihilum deduces] tunc.Vel ita
ab illo loco,Conuertentur. Hic agit de Iudæis.
sic, Dixi,non miserearis, omnibus Iudæis, qui-
busdam vero misereberis,tu, quia Conuerten-
Ex Aug. tur ad vesperam,id est,serius post ascensionem,
& missum spiritū,qđ antequam crucifigerent,
debuerunt facere.Et famem, conuertendi alios,
Patientur vt canes. Gentes autē dicebantur
canes pro immunditia,sed & Iudæi se canes, id
est peccatores cognoscunt,vt mulier Chananea
Matth.15 quæ se humiliter recognoscens,ait, Nam & ca-
telli edunt de micis quæ cadunt de mensa do-
minorum suorum. Esuriebat panem cælestem.
ita & isti quia se canes agnoscūt,esuriunt & be-
Lucæ 18 ne agūt. Male vero,qui saturati putatiua sua iu-
stitia dicunt cū Pharisęo,Ieiuno bis in sabbato.
Circuibūt,euangelizādo,Ciuitatem,scilicet cir
cunstantiæ,id est mundum qui circunstat vn-
diq; Iudęam vbi hæc dicebantur.Ecce loquen-
tur in ore suo,id est stomachabuntur, & irascen
tur aduersus pigros ad fidem,dicentes,Non mi
rum si stomachamur & irascimur, Quoniam
quis de Iudæis, Audiuit nos,id est,quis de Iu-
dæis credidit auditui nostro?q.d. Iudæi non cre
dunt nisi pauci. & licet Iudęi non credant,tamē
Actu 10 per credentes Iudæos annunciatur gentibus.vn
de ait,&,Gladius,vel mors,est,In labijs eorum.
Hic est gladius bis acutus, vtroque incidens te-
stamento,quo mactat Petrus reptilia sibi in di-
sco ostensa, quando dictum est ei, Surge Petre,
macta & manduca.Et tu domine, quasi ipsi lo-
quuntur & irascuntur contra pigros.Et tu do-
mine deridebis eos,idest pro nihilo habebis eos,
dicētes,Quis audiuit,quare deridebis?quia,Ad
nihilum deduces,pro nihilo habebis cōuertere,
Omnes gentes,id est facile conuertes, quia faci
le erit tibi facere vt credant in te omnes gentes,
ac si dicat,omnes gētes Christianæ futuræ sunt.
& dicitis quis audiuit,hoc prius in persona ec-
clesiæ.sic illi sunt fortes de se pręsumentes.Ego
autem,

10 Fortitudinem meam ad te custodiam, quia deus susceptor meus es:deus meus misericordia eiusp rę-ueniet me.

FORTITVdinem meam ad te custodiam]
Ex Aug. id est,non ā te recedam de me præsumens. Illi
enim fortes ideo ceciderunt,quia ad te non cu-
stodierunt fortitudinem suam, & merito ad te
custodiā [QVIA deus susceptor meus es]quia
de imo meo in altum sinum me suscepit. [DEVS
Ex gl.int. meus] deinde mutans personam subdit, Deus
meus,est spiritualiter,quia [MISERICORdia
Ex Aug. eius præueniet me.]nihil attuli cui miseretur,
nullus enim meretur dona dei.Et quod miseri-
cordia est quæ præuenit me,

11 Deus ostendit mihi super inimicos meos,ne occidas eos:nequando obliuiscantur populi mei.

DEVS ostendit mihi super inimicos meos]
vel inimicis meis,idest,per inimicos meos,id est Ex Aug.
quantam circa me habuit misericordiam demō-
strauit mihi in illis circa quos non habuit:quia
de eadem massa aliud vas in honorem, aliud in
contumeliam fecit. Vnde Apostolus, Sustinuit Rom. 9
vasa iræ apta in interitum in multa patientia,
vt notas faceret diuitias suas in vasa misericor-
diæ.Rogat autem statim ecclesia pro ipsis ini-
micis dicens,ô deus,[NE occidas eos] & si pec
cata eorum; scilicet ne obliuiscantur legis tuæ,
alia litera, hoc esset eos occidi, scilicet obliuisci
legis domini, ipsa est vera mors in profundum
iræ peccati.Vel ita in persona Christi ab illo lo
co,Fortitudinem.Et agit dē Iudæis.q.d.Irrue-
runt in me fortes,scilicet Iudæi, quos & si possē Ex Alcu.
perdere:tamen,Fortitudinem meam custodiam
ad te,id est,secundum dispositionem tuam. & si
enim possem disperdere Iudæos, tamen per-
mitto viuere,seruans, Fortitudinē meam ad te,
id est,ad tuam dispositionem.quod debeo, quia
Deus ostendit mihi,consideranti, Super inimi- Psal.44
cos meos.Quid de eis agendum sit cuius consi- Ex gl.int.
lio acquiescere debeo,Quia deus,est,Susceptor Ioann.1
meus,& deus meus,& misericordia eius præue-
niet me. quia Christum præuenit præ consorti-
bus suis,cui sine mensura dedit spiritum.Et iste
deus,repete,Ostēdit mihi super inimicos meos,
id est Iudæos,quid de eis sit agendum. Quid si- Ex Cass.
bi agendum de eis ostendit quum pro eis orarē,
vt non occidantur, & cum hæc deberet dicere,
non verbo sed actu,ostendit.Orāt pro eis ad pa Ex Aug.
trem,O deus pater,Ne occidas eos,hoc specia-
liter de Iudęis potest accipi.Hōc est quod pater Ex Cass.
ei ostendit,Ne occidas eos.precatur, ne Iudæi
funditus pereant.Dispersi quidē sunt,vt ad con
uersionem prouocentur. Vel vt ecclesia ab ini-
micis testimonia veteris legis habeat. Ideo pro
eis orat,dicens,Ne occidas eos,qui me occide-
runt,sed maneat gens Iudæorum cum signo cir-
cuncisionis sabbati paschæ,vt Caim signum ha Gene.4
buit,vt eum nemo occideret. Ita & gens illa ha
bens signum suum non est occisa, quia necessa-
ria est credentibus, & in ipsis præcisis ostendi-
tur,etiam quę sit misericordia insertis. Ideo ne
occidas,[NEQVANDO populi] & si non mo
do[OBLiuiscantur mei] si non testes legis, & Ex Alcu.
mortis Christi sint.Nec occidas,sed,

12 Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus domine.

DISPERGE] per omnes gētes[illos].s.Iu- Ex Aug.
dæos,qui portant codices nobis.Et hoc[IN vir
tute tua] quia tu fortis es,non ipsi, [ET depo- Ex Cass.
ne] vel deduc, alia litera. [EOS] id est eos non Ex Aug.
deseras,sed,Deduc,cōseruando in quo es [PRO-
tector meus domine] id est in quo me proteges,
vt scilicet de eis habeam testimonium. Vel se- Ex Alcu.
cundum literam nostram,Et depone eos,vt sint
opprobrium omnibus. Vel, Depone eos, in eo Ex Aug.
quod mali sunt, vt boni surgant, vt in Paulo a-

Act.9 ctum est, quia non surgeret Paulus, nisi prius ca
deret Saulus. tu, inquam, depone qui es, Prote-
ctor meus domine. Obscura est litera. Hæc ob-
scura enim sunt quæ hic dicuntur, & timeo ne
bene insinuentur. q.d. non eos occidas, sed

13 Delictum oris eorum sermo-
nem labiorum ipsorum: & compre
hendantur in superbia sua.

Ex Aug. DELICTVM oris eorum] occide, id est di-
mitte, & ipsum [LABIORVM ipsorum ser-
monem] occide, id est, inexpletum effice, vt re-
suscitatum pauent, quem perdere voluerūt, &
quem in terra contempserunt, in cælo ab omni-
Ex gl.int. bus gentibus adorari mirentur. Vel ita depone
eos, & etiam, Delictum oris eorum, scilicet deli-
ctum cogitationis depone, & Sermonem labio-
rum ipsorum. i. delictum verbi, [ET] sic [COM-
Ex Aug. prehendantur] cōuersi [IN superbia sua] cō-
prehendatur aliquis in superbia sua, cum imma-
nitatem peccati sui attendens, videt se superbè
egisse, quia & frustra hoc quidam Iudæorū con
uersi nouerunt, scilicet quia factum eorum in
irritum venit, & peccatum remansit super eos.
Et sic comprehensi sunt in superbia sua. Et hoc
est, Et comprehendantur in superbia sua, in qua
visi sunt prævalere, id est sciāt se superbè egisse
& inaniter. quia frustra irruerunt fortes: non e-
nim vitam, sed mortē occiderunt. Mors quippe
in moriente extincta est, & vita in resurgente die
tertio resurrexit. Et ita inuenerunt se nihil da-
mnasse, & nihil fecisse, & de magnitudine peccā
ti, plus humiliati sunt, & ea humilitate plus cō-
summātur, id est perficiuntur. Nihil enim sic im
pedit perfectionem vt superbia. Superbiæ autē
comes est inuidia, nec fieri potest vt superbus
non inuideat. Vnde & diabolus qui superbia
2.Cor.12 corruit, homini inuidit. Facinus ergo, id est ma-
gnitudo cōsiderata facinoris, attulit superbiam,
vt Paulo angelus Satanæ. facinus vero deleuit
venia.

14 Et de execratione & menda-
cio annunciabuntur in consumma
tione: in ira consummationis & nō
erunt.

Ex gl.int. ET de execratione] q. d. cōprehensi sunt
in superbia. & sic de execratione, in qua sunt Iu
Ex Hier. dæi inter gentes. Vel quod Christum execrabā-
Ex Cass tur. [ET de mendacio] quo peruerterunt scri-
Ex gl.int. pturas, [ANNVNciabuntur] ab apostolis & alijs
in exēplum esse. [IN consummatione] vel, An-
Ex Aug. nūtiabuntur consummationes, alia litera, idest
Rom.5 prædicabitur ab apostolis, vbi abundauit deli-
ctum execrationis & mendacij, superabundauit
& gratia perfectionis, & pertinuit ad medicinā
humilitatis & infirmitatis hominis. Vel ita, se-
cundum aliam literam, Et de maledicto, scilicet
Deute. 21 quod putatis maledictum pendentem in ligno,
Matth.28 Et de mendacio, quod scilicet dedistis pecuniā
custodibus vt mentirentur. Annunciabuntur in
consummatione, id est ideò magis perficiuntur,
quia in his deprehensi sunt. Et hoc totum fa-
ctum est [IN ira consummationis] id est in vin

dictam dei qua consummat. Est enim ira, id est
vindicta dei consummationis, qua aliquando
vindicat deus vt perficiat: & est cōsumptionis,
vt cum dicet, Ite maledicti in ignem æternum. Matth.25
Dico comprehenduntur in superbia sua, [ET]
ita [NON erūt] homines in superbia sua in qua
comprehensi sunt.

15 Et scient quia deus dominabi-
tur Iacob, & finium terræ.

ET] tunc [SCIENT quia deus dominabi-
tur Iacob] id est Iudæorum, [ET finium terræ] Ex Aug.
id est gentium, quas vt canes contempserunt.
Antea enim sibi iusti videbantur Iudæi. sed o-
stenditur eis quod non sine Christo, qui domi-
natur Iacob, & deposita superbia sciunt se pa-
res gentibus, quia omnes peccauerunt.

16 Conuertentur ad vesperam & PARS III
famem patientur vt canes: & circu- διαψαλ-
ibunt ciuitatem. μα.

CONVERtentur] Tertia pars, vbi affirma- Ex Cass.
tur salus Iudæorum, & vtroque pariete colle- Ex Aug.
cto grates aguntur. q.d. Cōprehendantur in Ex Cass.
superbia sua. Et sic [CONuertentur] plenariè
[AD vesperam] id est in fine mundi. Vel, Con- Ex Aug.
uertentur, & si, Ad vesperam, id est post interfe
ctionem Christi, quod antea debuissent. [ET fa
mem patientur vt canes] id est vt peccatores,
non vt oues, cognoscentes se infirmos, vt sani
fiant. nemo enim insanabilior est eo qui sanus si
bi videtur: qui vero infirmos se agnoscunt, sanā
tur. Vnde, Multiplicatæ sunt infirmitates eorū,
postea accelerauerunt. [ET circuibunt ciuita-
tem] sicut supra. Er,

17 Ipsi dispergentur ad manducā
dum: si vero non fuerint saturati, &
murmurabunt.

IPSI] iam digni, [DISPERgentur] vtiq; Ex Cass.
[AD manducandum] vt alios lucrentur. [SI ve- Ex Aug.
ro non fuerint saturati] fide populorum [ET Ex gl.int.
murmurabunt] tunc, vt olim in deserto murmu
rauerunt. Vel, Et murmurabūt, id est dolebunt, Ex Alcu.
& non tantum dispergentur. Vel, Et murmura-
bunt, contra pigros, id est increpabunt alios nō
lentes credere. Ideo vero dicit, Et murmura-
bunt, quia & supra murmur eorum dixit dicen- Ex Aug.
tium, quoniam quis audiuit?

18 Ego autem cantabo fortitudi-
nem tuam: & exaltabo mane mise-
ricordiam tuam.

EGO autem] Cōncluditur hic psalmus, vbi Ex Aug.
vtroque pariete in angulari lapide coniuncto,
iam tota ecclesia gaudet, quasi dicat, longe erat
prius vterque paries, sed [EGO] iam tota eccle-
sia [CANTABO fortitudinem tuam] quā gē- Ex gl.int.
tes erigis, & Iudæos humilias. [ET mane] scili
cet transactis tentationibus, cū nox seculi trans-
ierit, quando iam latronum insidias, scilicet dia-
boli & angelorum eius non es pauescemus, quā-
do ipsum dei verbum tanquam solem contem-
plabimur. Hoc, inquam, mane [EXALtabo] vt

Christus mane surrexit. Vnde ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Apostoli enim ad vesperũ fleuerunt mortuum, mane ad resurgẽtem exultauerunt. Et exultabo, dico,

Ex Cass. suscipiens [MISERICORDIAM tuam] quæ erit in

Ex Hier. remunerationem. Vel, Exultabo mane, dominicæ diei, suscipiẽs, Misericordiã tuam, id est Christi resurrectionem. Exultabo,

19 Quia factus es susceptor meus & refugium meum: in die tribulationis meæ.

Ex gl.int. QVIA factus es susceptor meus] dũm ecclesia subleuatur de imo in altum, [ET refugium

Ex Cass. meum in die tribulationis meę] quando scilicet gratum est. Et ô deus, qui es,

20 Adiutor meus, tibi psallam, quia deus susceptor meus es: deus

Ex gl.int. meus misericordia tua.

ADIVTOR meus] id est cõoperator [TIBI psallam] id est operabor, non tantum cantabo,

Ex Aug. [QVIA] tu [DEVS susceptor meus es] Magnũ est qđ deus susceptor es, & tu idẽ [DEVS meus misericordia mea.] per omnia, quia totum gratis das. cum multa dixit, non tamen omnia, sed in hoc vno omnia comprehendit, quia totum est ex dono dei. Ideo iste impletus bonis eius, non inuenit quid vocaret eum, nisi misericordiam suam.

COLLATIO

In psalmum 58. Eripe me de inimicis meis deus meus: &c.

4 SINE iniquitate cucurri & direxi.] Hebr. בְּלִי עָוֺן יְרוּצוּן וְיִכּוֹנָנוּ beli auon ierutzun viiconanu, i. sine iniquitate cucurrerunt aut current, & dirigentur siue præparabuntur. Quod si referas ad Dauid aut Christum, subaudiendũ erit, opera mea cucurrerunt sine iniquitate. Ob idque Lxx quo apertior esset sensus, verterunt singulariter sub prima persona. Durũ enim esset referre ad satellites qui circundederunt Dauid, aut perfidos Iudęos aduersus Christum sæuientes. Quomodo enim sine iniquitate? Propterea Hieronymus signauit distinctionem hic, Non iniquè egi, per verbum: deinde addidit; Et illi currunt & præparantur, subscribit Nebiensis: at Munsterus propter absurditatem sensus, coactus est adiicere pronomen mea, aut subaudire, absque iniquitate mea, concurrunt & disponũt se. Id quod & fecit Chaldęus, vt iniquitatis destinatio respiciat Dauid aut iustum: cuius innocentia licet perfecta nihil effecit, quo minus ma ligni hostiliter persequerentur, nulla æquitatis habita ratione.

7 FAMEM PATIENTVR vt canes.] Heb. יֶהֱמוּ כַכָּלֶב iehemu caçaleb. Tumultuabuntur vel vociferabuntur, aut latrabunt secundũ Hieronymum, sed emphasim ipsam accommodatis verbis expresserunt interpretes Lxx, Canis famescens quo non discurrit, quando non latrat? Quod & manifestius demonstratur versu 17. huius psalmi. Post similem enim versiculum in subiectis dicitur. Si non fuerint saturati murmurabunt.

10 FORTitudinem meã ad custodiam.] Ita Hieronymus. Hebr. nunc legunt עֻזּוֹ vzo, id est fortitudinẽ eius, quod est durius, loco עֻזִּי vzi, id est fortitudinem meam. Et indicauimus aliquoties, fluxam esse migrationem, vau in iod, & contra: accommodatius tamen quadrare, fortitudinem meam, quam fortitudinem eius, puto liquere: vnde translator ad Campensem, Robur meum, tibi acceptum fero. Et Chaldæus paraphrastes, Fortitudo mea te obseruabo. Nebiensis vertit fortitudo eorum, te obseruabo. Ac interpretatur sermonem esse defectiuum & admiratiuum. q.d. propter immensam eorum fortitudinem te obseruabo.

DEVS meus misericordia eius præueniet me.] Ex hoc loco præter infinitos colligitur codices variasse etiam in Hebræo. Nam Sunia &

Fretella primo legerant, Deus meus, voluntas eius præueniet me. Quibus respondens Hieron. ait, pro quo in Græco scriptum est ἔλεος αὐτοῦ προφθάσει με, id est misericordia eius pręueniet me. Quod & verius est. Sed in Heb. scriptũ est, Dei mei misericordia præueniet me. Et tamen aliter nunc videmus in Hebræis exemplaribus. Quædam enim sic habent אֱלֹהֵי חַסְדִּי elohe hasdi, alia אֱלֹהָיו חַסְדּוֹ elohe hasdo. Eoq; Munsterus & Sanctes dixerunt, Deus misericordiæ seu pietatis meæ. Chaldæus, Deus bonitas mea. Nebiensis, Deus misericordia mea. Cęteri, Deus misericordia sua præueniet me. Et interpretes pro Caietano, extra locutionem consuetam, Deus gratiæ suæ præueniet me. Translator ad Campensem, Deus bonitas tua cõuertit me. Et tamen hic est versiculus, quem cauillantur Faber & Cæcus. Ad sententiam denique parui refert. Cod. heb. variant.

11 NEQVANDO obliuiscantur populi mei] De hoc versiculo dicamus quod scribit Hiero. ad Suniam & Fretellam, Nequando obliuiscantur populum tuum. Pro quo in Græco scriptũ est μή ποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου, id est, ne obliuiscantur legis tuæ. Sed in Lxx & in Hebr. non habetur populi tui, sed populi mei, & à nobis ita versum est. Hæc ille. Vbi videtur accipere populi mei, sub gignendi casu, quanquam alij accipiant sub recto. Vnde ad tollendam ambiguitatem, verterunt. Nequãdo obliuiscatur populus meus. In Heb. tamen verbum obliuisci ponitur pluratiuè יִשְׁכְּחוּ ïschkehu, in explanatione magistri, quasi contexitur, mei, vt sit pronomen primitiuum, & respiciat deum. Iamque sciendum græca volumina, August. & psalmodiam Romanam habere, legis tuæ. Vnde argumento est germanam Lxx lectionem, non hic esse perpetuo.

13 DELICTVM oris eorum, sermonem la-

biorum ipsorum.] Ne sententia maneat in suspē so, aliquid subaudiendum est pro commoditate intelligentis. Sanctes & Munsterus supplent præpositionem, propter peccatum oris eorum &c. sed Hieronymus præpositionem, in, In peccato oris sui. Interpretes nostri hos casus reuocant ad verbum qđ præcesserat, nempe depone &c. In Græco tamen leguntur in nominatiuo casu. Quæ vniuersa non ita magno negotio conspirant.

14 Hic versus patitur aliam distinctionem in nostra editione, ab ea quæ est in Heb. Siquidem in particula annunciabuntur, Hebræi faciunt finem versus. Et si legant annunciabunt, seu narrabunt actiuè יְסַפְּרוּ iesaperu, Lxx legerunt (vt apparet) passiuè יְסֻפְּרוּ iesuperu. In huiusmodi facilis est collapsus, præsertim si non adscribuntur puncta. dein כַּלֵּה calleh, vsurparunt infinitiuum vice nominis, quod non est insuetum Hebræis. alij verbaliter in imperatiuo, consume. Quo effectum est, vt Lxx copularint verbo, annunciabuntur, id quod est in consummatione.

ET scient quia deus dominabitur Iacob, & finium terræ.] Hieronymus ad Suniam & Fretellam, me suspendit admiratione de ordine huius versiculi, pro quo ait. In Græco scriptū est, καὶ γνώσονται ὅτι ὁ θεὸς δεσπόσει τοῦ ἰακὼβ, καὶ τῶν περάτων τῆς γῆς, id est, Et noscent quoniam deus dominabitur Iacob & finiū terræ. Sed, &, coniunctio addita est. Et ordo est, Scient quia deus Iacob dominabitur finium terræ. Verum in Hebræo sic legitur, וְיֵדְעוּ כִּי אֱלֹהִים מֹשֵׁל בְּיַעֲקֹב לְאַפְסֵי הָאָרֶץ veiedeu ki elohim moschel biiaacob leaphse baaretz. Vbi inter nomen dei ponitur participium hebraïcum, dominans. Et rursus in vocabulo, Iacob, additur signum præpositionis, vt ne dicā quod si Iacob esset genitiuus sub statu constructionis, non diceretur elohim sed elohe. Et ipse Hieronymus iuxta Hebræum, ita transtulerit, Et scient quoniam deus dominabitur Iacob & finium terræ. Consimiliter cæteri omnes vel vsque ad fines terræ. Proinde suboleo sic Hieronymum probasse vnam lectionem, vt nō improbaret alteram, maximè in Græco.

18 MVRMVRABVNT] Pratensis & Nebiensis, Dormient. Munsterus &, interpretes pro Caietano, Pernoctabunt lon לִין vel lan לָן est anceps. Eòque Hieronymus, Sanctes, Pellicanus, accedunt Lxx. Nec perinde accommodum est sententiæ, quod si non sint saturati debeāt dormire; imo vero potius contrarium quadraret, etiam si sensum possent commentari suum.

LIX. PSALM. TIT.

In finem pro his qui commutabūtur in tituli inscriptione ipsi Dauid in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam Syriæ vel Syriam Sobal, & cum conuertit Ioab, & percussit Edom in valle Salinarum duodecim milia.

DEVS repulisti.] Titulus [IN finem pro his qui commutabuntur in tituli inscriptione ipsi Dauid in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam Syriæ vel Syriam Sobal, & cum conuertit Ioab, & percussit Edom in valle Salinarum duodecim milia.] In verbis dierum legitur, id est in Paralipomenon, & in libro Regum, quod Naas rege Ammonitarum 1 Para. 19
mortuo, misit Dauid nuntios ad consolandum 2.Reg.10
filium eius Amon, cui suggesserūt principes sui. vel eius, quod causa explorandi Dauid misisset eos. Ideo decaluauit Amon pueros Dauid, rasitque comam capitis, & præcidit tunicas eorū à natibus vsq; ad pedes, & sic dimisit eos. Deinde videns Amon, & populus eius quod iniuriam fecisset Dauid, conduxit vndecunque exercitum, currus & equites de Mesopotamia & Syria, & alijs locis. Quod eum audisset Dauid, misit Ioab principem militię contra eos in prælium, & fugauit eos in ore gladij. Legitur in libro Regum, quod cum Dauid post mortē Saulis prosperè regnaret, percussit Adezer regem 2.Reg.8
Sobal, quæ est pars Syriæ, & facta est Syria tributaria Dauid. capta vero Syria, percussit de Edom duodecim milia. Cūq; reuerteretur posuit in Idumęa custodes, & facta est Idumæa seruiens ei sub tributo. Hās historias tangit titulus Ex Aug.
iste, sed quia in historia nō legitur quod Dauid conuertit Ioab, vel quod in prædictis vastationibus aliquid succederit, superficie historiæ relicta, sicut in plerisq; alijs fit, ad spiritualem dirigimur intelligentiam, quæ ex interpretationibus nominum sumitur. Interpretatur enim in Mesopotamia, eleuata vocatio: Syria, sublimis: Sobal, vana vetustas: Ioab, inimicus: Edom terrenus. His omnibus figurantur elati magnitudine terrenæ vanitatis, quos oēs Christus igne charitatis, quē in terra dignatus est mittere, accendit, & conuertit Ioab inimicum vel diabolū in fugam. Vel hominem ad fidem. Et percussit Edom, id est terrenos, vt viuant cælestes. Et est sensus, Psalmus iste, dirigens nos [IN finem] id est in Christum, agit [PRO his] id est, de his [QVI commutabuntur] de veteri vita in nouā. [IN inscriptione tituli] suscepta per fidem, id est qui commutabuntur in regnum Christi. Inscriptione dico facta [IPSI Dauid] id est Christo. Vel sic, Qui commutabuntur ita in regnū, de veteri vita in nouam. In inscriptione tituli, per fidem, id est qui commutabuntur in regnū Christi. Inscriptione dico, facta, Ipsi Dauid, id

est Christo. Vel sic, qui commutabuntur inscriptione tituli. Hic distingue, id est in regnū Christi mutabuntur. Dico non sibi, sed, Ipsi Dauid, id est Christo, vt ei viuant, mutabuntur eundo [IN doctrinam] eius. Oportet enim in doctrinam eius transire eum qui vult eius titulum ha-
Lucę 12 bere. Sed quomodo mutaret nisi ignem mitteret in terrā? nullo modo. Ideo subdit, [OVM succendit Mesopotamiam] & cum hos omnes ad literam debellauit Dauid. Quod vero dicit has prouincias succendisse, hoc non historialiter accipi potest, sed pro significatione dicitur, pro qua solet ab historia recedere. q.d. Commutabuntur. Pro hoc enim, id est, quia [SVCCENDIT] igne dei Mesopotamiam [SYRIAE vel Syriam] In Mesopotamia est eleuata vocatio, scilicet totus mundus, vocatione sanctā apostolorum eleuatus, quem Christus igne charitatis succendit. Syria sublimis interpretatur, sed quæ prius erat sublimis altitudine vana, incensa humiliatur, vt melius exaltetur. Et Syriā [SOBAL] Sobal, vana vetustas, quæ intenditur vt moneatur. Et est sensus, Succendit eos prius sublimes, vt humilientur: & vanos & veteres, vt fiant noui. [ET conuertit Ioab] id est inimicum, qui est diabolus, vel homo: si diabolus, in fugā: si homo, ad fidem conuertitur. [ET percusit] gladio spiritus, & verbo dei, [ADOM] id est terrenam vitam. Percutitur enim terrenus, occiditur vt viuat cælestis. Et enim percusit Edom, percusit
2. Reg. 8. ponuntur 18. milia, sic & 1. Parali. 18. recurrendū igitur ad mysticum sensum, vt facit Aug. [ovodecim milia in valle Salinarū.] Duodecim milia perfectus est numerus, cui deputatur numerus apostolorū, qui de quatuor mūdi partibus fideles ad trinitatem vocant, ergo duodecim milia est totus mundus percussus. Vallis est humilitas. Salinę saporem sapiētiæ significant: hæc duo ideo bene iunguntur, quia multi vanē & vetustē humiliātur pro terrenis passij. Passi sunt & hæretici, scilicet. Bonum est humiliari sapienter, id est pro domino. Et est sensus, Percusit duodecim milia, id est omnes de quatuor partibus mundi, ad fidem sanctæ trinitatis per apostolicam doctrinam vocatos. Et hoc, In valle salinarum, id est in humilitate sapienti & discreta.

Intentio. Docet beatam esse contritionem seculi, per quā probat commutandos ad ęterna.

Ex Cassi. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo, referūtur percussiones factæ ꝓ pœnis æternis vitādis. Secundo agit de liberatione, quam precatur

Ex Aug. & affirmat, ibi, Vt liberentur. Propheta ergo, in voce percussorum in melius mutatorum, ait, ô,

DEVS repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis.

Ex Hier. in epitaphio Paulæ & alibi. DEVS repulisti] ā malis [NOS] qui mali eramus [ET destruxisti nos] male ædificatos, vt erigeres in bonum ędificium. Hæc est ciuitas Trinomia, quæ prius dicta est Ihebus, postea: Sā' em, inde Hierusalem. Hiebus concul

Ex Hier. de nominib. Heb. catat: Salem, pax: Hierusalem visio pacis interpretatur. Prius in nobis conculcantur vitia, inde in pace iustitia ædificium bonorum operum

Ex Alcu. construit: deinde ad visionem pacis ineffabilis sapiemur. Hæc tria notantur hic, per hoc quod dicit, Destruxisti nos, [MISERTVS es nobis] Vnde dominus, Ecce hodie & cras dæmonia eiicio, & sanitates perficio, & die tertio cōsumor. Lucæ 13
Hæ sunt pascha, penteceostes, & scænophegia. Et hi sunt tres dies dominicæ passionis, id est pœnitentia, iustitia, gloria. [IRATVS es] & es misertus [NOBIS.] Non enim misereris, nisi irasceris. Irā est vetustas, vt pereat: misericordia Ex Aug.
innouat hominem interiorē. & si exterior, corrumpitur. Vel ita, Deus repulisti nos, in Adam, 2 Cor. 4
ā te, Et destruxisti nos ab immortalitate, quia Ex Alcu.
Iratus es nobis, pro peccatis. Et tamen, Misertus es nobis, per filium, sic. Quia,

2 Commouisti terram & conturbasti eam: sana contritiones eius: quia commota est.

COMMOuisti terram] ab errore ad pœnitētiam, vibrato gladio spiritus, cum dixisti, Pœnitemini, & credite euangelio, appropinquabit enim regnum cælorum. [ET conturbasti eam] ad pœnitentiam conscientia peccatorum accusante. Sicut ergo cœpisti, perfice, scilicet [SANA contritiones eius] scilicet, passionem & mortē, [QVIA commota est] Aliter non est digna sanari, nisi commota sit. Sana, & necesse est, quia, Ex Aug. Marci 1 Ex gl. int. Ex Aug.

3 Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.

OSTENDISTI dura] id est temporis miserias, quæ nobis per charitatem sunt delectabiles, & si per infirmitatē carnis graues [POPVLO] iam [TVO] pōstqˉ vicistis, & si enim nō mutatur, non mox est æternus. Mutato nanque homine in melius sequitur, qđ in libro Iesu filij Syrach dicitur, Fili accedens ad seruitutem dei sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Prior labor est peccata vincere, vt muteris. Secundus est pro eo quod mutatus es ferre aduersa vsque in finem. [ET potasti nos vino] nō illo in quo est luxuria: sed [COMPVNctionis] i. tribulationis, qua purgatur patiens, vt vulnus, scilicet, purgatur vino. Vino, scilicet spirituali, potasti nos: vnde non vitia, sed compunctio nascitur. Non enim est peremptio perdens, sed medicina vrens. Et quare hoc facis? quia per hoc, Ex Alcu. Ex Aug. Ex Alcu. Ex Aug.

4 Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant ā facie arcus.

DEDISTI metuentibus te significationē] Ex Aug.
per præsentem tribulationē significasti illis qui te metuunt. [VT fugiant ā facie arcus] id est ab impugnatione futuræ vindictæ, scilicet iudicij futuri. Iste arcus quasi extensus, iam minatur, sed nondum ferit: quia iudicium nos terret, sed nō damnat, cuius nobis fit significatio per præsentia, quia si hic tam asperē punit nos deus, quid in futuro iudicio faciet? Bene autem iudicium arcus dicitur: quia arcus quanto plus retro tenditur, tanto impetuosius sagitta in priora fertur: ita & iudicium quanto magis differtur, tanto grauius venturum est. vel significatio accipitur vexillum crucis, quod pro ligno

nobis datur, vt sequamur Christi passiones, per
Ex Alcu. qđ euademus faciē arcus: quia si socij passionū
sumus, & resurrectionis erimus. Et est, Dedisti
metuentibus te significationem, id est vexillum
crucis ad imitandum. Vt, per hoc, Fugiant à fa-
Ex Cass. cie arcus, id est iudicij. Vel, Dedisti metuenti-
bus te significationem, id est scripturas, vt per
eas fugiant à facie arcus.

PARS II διάψαλμα.

5 Vt liberentur dilecti tui, saluum fac populum tuum: & exaudi me.

Ex Cass. VT liberentur.] Secunda pars, vbi agit de
liberatione quam precatur & affirmat, pro qua
gratæ sunt percussiones. Dedisti metuentibus
Ex gl. int. te significationem, vt fugiant. Et [VT] in futu-
ro [LIBERENTVR] ab ærumnis seculi. [SAL
VVM me fac] dicit generalis iustus, collocan-
do [IN DEXTERA tua] vbi est vera salus.
Ex Aug. q. d. fac vt stēmus ad dexteram tuam: de tempo
rali salute, fiat vt vis. Saporem iste habet de val
le Salinarum, qui æterna petit. de his semper
auditur iustus: vt de terrenis non nisi vtiliter.
Et exaudi me, quia iam peto quod dare vis. &
necesse est hoc, quia,

6 Deus locutus est in sancto suo, lætabor & partibor Sichimam: & conuallem tabernaculorum metibor.

DEVS LOCVTVS est in sancto suo.] id
Ex Aug. est in Christo promisit salutem. Dixit sancto,
vnde salus. vnde scilicet? quia, Deus locutus
est, fiet istud, quod ego [LAETABOR.] Non
verba dei dicit, sed quæ consequenter ex verbis
dei veniunt. Vox est ecclesiæ, ista .s. Lætabor.
Vel ita, in hac fiducia oro, quia, Deus locutus
est in sancto suo .i. in Christo promisit. quid?
quod ego, Lætabor, id est facerem quod lætitiæ
mihi cedat, sic, quia, [PARTIBOR] vel diui-
dam, [SICHIMAM] Sichima locus vbi Iacob
rediens à Laban, fecit tabernacula propter oues
Gene. 33 & armenta, & vocauit sochot, id est taberna-
Gene. 35 cula: vbi etiam abscondit idola, quæ habebat de
Syria, vbi diu peregrinatus fuerat, infodiens ea
subter therebintum. Secundum historiam ergo
per Sichimam, significat gentes, quę diuisæ sunt,
quia non omnium fides est. Alij enim credunt,
alij non. Secundum interpretationem vero,
Sichima sunt humeri qui diuiduntur, id est o-
Matth. 11 nera, quæ sic partiuntur; vt alios peccata gra-
uent, alij leue iugum Christi ferant: & secun-
dum hoc, Per Sichimam accipiuntur generali-
ter omnia onera Christi, bona & mala, id est
Ex Cass. Christi & diaboli. Vel per Sichimam, accipiun-
tur tantum boni humeri, id est onus Christi,
quod pro viribus ecclesia distribuit singulis.
[ET CONVALLEM tabernaculorum meti-
Ex Aug. bor] Conuallis tabernaculorum propter oues
Iacob, Iudęos significat, qui etiam diuiduntur,
quia alij credunt, alij non. Et est, Conuallem
Ex gl. int. tabernaculorum metibor, id est dē Iudæis non
paucos habebo. Vel quia tabernacula militan-
tium sunt, per conuallem tabernaculorum in-
telliguntur omnes deo militantes. Et est, Con-
uallem metibor, id est deo humiliter militan-
tes, Metibor, cum mensura prædestinatorum.
Galaad est mons, vbi comprehendit Laban Ia-
cob fugientem, cum omnibus quæ acquisie-
rat Iacob in Mesopotamia, ibique post iurgia
& rixas pacificati sunt, & fœdus amicitiæ inie-
runt: collectísque lapidibus fecerunt tumulum,
& comederunt super eum: quem vocauit La-
ban, tumulus testis: & Iacob, aceruus testimonij.
Dixitque Laban ad Iacob, Tumulus iste testis
erit inter me & te: si autem ego transibo illum Gene. 31
pergens ad te, aut tu præterieris malum mihi
cogitans. Idēo appellatus est Galaad, id est tu- Ex Aug.
mulus testis vel aceruus testimonij: per quod
intelliguntur martyres, in quibus aceruus testi-
monij est, dum inter omnia opprobria Christia
ni nominis Christum constanter confiteren-
tur

7 Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Effraim fortitudo capitis mei.

MEVS est Galaad] id est mēus est aceruus Ex Aug.
testimonij, scilicet mei sunt martyres veri, [ET
MEVS EST Manasses] Mănasses fuit primo- Ex Cass.
genitus Ioseph, qui hoc nomine vocauit eum Gene. 41
dicens, Obliuisci me fecit deus laborum meo-
rum, & domus patris mei. Ideo interpretatur
oblitus. per quod significantur fideles, qui sunt Ex Aug.
prioris confusionis obliti, quia iam honor est
Christianum nomen. Vnde Apostolus, Non e- Rom. 1
nim erubescimus euangelium. Vēl, Manasses, Ex Alcu.
ōmnis ille est qui oblitus prioris vitæ, in ante- Philip. 3
riora cum Apostolo se extendit. Vēl per Manas- Ex Aug.
sem intelligitur ecclesia gentium, quæ prius ste
rilis maledictioni & opprobrio subiacebat: sed
modo cum parit, iam oblita est opprobriorum
& ignominiæ. Vnde Esaias, Lætare sterilis quæ Esaiæ 54
non paris, quia plures sunt filij desertæ quàm
eius quæ habet virum: confusionis adolescen-
tiæ tuæ obliuisceris, & opprobrij viduitatis
tuæ non recordaberis. [ET MEVS EST
EFFRAIM.] Effraim fuit alter filius Ioseph,
quem sic vocauit, dicens, Crescere me fecit deus
in terra paupertatis meæ. Ideo interpretatur
fructificatio, quam facit granum fructificans. Ex Aug.
Vnde sequitur, Meus est effraim, id est fructifi-
catio. Et hæc fructificatio est [FORTITV-
DO capitis mei] id est Christi, dicit ecclesia.
Granum enim moriens, virtutem in se habuit, Ioan. 12
vt fructum faceret.

8 Iuda rex meus: Moab olla spei meæ.

IVDA] id est Chrīstus, [REX meus.] De Iu Ex Hier.
da enim natus est Christus, ideo per eum hic
bene significatur. Vnde Iacob ei benedicens, in
figura Christi ait, Iuda, te laudabunt fratres tui
&c. [MOAB OLLA spei meæ.] Moab pŏpu- Ex Aug.
lus quidam est, qui descendit à Moab, quem ge-
nuit maiŏr filia Loth, abutens patre ebrio, per
quē intelligitur omnis abutens lege. Sicut enim
filiæ malè vtentes patre genuerunt Moabitas:

sic qui malè vtitur lege, generat mala opera: vt qui bene, bona. A malè autem vtentibus lege oritur olla, id est tribulatio ecclesiæ. Hæc est olla feruens ab aquilone, id est à diabolo. Vnde
Hiere. 1 Hieremias, Ollam succensam ego video, & faciē
Ibidem. eius à facie Aquilonis. Vnde alibi idem Hieremias, Ab Aquilone pandetur omne malum, id
Esaiæ 14 est à diabolo, qui dixit, Ponam sedem meam ad Aquilonem, & ero similis altissimo. Ab illo ergo tribulationum olla ebullit in ecclesia: sed Christo duce olla iniquitatis ardens facta est, spei
Rom. 5 non consumptionis, quia tribulatio operatur patientiam: patientia vero probationem: probatio vero spem, cum charitatis flamma in cordibus diffusa ardet contra ollam iniquitatis. Et est sensus, Iuda, id est Christus, est, Rex meus. quo regente, Moab, id est abutens lege, est olla, quia infert tribulationem. Et hæc tribulatio est, Spei meę, quia facit me plenius sperare, non de-
Ex Alcu. ficere. Vel Moab ponitur pro gētibus, id est per Moab gentes intelliguntur. Per ollam intelligitur refectio. De gentibus vero, quidam sunt cō uersi, & hi vsti sunt tribulatione: alij non sunt conuersi, qui alios vrunt tribulatione. Vtrique vero, scilicet vrentes, & vsti, sunt, Olla, id est refectio Christi & ecclesiæ: quia de vstis consolatur, de vrentibus proficit. Et est sensus, Moab, id est gentes, scilicet, vel vrentes alios tribulatione, vel vsti, sunt, Olla, id est refectio, Spei meæ, vnde mihi spes vitæ est. Loquitur ecclesia,

9 In Idumæam extendam calciamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt.

Ex Cass. IN IDVMAEAM] q.d. Dixi lætabor, diuidam, quia [EXTENDAM calciamentum meum] .i. euangelium, quo munitur vita gra-
Ex gl.int. dientiū in mundo. Vel, Calciamētum.i. humanitatē Christi, in qua latuit deitas. Vel per calciamentum, quod fit de mortuo animali, intelligitur passio Christi, quam prædicādo extendam
Ex Aug. vsque in Idumæam, quæ interpretatur terrena, id est vsque ad terrenos. q.d. & si ebulliat mūdus scandalis, tamen vsque ad terrenæ vitæ homines, Extendam calciamentum meum. Et sic, [SVBDITI sunt mihi alienigenæ] vel allophyli, qui ad genus meum pertinēt. Multi enim Christum adorant, qui non sunt regnaturi cū
Ex Hier. eo .i. ficti Christiani. Vel per alienigenas intelligit gentes, quæ prius alienæ erant, sed modo subditæ. Et est, Alienigenæ, id est gentiles prius
Oseę 2 alienigenæ, Subditi sunt, modo, Mihi. Vnde, Vocabo non plebem meam. &c. Dico extendam, sed,

10 Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?

QVIS DEDVCET me in ciuitatem mu-
Ex Aug. nitam] vel circunstantiæ: alia litera, nisi deus, .i. in gentes circunfusas Iudææ mediæ. Hæc ciuitas circunstantię est orbis terrarum, quæ alibi dicitur rota. Vnde, Vox tonitrui tui in rota, Psalm. 76
id est in gentilitate. Quis deducet me in Idumæam, vt regnem, scilicet in terrenis, qui etiam de me non sunt, nec de me proficere volunt. Vel ita, Quis deducet me in ciuitatem muni-
tam? id est, in futuram Hierusalem, nisi tu deus. Ex Cass.
Et, Quis deducet me vsque in Idumæam? id .i. vsque ad terrenos, ad quos deduci desiderat; vt de eis impleto numero prædestinatorum, simul cum eis ad beatitudinem veniret. Dico, quis deducet.

11 Nónne tu deus qui repulisti nos: & non egredieris deus in virtutibus nostris.

NONNE TV deus] deduces [QVI RE- Ex Aug.
pulisti nos] Quia sinis tribulari. hoc est quod in principio psalmi dixit, [ET] qui, ô deus [NON EGREDIERIS in virtutibus nostris.] non contra eos apparebis, qui dicunt, Vbi est deus deorum, vt olim fecisti patribus: non ostendens potentiam tuam, qualem ostendisti in Dauid, in Mose, in Iesu Naue, quibus gentes cesserunt, & magna strage facta terram promissam obtinuerūt. Sed nobis intus operaberis, & sic melius deduces: quia sic videntur non pro temporali vita pugnare, sed pro futura. Et quia deduces, ergo,

12 Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.

DA NOBIS auxilium] Vel sic continua, Ex gl.int.
Non egredieris, sed nec est curandum, quia sic maius est auxilium dei .s. dum intus iuuat. Et ideo, ô deus, Da nobis auxilium [DE TRI-
BVLATIONE] inde subueni, vnde putaris de- Ex Aug.
serere. Hoc quæro, non temporalem salutem, [ET] id est quia, [VANA EST] temporalis [SALVS hominis] Hæc est vana vetustas, scilicet Sobal. Salus hominis est vana, sed nos,

13 In deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

FACIEMVS VIRTVTEM] vincendo Ex Cass.
diabolum [IN DEO] nō in gladio: non ex- Ex Aug.
tra, sed intus: quia deus erit exercitus & victoria nostra. Vnde subdit, [ET IPSE deducet tribulantes nos.] & si nullius momenti
simus, [AD nihilum] delendo, scili- Ex Cass.
cet de libro vitæ, vbi ipsi sicripsi videntur sibi. Vel, Deducet ad nihilum, in Ex gl.int.
nostra reputatione, vt scilicet pro nihilo habeamus.

COLLATIO
In pſalmum 59. Deus repuliſti nos.

1 MISERTVS es nobis.] Prætenſis & Pellicanus oppoſitum reddiderunt ſenſum. Hic, circuiſti nos, vertit, quaſi deus noluit habitare in medio noſtri. Ilic apertius, Deficies à nobis. Translator ad Campenſem, Auerſaris. Sed omnes alij concordant nobiſcum, Reuerteris ad nos, vel conuertiſti nos. Idq; ſonat miſericordiã, & reſpondet Hebręo תְּשׁוֹבֵב cõuertiſti. Pergamus ſequi proprium cerebrum, dabimus ſine mente ſomnum.

3 POTASTI nos vino compunctionis.] Idque accipitur in bonam partem. Hi autem qui vertunt veneni, aut vino letali, in malum vſurpant. Hieronymus nõ abeſt à noſtro ſenſu, quãdo dicit, vino conſopiente: quem ſequitur Sanctes, Prætenſis, Vino anxifico. Mũſterus in ſcholio, & Sanctes in theſauro docent תַּרְעֵלָה tarelah, ab authoribus variè exponi.

4 VT fugiant à facie arcus.] Prætenſis, Nebienſis, Sanctes, Pellicanus, Vt eleuentur ſeu exaltentur. Munſterus, Vt triumpharent: Interpretes pro Caietano, Ad inſignitos eſſe. Hebr. habetur, לְהִתְנוֹסֵס lehithnoſes. Sed נָסַס naſas, ſignificat etiam fugere, vt teſtatur quoque Munſterus, & Hieronymus ita vertit. Quanq̃ & illud eleuari, poſsit accõmodari ad etiam fugam. Deinde magis mouere poſſet, quod vbi dicimus, A facie arcus, Hebr. dicunt מִפְּנֵי קֹשֶׁט mipene quoſchet, id eſt à facie veritatis, quod eſt propter veritatem: vt nunc vertunt. Iam inde clarius apparet LXX, quos ad verbum ſequitur Hieronymus, iuxta Hebræum accepiſſe literam thet, pro litera tau: quæ interdum ſunt commutabiles. Nam perſpicuũ eſt קֶשֶׁת queſcheth Hebræis eſſe arcum: imo vero haud diffitetur Munſterus in ſuo lexico, priorem particulam quoſchet, magis eſſe in vſu Chaldæis, q̃ Hebræis.

8 MOAB olla ſpei meæ.] Hieronymus, Lauacri mei. Et ad eundem modum reliqui. רַחְצִי rahatzi, id eſt ablutionis meæ. Sed annotandum hanc particulam ſignificare fiduciam chaldaïcè Dan. 3. indicante Mũſtero. Quod vero chaldęa lingua magna ex parte hebręæ confinis ſit, neminem puto latere. Et ſicut in בַּר bar factum eſt, quo vterentur Hebræi, quod tamen magis eſt in vſu Chaldęis q̃ Hebręis pro filio: Sic & in hoc vocabulo potuit fieri pro hoc ſignificatu.

Hebręi & Chaldæi linguę vicinæ.

8 MIHI alienigenæ ſubditi ſunt.] Hic ponitur in Heb. quoddã vocabulum indifferẽs ad ſociare, ſiue fœdus inire & iubilare. הִתְרֹעָעִי hithroai. Vnde Hieron. vertit, Mihi philiſtæa ſociata eſt. Accedit Nebienſis, Pellicanus, Fœdus inças. Campenſis, Amicitiam meã ambi. Quomodo autẽ ea reſpondeant ſubiectioni, arbitror liquere. Alij iuxta aliam notationem tranſtulerunt, Iubila vel clange.

LX. PSALM. TIT.
In finem in hymnis, pſalmus Dauid.

EXAVDI deus] Titulus. [IN finem in hymnis, pſalmus Dauid.] In hoc pſalmo vox eſt eccleſiæ laborantis in terra, quaſi vox vnius hominis, ſed tñ non eſt vnus homo, quia à finib⁹ terræ clamat: quæ & ſi laboret inter impedimenta ſeculi, deũ tamen laudare non deſinit. Et hoc eſt, [PSALMVS] iſte, dirigens nos [IN finem] id eſt in Chriſtum, eſt [IN hymnis] id eſt in laudibus exhibitis [DAVID] id eſt Chriſto. Intentio. Mõnet ad laudem. Mõdus. Bipartitus eſt pſalmus. Primo, eccleſia vndique preſſa orat, & ſe perſeueraturam, & per quid, indicat. Secundo iam audita de hęreditate habenda affirmat, vnde laudes promittit, ibi, Quoniam tu deus. Eccleſia ergo de toto orbe quaſi vnus homo clamat. — *Ex Aug.* *Ex Caſſ.* *Ex Aug.*

XAVDI deus deprecationẽ meam: intẽde orationi meę.

EXAVDI deus deprecationem meam] deprecatio eſt, quæ aſsidua eſt, & hominibus etiam offertur, non tamen deo. [INtende orationi meæ.] Oratio eſt, quæ deo purè offertur. Ideo intende, quia, — *Ex gl. int.*

2 A finibus terræ ad te clamaui dum anxiaretur cor meum: in petra exaltaſti me.

CLAMAVI ad te à finibus terræ] id eſt vndique ab vniuerſo orbe terrarum, quia eccleſia vſque ad terminos terræ diffuſa eſt. Quare clamas? Ecce clamaui [DVM anxiaretur cor meũ] id eſt clamaui in anxietate. Cum enim anxius clamatur, ſcilicet in tentationibus, quæ vtique ad profectum ſunt. Nemo enim ſibi innoteſcit, niſi tentatus: nec poteſt coronari, niſi vicerit: nec vincere, niſi certauerit: nec certare, niſi inimicos & tentationes habuerit. Deinde ſequitur clamoris exauditio [IN PETRA &c.] q. d. anxiatur cor, ſed non ideo vincor. Quia, In petra i. Chriſto, de qua ipſe dicit, Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam. [EXALTASTI me.] de imo vitiorum. per iſtius exemplũ, magna ſpes audiẽdi præſtatur alijs. Exaltaſti, & exaltatum — *Ex Aug.*

3 Deduxiſti me, quia factus es ſpes mea: turris fortitudinis à facie inimici.

DEDVXISTI me] per te viam, ad te veritatem & vitam. Qualiter deducis? [QVIA factus es ſpes mea] qui ſperantes exaltas. Aliter enim non eſſet nobis dux, niſi eſſet nobis ſpes

factus Speramus quod nos non perdet, propter
quos suum filium tradidit. Et tu es [TVRRIS
fortitudinis] quia suos defendit contra omnia
scandala, dum cogitat homo quod ipse prior est
passus, & quo fine passus. Turris, inquam, de-
fensio suorum est. [A PACE inimici] id est
diaboli, qui circuit quærens quem deuoret. Tu
es turris, & ego hac turre munitus,

4 Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum tuarum.

Ex Aug. INHABITABO] vel inquilinus ero, alia
litera, id est mansionarius ad horam, [IN TA-
BERNACVLO tuo] Quicquid agat inimi-
cus de beneficijs dei confidit iste, vt contra pe-
ricula mundi, in tabernaculo dei perseueret tu-
tus. Et hoc [IN SECVLA] scilicet vsquedum
peragantur secula, vt semper natos suos colli-
gat ecclesia. Nota quia non est vnus homo vsque
in secula, sed vna est ecclesia, quæ vsque ad fi-
nem mundi accolit in terra, & nunquam era-
dicatur per aduersa, quę à finibus terræ clamat,
cui dicitur, Quæ spes tibi est inter tot mala? v-
tique certa, quia & si multi contra me sint,
Ex Cass. [PROTEGAR] contra ęstus seculi, [IN VELA
mento alarum tuarum] id est in munimine mi-
sericordiæ & potentiæ tuæ, quæ alis comparan
tur, quia nec onerant, & omnem auertunt læ-
sionem. Vel ita iunge literam, vt reddas singula
singulis eodem sensu manente, quia exaltasti in
petra & deduxisti. Ideo, Inhabitabo, vel Inqui-
linus ero in tabernaculo tuo in seculū. Et quia
tu es turris fortitudinis. Ideo, Protegar in vela-
mento alarum tuarum.

PARS SS διαψαλ-μα 5 Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hęreditatem timentibus nomen tuum.

Ex Cass. QVONIAM tu es deus &c.] Secunda pars,
vbi iam audita ecclesia de hęreditate habita vel
habendæ, affirmat vnde promittit laudes. q. d.
Ex Aug. à finibus terræ ad te clamaui. Et [TV DEVS
exaudisti orationem meam] de qua incepit in
principio psalmi. Et verè [QVONIAM dedi-
Ex Cass. sti hæreditatem timentibus, id est futurum re-
Ex Alcu. gnū. Ideo dicit, dedisti, præteritum, quia iam in
& gl.int. quibusdā cœptum est. Vel præteritum pro fu-
turo ponit, pro nimia certitudine. Et est, Dedi-
sti, non dicam dabis, adeo enim certus sum qua-
si iam esset, Hæreditatem quibuscunque timen-
tibus, [NOMEN tuum.] Non est enim distin-
Actu. 10 ctio, quia in omni gente quicunque timet deum,
hic acceptus est illi.

6 Dies super dies regis adiicies: annos eius vsque in diem generationis & generationis.

Ex gl.ins. DIES super dies] Hic ostendit hæredita-
tem quæ sit in rege Christo, quia eadem est in
Rom. 8 milite. Hæredes quidem dei erimus, cohæredes
vero Christi. dum itaque dicit, quæ sit hære-
ditas regis, significat etiam quæ sit militis. q.
d. Dedisti hæreditatem. quam? quam quidem
habet ipse rex. & ipse quam habet? Ecce tu [AD-
IICIES] regi [DIES] æternos [SVPER]
temporales [DIES regis] Per hoc æternita-
tem Christi significat, qui est rex noster. Chri- Ex Alcu.
sto nanque regi dedit pater dies sine fine, super
istos dies quibus in præsenti regnat ecclesia, vt
non solum in his diebus regnet in ecclesia, sed
& regnent cum illo sancti in æternum. Dein-
de alijs verbis idem repetit dicens, Et adiicies,
[ANNOS] super annos [EIVS] quibus in prę-
senti nobiscum est. Nota quia æternitas domi- Ex Aug.
ni multis vocatur nominibus. Quicquid enim
vis, dicis de ęternitate; anni dies, vnus dies: quia
quicquid dicis minus est, sed aliquid necesse est
dici, vt sit vnde cogites quod dici non potest.
Vel ita, Et dicit dies regis, id est Christi, dies Ex Alcu.
bonorum, quos hic egerunt imitando eum, &
eosdem dicit annos, quia hic alij alijs diutius vi-
xerunt. Et est, Dabit hæreditatem hanc, scili-
cet, quia Super dies regis, id est Christi, quos
hic egerunt in bono, Adiicies, eis, Dies, eius,
quibus viuit deo. Et quia vixerunt hic aliqui
diutius, addit, Annos eius. q. d. Tu adiicies eis,
Annos eius, quibus ipse viuit deo, Super annos,
id est super longiorem quorundam vitam, &
hi dies, & anni sunt. [VSQVE IN diem gene-
rationis] huius præsentis [ET] futuræ [GE- Ex Aug.
NERATIONIS] id est sunt vnus dies, qui v-
nus dies continet & transcendit secula præsen-
tis & futuræ generationis. Hic dies est æterni-
tas. Dico adiicies annos, & dies regis, quod ma-
gnum est: quia rex ille,

7 Permanet in æternum in conspectu dei: misericordiam & veritatem eius quis requiret?

PERMANET in æternum] sic & illi per- Ex Cass.
manebunt. Ecce hic ostendit quæ sit illa æter-
nitas, cum dicit, Permanet in æternum. Hęc est Ex Aug.
altera generatio, scilicet æterna. Dico perma-
net, [IN conspectu dei] vbi præsto est ad mise- Ex gl.int.
randum omnibus. Propter quid ibi manet? pro-
pter [MISERICORDIAM] hic exhibendam
nobis [ET veritatem] in futuro implendam.
Sed, Misericordiam & veritatem [EIVS quis
requiret [ei?] alia litera, id est ad hoc, vt in his Ex Aug.
imiterur eum. q. d. pauci. Ideo addidit, ei, vt non
quæreret aliquis discere in libris hęc, & post si-
bi viuat, non illi. Misericordia eius est, quia non
meritis, sed bonitate peccata dimittit, & vitam
promittit. Veritas, quia non fallit, sed reddidit
quod promisit. Misericordiam sequi debemus
circa infirmos, & etiam inimicos: Veritatem ser
uare debemus, non peccando, vt ita sit homo
iustus. Vel ita, & est hic conclusio psalmi, Et Ex Alcu.
quia hæreditatem regis habebit miles, ergo Mi-
sericordiam & veritatem eius quis requiret? in
æterna vita. q. d. nullus. In æterno enim iam erit Ex Hier.
sufficiens beatitudo, vt nullus quęrat ibi mise-
ricordiam, vbi nullus erit miser: nullus quærit
ibi veritatem, vbi omnes deum videbunt. Vnde
dominus in euangelio, In illa die non rogabitis Ioann. 16
me quicquam. Et quia tunc erit, ideo quicquid
alij faciant, ego,

8 Sic psalmum dicã nomini tuo in seculum seculi: vt reddam vota mea de die in diem.

Ex gl.int. SIC psalmum dicam nomini tuo] id est sic
operabor ad honorem tuum, ita quicunque re-
quirit, exemplo meó faciat. Et hoc in seculum se
Ex Cass. culi] id est quandiu hoc seculum durat, quia
non ad tempus hoc est agendum. Sic, inquam,
psallam. [VT reddam vota mea de die in diem]
Ex Hier. id est vt quod voueo, reddam assiduè. Vel ita,
Ex Aug. vt partim de futuro, partim de præsenti accipia-
tur. Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum
seculi, id est sic psallam tibi laudibus in æterni-
tate, vt hic in præsenti, Reddam tibi vota mea
bonorum operum, donec veniam, De die, præ-
senti, In diem futurum. Si ergo vis in æternum
psallere, redde vota in isto die, donec peruenias
ad illum diem. Hic ergo vota, ibi laudes, hilares
reddam. Vnde post omnia in officijs ecclesiasti-
cis dicitur, Benedicamus domino, quia de o-
mnibus bonis quæ in præsenti agimus, deum in
futuro perenniter laudabimus. A pueris autem
dicitur, quia tunc angelicæ puritatis erimus
Marci 10 consortes. Nullus enim in regno cælorum, nisi
paruulus intrabit.

COLLATIO
In psalmum 60. Exaudi deus deprecationem meam, & intende &c.

2 IN petra exaltasti me.] In Hebræo potest esse anceps sensus, בְּצוּר יָרוּם מִמֶּנִּי תַנְחֵנִי betzur iarum mimenni tancheni. Nam prima particula tzur, significat petram & fortē: quare diuersa ratione potest accipi in bonum vel in malum, intelligendo per petram, Christum vel eius auxilium: vel per fortem, diabolum seu aduersarium: aut aliquod graue incommodum. Itaque secũdo modo capit Hieronymus, Quum fortis eleuabitur aduersum me, tu eris ductor meus, retrahendo exordium sequentis versus, ad finem præcedentis: vbi legimus, Deduxisti me. Alij priorem modum respiciunt, & relatiuum subaudiunt, in petram, quæ altior me est, duc me. Lxx duas dictiones sine relatiuo subintellecto pariter copularunt. Et quomodocunque dicas, constanter celebratur dei potentia, & præsens auxilium.

6 MISERicordiam eius & veritatem quis requiret?] חֶסֶד וֶאֱמֶת מַן יִנְצְרֻהוּ hesed veemeth man inizeruhu, Misericordiam & veritatem præpara, subaudi, quæ, vt volunt, seruabunt eum. Hieronymus tamen planè dixit omissa particula, man, quum alij vertunt præpara: Misericordia & veritas seruabunt eum. Translator ad Campensem, Bonitas & fides custodiēt eum. At vero Lxx, mam מַן legisse conijcitur מִי mi, id est quis. Vel chaldaïcè, man, id est quis. Qui transtulerũt præpara, deflexerunt à radice מַנָּה minnah, id est præparauit. Pronomen autem affixum, quod, legitur in verbo conseruabunt, posuerunt Lxx: vt copularetur ad particulam אֱמֶת emeth, id est veritatem, vt sit, Veritatem eius quis seruabit, ob idque, quis requiret? Vel subauditum est in medio, pronomen eius. Nam contextus Augustini habet, Misericordiam & veritatem eius quis requiret eī? Et vltimum est omissum à Lxx. Psalmodia Romana legit, Quis requiret eorum.

LXI. PSALM. TIT.
In finem pro Idithum, psalmus Dauid.

NONNE deo subiecta erit anima mea.]
Titulus. [IN FINEM pro Idithum, psal
mus Dauid.] Sicut supra diximus Idi- Ex Aug.
thum, præfectus fuit cum quibusdam a- Psalm. 38
lijs cantoribus in tabernaculo domini, de qui- 1 Para. 26
bus in titulis psalmorum plerunque fit mentio:
tum pro officij dignitate, tum pro nominum
interpretationibus, per quas subiectorum psal-
morum intelligentiæ declarantur, vt hic poni-
tur Idithum, quod interpretatur transiliens eos,
scilicet remanentes in mundo, & hærentes ter-
renis. De hoc transiliente agit hic Propheta,
qui à terrenis ad cælestia mente transiliuit, mo
nens pigros, illuc sequi, & laudans domini lo-
cum quò transiliendo peruenit. Ita enim iste
transiliens super aliquid est, vt sub aliquo sit.
Et est sensus, [PSALMVS] iste, est [DAVID]
prophetæ, qui hic loquitur in persona transi-
lientis. Psalmus dico habitus [PRO Idithum]
id est agens de transiliente, Transiliente dico,
[IN FINEM] id est in Christum. Intentio. Ex Cass.
Monet vt spretis caducis his, æterna speremus.
Modus. Tripartitus est psalmus. Primo, trãsi
liens inuidis respondet volentibus decipere.
Secundo se subijci hortatur, & monet reliquos
ad idem, ibi, Veruntamen deo subiecta. Tertio,
errantes exprobrat, & monet in deo non in ca-
ducis confidere, quæ est intentio psalmi, ibi, Ve-
runtamen vani. Trãsiliens autem iste, videns Ex Aug.
tot impedimenta sibi occurrentia, deo se subdit,
qui est altior eo, & inferioribus se, quasi de alto
respondet increpando.

ONNE DEO subiecta erit anima mea: ab ipso enim est salutare meum.

NONNE deo] q.d. & si àgitia vt mouear, Ex Aug.
& si multa transilio: tamen [ANIMA MEA]
semper [ERIT SVBIECTA deo] nil præter
eum cupiens. Hoc ideo dicit, ne transiliendo sit
elatus: quia, Qui se exaltat, humiliabitur. Et, Lucæ 18
Nónne subiecta erit? erit quidem, quia, [AB Ex Cass.
ipso] scilicet à deo patre est, [SALVTARE
meum] id est, filius, qui est auctor salutis meæ.
Verè auctor.

2 Nam & ipse deus meus & salutaris meus: susceptor meus non mouebor amplius.

Ex Caſs. NAM & ipſe] eſt [DEVS meus] hoc dicit
ne minor patre putetur. Vel ita, vt non fiat di-
ſtinctio perſonarũ. Verè erit ſubiecta, quia Ab
ipſo, deo, Eſt ſalutare meum, id eſt ſaluatio mea
Ex Aug. q.d. Scio quis ſupra me ſit. Et verè. Nam & ipſe,
Ex gl. int. qui eſt, Deus, omnium per potentiam, eſt, Meus,
quadam proprietate, ſcilicet per gratiam, [ET]
eſt [SALVTARIS meus] id eſt redemptor per
Ex Hier. incarnationem, [ET ſuſceptor meus] ad glo-
& Caſſ. riam. Vel, Adiutor meus, alia litera, ſcilicet in la
boribus ſeculi, & ideo, [NON mouebor] q.d.
Ex Aug. Vos agitis vt mouear, ſed in velamento alarum
eius munitus, Nõ mouebor ab eo [AMPLIVS]
Ex Caſſ. quia in Adam quidem motus fui. Vel, Non mo-
Ex Aug. uebor amplius, vt prius motus fui carnis infir-
mitate. Et dicit hic idem, quod in alio pſalmo.
Quod enim dicit hic, Nonne deo ſubiecta erit
Pſalm. 35 anima mea: hoc eſt quod alibi dicitur, Non ve-
niat mihi pes ſuperbiæ. Quod vero hic dicitur,
Non mouebor amplius: hoc eſt quod ibi dici-
tur, Et manus peccatoris non moueat me.

3 Quouſque irruitis in hominem, interficitis vniuerſi vos: tanquam parieti inclinato & maceriæ depulſæ?

Ex Aug. QVOVSQVE?] Quaſi de turre, id eſt de arce
contemplationis loquitur imis, id eſt hærenti-
bus terræ. q.d. Et quia nõ mouebor, ergo, Quo-
uſque [IRRVITIS] vt flumen vel fera, [IN ho
Ex gl. int. minem?] non vtique in animam, ſed in carnem;
quia in corpore vobis data eſt poteſtas, non in
Iob 9 anima. Vnde Iob, Terra data eſt in manus im-
Matt. 23 pij. Nota quod ait, Quouſque &c. A ſanguine
Ex Aug. enim Abel hic inceperũt. Sed nunquid illi per-
tinebant ad hominem qui hic loquitur? vtique
pertinebant ad hũc hominem generalem, id eſt
Pſal. 128 ad eccleſiam, quæ hoc dicit. Quod & alibi ait,
Supra dorſum meum fabricauerũt peccatores,
prolongauerunt iniquitatem ſuam. Hæc autem
vnum eſt cum capite ſuo Chriſto, qui eſt caput
omnium fidelium. Hoc ergo dicit, Quouſque
irruitis in hominẽ? quaſi à ſanguine Abel, quia
ad caput pertinent membra, quæ ante caput
prodierunt. Sed nunquid prodierũt aliqua an-
Pſalm. 86 te caput? vtique, quia caput dicit in alio pſal-
mo, Mater Syon. vnde diceret mater mea Syon,
niſi aliqui præceſsiſſent, de quibus natus eſſet?
mater dicit, ſed hoc dicit homo in ea natus, id
eſt hoc dicit caput, ſecundum quod eſt homo in
ea natus, non ſecundum quod eſt fundator eius
Ex Caſſ. altiſsimus. Irruitis, & nõ leuiter, ſed [INTER-
ficitis] innocentem, ſcilicet, alia litera. Irruitis,
Ex Aug. tanquam deiecturi eum. [VOS] dico incumben-
tes ei. [TANQVAM parieti inclinato & ma-
Ex Caſs. ceriæ] quia putatis quod ſine defenſore ſit, &
quia facile corruit vt inclinatus paries, qui etiã
non impulſus caderet: & quaſi maceria, quæ
eſt cõſtructio ſaxorum ſiue ligamine cœmenti,
vt fit circa hortos & vineas. Et ne de ipſa no-
uitate firmam putes, addit, [DEPVLSAE] vel
impulſæ, vel alijs manentibus. Ita legitur illud,
ſecundum literam noſtram, Interficitis [VNI-
VERSI vos] q.d. Irruitis in hominem, ſed non Ex Hier.
eſt vobis irruendum: quia irruendo in homi-
nem, Interficitis vos, ipſos, Vniuerſi, etiam con
ſentientes. Vel ita ſecundum aliam literam, Ex Aug.
Quouſq; apponitis ſuper hominẽ. Idem ſenſus
eſt cum præcedenti. Apponũt enim mala ſuper
hominem, id eſt ſuper eccleſiam, onera paſsio-
num, vt vſque in finem impleat quiſque fidelis Coloſſ. 1
in corpore ſuo, quod deeſt paſsionum Chriſti:
deinde quaſi irridendo ſubdit, Interficitis o-
mnes vos, alia litera, quaſi dicat, vos omnes in-
terficitis hominem illum, quantum ad homi-
nem: ſed non omnes vnum, ſed omnes eccle-
ſiam. Sed quia deus ſuſceptor, non mouebor, vt
ſupra dictum eſt, [TANQVAM parieti incli-
nato & maceriæ depulſæ. hoc non mutatur. Nil
poſſunt contra me perſecutores.

4 Verumtamen precium meum cogitauerũt repellere: cucurri in ſiti: ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant.

VERVMTAMEN] ficti & occulti [COGI- Ex Aug.
TAVERVNT repellere] quia latet venenum
in corde, & ſi nõ audent proferre. [PRECIVM
meum] repellere, id eſt Chriſtum, ne homines
colerent eum. Vel beatitudinem æternam mihi
tollere cogitauerunt. Vel ſecundum aliam lite-
ram, Honorem cogitauerunt repellere, id eſt
Chriſtum. quia enim non poſſunt extinguere
nomen Chriſti, inhonorant exaltatum verum Ex Caſs.
Ioſeph. Et nota diuerſa genera hoſtium. Irruũt
enim perſecutores violenti, cogitãt repellere hæ Ex Aug.
retici & ficti. Illi ita, Ego tamen ſalutem illorũ
ſitiebam. Et hoc eſt, [CVCVRRI in ſiti] quia
& ſi ſemper eos bibit, ſemper ſitit vltra: ſed ipſi
[ORE ſuo benedicebant] Quia nequeunt per
aperta mala, tentant per blanda eũ ſeducere [ET
corde ſuo] vbi cogitauerunt repellere, [MALE-
dicebant] hos ſitiebat iſte. Sciendum eſt hic ſi-
gnificari duas ſpirituales ciuitates, vnam malo-
rum, quæ dicitur Babylonia, quæ incipit à
Chaim: altera bonorum, quæ dicitur Hieruſa-
lem, quæ incepit ab Abel. Illius rex, diabolus:
iſtius rex Chriſtus. Ciues Babyloniæ ſunt irruẽ
tes, & repellere precium cogitantes: ciues vero
Hieruſalem, ſunt ſitientes, & eos vſq; in finem
potantes. Hæ duæ ciuitates permixtę ſunt cor-
pore, ſed diuiſæ mente. Ciuitas malorum ſignifi
cata eſt per illam ciuitatem quam prius Chaim
ædificauit, vbi non erat ante ciuitas, quam vo-
cauit Enoch, id eſt dedicatio, quia mali tempo-
ralibus ſe dedicant, dum in hac vita quæ ante
eſt, radicem cordis plantant, quia prius eſt
quod animale eſt. Ciuitas autem bonorum ſi-
gnificata eſt per Hieruſalem, quę poſt ædificata
fuit, non ibi vbi prius non erat ciuitas, ſed vbi
fuit Hiebus. vnde Hiebuſæus. fuit nanque tri-
nomia .ſ. Hiebus, Salem & Hieruſalem. Hie-
bus autem interpretatur conculcata, vbi con-

grue Salē, seu Hierusalē, illa euersa, ędificatur: quia ex veteri homine euerso atque conculcato fit nouus homo. Corporalis autē commixtio vtriusque ciuitatis facit vt res Babyloniæ ministrent, qui sunt de Hierusalē, id est, boni aliquādo: & res Hierusalē illis qui sunt de Babylonia, id est, mali. Verbi gratia, vt tres pueri in Babylonia, & mali regnantes in Hierusalem. De illa dicitur à deo, Ego deus & non homo, & ciuitatem non ingredior. De hac propheta ait, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei.

PARS II. διάψαλμα.

5 Veruntamen deo subiecta esto anima mea: quoniā ab ipso patientia mea.

Ex Cass. VERVNTAMEN] Secundā pars, vbi item se, id est, animam suā subiicit deo hortatur. q.d. illi ita[VERVNTAMEN] quicquid illi faciāt

Ex Aug. [DEO subiecta esto anima mea] Hæc repetitio

Ex Cass. menti nostræ robur infigit. Et debes subiici [QVONIAM patientia mea] quam habeo in-

Ex Aug. ter tanta scandala[Est ab ipso]Hōmo enim per se hęc non toleraret. A quo ipso est: ecce à deo. & vere,

6 Quia ipse deus meus & saluator meus: adiutor meus non emigrabo.

Ex Aug. QVIA ipse est deus meus] ergō vocat me[ET saluator meus] ergo iustificat me[ADIVTOR meus] ergo glorificat me[ET nō emigrabo] inde vbi glorificor, ab inquilinatu migrabo, de domo cælesti non emigrabo. Vel secundum aliam literam, scilicet, Non ero transfuga sic, & quia

Ex Cass. adiutor es, ideo, Non ero trāsfuga, āb hac fidei firmitate, quia,

7 In deo salutare meum, & gloria mea: deus auxilii mei: & spes mea in deo est.

Ex Cass. IN deo]Est[SALVTARE meum,] id est, sa-

Ex Aug. lus mea, nō vt in diis gentium mors, Et nō solum saluus ero in deo, id est, iustus ex impio: sed etiam[GLORIA mea]erit in deo: hic, & in futuro, id est, gloriosus ero in eo. Et vere, quia ipse est[DEVS auxilii mei] Vel ita, vt de futuro accipiatur totum, In deo, est, Salutare meum, in futuro, vt non modo saluus ero, imo &, Gloria mea, erit in futuro: tunc saluus & gloriosus ero in eo. & modo quid? ipse deus, Adiutor meus, est in certamine. Hoc dicit ne quid sibi deputet homo[ET spes mea in deo est,] donec veniatur ad perfectum, scilicet ad illam glorificationem, vbi iusti fulgebunt sicut sol in regno patris.

8 Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: deus adiutor noster in æternum,

Ex Cass. SPERATE] suā fide vulgata monet omnes qui superstitionibus laborant, sperate in domino. q.d. Spes mea in deo est. Quo exēplo[SPE-

Ex Aug. RATE in eo] q.d. imitamini me Iditum, omnis cōgregatio populi, q.d. Sitis vnum, & sic sperare poteritis. Quomodo sperandum est?[EF- Ex gl.int.

FVNDITE coram illo corda vestra] id est, pravas cogitationes vestras cōfitendo peccata, sperando bona, deprecando veniam, plorādo ruinam. Per lachrymas enim cor effunditur. Effundite ergo, nolite intus retinere virus peccati. Hæc effusio significatur in tunsione pectorum. Dum enim pœnitētes extrinsecus pectora tundunt, quantum peccati conscientia anima pungat, monstratur. Vnde, Punge oculum, & producit lachrymam. punge cor, & producit scientiam. & item, In hac verò pectorum tunsione, sonus est. Quo figuratur sonus & clamor cōfessionis peccatorum. Effundite dico, & non perit quod effunditis, quia [DEVS EST ADIVTOR noster in æternum] Quid ergo timeas inter malos? Ex Aug. Ex Acul. Ex Aug.

9 Veruntamen vani filii hominum, mendaces filii hominū in statéris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. PARS III. διάψαλμα.

VERVNTAMEN] Tertiā pars, vbi errātes exprobrat & monet in deo, nō in caducis cōfidere, quod psalmus intendit. q.d. Illi irruunt & occidunt[VERVNTAMEN] vos boni quasi in alto positi, misereamini eorū quos prius timebatis, & ex charitate dicite,[VANI] sunt[FILII hominū] Vel ita continua, Ego sic monui, scilicet sperate, effundite. Veruntamen vani, &c. Vel ita iunge, Deus est adiutor noster. Et licet sic operetur nobis deus, Veruntamē filii hominum, scilicet Euę & Adæ, sunt, Vani, in se terrena petentes, &[MENDACES] sunt[FILII hominum in statéris,] id est, in rectitudine scripturarū, quia peruertūt scripturas, quibus probent falsa. Vel, Mendaces, sunt, In statéris, id est, In iniquis ponderibus, quibus emētes decipiūt. Vnde Salomon, Pondus & pondus, mensura & mēsura, minor, scilicet qua vēdas: & maior, qua emas. Vtrunque abominabile est apud deum, & item statera dolosa abominabilis est deo. & pōdus ęquum, voluntas eius. De vtraque sentētia simul proceditur hoc modo, Ad quid hoc agūt? [VT decipiant] alios] IPSI] dico existētes[IN idipsum,] scilicet in vnum[DE vanitate] & si enim varii sunt in suis peruersis studiis, de vanitate tamen in vnū sunt. Vnde, Vulpes, quas colligauit Sanson ad succēdendum messes alienigenarum, in posterioribus conueniebant, facies vero diuersas habebāt. Hæretici enim vulpibus similes in prauitate erroris conueniunt, sed cōtraria tradentes, & aduersus seipsos dimicantes, victoriam ecclesię faciunt. Vel ita, & agit de hypocritis, qui aliud sunt, & aliud videri volunt. Et hoc est, Filii hominum, sunt, Mēdaces, quia falso examine fallūt intuentes, quia iusti videri volunt, cum sint mēdaces. Et hoc est, quod subditur, Mēdaces dico sunt, In stateris, id est, in libra iustitiæ: per quod facilius decipiunt: vt ipsi, De vanitate, decepti, Decipiant, alios, In idipsum, id est, per hoc ipsum quod creduntur æqui. Ex Cass. Ex Aug. Ex gl.int. Ex Hier. Ex Alcui. Ex Cass. Pron. 20. Ex Hier. Ex Aug. Iudic 15 Ex Cass.

10 Nolite ſperare in iniquitate,& rapinas nolite concupiſcere: diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.

NOLITE] hic, ſitiens conuertit ſe ad eos,
Ex Aug. quaſi dicat,Spẽs mea eſt in Deo, ſed ô vos filii
hominum [NOLITE ſperare in iniquitate] ſed
ſicut ſpes mea in deo eſt,ita ſit veſtra [ET noli-
te]vos qui non habetis,quaſi ex neceſsitate ſitis
rapturi[CONCVPISCERE rapinas]vbi potius ra
pit vos diabolus. O lucra damnoſa,Inuenis pe-
cuniam,perdis iuſtitiam. Pręda enim quam vis
rapere in muſcipula eſt, tenes alienum: & tene-
ris à diabolo.Et eſt ſenſus,Nec ſperetis,nec cu-
piatis quæ cõgregata aliis rapiãtur.Ne verò ſo-
lis pauperibus hoc dicere videatur,ſubdit,Et ô
vos qui habetis[DIVITIAE ſi affluant]id eſt,
ſi exundant tanquam de pleno fonte currant.
[NOLITE cor apponere,]id eſt,nolite ſpera-
re in incerto diuitiarum. hoc diuitibus dicitur.
Ioan.6. Ille ergo qui non habet,non ambiat: qui habet,
Ex Caſs. non ſuperbiat. Et nõtandũ quod non dicit no
lite habere,ſed cor apponere. Nõ enim damnat
diuitias,vnde mercamur cęlum, ſed cor appoſi-
tum,quod ſcilicet non expendit,ſed recondit.

11 Semel locutus eſt deus,duo hæc audiui: quia poteſtas dei eſt, & tibi domine miſericordia, quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.

SEMEL locutus eſt deus,&c.]Duo dixit,ſci
licet,Nolite cor apponere,& ſperare,quibus a-
lia duo reddit,reddens cauſam prædictorũ.q.d.
Ex Alcu. Nõlite cor apponere,cur?[QVIA poteſtas]vin
dicandi [EST DEI,] ſcilicet filii. Dixit, ſpe-
rate.cur ſperandũ?quia[TIBI domine eſt mi-
ſericordia]remunerandi,in quo poteſtas & mi-
ſericordia apparet, ecce[QVIA tu reddes vni-
Ex Caſs. cuiq; iuxta opera ſua.] Per hoc apparet hæc de
Ioan.5. Chriſto dici,quia pater nõ iudicat quenquam,
ſed omne iudicium dedit filio. Vnde hoc ſcis?
Ex Caſs. quia,Semel,id eſt,æternaliter,Locutus eſt deus,
id eſt, diſpoſuit omnia inter quæ omnia, Hæc
duo audiui,quia poteſtas,&c.Vel ita ſecundum
ſeriẽ literæ,Sperate in deo,quia, Semel locutus
Ex Aug. eſt deus,vbi,Duo hæc audiui. Cõntrariũ vide-
tur deũ ſemel loqui,& duo audiri.Quid eſt etiã
Hebr.1. quod legitur in apoſtolo,Multiphariam multiſ-
que modis olim deus locutus eſt,ſed inter homi
nes multis modis loquitur deus, apud ſe ſemel:
quia vnicum verbũ genuit,per quod omnia fa-
cta ſunt, & in quo ſimul omnia diſpoſita ſunt,
inter quæ omnia hæc duo quæ hic opus eſt di-
ci,audiuit cũ & multa alia audiuit quæ hic me-
morari non eſt opus. Illa duo, ſunt poteſtas &
miſericordia, de quibus ſunt omnes ſcripturæ,
propter quæ duo lex & prophetæ ſunt,propter
quæ ipſe Chriſtus miſſus eſt & apoſtoli. Pote-
ſtas ergo timeatur, miſericordia ametur, nec pro
miſericordia poteſtas contemnatur, nec pro po
teſtate de miſericordia deſperetus. Et hoc eſt,
Sperate in deo, quia, Deus ſemel locutus eſt,id
eſt,verbum ęternaliter genuit,in quo omnia fe-
cit atq; diſpoſuit. Hoc eſt illud verbum de quo
paſtores dixerũt, Trãſeamus vſque Bethlehem, Luc.2.
& videamus hoc verbum quod factũ eſt, quod
non tantum ineffabile eſt, verum etiam nomen
eius quod ſcribebatur in lamina aurea ſummi Exod. 28
põtificis, & erat tetragrãmaton, id eſt,quatuor Ex Beda
literarum quæ ſunt iod,he,vau,heth,id eſt,prin in Exod.
cipiũ paſsionis vitę iſtius.Nomen autem ex his 28.ſi non
literis conſtans, vt quidam tradũt, eſt ia.ia.vel, fallit glo.
ie,ie,quod dicitur ineffabile,quia cũ cętera no- ordinaria
mina domini rem ineffabilẽ ſignificent.hoc in- Vide Hie
effabiliorem rem deſignat, iuxta literarũ inter- ron.in epi
pretationes.q.d.Iſte cuius hoc eſt nomẽ eſt prin ſtola ad
cipium vitæ per Adam amiſſæ.& hoc per humi Marcellã
litatem paſsionis. Quid autẽ mirabilius quam de to.dei
quod patiendo, moriendo, à morte nos libera- noibus &
uit?Ineffabilis eſt ergo verbi generatio,cuius e- 1 epiſt. ad
tiã nomen eſt ineffabile & ille tamẽ aliquid in- Damaſũ,
de capiens dicit, Semel locutus eſt deus, id eſt, cui⁹ prin-
æternaliter verbũ genuit, in quo omnia diſpo- cipiũ eſt,
ſuit. hoc vidit iſte eleuatus ſuper omnia, etiam Et factũ
tranſcendẽs angelos,& ad liquidum perueniẽs, eſt no.&c.
vbi vnus vnum genuit. Inter quæ omnia, Duo & item in
hæc audiui,in alto quo trãſiliui,quaſi non à me cap. Eze.
dico hoc,ſed audiui: raptus ad verbũ vnigeni- 16.ad illũ
tum,quæ? Quia poteſtas dei eſt, id eſt filii, qui & coronã
non tãtum in ſe poteſtatem habet,verum etiam decoris in
aliis confert, quia nõ eſt poteſtas cuicũque niſi capite
à deo æquo. Et ſi te lateat æquitas,Et tibi do- tuo.
mine miſericordia, quia tu reddes vnicuique
iuxta opera ſua. Hæc nõ mutantur, apud illum Ex Aug.
poteſtas,apud illũ miſericordia.Pertinet ad eius
poteſtatem damnare iniquos. Treme ergo eius
poteſtatem.Diabolus ergo quędam poteſtas eſt,
Plerumque tamen vult nocere, & non poteſt,
quia poteſtas iſta ſub poteſtate eſt, tãtum enim
impellit parietem inclinatum,quantum accipit
poteſtatem. Quoniam qui dat tẽtatori poteſta-
tem,ipſe tentato præbet miſericordiam. nõ eſt
poteſtas niſi à deo. Noli dicere quare dat tan-
tam poteſtatem diabolo,vt non det ecõtra po-
teſtatem? Qui dat poteſtatẽ, habet equitatem.
Noli ergo timere inimicum, tantũ facit quan-
tum acceperit poteſtatem.

COLLATIO

In pſalmum 61,Nónne deo ſubiecta erit anima mea?&c.

1 NÓNNE deo ſubiecta erit anima mea.]Nõ- Subiectio
nulli vertunt,ſilet anima mea. Alii,reſpiciet ani- dei 1 qui-
ma mea. Quidã,expectat anima mea. Quæ o- bus conſi
mnia apte innuunt pacem conſcientiæ,& per- ſtit.
fectam animæ obedientiã erga deum. Hic trãſ-
lator ad Campenſem habet, Deum vnice obſer
uabit anima mea. דּוּמִיָּה נַפְשִׁי.
3 INTERFICIETIS vniuerſi vos.] LXX,&
Hieronymus,legerũt actiue. Siquidem Sanctes
ſuo theſauro indicat quoſdam legere תְּרָצְּחוּ
teratzchu in verbo piel, id eſt, interficietis. A-
lios autem תְּרֻצְּחוּ in pual.i.interibitis paſsiue
Quod & Neoterici quidem ſequũtur verſores,
ne interim dicã inuerſores. Campenſis tamẽ &

paraphrasis & trãslatio habent actiuum. Similiter Chaldæus perpetrabitis homicidia.

TANQVAM parieti inclinato & maceriæ depulsæ.] Si legas sub recto casu tãquam paries inclinatus, & maceria depulsa, poteris subaudire verbum substãtiuum: eritis vel sitis. In nostrã lectione, intelligitur verbum incũbite vel quid simile, vt colligitur ex Interpretatione Augustini, ne suo more elidant ecclesiasticam psalmodiam Faber & Cæcus.

4 PRETIVM meum cogitauerũt repellere] Hieronymus partem eius. Si legas מַשְׂאֵתִי masseati, id est, munus meum vel pars mea. Si מַשְׂאֵתוֹ masseato, id est, munus eius, pars eius iuxta Hieronymum. Vbi autẽ legeris מִשְּׂאֵתוֹ misseeto significat ab exaltatione, quomodo neoterici Hebraicatores vsurpant: & varie reddũt, inturbantes nunc huc, nunc illuc. Pratẽsis, Propter exaltationem eius inierunt consiliũ, vt expellant. Sanctes, A magnitudine ipsius dei consuluerunt expellere alter alterum. Ne ipse deus quem exaltet, consultant moliunturque impellere. Pellicanus, Ab eleuatione inierunt consilium ad expellẽdum. Interpretes pro Caietano, A celsitudine ipsius supple viri, cõsuluerunt ad impellendum. Paraphrasis Cãpensis, Quod videbant illum auxilio dei crescere, hoc vt impedirent stulti inuito consilio, subuertere illum conabamur. Translator, Duntaxat initis cõsilium de statu eius ad deiiciendũ. Nebiẽsis, Pro exaltatione sua vt pellerẽt: Paraphrastes Chaldæus, In die bonę opationis consiliantur vt impingãt.

CVCVRRI in siti.] יִרְצוּ כָזָב irtzu cazab, id est, placuerũt in mendacio, vel voluerũt mẽdacium רָצָה ratzah. Vsurpatur & pro complacere & pro currere. Secũdum significatũ attenderunt LXX, quanquam non ad verbũ omnino. Deinde כָּזָב cazab signat quidem mendacium Interdum tamen sonat scaturiginem negãtem aquam. Præsertim præposito aleph, vt in Hierem. 15, vbi legimus, Facta est mihi quasi mendacium aquarum. Et hanc acceptionem respexerunt interpretes vt apparet.

7 DEVS auxilii mei, & spes mea in deo est.] Hic puder referre insultationem Cæci post Fabrum aduersus interpretes, quod hic sensus non perinde quadret: deus auxilii est in deo, quẽ tamen series illius versiculi deducere videtur. Sed ex Hebræo dicendũ, Robur siue petra fortitudinis meę, & spes mea in deo est. Heb. צוּר tzur, .i. petra fortis, & est deus: qui dicitur deus auxilii .i. deus adiutor. Ergo quæ ineptitudo, deus est adiutor meus: & spes mea in deo est? vbi est incommoditas orationis quæ vos offendit?

8 SPERATE in eo omnis congregatio populi. Heb. Sperate in eo omni tẽpore populi. Et in Hebr. Particula populi, sic posita est: vt dubium sit an referatur ad præcedentia, an ad sequentia: & iuxta exigentiam constructionis & commoditatem sententiæ, potest verti aut singulariter aut pluraliter, & hoc vel illo casu. Et haud scio an interpretes legerint עֲדַת adath, id est, congregatio pro עֵת eth, id est, tempore. Nam vnica literula distãt, quanquã populus omnis ætatis siue temporis haud longe absit ab omni congregatione.

9 MENDACES FILII hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Hebr. כָּזָב בְּנֵי אִישׁ בְּמֹאזְנַיִם לַעֲלוֹת הֵמָּה מֵהֶבֶל יָחַד cazab bene isch bemoznaim laalotz hemah mehebel iahad. Mẽdaces filii viri in stateris ad ascendendum. Quod Hieronymus interpretatur, in stateris dolosis. Siquidem in ascensu stateræ tum solet fieri fraudulentia מֵהֶבֶל יָחַד mehebel iahad, de vanitate simul, vel in idipsum Hierony. sic explicat, fraudulenter simul. Pratẽsis, Ipsi magis vanitas simul. Sãctes, In stateris si ascendãt, leuiores sunt vanitate simul it idem cæteri hebraicantes recent nati. Et id effectum est quod litera, men, nunc est præpositio a vel ab, vel de, nunc nota cõparatiui: quo carẽt Hebræi. Sufficit quod editio nostra, non dissideat à veritate Hebraica.

10 NOLITE sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere.] Heb. copulant בְּגָזֵל begazel, id est, in rapina, verbo proxime præcedenti, Nolite sperare in iniquitate, siue calũnia & rapina. LXX. iungũt subsequẽti & videntur legisse ebe th pro he, id est, aspirationem fortem loco tenuis: quũ paulo distent תֶּהְבָּלוּ techebalu loco תֶּהְבָּלוּ tchebalu. Prius nõnũquã significat eniti, parturire, eoque concupiscere, præsertim in coniugatione quam dicunt piel. Alterum euanescere, vt sit, nolite vani fieri. Quod Hieronym⁹ vertit, Ne frustremini. Chaldęus est nobiscũ quantum ad significantiã verbi, modo non fallat versio.

11 SEMEL locutus est deus, duo hæc audiui.] Et ad eũdem modum Hieronymus, Pellicanus & Interpretes pro Caietano. satis accedit Nebiensis. Sed Pratensis, & Sanctes, Bis hæc audiui. Munsterus, Vna vice locutus est atque secũdo, quod & audiui. Campẽsis, Vnum quiddam locutus est deus, sed sæpenumero illud audiui. Trãslator, Semel locutus est deus, quod ego iterum atque iterũ audiui. Pro cerebro hominum omnia confunduntur, quãdo Hebraismus ad id minus adigit. Paraphrasis Chaldæa sic interpretatur, Legẽ vnã locutus est deus, & bis illam audiuimus de ore Mosse.

LXII. PSALMI TIT.

Psalmus Dauid cum esset in deserto Idumææ

DEVS deus meus] Titulus [PSALMVS Dauid cũ esset in deserto Idumææ.] Sicut legitur in libro Regum Dauid fugiẽs à facie Saul abscondit se in deserto Idumęorũ, de quo nõ agit psalmus, sed de significato. Per Dauid enim intelligitur Ecclesia, quæ ariditate seculi, velut in deserto sitit, & misericordiam à deo piis precibus expetit, donec ęterna capiat, docens nos suo exemplo, bene cõuersari in medio huius prauæ & peruersæ nationis. Et est sensus [PSALMVS] iste attribuitur [DAVID,] id est, ecclesiæ, quæ hic loquitur. Psalmus di- Ex Alcu. & Augu.

co habitus de hoc quod ſuſtinuit [CVM eſſet in deſerto Idumæç,] id eſt, in deſerto huius ſeculi, vbi ſunt. Et accipitur pſalmus iſte ex perſona capitis & membrorum. Vox enim ipſius noſtra eſt: & noſtra ipſius. Intentio monet recte conuerſari in medio prauæ nationis. Modus. Bi-
Ex Caſ. partitus eſt pſalmus. Primo, dicit eccleſia quomodo ſe habeat in deſerto huius ſeculi, ſcilicet ſponſa deum videre deſiderat, quem & laudat, & id amplius agere optat. Secundo, exponit bona malaq; vtriuſque partis, ibi, Sic memor fui. Eccleſia ergo neceſſitatibus huius vitæ æſtuans ait, ô

DEVS deus meus ad te de luce vigilo

Ex Acul. DEVS] cõmunis omniũ per potẽtiã, qui es [Deus
Ex Aug. meus] quõdã modo ſpecialiori, ſcilicet per cultũ, & ſanctũ deſiderium. Vide affectum pię deprecationis, per hanc geminationem [VIGILO ad te de luce] vel, Diluculo. Alia litera, id eſt, matutinali hora, ad literam, quando reſurrexit Chriſtus, ſcilicet vt tunc eum laudet eccleſia quando exemplo ſuæ reſurrectionis eam ad reſurgendum animauit. Inde eſt quod pſalmus iſte in matutinis laudibus cantatur. Vel ita ſecũdum mo-
Ex Aug. ralem ſenſum, vbi per lucem lux gratiæ intelligitur, quę nos vigilare facit ad deũ. alius enim vigilat ad deum, ſcilicet, qui vere dei memor eſt. alius dormit ad deum, ſcilicet qui deũ obli-
Ex Caſ. uiſcitur. alius dormit mundo, vel ad mundum, dum mundi obliuiſcitur. alius vigilat ad mundum amans ipſum. Ideo dicit iſte, Vigilo ad te, dum ſcilicet mundo dormio, non amans quæ
Ex Aug. mundi ſunt, ſed te ſolum deſiderans. Econtra ad deum dormit, qui deum obliuiſcitur, terrenis deditus. Vigilo dico, & hoc, De luce, quia ſuboritur mihi lux gratiæ. Non enim vigilares, niſi lux oriretur quę te excitaret. Dico vigilo ad te, & ſitio anima & corpore. Et hoc eſt, &,

2 Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea.

Ex Aug. ANIMA mea ſitiuit] Mũltis de cauſis, vnũ & beatum eſſe quod eſt [IN te] Alii alia deſiderant, ſed anima mea, non niſi ad te. Anima ſitiuit multis de cauſis, ſed de pluribus ſitiuit caro. Et hoc eſt [QVAM multipliciter,] id eſt, pro multiplici defectu, ſitiuit [TIBI] non alii rei [CARO mea,] quę plus eget. patitur enim multos defectus, mutat etiam ętates, quæ etiã reſurrectionẽ ſitit: quia & ei promittitur reſurrectio quam deſiderat, quomodo animę noſtræ beatitudo. Vel de præſenti ſic, Quàm multipliciter, ſitiuit tibi pro pręſentib⁹, Caro mea. Sitit enim & hic caro domini, dum ab eo quærit neceſſaria, hic: deinde ſubdit, vbi ſitiat.

3 In terra deſerta, inuia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi: vt viderem virtutẽ tuã & gloriã tuã.

IN terra deſerta] Hic ſitiẽndũ eſt. hoc ſeculum eſt deſertum, hoc eſt Idumæa. Vnde titulus Ex Aug.
agit, quod bene dicitur terra deſerta, vbi ſcilicet nullus ſanctorum habitat, addit [ET INuia,] quia non eſt ibi via, vnde exeas [ET inaquoſa,] quia dum moraris, non eſt ibi aqua. Malum eſt hoc deſertum, horribile & timẽdum: ſed tamen deus hic fecit tibi viam, ſcilicet Chriſtũ, qui eſt via, veritas & vita. & miſit aquã verbi ſui ſpiri- Ioan. 14.
tu ſancto implens prædicatores, vt fieret in eis fons aquæ ſalientis in vitam æternam [SIC in Ioan. 4.
ſancto] q.d. Sitiuit aĩa mea & caro. &, Sic, tunc Apparui, tibi: In ſancto, deſiderio, id eſt, per ſanctum deſideriũ. Niſi enim quia prius deficiat in Ex Aug.
malo, nunq̃ perueniet ad bonum, quod deus eſt. Et apparui tibi, non dico, vt videres me, quia omnia vides: ſed [VT viderẽ virtutẽ tuam, & gloriam tuam,] id eſt Chriſtum. q.d. vidiſti me, vt viderem te. Nẽmo enim videt deũ, niſi prius Ex Caſ.
deo appareat, id eſt à deo videatur. Sol enim luce ſua facit nos videre: ita & deus. Ergo in ſancto deſiderio appareamus deo, vt ipſe appareat nobis. Cui ergo non appareat deus, ſit in ſancto Ex Aug.
deſiderio: & apparebit ei Chriſti maieſtas & ęqualitas, quam cum patre habet, & ſi homo fuit. Ideo hæc omnia ſic ago,

4 Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.

QVONIAM melior eſt miſericordia tua,] id eſt, vitã gratiæ, quæ per miſericordiam non per Ex Aug.
merita datur [SVPER vitas] humanas, & ſi lõge & proſpere ſint: quę multę ſunt, vt vita militis, agricolæ & cæterorũ. Melius eſt quod das correctis, quam quod eligunt peruerſi [LABIA mea] poſt beneficia dei laudem promittit. q. d. Quia miſericordia tua eſt ſuper vitas; ideo, Ex Alcuſ.
Labia mea [LAVDABVNT te] ad proximum, Ex Aug.
de quo etiã ſollicitor. Niſi præueniret me miſericordia tua, non poſſem laudare te. Et ſic labiis laudo.

5 Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.

SIC] etiam [BENEDICAM te] iam [IN vi- Ex Aug.
ta mea,] ſcilicet, quam mihi donaſti. Non in illa quã mihi elegi. Vel ita, Quia miſericordia tua eſt ſuper vitas, Sic, id eſt, ideo, Benedicam te in vita mea, id eſt, bene viuẽdo. Vel ita, Per miſericordiam tuam laudabo te, & ſicut dediſti mihi per miſericordiam laudare te: ſic benedicam te in vita mea, id eſt, miſericordiæ tuę tribuam vitã meã, in qua te laudabo. [ET in nomine tuo] id eſt, ad honorẽ tuum [LEVABO manus meas] in precib⁹, ad literam. Leuabo, etiam in bona opera, vt Chriſt⁹ ſuas in cruce pro nobis leuauit: vt manus noſtrę tam corporis, quàm bonę operationis extẽdãtur ad deũ. In nõmine dei nem- Ex Caſ.
pe leuat manus, qui bonis operibus inſiſtẽs tenſis manibus in figura crucis deum orat. Vnde apoſtolus, Leuãtes puras manus in oratione ſine 1. Thim. 2.
ira & diſceptatione. In huius rei figurã præceſ-

Exod. 13. ſit, quod Moyſes feciſſe iu Exodo legitur, qui
dum in oratione leuaret manus ad dominum,
populus dei vincebat Amalech: dum verò de-
pouebat manus, ſuperabatur Iſrael. quia dũ ali-
quis bona opera operatur pro cæleſtibus, vin-
Ex Alcu. cit Amalech, id eſt, dæmõuum turbam, ſangui-
nem noſtræ perditionis lingenecem: dum autem
depouit manus. i. pro terrenis operatur, vinci-
tur ab Amalech.

6 Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum.

SICVT adipe, &c.] Hoc eſt quod petitur le-
Ex Aug. uatis in oratione manibus. q.d. Lẽuabo manus,
& hoc pecã, Vtinam [ANIMA MEA replea-
Ex Hier. tur ſicut adipe & pinguedine] Hæc ad literam
Ex Caſs. olim placebant deo in ſacrificiis. Adẽps in inte-
ſtinis, pinguedo eſt in carne. Sub horum vela-
Ex Aug. mine quędam ſpiritualia opẽr. Per ãdipẽ enim
intelligitur ſapientia, quæ in abſcondito eſt: quę
eſt pinguedo animæ, ſine qua anima marceſcit:
vel ita exilis eſt, vt in bonis operibus cito defi-
ciat. Per pinguedinem intelligitur fortitudo ſpi
Ex Caſs. ritus, vel pia alacritas. Et ideo appoſuit, Sicut,
non dixit ſimpliciter, Adipe & pinguedine. Et
eſt, Anima mea repleatur ſicut adipe & pingue
Ex Aug. dine, ſcilicet ſciẽntia & pia alacritate, vel forti-
tudine ſpiritus repleatur hic vbi ſitis eſt, & ora-
tio leuatis manibus: cũ ſitis tranſierit & oratio,
tũc ſuccedet laudatio. Vnde ſubdit, [ET labiis]
q.d. Dico impleatur aĩa, & ſic [LAVDABIT] te
Ex Hier. [OS MEVM labiis exultationis] pro pura con-
& glos. ſcientia, cuius comes eſt exultatio. Vel ſecundũ
aliam literam, Et labiis exultationis laudabo no
Ex Aug. men tuum. Idem ſenſus. Sicca enim labia lauda-
re non poſſunt. Vel ita, vt totum de futuro ac-
cipiatur, & accipitur pro eodem adeps & pin-
guedo. ſ. pro æterna iocunditate. Et eſt, Replea-
tur anima mea ſicut adipe & pinguedine, id eſt,
fœlici iocunditate, quę erit in æterna ſaturita-
te. Et tũc, Labiis exultationis lauda. nomẽ tuũ.

PARS II. 7 Si memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuiſti adiutor meus.

Ex Caſs. SI memor] Secundã pars, vbi exponuntur
bona & mala vtriuſque partis, ſcilicet cõtra dif
ficultates ſeculi, quas hic patitur. Dicit ſecuri-
tatem ſuam eſſe ex deo, in qua memor eſt eius.
memorat inimicos perituros, & regẽ cum ſan-
ctis lætaturum. q.d. Laudabit te os meum, quia
& in ſtratu, & mane [MEMOR FVI tui ſuper
Ex Aug. ſtratũ meum,] id eſt, in quiete proſperitatis, ne
ipſa diſſolueret, & faceret obliuiſci deum. Et ſi
memor fui tui in quiete, tunc [IN MATVTINIS]
quoque, id eſt, bõuis actibus [MEDITABOR
IN TE] .ſ. Per mane actus accipiuntur, quia
mane quiſque incipit bene operari. Et bene ait,
Si in ſtratu, & in mane. Si enim nõ es memor in
quiete nec in actione. Si verò in otio, tũc & in
opatione. Ne in ea deficiat, ideo addit, oſtẽdens
quare non deficiat, & ſit memor. [QVIA fuiſti
adiutor meus.] Niſi enim adiuuet deus hic, bo-
na implere non poſſumus. Vel ita iuxta mora-
lem ſenſum, & conuenit in parte cũ præcedenti
ſentẽtia. q.d. Laudabo, Si, id eſt quia, Memor fui
tui ſuper ſtratũ meum. Pẽr ſtratũ in quo quie- Ex Caſs.
ſcimus proſpera accipe, in quib9 iſte eſt memor
dei, quod vix homo facit. Et, Meditabor in te in
matutinis. i. lũce gratiæ mihi illuceſcente. In no Ex Aug.
cte enim mala fiũt: ſed Chriſto mõſtrãte, tãquã Ex Caſs.
in luce, bona debemus facere. Nemo autẽ in ma
ne operatur, niſi qui in Chriſto operatur. Ergo,
In matutinis, id eſt, in luce Chriſti, Meditabor
in te, vt ſupra dixit, De luce vigilo ad te, vt fi-
lius lucis, id eſt, Chriſti, ad auctorem lucis vigi-
les. i. deum. Ideo in te, quia Fuiſti adiutor meus,
In periculis Idumææ. Ex Aug.

8 Et in velamento alarũ tuarum exultabo, adhæſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.

ET] ſiquid occurrerit [EXVLTABO] in bõ-
nis operibus [IN velamẽto alarum tuarũ] id eſt,
in protectione tua, quia pullus ſum. Et ideo, ſi
nõ protegis, miluus rapit. Ideo exultabo, quia
[ADHAESIT] charitate [ANIMA mea poſt
te,] id eſt, ita adhæſit tibi charitate, vt te præ ſe
diligeret. Vel, Poſt te, ſcilicet vt ſequatur te, no-
lẽs præire, vt Petrus voluit. Ideo exultabo, ideo Matt. 16.
adhęſit, quia [ME SVSCEPIT] alis tẽgendum, Ex Alcu.
à periculis [DEXTERA tua,] .i. ꝓpiciatio tua.

9 Ipſi vero in vanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

IPSI vero] quaſi nõtabiles [IN vanũ] quia Ex gloſ.
cuaſi, [QVAESIERVNT animã meã.] Vel hoc
in perſona totius Chriſti. i. capitis, & corporis, Ex Aug.
dicitur. q.d. Ideo, Exultabo, quia, Me, totũ Chri
ſtum, Suſcepit dextera tua, id eſt, ſapientia tua,
verbum tuum. In Chriſto enim homine ſapiẽ-
tia dei eſt, & nos in illo ſumus, & cũ illo aſſum-
pti: ſed diuerſo modo. ille, per vnionẽ perſonæ:
nos, per adoptionem. Et ideo, In vanum verò,
id eſt, in vanitate, Quęſierunt animam meã, in Ex Caſs.
qua omnes viuunt. Hæc eſt anima Chriſti, quia Ex Aug.
nil fecerunt animæ deo connexę, quærẽtes eam
perdere. Ipſi, ſcilicet, quilibet perſequutores, &
maxime Iudæi in malitia notabiles, qui in capi-
te, & in apoſtolis, animam noſtrã quæſierũt. Et
ideo [INTROIBVNT] animo & deſiderio [IN
inferiora terræ] id eſt, in terrenitatem. Timue-
runt enim perdere terram, & ideo occiderũt Ie-
ſum: & ierũt ſub terram, quæ eis propoſita do-
minata eſt. non ad cælos vecti, à tẽrra ſorbẽtur. Ex Caſs.
malę cogitationes eorũ, quia de terra ſunt natę, Ex Aug.
in ima terræ, quaſi in cœnũ vergunt. Et tãmen
accidit eis quod timuerũt, quia & pòſt terram
perdiderũt. Vnde ſequitur [TRADENTVR, &c.]
quia expugnati ſunt ab hoſtibus. Vel, Introibũt
in inferiora terrę, id eſt, in infernũ, & propterea Ex Hier.
tradẽtur hic [IN manus gladii,] id eſt, potẽſtatẽ Ex Aug.
Titi & Veſpaſiani. [ET partes vulpium erunt,]
id eſt, prĩncipum ſeculi, qui vulpibus compa-
rãtur, vt dominus dicit de Herode, Dicite vul- Luc. 13.

pi illi, &c. Partes horum inquam erunt Iudæi,
Ioan.c9. quia Christũ regem noluerunt habere, dicẽtes,
Non habemus regem nisi Cæsarem. Agnum re-
iecerũt, & vulpẽ tenuerũt. Vel per vulpes, dolo-
Ex Cass. si intelligũtur. Partes ergo vulpium sunt, dũm se
dolosis praua volũtate coniungunt. Vel, Partes
Exgl.int. vulpium, id est, dæmõnum erunt.

10 Rex verò lætabitur in deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

Ex Aug. REX vero,] id est Christus, qui vere est rex,
quẽ reiecerũt Iudæi, [LAETABITVR] & si vi-
Ex Cass. si sunt superasse, [IN deo] pãtre. Vnde, Ego in
Ioan.c4. patre, & pater in me est. [ET laudabuntur,] id
Ex Aug. est, lãudabiles erunt, qui Christum non vulpem
elegerunt. [OMNES QVI IVRANT in eo,]
id est, qui ei pollicentur, & voueant bonam vi-
Ex Cass. tam. Et nõta quod ait, Iurant in eo, non dicit
per eum, ne per eũ imperare videatur iuramen-
tum: sed ait, Qui iurant in eo, promittendo ei
obsequium. Pòst causam lætitiæ subdit [QVIA
obstructum est] vel, Oppilatũ est, id est, obstrue-
tur in iudicio, vbi omnis iniquitas victa obmu-
tescet, [OS loquentium iniqua,] id est, Iudæorũ
& paganorum, quia ipsi tunc destruentur, non
Christiani. Nota quia in his duob^9 versibus cõ-
fert bona & mala diuersarum partium.

COLLATIO
In psalmum 62. Deus deus meus ad te de luce, &c.

1 AD TE de luce vigilo.] Quare Nebiensis, Pratẽsis, Sanctes, & Interpretes pro Caierano, simpliciter & nude dixerunt, quęram te? quum שַׁחַר scihar, significet mane quærere: & Hieronymus ita reddidit, De luce cõsurgam ad te? Munsterus, Quærã te mane. Cõsimiliter Campensis & Pellicanus. Chaldæus, Præueniam in mane coram te. Translator ad Campẽsem, Dixit ad te maturo. Si odio lectionis latinæ fecerint, quod non credimus, ostenderẽt se habere speciem contradictionis.

2 QVAM multipliciter tibi caro mea.] Est euidens interpretes accepisse כַּמָּה camah, vt sit dictio composita, id est, quoties, siue multipliciter. Nam si fuerit verbum כָּמַהּ camach, id est, concupiuit, quomodo verterũt alii, cõcupiscit caro mea.

3 SIC in sancto apparui tibi.] Heb. חֲזִיתִיךָ haziticа, id est, vidi te, siue cõtemplatus sum te. Sed minimo negotio cõciliatur sensus. Et trãslator ad Campens. habet, perinde appareo corã te, videlicet in sacra æde.

7 SIC MEMOR FVI TVI, &c.] Fortasse posset videri mẽdum esse, sic, pro si: quia Græce legitur εἰ. Et Sanctes, Nebiensis, Pellicanus & Interpretes pro Caietano vertũt, Si memor. aut si recordatus. Verũ particula Hebræa אִם im, sępinscule sonat vere & certe. Ergo & sic. Hinc Pratẽsis posuit certe memor. & Munsterus, An nõ tui recordatus sum? per interrogationẽ, quæ exigit respõsionem cõfirmatoriam. Hieronym. neque si, neque sic vertit, sed simpliciter recordatus tui. Magister cũ Augustino legit, si, vt tamen exponat per quia, non per cõditionem. Et certe docet Budæus in cõmentariis Gręcę linguæ, quandoque εἰ accipi pro ὅτι.

9 IN VANVM quæsierunt animam meam.] לְשׁוֹאָה leschoah. i. In desolationem, quod circunlocutione reddidit Hieronymus, quæ sierũt interficere animam meam. Editio quidẽ nostra non negat, quin perfidi quæsierũt animam eius perdere, sed simul explicuit frustratos esse conatus eorum. Nec tamen vanitas illa incõgrue notatur per dictionẽ Hebraicam. Nam quæ maior vastitas & desolatio, quã vanũ aut vanitas?

LXIII. PSALMI TIT.
In finem psalmus Dauid.

EXAVDI deus] Titulus [IN finẽ psalmus Ex Cass.
Dauid] Psalmũs iste breuiter agit de pas-
sione Christi & resurrectione, vbi totus
Christus loquitur, scilicet cãput & corpus. Vt Ex Aug.
enim caput nostrum, ita & nos in tribulatione,
rogamus. Et est [PSALMVS] Iste dirigens nos
IN FINEM,] id est, in Christum, attribuitur
[DAVID,] id est, Christe, qui hic loquitur, ad-
iuncta sibi voce corporis. Intentio. Mõnet in Ex Aug.
passionibus sperare in domino. Modus. Bi-
partitus est psalmus. Primo, enumerat quæ tu-
lerit, & quomodo se habuerit contra hæc, vt in
passionibus speremus in domino. Secundo, Iu- Ex Aug.
dæorum prauitatem irridet, ibi, Sagittæ. Tõtus
itaque Christus in passione orat, dicens,

EXAVDI deus orationem meam cũ deprecor: à timore inimici eripe animam meam.

EXAVDI deus orationem cum tribulor] a- Ex Cass.
lia litera. In hoc audi [ERIPE animam meam]
non quidem, non vt moriar, sed [A TIMORE
inimici,] scilicet vt eos nõ timeam, qui tantum
corpus occidere possunt: sed te, qui corpus &
animam potes occidere & perdere. Hoc modo
eripitur iste, etiam cum occiditur. Nõ enim ho- Ex Alcu.
minem timet vel cedit. Vel ità secundum lite-
ram nostrã, & distinguitur litera aliter, Exaudi
deus orationem meam, vt me exaltes. &, Eripe
animam meam à timore inimici, & si non à ti-
more mortis, quia omnis homo horret mortem.
Cum, id est, quia, Deprecor, id est, totis viribus Exgl.int.
precor. Dico eripe, quod erit, quia,

2 Protexisti me à conuentu malignãtium: à multitudine operãtium iniquitatem.

PROTEXISTI me à conuentu,] id est, à
Ex Aug. concilio[MALIGNANTIVM]vt cōciliis Iu-
Ex Cass. dæorum[ET à multitudine operantium] āctu
[INIQVITATEM]vt ēum occiderēt,qui eis tot
bona fecerat,hoc quod hic dicitur,scilicet,Pro-
texisti, In capite factū, nec minus quod & mē-
Ex Aug. bra experiuntur.Hōc exemplo reliqui firmātur.

3 Quia exacuerunt vt gladium linguas suas, intenderunt arcū rem amaram: vt sagittēt in occultis immaculatum.

Ex Aug. QVIA] vel,quī[EXACUERUNT] q.d. Quid
enim illi fecerunt tibi?vtique mala [QVI EXACUERUNT]
Ex Alcu. acuerunt]vel ità continua,qui sunt malignan-
tes & operātes? Quia exacuerunt [LINGVAS
Ex Aug. suas vt gladius.] Apērte inclamando mortem,
& ità si non manibus,linguis occiderunt,& lo-
quitur hic Christus,&[INTENDERVNT AR-
cum,]id est,dolos. Arcus enim occulte, gladius
aperte ferit[REM amarā]licet verba sint dulcia:
gestant enim mel in ore,aculeum in dorso. q.d.
Ex Cass. Occultas insidias parauerunt, scilicet vt per di-
scipulum traderetur , quod est res amara vt cō-
iunx sit proditor.Ad quid intenderunt[VT SA-
Ex Aug. gittent in occultis] quāntum ad suam opinio-
nem,per discipulū & huiusmodi,omnia facien-
tes vt nil fecisse viderentur.Quē?[IMMACV-
LATVM]Ideo esset ēis timendū.Magna iniq-
tas Iudæorū hic ostēditur. Et ideo inexcusabi-
les sunt, Intenderūt arcū, & sic perficient,quia,

4 Subito sagittabunt eum,& non timebūt: firmauerūt sibi sermonem nequam.

Ex Aug. SVBITO]vel,Repēte,id est,Insidiose,qua-
si inopinati,quasi non præuisi[SAGITTABUNT
eum]quasi nēscientem,vt eis videtur,qui se cre
dunt deum fallere.q.d. Scelus implebunt,& in-
de[NON timebunt [ò cor durum occidere velle
hominem, qui mortuos suscitabat , & inde non
timere.Ideo non timēt,quia[FIRMAVERŪT]
obstinatione nō veritate, nullomodo. Nec etiā
per iudicem obmittere volentes qui multa egit,
vt refrenarentur , nec miraculis moti fuerunt
Matt.26. [SERMONEM nequam] vel,Malignū,vt reus
Ioan.11. est mortis, vel, Expedit vt vnus moriatur pro
populo, & hoc [SIBI,] id est ad malū suū.non
Matt.25. domino,cui non nocuerūt, sed sibi, cum dicūt,
Sanguis eius super nos , & super filios nostros.
Deinde exponit qualiter arcum intenderunt.

5 Narrauerunt vt absconderēt laqueos:dixerunt,Quis videbit eos?

NARRAVERVNT] vel, Disposuerunt,
Ex gl.int. Prius apud se,postea cum discipulo[VT ABS-
cōderent laqueos]ita dicētes,Si discipulus tra-
Ex Cass. dit,si Romani crucifigūt, quid ad nos? Iste est
mos malorū. Qui enim dolum parat,putat fal-
lere. Vnde sequitur,[Dixerūt quis videbit eos]
Ex gl.int. scilicet laqueos,id est, quis poterit cauere . Pu-
Ex Aug. tabant enim eum latere quē occidebāt. Ideo pu
tabant eum non videre,quia.

6 Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio.

SCRVTATI sunt iniquit.]scilicet quōmo Ex Cass.
do accusarent iustum per falsos testes, vel quo-
modo eum perderent , & ne mundus post eum
iret . Dicebant enim per discipulum tradatur,à Ex Aug.
iudice occidatur . Vel ita, Nihil ad nos scrutati
sunt,sed ipsi scrutantes[DEFECERVNT]in
[SCRVTINIO,] id est,prauo suo cōsilio. Vel
ita,Scrutati sunt iniquitates. Ipsi dico[SCRV-
TANTES] scrutinia, id est, acerba & occulta
consilia, sed quanto acutius cogitāt, tāto plus,
Defecerūt,à veritate & æquitate:& in tenebras
merguntur,quia deum non vident, & ideo pu-
tant se non videri à deo.

7 Accedet homo ad cor altum:& exaltabitur deus.

ACCEDAT homo ad cor altū] vel & Cor
altum.q.d. Qui scrutatur iniqua,deficit,Sed e-
contra[HOMO]scrūtans bonum[ACCEDET Ex Cass.
ad cor altum,] id est,ad cordis intellectū altum
vt qui res diuinas perquirit,quod est ad cor al-
tum ire:& ibi non deficit,sed crescit. Et eo per-
uenit , vt ab eo summus & omnipotēs deus esse
credatur. Vnde sequitur[ET exaltabitur deus,]
scilicet in corde eius . Deus enim non in se, sed
in corde hoīs grādescit: vel ita scrutati sunt,sed
frustra,quia, Homo,Christ⁹ qui nō pateretur, Ex Aug.
nisi homo esset,accedet sponte ad passionē. Et,
Cor altum erat ei,id est,secretum cor,quia hoc
faciebat secundum altum consilium obiiciēs il-
lis hominem, id est, formam humanam, in qua
sæuirēt seruans intus deum, id est, dei formā cu-
ius potētia suscitaretur , Et exaltabitur deus, in
resurrectione.q.d.occiditur vt homo in passio-
ne & ipse idem exaltat vt deus in resurrectio-
ne. Vel ita continua,Non mutata sentētia,quia
Christus cognoscebat laqueos eorum : cur ergo
præualuerunt?quia voluit. Et hoc est,quia,Ac-
cedet homo,Christus,&c.

8 Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorū, & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum. PARS II.

SAGITTAE paruulorum.] Secundā pars, Ex Cass.
vbi enumeratam Iudæorum prauitatē irridet,
quī magis turbati sunt annūciata resurrectio- Ex Aug.
ne. Iusti verò lætati.q.d. Scrutati sunt,sed[PLA-
GAE eorū factæ sunt] sicut[SAGITTAE par-
uulorum,]id est,nil nocuerunt vt cānæ puero-
rum[ET linguæ eorum]Quibus dixerūt cu-
stodibus,dicite,nobis dormiētibus venerūt di-
scipuli eius & furati sunt eum , infirmitatę sunt
cōtra eos,id est, ad verecūdiam eorum. Si enim
dormiebant,quomodo videre potuerūt? Si ve-
rò nihil viderunt,quomodo testes fuerunt?con
tra se ergo mentiendo locuti sunt. Vel,Linguæ
eorum[CONTRA eos infirmatæ sunt]virtute
resurrectionis meæ.in omnibus quæ contra me
dixerunt. Hic patet quod firmauerunt sibi ser-
monem nequam. Dico exaltabitur deus, & deo
exaltato,& visis miraculis.

9 Cōturbati sunt omnes qui vi-

debát eos: & timuit omnis homo.

CONTVRBATI sunt omnes qui videbát Ex Aug. eos]Cōnfusos, id est, qui intelligebant eos defeciſſe, alii de illis turbantur, & ipſi tamen nō pœnitent. Cōturbati fuerūt illi qui ſalutis ſuæ con- Act. 2. ſilium quærentes dixerunt, Quid faciemus viri fratres?[ET timuit]deum[OMNIS homo,] id eſt, vtens ratione. Qui ergo non timuit, non fuit homo, id eſt, ratione viuit: ſed ſi timet homo deum, non eum terreat homo: quin annun- Ex Aug. tiet, ſicut apoſtoli, quibus comminabantur prin- Act. 5. cipes ſacerdotes dicentes, ne prædicarent in nomine Ieſu: non ideo deſtiterunt prædicare.

10 Et annuntiauerūt opera dei: & facta eius intellexerunt.

Ex Aug. ET annuntiauerūt]Prædicatores eruti à timore inimici, ſed timētes deum[OPERA dei,] id eſt, reſurrectionem & aſcenſionem, &c. [ET intellexerunt facta eius] eſſe diuina, non hominis, ſcilicet. Cur paſſus? cur non deſcēdit de cruce? quia moriendum erat & reſurgēdum, quod tunc non fuit intellectum.

11 Lætabitur iuſtus in domino, & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde,

Ex Caſs. LAETABITVR] Hic oſtenditur promiſſio iuſtorum, & eſt concluſio ex prędictis. q.d. Reſurrexit Chriſt⁹, & inde[LAETABITVR Ex Aug. iuſtus in domino]iām non triſtis eſt iuſtus ſicut fuit crucifixo domino: ſed lętatur, & ſperat, quia omnia ſunt manifeſta.[ET ſperabit in eo, &] in futuro, quando peruerſi damnabuntur [LAVDABVNTVR] vel, Exaltabuntur [RECTI corde] Ex Caſs. quib⁹ per omnia placet deus, [Omnes]hoc addit: ne putet de ſolis apoſtolis hoc dici.

COLLATIO

In pſalmū 63, Exaudi deus orationē meam cum deprecor, &c.

2 A conuentu malignātium. Heb. מסוד miſſod, id eſt, à ſecreto, à conſilio. Non aliò ſenſus tendit, quia maligni Iudæi quoties congregauerint ſynagogā ſuā vt cōſultarēt de morte domini, ex euangeliis plus ſatis notum euadit.

In multitudine tumult⁹ eſt. A multitudine operātiū iniquitatē.] מרגשת merigſcath, quod vertūt à tumultu, ſiue fremitu. Et certe tumultus operantium iniquitatem, non aliter grauius fit, quàm in cōmotione populi. Imò verò ad verbū ſignificat multitudinem. Siquidem רגש ragaſch eſt interdū collegit. Et interpretes pro Caietano, poſuerunt à conuentu.

6 DEFECERVNT ſcrutātes ſcrutinio. Neoterici tranſlatores contrarium tradunt ſenſum. Nempe perfecerunt ſcrutando quod excogitatum eſt תמנו חפש מחפש tamnu hephes Iudæi pſi ciētes defecerunt. mehupas. Sed Hieronymus omnino in hac parte conſonat nobis, quia תמם tamam, & perficere & deficere ſeu conſumi ſignat.

7 ACCEDET homo ad cor altū. Hieronymus, Cogitationibus ſingulorum & corde profundo. Sanctes & Munſterus, Intimū cuiuſque & cor profundum. Interpretes pro Caietano, Medio viri & corde profundo. In vētre viri, & corde acuto. Quę omnia lōge diſtant à lectione vulgata. Iam verò וקרב citra notularum diſtinctionē poteſt legi וְקָרַב vequarab. Idq́; ſignificat & accedet. Aut legerētur וְקֶרֶב vequereb, & ſignificabit intimū, cogitationem internam. Rurſus אִישׁ iſch, propriè vir, tamen ſolet accipi pro vnoquoque. Ad cor altū, apparet eſſe librarii vitium, pro & cor altum. Nam Hebraice וְלֵב עָמֹק veleb amoq, & Græce καὶ καρδία. & cor. Ob id magiſter vtranque lectionē recenſet. Tamē conſtat ex Auguſtino eſſe ad cor altum. Ait enim, Acceſsit homo ad ipſa conſilia, acceſsit ad omnes illas paſsiones. Acceſsit homo ad cor altum, cor ſecretum: obiiciēs aſpectibus humanis hominē, ſeruans intus deū, & cætera itidem perſequitur. Accedit & diuus Hilarius hunc pſalmū interpretatus, quū ad hunc peruenit locum, præter hoc quod cōtextu eius nō ſemel habet, accedet homo ad cor altum, ſic ediſſerit, Per vitum doctrina dei eruditū, & in altum humilitatem cordis ſui erigentē, hæc diuinæ operationis præconia proferētur. Nō eſt improbabile differentiam ex eo contigiſſe, quod cardia in Gręco poteſt eſſe nominatiui aut datiui caſus eodem ſono, ſed diſtantia iota ſubſcripti καρδία vel καρδίᾳ. Deniq; neutra lectio ſenſum variat, homo & cor altum, id eſt, homo alti cordis. Quod & ſenſiſſe videtur Hilarius vbi ſupra, ceu neutrā reiiciens: ſed vtranque probās pronunciationem. Cognita enim (inquit) ſcrutantium defectione, & accedēte homine cordis alti, magnificentia diuinæ bonitatis hæc agnoſcitur. Hæc Hilarius.

ET exaltabitur deus.]Hiero. cū cæteris Hebraizātib⁹, Sagittabit illos deus. LXX. acceperūt futurum וירם à radice רם. i. exaltatus eſt vt ſit וַיָּרֹם vaiarom. Alii autē ceperūt literā mem finalē, vt ſit ſubſidiaria & accidētaria à themate ירה iarah ſagittauit.

8 Sagittæ paruulorū factæ ſunt plagę eorū.] Heb. nectūt ſuperiorib⁹ in lōge diuerſum, & dicūt iaculo repētino. Sagittabit eos iaculo repētino: vel vt habet Nebiēſis, Iaculū repentinum erūt percuſsiones eorū. Ad eū quoq; modū reddidit Hiero. Sed duæ dictiones ſunt, quæ proxima affinitate ſeſe cōtingūt פִּתְאֹם pithoā, & פְּתָיִם pethaim. Diſsident pene duntaxat ipſis pūctulis, & iod & vau in ſeſe ſolēt migrare. Rurſus aleph, quæ nō eſt in ſecūda particula (vt ſolenne eſt Hebręis) clauditur in voce magna: quā vocitāt cametz. Porrò pithon ſignificat repēte, pethaim autem paruulos.

9 CONTVRBATI ſunt oēs qui videbant eos.] Quidam dicūt fugient omnes vel elongabūt ſe. Alii cōmouebūtur, quod eſt cōturbabūtur: aut per pteritū, cōturbati ſunt. Huiuſmodi enim tēpora paſsim agūt mutuā alterū alterius vicē. Sed & יִתְנֹדְדוּ iithnodedu alterutrā refert

significantiam, alioqui confinem.

ET timuit omnis homo.] Seu pluralitiue timuerunt omnes homines, quomodo Hieronymus, Sãctes, Chaldæus, Nebiensis & interpretes pro Caietano. Mousterus autem, Pellicanus & Campensis posuerunt videbunt. וייראו vaiireu, si deriuetur à themate ראה raah, id est, videbunt. Si à radice ירא iare significat timuerũt, nisi quis velit superstitiose se alligare punctorum obseruantiæ.

LXIIII. PSALMI TIT.

Hic titulus est additus à Græcia docẽte spiritu sancto, vt credere fas est.

In finem psalmus Dauid. Cãticum Hieremiæ & Aggæi, vel Ezechielis de verbo peregrinationis, vel de populo transmigrationis cum inciperent proficisci.

TE DECET hymnus] Titulus [IN finem psalmus Dauid. Canticum Hieremię & Aggęi, vel Ezechielis de verbo peregrinationis, vel de populo trãsmigrationis; cum inciperent proficisci.] Sicut legitur in historiis veteris testamenti Nabuchodonosor rex
4.Re.25. Babyloniorum filios Israel captiuauit, eósque euersa Hierusalem in Babyloniam transtulit, in qua captiuitate LXX. annis detẽti sunt. Cuius captiuitatis causa ad literã fuit, verbũ qđ dictum est in aula Nabuchodonosor: vbi cũ dicerentur oẽs gẽtes debere ei subiici, dictũ est quod Iudæi rebelles erãt, & ideo eos captiuauit, ideo dicit in titulo de verbo pegrinationis. Hãc, autẽ captiuitatẽ Hieremias futurã pdixit, & psentẽ vidit,
Hiere.25. & 29. & præteritam quadruplici alphabeto in threnis deplorauit. Prophetauit etiã Hieremias post
Ex Aug. 70. annos rediturũ populũ in Hierusalẽ. Inter captiuos verò erãt quidã prophetę, scilicet Aggæus, Ezechiel, & alii qui de Babylonia reditũ intellexerunt in Hierusalem & prædixerũt atq; cum aliis completis 70 annis captiuitatis permittente Cyro rege Persarum Hierusalẽ eorum quidam redierũt: atque Aggæo & aliis prophetis exhortantibus restitutum est templum, huic historiæ alludit Titulus. Sed quoniam in figura nostri omnia contingebant illis, hæc potius ad nos spiritualiter sunt referenda. Sciendum itaque est duas esse spirituales ciuitates in præsenti: vnam malorum quę incœpit à Chaim, & dicitur Babylonia: alterum bonorũ, quę cœpit ab Abel, & dicitur Hierusalẽ. Illius ciues facit cupiditas, Hierusalem ciues, facit charitas. Quæ licet sint mixtæ corpore, separatę sunt mente, quarum vna peregrinatur in altera, & captiua tenetur. Quandiu enim sumus in hoc corpore,
2.Cor.5 peregrinamur à domino, qui de Babylonia ad Hierusalem suspiramus, id est, dẽ seculo & cor-
Ex gl.int. pore peccati ad cælum. Huius autẽ peregrinationis & suspirii nostri causa fuit, verbum quod dixit diabolus primis parentibus, eritis sicut dii.
Ex Aug. De hãc tamen captiuitate incipit redire, qui incipit amare: Charitas enim ad reditum mouet pedem: & sicut filii Israel completis 70. annis Gene.3.
sub Iesu sacerdote magno redierunt: ita & nos Christo duce, qui in septuagesima 7. generatio- Luc.3.
ne secũdum Lucam natus est, redire incipimus, donec in futuro cõsummato huius vitæ septenario, hędis positis in sinistra: nos in dextera dei Ex Aug.
collocemur: hanc spiritualem reuersionẽ intellexerũt prophetę prędicti figurari in illa actuali & pro ista exultauerunt maxime. Vnde in titulo ponitur canticũ. Et est sensus [PSALMVS] iste dirigens nos [IN finẽ] i. in consummationẽ, est [DAVID,] & est [canticũ] i. exultatio, quæ est vox redeuntis populi. & hoc canticum est [DE populo transmigrationis] i. qui transmigrauit de cælo ad terrã, de perfectione ad miseriam vel confusionẽ. Vel [DE verbo peregrina-
tionis] i. dẽ populo peregrinante per illud ver- Ex gl.int.
bum eritis sicut dii. Canticum dico habitũ tunc [CVM inciperent] mente [PROFICISCI] de Baby-
lonia huius mundi. q.d. Nõn inde est canticum, Ex Aug.
quia peregrinati sunt, sed quia redire incipiũt. Incipit autẽ exire qui incipit amare. Charitas facit ciuẽ Hierusalẽ: cupiditas Babyloniæ, & si ergo corpore pmixti desiderio sunt separati. Et hoc cãticũ est [Hieremiæ & Aggęi.] Vel [Ezechielis] ad literã. Hieremias interpretatur excel-
sus, & signat illos q dicũt nr̃a cõuersatio in cęlis est. Aggęus festus dei, & significat illos q sunt Phil.3. Ex Alcu.
spe gaudẽtes, qui in reliquiis cogitationũ diem festũ agũt domino. Ezechiel roborauit me deus, & significat illos qui sunt roborati in domino, horũ taliũ est canticũ hoc. Vel ad literã, Canticum est illorũ prophetarũ, qui prophetauerunt reditũ in Hierusalẽ, in quo intellexerũt spiritualẽ liberationẽ, de qua potissimũ gaudebãt. In- Ex Aug.
tentio prophetæ est nos cõsolari in hoc exilio, ne quis desperet, quia certificat reditum, & per
quẽ fiat, & quæ diuitię sint reuersis. Modus. Ex Casi.
Bipartitus est psalmus. Primo affirmat reditum & precatur, Secundo, laudes dei & virtutes describit, ibi, Spes omnium. In voce ergo reuertẽtium, propheta lætus cantat, dicens,

TE DECET hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votũ in Hierusalem.

TE DECET hymnus] Et quia de septuage- Ex Alcui
sima mentionem fecimus, sciendum est tres septuagesimas in sancta ecclesia memorari vnam significatam, & duas significantes: quarum, vna in figura præcessit, scilicet septuagesima captiuitatis Iudaicę: altera in repręsentatione obseruatur ab ecclesia, quæ incipit à Circundederũt me, & terminatur in sabbatho in albis, quã obseruat ecclesia in repręsentatione spiritualis nostræ captiuitatis, qua captiui sumus dũ in corpore à domino peregrinamur, quam eandẽ figurauit septuagesima Iudęorum & sicut Iudęi ante finem LXX. annorum licentiam & facultatem reuertendi habuerunt. Cyro permit-

tente. Et eisdem LXX completis plene redierunt, Iesu duce: ita & nobis ante finem septenarii huius peregrinationis, per Christum libertas redeundi est præstita, cuius morte redempti sumus, iam secundum animas & spe liberati. Sed cōpleto septenario huius vitæ plene liberi erimus, vtroque homine glorioſi. Vnde & ecclesia miserias nostri incolatus & labores, à circundederunt me vsque ad sabbatū paschale incipiēs, exponēs cāticum lætitiæ subticet, scilicet Alleluia, & Gloria in excelsis deo, & huiusmodi. In sabbato verò paschali iam adepta per Christi passionem facultate redeundi, & ita spe gaudēs, cantat alleluia. Sed quia adhuc mole corruptæ carnis premitur, latronumque insidias patitur, post alleluia restat tractus, Laudate, quia adhuc lōgis trahēdi sumus laboribus, & sequenti hebdomada graduale cum alleluia cantamus, laboriosa via gradientes. Et ideo dolentes in re, sed gaudentes in spe. In sabbato verò in albis quasi finita septuagesima huius captiuitatis duo alleluia cantamus, plene læti, pro gemina nostræ glorificationis stola, qua in futuro glorificabimur. Nunc verò quasi ex parte liberati, & spe læti, quasi de Babylone redeuntes, cantamus, ô [DEVS TE DECET hymnus] quem cantat, qui vere deum amat. vbi? [IN SION,] id est, in
Ex Aug. cælesti patria, vbi modo sumus spe. Et ideo can
Psal. 136. tamus non in Babylone, vbi suspēdimus organa. Et est sensus, Illos decet laudare te, qui vel mente, vel re, sunt in Sion. Nō enim est speciosa laus in ore peccatoris [ET VOTVM,] id est, anima & corpus mortale [REDDETVR tibi in Hierusalē,] id est, in cælesti patria. Hic in præsenti vouemus bene operando & cogitando, ibi reddemus pro vtroque deum laudando. Nota quod patria cælestis est Sion, eadem est Hierusalem. Et vere reddetur, quia,

2 Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Ex Aug. OMNIS CARO,] id est, hōmo ex omni genere, scilicet pauperes, diuites, viri, fœminæ, docti, indocti, pueri, senes [VENIET ad te] qui primitias de carne nostra tulisti, id est, carnem im-
Nume. 18 munem à peccato assumpsisti. Hæc etiā est decima decimę, quę summo sacerdoti in veteri le-
Esa. 19 ge à minoribus dabatur. Hęc est nubes leuis su-
Matt. 24 per quam ascēdit dominus, vt ingrederetur Ae-
Ex Aug. gyptum. Ad tē ergo velut ad corpus aquilæ congregabuntur cæteri, vt compleatur holocaustū. Et quia reduces alios, reduc & me, cum eis. Hoc est [EXAVDI orationē meam] vt cum aliis me reducas. Vel ita, Et accipitur per Sion, præsens ecclesia: per Hierusalem, cælestis. Vnde Esaias,
Esa. 31 Viuit dominus cuius ignis est in Siō, & caminus in Hierusalē. Hic enim charitas dei est velut ignis, in futuro tanquā caminus. Et hoc est,
Ex Caſs. ô Deus hymnus decet te, nōn deos gētiū. & nō nisi in Siō, quæ interpretatur speculatio, id est, nisi in contemplatione, id est, in fide. Et tibi, de bonis operibus, Reddetur votum, id est, laus, In Hierusalē cælesti, quod illi soluebant, post prælia Marti & cæteris diis in hūc modum. Et iam nunc, Exaudi, hic, Orationē meam, vt ibi par-

cas, quò omnes venturos scio, vt referat vnusquisque propria corporis. Ecce prius facit iste 2. Cor. 5
quod à cæteris faciendum dicit: deum, scilicet inuocat & laudat. Ad te omnis. q.d. Qua spe hæc oras? Quia ad te veniet omnis caro, nō solum anima, sed omnis, etiā malus homo Et necesse est vt audias, quare,

3 Verba iniquorum præualuerūt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis.

VERBA INIQVORVM,] id est, diaboli & Ex Alcu.
primitiuorum parentum, id est, Adæ & Euæ
[PRAEVALVERVNT] vt mare mergēs [SV- Ex Caſs.
PER NOS,] id est, proiecerunt nos in hoc exi- Ex Alcu.
lii, Vel ita, dico exaudi, licet simus indigni. Verba, quidem, Iniquorum, id est, mali ritus, & mo Ex Aug.
res parētum nostrorū, Præualuerunt super nos, quia nos nati in terra secuti sumus mores gentiliū parentū: qui vt ætate, ita auctoritate præstāt pueris. Pagani enim ritus suos filiis suis inseruntsed econtra [TV] ô fili verbū dei [PROPITIABERIS] in hostia Christi hominis [IMPIETATIBVS NOSTRIS,] quibus propitiatus quādo ignoscit, & veniam dat. Et ideo non opprimunt nos verba iniquorum. Propitiatio illa fit per sacrificiū quod sacerdos Christus obtulit. Idē est ergo sacerdos & hostia. Dico propitiaberis. &,

4 Beatus quem elegisti & assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis.

BEATVS] est omnis ille [QVEM] tu [ELEGISTI] per grātiā à massa pditorū. Vnde, Nō vos Ex Caſs.
me elegistis, sed ego elegi vos. [ET assumpsisti] Ioan. 15.
in sortem tuam, id est, in ętērnam requiē. Chri- Ex Aug.
stus enim quemcunque beatum assumpsit in adoptionē filii. Quare beatus? quia [INHABITABIT] non mouendus [IN atriis tuis,] scili- Ex Caſs.
cet Hierusalem, cui cantant qui incipiunt exire de Babylonia. Et nos reuersi, Ex Aug.

5 Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est tēplum tuum, mirabile in æquitate.

REPLEBIMVR, &c.] Vel ita ab illo loco,
Beatus. q.d. Propitiaberis, & hōc per beatum virum, Beatus, enim est homo, Quem tu elegisti, Ex Aug.
id est, quo induimus in tēpore, qui eras iu principio verbum. Et assumpsisti, in vnitatē personę, id est, ipsius hominis tibi naturam vniendo, Ex Alcu.
non personam. Naturā quippe hominis assumpsit, pro quo dicitur hominem assumpsisse, nō personam. qui talis Inhabitabit in atriis tuis, id est, in tuo consessu. Et per eum [REPLEBIMVR] in bonis gratiarum, quæ bona sunt [DOMVS TVAE,] id est præsentis ecclesiæ, quę di- Ex Hier.
uersis muneribus spiritualium exuberat bonis. Quæ sunt illa bona? bona illa sunt sanctitas in se, & æquitas ad proximū. Et hoc est [TEMPLVM tuū] .i. omissiusti .i. ecclesia. ipsa enim domꝰ est, tē- Ex Caſs.
plū dei [EST sanctū] in se. & [Mirabile in equit.]
quātū ad primū. Vel ita, de futuro, Replebimur

in bonis domus tuæ, id eſt futuræ Hieruſalem,
quę nō poſſunt dici, Q uāta ſunt illa bona? Ecce
Templū tuū, cæleſte [E S T ſanctū & mirabile]
Ex Aug. nōn in exterioribꝰ vt domus terræ, quę colūnis
& marmoribus nitet, ſed [I N æquitate] vel, In
iuſtitia, alia litera, quę interiori oculo pulchrior
eſt, & admirabilior: quam modo debemus eſuri-
Ex Hier. re, vt ea ſatiemur. Vel dōmus & templum caro
Ioan. 1. Chriſti intelligitur, cuius bonis replemur, quia
de plenitudine eius oēs accepimus. Et hoc tem
plum eſt, Sanctū. Vnde quod naſcetur ex te ſan
Luc. 1. ctum domini vocabitur. &, Mirabile in æquita-
Ex Caſſ. te, cūm vnicuique digna retribuet. Cui & dicit,

6 Exaudi nos deus ſalutaris noſter:
ſpes omniū finium terræ & in ma-
ri longe.

EXAVDI nos, &c.] q.d. Quibꝰ bonis vt re-
Ex gl. int. pleamur [EXAVDI nos] Tanto ante incarnatio-
nem petit exaudiri. ô [DEVS] qui es [SALVTA-
ris noſter,] ſcilicet Ieſus. Ecce de quo ſupra di-
PARS II. xit, Ad te omnis caro veniet, [SPES omnium.]
Ex Caſſ. Secundā pars vbi laudes dei & virtutes deſcri-
Ex Aug. bit. q.d. Exāudi nos, tu dico qui es ſpes nō mo-
do Iudææ, vel Africæ, ſed [OMNIVM finiū ter-
ræ.] Ecce vnde ſupra dixit, Omnis caro ad te ve
niet, &c. [ET] etiam eorū eſt ſpes qui ſunt [IN
mari longe,] id eſt, in inſulis, ad literam. Vel ita,
Ex Caſſ. vt per mare, ſeculū accipiatur. Et eſt, tu es, Spes
Ex Aug. omnium, qui ſunt, Longe, à patria. Ideo longe,
quia ſunt, In mari, id eſt, in ſeculo. Mare enim
dicitur in figura ſeculi huius amari ſalſitate, &
tempeſtuoſi procellis tentationum, vbi piſces
inuicem ſe deuorāt. Deinde ſubdit per quid ſit
ſpes omniū. Quaſi per hoc es tu ſpes omnium,
quia es,

7 Præparans montes in virtute
tua: accinctus potentia: qui contur-
bas profundum maris, ſonum flu-
ctuum eius.

Ex Caſſ. PRAEPARANS] ād agendum, ſcilicet ad-
Ex Aug. uerſus competentes [MONTES,] id eſt, prædi-
catores, quos prædicate miſit, & hoc [IN virtu
Ex Caſſ. te tua] nōn ipſorum: quia per eos fecit miracu-
la. Quomodo præparauit? per hoc præparaſti,
quia [ACCINCTVS] es [POTENTIA,] id eſt, dei-
tate, quia humanitas verbi maieſtate præcincta
eſt, vt quod homo ex ſe non habuit, deitas da-
ret [QVI conturbas] Ecce quid per illos mon-
tes paratos fecit deus. Qui cōturbas ad pœni-
tentiam [PROFVNDVM maris] quaſi non ſu-
perficiē, ſed corda in peccatis profundius mer-
Ex Aug. ſa. &, Conturbas, ād pœnitētiam [SONVM flu-
ctuum eius,] id eſt, ſonantes contradictione, &
fluctuantes perſecutione. Poſtea repetit idem
apertius.

8 Turbabuntur gentes, & time-
bunt qui habitāt terminos ā ſignis
tuis: exitus matutini & veſpere de-
lectabis.

TVRBABVNTVR gentes, &c.] Vel ita ab
illo loco, Accinctus. Et legitur alia litera, quam Ex Aug.
ponit Auguſtinus, ſcilicet, Circuncinctus potē-
tatu tuo, hoc modo tu præparas mōtes. qui es,
Circuncinctus, id eſt, vndiq; cinctus à ſimili po
tentum: Potentatu tuo, id eſt, omnibus creden-
tibꝰ. Chriſtus enim in medio eccleſiæ eſt, vndi-
que cinctus, quia omnes communiter illum ha-
bemus, qui in eum credimus: ſed quia fides non
eſt à nobis, ſed ab eo potentatu ſuo, cinctus di- Ex Beda
citur, hoc eſt candelabrum in tabernaculo do- ſeu Alc.
mini habes tria brachia hinc, & tria inde, & in in Exo. 25
ſingulis per tria loca ſcyphos, ſphæras, & lilia:
quia omnes ſancti quotquot ante aduētū Chri
ſti, vel poſt fuerunt, in tribus ordinibꝰ fidelium
fuerunt, ſcilicet coniugatis, & continētibus, &
rectoribus, in Chriſto radicātur. Vnde, qui prę-
cedebant & qui ſequebantur clamabant, dicen-
tes, Oſanna in excelſis. Dico præparans mōtes,
Et inde mare ſeculi cōmotum eſt, & cœpit ſan- Ex Aug.
ctos cōturbare & perſequi. Et hoc eſt, Qui cō-
turbas, ad perſecutionem ſanctorū, Profundum
maris, id eſt, corda principum, & etiam omnium
impiorum: vnde omnis commotio eſt Hęc tur- Ex Caſſ.
bata ſunt cum viderēt deos ſuos, & ſpes ſuas ad
nihilum venire. Et ſonū fluctuum eius, quis ſuſ-
feret? alia litera. Nūllus ex ſe, ſed ex deo, Qui prę Ex Aug.
parat montes in virtute ſua. Vnde māgis turba- Ex Caſſ.
buntur, dum iſtos plus diis ſuis valere cernunt.
Vnde ſequitur [ET TVRBABVNTVR gen-
tes.] Prīmo non turbatis mōtibus. Mōtes enim Ex Aug.
inconcuſſi manſerunt, ſed gentes turbabuntur
primo: [ET TIMEBVNT] etiam [QVI HA-
BITANT terminos terrę.] Iam enim Chriſtia-
ni timentur vbique: vnde timebūt [A SIGNIS
tuis,] id eſt miraculis, quæ per apoſtolos facta
ſunt, nō ſolum prædicatione. Prīmo turbabun-
tur, & pōſt [EXITVS MATVTINI & veſpere
delectabis, id eſt, fortes facies in proſperis & in
aduerſis. Mane enim eſt proſperitas, quia lętum
eſt mane poſt triſtitiam noctis. Veſpere eſt ad-
uerſitas. In his duobꝰ tentatur homo, ſed datur
ei exire inde, ne capiatur lucris: cui deus ſunt di
uitiæ, ne etiam aduerſis terreatur, pro quo paſ-
ſus eſt deus. Et eſt ſenſus, Exitus matutini &
veſpere, id eſt, proſperitatis & aduerſitatis, De-
lectabis, id eſt, delectabiles facies iam in hac vi-
ta. Si enim non delectet hominem ipſe exitus,
non laborat inde exire: ſed capitur lucris. Cui
non placet promiſſio Chriſti, & terret aduerſis,
quem non delectat ille qui pro eo voluit pati,
vt faceret exitum ei. Qualiter hoc factum ſit,
ſubdit, q.d. Quomodo facies hoc? quia,

9 Viſitaſti terrā & inebriaſti eā:
multiplicaſti locupletare eam.

VISITASTI terram,] id eſt, miſiſti nubes,
quæ cōmpluerunt terram [ET] earum prædi- Ex Aug.
catione & doctrina [INEBRIASTI eam] ter-
ram. Vel itā, Per prædicatores hoc facies. Nam Ex Alcuin.
intus doces eos, quibus prędicāt: & hoc eſt, Vi-
ſitaſti terrā, id eſt, hōmines tuo aduētu. Et, In- Ex Caſſ.
ebriaſti eos, interius ſpiritu ſancto [ET multi-
plicaſti locupletare eā.] vel, ditare eam. i. mult

timodis donis honorasti eam. Vnde ditare aquis
fluminis. Et hoc est,

10 Flumen dei repletum est aquis: parasti cibũ illorũ, quoniam ita est præparatio eius.

Ex Aug. FLVMEN dei,] id est, populus dei prior, fideles scilicet, qui fuerunt in primitiua ecclesia
profundi ad recipiẽdum [REPLETVM est aquis,] id est, donis spiritus sancti, vnde alii po-
Ioan. 7. tentur, & rigẽtur: iuxta illud, Qui crediderit in
me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.
[TV enim parasti cibum illorum,] id est, panem
vitæ & intellectus scripturarum. Bene dico parasti [QVONIAM præparatio eius] fluminis,
ita est, vt per misericordiam des, non quia meruerunt. Parasti, Et ô domine, Inebriasti, donis
spiritus sancti, scilicet summos

11 Riuos eius inebrians, multiplica geniminaeius: in stillicidiis eius lętabitur germinans.

Ex Cass. RIVOS eius] fluminis, id est, doctores. q. d.
primitiui riui inebrientur. Vel, Sulcos eius inebriãs. Alia litera, idem sensus. [ET multiplica genimina eius,] id est, da imitatores, pueros, à ri-
Ex Aug. uis generatos, quasi ex credẽtibus alii credant.
[ET germinans] scilicet rudis qui incipit, [IN
stillicidiis eius] fluminis. i. in guttis doctrinę eius
[LAETabitur] quia inde proficit. Paruulis enim
stillantur quędã, licet minora, quid per singula?
Benedices coronæ. Vel ita ab illo loco, Flumen
Ex Cass. dei, & per flumen intelligitur dei misericordia.
vnde multiplicasti ditare? ecce, Flumẽ dei. i. misericordia dei, quæ pleno fluuio cõparatur. Repletum est aquis. i. repleta est refectione singulorũ.
Omnibus enim sufficiẽs expendi nõ potest. Post
potum subdit de cibo spirituali. i. corpore Christi dicens, Parasti, etiã, Cibũ illorũ. s. escã salutis.
Vel hoc totũ de sacra cõmunione accipi potest,
quando corpore eius pascimur, & sanguine potamur. Et est, Flumẽ dei reple. est aquis, & misericordia dei potum sanguinis plene nobis ministrat. Parasti etiã cibũ illorũ. i. cibũ dominicę carnis illis parasti. Et ne quid casu fieri putaretur,
subdit, Vere parasti, Quoniã ita est præp. eius,
cibi, sicut à deo disponit, sine quo nihil ibi fit.
Et ô dñe, Riuos eius. i. apostolos, & alios qui de
flumine misericordiæ dei biberunt; Inebrians,
vt sibi & aliis sufficiant, Multiplica genimina
eius, vt per successiones prædicatio nõ deficiat.
Idem sensus cum priori. In stillicidiis eius lætabitur germinãs, nec hoc mutatur. & vere facies, quia,

12 Benedices coronæ anni benignitatis tuę: & campi tui replebuntur vbertate.

BENEDICES coronæ anni benignitatis
Ex Alcui. tuæ,] id est, multitudini fidelium aequisitæ anno benignitatis tuę, id est, circulo qui est ab aduentu Christi, vsque ad finem seculi, id est, tem-
Ex Aug. pore gratiæ, quo seminasti semẽ verbi, & crescit
Ex Cass. quod seminatur. Cõrona ergo anni benignitatis est totus mundus, vbi est ecclesia & circulus
ab aduẽtu Christi, vsque ad finem seculi. Et di- Ex Aug.
citur corona, quia gloria victoriæ est vincenti
diabolũ. Et hęc corona dicitur benignitatis dei,
ne quis glorietur de meritis suis [ET cãpi tui,]
id est, homines ęquitate pectoris & ęqualitate
iustitiæ plani, id est, iusti [REPLEBVNTVR
vbertate] bonorum, vel imitatorum.

13 Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingentur.

PINGVESCENT] etiam [SPECIOSA deser- Ex Aug.
ti]. i. gentilitatis. Desertum nanque sunt omnes
gentes, quib' nullus propheta missus. Hæ pin- Ex Cass.
guedinẽ receperunt, quando apostoli ad eas venerũt, per quos decorę factę sunt. Vbi ergo pro- Ex Aug.
phetæ nõ sonuerũt, acceptus est dominus prophetarũ. [ET colles,] id est, quos deus erigit per
humilitatem, quia deus erigit humiles, [ACCINGENTVR,] id est, cõfortabuntur ad prędicãdum Ex Cass.
aliis. Et hoc [IN exultatione,] quia veniunt ad
regnum. &,

14 Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

ARIETES ouiũ,] id est, apostoli, duces gre- Ex Aug.
gis [INDVTI sunt] exultatione, quia gaudent
de fructibus suis. Vel, Induti sunt, vẽste nuptia- Ex Cass.
li, id est, charitate. [ET valles,] id est, humiles po Ex Aug.
puli [ABVNDABVNT frumento,] id est, fruge
boni operis, quia multum fructũ afferunt [ET
clamabunt] nõ in blasphemia aduersus deum,
sed in hymno [ETENIM hymnum dicent.] Et
propter hoc, Abundabũt frumẽto. ¶ Psalmus
iste cãtatur in exequiis fidelium defunctorum, Ex Acul.
quia agit de reditu Babylonię huius mundi ad
patriam cęlestẽ, ad quam sancti in obitu de carne educti feliciter migrant, simplam stolam statim recipientes, donec in resurrectione stola geminæ beatitudinis glorificentur.

COLLATIO
In psalmum 64, Te decet.

3 TE decet hymnus deus in Sion.] Hieron.
Tibi silentium laus &c. Quem sequuntur Nebiensis, Pellicanus & Sãctes, Tibi silet laus, &c.
Munsterus, Interpres pro Caietano, & Cãpens.
Me expectat laus deus. Trãslator, Tibi tribuitur
laus. Pratensis est cum nostra lectione, Te decet
laus. דומיה dumiah est homonymum ad silẽtium, expectationem, & decẽtiam. Diuersa verba, idem spiritus: quo agnoscimus omnẽ laudem
ad dei magnificẽtiam spectare: & ad quam vniuersa lingua silet. Ecclesiast. 43, Exaltate eum
quantum potestis, maior est omni laude. Cæterum tibi reddetur votũ in Hierusalem. Hierusalem additum est à LXX, explicatioris intelligentiæ gratia, haud inepte.

5 SANCTVM est templũ tuum, mirabile in ęquitate. Hieronymus vertit, sanctificatione tẽpli tui: Sanctes, Sancti templi tui. Pratẽsis, San-

cto templi tui. Pellicanus, Sãctuario templi tui. Interpretea pro Caietano, Sãctitate templi tui. Sic Chaldęus. Mũsterus, In loco sancto tẽpli tui. קֹדֶשׁ הֵיכָלֶךָ quedosch vel quadosch hecaleca. Rationem secundæ pronunciationis respexerunt Lxx, eóque annexuerunt sequenti clausulæ in eodem versu. Sequendo vero alterã pronunciationem, fit pausa & finis versus: in eo qđ est, In sanctitate tẽpli tui. Mox sequitur exordiũ alterius versiculi, Terribilis, Hiero. terribiliter, Pratensi. In terribilibus, ipsi Sancti. Terribilia quibusdam alijs. Vnusquisque vertit quod sibi videtur magis accmomodum.

6 ET in mari longe.] Faber & Cæcus incessunt interpretem, qui debuisset dicere cum Hieronymo, Et maris longinqui. Aliàs non vitarut incõmoditas locutionis, nec inepta copulatio cõstructionis. In Heb. ad literæ [illegible] diceremus, Et maris longinquorum, וְיָם רְחוֹקִים veiam rehoquim, id est eorum qui remoti degunt in mari, vt etiam exponit glossa, id est eorum qui sunt longe in insulis. Vbi est nunc absurditas sermonis?

7 QVI cõturbas profundum maris.] Hieronymus & alij, Compescens sonitum marium: adeo vt videatur contraria sententia; licet vtrunque sit dei & conturbare & cõpescere, quando vult, tempestatem maris. Cæterum apparet Lxx legisse tzade loco schin, quæ literæ non ita multo distant in prolatione. Et he, pro cheth, vbi scriptio proxima est, vt sit forsan מַצְבֶּה matzbeh .i. faciens intumescere, pro מַשְׁבִּיחַ maschbia Est autẽ canon apud Heb. quod literæ eiusdẽ exitus aut instrumẽti, permutantur. Nec est præterea infrequens Hebræis, idem verbum contaria significare, vt בֵּרֵךְ beree, benedixit & maledixit. קִדֵּשׁ quiddesch, sanctificauit & prophanauit. Et in radice de qua loquimur adducit Sanctes Lxx.

TVRBABVNTVR GENTES.] Hebr. וַהֲמוֹן לְאֻמִּים vehamon leumiim. Hieronym. Pratensis, & Sanctes, Reddunt multitudinem gentium & popolorum, vt respondeat superiori verbo compescit. Cæterum הֲמוֹן hamon, significat & fremitum, tumultum, vt pariter vertèrunt Munsterus, Pellicanus, Nebiensis, interpretes pro Caietano, & Campensis, adeoque transferre poterat, reddendo verbum verbo: Et fremitus ad gentes. Quod Lxx extulerunt haud absonè, Turbabuntur gentes.

EXITVS matutini & vesperæ delectabis.] Sanctes per versionem suam nimis pressam, nõ reliquit locum intelligentiæ: quæ latius multo patet ex Hebræo. Transtulit enim pro egressibus matutinis & vespertinis (qui expresse habẽtur in Hebræo) stellas matutinas & vespertinas, vbi cogitur lector strictim accipere: quod inter tales angustias non est inclusum, vbi tum erit interpretatio illa D. August. de egressu matutino, hoc est prosperitate: & vespertino, hoc est aduersitate, quum tamen Hebr. dicunt, מוֹצָאֵי motzae, id est exitus.

10 PARASTI cibum illorum.] Heb. dicũt, Frumentum eorum, דְּגָנָם deganam. Poterat & istud præteriri, eo quod vtriusque integer perseuerat sensus: tamen leuiter attingendum fuit, vt semper meminerimus quod sæpe inculcatũ est, sensum de sensu à perito interprete maximè exprimendum esse: id quod & eruditi magno consensu prædicant.

11 MVLTIPLICA genimina eius.] Hieronym. Multiplica fruges eius. Pratensis, Æqua cumulos eius. Sanctes, Descendere fac in lineas eius. Munsterus, Demittis pluuiam in vallicułas eius. Pellicanus, Comprime glebas eius. Interpretes pro Caietano, Deprime cumulos eius. Paraphrastes Campẽsis, Glebas eius occa. Ad idẽ & trãslatur Chaldæus, Compesces anes eius. Nebiensis, Depone atcolas eius. נַחֵת גְּדוּדֶיהָ nabeth gedudeha. Versa, reuersa quantum voles, non alio tandem peruenies, quam quo te ducebãt interpretes. Nempe vt ex abundantia gratiæ diuinæ crescat magis ac magis lucrum animarũ per successiones generationum.

11 & 12. IN stillicidijs eius lætabitur.] Hier. & Nebiensis, Pluuijs irriga eam. Pratensis, Imbribus lubricam fac eam. Alij, Imbribus vel stellis liquefac aut mollẽ redde eam. Sensus nõ mutatur. Nam terra fertilis dicitur translatitiè lætari; vt est illud, Quid faciat lætas segetes &c. Sed quod mox sequitur, Germinans, Heb. copulant particulę exordij proximi versus, quem aliter distingunt. Sic enim dicunt, Et germini eius benedic, vbi nos germinans, nectimus ad id qđ est lætabitur, facientes finem versiculi: deinde incipimus, Benedices coronæ. Iam si legimus, צִמְחָהּ tzimehah. i. germẽ eius. Si autẽ dicimus צוֹמֵחָה tzomeah, idest germinãs, deinde benedices coronæ, Hebræi incipiunt versum, Coronasti, relicto benedices, vt dictum est, ad finem præcedens versiculi. Porro עטרת sine punctis vocalibus potest pronunciari עֲטֶרֶת atereth, & tum est corona, vel עִטַּרְתָּ ittarta .i. coronasti. Proinde ad varię lectionis ratione, oportuit congruam adaptare versiculorum sectionẽ: nec tamen vsquã lęditur sensus, & si verba alia finẽ, aut alio modo posita. Vnde Hieronym. sic expresit mentem Prophetæ, Voluetur annus in bonitate tua.

12 CAMPI tui replebuntur vbertate.] Hieronymus, Vestigia tua rorabũt pinguedine. Vel (vt volunt Pratensis, Pellicanus, & interpretes pro Caietano) Vestigia tua, seu viæ tuæ. Chaldæus, Conculcationes itineris tui, stillabunt pinguedinem. Translator ad Campensem, Orbitæ currus tui, pinguedine stillant. Sanctes pro vestigijs aut campis, vertit cęlos. Nebiensis & Munsterus nubes. Sed מַעְגָּל maagal propriè est semita, callis, vt metaphorica locutio sic explicetur, tanta erit vbertas, vt citius passus tui trans frugum exuberantem copiam, quàm calces terram. Sanctes accepit cęlos à rotunditate, quia radix vnde deductur nomen illud, nempe עגל agol, rotundum significat. Quod autem vertũt stillant, aut rorant pinguedinem, quid aliud sonat q̃ prouentus affluentiam? Pulchrè explicata metaphora.

13 PINOV ascēt speciosa deserti.] Pratensis, Munsterus, interpretes pro Caietano, & paraphrasis Campensis, tranaferunt, habitacula deserti. נאות neoth, si aleph ponat vice van sic, נוות neuoth, vt voluot aliqui teste Munstero in lexico, interpretātur habitacula. Si vero inclinetur à themate נאוה uauch, id est pulcher fuit, tunc sunt loca amœna & pascuosa arua: siue loca vbi pascuotur iumenta. Ob id Hierony. ad eum reddidit modum, Pinguescent pascuæ deserti. Cōcinnit Nebiensis. Pellicanos, Irrorabuntur speciosa deserti. Sanctes, Stillauerunt in campestribus deserti. Trāslator ad Campesem, Speciosa pascua. Vbique digna intelligentia.

14 INDVTI. sunt arietes ouium.] Hieron. vertit, Vestientur agnis greges. Notum est Hebræos destitui casuum inflexione, id quod crebro parit diuersum regiminis statum: atqui recētiores hebraïsmi professores vertunt, vestiēt planicies pecora, aut campi vestiētur gregibus. Cæterum כָּרִים carim est æquocum ad arietes & campos. Paraphrastes Chaldæus alium dat sensum, sicut & passim facit, Ascendeot arietes super pecora.

LXV. PSALM. TIT.
In finem canticum psalmi resurrectionis.

Ex Aug. Matt. 22

IVBILATE deo omnis terra.] Titulus, [IN finem canticum psalmi resurrectionis.] Iudæi ex legis iustitia sperabant sibi bona temporalia, & resurrectionem beatæ vitæ, licet in ea non intelligerent esse alia bona, quàm hic. Vnde non poterant respondere quæstioni Saducæorum de septemuira muliere, quærentium cuius de septē esset in resurrectione: postea cœpit etiam gentibus promitti resurrectio, credentibus in Christum qui resurrexit. Iode est psalmus iste contra superbiam & præsumptionem Iudæorum, & pro fide gentium ad candē spem resurrectionis vocatorum, vt quo præcessit celsitudo capitis, sequatur humilitas gregis. Vnde bene in titulo apponitur cāticum. Et est sensus, [CANTICVM] istud, dirigens nos [IN finem] id est in Christum, vel consummationem futuræ beatitudinis, est [RESVRRECTIONIS] quia hic est exultatio de resurrectione capitis, quæ præcessit, & corporis, quæ futura est. Et est hoc canticum [PSALMI] quia pro resurrectiune monet bene operari.

Ex Cass.

Intentio. Mōnet ad iubilum & psalmum pro spe resurrectionis. Modus. Quatuor sunt partitiones. Primo monet omnes de resurrectione Christi gaudere, quæ omnibus dat vitam. Secundo, incipientes inuitat ad opera dei consideranda, vt vna fide iungat; quos vnum præmium expectat, ibi, Venite & videte. Tertio monet gentes benedicere deum, qui licet probet tribulationibus, tamen ducit ad requiem, ibi, Benedicite gentes. Quarto, item monet iam non rudes sed astructos, exemplo suæ liberationis amplius cōfidere in domino, ibi, Venite & audite. Ecclesia ergo spe resurrectionis læta, vniuersos ad canticum & psalmum inuitans, ait, ô,

1 IVBILATE deo omnis terra, psalmū dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.

Ex Aug.

OMNIS terra] non solum Iudæa [IVBILATE deo] ineffabili affectu pro gaudio resurrectionis. Est enim iubilus gaudiū ineffabile, quod nec taceri nec exprimi potest. Hoc deo fit, qui illud percipit. Et [PSALMVM dicite] ipso opere, ita quod homines audiant, id est, percipiant. Et hoc effabili affectu. Fit enim psalmos opere, & hoc hominib' fit, qui noscūt. Et hoc [NOMINI eius] non vestro, vt quæratis gloriam vestram. Et [DATE gloriam laudi eius] non industriæ vestræ. quia infirma & ea quę non sunt elegit deus, ne quis in se glorietur sed in domino. Non ergo faciatis vt Iudæi, qui meritis suis dant iustitiam, & gentibus inuident gratiam. Dico iubilate, date gloriam. Et,

2 Dicite deo, quàm terribilia sunt opera tua domine: in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

Ex Cass.

DICITE deo] ô [DOMINE quàm terribilia sunt opera tua] breuiter mysteria incarnationis dicit. Ea enim sunt opera terribilia, scilicet quod deus factus est homo, quod passus, quod mortuus, & huiusmodi, quæ dici possent amabilia: sed terribilia dicit, vt timeas. Si enim gaudes propter prædicta, & time ne quod datū est humili, auferatur superbo, sicut factum est Iudæis. Ne ergo insultes fractis ramis, sed time ne forte nec tibi parcat. Terribilia sunt opera tua, & hæc opera sunt [IN multitudine virtutis tuæ] i. multa sunt & magna secundū virtutem tuam, sed licet sint multa opera, tamen [MENTIENTVR inimici tui tibi.] Vel ita, & agit de operibus & mirabilibus factis in AEgyptija & filijs Israel. O, Domine q̄ terribilia, id est metuenda sunt, Opera tua, de filijs Israel & AEgyptijs, quæ sunt facta. In multitudine virtutis tuæ, quæ tūc apparuit. Et tamen, Mentiētur tibi inimici tui, visa virtute, quando viderunt in AEgypto virtutes, & signa in mari rubro. Mētiti sunt, quādo dixerunt, Omnia quæ præceperit nobis deus faciem', & audiemus. Vel ita, & aliter distinguitur litera, Quàm terribilia sunt opera tua domine. Hic distinguitur litera. Non mutatur horum verborum sensus. In multitudine virtutis tuæ mentiuntur inimici tui. q.d. opera sunt terribilia. Quæ opera? Mentiuntur tibi inimici tui, & hoc, In multitudine virtutis tuæ. i. ad hoc mētientur tibi inimici tui, vt appareat potētia virtutis tuæ, quæ maximè apparuit in resurrectione, quam hic innuit, ad quam exclusis mendacibus Iudæis adhibentur gentes. Ex mendacio ergo Iudæorum qui dixerunt, Nobis dormientibus furati sunt eum discipuli; qui & prius in multis fuerant mentiti, dicentes, In Belzebub

Ex Aug. — Rom. 11 — Ex Hier. — Exod. 24 — Ex Aug. — Matt. 28. — Luca 11

elicit dæmonia: multa fit tua potentia. Solent mentiri inimici cuiusquam, vt potentiam eius minuant: tibi autem econtrà accidit, quia minus appareret potentia tua, si non mentirentur tibi inimici tui. Maxima potentia Christi, secundum hominem in resurrectione, vnde psalmus intitulatur, apparuit. Vnde hoc proprium signum potentiæ, scilicet resurrectionem commẽdat dominus de similitudine Ionæ, dicens, Sicut fuit Ionas in ventre ceti &c. Item, Soluite templum hoc, &c. Quo signo nihil est potentius. Fecerunt enim sancti, imo deus in eis fecit multa miracula, & homines resuscitare, & mortuos resurgere, item morituros: sed nullus in vitam æternam surrexit. Ad commendationẽ ergo huius potentiæ valuit mendacium Iudæorũ, quo ad crucem eum perduxerunt, vt sic resurgeret. Valuit & mendacium falsorum testium de soluendo templo: quibus creditũ est, & damnatur Christus: sed resurrexit, & illi falsi sunt. Accesserunt etiam mendacio, custodes sepulchri, qui probati sunt falsi. Auctus est & numerus mendacium, vt augeatur merces credentium. Mentiti sunt, & contra medaces apparuit Christus veracibus. Illis ergo relictis in mendacio,

Matth.12 · Ioann.2 · Matth.26

3 Omnis terra adoret te & psallat tibi: psalmum dicã nomini tuo.

Ex Hier. & Cass. TE] cuius potentiæ mẽtiti sunt, [ADORET] fide [OMNIS terra] loco eorum substituta, [ET psallat tibi] opere, [ET psalmum dicat] alijs, id est aliorum instructioni. Et hoc [NOMINI tuo] ô altissime, qui paulo ante humillimus eras inter mendaces. Ex Aug.

PARS II 4 Venite & videte opera dei: terribilis in consiliis super filios hominum.

Ex Cass. VENITE & videre] Secunda pars, vbi incipientes ad opera dei consideranda inuitat, vt vna fides iungat, quos vnũ premium expectat: vbi exponẽs illa opera aperte dicit resurrectionem pertinere ad gentes repressis Iudæis. q.d. Ex Aug. Inimici sunt mẽtiti. Et ô gentes, relinquite mẽdaces Iudæos. Et, [VENITE] confitentes peccata, [ET videte] id est cognoscite [OPERA dei] in quibus est terribilis, quia [TERRIbilis] est [IN consilijs] habitis [SVPER filios hominum, id est super Iudæos. Filij hominum habuerunt consilia perdendi eum: ille habuit consiliũ excæcandi superbos, vt post humiliarentur, & saluandi humiles. Et quid fecit? ecce hoc fecit consilio suo, Ipse est,

5 Qui conuertit mare in aridam: in flumine pertransibunt pede: ibi lætabimur in ipso.

Ex Aug. QVI conuertit mare] id est mundum amarum [IN aridam] scilicet vt sitiat aquam dulcem: & illi qui conuersi sunt in aridam [IN flumine pertransibunt pede] Flumen est mortalitas seculi, vbi alij veniunt, alij succedũt. Omnis qui de terra natus est, oportet vt cedat nascituro, & omnis ordo iste relabentium rerum, quasi quidam fluuius: sed qui in Christũ credit, trãsit pede, id est facile humilis transit, & tutius trãsit, non in equo superbiæ quærit transire. Et est, Cõuersi in aridam, Pertransibunt pede, id est facile, In flumine, id est in labenti mundo. licet enim eis remissa sint peccata: tamen in decursu immortalitatis adhuc sunt. Non enim mox im- Ex Alcu. 1 Cor. 15 mortales. Et [IBI] scilicet, cũm flumen transierimus, iam nõ mortales. [LAETABIMVR in ipso] deo, non in nobis, quando ipse erit omnia in omnibus. In quo ipso lætabimur? in eo, Ex Aug.

6 Qui dominatur in virtute sua in æternum oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis.

QVI dominatur &c.] Vel ita sine distinctione iunge literam, Ibi lætabimur in ipso qui dominatur [IN virtute sua] Idem sensus est. Aliter totum ab illo loco, Venite. q.d. terribilia sunt opera, quæ vt sciatis, Venite, vos longioqui. Et videte .i. agnoscite, Opera dei, in quibus est terribilis, quia, Terribilis, est, In consilijs, habitis, Super filios hominum. Et agit de actualibus operibus olim factis in populo Israel. quæ sunt ea opera subdit, Ipse est, Qui conuertit mare, rubrum, In aridam, ad literam. Et in flumine Iordane, Pertransibunt pede, sicco, filij Israel. &, Ibi, in operibus illis, Lætabimur. & hoc in idipsum, alia litera, id est in eorum significatis. non enim in illis operibus propter ipsa, sed propter eorum sacramenta, id est significata lætamur. cum ergo dicit in idipsum, iam sacramenta illorum operum ostendit, id est significata, in quibus lætantur Christiani. Maria nanq; trãsitus, baptismum significat: fluminis, quod mundus sine periculo potest transiri. Et in his lætantur Christiani. Et ipse est, Qui dominatur in virtute sua, [IN æternum] quod non homo. Nobis enim quæ virtus est? Num æterna? si æterna esset virtus nostra, non lapsi essemus, non cecidissemus in peccatũ: sed in eo erimus fortes, si eius participes simus. Et hoc non solum Iudæis præstat, quia [OCVLI eius super gentes respiciunt] id est illuminat gentes, ne prædictas promissiones putetis inanes. Vnde Iudæi [QVI exasperant] deum, vel prouocant in iram, alia litera, [NON exaltentur in semetipsis] id est, in genere, & in carnalibus obseruantijs, non exaltentur pro lege, quasi plus illis debeatur. Omnes enim peccauerunt, sed in se humiles exaltentur in Christo. Nota quod qui deum prouocat solet exaltari in se peccata sua volens defendere, quod prohibet hic,

Ex Cass. · Ex Hier. · Ex Cass. · Ex Aug. · Ex Cass. · Ex Aug. · Ex Cass.

7 Benedicite gentes deũ nostrũ: & auditam facite vocẽ laudis eius. PARS III διάψαλμα.

Ex Cass. BENEdicite gentes] Tertia pars, vbi monet gentes benedicere deum, qui licet probet persecutionibus, tamen tentationibus ducit ad regnum. Hæc enim videntur obuiare promissę resurrectioni. q.d. Oculi eius super gẽtes respiciũt, Et quia nos illuminauit, ô gentes [BENEDIcite deũ nostrum] in quo benedicimini. Vnde Ex Aug.

In ſemine tuo benedicẽtur omnes gentes.[ET]. Ex Alcu. alijs [AVDITAM facite] palam, vt qui diligit deum, diligat & proximum, ei annunciando quod vtile eſt, [VOCEM laudis eius] ſcilicet quam Ex Caſſ. dicit pater de filio, Hic eſt filius meus dilectus, Matt. 3 ac ſi diceret, Nõn vos ipſos, ſed eum laudetis, Ex Aug. cuius gratia ſumus quod ſumus. Eius laudis dico vocem.

8 Qui poſuit animam meam ad vitam: & non dedit in commotionem pedes meos.

Ex Aug. QVI poſuit animam meam ad vitam] quæ in morte erat in ſe, ſed in eo viuit. Hic enumerat quib⁹ cauſis prædicari debeat. Poſuit animã meam ad vitam, & poſtea opus eſt, vt perſeueret in finem. Et hoc dedit, [ET non dedit in commotionem pedes meos.] Quæ enim cauſa commotionis eſt tibi, ecce,

9 Quoniam probaſti nos deus: igne nos examinaſti ſicut examinatur argentum.

Ex Alcu. QVONIAM probaſti nos deus] vel ita continua, non dediſti in commotionem [QVONIAM Ex Caſſ. probaſti nos deus] non in præceps dediſti, ſed probaſti aduerſis. Et [IGNE] charitatis, qui nõ Ex Aug. ſinit ſentire tormenta. Vel, Igne, tribulationis, [NOS examinaſti] non in cinerem vertiſti, ſed ſordes abſtuliſti, nobis ignem adhibendo. Examinaſti dico, [SICVT examinatur argentum] non ſicut fœnũ, quod omnino comburitur. Et,

10 Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro: impoſuiſti homines ſuper capita noſtra.

Ex Aug. INDVXISTI nos in laqueum] id eſt in cãtbe Ex Caſſ. nas, nõ vt capti moreremur, ſed vt inde liberati experiremur. Lãqueus iſte nõ decipit, ſed probat. Et [POSVISTI tribulationes] id eſt Ex Aug. flagella; [IN dorſo noſtro] vt male erecti per ſuperbiam, ad humilitatem curuemur. Et [IMPOſuiſti] quia eius voluntate fieri permittitur, Ex Caſſ. [HOMINES] ſcilicet õcciſores [SVPER capi Ex Aug. ta noſtra] patimur enim ſuperiores quos nouimus eſſe peiores. Tu hæc omnia feciſti, & nos,

11 Tranſiuimus per ignem & aquam: & eduxiſti nos in refrigerium.

TRANSiuimus per ignem & aquam] id eſt Ex gl. int. pẽr aduerſa & ſuauia. A ſimili alicuius, nec æſtu nec pluuia, á via ceſſantis: ita & nos, nec proſperis, nec aduerſis tardamur, quæ per ignem & a- Ex Aug. quam ſignantur. Ignis namque vrit, id eſt aduerſitas: aqua corrumpit, id eſt proſperitas. Et attende congruum ordinem. Prius enim ignem, & poſtea aquam ponit. Vas enim igne ſolidatum, aquam non timet: ſi vero ſolidatum igne nõ fuerit, tanquam lutum aqua ſoluetur: ſic & tu igne aduerſitatis excoctus, proſperitatis aqua non diſſolueris. Inde eſt quod in ſacramentis eccleſiæ, ſcilicet in catechizãdo & in exorcizando prius adhibetur ignis, vnde ſpiritus immundus clamat, Ardeo: poſt venitur ad aquam baptiſmi, ab aqua in refrigerium. Quod autem in ſacramentis, hoc in tentationibus nobis fit. Si enim igne aduerſitatis coctus non crepas, nec proſperitatis aqua diſſolueris, in refrigerium tranſis. Vel ad literam, Per hæc elementa mors Ex Caſſ. martyrum ſæpe adimpleta eſt. [ET eduxiſti] ſpe [NOS] poſt æſtum tribulationum. [IN refrigerium] id eſt In requiem æternam, vbi eſt ignis Ex Aug. optabilis, qui totũ quod in nobis fragile eſt abſumit, vt nihil noſtrum remaneat, ſed abſorbeatur mors in victoria. Vnde ſubdit, &

12 Introibo in domum tuam in holocauſtis: reddam tibi vota mea quæ diſtinxerunt labia mea,

INTROIBO] tandem in re [IN domum Ex Caſſ. tuam] futuram. Ecce refrigerium, ecce hic dicit, quę bona dei ſint, cõtra pręcedẽtia mala. Introibo, [IN holocauſtis] i. vt me offeram conſpectui tuo. Vel, In holocauſtis, bõnorum operum Ex Alcu. prius in præſenti exhibitis, & tunc, ſcilicet cũ introibo, [REDDAM tibi cum] angelis [VOta mea] id eſt laudum, quæ hic voueo, id eſt promitto [QVAE] vota [DISTINXERVNT labia mea] Nõn reddit qui non diſtinguit, diſtinguit Ex Aug. ille qui dicit ſe nihil eſſe, deum omnia, & ſe deo egere, non illum ſe. Vel ita, Introibo in domum Ex Alcu. tuam, futuram. Et interim hic, Reddam tibi vota mea, ſcilicet meipſum. Quæ, vota, Diſtinxerunt labia mea, id eſt quæ ratio mea omnibus prætulit. Caim rectè obtulit, ſed non rectè diui Genes. 4 ſit: quia creaturam creatori obtulit, ſed ſe quod charius eſt, ſubtraxit. Dico, reddam vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea.

13 Et locutum eſt os meum in tribulatione mea

ET] quæ [LOCVTVM eſt os meum] id eſt Ex gl. int. cor meum .i. promiſit [IN tribulatione mea.] Ex Alcu. quia ſpe dulcis eſt tribulatio. Vẽl, Quę locutum eſt os meum, id eſt quæ hominibus manifeſtaui præualere omnibus alijs votis, In tribulatione mea, non victus tribulatione. Et, quid locutum eſt? ecce,

14 Holocauſta medullata offerã tibi cum incenſo arietum: offeram tibi boues cum hircis.

HOLOCAVSTA] vẽl ita cõtinua, Introibo Ex Aug. in holocauſtis, quia dum vixero [OFFERAM tibi holocauſta] mea, id eſt meipſum cũ medulla intimi amoris. Intus enim charitas mihi eſt, non in ſuperficie, vt eſt illis qui hominibus placent. Et hæc offeram tibi, [CVM incenſo arietum] id eſt cũm oratione apoſtolorum, qui ſunt Ex Hier. & Caſſ. duces gregis, quia deo placet, quod traditione eorum fit. Vel ſecundum aliam literam, quę eſt, Ex Aug. Cum incenſo & arietibus. Et eſt, Offeram tibi holocauſtum cum incenſo, quod eſt oratio, q. d. cum oratione. Et hoc faciam, Cum arietibus, id eſt cum apoſtolis, quia duces gregis, maximè o-

rãs pro grege. Et [OFFERAM tibi boues] scilicet doctores, qui in vinea domini operantur, [CVM hircis] id est cum peccatoribus, qui peccata eleemosynis redimunt. Si enim triturantes offerunttur, non tamen remanẽt peccatores: sed per pœnitentiam sanati, offeruntur & ipsi non per se, sed potius adiuncti bobus, quia fecerunt eos sibi amicos de mammona iniquitatis. Vel ita, Holocausta offeram tibi boues cum incensu arietum, alia litera, id est cũm incensione &
Ex Alcu. destructione bestialitatis, ac repugnãtiæ. Vel, Offeram tibi boues, id est ceruicositatem. Cum hircis, id est cum petulancia, hæc in me mactando vitia.

15 Venite, audite, & narrabo om-
PARS tertia. nes qui timetis deum, quanta fecit animæ meæ.

Ex Caß. VENITE] Quãrta pars, vbi iam expositis omnibus: item monet non iam rudes, sed deuotos, vt suæ liberationis exemplo amplius confidant in domino, bẽnedicens eum de exauditio-
Ex gl. int. ne. q. d. Ita ego facio, & ô vos gentes [OMNES venite] fide, & [AVDITE] mente, [ET narra
Ex Aug. bo] Vos dico [QVI timetis deum] Si enim deũ non timetis, non narrabo, nec vos audietis, quia timor dei aures aperit. Narrabo [QVANTA fecit animæ meæ.] Si vultis eadem faciet animæ vestræ. Deinde exponens quanta fecit animæ suæ, subdit,

16 Ad ipsum ore meo clamaui. &
Ex Aug. exaltaui sub lingua mea.

AD ipsum ore meo clamaui] q. d. hoc fecit animæ meæ, vt clamarem ad ipsum, cum gentes ad idola muta clament, [ET] hoc fecit qđ [EXALTAVI sub lingua mea] id est quod intus habeo, extra loquor. Et est sensus, Clamaui & exaltaui, id est ipsum publicẽ prædicaui, & in se
Ex Caß. creto confessus sum, quod in ore, hoc in corde habeo. Indẽ holocausta sũt medullata, his duobus perfectus est Christianus. Et hoc fecit, qđ,

17 Iniquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiet dominus.

Ex Aug. INIQVITATEM non aspexi in corde meo] quia [SI iniquitatẽ aspexi in corde meo] non ideo dicit hoc, quod non suggeratur ei, sed non amatur, id est non dilexi iniquitatẽ in corde meo. Multi enim apud se amãt, quod in alijs damnant, erubescentes forte propter homines.
Ex Alcu. Si, inquam, aspexi iniquitatem in corde meo, [NON exaudiet] me [DOMINVS] qũia sic, id est non aspiciendo iniquitatem. Puritas orationis auditur, & non aliter. Et nota quod ait, In corde meo. Suum enim cor est, quando non est peruersum. Ecce proponit iste meritum, vt discant alij prius laborare, quàm præmium quærant. Inde de præmio subdit,

18 Propterea exaudiuit deus: & attendit voci deprecationis meæ.

Ex Caß. EXAVDIVIT] q. d. qũia iniquitatem non aspexi, [PROPTEREA exaudiuit me deus, &
Ex Aug. attendit voci deprecationis meæ.] Eccẽ vi-
cissitudo, intendentem intendit deus, hæc bona fecit deus animæ meæ. Vnde,

19 Benedictus deus, qui non amouit orationem meam & misericordiam suam à me.

BENEDICTVS] sit [DEVS] qũia sic perueni spe ad resurrectionem [QVI non amouit Ex Aug.
orationem meam & misericordiam suam à me] sed perseueranter facit orare, vt non in oratione tepescam, & perseueranter miseretur. Si non amota est oratio, securus esto, quod nec misericordia, quæ si differt quod dandum est, non aufert. Hæc ẽnim duo connexa sunt: si non su- Ex Caß.
spenditur oratio, non protelatur misericordia.

COLLATIO

In psalmum 65. Iubilate deo omnis terra.

4 TERRIBILIS in consilijs super filios hominum.] Sanctes dicit, Terribile opus. Pratẽsis, Munsterus, & interpretes pro Caietano, Terribilis opere. נוֹרָא עֲלִילָה nora alilah. Prior particula potest referri ad deum aut ad opus, vt sit varia structura sensu perseuerante. Rursus עֲלִילָה alilah non simpliciter importat opus, sed est adinuentio studiosa: eóque apposite versum est consilium. Et Chaldæus habet, Anthor adinuentionum. Hinc Hier. Terribilis consilijs, quem sequuntur Pellicanus & Campensis.
6 QVI dominatur in virtute sua in æternũ.] Faber & Cæcus tradunt hic non agi de æterna dei potestate, sed temporali dominatu: suũ iudicium formantes ex versione Hieron'. Qui dominatur in fortitudine sua seculo. q. d. Qui suo imperio hunc gubernat mũdum. Atqui vocula hebræa עוֹלָם olam, quæ hic habetur, haud impropriẽ significat perpetuitatem, & maximẽ cũ litera vau. Quod autem ex diametro pugnent aduersus Hieronymum, certũ est ex ipsissimo, Faber nõ
(vt ita loquar) clare demonstrare. Is interpreta intelligit
tus illud ad Gala. 1. Vt eriperet nos de præsenti Hierony.
seculo malo, in hunc modum disserit. Quærendum quoque quid sit inter seculum, & seculum seculi, siue secula seculorum: & vbi pro breui tẽporis spatio, vbi pro æternitate ponatur, quia in Hebræo seculum, id est עוֹלָם olam, vbi vau ו, literam positam habuerit, æternitatem significat. Vbi vero sine vau ו, scribitur, annum quinquagesimum, quem iubileum vocant. Ob hanc causam, & ille Hebręus qui propter vxorem & liberos amans dominum suum aure pertusa seruitio subiugatur, seruire iubetur in seculum, hoc est vsque ad annum quinquagesimum. Hactenus Hieronymus.
10 INDVXISTI nos in laqueum.] Hiero. & Nebiensis vertunt obsidionem. Alij translatores nobis cõsonant, sed Hieronymus accepit מְצוּדָה metzudah, à radice מָצַד matzad, qđ est obsedit. Alioqui à themate צוּד tzod, laqueũ propriẽ significat.

POSVISTI tribulationes in dorso nostro.] Hieronymus alludens ad flagella, posuit stridorem, sic & Nebiensis, alij cathenam: nonnulli angustiam in lumbis nostris, nec alid declinat res ipsa.

IMPOSVISTI homines super capita nostra.] הִרְכַּבְתָּ hircabta, id est equitare fecisti, vt esse runt Sanctes Nebiensis, & pro Caietano interpretes. Hieronymus & alij neoterici agnoscētes locutionem figuratam stant à nobis. Vnde translator ad Campensem, Imponis velut iumento &c.

12 EDVXISTI nos in refrigerium.] Quomodo & Hieronymus, Pellicanus & Campensis, Sanctes, In terram irriguam. Sic Caietani doctores. Pratensis, Abundantiam. Munsterus, In locum vberem. Nebiensis, saturitatē. Chaldæus, latitudinem. Sed hæc quid sonant, quàm opulētam requiem, per refrigerij symbolū insinuatam? Et translator ad Campensem dicit, refrigerium.

14 HOLOCAVSTA medullata offeram tibi cum incenso arietum.] Hieronym. ad Suniam & Fretellam docet malè haberi in Græco cum incensu & arietibus, μετὰ θυμιάματος κριῶν. quia Heb. עִם קְטֹרֶת אֵילִים im quetoreth elim.

16 EXVLTAVIT sub lingua mea.] Hebr. habet, וְרוֹמַם veromam, hoc est, authore Hieronymo, exaltaui. Vel (vt alij volunt) exaltatus est, videlicet à me, eóque exaltaui. Et græcè legitur, ὕψωσα. Vnde nolo stulta contentione defendere typographorum deprauationem. Et apparet antiqua exemplaria habuisse exaltaui, quum glosa marginalis adscribat, aliàs exaltaui. Vnum tamen scio, quod quantum ad sensum rei pertinet, exultare quandoque vsurpari pro exaltare siue laudare. Quod ne diffidas. Chaldæus interpretatur, Laus eius sub lingua mea. Rursus psalm. 58. versu 19. Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exultabo mane misericordiam tuam: græcè ponitur ἀγαλλιάσομαι, & non ὑψώσω, ne quis putet esse aberratum in exultabo pro exaltabo. quanquam sententia eò tendat: quam Hebræi dicunt illic, laudabo אֲרַנֵּן arannem. Proinde si exultare sit cum exultare laudare, vt est illud psalm. 50. Exultabit lingua mea iustitiam tuam. ἀγαλλιάσεται ἡ γλῶσσά μου τὴν δικαιοσύνην σου, nihil video periculi. Si legamus, Exultaui sub lingua mea, quanquam ad verbum rectius esset exaltaui. Nec tamen velim contentionibus deseruire.

LXVI. PSALM. TIT.

In finem in hymnis, psalmus cantici Dauid.

DEVS misereatur nostri.] Titulus. [IN finem in hymnis, psalmus cantici Dauid.] Ex Cass. Pōst canticum resurrectionis, suam Propheta subdit deprecationem: orans vt benedicti ad dei cognitionem ducantur & prophetans benedictionem omnium gentium per aduentum Christi, vnde monet eum laudare. Et est sensus tituli, [PSALMVS] iste, qui monet ad bene operandum, est [CANTICI] quia hic est exultatio de benedictione, & mittēs nos [IN finem] id est in Christum. Et est [IN hymnis] id est in laudibus exhibendis. [DAVID] id est Christo. Ex gl. int. Intentio. Monet ad laudem. Ex Cass. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo, precatur benedici, vt habeatur notitia saluatoris. Secundo, hortatur cōfiteri pro directione & iudicio, ibi, Confiteantur. Tertio, eadem admonitio ponitur, sed ad aliud tendens, ibi, Confiteantur. Et quia in præcedēti psalmo monuerat nos benedicere deum, quod non possumus, nisi ipse prios benedicat nos. Ideo hic precatur benedici, dicens,

DEVS misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

DEVS misereatur nostri & benedicat nobis] Ex Aug. Prius enim in nobis est benedictio dei, quæ est quasi pluuia, terram nostræ mentis irrigans. Inde nos benedicimus eū, quod est quasi fructus, & in vtroque nos crescimus, non ipse. Dicat ergo desiderans pluuiam dominicæ benedictionis, [DEVS misereatur nostri] prius, [ET] post [BENEDICAT nobis] prius enim miseretur deus Ex Cass. errranti, reducendo ad viam. Pōstea benedicit, Ex Alex. bonis augendo, Benedicit enim creator creaturæ, multiplicando numero & merito. Benedicit creatura creatori, corde, voce, & opere laudando, & omne bonum quod habet ei ascribendo. Sed quia multi volunt benedici copia rerū temporalium, scilicet prole, & alijs huiusmodi, quæ quidem omnia sunt à deo, sed communia sunt bonis & malis, addit quod proprium est iustis, [ILLVMINET vultum suum &c.] Hæc est benedictio dexteræ, quæ tantum bonorū est. Illa est benedictio sinistræ, quæ communis est bonis & malis. Ex Aug. Si enim solis bonis deus daret bona seculi, putaret malus propter hæc colendū esse deum. Quod si solis malis daret, timeret infirmus ad deum conuerti, ne hæc deessent sibi, quem nutrit prius agricola, non subtrahendo illa. Dat ergo bonis, vt consolentur intrantes: Dat & malis, vt discant boni quærere alia non communia malis. Tollit ea bonis, vt probent se fortes sicut Iob: tollit ea malis, vt infirmus non timeat perdere quæ perdit: & malus, cui nihil remanet intus. Hic vero si persistat, habet intus quo se consoletur. Aliter enim erit vtrobique vacuus. Ecce cur ista dantur. Vel tolluntur communiter bonis & malis. Iste ergo benedictionem dexteræ desiderans, ait, Illuminet-q. d. ita benedicat, vt Illuminet vultū suum super nos. i. ostendat deus pater vultum suū nobis. s. clāritatē filij sui, qui est vultus patris. Illuminet nos, vt Ex Cass. ab eo capiamus lucē, quia nemo potest eū videre, nisi qui claritate vel charitate eius perfusus

Ex Aug. est. Nō ideo dicitur, Illuminet vultū suum, qđ
vultus eius qui est lumen de lumine, sit sine lumi
ne. Sed ideo vt id quod est, reueletur super nos.
Et ideo dicit nō simpliciter, Illuminet vultum
suū, sed addit, Super nos. Vel ita, vt per vultū ac
cipiatur imago dei quā nobis impressit.i.ratio.
Et est, vultū suum, impressum, Super nos.i. ima
ginē suam.s.rationē animę nostræ impressam. Il
luminet, sapientia, ne ipsa sit in tenebris, ut scia-
mus nos factos ad imaginē dei, & si à nobis de-
formata est, ab ipso reformetur. Et misereatur
Ex Cass. nostri, ecce vnde incepit. Misericordia enim in-
cipit, misericordia nos conseruat. Illuminet
ad hoc,

2 Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum.

Ex Aug. VT cognoscamus] ô deus [VIAM tuam].i.
quæ ad tē ducit.i.quò & quà eamus, quod in te
nebris fieri nō potest.i.Christū, [IN terra] .i. in
hac vita, sicut in cælo est. In qua terra? s. [IN o-
mnibus gentibus] quam viam? [SALVTARE
tuum], id est Christum.

PARS II 3 Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes.

Ex Cass. CONfiteantur] Sēcunda pars, vbi post noti-
tiā hortatur cōfiteri deo, pro directione & iudi
Ex Aug. cio.q.d. Et quia cognoscitur Christus in genti
bus, quæ viā inuenerūt, [CONfiteātur tibi &c.]
Vel ita cōtinua, dico cognoscamus, & cū cogno
uerint, ô [DEVS confiteātur tibi populi].i.se ac-
cusent & te laudēt. Et nō tantum populi terræ
vnius, sed [OMNES populi confiteantur tibi.]
ne dicatur ecclesia non vbique diffusa, & si cō-
fitentur.

4 Lætentur & exultent gentes: quoniam iudicas populos in æquite, & gentes in terra dirigis.

Ex Aug. LAETentur] quia hæc cōfessio nō ducit ad pœ
nā, quia qui iam cōfessi sunt, nō timent futura
iudicia, tanq̄ ibi damnandi, quibus Christus est
aduocatus, indultor, nō vindex, non vltor, [ET
exultent gētes] quia bonus est, cui cōfessio fit.
Ex Cass. Nām & cōfessos liberat, & superbos damnat. Vn
de cōsequenter subdit, cōuertens sermonem ad
ipsum, [QVONIAM iudicas].i. iudicabis in iudi-
Ex Aug. cio futuro [Populos in æquitate] & æquitas il
la nō est timenda bonis, quia modo dirigit illos.
Vnde subdit, [ET GENTES in terra dirigis]
ad bona.

PARS III 5 Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Ex Cass. CONfiteantur] Tērtia pars, vbi eadem ad-
monitio ponitur, sed ad aliud tendens, ad hoc
.s.quod terra dedit fructū, vt & si idē initium sit,
Ex Aug. sensus tamen ad diuersa tendat. Gaudens igitur
ait, [CONfiteantur tibi populi deus, cōfiteantur
tibi populi omnes] Rēpetit eadē quæ supra di-
Ex Cass. xerat in exhortādo, adiiciens aliam rē.s.de fru-
ctu terrę, & frequentato verbo postulat nos be-
nedici, vnde sequitur, [TERRA dedit] q.d. ideo Ex Hier.
cōfiteantur, quia, Terra dedit [FRVCTVM suū]
.i. Maria genuit Christū, hæc terra de nostro li-
mo, de nostro luto, de Adam dedit florē primū,
qui ait, Ego flos campi, & lilium cōuallium. Iste Cant. 2
ergo flos fructus factus est, vt illum ederemus, vt
carnem eius māducaremus. Iste ergo fructus est
virgo de virgine, dominus de ancilla, deus ex ho
mine, filius ex matre, fructus de terra: & in hoc
fructu, & in hoc semine.

6 Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus, & metuāt eum omnes fines terræ.

BEnedicat nos deus] Vēl ita, Terra.i.homo, Ex Hier.
Christus Dedit fructū suū.i.reparationē, benedi
ctionē. Vnde, Bened. nos de⁹. Vēl ita, vt p terrā Ex Aug.
accipiatur ecclesia, quæ prius spinis plena erat,
sed accessit vocatio diuinæ maiestatis, & sic p- Ex gl. int.
tulit fructū bonū.s. tricesimū, sexagesimum, &
centesimū. Et hoc est, Terra, quæ prius spinas
germinabat.i.ecclesia, Dedit, cōfitendo, Fructū Ex Aug.
suum.i.bona opera, in Hierusalem dedit primo,
iam fructū, quia primo ibi cōpleta, dato spiritu,
ibi facta sunt miracula, linguis omnium sunt lo
cuti, conuersi omnia sua distribuebāt pauperi-
bus, sed non illa sola, quæ est in Hierusalem hoc
debet, imo, Benedicat nos deus, etiā &c. Vel ita
continua, terra dedit fructū, sed nō nisi per be- Ex Hier.
nedicentē deum, ideo vt fructū demus, [BENE-
dicat] etiam [NOS deus] pater, [DEVS] filius [NO
ster] non gentium, [BEnedicat nos] etiam atq;
etiā multiplicet [DEVS] spiritus sanctus, per hoc
enim qđ ter dicitur deus, notatur trinitas perso
narum: per hoc quod dicit eum, & nō eos nota-
tur vnitas. Vnde sequitur, [ET metuāt eum] q.
d. ad quid valet benedictio? ad metum. Et ideo, Ex Aug.
[OMNES fines terræ] metuant eū, quia veniet
iudex, qui prius humilis: agnoscamus humilē, vt
nō expauescamus excelsum. Ecce metus dei inter Ex Cass.
alia beneficia postulatur, vt credita cautè custo-
diantur, timor dei incipit & cōsummat. Qui ti
mere nouit, amare nō desinit. ¶ Psalmus iste in
matutinis laudibus illi psalmo adiungitur, qui
tertio loco cantatur, quia in hoc psalmo benedi
ctio trinitatis imploratur, cuius vna eadémque
est sine diuersitate essentia. In psalmo quoq; il-
lo.s. Deus deus meus, ad te de luce vigilo, sitis
atq; ariditas exponitur. In isto vero, dominicæ
benedictionis pluuia ad reficiendam sitim postu
latur, ideoque coniunctim cantatur.

COLLATIO

In psalmum 66. Deus misereatur nostri.

1 Clausula in fine resumpta, Et misereatur no
stri, est addititia ad feruentiorem affectum ex- Lxx inter
citandum, quod licere Lxx interpretibus nō est pretum li
insolitum certo consilio, & si nobis ignoto. Nā bertas.
video sæpius alios, nonnullos appendices subte
xere, qui aut diuersum faciunt sensum, aut cer-

Ex Aug. ſus enim mortis .i. vitiorum & peccatorũ cedis
illi ſuper quẽ ſol iuſtitiæ oritur, qũia nõ eũ exci
pit noua vita, niſi vetus occiderit. Vel, Aſcendit
Ex Iſido. ſuper occaſum, quia reſurgẽdo caſum corporis
in cap. 7. vicit. Mõrte quippe ſua, mortem noſtrã cõſum
Exod. pſit, vnde ſerpens Moſi ſerpẽtes magorum Pha
Ex Caſs. raonis abſorbuit: & nẽ dubites quis iſte ſit, quia
Ex Aug. [DOMINVS] eſt [NOMEN] eſſentiale [ILLI]
1 Cor. 2 quem vt cõmunem hominẽ Iudæi occiderunt,
Matth. 21 qui eſſentialiter domin⁹ eſt. Quod ſi cognouiſ-
ſent, nunq̃ dominũ gloriæ crucifixiſſent. Vnde
ait dominus duobus diſcipulis, quos miſit in ca-
ſtellum, Et ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite
quia dominus his opus habet. Et etiam dum fa
ciendu iter occurrunt triſtia.

5 Exultate in cõſpectu eius: turba
buntur à facie eius patris orphano-
rum, & iudicis viduarum.

Ex Aug. EXVLTATE] nõ mõdo nõ deficiatis, [IN
Ex Caſs. conſpectu eius] nõ hõminum .i. in cõſideratio-
Ex Aug. ne præmij futuri, quæ ærumnas mitigat. Ideo,
Exultate, quia qui vos turbant in cõſpectu ho-
minum [TVRBABVNTVR à facie eius] cuius eius?
[PATRES orphanorum] q.d. nõ eſtis deſtitu-
ti vt putatur. Orphani ſunt quibus mortuus
eſt pater .ſ. mundus & diabolus, & mater concu-
piſcẽtia [ET iudicis viduarũ] .ſ. ſpe ſeculi caren
Ex Alcu. tium, quibũs etiã error maritus moritur, in qui-
Ex Aug. bus talibus deus habitat, quos colligit, quos tra
hit, quia de viduis & orphanis facit ſibi tẽplum,
in quo eſt de quo ſubdit,

6 Deus eſt in loco ſancto ſuo, deus
qui inhabitare facit: vnius moris in
Ex Aug. domo.

DEVS EST in loco ſancto ſuo] in quõ lo-
co? nõ extra nos, ſed in nobis, [DEVS] enim eſt
Rom. 9 [QVI inhabitare facit] homines [VNIVS mo
Eſaiæ 66 ris in domo] .i. Vnanimes vnum ſentientes col-
ligit in vnum. Iſte eſt locus ſanctus dei non o-
mnes qui ſunt in domo, in qua ſunt etiam va-
ſa cõtumeliæ. Ipſe ergo ſibi locũ ædificat in quo
maneat, qui nõ requieſcit niſi ſuper humilẽ &
quietum. Hunc autem locum gratia ædificat,
non meritis. Vnde ſubdit,

7 Qui educit vinctos in fortitu-
dine: ſimiliter eos qui exaſperãt, qui
habitant in ſepulchris.

Ex Aug. QVI educit vinctos] qũia ſoluit vincula pec
Pſal. 115 catorũ. Vnde alibi, Dirupiſti vincula mea [IN
fortitudine] ſua, per quam fortes ſunt qui
Ex Caſſ. ante non erant. Vel, Educit, de inferno, Vin-
ctos, qui ibi tenebantur ad cælũ, In fortitudine,
ſua, qua fortẽ .i. diabolum alligauit. [SIMILITER]
Educit [EOS qui exaſperant] .ſ. blaſphemos in
Ex Aug. deum. Vel, Qui exaſperant, perſequẽdo bonos,
& reſiſtendo iuſtitiæ, cum ſint omnino mor-
tui in operib⁹ mortuis. Vnde ſequitur [QVI habi
tãt in ſepulchris] .i. in carnalibus & fœtidis, &
mortuis operibus ſepulti ſunt, vt nec velint, nec
poſsint ambulare. Vincti vero volunt, ſed non
poſſunt, & hi tamen ſoluuntur per gratiam &
illi ſuſcitantur.

8 Deus cum egredereris in cõſpe PARS II. diapſalma.
ctu populi tui: cum pertranſires in
deſerto. Ex Caſſ.

DEVS] Secunda pars, vbi agit de verbo euan
gelij exhibito hominib⁹ per egreſſum Chriſti .i.
per incarnationẽ Chriſti. q.d. Vere Educis, quia
ò [DEVS cum egredereris] vel egredieris, alia
litera. [IN cõſpectu populi tui] .i. cũ appareres Ex Aug.
hominibus per opera tua. Egreditur enim deus
cũ apparet in operibus, ſed nõ niſi his qui norũt
eius opera intueri. Hi ſunt populus eius, hæc .ſ.
quod vinctos ſoluit, quod mortuos ſuſcitat. Et
[CVM pertranſires] vel pertranſieris, [IN deſer
to] vel tuũ .i. ad gẽtes .i. cũ prędicaueris gẽtibus.

9 Terra mota eſt, etenim cęli di-
ſtillauerunt à facie dei Synai: à facie
dei Iſrael. Ex Aug.

TERRA mota eſt] .i. terreni ad fidẽ excita
ti ſunt, ſed vnde hoc? [ETENIM] .i. quia, [CAELI]
.i. apoſtoli, [DISTILLAVERUNT] pluuiã .i. gratiã. Et
hoc [A facie dei] .i. nõ à ſe ſed à deo, qui in illis
eſt. [MONS Syna à facie dei Iſrael] ſubaudi di-
ſtillauit. q.d. Et præ alijs, Mõs Synai, alia litera,
Diſtillauit à facie dei Iſrael .i. Paulus apoſtolus 1 Cor. 15
gẽtium, qui plus omnibus ſtillauit doctrinę gut Galat. 4
tas, qui bene ſignificatur per montẽ Syna, quia
prius fuit geminatus, vel generatus in ſeruitutẽ
ex lege, quæ fuit data in mõte Syna. Vel ita ſe-
cundũ eandẽ literã, quæ eſt, Mons Syna à facie
dei Iſrael .ſ. diſtillauit. Idẽ ſunt cæli & montes .i.
iidem .ſ. apoſtoli ſignificãtur per cęlos & mõtes,
nec tamen dicit montes: ſed mons idem ſignifi-
cans ſingulari numero qđ plurali, ſicut & alibi
cũ dicitur, Cæli enarrãt, & firmamentũ annun Pſalm. 18
ciat, idẽ ſignificat per cælos & firmamẽtum. Et
eſt, Mons Syna .i. apoſtoli, A facie dei Iſrael di-
ſtillauerũt. Quidam tamẽ libri Gręci & Latini,
qui nõ habent talem literã .ſ. Mons Syna à fa-
cie dei Iſrael, ſed habẽt, A facie dei Syna, vel Sy
nai, A facie dei Iſrael. Et eſt ſenſus, Cæli .i. apo-
ſtoli, Diſtillauerunt à facie dei, cuius dei? Dei Sy
nai, vel Syna, A facie dei Iſrael .i. qui legẽ dedit
populo Iſrael, quia qui dedit per Moſen legem,
qua terreret, dat & per apoſtolos benedictionẽ,
qua liberet. ☞ Pſalmodia Rom. legit, mons Sy
na cum Augu. & Caſſ. LXX quos ſequimur non
habent, mons, varietas videtur orta ex vocula
Heb. זה zeh, quod eſt pronomen demonſtrati-
uũ, vnde potuit intelligi, hic mons, vel hoc eſt
in Syna, vt vertit Hiero. qui ſecũdo loco ſemel
ſolũ repetit dei, & ſi in Heb. nũc bis dicatur, dei,
dei Iſrael. ☜ Quid diſtillauerunt?

10 Pluuiam voluntariam: ſegrega
bis deus hæreditati tuæ, & infirma
ta eſt: tu vero perfeciſti eam.

PLVVIAM] .i. doctrinã, ſpiritus ſancti gra-
tiam [VOLVNTARIAM] quæ ſine meritis datur
ſola dei volũtate: voluntariè quippe genuit nos
verbo veritatis. Et hãc pluuiam [SEGREGABIS]
vel ſegregaſti, ò [DEVS hęreditati tuæ] .ſ. fide-

Ex Aug. libus, in quos pluuia proflua irrigatione descen
2 Cor. 12 dit, [E T] illa hæreditas [I Nfirmata est].i. agno-
uit se nihil esse ex se. [T V vero perfecisti eam]
quia virtus in infirmitate perficitur. Et,

11 Animalia tua habitabūt in ea: pa
rasti in dulcedine tua pauperi deus.

ANIMALIA tua].i. gētes mãsuetæ [H A B I
tabunt in ea] hęreditate.i. erunt illa hæreditas.
Ex Aug. ¶ Hęc omnia mysticè leguntur, ita vt diximus,
Exod. 13 sed secundum figuram .i. secundum historiam, à
quibusdã sic accipitur, Deus cũ egredereris in
cũspectu populi tui, & cũ pertrãsires in deserto,
coram Israel in columna ignis & nubis, Terra
mota est .i. homines visis miraculis. Etenĩ cæli
distillauerũt, manna.s. A facie dei Synai, à facie
dei Israel, quia cælitus datum est manna, quod
subsequenter vocat pluuiam, dicẽs, Pluuiam vo
lũtariam, quæ.s. satisfaciebat voluntati Iudæo-
rum, Segregabis, ô, Deus hæreditati tuę, quia so
li Israel data est hæc pluuia. Israel autẽ infirma
tus est fastidio illius cibi, desiderans carnes Ae-
gypti. Vnde sequitur, Infirmata est, tu vero per-
fecisti eam, quod ad literã stare nõ potest, quia
populus ille percussus est à deo nõ perfectus. per
illa nanq; murmura atq; fastidia ingens plaga
secuta est: omnes in eremo prostrati sunt, non
introierunt terrã promissionis, pręter duos. Per
hoc ergo mittit nos ad mysterium, quod primo
executi sumus. Vel forte ita etiam secũdum hi-
Galat. 4 storiam accipi potest, vt per montem Syna lex
accipiatur, quæ in seruitutem generat. Et est, ô
Deus cum egredereris in cõspectu populi tui, in
columna nubis in die, & ignis in nocte. Et Cum
pertransires in deserto, ad literam. Mons Syna,
idest lex Moysi, quæ data est in monte Syna, A
facie dei Israel, distillauit. Etenim.i. quia, Cæli
distillauerunt, ipsam legẽ, dum dominus ad Mu
sem loqueretur. Vnde, Terra mota est, quia tur
bantur homines legem implere nõ valentes. Et
hæc lex est pluuia, quã soli Israel dedit. Vnde se-
quitur, Pluuiam volũtariam. i. legem quã popu-
Exod. 24 lus desiderauit, dicẽs, Omnia quæcunq; dixerit
Rom. 5 nobis dñs faciemus, & audiemus. Ed alibi, Non
deest qui impleat, sed deest qui iubeat, Segrega-
bis deus hęreditati tuæ, quia soli Israel data est.
Et infirmata est, vel lex vel hæreditas. Lex, quia
minatur nec adiuuat, & ita infirmos facit. Hęre
ditas.i. populus infirmatus est, quia abundauit
delictũ data lege. Tu vero, ô deus, Perfecisti eã,
vel legem per spiritũ sanctum datã, quo reserata
sunt legis sacramẽta: vel hęreditatẽ.i. populum,
in quo post delictũ superabũdauit gratia. Vnde
Psalm. 58 alibi, De execratione & mendacio, annunciabũ
tur in cõsummatione. Et, Animalia tua, tibi sub-
dita, nõ sibi libera.i. gentes cõuersæ, Habitabunt
in ea, hæreditate vel lege. ¶ Aliter totũ, & legi-
Ex Cass. tur cõiunctim secundũ historiam, & secũdum al
legoriam, in patre. q. d. Verè ô deus educis, quia
hoc præfiguratũ est. O, Deus cum egred. in cõ-
spectu pop. tui, & Cũ pertrãs. in deserto, ad lite
rã, Egressus est deus corã Israel, dũ in columna
nubis & ignis apparuit, & in deserto manna fa-
ciauit. Allegoricè egressus est dũ apparuit ho-
minibus per humanitatẽ. Vel dũ educit vinctos
& suscitat sepultos, trãsijt in deserto cũ ad gẽtes
venit: & tunc, Ter. mo. est, quia tũc terreni vidẽ
do mirabilia tãta moti sunt. Etenĩ cęli dist. mã-
na, quia in modũ stillicidij manna de cælo de-
scendit. Et hoc, A facie dei, cuius pręsentia per
columnã noscebatur. Et mons, Syna à facie dei
Israel fumauit, alia litera, quãdo.s. Moses ibi legẽ
accepit. Pluuiam. hoc est quod cæli distillaue-
runt, Pluuiam.s. manna, Volũtariam.s. quę satis-
faceret voluntati illius gentis auidè comedẽdi.
Segregabis, ô, Deus hæreditati tuæ: quia nõ alijs
gentibus dedit quod tũc Iudęis, & infirmata est
hæreditas ad tẽpua, dum Christo nõ credit. Tu
vero, ô deus, Perfecisti eam, hęreditatem, dũ gen
tes ad supplementum admisit: postea subdit, Vn
de perfecisti, Animalia tua.i. gentes quę tuę sunt
dũ credũt. Habitabunt in ea, hęreditate.i. in ec-
clesia. Quę vero sint illa animalia, & quomodo
habitẽt, exponit. q. d. Quomodo hoc fiet? ecce,
ô [D E V S parasti] hoc [P A V peri] quĩ in se in- Ex Aug.
firmus est.i. ad hoc prædestinasti pauperẽ, vt sit
in tua hæreditate. Pẽt hoc notat prędestinatos, Ex Cass.
qui ab origine mundi pręparati sunt. Et hunc nõ
in illius facultate, sed [I N dulcedine tua] nõn Ex Aug.
seculi quę amara est, sed in ea.s. quam das. Dul-
cedo dei est, qua fit bonum nõ timore pœnę, sed
amore & dilectione iustitiæ. Per quos hoc
fiet? per euangelizantes, quibus

12 Dominus dabit verbum euan
gelizantibus in virtute multa.

DOMINVS dabit verbum] Et hõc est, Do Ex Aug.
minus, pater vel Christus, Dabit verbũ].s. ciba-
ria quibus pascantur animalia sua, [E V A N G E
lizantibus] Ecce quid operantur animalia, euã-
gelizant.s. & hoc [I N virtute multa].s. in mul-
ta constantia fidei. Vel, Virtute multa.s. miracu- Ex Cass.
lorum. Aliter secũndum aliam literam, Domi- & psalmo
nus dabit virtutes multas euangelizandi ver- dia Rom.
bum. Quis dominus?

13 Rex virtutum dilecti dilecti: &
speciei domus diuidere spolia.

REX virtutũ dilecti].s. vnici filij.i. pãter qui Ex Aug.
est rex virtutũ filij, quia ab eo regitur, eiq; mili-
tat virtus, à quo datur, & accipit virtutes mira-
cula, & virtutes mẽtis. Vel ita vt sit idẽ rex virtu
tũ & dilectus.s. Christus. Et est, Quis dñs? Rex Ex Hier.
virtutũ dilecti.i. Christus rex virtutũ suarum.i. Ex Aug.
apostolorum suorũ, & dicitur hoc more veteris
scripturæ. sicut legitur in vet. test. fecit Moses,
sicut præcepit dominus Mosi. Vel ita, Rex vir-
tutũ dilecti, qui est pater angelicarũ virtutum,
quæ sunt & ipsius dilecti, quia eis imperat &
ipse dilectus. Deinde repetit, [D I L E C T I] quod
fit ad cõmendationem. sed nõ est hæc repetitio Repetitio
in omnibus libris, sed siue sit siue nõ, hic est sen non est in
sus, Dilecti, nõ solum ad alta, sed [E T] .i. etiam, Græco.
[D I V idere].i. ad diuidẽda [SPOLIA] .i. ereptos
à diabolo, quos diuisit, alios apostolos, alios p-
phetas faciendo. Spolia dico, [SPECIEI domus]
id est quæ diuidendo fecit ecclesiam speciosam.
Vel ita, Dominus dab. ver. euan. & etiã dabit eis,
Diuidere spo. speciei domus. Vel secũdũ hoc di
stinguitur pręcedens litera, ita, Rex virtutũ dile

ƈi dileƈi. Hic diſtingue, Et ſpeciei domus diui-
dere ſpolia.

14 **Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargẽtatæ: & poſteriora dorſi eius in pallore auri.**

SI dormiatis inter medios cleros.] Prius ſin
Ex Aug. gulorum verborum ſententia eſt animaduerten
da, deinde ordo conſtructionis verborũ. Colum
ba eſt eccleſia, de qua dicitur in canticis, Vna eſt
Cant. 2 columba mea, hæc eſt deargentata, id eſt diuinis
eloquijs erudita. Per argentum enim figuratur
diuinum eloquium. Vnde alibi, Eloquia domini
Pſalm. 11 argentum &c. [PENNAE columbæ] ſunt do-
ctores eccleſiæ, per quos exaltatur eccleſia, &
ſemper volat ad alta: quorum prædicatione in
cælũ fertur gloria eccleſiæ. Vel pennæ ſunt duo
mandata charitatis, in quibus tota lex pendet &
prophetæ [POSTERSORA dorſi eius] id eſt
dorſum columbæ, quod eſt pars poſterior, chari
tas eſt. Et dicitur hoc à ſimili: poſteriora nanque
dorſi ſunt, vbi radices alarũ figũtur, vel vbi por
tatur ſarcina: ita in charitate connectuntur alę
eccleſię. i. duo præcepta charitatis, quæ ſunt alæ
eccleſiæ, & ipſa charitas quæ in his impletur eſt
per quam omnis ſarcina mandatorum eſt leuis,
quia quicquid difficile eſt in præcepto, leue eſt
amanti. Vnde, Onus meum leue eſt. ſ. per ſpiritũ
ſanctum, ex quo charitas, per aurum intelligitur
ſapiẽtia. Ibi ergo. i. in poſterioribus dorſi eſt vi-
ror auri. i. vigor ſapientiæ. Vigor autem ſapien
tiæ, eſt charitas. i. per poſteriora dorſi congrué
charitas intelligitur, ratione ſimilitudinis, non
ſubſtãtiæ proprietatis. Vel, Poſteriora, huius co
Ex Caſſ. lumbæ ſunt, vltima tempora eccleſiæ, ſcilicet
quæ erunt in reſurrectione communi, vel in fi-
ne cuiuſq;, quæ in ſpecie auri ſplendebunt, quia
poſtquam de mundo exit, ſuper aurum. i. incom
parabiliter lucet in charitate, quę nunquam ex-
cidit. Hic ergo argento propter eloquẽtiam cõ
paratur: ibi auro propter plenitudinem charita-
tis. Quod autem ait, Inter medios cleros, ſcien
dũ eſt quod latinæ linguæ eſſet dicere, Inter cle
Ex Aug. ros, ſed pro eo quod dominus inter nos, vel in-
ter me & vos, Græcus habet inter medium no
ſtrum, vel inter medium meũ & veſtrũ. Hic er-
go dicitur, Inter medios cleros. i. inter medium
clerorũ, quod dici ſolet in eis rebus, quæ inter ſe
ſolẽt habere cõſenſum. Vnde cum de ſigno cir
cũciſionis dñs loquitur ad Abrahã, dicẽs, Hoc
erit teſtamentũ inter me & te. Gręcus habet in-
ter mediũ meũ & tuũ, ad exprimẽdum conſen-
ſum. Cleros autẽ hic duo teſtamenta dicit, per
quę datur hęreditas, quę dicitur gręcè clerono-
mia. cleros vero gręcè, latinè dicitur, nõ teſta-
mẽtum, ſed ſors, & ſortes. In veteri teſta. partes
hæreditatis. ſ. terræ promiſſæ vocantur, quæ ex
promiſsione dei, quaſi ex ſorte proueniunt. Be-
ne ergo cleros dicit duo teſtamenta, quia per ea
datur hęreditas æterna. Dormire vero inter me
dios cleros, eſt in auctoritate duorũ teſtamento
rum requieſcere, & pacificè acquieſcere. Vel cle
ros ipſas hæreditates. Dominus vnã terrenã ve
teris teſt. alteram ęternã noui teſt. inter quas dor
mit, qui terrenã iam non ardenter petit, & cæ-
leſtẽ patienter expectat. Qui enim terrenæ ad-
huc inhiat, nunq̃ quieſcit: ſed cupiditatib⁹ per
multa agitatur, vel dormit inter has hæreditates
qui vſq; ad finẽ vitæ perſeuerat, in contẽptu ter
renorũ & in ſpe cęleſtiũ. Ecce ſingulorum verbo
rũ explanatus eſt ſenſus: ordo autẽ conſtructio-
nis, cum ſit multiplex, vel à ſuperioribus pendẽs
infra primũ verſum cõtinetur, vel vſq; in ſequẽ
tem verſum extenditur. Verum vero hoc, an il-
lo modo commodius dicatur, ambiguum eſt. Nã
quodlibet horũ ſanè dici poteſt. Conuertens er-
go verba ad eos, de quibus ſit ſpecies domus, ait
ſic, Dominus dabit verbũ euãgelizantibus vir-
tute multa. Dabit vtiq; [AS] vos, ô [PENNAE
columbæ deargẽtatæ]. i. doctores eccleſię diui-
nis eloquijs eruditæ, [DORMIATIS inter medios
cleros]. i. inter medium clerorũ. i. requieſcatis in
auctoritatibus duorũ teſtamentorum, vel inter
duas hæreditates, terrenã & cæleſtem, illam non
ardenter appetẽdo, iſtam patienter expectando.
Vel ſi vſq; ad mortẽ perſeueretis in contemptu
terrenorũ, & appetitu cęleſtium. Vel ita vt in ſe
quentẽ verſum extendatur conſtructio, dilectus
ſpolia diuidit ſpeciei domus. Et, ô vos qui diui-
dimini in ſpolia ſpeciei dom⁹ per diuerſa dona,
Si dormiatis inter medios cleros, tunc, Pẽnę co
lumbæ deargẽtatę, dealbabũtur in Selmon. i. vos
ipſi, dealbabimini, qui eſtis pennę. Vel ita, vt hic
incepta ſententia, in ſequenti finiatur, Si, vos, ô
Pennæ columbæ deargentatæ dormiatis inter
medios cleros, tunc, Niue dealbabuntur in Sel-
mon, alij. ſ. homines, qui per gratiam remiſſionẽ
peccatorũ accipiunt. Vel ita, O vos qui diuidi-
mini ſpolia ſpeciei domus. Si dormiatis inter me
dios cleros, vos eritis pennæ columbę deargen-
tatæ, hoc eſt in alta eleuabimini, vel vobis erũt,
Pennæ columbæ deargentatæ. i. duo mandata
charitatis. Ecce his modis ordinatur litera. Verũ
autẽ hoc vel illo, vel alio potius modo dici de-
beat, ambiguum eſt, ſed ad ſingula bene ſequi-
tur, [ET poſteriora dorſi eius] erunt [IN pallo-
re] vel virore: alia litera, [AVRI]. i. charitas, quę
eſt vigor ſapiẽtiæ. Dorſum eſt eccleſiæ prædicta
ſimilitudinis ratione. Vel, Poſteriora dorſi eius,
. i. vltĩma eccleſiæ, quæ erunt in cõmuni reſure-
ctione. Vel in fine cuiuſq; erunt, In virore, vel, Ex Caſſ.
In pallore auri. i. ſplendebunt in charitate ſuper
aurum, id eſt incomparabiliter.

15 **Dum diſcernit cęleſtis reges ſuper eam niue dealbabuntur: in Selmon mons dei, mons pinguis.** PARS III Διάψαλμα.

DVM diſcernit.] Tertia pars, vbi agit de do- Ex Caſſ.
nationibus Chriſti aſcendẽtis, qui ſolus poteſt,
& non alius. q.d. Si dormiatis eritis pennæ, qđ Ex Aug.
non eſt niſi per diſcernentem, quia [DVM cæ-
leſtis] id eſt Chriſtus, qui aſcendit ſuper omnes
cælos [DISCERNIT] diuidens ſingulis gra-
tiam prout vult [REGES] id eſt rectores [SV-
PER eam] columbam vel hæreditatem, id eſt
dum gratia ſpiritus ſancti reges diſcernuntur,
ſuper eccleſiam, Ipſi rectores vel alij homines,
[DEALBABVNTVR] per remiſſionem pec-
catorum, [NIVE] id eſt incomparabiliter [IN

Selmon] id est in vmbra gratiæ, quæ venit ex
Ex Caſſ. corpore Christi. Selmon enim interpretatur vmbra.i. in gratia ſpiritus ſancti, quia non meri tis ſuis diſcernuntur, ſed ſpiritu obumbrante ab æſtu carnis. Vmbra enim gratiæ, defenſaculũ no bis eſt cõtra incentiua vitiorũ & carnalium cõ cupiſcentiarum, de qua ad virginem parituram
Lucæ 1 angelus dicit, Virtus altiſſimi obumbrabit tibi, id eſt vmbram faciet tibi. Vmbra autem fit cor-
Ioann. 1 pore & lumine. Lumen eſt verbum: caro Christi eſt corpus. Acceſsit lumen corpori, id eſt verbũ carni. Verbum enim caro factum eſt: & in eum credentes hac vmbra protegimur. quæ de cor pore Christi emanat, de cuius plenitudine acce
Eſaiæ 2 pimus. Deinde commendationem montis ſub dit, dicens, Iſte Selmon, id eſt iſte in quo eſt ple nitudo gratiæ, & vnde vmbra nobis fit, eſt [MONS dei] poſitus in vertice montium, ad quem fluent omnes gentes. [ET mons pinguis] vel vber. Vnde, ſcilicet aquæ irriguæ & ſuaues fluunt. Et eſt,

16 Mons coagulatus mons pinguis: vt quid ſuſpicamini montes coagulatos?

Ex Aug. MONS coagulatus] propter paruulos quos lacte tenerioris doctrinæ nutrit. Et [MONS pin guis] fertilitate ſua, propter maturos quos pa-
Ex Hier. ne ſolidioris doctrinæ cibat. Hic eſt mons qui in Ezechiele vulnerat principẽ Tyri. [VT quid ſuſpicamini montes coagulatos?] vel incaſeatos, alia litera.

17 Mons in quo beneplacitum eſt deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem.

Ex Aug. MONS] vel mõtẽ, alia litera, [IN quo beneplacitũ eſt deo &c.] q.d. Et quia talis eſt mõs iſte, Vt quid, ergo, Suſpicamini, alios, Mõtes co agulatos, vel incaſeatos, eſſe hũc, Montem? Ideo hoc dicit, ne quis audeat eũ cæteris comparare.
Matth. 16 quia alij dicebãt eũ Ioannẽ eſſe, alij Heliã, quos increpat hic. Ne ſuſpicemini. Iſte enĩ ſolus eſt, In quo beneplacitum eſt deo, id eſt verbo [HA bitare in eo] per ſe, in alijs per ipſum inhabitat. placuit, [ETENIM dominus] id eſt verbum, [HABITABIT] eum, ſcilicet hominem, Chriſtũ. vſq; [IN finẽ] quia perſonaliter vnitus eſt ei, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis cor poraliter. Sic erat vtiq; verbũ in carne, vt ver bum etiam caro factum ſolum diceretur.i. ho mo in vnam ſolam Christi perſonam copulare tur. Vel ita, Nullus eſt vt iſte, Etenim, id eſt quia iſte mons, ſcilicet, Dominus, Christus, Habitat, vel habitabit, illos alios montes, vt aliquid ſint, qui nihil ſine eo ſunt, vſque quo ducat eos, In finem, id eſt in ſe deum contemplandum. Vnde, ſcilicet quia inhabitat alios montes, ipſi fiunt

18 Currus dei decem milibus multiplex milia lętantium: dominus in eis in Syna in ſancto.

Ex Caſſ. CVRRVS dei] portando deum, & quia v- nanimes copulati charitate [quos ad miniſteriũ ſuæ voluntatis moderatur deus, quos manen- Ex Aug.
do in eis & regẽdo ducit in ſe finem, vt currum ad deſtinatum locum: & ille currus eſt [MVLTI- plex decem milibus].i. ex innumeris populis, ex magna multitudine ſanctorũ, qui ſunt, [MILIA lætantiũ] quia ſpe gaudent, donec perducantur in finẽ. Cur lętãtur in fine? quia iam [DOMINVS] eſt [IN eis] qui erit & finis cõſummationis [IN Synai] vel Syna, [IN ſancto] vel ſancto, id eſt implendo mandato quod ſanctum eſt. Quid e- Philip. 2
nim prodeſt mãdatum, niſi dominus ibi ſit, qui dat velle & operari? aliter enim eſt litera occi- 2 Cor. 3
dens, ſed dominus per ſpiritum ſanctum dat cha ritatem, qua impletur. Et ideo lætantur milia.
¶ Vel ita ab illo loco, Vt quid ſuſpicamini mõ- Ex Caſſ.
tes coagulatos vel incaſeatos, eſſe ſubaudis, ſi- cut eſt, Mons iſte? ne ſuſpicemini, quia mons iſte eſt ſolus, In quo beneplacitum eſt deo, pa- tri, Habitare in eo, qui patri placuit, vt in eo ha bitaret. Vnde, Ego in patre, & pater in me eſt, Ioan. 14
Placitũ eſt. Etenim domin⁹ habitat, eũ Chriſtũ, Vſq; in finem, id eſt vſq; ad terminũ.i. ad co- qualitatẽ maieſtatis ſuę, qui eſt finis ſine fine, & omnium plenitudo. Alij autẽ mõtes ſunt, Cur- rus dei, per quos vehitur deus in vniuerſum mũ Ex Alcu.
dum. Et ille currus eſt, Multiplex decem mil ib⁹. hoc non mutatur. quia, Dominus eſt in eis, & hoc, In Syna ſancto, id eſt in impleto ſancto mã dato. Syna enim mons eſt, in quo data eſt lex, & Ex Caſſ.
interpretatur mandatũ, in quo impleto requie- ſcit dominus, quia in ſanctis mãdatis impletis, dei præſentia ſolet contueri. Vel ita, Dominus eſt in eis, id eſt in ſanctis, qui, In Sina, mõnte o- Ex Hier.
lim dedit legem, & ipſe idem eſt, In ſancto, id eſt in Chriſto, qui eſt ſanctus ſanctorum.

19 Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem: accepiſti dona in hominibus.

ASCENDISTI] Cõuertit verba ad ipſum Ex Aug.
dominum. ſed quomodo hoc factum eſt? ecce, Aſcendiſti, ô Chriſte [IN altum] loco & digni tate. Quĩ enim propter nos erudiendos deſcen Ex Caſſ.
dit, aſcendit in altum ſuper omnes cælos ad de- xteram patris. Et [CEPISTI] ptiuſquam a- ſcenderes [CAPTIVITATEM].i. eos qui apud inferos tenebantur captiui. Hæc ſunt ſpolia: & Ephe. 4
eſt ſimilitudo triumphi. Hoc de Chriſto expo- Ex Aug.
nit Apoſtolus. Vel, Cepiſti captiuitatem, id eſt, homines qui ſub diabolo erant captiui per pec- catum, cepiſti & captiuaſti feliciter. Vnde ca- ptiui dicuntur, quia capti ſunt, ſcilicet retibus Petri. Vnde & Petro dicitur, Ex hoc iam eris ho Lucæ 5
mines capiens, ſub leue iugum miſsi ſunt. Vnde in hoc curru ſunt milia lætantium, non ploran- tium. Et [ACCEPISTI] à patre, [DONA IN Ex gl. int.
hominibus] ſuſcipiendis, id eſt homines ſuſci- piendo, id eſt homines accepiſti dona. Vel, Ac- cepiſti dona, à patre, In hominibus, ſcilicet do- nanda ſuſceptis hominibus, id eſt quæ donares his quos ſuſcepiſti. Vel ſecũdum aliam li- Ex Aug.
teram, Dediſti, ſecundum quod deus. Dona hominibus, quod etiam fit in triumphis. quæ litera cum in paucis reperiatur codicibus. Pau-

Ex Aug. lus tamen Apostolica auctoritate dicit, Dedit dona hominib⁹, secundũ quod filius deus est cũ deo patre, dedit mittens spiritum sanctum, qui est patris, & filii. Sed secũdum quod idem filius est in ecclesia, accepit dona in mẽbris, dum ipsa membra accipiunt cum quibus vnum est iuxta
Matt.25. illud, Quod vni ex minimis meis fecistis, & mihi fecistis. Dico cepisti, quod necesse erat.

20 Etenim non credentes inhabitare dominum deum.

Ex Hier. ETENIM,]id est, quia erant[NON credentes deum]scilicet verbum[INHABITare dominum]Christum hominem. Vel ita cõtinua,
Ex Aug. Accepisti dona in hominib⁹, Etenim, id est, quia accepisti, etiam, Non credentes inhabitare dominũ. Isti sunt quos feliciter captiuauit, & cursum suum fecit. Vnde propheta plenus lætitia, hymnum eructat.

21 Benedictus dominus die quotidie, prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum.

Ex Cass. BENEDICTVS]q.d. Ascẽndit Christus in altum, & quod præcessit faciet nos sequi, vnde
Ex Aug. [BENEdictus]sit[DOMINVS.] Eccẽ laus de triumpho[DIE quotidie] vel, De die in diem, alia litera, quod idem valet .i. iugiter, quia quotidie captiuat captiuos vsque in finem, & quia cursum illum ducit in finem, addit[PROSPERum iter] ad seeundi [FACIET] nobis, qui ta-
Ex Cass. lia fecit, id est, faciet nobis cursum vitæ, qui vere prosper cũ sit dux salutaris. Quis hoc faciet?
Ex Hier. [DEVS salutarium nostrorum,]id est, saluãtionum nostrarum, quia de pluribus periculis liberat. quia etiam non credentes ad fidem vocat,

PARS IIII 22 Deus noster deus saluos faciendi: & domini domini exitus mortis

Ex Cass. DEVS noster, &c.]Quartã pars vbi exponit operationes dei, quæ ex prædictis euenĩũt, quę sunt quassatio inimicorum, cõuersiones peccantium, martyria ab vtroque sexu. q. d. Dico deus salutariũ[DEVS] inquam[NOSTER] nõ cuiuscunque est[DEVS saluos faciet]cõmmendat
Ex Aug. hic gratiã, quia nullus saluus, nisi per eum. Saluos facit, quos tamen non est mirum mori, cum [DOMINI DOMINI]fuerit[EXITVS MORTIS.]& hoc est, ipse est deus saluos faciendi. sed ne dicas, cur ergo morimur? potius patienter fer mortem, non indigneris si moreris: quia, Et domini domini, qui sine peccato fuit, Exitus, ab hac vita non alius fuit, quam, Mortis, qua nos liberat. Voluntate tamen mortuus est, ne homo timeret mortem. Et licet sit auctor salutis, tamen, Et domini domini, &c. Idem sen-
Ex Cass. sus. Vel ita, Deus saluat, & nẽ queraris de morte. Sed spera, quia Christus inde exiuit, & nobis inde exire dedit. Et hoc est, Et dñi domini, est, Exitus mortis, id est, resurrectio qua à morte exiuit. Ne autem mala pertinacium credas impunita subdit.

23 Veruntamen deus confringet capita inimicorum suorum verticem capilli perambulantium in delictis suis.

VERVNTAMEN]q.d. & si mortuus sit, vel
Ex gl.int. licet saluator sit[VERVNtamen deus confringet] vel, Conquassabit, vel hic vt humilientur:
Ex Aug. vel in futuro, vt in tartara trudantur.[CAPITA,]id est, superbiam[INIMICORUM suorum.]
Ex Cass. Vel ãuctores iudaicę seditionis, vel auctores hęresium, scilicet hęresiarchas.[ET cõfringet verticem capitis,]id est, supẽrbam extollentiam ho-
Ex Aug. minum nimis se extollẽtium [PERAMBVLANtium,]id est, pẽrseuerantium, vel de vitio in vi-
Ex gl.int. tium ruẽtium[IN DELICTIS suis] In quibus
Ex Aug. saltem deberent humiliari, dicentes, Deus pro-
Luc.18 pitius esto mihi peccatori. sed & ibi superbiunt, & in multa ruunt, secũdum illud, Insipiẽns co-
Ex Cass. gitatio, quę perduxit ad culpas. Vel, Cõfringet verticem capilli, id est, versutias inanium quęstionũ. Sũt enim qui tales minutias calumniarum quærunt, vt etiam capillos perscrutari videantur. Verticem dico hominũ, Perambulantium in delictis suis. hoc non mutatur. Cõfringet capita, quia,

24 Dixit dominus, ex Basan cõuertã, conuertã in profundũ maris.

DOMINVS dixit] Vel sic cõtinua, Cõnfrin-
Ex gl.int. get dominus capita Iudæorũ ex gentibus, etiã conuertet multos, quia[DOMINVS dixit]ego [CONVERTAM]homines[EX Basan,]id est,
Ex Aug. ex confusione peccatorum, quia confunditur de peccatis qui pro eis orat. Basan enim interpretatur cõfusio, vel Basan interpretaẽ siccitas. & de siccitate, id est, inopia conuertit dominus, non eos qui se plenos iustitię putant, cũ sint in-
Matt.5. anea. Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quoniam ipsi saturabuntur. Anima sicca dicit,
Psal.142 Expãdi manus meas ad te anima mea sicut terra sine aqua tibi. Anima plena dicit, Non sum sicut cæteri hominum[ET conuertam]eos, qui iacent in[PROFVNDVM] vel profundo, vel profundis[MARIS,]id est, seculi. Vel secũdum aliam literam. s. Conuertar, ad eos, qui sunt, Ex Basan, quia cõuertitur deus, his qui cõfunduntur de peccato, vel qui sicci imbrem gratiæ desiderant. Et secundum hoc sequitur, Cõuertar in profundum maris, id est ad eos qui erant desperatissimi. Vel ita conuertam eos, vel conuertar ad eos.

☞ Psalmodia Romana legit cõuertar. varietas videtur suborta, ex eo quod Hebraice אָשִׁיב ascib, potest accipi ex verbo, quod nominant qual. & tunc est conuertar, aut ex coniugatione quã dicunt hiphil, & tunc erit conuertam, licet prius inueniatur fere per vau. ☜

25 Vt intinguatur pes tuus in sanguine, lingua canũ tuorum ex inimicis ab ipso.

Ex Aug. VT intinguatur pes] quod tãmen non deus, sed propheta dicit, conuersus ad ipsum. q. d. Ita cõuertes ô deus, vel, Cõuerteris[VT intinguatur pes tuus in sanguine]id est, vt qui prius erãt

inimici fiant pes tuus prædicando te vſque ad
ſanguinem,ſcilicet, vſque ad mortem. & [LIN-
Ex Aug. gua canum tuorū]fiet vel erit[EX inimicis,quia
per cōuerſionē ex inimicis fient canes pro do-
mino latrātes cōtra hoſtes. Hi ſunt boni canes,
Matth.15 qui edunt de micis. Canes laudabiles,non deteſtabiles. Vnde non tātum dixit canum,ſed Ca-
num tuorum: nec eorū dentes, ſed lingua lau-
data eſt,quoniā vtique non fruſtra nec ſine ma-
Iudic 7. gno ſacramēto. Gedeō eos ſolos iuſſus eſt edu-
cere, qui fluminis aquam ſicut canes lamberēt,
taléſque non amplius quam trecenti in tanta
multitudine inuenti ſunt, in quo numero cru-
cis ſignū eſt propter thau literam,quę in Gręcis
numerorum notis 300, ſignificat. Illi ergo ſoli
ad officium regiminis aſſumendi ſunt,qui quod
Ex Alcu. percipiunt, aliis prædicāt, & qui in manibus o-
perum exequuntur quod ore docent. Vnde in
Leuit.1.& Leuitico, Os turturis retorquetur ad aſcellas:
5. & quaſi quis quærat, vnde tantum bonum eſt,
vt eius canes ſint, cuius erant inimici,ait, [AB
Ex Aug. ipſo,] id eſt eiūs gratia, nō à ſeipſis, vel à teipſo.
alia litera, id eſt, à parte tua ô deus, idem ſenſus.

26 Viderunt ingreſſus tuos deus: ingreſſus dei mei, regis mei, qui eſt in ſancto.

Ex gl.int. VIDERVNT,&c.q.d. Inimici erunt pes tuus,
quia ſic vident te præceſsiſſe, ô deus. Et hoc eſt
[VIDERVNT ingreſſus] vel, Greſſus [TVOS
Ex Aug. deus.] Vel ſecundū aliam literam, Viſi ſunt greſ
ſus tui deus, quibus, ſcilicet veniſti in mūdum.
Hæc gratia latebat in veteri teſtamento, modo
patet, cum filius miſſus annūciatur in gētibus,
Ex gl.int. cuius dei greſſus viderunt [INgreſſus] inquam
[DEI mei]creatione.ſ.verbi[REGIS mei] gu-
bernatione[QVI]deus [EST in ſancto] tēplo,
Ex Aug. id eſt, in ſanctis. Vel, In ſancto, cōrpore, licet
& gl.int. perfidi non videant, ſecundū quod corpus, paſ-
Ex Alcu. ſus eſt. Et in hoc.ſ. In patiendo, vel credendo.

27 Præuenerunt principes coniuncti pſallentibus: in medio iuuencularum tympaniſtriarum.

Ex Caſs. PRINCIPES,] id eſt, āpoſtoli [PRAEVE-
Ex Aug. nerunt eos, ſcilicet alios homines. Vel ita, Dico
greſſus dei mei. Vt autem iſti greſſus viderētur,
Principes, id eſt apoſtoli, Preuenerunt, te ô deus
Ex Caſs. ad laudem, vt populi ſequerentur. Et nōn ipſi
ſoli venerunt, ſed[CONIVNCTI pſallētibus,]
Ex Aug. id eſt, illis qui laudes dei ſonant, bene operando
ad gloriā dei. Principes, etiam ſunt in[MEDIO
iuuencularum tympaniſtriarum,] id eſt, miniſtri
ſunt, & præpoſiti nouarum eccleſiarum deum
laudantium, carne domita. Corio ſiccato ab hu
more peccati, & extenſo à ruga duplicitatis. Fit
Ex Caſs. enim tympanum de corio ſiccato & extēſo. Vel
ad literam dē ſanctis fœminis hoc accipe, ne ſe-
xum fœmineum excludas, quæ etiam ab eis, id
eſt, ab apoſtolis formā laudādi & patiēdi ſumūt.

PARS V.
διάψαλ-

28 In eccleſiis benedicite deo domino: de fontibus Iſrael.

μα.
Ex Caſs. IN eccleſiis] Quinta pārs, vbi precatur & af
firmat, vt hæc incepta eccleſiæ dilatetur, & con
firmetur, pro qua & hæretici deſtruantur. q.d.
Et quia dominus ita conuertit, ergo ô vos con Ex gl.int.
uerſi ex Baſan[BENEDICITE deo] cui debetur
latria [DOMINO]cui exhibēda eſt dulia, & nō
alibi, nec in aliis cōuēticulis, ſed [IN eccleſiis,]
Hæc ſunt iuuenculæ tympaniſtriæ, ne quis car- Ex Aug.
naliter choros luxuriæ cogitet. Eccleſię quippe
ſunt adoleſcentulæ, ſcilicet noua gratia decora-
tæ ſunt etiā tympaniſtriæ caſtigata, ſcilicet car- Ex Alcui.
ne, ſpiritualiter ſonore. Benedicite, vōs dico po & Remi.
tati[DE fontibus Iſrael,]id eſt, de dōctrina apo Ex Aug.
ſtolorum, vt ad eorum imitationem prædicetis,
quos Chriſtus de Iſrael prius elegit vt facerent
fontes aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam.

29 Ibi Beniamin adoleſcentulus: in mentis exceſſu.

IBI,] id eſt, inter fontes, vel in eccleſiis, vel Ex Caſs.
in templo Hieruſalē, eſt [BENIAMIN, id eſt, āpo-
ſtolus Paulus apoſtolorū nouiſsimus[ADOLE-
ſcentulus,] id eſt, nouiſsime aſſumptus, qui fuit Phil. 3.
de tribu Beniamin. Vnde in Geneſi, Beniamin Gene. 49
lupus rapax, mane comedet prædam & veſpere Ex Aug.
diuidet ſpolia. Hic eſt Paulus, qui mane ſuę ęta- in ſermo-
tis ſanctos perſecutus eſt, ſed in veſpera ſuę cō- ne cōuer-
uerſionis ad deum, ſpolia diabolo erepta diuiſit ſionis Pau
per diuerſa officia. Et ipſe eſt[IN mētis exceſſu] li & Remi
mēnte. ſ. alienata à ſenſib⁹ corporis, vt quando gio.
raptus fuit vſque ad tertiū cælum. Vel[IN men Ex Aug.
tis pauore, alia litera, expaueſcētibus.ſ. omnib⁹,
tam magnum in eius vocatione miraculum, ibi
etiam ſunt.

30 Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, & principes Nephthalim.

PRINCIPES Iuda, principes Zabulon, prin- Ex Aug.
cipes Nephthalim.] Pēr hæc nomina tribuum
Chriſtum & apoſtolos indicat, forſitan enim ex
his tribubus fuerunt apoſtoli, & iſti ſunt [DV-
ces eorum,] qui in eccleſiis benedicunt domi-
num. Sed magis placet ſenſus, qui colligitur ex
interpretatione nominum, quæ cōuenit eccle-
ſiæ: Iudas enim interpretatur cōfeſsio: Zabulon
habitaculū fortitudinis: Nephthalim dilatatio,
quę principibus eccleſiæ cōueniunt. In marty-
riis nanque prima eſt confeſsio, pro qua quic-
quid accidit fortiter tolerādum eſt. In anguſtiis
finitis latitudo ſequitur in præmio. Et eſt, Ibi,
ſunt, Principes Iuda, id eſt, confeſsionis, Princi-
pes Zabulō, id eſt, fortitudinis, Principes Neph-
thalim, id eſt, dilatationis. Vel ita vt agatur de
tribus virtutibus, quę ſignificantur per has no-
minum interpretationes. Quia confeſsio eſt in
fide, fortitudo in ſpe, latitudo in charitate, quia
deum & proximum diligunt. Et eſt, Benedicite
deo de fontibus Iſrael, quod decet quia ibi ſunt,
Principes Iuda, principes Zabulon, principes
Nephthalim, id eſt, principes fidei, ſpei, & chari-
tatis. Et hi ſunt, Duces eorum, qui ſunt in eccle
ſiis: & per hoc quiſque eorum eſt, Beniamin, id
ēſt, filius dexterę, Adoleſcentulus, depōſita ve- Ex gl.int.
tuſtate malitiæ, In mentis exceſſu, id eſt menta

surfum vcta,& per istos ô

31 Manda deus virtuti tuæ: confirma hoc deus, quod operatus es in nobis.

Ex gl.int. DEVS manda virtuti tuæ,]id est,nōtifica &
commēda Christū filium tuū nobis.q.d. Quod
Ex Cass. ēnūtio futurū, perfice. & ô[DEVS confirma]in
gentibus[HOC quod operatus es in nobis] Iudæis,id est,fidē quam es operatus in nobis, con
Rom.5. firma in gentibus.Et ita facit,Cōmēndat enim
Ex Aug. deus charitatē suam in nobis, quoniam cū peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus
est,quod bene & cōfidenter orat. Cū enim pro
Rom.8. nobis Christus mortuus sit,quomodo ergo non
omnia cum illo deus nobis donauit?Hoc modo
mandat deus Christum suum. Nota verborum
distinctionem, Manda,docendo per prędicatores,Confirma,iuuando per gratiam, Vel ita secundum aliam literam, ô deus,Māda vitutí tuę,
Ex Alcu. id est,fortibus tuis iniunge vt te annuntient,&
per eos, Cōfirma,&c.Vel, ô Deus,pater,Manda,opus tuum,Virtuti tuę, id est,filio & spiritui
sancto,& per filium & spiritum sanctum, Confirma deus hoc quod operatus es in nobis. hæc
non mutatur. quod vere facies,quia,

32 A tēplo tuo in Hierusalem,tibi offerent reges munera.

Ex gl.int. REGES] vel ita cōtinua, quod si feceris
Ex Aug. [REGES]terræ,vel spirituales[OFFERENT
tibi munera,] id est, sacrificia laudis, & hoc[A
tēplo tuo]non aliunde, quod est[IN Hierusalem]cælesti,quæ est libera & mater nostra, quæ
Galat.4 est & templū à quo omne datum optimū de-
Iacob.1. scendit, & pro quo fit omne bonū opus.Vel ita
Ex Alcu. &Remig. distingue, Operatus es in nobis incipiendo, A
tēplo tuo,quod est,In Hierusalē,id est,à Iudęia,
quod erit,quia[TIBI OFFERENT REGES
munera] Sed quia huic laudi obstrepunt hære-
Ex Aug. tici,subdit,

33 Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum:vt excludant eos qui probati sunt argento.

Ex Aug. INCREPA feras arundinis,] id est,hærēticos:qui dicuntur ferę,quia non intelligendo nocent.Feras dico[ARVNDINIS,]vel, Calami:
quia scripturas peruertunt, quæ calamo fiunt.
Ex Alcu. Vel quia sunt leues & instabiles: vel quia sunt
inter eos qui mouentur omni vento doctrinæ.
Ideo,Increpa, quia [CONgregatio taurorum,]
Ex Aug. id est, superborum indomitæ ceruicis hęreticorum,est[IN vaccis populorum,]id est, inter eos
2.Tim.3 qui sunt seductibiles & leues, velut muliercułę.
Vnde apostolus,Ex his sunt qui penetrant domos,& captiuas ducūt mulierculas:Stabiles ve-
Psal.34 rò & graues,non valent seducere,Vnde,In populo graui laudabo te.Sed hoc non sine fructu
piorum.Inde enim cōuenit [VT excludāt eos,]
id est,emineant hi[QVI probati sunt argento,]
id est,in eloquiis dei,hoc est illud quod apostolus ait,vt qui, Probati sunt,manifesti fiant.Inde 2.Cor.5
est quod in arte argentaria exclusores vocātur, Ex Aug.
qui de confusione massę nouerunt formam vasis exprimere .Vel ita,expone intentionem hæreticorum,Ad hoc congregantur, Vt excludāt
eos,à vaccis, Qui probati sunt argento,scilicet
catholicos doctores . Increpa feras, dissipa etiā
consentientes.Et hoc est,

34 Dissipa gētes quæ bella volūt, veniēt legati ex AEgypto:AEthiopia præueniet manus eius deo.

DISSIPA gentes,&c.]Vel ita cōtinua,Illi Ex Alcu. & gl. int.
ita,sed ne grex tuus dissipetur[DISSIPA gentes,] id est,hæreticos & alios eis consentientes,
quos vocat gentes, propter genera diuersarum
sectarū,ne vbi series successionis,confirmet errorem.[QVAE BELLA volunt]quia non correctioni,sed cōtentioni student.quod fiet,quia
[LEGATI,]id est præcones reconciliationis,
[VENIENT] ad Christum,dona ferentes[AB Ex Rem.
AEGYPTO,]id est,ex tēnebris gentium . AE- Ex Aug.
gypti vel AEthiopiæ nomine, fidem omnium
gentium significat à parte totū. Non ergo ex solis Iudæis,sed de gētibus futuros pręcones prophetat [AETHIOPIA].i.gentilitas [PRAEueniet manus eius]deo,id est,vindictā eius. Per
confessionem præueniet, ne manētes in peccatis,puniantur.

35 Regna terræ cantate deo: psallite domino.

DEO regna terrę cantate] & secūndum hoc Ex Aug.
est[DEO]In principio sequētis versus,vel magis in fine præcedentis versus est, Deo,cōmendaturque fides , qua sine præcedentibus ope- Galat.5
ribus iustificatur homo quæ post per dilectionē incipit operari. Est ergo sensus, Aethiopia,
id est,gētilitas hęrēs Deo,fide,id est,credēs deo,
Præueniet manus, id est opera,Eius.i.AEthiopiæ,quod in Gręco non est ambiguū,id est credendo in deū præueniet opera sua, vt prius credat,postea operetur. Vel ita,vt per AEgyptum
synagoga accipiatur, quam præuenit credendo
Aethiopia,id est,extrema pars gentium. Et est,
Venient legati ex Aegypto,id est, ex synagoga,
quæ erat in tenebris.&,Aethiopia,id est extrema pars gentium,Deo.i.ad deum veniens,Prę-
ueniet manus eius, Aegypti,id est,legalia opera
synagogæ , quia per fidē iustificabitur sine operibus legis. Vel secūdum aliā literā,quę est, Ae- Ex Cass.
thiopia.s.gentilitas, nigra in peccatis, Festinet
manus dare deo, id est,subdere se deo: & est similitudo à victis,qui armis depositis,manus dāt
victoribus,ne intereant,Regna terræ, Dēcursis Ex Alcui.
omnib9 quę iam impleta cernimus hortatur ad
laudem Christi, & futurum eius aduētum prę-
nuntiat.q.d.Et quia ita est vt dixim9,ergo,Re- Ex Cass.
gna terrę,id est,Aegyptus & Aethiopia, scilicet
omne genus hominum , Cantate deo, puritate
mentis[PSALLITE]opere[DOMINO.]

36 Psallite deo qui ascendit super cælum cæli,ad orientem. PARS VI. ψαλμα.

PSALLITE deo]Sextā pars,vbi dicit,quod Ex Cass.

Christus veniet ad iudicium, qui ascendit vbi
Ex Alcu. sanctos consummabit.q.d. Dico [PSALLITE] inquam [DEO,] id est, Christo [QVI ascendit] secundum quod homo. Nam secundum quod deus, patri est æqualis [SVPER cælum cæli,] id est, super omnes celos, ad dexteram patris, scilicet super excelsiores creaturas vt nihil supra se haberet, nisi illum qui creauit eum. Vnde ascēdit?
Ex Aug. [AD Orientem] vel, Ab Oriente. Alia litera locum expressit: vbi resurrexit, & vnde ascendit: quia Hierusalē vbi resurrexit & ascēdit, in Oriēte est. Vel, Ascēdit ad orientem, nostræ illuminationis, id est, vt lumen gratiæ nobis oriri faceret. Vel oriēs intelligitur verbum à patre genitum, cuius virtute ascendit homo ille. Et est,
Ex Alcu.
Ex Hier. Ascendit ad Orientem, id est, virtute verbi, & quia inde venturus est, ad iudicandū, subdit, &,

37 Ecce dabit voci suę vocem virtutis, date gloriam deo super Israel: magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.

ECCE dabit] in iudicio [VOCI suæ] vel, Vo-
Ex Aug. cem suā [VOCEM virtutis,] id est, efficaciā re-
Ex Aug. suscitandi omnes mortuos, qui prius vt agnus sine voce coram tondente se siluit: sed tunc veniet in voce tubæ. Dico psallite, & [DATE gloriam deo] Dico dabit vocem, & tunc [SVPER Israel] dei erit [MAGNIFICENTIA eius] euidēs, quia iam non erit commixtio malorum cum bonis [ET virtus eius] erit [IN nubibus] quia non solus veniet ad iudicium, sed cum senioribus populi, qui sunt nubes, quas ne aliter acciperes, addit, &

38 Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ: benedictus deus.

Ex Aug. MIRABILIS deus] erit [IN sanctis suis deus Israel] tūnc vere omnis bonus erit Israel, quia videbit deum sicut est [IPSE dabit virtutem & fortitudinem,] in carne, quæ etiam in resurrectione erit impassibilis. Vnde Apostolus, Per virtutē resurrectionis eius, & [PLEBI suæ] nūc infirmæ etiā [Dabit fortitudinē,] quia nouissima inimica destruetur mors. Vel de præsenti accipi
Ex Cass. potest illud, Ipse dabit, māgna promisit: & ne quis desperet pro humana infirmitate, se ad tāta præmia peruenire subiicit, Ipse dabit, hic, Virtutem & fortitudinem plebi suæ, ergo [BENEDICTUS] sit [DEVS.]

COLLATIO
In psalmum 67, Exurgat deus & dissipentur, &c.

4 STER facite ei qui ascendit super occasum. Hebr. סלו לרכב בערבות Sollu larocheb baaraboth. Pro eo quod est iter facite, Sāctes, Munsterus, Interpretes pro Caietano, & Paraphrasis Campensis, reddunt exaltate eum: quum tamen vocula Hebræa citra controuersiam designet quod legimus. Et Hieronymus, Pratensis, ac Pellicanus dixerūt, Præparate viā. Et translator ad Camp. Iter munient ei, quod non aliam sonat intelligentiam in commentario. Deinde sequētia sic reddunt. Hieronymus, ascendenti per deserta, & Pellicanus in solitudinibus. Pratensis reliquit vocabulū Hebræum araboth. Sanctes vertit, Qui ascendit super cęlos, Interpretes pro Caietano, & Nebiēsis equitatem in cælis. Accedit Munsterus, qui orbibus cælorum velut equo insidet. In Campensi bifariam: Qui sicut sol ad occasum ad nos deuehitur: Et in Paraphrasi, Qui pro vehiculo vtitur nubib'. Sola cōfusio hinc nascitur quod ערב ereb. In plurali ערבות araboth, est Hebræis homonymum & ambiguum. Siquidē interim designat vesperam, vt liquet ex Gen.1. alioqui desertum significat. Vnde Hebræi volūt interdum denotare vltimā sphærā cæteras ambientem, quod stellis deserta sit. Igitur nō est quod iam hæsites de editione vulgata.

DOMINVS nomē illi.] Hieronymus, In domino nomen eius. Pellicanus, Cum domino nomen eius. Interpretes pro Caietano, In deo nomine suo. Sāctes, Pratensis & Munsterus, Ipsam Hebraicā reliquerūt vocem Iah יה In iah nomine eius. Meminit lector multoties inculcatū esse, Hebręos carere casuū variatione. Sed quum hic ponatur beth, quæ litera nota est præpositionis in, vel cum, haud incongrue vertit Hieronymus, In domino nomen eius: quod nō inepte diximus aliter, quum dominus sit nomen eius, aut vt habent interpretes illi. Cāpensis stat à nobis, cui nomen est domino, vel propriū nomen seruator deus.

5 TVRBABVNTVR à facie eius.] Interpretes, duos significatus eiusdē vocabuli simul reddiderunt. Nam לפני lephanau dicere potest, & ad conspectum eius, & ad furorē eius. Hinc verterunt, Exultate in cōspectu eius: & turbabuntur à facie eius. Nec vltimam clausulam posuit alii translatores, præter Pellicanum, nescio quo casu: qui postea quā scripsit exultate coram eo, continuo subtexuit: & pereunt inimici coram eo. In commentariis nescio quā sequatur Hieronymus editionem, quādo interpretatur turbabūtur patres orphanorum, & iudices viduarū. Nam certū est plures fuisse editiones. Nempe Luciani, LXX, Aquilę, Symmachi, Theodotionis. Fuerunt quinta & sexta.

7 QVI educit vinctos in fortitudine.] Pratensis, Sanctes, Munsterus, paraphrasis Campēsis, In compedibus. Pellicanus, Nebiensis & interpretes pro Caietano, in cōgruētiis. Ad quod alludit textus in Campensi, Educit commode. Atqui ipse Hieronymus stat à nobis. Certe tales erant cōpedes, vt nō poterant dissolui absque dei manu fortissima & opportunissima.

SIMILITER eos qui exasperant qui habitant in sepulcbris.] Vt primam clausulā reuoces ad verbum præcedens, qui educit, quia tamen in Hebręo potest etiam efferri casu nomi-

nandi: ob id alii vertunt, increduli, rebelles, aut pertinaces, qui non dissident ab exasperantibus. Sed quod subiectum est in sepulchris, in sicco aut siccitatibus צְחִיחָה tzebihah, transferūt, nec tamen quicquā præindicat sepulchris, quæ non absurde figurātur per loca sterilia & siccitate emortua, quum etiam plena sint aridis ossibus mortuorū. Et si philosophādum sit, terra supremum siccitatis gradum obtinet.

11 ANIMALIA tua habitabūt in ea.] חַיָּתְךָ haiathca, animalia tua, nobis, Hieronymo. Nebiensi & Pellicano, vel cōgregatio tua Pratensi, munstero, Sāct., & interpretibus pro Caietano. Campensis vtrunque indicauit, ob particulæ homonymiam.

12 DOMINVS dabit verbum euangelizātibus virtute multa.] Varia distinctionis versiculorū & casuum positio, quę in Hebræo sunt similis terminationis: in causa fuit vt trāslatores, aliam & aliam seruarēt sermonis structurā. Hieronymus, Domine dabis sermonem annunciatricib⁹ fortitudinis plurimæ. Pellicanus, Dominus dabit sermonē euangeliorum virtutis multę. Pratensis, Dominus dabit sermonem annunciatricum exercitus multi. Sanctes, Earum quę annunciant exercitus magnus. Munsterus, Annunciatricum exercitus erat magnus. Interpretes pro Caietano, Dominus dabit dictū annūciatricum exercitus magni. Textus in Cāpensi, longius à litera, Domine tu commēdas his quæ de magno exercitu nunciant mādatum. In paraphrasi secus, Dominus suppeditabit efficacē sermonem annunciatricibus potētiæ illius. Nebiensis, Domine dabis sermonem annunciatricib⁹ exercitus multi. Paraphrasis Chaldæa deus dedit verba legis populo suo mediātibus Mose & Aaron, qui annunciauerunt verbum dei exercitui magno Israelis. Itaque perpendis lector optime in quantam syluam ascendūt versiones, quādo singulis quisque suum commentum pro mero arbitratu adfert: tātum restat dicendū cur euangelizatrices siue annunciatrices pluratiue in Hebræo ponantur הַמְבַשְּׂרוֹת hammebassroth, in fœminino genere. Abunde hunc modum explicat Hieronymus in commentariis. In Hebræo habet quæ euangelizantur, hoc est mulieribus quę euangelizabant apostolis, vbi dicitur, Euntes dicite fratrib⁹ meis, &c. aut animas significat quę crediderunt in Christo. Secūdum autē LXX interpretes ad apostolos dicitur, quia dominus dedit eis virtutē pręcicādi euangeliū.

13 REX virtutum dilecti dilecti.] Duæ radices Hebraicę confusaneam, quasi nubem interpretationum nobis effoderūt. Siquidem quod hic legimus יִדֹּדוּן יִדֹּדוּן iiddodun, iiddodū. Deducunt LXX, & Hieronymus à themate דוד dod, id est dilectus, cōfœderatus, frequēs in canticis. Ob quā causam traduxit Hieronymus, reges fœderabūtur, fœderabuntur sub verbo, vbi LXX sub nomine, Pratensis & Sanctes & Campensis dicunt fugient, fugient. Munsterus, Fugientes elabebantur. Pellicanus, Profligabūtur, profligabūtur. Hi omnes deriuāt à verbo נָדַד nadad. Interpretes pro Caietano, Mouebuntur, mouebuntur. Nebiensis, Retrouertētur, retrouertentur.

ET speciei domus diuiderere spolia.] Quomodo debeat ordinari series sermonis, vt aptetur congruitas, declaratur in commentario. Alii enim vertunt recto casu, tamen quia anceps est vocula נְוַת neuath. Hieronymus & Pellicanus cum Septuaginta vertunt, pulchritudo domus seu species, diuidere spolia. Alii transferunt habitatrix, vel habitaculū, hera vel familia domus

14 SI dormiatis inter medios cleros. Hebraice שְׁפַתַּיִם scephataim. Hieronymus, Nebiēsis, Pellicanus, & interpretes pro Caietano, vertūt terminos siue confinia, quæ nihil abhorrent à sensu nostro. Nimirum quod sint duo testamenta, aut ecclesia militans & triumphans, vt expositum est. Verum quum etiam id vocabuli, designet aliquoties ollas, ob id Sanctes, Munsterus, Pratensis & Paraphrasis Campēsis, interpretātur chytropodes. Si iacueritis inter nigras tripodes, eritis sicut alæ columbę, quæ tegitur argēteis pennis. Subaudiunt enim verbum substantiuū eritis, ad commoditatē intelligentiæ, quasi esset. Etiam si fueritis ea afflictione exerciti, vt quasi fuligine atrati videamini: postea tamē dei beneficentia, nouo quodam splendore lætitiæ fulgebitis ac perfruemini. Iam nimis sibi tribuit editio in Campensi, Tūc quiescetis perinde ac flumē inter ripas: inter alas columbæ, supra argentum candidę, quanquam & ipsum verbum, quandoque signet terminos fluuiorum.

POSTERIORA dorsi eius in pallore auri.] Quum Hebr. אֶבְרוֹת ebroth bifariam accipiatur, tum pro dorso, tū pro alis siue plumis, Interpretes, Hieronymus, & Pellicanus trāstulerunt posteriora & scapulas, cæteri plumas aut pēnas, & alæ sunt supple similes auro fuluo, seu distinctæ sunt virore, vel pallore auri. Editio subiecta paraphrasi Campēnsis, vtrāque significantiam complecti videtur, quando ait, Cuius dorsum auri nitorē vincit, quæq; in aëre pēdet.

15 Dum discernit cęlestes reges super eā. Munsterus, Quum dissiparet omnipotēs reges propter eam. Consimiliter interpretes pro Caietano, Frangente omnipotente reges in ea. Atqui פָּרַשׂ paras, sonat quoque Hebræis extēdit, distribuit. Itaque Hieronymus & cæteri Hebraicantes, stant à LXX interpretibus, aliquot verbis immutatis, sensu constante.

NIVE dealbabuntur in Selmon. Quia hic Selmon videtur esse appellatiuū, nō proprium nomen montis, de quo Iud. 9, ideo quidā reliquerūt vocabulū ipsum, alii trāstulerunt, obscuritatem. Nebiensis, vmbram mortis. Subsecutus tamen propheta, videtur allusisse ad montem, quem voluit Cęcus Burgēsis poni sub auferendi casu, alioqui nō vitabatur absurditas sermonis, Nempe in Selmon mōte pingui. sed nullus author, aut Græcus, Hebręus, vel latinus sic cōuertit, propterea quod non pendeat à superioribus, sed respiciat inferiora: nisi quod indicat Augustinus nonnullos codices habere in accusatiuo montem, alios in recto, mons, propterea

quod in Græco ὄρος est neutrius generis.

VT quid suspicamini mōtes coagulatos.] Faber & Cæcus impingunt in interpretem, quod debeat proferri montes, vocandi casu, quandoquidem vertit Hieronymus, mōtes excelsi. Augustinus tamen & legit & interpretatur mōtes accusandi casu. Sed quid notius sit quā debeat iterari, Hebræos æqualiter declinare suos casus? Integrum est pro exigētia rei & syntaxeos, hoc aut illo casu efferre. Sed obuiat quod Hieronymus ponit, contenditis, alii exilietis, alii inuidetis. Ex quo perspicue constat, montes cum illis verbis non posse accipi, nisi vocatino casu תְּרַצְּדוּן teratzedun ducitur à verbo רָצַד ratzad, quod trifariam exponitur apud Hebræos, saltare, insidiari, expectare, maxime secundum quēdam rabinum, à Sancte adductū. Hinc Pellicanus traduxit, Quare inuidiose aspicitis mōtes eleuationum? quanquam videtur interpretari ex vocatino. In eo tamen quod dicit, aspicitis, non distat à nostra lectione, nec Chaldeus, admiramini. Porrò quod quidam habent montes gibberosos, montes eleuationū, mōtes excelsos, & nos legamus mōtes coagulatos, id est, incaseatos. nō est mirū, quū גַּבְנֻנִּים gabenunim, Hebræis hoc & illud sonet, vnde Nebiēsis, Mōtes coagulorū. Et quia semel Hieronymus verterat contenditis, vt consisteret sententiæ contextura, addidit præpositionem aduersus, vt sit, contenditis aduersus mōtem, &c. Quod si non vis præpositionē subaudire, poteris cum Munstero dicere, Hic est mōs, &c. Siquidem passim occurrit sermo Hebraicus tā pressus, vt ad sensus integritatem, aliquorū dignam subauditionem oporteat esse.

18 CVRRVS dei decem milibus multiplex, milia lætantium.] Translatores varie reddunt, eodem tamen cōspirantes, nempe vt nō sit numerus ministrorum dei. Ob idque non fuit opus re minus necessaria onerare lectorem, tamē adducam Hieronymū, Currus Dei innumerabilis, milia abundantium.

19 ACCEPISTI dona in hominib⁹.] Hieronymus enarrās cap. 4. ad Ephes. docet cur apostolus citās hunc ipsum locum, mutauerit accepisti in dedit, quum in Hebr. legatur לָקַחְתָּ laquata, & in Græco ἔλαβες. Eleganter hic posuit, dedit dona in hominibus, quum in psalterio scriptum sit accepit dona in hominib⁹. Verum ibi quia necdum factum erat, sed futurum promittebatur, propterea dicitur accepisse. Hic verò quum apostolus scribit, quia iam dederat & in vniuerso orbe ecclesiæ fundatæ erant, idcirco non accepisse dicitur, sed dedisse. Hactenus Hieronymus. Pellicanus tamē vertit, Docuisti dona in homine, alludens ad vocabulum לֶקַח lequach, hoc est doctrina.

21 Prosperū iter faciet nobis deus salutariū nostrorum. Hieronymus, Portabit nos. Cui accinit Pellican⁹, supportabit. Quod si ab omnipotente deo portemur, quid non prosperi viæ nostræ accumulabitur? Quia tamen עָמַס amas significat onerare & afferre, particula quoque salus sub diuersis casibus potest ascisci: idcirco nascuntur aliæ versiones pro voluntate hominum. Pratensis, Aggrauabit nos deus salute nostra. Sanctes, Afferet nobis Deus salutem nostram. Pellicanus, Deus salus nostra. Interpretes pro Caietano, Onerabit deus salutem nostram. Munsterus, Oneret nos beneficiis suis, qui est deus salutis nostræ. Consonat Campensis. Vniuersæ huiusmodi versiones, dignam sonant intelligentiam. Sed quid opus est tanta confusione ex qua fortassis quibusdā infirmis vertatur in nauseam vulgata editio?

24 CONVERTAM in profundum maris.] Heb. מִמְּצֻלוֹת mimmezuloth, id est, de profundis maris, quę videtur sibi aduersari, conuertere in profundū, & restituere de profundis. Veruntamē Hieronymus in commētariis pro eodem habet hoc pacto, Cōuertam Basan populum meum. Conuertam in profundum maris, id est, de ꝓfundis vitiis, & peccatis seculi istius, de commotione & fluctibus conuertam populum meum.

25 LINGVA canum tuorum ex inimicis ab ipso.] Istud ab ipso, quidā referūt ad sanguinē, de quo superius in eodem versu dicebatur, vt intingatur pes tuus in sanguine: vt Munsterus hoc modo reddens, Lingua canum tuorum, rubet ex hostibus propter ipsum sanguinem. Alii dant Deo, quod videtur facere Hieronymus, quando dixit, à temetipso: si tamen placet nobis Augustini edissertio, quia ipse Hieronymus in commentariis reducit ad sanguinē, Sanctes mutat in plurale, nempe ex ipsis inimicis.

26 VIDERVNT INGRESSUS tuos deus.] Hieronymus ad Suniam & Fretellam castigat codicem Græcum, in quo erat ἐθεωρήθησαν, id est, visi sunt, & quemadmodum exemplaria nostra nunc habent, pro ἐθεωρήθησαν, quod est, viderunt, & ita se inuenisse in Septuaginta & in ἐξαπλοῖς cōfitetur, licet interim non neget consuetudinē obtinuisse vt habeatur ἐθεωρήθησαν.

27 PRAEVENERVNT principes,] Alii cantores. Nam שָׁרִים scharim, cum puncto in dextro cornu, sunt cantores. At שָׂרִים sarim, signato punctulo in sinistro cornu, id est, principes, quo pacto pronunciauerunt interpretes LXX, & verterunt interpretes pro Caietano.

28 DE fontibus Israel.] Munsterus quod supponit addere siue interserere voluit, de origine (cordis) Israel, quū in Hebr. nulla sit mentio cordis, nec vllus alius interpres attigerit, quem viderim.

29 IN mentis excessu.] רֹדֵם rodem, si ducatur à radice רָדָה radah, & litera mem, sit affixa, significat dominari. Eoque Pratensis, Sanctes, Munsterus & interpretes pro Caietano traducunt, dominans eis, vel dominator eorum. Si autem idem vocabulum, inclinaueris à verbo primitiuo רָדַם radam, vt mem sit radicale, dormitare sonat. Hinc Septuaginta dixerūt, In mētis excessu. Suffragatur Pellicanus, & paraphrasis Campensis. Hic dicit, Sopore corripitur: Ille, in extasi. Nec ab hoc sensu abhorret versio Hieronymi, cōtinens eos, vt pote son

tes Israel, de quibus supra: vt indicetur raptus apostoli Pauli, qui in ea extasi copiose hauserit fluenta diuinæ sapientiæ.

30 PRINCIPES Iuda duces eorum.] Heb. רִגְמָתָם rigmatham, רְגָמָה regamah, est Homonymum ad purpuram, interitum, cœtum, cōgregationem. Ob id varie reddunt varii. Hieronymus, Principes Iuda in purpura sua. Sanctes stat à nobis. Pratensis, Nebiensis & Pellicanus, Interitus siue lapidatio eorum. Campensis accedit Hieronymo, Ornamētum eorū. Munsterus & Interpretes pro Caietano, Conciliū siue admiratio eorum.

31 MANDA deus virtuti tuæ.] Hebræi legunt per præteritum & tertiam personā, Mandauit deus tuus, de hinc quod sequitur עֻזֶּךָ vzeca. Ideo quia casus terminatione nō distinguitur, ob id quidā vertunt fortitudinem, Hieronymus, De fortitudine tua. Quidā alii, Fortitudinē pro te. Cāpensis (quod est paraphrasticōs) Robur addere tibi. Iamq; legēdo verbum Mandauit, sub tertia persona, Respicitur fortitudo hominis, quæ à deo donetur, aut stabilitur. Sub secunda autem persona, ad virtutem dei aspicitur, quæ est Christus anthore Augustino. At qui Hebræi sub eisdem prorsus literis, præteritum & imperatiuum scribunt. Etenim עזוה potest pronunciari tzirah, quod est præcepit. Potest & tzaueh proferri, hoc est manda, עֻזָּה Et magnopere eōuenit imperatiuus, qui statim subiungatur idem modus in alia clausula, Robora deus siue confirma, &c.

32 A TEMPLO tuo quod est in Hierusalem.] Munsterus ob assumentum suum, quod immiscuit, cogit & trahit lectorem ad suum cerebrum. Ait enim, A templo tuo in Hierusalem prodeat (robur tuum.) Vbi iuxta mentem aliorum interpretum, extrito quod nō est de propheta additamento, Datur intelligenti libera facultas extendendi, ad id quod sequitur, Tibi offerent reges munera. Alioqui iuxta Munsteri coactam versionem, hæreat superioribus necesse est. Illud animaduertendum posse accipi literam מ subsidiariam mem, pro in, alioqui est nota ablatiui. Siquidem plærique trāsferunt in templo, quum legatur in Hebræo מֵהֵיכָלֶךָ vt interim meminerimus non ociose annotatum quod dictum est vers. 24. huius psalmi, vbi legimus, In profundum maris, & Hebraismo addicti dicebant, De profundis maris, idque non alia ratione qnām quod præponebatur elemētum, mem.

33 INCREPA feras arūdinis.] Hieronymus, Nebiensis, Pellicanus, Pratensis, Interpretes pro Caietano, subscribunt Septuaginta. Sanctes aliter, Increpa siue disperde cōgregationē calami חַיַּת קָנֶה gear haiath. Mūsterus multo distat, Dissipato cœtu eorum qui vtuntur lāceis. Cui Cāpensis cōsonat, Vasta multitudinem lāceis armatam. Editio in Campēsi, peculiarē sibi somniauit sensum. Ages iumenta arūdine, quasi velit nobis insinuare quendam pastorem, qui tantæ sit virtutis & clementiæ, vt ad nutum sine recalcitratione iumenta obtemperent. Sensus quidem pius est, haud scio tamen si suo loco. Sed vt ad rē reuertamur, nūquam à memoria debet fugere, quod scribit Hieronymus aduersus Ruffinum libro primo, Idque memini in superioribus, Quāta sylua apud Hebræos ambiguorum nominum, atque verborum, quæ res diuersē interpretationi materiam præbuit, dum vnusquisque inter dubia quod sibi consequentius videtur transfert. Iam vocabulum קָנֶה qaneh apud Hebræos vsurpatur pro calamo, pro congregatione, & pro lancea.

Causa trāslatio- nis variæ.

CONGREGATIO taurorum in vaccis populorum, vt subaudias verbum, est, alias vertūt per accusatiuum, vt respondeat verbo superiori increpa. Et quia אַבִּירִים abbirim fortes tauros designat, nunc transferunt absolute tauros, nunc fortes. Cæterum Faber eleuat suo more authoritatem vulgatę editionis, quę habet vaccas pro vitulis, id philosophatur rectius conuenire, quod vituli sint petulantia lasciui, vaccæ nō item, quin potius ignauæ & desides. Vtinam vidisset quod commētatur Hieronymus in eum locum, certe interpretes haud inecessisset. Verba Hieronymi audito, ipsos hæreticos significat, quia neminem possunt decipere, nisi simpliciores & paruos, hoc est vaccas minores, tauros enim non possunt decipere, hoc est magnos. Quod eleganter etiam ponantur vaccæ edisserit Augustinus. Equidem scio in Hebr. legi vitulos עֶגְלֵי egle. Sic tamē vt infirmitas & leuitas populorū indicetur, quę quatenus significetur per fœmininum notius est, quam vt diutius immoremur.

Vaccæ quid.

vt excludant eos qui probati sunt argento.] Heb. מִתְרַפֵּס mithrapes. In prima particula mire sunt diuersi trāslatores. Hieronymus pro eo quod est excludant eos, ponit, calcitrātium, nempe vitulorum. Accedit Nebiēsis. Interpretes pro Caietano, calcantem videlicet congregationem. Pratensis & Pellicanus, optantem seu studentem. Munsterus, humiliabit se, cui alludit Camp. donec facti supplices, tributa pendeant. Sanctes, Gloriantem, vel conculcatam incisionibus. Non est animus persequi vnamquanque versionem. Nam instituti nostri est pro virili, contueri nostrā editionem. Iāmque vna est interpretatio, quæ respōdet lectioni vulgatæ, modo verū sit quod exponit Augustinus hic vsurpari, excludi, pro apparere, eminere. Si quidem sunt qui hoc modo vertūt, Gloriabūdi in portionibus argenti. Cæterum si accipias excludere in malā partem, oporteret interpretes accepisse literam, mem, finalem vice samec, quę magnam habēt cognationem, idque probabile est, quum ea litera in fine dictionum significet eos, & legendo per samec hoc non esset. Illud quoque verū erit deducēdo מִתְרַפָּם mithrapam, à radice רָפָה raphah quod est interdū dissoluit, debilitauit. Et si intelligatur hęreticos molliri, vt ad suum errorem trahant etiam eos, qui peritiores sunt & primores in Dei ecclesia, eo quadrat quod infirmentur qui robustiores

Authoris institutū.

fuerant. Quantum ad secundam clausulam, qui probati sunt argento, Hieronymus traduxit, Rotas argenteas. Subscribit Nebiensis, Pratensis & Pellicanus, Numerationes fragmentorum argenti. Sanctes, Cum incisionibus argenteis. Cōsentiūt interpres pro Caietano & Munsterus. Editio in Campēsi periphrasi vsa est, intelligitque gētes opib⁹ deditas. In Hebræo habetur בְּרַצֵּי כָסֶף beratze caseph. Sed Hieronymus deducit רַצֵּי ratze à themate רוּץ rotz, id est, currere. Qui autem vertunt fragmenta à themate רָצַץ ratzath, hoc est fregit. Idem est sensus, quod apostoli qui dicitur rotæ, propter discursum velocem prædicationis euangelicæ, confracti sunt & probati, tanquam aurū in fornace, per quos itidem intelliguntur, qui doctrinæ apostolicæ hærent vsque ad mortem.

Apostoli rotę sunt.

34 VENIENT legati ex AEgypto.] Pratēsis, Nebiensis, Sanctes, Munsterus, & Campensis non dissidēt à nobis, quia legati optimates, principes, חַשְׁמַנִּים ehasimannim. Sed Pellicanus & interpretes pro Caietano, dicunt pingues, vt clarum sit eos legisse, he, pro chet, aspirationē tenuē, pro forti aspiratione הַשְׁמַנִּים à themate שָׁמֵן schamē, id est, pinguefactus est, & he, seruilis sit litera. Hieronym. diuersus est. Siquidem pro legatis, legit velociter. Suboleo quod vnam dictionem vsurparit, conflatam ex duabus חוּשׁ hoseh, id est festinauit, Et מֹנִים monim, quod significat partes temporis.

AETHIOPIA præueniet manus eius deo.] Certum est manus hic esse pluralis numeri ex Hebræo, יָדָיו iadau, & accusatiui casus, ex Græco quod χεῖρα, aut iuxta alios codices χεῖρας. Sed dubium est quid referat pronomen, eius, in Latino, in Græco autem tollitur ambiguitas per fœmininum αὐτῆς. In Hebræo vau est ediuerso nota masculini generis, quāquam כּוּשׁ kusch, id est, Aethiopia nō repugnat in masculino. Illud interim est manifestū, quòd Augustinus in enarratione 1. exposuerat man⁹ eius, scilicet dei. Quod si versum esset manus suas, quemadmodum magis probat in sequentibus Augustinus, omnis scrupulus esset sublatus. Sed prior interpretatio, nullum haberet locū in hac parte. Certe Hieronymus simpliciter posuit manus, citra quodlibet pronomen. Eodē quoque interprete Origines homilia 1. in cantica, referre videtur pronomen eius ad synagogam, idque confirmat scripturarum authoritate. Et ad eundē modum vertit Hieronymus illic, quo hic legimus & psallimus, & magister indicat sequenti versiculo.

35.& 36 REGNA terræ cantate deo, psallite domino, psallite deo, &c.] Tertia clausula nēpe psallite deo, exordiū 36. versiculi, est adiectitia, ex veteri psalterio, Hieronymo authore ad Suniam & Fretellam, in hæc verba, Regna terræ cantate deo, psallite domino. Et dicitis hoc in in isto versiculo non esse scriptum, psallite domino, quoniam statim sequitur post diapsalma, psallite deo qui ascendit super cœlum cæli ad orientem, quum iste versiculus magis habere debeat iuxta Hebraicam veritatem, Cantate deo, psallite domino. Et illud quod sequitur in principio alterius versus, Psallite deo, non sit in libris authenticis, sed obelo prænotatum. Ergo & vos legite magis ea quæ vera sunt, ne dū additum suscipitis, quod à propheta scriptū est, relinquatis. Hactenus ille. Ex quibus perpenditur codices, quibus vtebantur Sunia & Fretella secundam clausulam, psallire domino, non habuisse, sed versiculū illum, finitum esse in ea sententia, Regna terræ cantate deo, & mox interpositum fuisse diapsalma, vt alter versus initium sumeret, ab hoc quod est, psallite deo. Nūc verò id quod est additum legimus, non prętermittentes tamen Hebraicam veritatem.

QVI ASCENDIT SVPER CAELUM cæli ad orientem.] Hieronymus cum plærisque aliis transtulit à principio, Sanctes & Pellicanus adhęrēt Septuaginta. Siquidē קֶדֶם quedē, est ad vtrumlibet.

LXVIII. PSALMI TIT. In finem pro his qui commutabuntur psalmus ipsi Dauid.

SALVVM me fac deus. Titulus [IN finē pro his qui commutabuntur ipsi Dauid.] Duæ sunt cōmutationes, Vna est de bono in malum, qua cōmmutatus est Adam ex forma Dei in deterius, in quo omnes moriuntur: altera de malo in bonum, qua cōmutantur fideles de malo in bonum, & de bono in melius, per gratiam Christi, in quo omnes viuificantur, cuius commutationis causa est passio Christi. Per hanc enim ipse Christus trāsiuit, de mūdo ad patrem, in quo & nos transire fecit: de morte ad vitam, de terra ad cælum. Vnde & ipse descēdit ad eos qui ceciderant, vt eos subleuaret, quod, id est, qui transitus, hebraice dicitur pascha. Vnde in Exodo, Est enim Phase, id est, transitus domini. Apud Græcos verò pascha passionem significat, & est ordo tituli [PSALMVS] istē dirigens nos [IN FINEM,] id est, Christū attribuitur ipsi [DAVID,] id est, Christo, qui hic loquitur, secundum caput & corpus agens pro his, id est, de his, id est, de causa cōmutationis eorum, scilicet de passione Christi [QVI COMMVTABUNTUR] de malo in bonum, de timore ad securitatem, de mundo ad cælum. Et est psalmus iste quartus eorum qui latius de passione & resurrectione Christi agūt. Intentio, monet ad laudem pro facta cōmutatione. Modus. Quinque sunt partitiones, Primo, precatur saluus fieri, qa multa patit, quantū ad se gratis, sed quę alius rapuit, ipse soluit. Scdo quæ soluerit, exponit, ibi, Deus tu scis. Tertio, ꝑdictis malis orationē opponit, ibi, Ego verò. Quarto, contra aduersarios prophetat, ibi, Fiat mensa. Quinto, dispensationem incarnationis & sanctitatem propositi exponit, ibi, Ego sum pauper. Christus ergo

Ex Aug.
Exod. 12.
Ex Cass.
Ex Aug.
Ex Cass.

in paſsione clamat ad patrem dicens,ô

S ALVVM me fac deus: quoniá intrauerũt aquæ vſque ad animam meam.

DEVS ſaluum me fac]Hæc
Ex Aug. eſt vôx grani ſinapis contempti,dum in horto obruitur,quod creſcit in magnum holus. Et reuera granũ ſinapis minimum eſt,& fuſcum & aſpernabile prorſus, & de
Eſa.53 Chriſto dictum eſt, Vidimus eum non habentem ſpeciem neque decorem, & tamen occupauit faciem terræ factus mõs magnus. Quare clamas?[QVONIAM aquæ].i.ſeditio & motus populi[INTRAVERVNT vſque ad ani-
Ex Aug. mam meam]tollendam,id eſt,turbæ Iudęorum præualuerunt non tantum tenere & ligare, ſed etiam occidere Chriſtum, hoc dicendo ſic clamando Chriſtus trãsformat in ſe membra ſua, id eſt, membris ſuis dat formam clamandi, quibus amarus eſt tranſitus mortis, per quẽ Chriſto cohæremus.Et habet fel,& acetũ,qđ in paſsione domino datũ eſt. Ideo ergo clamat vt ſui clament,ne cedãt iniquitati timore mortis, vltra quam non habent mali,quid eis faciant. Et,

2 Infixus ſum in limo profundi: & non eſt ſubſtantia.

Ex Aug. INFIXVS ſum]cõrpore.q.d.Tenuerũt me [IN LIMO profundi,]id eſt,Iudaicæ iniquita-
Ex Aug. & Caſs. tis.Limus eſt hõmo, & de limo terræ:ſed nõ de profundo, id eſt, de corrupto factus eſt, ſed cadendo à iuſtitia per originalia & actualia peccata factus eſt limus profundi, id eſt, iniquitatis, cui perſequenti qui non cedit commutator de limo in aurum[ET non eſt ſubſtantia] Subſtãtia dicuntur diuitiæ, quibus ſuſtentatur homo. Et eſt,Non eſt ſubſtantia,id eſt,ad paupertatem veni. Vnde in ſequẽti,Pauper & dolẽs ego ſum,
Ex Aug. vel non eſt ſubſtantia. Hõc ad intelligendũ eſt difficile aliquanto, & indiget cõmẽdationis & expoſitionis aliquantulę.Intelligitur ſubſtantia illud quod ſum à deo. Naturæ ipſæ ſubſtantiæ dicũtur,vt homo,pecus,cælũ,terra,& huiuſmodi omnia iſta ſubſtantiæ ſunt, eo ipſo quo ſunt. Nam quæ nulla ſunt,in ſubſtantia nihil omnino ſunt:ſubſtãtia ergo aliquid eſt. Deus eſt quędã ſubſtãtia, vnde etiã in fide catholica cõtra venena quorundam hęreticorũ ſic ædificamur,vt dicamus patrẽ & filium & ſpiritũ ſanctũ vnius eſſe ſubſtantiæ. Quicquid eſt pater quod deus eſt,hoc eſt filius, hoc eſt ſpiritus ſanctus. Cũ autem pater eſt,non illud eſt quod eſt. Pater enim nõ ad ſe,ſed ad filium dicitur: ad ſe autẽ deus dicitur. Itaq; eo quo vel quod deus eſt, ſubſtãtia eſt: & quia eiuſdem ſubſtãtiæ eſt filius, proculdubio & filius eſt deus. At verò qđ pater eſt,qa nõ ſubſtãtiæ nomẽ eſt, ſed refert ad filiũ, nõ ſic dicimus filiũ eſſe patrẽ, quomodo dicimus filiũ eſſe deũ.Quęris quid ſit pater?reſpõdetur deus Quæris quid ſit filius?reſpondetur deus.Quęris quid ſit pater & filius? reſpondetur deus: de ſingulis interrogatus,deum reſponde:de vtroq; interrogatus,deum nõ deos reſponde.Nõ ſic in hominibus. Quæris quid ſit Abrahã, reſpõdetur homo. Quæris quid ſit filius eius Iſaac,reſpondetur homo. Eiuſdem ſubſtãtiæ eſt Abraham,& Iſaac. Si verò quęris quid ſit Abraham, & Iſaac, non homo, ſed homines reſpondetur: non ſic in diuinis. Tanta enim ibi eſt ſubſtantiæ ſocietas,vt æqualitatem admittat, pluralitatem non admittat. Si ergo tibi dictum fuerit cũ dicis filiũ hoc eſſe quod pater eſt, ꝑfecto filius pater eſt.Reſponde ſecundũ ſubſtantiã,ubi dixi hoc eſſe filiũ quod pater eſt,& nõ ſecũdum id quod ad aliud dicitur. Ad ſe enim deus dicitur:ad patrẽ filius dicitur.Rurſumq; pater ad ſe deus dicitur, ad filiũ pater dicitur: quo dicitur ad filium pater nõ eſt filius:quo dicitur filius ad patrẽ,nõ eſt pater:quo dicitur pater ad ſe,filius ad ſe,hoc eſt pater & filius,id eſt deus.Quid eſt ergo? Infixus ſum in lim.prof.& nõ eſt ſubſtãtia Subſtantia dicitur illud qđ eſt quæq; res à deo. Fecit deus hominẽ ſubſtãtiã, atq; vtinã maneret in eo qđ deus fecit. Si enim maneret homo in eo quod Deus fecit, nõ in limo infixus eſſet, quem deus genuit.Subſtãtia dicitur illud,quod à deo facta eſt quęq; res. Vnde in euangelio,Omnia per ipſum facta ſunt.i.oẽs naturæ, omnes ſubſtãtię quæ laudãt deũ,nõ qđ omnia habeant ſenſum laudãdi,ſed quia bene cogitata laudẽ pariunt,& conſideratione creatoræ, impletur cor ad eructandũ hymnũ deo,laudãt etiam reptilia, ſed non auaritia,inuidia,&c.quę nõ fecit deus. Fecit ergo deus hominẽ ſubſtantiã.ſ.naturaliter bonum, ſed quia nõ in eo mãſit, ſed lapſus eſt in iniquitatẽ,quæ nõ eſt ſubſtantia,ſed peruerſitas hominis,Non eſt ſubſtãtia.i.qualis à deo factus, in qua ꝑuerſitate infixus eſt filius hominis dei, quia in iniquitate eorũ infixus eſt.Nõ eſt,in eis,
Subſtãtia.i. nõ inueni in eis quod feci, quia non à deo ſunt facti tales, ſed acceſsit aliũde. Vel ita, Nõ eſt mihi, Subſtantia, id eſt,virtus carnis,euadendi paſsionem. Vel, Non eſt mihi ſubſtantia,id eſt ſtabilitas vitæ,quis, Ex Caſs. & Hier. & gl.int.

3 Veni in altitudinem maris: & tempeſtas demerſit me.

VENI]ſpõnte[IN altitudinem maris].i.in qua nos naufragabamur .i.in ꝓfundũ ſeculi, & inſani populi[ET tẽpeſtas].i.ſeditio & trãſitorius impetus,ſcilicet voces inclamantium mortem.[DEMERSIT me.]in mortem.Eccẽ Ionas à ceto abſorptus, ſed tertia die euomitus.Et licet illi ita facerent,tamen ego, Ex Aug. & Hier. & Caſs. Ex Aug.

4 Laboraui clamans,raucę factæ ſunt fauces meæ: defecerunt oculi mei,dum ſpero in deum meum.

LABORAVI clamans] ãdmonendo eos, diũ enim clamauit,Vę vobis ſcribæ & phariſæi, & vę mũdo à ſcãdalis. Et in hoc laborauit,quia non recipiebatur. Clamãs enim laborat qui nõ exauditur.Non laborat cuius votum impletur. &[RAVCAE factæ ſunt fauces meæ]hõc ad li- Ex Aug. Ex Caſs.

Ex Aug. terăm in euangelio non legitur, sed vt rancus factus est quantum ad illos, quia non est ab eis intellectus. [DEFECERVNT OCVLI mei dum spero in deū meum.] Alia litera, id est, discipuli desperauerūt, vt oculi duorū discipulorum tenebantur, in via Christum non agnoscentium, qui desperātes dixerunt, Sperabemus quod esset redempturus Israel, quibus extra factum est, quod intra erat, id est, cæcitas cordis, facta est in oculis: sed spem eis reddidit, quando cicatrices palpādas obtulit: quib⁹ tactis Thomas ad spem rediit, clamans, Deus meus, & dominus meus. Tetigit ergo formā serui, & cognouit formam dei. Ideo in lege dictum est. Non coquas hœ-
Ex Alcu. dum in lacte matris, id est, āpostolis. adhuc teneris & infirmis, nō immittes passionē & mortē, quia tales perditi fuissent. Vel ita, Defecerūt
Ex Cass. & Alcu. oculi mei, id est, mõrtuus sum. Deinde subdit causam, Dum spero in deo meo, id est, quia præstolor misericordiam, & non ex eo potentiam.

5 Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis.

MVLTIPLICATI sunt super capillos, &c.] Quod prius typice dixit, scilicet aquæ limus,
Ex Alcu. altitudo maris, nunc in re aperte dicit, Illi [QVI oderunt me gratis,] id est, sinē causa [MVLTI-
Ex Aug. plicati sunt] vt ētiam discipulus cum eis esset,
Ex Alcu. [SVPER capillos capitis mei] pro īnfinito po-
Ex Aug. nit, capillis capitis cōparat inimicos, quia merito rasi sunt de Christo, quādo in caluaria crucifixus est Christus. Inde est quod Christus in passione exutus est vestib⁹ suis, & alus vestitus, & post suscepit suas, & altaria quoque discooperiuntur passionis tempore, & post instāte resurrectione cooperiūtur: quia tempore passionis recesserunt Iudæi à Christo, & etiā apostoli. Eo verò resurgēte redierunt apostoli, sed nō alii Iudæi. Ideo aliis vestibus .s. Gentibus induitus est: sed in fine per prædicationem Heliæ & Enoch, omnis Israel saluus fiet, & tūc vestimēta sua recipiet. Idē enim significat translatio libri, qui prius ponitur in dextro latere altaris: postea transfertur in leuum. Inde circa finem missæ refertur in dextrū: vel per capillos boni intelliguntur. Et hoc est, Multiplicati sunt super capil-
Ex Cass. lis capitis mei. i. plūres sunt his qui sunt ornatui, sicut capilli ornant caput. Numerosi sunt inimici, & etiam noxii. Vnde subdit, Et

6 Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: quæ non rapui, tunc exoluebam.

CONFORTATI sunt inimici mei qui] etiam [PERSECVTI sunt me iniuste] Hōc est
Ex Aug. quod dixerat, gratis. Laus Christi, & martyrum est in causæ bonitate, non in pœnæ acerbitate. Causa enim facit martyrem nō pœna, [QVAE non rapui tunc exoluebam]. q. d. Non peccaui, & pœnas dedi. Rapuit enim Adam & Eua præsumēs vt diabolus, de diuinitate. Rapere voluerunt diuinitatem, & perdiderunt fœlicitatem.

PARS II. 7 Deus tu scis insipientiā meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.

DEVS tu scis] Secūdā pars, vbi exponit quæ exoluerit, scilicet insipientiam & delicta suorū. Ex Cass.
Et quia pro aliis solui, precatur expectātes antiquos, & quærentes alios, scilicet modernos in se non frustrari, cum tanta tam æquanimiter ferat. q. d. nō rapui, quia ô [DEVS tu scis insipientiam] Hoc dicit Christus ex mēbris [MEAM,] id est, meorum, id est, scis quod ignari dei sunt, [ET DELICTA mea,] id est, meorum, quę suscepi ad delendū, nō quæ admisi. Fuit enim delictorum susceptor, sed non commissor [A TE non sunt abscondita] De īnsipientia & delictis suorum hoc dicitur. hi sunt qui commutantur in sapientes & iustos. Ex Alcu. Ex Aug. Ex Cass.

8 Non erubescant in me, qui expectāt te domine, domine virtutū.

NON ERVBESCANT] Hīc ostendit quod supra de membris dixerat, quasi dicat, Et quia pro aliis solui, ergo, [Non erubescant in me] id est, non frustrētur in me moriente [QVI expectāt te] eum desiderio [DOMINE] scilicet prophetæ, & antiqui iusti, qui expectant quod oculis videre non potuerūt. Ne ergo aliter eueniat, quàm spiritus sanctus per eos prædixit, Domine, vel deus [VIRTVTVM] cælestium vel terrestrium, scilicet cui nihil impossibile est. Deinde precatur pro modernis quærētib⁹, dicēs, Et, Ex Cass.

9 Non cōfundātur super me qui quærunt te, deus Israel.

NON confundantur] īnsultationibus [SVPER me] moriēte [QVI quærebāt te] ô [DEVS Israel,] id est, videntium deum. Hoc ideō dicit, vt qui deitatē eius intueri non possunt, non seducantur infirmitate eius carnali. Vel ita ab illo loco, Deus tu scis, q. d. Exsolūi, & hoc ideo, quia tibi placet: & loquitur de se Christ⁹. & hoc est, Deus tu scis, id est approbas, Insipientiam meā, id est quod dē me, insipientia & stultitia videtur, id est irrisio, & mors quam patior, secūdum illud, Quod stultum est dei, sapientius hominibus: quod in me irriserunt, qui sibi sapientes videbātur, sed tu scisti, quare fiet. Et delicta mea. i. meorū, A te non sunt abscōdita, hoc nō mutatur. Et quia pro aliis solui, ergo, Qui expectanc te domine virt. non erubescant in me, morientem, id est nō dicatur eis, vbi est Christus vester? Vbi est qui dicebat, Credite in deū, & in me credite. Et agit de iustis qui fuerunt post aduentum Christi, de quibus etiam subdit, Non cōfundantur, īnsultationib⁹, Qui quærēt te, deus Israel, hoc non mutatur. Vel loquitur hic in persona ecclesiæ, & orat ecclesia, vt nō prematur hęreticorum scandalis, sic vt filii erubescant. Et est, Nō erubescāt in me, id est, in depressione mea, qui, Te expectant, &c. quæ non mutantur. Ex gl. int. Ex Cass. Ex Rem. Ex Aug. 1. Cor. 1. Ex Aug.

10 Quoniam propter te sustinui opprobriū: operuit confusio faciem meam.

Ex Caſſ. QVONIAM propter te] Cōgregat in vnū multa quæ pertulit, ad inuidiam in Iudæos ex-
Ex Aug. citandam. q.d. Merito non confundūtur ſuper
Luc.10. me[QVONIAM] ego[Suſtinui opprobriū]In cō-
Matt. 11. uitiis, vt qđ ipſi dicūt, In Beelzebub eiicit dæ-
Ex gl.int monia, potator vorax eſt, propter te non pro mea culpa, vel alia re.q.d. Nōn eſt magnū quod
Ex Caſſ. ſuſtinui, ſed quod ꝓpter te,&[OPERVIT cō-fuſio faciem meam] conſputatam. Hōc ſolet e-uenire in bono laceratis, qui ſolēt tāto amplius
Ex Aug. ad tēpus triſtes effici, quāto in ſe cognoſcūt ini qua cōfingi. Vel ſecundū aliā lit. & loquitur to tus Chriſtus, Operuit, vt videbatur, Faciē meā, irreuerentia, id eſt, impudētia quā oportet nos habere, inter eos quibus diſplicet Chriſtus, ne erubeſcamus de eo:&

11 Extraneus factus ſum fratribus meis: & peregrin' filiis matris meę

Ex Caſſ. FRATRIBVS meis] cognātione carnis[Factus ſum extraneus] ſicut Ioſeph ſuis, quia non credūt mihi[ET peregrinus filiis matris meę.]
Ex Aug. id eſt, ſynāgogæ, vel, Hoſpes, alia litera, ſcilicet
& Caſſ. qui ad tempus in domū recipitur, non vt frater
Ioan.9. chariſsimus, qđ ego erā eis, peregrinus eis fuit, cū dixerūt, hunc neſcimus vnde ſit. Sed quare?

12 Quoniā zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrātium tibi, ceciderunt ſuper me.

Ex Alcu. QVONIAM zelus domus tuæ,] id eſt, Indignatio qua indignabar eis, pro domo tua. Vel,
Ex Aug. Zelus, id eſt, Amor dom' tuæ[COMEDIT me] quia perſecutus ſum in eis iniquitates eorū dū flagellaui in templo male verſantes, flagello de reſticulis facto, ementes & vendētes eiiciendo, dicēs, Domus mea domus orationis vocabitur. Vel ita diſtingue, iden hoc, Quoniam zelus do-
Ex gl.int. mus tuæ, fuit mihi. Et ille zelus, Comedit me, id eſt, fuit mihi cauſa mortis. Quid iſtum zelū ſequitur, adiūgit [ET opprobria exprobrātium]
Ex Caſſ. vel, Improperantium [TIBI] ōlim in deſerto, [CECIderūt] tandem [SVPER me] quia increpati conuitia quaſi tela ſuper eum miſerunt, vt Nōnne hic eſt filius Ioſeph? Improperātiū tibi, vt quando dixerūt, Nūquid poterit parare mēſam in deſerto? & illud, Iſti ſunt dii tui Iſrael. Et ideo nunc eadem conuitia dicit ſuper ſe cadere, quæ nlim exprobrabant, vt ex conſuetudine impia, & nō nouiter videas eos hoc feciſſe. Vel
Ex Aug. ita, Opprobria, nunc, Exprobrantiū tibi, in me, quia quicūque exprobrat Chriſto etiam patri,
Ex Caſſ. Ceciderūt ſuper me, quia me inuenerunt. Cădunt enim ſuper nos mala, quando vitate non poſſumus. Ceciderunt ergo ſuper Chriſtum, id eſt, effectum habuerunt.

13 Et operui in ieiunio animam meam: & factū eſt in opprobrium mihi.

Ex Caſſ. ET OPERVI in ieiunio] quaſi quodā pal-
& gl. int. lio triſtitiæ[ANIMAM meam,] id eſt, volunta-
& Alcu. tem. Vel, Operui animam meam,[id eſt, nō extecui potentiam vindicando. Et hoc in ieiu- Ex Aug.
nio ſalutis eorum, quia ſicut eſuriebat & ſitiebat Chriſtus eorum fidē & ſalutem: ita ieiuniū Chriſti fuit, quando defecerunt qui in eum crediderant. Et ſicut in paſsione fel & acetū in potum oblatū eū guſtaſſet noluit bibere: Ita prælegit potius ieiunare, quā fel vel acetū accipere, id eſt, veteres & amaros qui non intrāt in corpus eius [ET] hoc eſt quod ab eis ieiunaui, id eſt, nō conſenſi eis[FACTVM eſt mihi in opprobrium] detractionis & irriſionis, q.d. ideo inſultant mihi quod patuit in ſputis & colaphis, & huiuſmodi. Cur factū eſt in opprobriū?

14 Et poſui veſtimentū meū ciliciū: & factus ſum illis in parabolā.

ET,] id eſt, quia [POSVI cilicium veſtimētum meum,] id eſt, ōppoſui illis mortalē carnē Ex Aug.
in quam ſæuirēt, & occului deitatem ſacco. Cilicium enim eſt mortalis caro, quam Chriſtus induit, vt de peccato damnaret peccatum. Ci- Ex Hier.
liciū eſt lugubris caro, vt quod fleuit ſuper Hieruſalē & pro Lazaro. Vel ita illi ſunt tales [ET] tamen ego [POSVI cilicium veſtimentū meū,] id eſt, eos aſperos volui mihi veſtimentum eſſe, Ex Rem.
[ET factus ſum illis in parabolā] irriſoriā, id eſt, Ex Aug.
in ſimilitudinem maledicti, vt cuilibet maledicendo dicerent, Sic tibi contingat vt Chriſto crucifixo. Vel, Factus ſum illis in parabolā, quia pēr parabolas eos docebā. Vnde, Vobis datum Ex Caſſ.
eſt noſſe myſterium regni dei, cæteris autem in parabolis, &c. Et tunc,

15 Aduerſum me loquebātur qui ſedebant in porta, & in me pſallebant qui bibebant vinum.

ADVERSVM me] Vel ita cōtinua, Qui tibi Ex gl.int.
hoc fecerunt? ecce [ADVERSVM me loquebantur qui ſedebant in porta,] id eſt, in publico, In porta ſedent, qui cōuentibus hominum ſedula curioſitate miſcētur. Dicit ergo paſ ſionem ſuam Iudæorum eſſe fabulam, vt nullus exciperetur, quī huius locutionis alienus eſſet. Ex Caſſ.
Vnde Cleophas ait, Tu ſolus peregrinus es in Luc.24.
Hieruſalem & nō cognouiſti quæ facta ſunt in illa his diebus. q.d. Tu quia peregrinus es, forſitan ignoras, ſed alii non. q.d. De me agebant in Ex Caſſ.
publicis conuentibus, & in conuiuiis. vnde ſubdit[ET IN ME pſallebant,] id eſt, irriſio mea Ex Aug.
erat pſalterium eis[QVI bibebāt] cūm ego eſ- & Remi.
ſem ieiunus[VINVM,] id eſt, qui inebriabantur temporali voluptate. Ecce in eum conuertitur cantus, qui prohibet vanos cantus. Vel, Qui bibebant vinum erroris, impietatis & ſuperbię, Aduerſum me loquebātur qui ſedebant in porta ciuitatis, vbi ſolent iudices ſedere ad iudi- Ex Hier.
cādas cauſas, id eſt, in publico iudicio, ſicut ſcribæ & phariſæi habentes clauē ſcientiæ, ſed nec Luc.11.
intrantes, nec alios intrare ſinentes. Hi loquebāntur aduerſum me, Et in me pſallebant, bene Ex Caſſ.
operando, Qui bibebant vinum, ſpirituale. In deum nempe probabili opere pſallunt, Qui vinum ſpirituale quod lætificat mentem bibunt.

PARS III. 16 Ego vero orationem meā ad
te domine:tēpus beneplaciti deus.

Ex Cass. EGO vero]Tertiā pars,in qua prędictis ma-
lis opposita est oratio pro parte sua,id est Chri
stus,vt discamus nō rixas, sed orationes iurgiis
Ex gl.int. opponere.q.d, Illi ita sæuiunt contra me[EGO
verò]dū impii ita insultarent dirigebam[AD te
Ex Aug. domine orationem meam.]Cūm enim nō cor-
rigūtur iniqui,nil restat nisi orare, etiā pro eis.
Er quia ad te oro,ideo, Exaudi me. Ideo exau-
Ioan.15 di,quia ô[DEVS]nūc est[TEMPVS benepla-
citi,]id est,gratiæ & reconciliationis,per incar
nationē,per sanguinem, per mortem:quia cum
2.Cor.6. granum moritur, surgit fructus. Vnde aposto-
Ex Cass. lus,Ecce nunc tempus acceptabile,&c.Deinde
quomodo hoc tempus prouenerit exponit.hoc
tempus pronenit,

17 In multitudine misericordiæ
tuæ exaudi me, in veritate salutis
tuæ.

Ex Aug. IN multitudine misericordiæ tuæ,]id est,In
multa misericordia tua,quæ contra multitudi-
nem iniquitatis nostrę est.hoc est,quare dicitur
tempus beneplaciti:ideo repete,[EXAVDI me
Ex Cass. in veritate salutis tuæ,] id est,In perfecta resur-
rectione,vt salutē des in resurrectione,sicut per
Ex Aug. prophetas promisisti.Nōta quod cum pręmisit
de misericordia,subiūgit de veritate: quia vni-
uersæ viæ domini sunt misericordia & veritas,
misericordia est in dimittendo peccata,veritas
in reddendo promissa.

18 Eripe me de luto vt nō infigar:
libera me ab his qui oderunt me,&
de profundis aquarum.

Ex Aug. ERIPE] Lōquitur hic Christus ex infirmi-
tate membrorū.q.d. In hoc audi,[ERIPE me
de luto]cui supradixit se infixum corpore,non
mente[VT non infigar]vel,Inhæream,alia lite-
ra,mente.q.d. Si tenetur corpus, non teneatur
anima. Supra verò de se loquens dixit se infixū
corpore in limo profundi, hoc autem dicit ex
infirmitate membrorum.Et est,Eripe me de lu-
Ex Cass. to vt non infigar,vel,Inhæream,id est,dē luteis
desideriis,ne mente cōsentiam.[LIBERA me
ab his qui oderūt me, & de profundis aquarū,]
vt malis non consentiam.

19 Non me demergat tempestas
aquæ: neque absorbeat me profun-
dum:neque vrgeat super me puteus
os suum.

Ex Aug. NON me demergat]Secūndum spiritum su-
pra mersus fuit,secundum carnem[TEMPESTAS
aquæ]vt eam mēte in profundū limi[NEQVE
Ex Cass. absorbeat me profundum]pēccatorū quod de-
glutit animas. Vnde, Cum peccator venerit in
profundū vitiorū cōtēnetur. Hęc pericula mē-
bris eius imminent,pro quibus hæc dicit,Non
absorbeat,sic vt vrgeat super me os suū.Et hoc
Ex Aug. est[NEQVE puteus,]id est,pfundītas iniqui-
tatis humanæ[Vrgeat,]id est,claudat[OS suum
super me]& si cecidisti, nō claudit super te pu-
teus os suum,si tu non claudis os tuum:sed cō-
fitere,& dic,De profundis clamaui ad te domi-
ne, & sic euadis. Claudit os suū super illum, qui
in profundo cōtemnit, à quo mortuo velut qui
non sit perit cōfessio.Vel in persona capitis to-
rū accipi potest sic, Eripe me de luto vt nō in-
figar.Dēinde exponit quod dixerat subdēs,Li- Ex Aug.
bera me,in resurrectione,Ab his qui oderūt me, & gl.int.
hi sunt lutum. Et de profundis aquarum,id est,
Iudæis. Iūdæi enim malignitate consilii pro- Ex Cass.
fundi sunt, & seditionibus turbulenti. Vnde
subdit, Non me demergat, Irrecuperabiliter, Ex Hier.
Tempestas aquæ,id est,impetus Iudęorum.Ne- & Remg.
que absorbeat me profundū .i. infernus. Neque
vrgeat .i. claudat, Super me puteus.i. infernus,
Os suum.i.non sic absorbeat me,vt vrgeat.

20 Exaudi me domine quoniam
benigna est misericordia tua:secun-
dum multitudinem miserationum
tuarum respice in me.

EXAVDI me]pēriculis hominum expositis, Ex Cass.
item voce membrorum,precatur,dicens,[EX-
audi me domine]hæc ēst causa audiendi[QVO- Ex Aug.
niam benigna est] vel, Suauis [MISERICOR-
dia tua] nō quia merui.Tribulato suauis est mi
sericordia,vt panis esurienti, quam suauitatem
nobis dominus commēdat de tribulatione im-
missa & dilatata liberatione.Venit enī tribula-
tio,& differt deus subuenire,vt moueat deside-
rium. Et ita fit dulce auxiliū,quod cum sit iam
non est quo differat [ET RESPICE in me,]
nōn in peccata mea [SECVNDVM multitudi-
nem] non peccatorum meorū, sed[MISERA- Ex Cass.
tionū tuarum,] quibus peccata licet innumero
sa cedunt.

21 Et ne auertas faciē tuam à pue
ro tuo: quoniam tribulor,velociter
exaudi me.

ET ne auertas]loquitur totus Christus[FA- Ex Cass.
ciē tuā à puero tuo]Chrīsto:de quo in prophe-
ta,Ecce puer meus electus quem elegi.qui recte Esa.42
dicitur puer à puritate,propter peccati immu-
nitatē.Vel,A puero tuo]id est, quolibet sancto, Ex Aug.
Pāruo.s.non superbo,à quo superbiā tollit disci
plina tribulationis. Sed[VELOCITER exaudi me]
non est quo differas [QVONIAM tribulor,]
præcessit afflictio mea, sequatur misericordia
tua.Deinde sequitur ex voce capitis.

22 Intēde animæ meę & libera eā:
propter inimicos meos eripe me.

INTENDE animę meæ & libera eam pro-
pter inimicos meos]id est,vt cōfundāntur ini-
mici,liberatione mea.Vel vt conuertantur,mi- Ex Aug.
randa petitio est ista, nec cursim transilienda,
quòd causam suæ ereptionis constituit in cō-
fusione, vel conuersione inimicorum tanquam
aliter non sit liberandus.Quod si neutrū illorū
est,nūquid nō est liberandus?est vtique:sed ideo

hoc dicit, vt notentur duæ liberationes, occul-
ta & manifesta. Est enim quædam liberatio oc-
2 mach.7 culta in anima, quæ propter ipsos sanctos fit.
Qualiter septem fratres, scilicet Machabæi li-
berati sunt, qui igne consumpti sunt cum ma-
tre eos hortante, vt potius eligerent pro legi-
bus dei mori, quam contra eas hominibus con-
sentire. Et est alia liberatio manifesta, quæ fit
propter inimicos, vel puniendos, vel liberãdos,
Dan.3 qualiter tres pueri de camino ignis liberati sunt:
vnde ipse Nabuchodonosor conuersus, deum
ipsorum quem ante contempserat, prædica-
uit. Vtranque ergo liberationem hic distin-
guens, ait, Intende animæ meæ, hoc ad occultã
liberationem animæ pertinet. Et libera eam, qđ
id est quam liberationẽ tu solus scis: deinde sub-
dit de aperta dicens, Eripe me, manifestè in re-
surrectione, Propter inimicos meos. hoc ad aper
tam liberationem pertinet, vt scilicet caro re-
surgat, & ascendens mittat spiritum. Vnde, Ini-
mici conuersi sunt, quibus non proderit, si solã
animam liberaueris. Ideo eripe, quia,

23 Tu scis improperium meum & confusionem meam: & reuerentiam meam.

Ex Cass. TV scis improperium meum] quod fit ver-
Matt. 26. bis, vt cum dicerent, Blasphemauit. [ET confu
sionem meam] quæ ex improperio mihi est in
passione, [ET reuerentiam, vel verecundiam,
meam] alij interpretes dicunt ignominiam, vt
alapas, flagella, & quod Pilato tanquam reus tra
ditus est. Hæc omnia non pro suo reatu, sed pro
nobis sustinuit vt in talibus sustinendis nos in-
strueret. Ideo ad patrem loquens, dicit, Tu scis
improperium meum, & confusionem meam, &
Ex Aug. reuerentiam meam, Quia quare sint mihi ista
tu nosti: inimici vero non norunt. Et etiam
ideo eripe me, quia,

24 In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: improperium expectauit cor meum & miseriam.

Ex Aug. OMNES qui tribulãt me] inimici mei, sunt
[IN conspectu tuo] istã nescientes. s. quare ista
patior. Et ideo nõ poterũt ipsi vel cõfundi, vel
corrigi, nisi manifestè me eruas. Et ideo ait, pro-
Ex Cass. pter inimicos meos. Vel ita hæc mihi inseruot,
& hoc in tui præsentia. quod sic dicit, [IN con
spectu tuo sunt omnes qui tribulant me] hoc di
cendo inuidiam excitat cõtra eos, vt tantũ sce
lus præsente deo committerent. Vel in persona
membrorum totum, Deus tu scis improperium
Ex Aug. meum, vel opprobrium meum: alia litera, Op-
probrium est quod obiicit inimicus. Et confu-
sionem meam. Confusio est quę mordet cõscien
tiam. Et verecundiam meam. Verecundia est,
quãdo etiam frons ingenua pro falsis erubescit:
hæc omnia sunt in corpore Christi, nõ in ipso.
Galat. 6 Obiicitur. n. Christianis nomẽ Christi crucifixi:
sed fortib9, vt Paulo gloria est, qui dicit, Mihi au
tẽ absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu
Rom. 1 Christi. Et alibi, Nõ enim erubesco euãgelium.
His ergo opprobrium tantũ poterat obiici, sed
nec cõfusio erat sanæ menti, nec verecundia frõ
ti. Sed cum obiicitur quibusdam, quod Christũ
occiderunt, compũcti sunt mala conscientia, &
salubriter confusi atque conuersi, vt possint di-
cere, Tu cognouisti confusionem meam. Qui-
dã vero credunt, sed confiteri erubescunt, plus
apud se valente lingua humana quãm promis-
sione diuina: & hi tales cõmendãtur deo, nõ vt
eos sic derelinquat, sed promissione diuina ad-
iuuando proficiat. In cõspectu tuo sunt omnes
qui tribulant me: non mutatur. [IMPROPE-
rium] q. d. Ipsi improperauerunt, non tamen
ignoranti & nolenti, imo, Improperium eorum,
quod præsciens euitare nollem. [EXPECTauit]
quia futura pręuidit, & prædixit. & ad hoc ve-
nit. [COR meum] quia voluntate sustinuit, se-
cundum illud, Desiderio desideraui hoc pascha Lucę 22
manducare vobiscum. [ET miseriam] quæ ta-
men magis erat crucifigentium, quãm ipse mi-
serans dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt Lucæ 23
quid faciunt. Et sicut expectaui & prædixi: ita
impletum est quod sic dicit,

25 Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni.

ET sustinui & non fuit] dẽ tanta multitu- Ex Hier.
dine, de omnibus persecutoribus. [QVI simul
contristaretur] sed læti scẽlus peregerunt, [ET Ex Cass.
nõ inueni qui consolaretur me] Qui proficit so Ex Aug.
latur medicũ: sed potius, Dederũt in escam meã Ioann. 19
fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Hæc est
consummatio passionis. Cum enim dixisset, Si-
tio, fel cum aceto obtulerunt: hoc facto, mores
suos amarissimos indicantes. Vel de discipulis
& mulieribus potest accipi. Qui & si contrista
ti sunt, non tamen simul, id est similiter. Et hoc
est, Et non fuit qui contristaretur simul. Con-
tristati sunt discipuli & mulieres, quæ super eũ
flebant: sed non simul. carnaliter enim contrista
bantur de vita mortali, quæ erat mutanda mor
te cum deberẽt tristari: de cæcis, qui medicũ oc-
cidebant, quod nemo tunc fecit. Et non inue-
ni qui consolaretur me, proficiendo. Et quod
non inueni simul tristes & consolantes, hoc fuit
mihi fel, id est amarum, propter mœrorẽ & ace-
tum, id est acidum, propter vetustatem eorum.
Et hoc est,

26 Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto.

ET dederũt in escam meam fel] ĩmaritudi Ex Aug.
nis [ET in siti mea potauerunt me aceto.] ad
literam. In euangelio legitur ei oblatum fel, sed Ioann. 19
in potum non in escam. Mysticè ergo hoc dici-
tur, vnde bene congruit quod non dixit, fel de-
derunt escam, sed fel dederunt in escam: quia iã
dominus escam acceperat, qui cũ discipulis pa-
scha manducauerat, vbi sacramentum sui corpo
ris demonstrauit, quę est esca dulcis, esca suauis,
esca vnitatis Christi: quam commendat Apost. 1 Cor. 10
dicens, Quia vnus panis & vnum corpus mul-
ti sumus. In hãc ergo escam, id est super escam

suauem, quæ est esca unitatis Christi, infecerũt fel, id est amaritudinem, resistendo ueritati, & contradicendo euangelio, quod adhuc hodie facit contemptor sedentis in cælo, & grauius peccat, quàm qui crucifixit ambulantem in terra. Sicut ergo tũc Iudæi, ita etiam hodie dant bibẽ dum amarũ potũ, qui male uiuendo faciunt scãdalũ ecclesiæ. Et heretici amaricantes. Gustauit autem dominus docens nos gustare .i. pati tales, sed nõ bibit, quia tales non possunt in corpus recipi. Mysticè ergo hoc prædicitur, sicut mysticè in passione factũ est. Et in siti mea, qua fidem eorum desideraui, Potauerunt me aceto, id est ueteri acredine, quia non nisi uetustatem in eis inueni.

PARS IIII 27 Fiat mẽsa eorum coram ipsis in laqueum: & in retributiones, & in scandalum.

Ex Cass. FIAT mensa eorum.] Quarta pars, ubi est prophetia contra aduersarios. q. d. Illi põtauerunt me aceto. Et, Mensa eorum fiat illis in laqueum, id est qualem laqueum mihi exhibuerũt, dando mihi talem potum, talis laqueus fit illis, id est malitia eorum sit eis laqueus mortis. Et hoc, [CORAM ipsis] quia uident malum esse, & tamẽ faciunt uiui descendentes in infernum. Unde, Descendant in infernum uiuentes. Unde etiam illud, Nisi quia dñs erat in nob. forte uiuos degl. nos.i. scientes se non debere consentire illis, & tamẽ consentiũt. [ET in retributiones] angustiarum, quia sic retribuerũt mihi. [ET in scandalum] id est offendiculũ. Ipsi sunt sibi scãdalum. ¶ Aliter tõtum, Mensa, sacra scriptura est, quia sicut in mensa diuersa fercula ad refectionem corporis ponũtur, Ita in sacra scriptura diuersæ sẽtẽtiæ ad saginam animarum. Unde in tabernaculo domini post introitũ erat mensa habena quatuor pedes, super quam erant duodecim panes de simila deo propositi: atque super singulos erat patena aurea cum pugillo thuris. Duodecim panes, duodecim sunt apostoli, atque eorum successores, qui theologicis paginis incumbere ac ieiunare debent, ut sint parati reddere rationem, de fide & spe. Unde, Labia sacerdotis custodiunt scientiam &c. Hãc mensam habuerunt Iudæi, dum mandata dei colluerunt, sed postquam à fide ieiuni sunt, hæc mẽsa coram ipsis gentibus data est, ut grauius dolerent. Et hoc est, Mensa, id est scriptura eorũ, quę eis prolata est, Coram ipsis, gentibus data, Fiat eis in laqueum. i. in reprehensionẽ, ut qui littera legis alios astringebant, in ea obligati caderent. Et in retributionem, quia illis ablata, & gentibus data, malorũ fuit retributio, dum nolentes in ea epulari spiritualiter intelligẽdo, ab ea sunt exclusi. Et in scandalũ, quia deserentes pacis auctorem, rixas sibi & studia praua concitant. Et,

Ex Aug.
Num. 16
Psal. 135
Ex Cass.
Exod. 25 & Le. 24
1 Pet. 3
Malach. 2
Ex Cass.

28 Obscurentur oculi eorum ne uideant: & dorsum eorum semper incurua.

Ex Cass. OBSCURENTUR oculi eorũ] id est mẽns, quia noluerunt intendere, [NE uideant] id est signo

scant uerum solem. q. d. quia sine causa non uiderunt, fiat eis non uidere. [ET dorsum eorum] id est mẽtem eorundem, [SEMPER incurua] ad terrena. Hoc consequens est obscuratis oculis, quia enim superna non uident, de inferioribus cogitant. Et nota hoc de illis prædici, qui non pœnitent. Vẽl per oculos intelliguntur maiores, scilicet doctores: per dorsum, minores. Et est, Oculi eorum, scilicet doctores, qui præeunt, Obscurentur ne uideant, id est lumen scientiæ perdant: Et dorsum eorum, id minores, Semper incurua. Cũm enim lumen scientiæ perdũt qui præeunt, inclinantur sequentes ad portãda peccatorũ onera, & ad appetenda terrena: & præterea exterius puniendi sunt, hic & in futuro. Et hoc est,

Ex Aug.
Ex Cass.
Ex Cass.

29 Effunde super eos iram tuam: & furor irę tuę comprehendat eos.

EFFUNDE iram tuam] ut in morem fluminis sit copiosa, [SUPER eos] ut obruat, eos [ET furor iræ tuæ] id est uindicta tua [COMPREHENDAT eos] q. d. fugientes, Hic persequitur, ibi uero comprehendit, ut non liceat effugere. Furor ergo comprehendit, quando euenit illud quod timetur.

Ex Cass.
Ex Aug.
Ex Cass.

30 Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum nõ sit qui inhabitet.

FIAT habitatio eorũ deserta] Hõc iam in manifesto est. Sicut enim supra liberatio sua est ostẽsa, non solum occulta, cũ dicit, Intende animæ meæ, sed etiam aperta, cũ dixit secundũ corpus, Propter inimicos meos eripe me. Ita hic prius calamitates prædicit occultas, quæ sunt in cæcitate eorũ mẽtis, de quibus ante dixit, Obscurentur oculi eorum &c. & post apertas, unde modo subdit, [FIAT habitatio eorum] scilicet domus priuatæ, ut factum est modo, cum perdiderunt locum in quo superbierunt: [ET non sit] de numero eorum [QUI inhabitet in tabernaculis eorum] id est in templo & palatio regio. Nota quia ad hoc quod dicit de tẽplo & palatio ponit inhabitare, quod fit deuotæ mentis affectu, ad domos ponit, habitare, quod fit corporea mansione. Quare hoc eis?

Ex Aug.
Ex Cass.
Ex Aug.

31 Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt: & super dolorẽ uulnerum meorum addiderunt.

QUONIAM persecuti sunt quem tu] nõn sua culpa, [PERCUSSISTI] passione, mortalitate, quæ est pœna humani generis pro redemptione & salute gentium. q. d. quod deus ad bonum fecit, hoc illi crudeli uoto exercent ad malum, [ET super dolorem uulnerum meorum] id est qui erat mihi pro proditione, & peccatis eorum, [ADDIDERUNT] inferre mihi mortem. Vẽl, Super dolorem uulnerum meorum, quæ mihi infixerunt lancea & clauis. Addiderunt, custodes sepulchri. Vẽl, Super dolorẽ, id est pœnam uulnerum meorum, id est peccatorum, hoc dicit pro membris. Addiderunt, persequendo, id est super

Ex Cass.
Ex Alcu.
Ex Aug.

pœnam,quæ mihi eſt pro peccatis Addiderunt
perſecutiones.Et ideo,

32 Appone iniquitatem ſuper ini
quitatem eorum: & non intrent in
iuſtitiam tuam.

Ex Caſſ. APPONE iniquitatem]Prędicit fieri,ſicut
iuſtum eſt,permitti à deo,[SVPER iniquitatem
Ex Aug. eorum] id eſt vitium vitio. Iniquitas enim eo-
rum fuit,vt hominem occiderent.ſuper hoc ap
Matth.21 poſuit deus,vt filium ſuum occiderent.vt ſicut
ſeruos præmiſſos occiderant:ita & ipſum hære
Ex Rem. dem. Vel iniquos filios iniquis patribus appo-
ſuit,[VT non intrent in iuſtitiam tuam] id eſt
Ex gl.int. in viam vitæ rectam,relicta iuſtitia ſua, quæ eſt
Rom.10 ex lege.Et,

33 Deleantur de libro viuentium:
& cum iuſtis non ſcribantur.

Ex Caſſ. DELEANTVR de libro viuentium]Liber
Rom.8 eſt notitia dei,qua prædeſtinauit ad vitam,quos
Ex Aug. præſciuit conformes fieri imagini filij ſui. Nō
ſic ergo accipiendum eſt, tanquam in hoc libro
ſcribat aliquem deus,quem poſtea deleat:ſed ita
accipiendum eſt, De libro viuentium delean-
tur, ſecundum ſpem illorum, quia ſcriptos ſe
putant, id eſt conſtet etiam ipſis, non illos ibi
Pſalm.90 eſſe ſcriptos. Vnde alibi, Cadent à latere tuo
mille, & decem milia à dextris tuis, id eſt multi
ſcandalizabuntur ex eorum numero,qui ſe ſpe-
rabunt ſeſſuros tecum,& ſtaturos ad dexteram:
quod ſubſequenter exponit dicens,[ET cum iu
ſtis non ſcribantur] ſecundum æquitatem tuā.
Ex Caſſ. Hōc tantum negat illis,qui non ſunt commuta
Ex Hier. ti,vt ait titulus.Vel ſic diſtingue ſub eodē ſen-
ſu, Deleantur de libro viuentium,veterum, id
eſt Abraham,Iſaac,& aliorum.Et cū iuſtis, no-
uis,ſcilicet apoſtolis & alijs modernis, Nō ſcri-
bantur.

PARS V 34 Ego ſum pauper & dolens: ſa
lus tua deus ſuſcepit me.

Ex Caſs. EGO ſum pauper.]Quinta pars,hic diſpen
ſationem incarnationis, & ſanctitatem propo-
Ex Aug. ſiti exponit,dicens,quis ſit finis paſsionis. q.d.
Illis ita,[EGO]autem, totus Chriſtus loquitur,
[SVM pauper] id eſt humilis,[ET dolens] in
Ex Caſſ. paſsione, hoc ſecundum caput. Ipſe enim pro
Eſaiæ 53. omnibꝰ doluit. Vnde,dolores noſtros ipſe por
Matt.5 tauit, quod nullus alius.Ideo dicit,Ego, ad di-
Ex Aug. ſcretionē,idem dicit corpus eius, Ego ſum pau-
per. Vnde,Beati pauperes.Et dolens.Vnde,Bea
ti qui lugent.Ex voce capitis,[SALVS tua deus
ſuſcepit me] vt iam non ſim pauper vel dolens.

35 Laudabo nomen dei cum can-
tico: & magnificabo eum in laude.

Ex Caſſ. LAVDABO] in me & in membris,[NOMEN
& gl.int. dei cū cantico]id eſt cum delectatione: quia &
ſi omnia deſunt,deus tamen mecum eſt,[ET]ad
proximum[MAGNIFICABO eum in laude.]

36 Et placebit deo ſuper vitulum
nouellum: cornua producentem &
vngulas.

ET]hōc quod laudabo eum [PLACEBIT Ex Aug.
deo ſuper vitulum nouellum]qui offerebatur in
lege, id eſt placebit plus omnibus legalibus,quia
ſacrificium laudis gratius erit q̃ ſacrificiū vituli. Ex Caſſ.
Laus enim puri cordis plus placebit quàm ma-
ctatio pecudum. Vitulum dico,[PRODVCEN-
TEM cornua & vngulas] ad literam,hęc

37 Videant pauperes & lætentur:
quærite deū, & viuet anima veſtra.

VIDEANT pauperes] ſcilicet quod obla- Ex Caſſ.
tio iam eſt in mente, vbi pauper æquatur diui-
ti,non in exterioribus rebus,[ET] inde[LAETEN
tur] & ò pauperes,hoc tantum intuitu dei faci- Ex Alcu.
te.quod ita dicit,[QVAERITE deum, & vi-
uet anima veſtra] & ſi non corpus. ¶Aliter,&
accipitur illud de futuro, Laudabo nomen dei Ex Aug.
cum cantico,& magnificabo eum in laude,in fu & Caſſ.
turo. Et,laus illa, Placebit deo ſuper vitulū no- Leu. 8
uellum,pro peccatis. In lege offerebatur vitulus Nume.19
nouellus,qui ſignificabat nouam gratiæ vitam,
ſecuturam. Et ſicut vitulus aduerſarium corni-
bus ventilat,& vngulis terram excitat:ita no-
ua vita cornua defenſionis habet, quibus con-
tradicentem hæreticum ventilet. Et munimina
pedum,id eſt affectuum tanquam vngulas, ha-
bet,quibus aſpera ſeculi calcet, & eum qui non
cōtradicit,ſed tamen terrena abiectè ſapit. q. d.
vngulis excitare debet,& ſuper hunc vitulū no
uellū.i.ſuper nouam vitā, quæ eſt in præſenti,di
cit Chriſtus in membris. Placebit deo laudatio
mea cum angelis,vbi nec aduerſarius erit venti
landus: nec piger de terra excitandus. Et nota
quod ait,Producentem,quia fidelis dum virtu-
te dei quotidie augetur, cornua & vngulas ꝓ-
ducit.Hæc,Videant,id eſt credant,Pauperes,vt
ſaturari queant. Et lætentur,id eſt ſpe gaudeant.
& vt videatis,ò vos pauperes, Quærite deū.i.
eſcam mentis eſurite & ſitite,quia ipſe eſt panis
viuus, qui de cælo deſcendit. Et ſic, Viuet ani- Ioan. 6
ma veſtra,& ſi non corpus.Quærite,

38 Quoniam exaudiuit pauperes
dominus: & vinctos ſuos non de-
ſpexit.

QVONIAM exaudiuit dominus]ōmnibus Ex gl.int.
temporibus[PAVPERES] aliter non audiret. Ex Aug.
ita & vos audiet [ET nō deſpexit vinctos ſuos]
mortalitate,qua dominus offenſus ſeruos com-
pediuit,ſed inde clamantes audit. Has compe-
des onerat,qui vltra neceſſaria quærit:ſed ſuffi- Matth.6
ciat diei malitia ſua. Vel, Vinctos, peccatis, Ex Caſſ.
Suos,id eſt à ſe ſoluendos. Vel,Vinctos ſuos, id & gl.int.
eſt ſuis legibus aſtrictos, Non deſpexit.

39 Laudent illū cæli & terra:ma-
re & omnia reptilia in eis.

LAVDENT illum cæli] quos prius ſimul, Ex Alcu.
nunc ſigillatim monet laudare,dicens, Laudent & Rem.
illum cæli,id eſt apoſtoli, [ET terra] id eſt ec-
cleſia Iudæorum,[ET mare] id eſt gentes[ET
omnia reptilia] id eſt omniſmodi homines mō-
ſtruoſi in peccatis, hærentes terrenis,quæ ſunt,
[IN eis] id eſt in terra & mari. Vel hoc totum
ad literam,Laudent illum cæli & terra,mare, id Ex Caſſ.

est cælestia,terrestria,narantia. Hæc laudant dñ
Ex Aug. ex eis laudatur creator. Istæ sunt veræ diuitiæ
Philip.2 paupeperis.s. videre creata,& inde laudare crea
Ex Hier. torem &c.ac si diceret, Cui omnē genu flecta-
& Cass. tur,cęlestiū,terrestrium,& infernorū,& vt per-
fectè omnia cōcludat,addit, Et omnia reptilia,
quæ, In eis, sunt sic omnis creatura ad laudem
dei inuitatur,

40 Quoniam deus saluam faciet Sion:& ædificabuntur ciuitates
Ex Aug. Iudæ.

QVONIAM deus]q.d.cum hæc creata con
siderantur,laudatur deus,sed est & aliud, vnde
Ex Cass. laudandus deus, [QVONIAM deus saluam fa-
ciet Sion] id est ecclesiam, saluam in æternum.
Et si hic affliguntur,[ET] nunc [AEDificabun-
Ex Aug. tur] per orbem [CIVITATES Iudæ]id est ec-
& Cassio. clēsiæ Christi,qui de Iuda,quæ ædificantur per
confessionem humilitatis,vt foris ab eis rema-
neant,qui confiteri erubescūt.Nota quia in spe
fidelis populi finitur psalmus.Mira est constru-
ctio ecclesiæ. Vnde omnes creaturæ laudare
monentur,

41 Et inhabitabunt ibi:& hæredi
Ex Cass. tate acquirent eam.

ET]paūperes,scilicet [INH abitabunt] con
stanti mente [IBI] id est in ea Sion,[ET acqui
rent eam hæreditate]vel hæreditatem, quando
ad cælestem Hierusalem peruenient. Quiescere,

42 Et semen seruorum eius possidebit eam: & qui diligunt nomen
Ex Aug. eius habitabunt in ea.
& Cass. ET semen seruorum eius] id est imitatores fi
dei,vel boni actus,non modo acquirent,sed etiā
[POSSIDEBIT eam] id est Hierusalē. Quid per
Ex Aug. singula? [ET] omnes [QVS diligunt nomen
eius habitabunt in ea] Hi sunt semen seruo-
rum,non qui carne filij sunt: quia & serui dile-
xerunt nomen eius. Quicunque ergo non dili-
gunt nomen eius,non se dicant semen seruorum
eius, & qui diligunt nomen eius, non se negent
semen seruorum eius. Vltimus versus superio-
sē exponit,ne putares hoc forte de Iudęis dici.

COLLATIO
In psalmum 68.Saluum me fac deus.

De ratione tituli, Pro his qui commutabuntur,quum tamen Hebræi dicant, pro lilijs,actatum est psalmo quadragesimoquarto.

13 OPERVS in ieiunio animā meam.]Hieronymus,Et fleui in ieiunio animam meam.Sāctes & Munsterus nōnihil de suo admiscent, Et fleui,& afflixi,siue castigaui ieiunio animā meā. Atqui ꝙ anima sit operta ieiunio, quid aliud est, q̄ quod vndique afflicta esurit,& sitit salurem,tametsi אֶבְכֶּה ebkeh potuerint inflectere Lxx,à themate בּוּךְ,buc, quod est perplexum esse & confundi,inter angustias concludi, quod respondet ad animam obrutam tristia, etiam si forte efferēdum foret abucah אֲבוּכָה

16 EGO vero orationem meam ad te domine.]Faber & cęcus interpretem accusant,quòd extulerit accusatiuum,qui aliunde requirit verbum emendicatum,vt suis partibus cōsistat sermo, quod nō fuisset necessarium si vertisset sub nominandi casu,veluti Hieronymus, Mea oratio ad te domine. Illud dicimus qđ tametsi vsitatior sit oratio illa in recto casu,tamen cū pronomine primæ personæ,quod legitur haud dubiè in Hebræo,ista locutio, Ego oratio mea ad te domine,fuisset magis extranea, quàm altera, Ego orationem meam ad te domine, quādoquidem pronomen satis suum verbum innuit,pręsertim in tropo Hebræorum.Ob quam causam Munsterus hoc pacto reddidit, Ego orationem meam ad te effundo. Et Sanctes,Oratione mea conuerti me ad te. Vnde & ipse Hierony. omiserat pronomen,ob id quod in recto conuerterat.Sic enim habent Hebręi וַאֲנִי תְפִלָּתִי vaani tephillathi.Iamque Augustinus legens, Ego autem oratio mea ad te domine, quasi coactus est sic interpretari, Ego autem ad te eram orando.

24 IMPROPERIVM expectauit cor meū & miseriam.] חֶרְפָּה שָׁבְרָה herpah scaberah, hoc est opprobrium,cōtriuit videlicet cor meū, vel ad vitandam amphibologiam,opprobrio cōtritum est cor meū. Illud certo certius est Lxx sumpsisse שׂברה vocabulū hebraïcū, vt prima litera proferatur per punctulū,qđ vocatur smol in sinistro cornu,quia שִׂבֵּר sibber sonat expectauit,etiam si nō sit obscurum reuocare ad cōcordiam,contriuit & expectauit. Tamen nostra lectio significantius & aptius designat voluntariam Christi domini passionem,ac minus coactam crucem quàm altera, vt pote qui omnia præsciisset. Deinde quod legimus miseriam, Hieronymus habet, desperatus sum, cui consonat Pellicanus. Alij exponunt elangui וָאָנוּשָׁה vaanuschah. Sed verbū est multiplex Hebræis. Illud vnum posset mouere,qui conueniat Christo desperatio. Certè desperatus erat Christus ab apostolis fugientibus,& à Iudæis ceu purum hominem crucifigentibus. Alioqui potest esse eius generis figurata locutio, cuius est ista vox domini Iesu in cruce suspensi pro nostrorū peccatorum expiatione, Deus deus meus, vt quid dereliquisti me?

Editio nostra significantior alijs.

Desperatio quomodo Christo conueniat.

21 IN retributiones & in scandalum.] Propter homonymiam לִשְׁלוֹמִים lischlomim, sunt qui vertunt retributiones, vt Hieronymus & Sanctes, Sunt qui pacifica conuertunt, veluti Pratensis & Munsterus,vt intelligas quæ ad pacem esse debuerant sint in offendiculum.Chaldæus interpretatur sacrificia.

31 SVPER dolorem vulnerum meorum addiderunt.] וְאֶל מַכְאוֹב חֲלָלֶיךָ יְסַפֵּרוּ veel macheob halaleca iesaperu. Hieronymus sic reddidit, Et vt affligerent vulneratos tuos narrabant. Sanctes, Super dolorem vulneratorum tuorum narrabunt.In eandem sententiam con-

ſpirant Pratenſis & interpretes pro Caietano.
Pellicanus, Et ad dolētem vulneratos tuos ob-
loquentur. Munſterus, De dolore vulneratorū
tuorum loqnnntur. Iam qnia halaleca indiffe-
cens eſſe poteſt ad vulneraios & vulnera, iuxta
quod conſequentius videbatur & colligantius,
quæ præcedebant enunciata ſunt, vt cohærerēt
huic aut illi verſioni. Vnde editio in Campenſi,
& pacapheaſis, quod vulnera intelligerent ad
eum modum reddunt. Et ad plagas quas inflixi-
ſti admetiuntue. Vel ſic, Et grauitatem vulne-
rum, quibus tu vulneraueras me, alijs cum volu
ptate narrabant. Porro quod legimus, addide-
runt, reſponder ſignificatui verbi ספר ſiper, id
eſt numerauit & narrauit. Numerus autem ac-
creſcit per additionem, vt qui numerat, addat.
Ergo ſanè dicunt Lxx, Super dolorem vulnerū
meorum addiderunt.
37 VIVET anima veſtra.]Hebr. לְבַבְכֶם
lebabechem, hoc eſt cor veſtrum. Attamen pro
quatuor ſcriptum eſt, Omni cuſtodia ſerua cor
tuum, ab ipſo enim vita procedit. Itaque meri-
to ſumitur cor pro anima, id quod & Hierony-
mus fecit in verſione iuxta Hebræum. Accedit
& Campenſis.

LXIX. PSALM. TIT.

In finem pſalmus Dauid, in rememoratione quod ſaluum fecit eum dominus.

DEVS in adiutorium.]Titulus.[IN finem
Ex Caſſ. pſalmus Dauid, in rememoratione quod
ſaluum fecit eum dominus.] Mēmoria
duobus modis accipitue. Vel cū memo-
res peccatorum iudicium dei timemus. Vnde ſu
pra in pſal. 37. egit: vel dū promiſſa bona corde
retinemus, & ſecuri ſumus. vt hic accipitue, qđ
oſtēditur, ex eo quod ſubditur in titulo, [QVOD
ſalunm fecit eum dominus] Et eſt ſenſus tituli,
[PSALMVS] iſte, dirigens nos [IN FINEM]
id eſt in Chriſtum, attribuitur [DAVID] id eſt
Chriſto, omni iuſto, qui loquitur hic, habitus,
[IN rememoratione] id eſt agens de memoria,
non vtique peccatorum, ſed huius rei, [QVOD
dominus ſaluum fecit eum] ſpe & certitudine.
q.d. Et ſi commutati ſint, vnde in titulo præce-
dentis pſalmi agitur, nō tamen glorientur in ſe,
ſed in deo, qui ſaluat. Et nota congruè fieri, ꝙ
ſicut ſupra, Chriſtus caput noſtrum de ſua paſ-
ſione egit, & ſpem reſurrectionis addidit: ſimi-
liter & membra eius in hoc pſalmo & paſsiones
ſuas edicunt, & ſpem reſurrectionis aſſumunt.
Ex Aug. Eſt igitur hic vox contribulatorum Chriſto, &
martyrum inter paſsiones prædicantium: ſed de
capite Chriſto præſumentium. cum illis eſt etiā
vox omnis iuſti, cui ex charitate abundans ini-
Geneſ. 19 quitas, etiam Chriſtianorum paſsio eſt, vt Loth
corporalem paſsionem vel perſecutionem à nul
lo ſuſtinuit, ſed à malis factis eorum. cui etiam
non fuit dictum, vt ibi non habitaret. Hanc au-
tem perſecutionem immittit diabolus multifor
mis. Eſt enim leo apertè ſæuiendo: & draco oc-
cultè inſidiando. Eſt ergo perſecutio iuſtorum,
vel à leone, in impetu: vel à dracone, in inſidijs:
vnde oēs vna voce clamant, Deus in adiutoriū
meum &c. Intentio. Monet vt in deo non in Ex Caſſ.
nobis gloriemur. Modus. Bipartitus eſt pſal-
mus. Primo, in perſona omnium iuſtorum petit
ſe adiuuari, & malos erubeſcere. Secūdo, monet
lætari bonos quos egenos deus adiuuat, & libe-
rat, ibi, Exultent & lætentur. In perſona ergo
omnium iuſtorum, ait,

DEVS IN adiutorium
meum intende: domine
ad adiuuandum me fe-
ſtina.

DEVS] qui ſoles iuuare [INTENDE] id eſt Ex Caſſ.
reſpice [IN adiutoriū meum] contra pericula. Ex Aug.
Sēper enim egemus adiutorio dei in hoc ſeculo. Ex Caſs.
& maximè in tribulatione. Adiuua, & cito. Et
hoc eſt, [DOMINE ad adiuuandū me feſtina.]
ita petit quaſi ſi tardet miſericordia, creſcant
tormēta. Et nōta, quia hic omnis affirmatio eſt. Ex Alcu.
Vnde, Non ſunt timendæ tribulationes. Nota Eccle. 10
etiam quod hic verſiculus ante omnes horas, id
eſt in initio prædicitur: quia cum orare debe-
mus, maximè tunc nititur tentare diabolus, vt
muſcæ morientes perdant ſuauitatem vnguen-
ti. Cōtra ergo illius aſſultus, auxilium à deo po
ſtulamus ante omnia. Et ô domine,

2 Confundantur & reuereantur:
qui quærunt animam meam.

QVI quærerunt animam meam] ad oppri- Ex Aug.
mendum, ſcilicet trucidantes, [CONfundantur]
Confundi eſt de peruerſitate turbari, antequam
confuſionem defendunt peccata ſua vel facta
vt glorioſi, ſed poſt conuertuntur. Vnde ſubdit,
[ET reuereantur] rēuereri eſt timere, ne pro læ Ex Caſs.
ſa iuſtitia pœna ſequatur.

3 Auertantur retrorſum & erube
ſcant: qui volunt mihi mala.

AVERTANTVR retrorſum] non præce- Ex Aug.
dant, ſed ſequantur: non conſilio ſuo viuant,
ſed ſanctorum. [ET erubeſcant qui volunt] vel
cogitant [MIHI mala] Nota quia diuerſa ſunt
tempora in eccleſia: primo, fuit impetus perſe-
quentium. Vnde ſupra dixit, Qui quærunt ani
mam meam, modo remanſit maliuolentia cogi-
tationum. Vnde hic ait, Qui volunt,

4 Auertantur ſtatim erubeſcen-
tes: qui dicunt mihi euge euge.

AVERTANTVR] etiam [STATIM erube Ex Caſs.
ſcentes, qui dicūt mihi euge euge] irriſoriè, vel Ex Aug.
adulatoriè. Duo enim ſunt genera perſequen- Prouc. 27
tium, vituperātium & adulantium. Sicut enim
igne aurum probatur, ita vir lingua adulātium.
Plus enim nocet lingua adulatoris, quàm ma-
nus perſecutoris, vtrunque vituperatio & adu-
latio ignis eſt. Intrat hunc ignem, qui tentatur
vituperio vel laude: exit integer, qui neutro ca

1 Cor. 1 pitur. Sicut Paulns, qui tepulit dicentes, Ego sum Pauli.

5 Exultent & lætentur in te om-
PARS II nes qui quærunt te: & dicant sem-
per, Magnificetur dominus qui dili
gunt salutare tuum.

Ex Caff. EXVLTENT.[Sĕcunda pars, vbi monet læ
tari bonos quot egenos deus adiuuat & liberat.
Ex Aug. Hĭs omnibus auersit & confusis,[EXVLTENT
& lætentur in te] in quo sunt lux, non in alio,
[OMNES qui quærunt] nō homines, sed [TE]
qui prior eot quæsisti, [ET dicant] qui hoc nō
dicit, non quærit deum. Quid? [SEMPAR ma
Ex Caff. gnificetur dominus] nŏstro more dictum est,
vbi quis laudibus crescit, quod non deus sed nos
Ex Aug. laudando proficimut. Nōn ergo in se sed in no
bis magnificatur. Dicant ergo, Semper magni-
ficetur dominus, quia peccatorem vocat, confi-
tenti dat veniam: inde facit iustè viuere, tādem
Ex Caff. glorificeat, Vĕl ita distingue, Et dicant semper,
quid? Magnificerur dominns. Hoc semper di-
Ex Aug. cant, qŭia nunquam debent cessare à laude eius,
qui hoc dicant, [QVI diligunt salutare tuum]
quia ab illo salus eis, non à se.

6 Ego vero egenus & pauper sum:
deus adiuua me.

EGO vero] q.d. ita hortaris aliot, vt dicant,
Ex Aug. Magnificetur dominus, tu ĕrgo, quid facis? [EGO
vero] quod hortor alios, facio. Dico quod, Ego
etiam iam iustus [SVM egenna] vel mendicus,
Rom. 7 id est petens, quia adhuc lex membrorum repu-
gnat legi mentis meæ, & esurio iustitiam. Ille
Ex Alcu. vero dines nullius egēs lumē meum, Vĕl ita cō-
tinua, Ipsi de deo illud dicant, sed de se ita sen-
Ex Cass. tiant, vt dicāt, Ego sum egenus &c. Vĕl ita, As-
sumit iste sibi verba dei, qui in præcedenti psal-
mo de se hæc eadem dixit. q.d. Illi qui qnærunt
animam meā sunt diuites, sed, Ego sum egenus,
id est petens, [ET pauper sum] id est insufficiēs
mihi, quia & mūdanas copias non habet, & iu-
tus vbi est diues, semper ambit, desiderat, acci-
Ex Aug. & Caff. pit: sed ô [DEVS adiuua me] in mūndi tribula
tione. Ecce vnde cœpit. Vel, Deus adiuuat me,
alia litera. Et,

7 Adiutor meus & liberator meus
es tu: domine ne moreris.

Ex gl. int. ESTO adiutor meus] vt viuā: hoc semper
Ex Aug. dicendum est etiā iustis. Vel sic secūdum aliam
literam. Ideo adiuua, quia [ADIVTOR meus
es tu, & liberator meus] de tot nexibut curarū.
Et ne cedam, [TV] nō alia mihi spes est. Et ideo
[DOMINE ne moreris] Tardum ei videtur, quod
magno desiderio quęritur, non tamen optat eū
venire antequam statuit, sed patientiam quæ-
rit. Et est, Domine ne moreris, id est ne mihi tar
dius videatur, qnod vēturus es, qnod fit per pa
tiētiam, qua qui caret, tardum ei videtur, & de-
Gene. 19 flectitur ab eo, sicut & vxor Loth respexit retro,
quæ facta est statua salis, vt te cōdiat. Exemplo
enim tibi est, ne respicias retro.

COLLATIO
In psalmum 69. Deus in adiutorium meum intende.

Titulus simpliciter in Hebræo ponebatur,
ad recordandum לְהַזְכִּיר lehazkier, propterea
non ocinsè explicuerunt Lxx huiusmodi recor
dationem vagam, εἰς τὸ σῶσαί με κύριον.
4 AVERTANTVR statim erubescentes.]
Hoc in versiculo habetnr qnod vocula עֵקֶב
eqneb, quæ est ambigua ad vestiginm & merce-
dem seu retributionem, quare Hieronymus ver
tit ad vestigium confusionis suæ, id quod sonat
statim, nimirum super vestiginm (vt ad verbum
legitur in Hebręo) tropus est indicans rem mox
futuram. Et enim premere alterius calcaneum,
quid est qnàm eum proxime sequi? Alij alteram
acceptionem tenentes, transferunt digno sensu,
pro mercede confusionis suæ, veluti quantum
mœrentur pudefiant.

LXX. PSALM. TIT.
Psalmus Dauid filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.

IN te domine speraui.] Titulus, [PSALMVS
Dauid filinrum Ionadab, & prinrum capti-
uorum.] Psalmus iste de commēdatione gra- Ex Aug.
tiæ est quæ ferè singulis syllabis hic cōmen-
datur. Quicquid enim boni sumus, misericor-
dia dei sumus. Quicquid ex nobis mali sumus,
vt tota spes nostra in deo sit, nō in nostris viri-
bus. Quod autē filiorū Ionadab mentio fit in ti
tulo, Sciendum quia Ionadab commendatur à
Hieremia, qui filijs pręcepit ne biberent vinum, Hiere. 35
neq; in domibus, sed in tabernaculis habitarent,
cui illi obedierunt, quasi hoc deus pręciperet. Li
cet enim deut hoc nō præciperet, pręceperat tñ
vt filij obedirent parentibus, quod & debent ni
si patres aliquid contra deum iusserint, vnde &
deus benedixit eis propter obedientiam, eósque
per Hieremiam. Obijcit filijs Israel, qui nolunt
obedire deo patri spirituali, sicut illi patri carna
li. Vnde suadet Hieremias filijs Israel, vt parent
se captiuitati, nec resistant voluntati dei. Inde
ergo videtur sumptus titulus huius psalmi. Cum
ergo dixisset, [FILIORVM Ionadab] subiecit,
Et eorum qui primi captiui ducti sunt, nō quia
filij Ionadab captiui ducti sint, sed potius oppo
siti sunt filijs Israel, captiuandis peccato inobe-
diētię. Filij nanq; Israel, captiuati sunt primi &
secundi, & tertij, sed non de his sonat psalmns,
potius de nobis qui captiuamur in legem pecca
ti, quæ est in membris: vnde magis commenda- Rom. 7
tur gratia liberatoria, qui sumus filij Ionadab. i.
spontanei. Ionadab enim interpretatur sponta
neus domini. i. qui ex voluntate seruit. Filij ergo
Ionadab, sunt filij obedientiæ s. qui ex dilectio-
ne seruiunt, & ipsi sunt captiui secundum legem
carnis, sed cur primi captiui dicimur, iam elu-
cet, quia per inobedientiam primi hominis, in
quo omnes peccauerūt, captiui sumus & in cō-

paratione filiorum Ionadab omnis inobediētia culpata est. Merito ergo primi captiui dicūtur, quia primus homo de terra terrenus, cui similes sumus. Secundus de cælo cælestis, à quo liberamur. Et est sensus tituli, [PSALMVS] iste, [DAVID] prophetæ, est [FILIORVM Ionadab, & priorum captiuorū] .i. filij spontanei .i. obedientiæ. Cātatur psalmus iste & his qui primi captiui ducti sunt .i. pertinentes ad primū hominem propter primū primi captiui, quia prius est qđ animale est propter secundū hominem, secundi redempti.
Ex Cass. His cantatur psalmus, vt discant per gratiam reuerti, qui ex se mali sunt. Vēl ita vt per filios Ionadab, omnes obediētes accipiamus: per primos captiuos, omnes inobedientes. Monemur enim in titulo deuotionē habere, filiorū Ionadab, non contumaciam Iudæorum, qui captiui esse meruerunt, quia frequenter moniti
4. Reg. 15 noluerunt corrigi. Historia enim sic habet in li-
17. & 25 bro Regum, Igitur Iudæi pro lege domini contempta, dediti sunt primæ & secundæ captiuitati, & tertiæ: sed vt corrigerētur anteq̄ prima veniret, per Prophetā prænunciata est: illi vero cō sueta nequitia in obstinatione permanserunt, filij ergo Ionadab loco omnium obedientiū, priores captiui. Loco omnium cōtumacium ponun-
Ea gl. int. tur. Et est sensus, Psalmus, iste, Dauid, est, Filiorū Ionadab .i. obedientium, quibus cātatur vt perseuerent, Et priorū captiuorum .i. inobedientium, quibus cantatur, vt desistāt. Vel priores captiui,
Ea Haymone & Alcu. sunt in hoc mundo, vnde euadi potest: secundi captiui in inferno, vnde nō potest. Et est sensus, Psalmus, iste, Dauid, est, Filiorū Ionadab .i. obedientiæ, Et priorū captiuorum .i. eorum qui prima captiuitate tenētur, quæ est in hoc mundo. Vel priorum captiuorū .i. eorum qui ante erant
Ea Cass. capti vitijs, quā essent filij Christi. Lōquitur autem hic generalis iustus à principio mundi, vsq; ad finem, totā spem in deo ponens, & gratiā dei quæ gratis datur, summa intentione cōmendās, ne falsò in nobis præsumamus, quæ est intentio psalmi. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo, petit ab omnibus malis liberari, & laude repleri. Secundo agit de gratia tempore senectutis &
Ea Aug. senij, ibi, Ne proiicias me in tēpore senectutis. Tertio, dicit cui personæ sit gratia, & quæ gratia, ibi, Deus quis similis. Generalis itaq; iustus, ex captiuitate in qua natus est ex Adam clamat ad deum dicens, ô,

1 IN te domine speraui non confundar in æternum: in iustitia tua libera me, & eripe me.

DOMINE in te speraui]
Ex Aug. & gl. int. non in me. Sī enim spero in me, vel in mudanis, quæ caduca sunt, confundor, ideo [NON confundar in æternum] & si hic de peccato confundor, non habens fructum in his in quibus eru-
Ex Aug. besco. Non, tamen, Cōfundar in æternum, id est in futuro. Vel ita, Ego iam in Adam confusus sum, sed in Christo, Non confundar in æternum, ab Adam ego recedendum est, & ad Chri-
Ex Cass. stum accedendum. [LIBERA me] à pericu-
lis [ET eripe me] à potestate diaboli, [IN iu-
stitia] nōn mea, quam si statuo, iustitiæ dei non Ea Aug.
sum subiectus, sed [TVA] id est quæ mihi est à te, non enim de me glorior, gratiam tuam nnn
respuo. Vēl in iustitia tua, id est secūdum quod Ea Cass.
iustitia tua exigit. Iustitia enim tua est, vt pareas oranti, quod est & misericordia. Et ô domine, & si sum indignus ego,

2 Inclina ad me aurem tuam: & salua me.

INCLINA ad me] iācentem ægrum [AV- Ea Cass.
REM tuam] id est misericordiam, meritum e- Ex Aug.
nim non attingit ad illum. Hæc confessio humilitatis est. Qui enim hoc dicit, confitetur, quia iacet veluti æger prostratus medico stanti, [ET salua me] ab ægritudine quæ intus est. Vnde ai
bi, Ab occultis meis munda me. Et, Psalm. 18

3 Esto mihi in deum protectorē, & in locum munitum: vt saluum me facias.

ESTO mihi in deum protectorem] nē ad me Ea Aug.
perueniant iacula inimici. Ideo dico vt protegas, quia ego me p̄tegere nequeo, & tu qui fuisti metus fugienti Adæ, iam Esto mihi [IN locum munitum] vel refugij, ad quem qui refugit tutus est, quia sic in alto est, vt nihil timear, Vnde subdit, [VT saluum me facias] in alio enim saluus esse non potero,

4 Quoniam firmamentū meum, & refugium meum es tu.

QVONIAM firmamentum] duobus prædi- Ea Aug. & Cass.
ctis duo alia reddit. q.d. Esto mihi in deum protectorem, & eris, [QVONIAM firmamentum meum es tu] id est per te sum firmus contra omnes tentationes. Hoc refertur ad protectorē. Dico esto mihi in locum refugij, & eris, [ET] id est, quia, [REFVGIVM meum es tu] nō aliud, quia sicubi ero infirmatus ex me, vt adhuc captiuus ad te refugio, quia quantuncunque firmus sum ex gratia, quandiu agitur in corpore peccati semper timendum est, & refertur hoc ad locum munitum.

5 Deus meus eripe me de manu peccatoris: & de manu cōtra legem agentis, & iniqui.

DEVS meus eripe me] Rēpetit quod supra Ea gl. int.
dixerat, determinando à quibus postulet eripi. q.d. quia in te speraui, ideo, [DEVS meus eripe me de manu] .i. de potestate, ne vi vel insidijs
ducat ad peccatū [PECCATORIS] gēnerali- Ea Aug.
ter, vbi laborat iste iam à captiuitate liberandus id est ab exterioribus hostibus libera me. Vnde
alibi, Ab alienis parce seruo tuo. Deinde pecca- Psalm. 18
torem subdiuidit per partes, dicens, [ET DE manu] id est de potestate [CONTRA legem agentis] id est transgressoris, [ET iniqui] id est simpliciter sine lege peccantis. Duo enim sunt genera peccatorum: alij legem acceperunt, vt Iudęi & Christiani: alij non, vt Pagani. Ideo dico eripe,

6 Quoniam tu es patientia mea domine:domine ſpes mea à iuuentute mea..

[QVONIAM tu es patientia mea domine]
Ex Aug. quia non in me eſt vt eos patiar,ſed à te:tu es patientia,quia tu es[SPES mea domine à iuuentute mea] vel potius ſic, Tu es patientia mea, & quia es patientia, ideo, Es ſpes mea domine à iuuẽtute mea,id eſt à cõuerſione mea. Vel
Ex Caſſ. Ex Aug. quia in iuuẽtute idoneus eſt homo ad pugnam, dicit, Tu es ſpes mea à iuuentute mea, id eſt ex quo cœpi ſperare in te,& contra diabolum pugnare:nõ ſperabã, tamen fuiſti protector meus, qui ſaluum duxiſti me ad tempus,quo diſcerem ſperare in te. A iuuentute, ergo es, Spes mea.i. ex quo me armaſti,fide,ſpe,& charitate,& cæteris virtutibus pugnaturum cõtra diabolum.Iuuenis pugnat,ſed cadit,niſi deus ſit ſpes eius.Et non ſolum a iuuentute,ſed etiam ab infantia profuiſti mihi,quia,

7 In te confirmatus ſum ex vtero:de ventre matris meæ tu es protector meus.

Ex Caſſ. IN te cõfirmatus ſum]non infirmatus.[EX vtero]ſcilicet dum in vtero eccleſiæ rudimento fidei cõcipimur, poſt ex aqua & ſpiritu ſancto regeneramur. Vnde ſubdit, vt natus exiui, [DE ventre matris meæ tu es protector meus] propter quæ,

8 In te cantatio mea ſemper : tanquã prodigium factus ſum multis, & tu adiutor fortis.

Ex gl.int. IN te]non in falſis dijs eſt,[CANTATIO
Ex Aug. mea] id eſt laus mea. Et hoc,[SEMPER] & in præſenti,dũ per fidem ambulo,etiã in futuro dũ per ſpeciem videbo: quia nec tum æquatus angelis obliuiſcar gratiæ, quę me liberauit. Vel ita,
Ex Alcu. & Caſsio. Tu es protector, & in te, Cantatio mea, id eſt delectationi eſt mihi in te eſſe.Et hoc, Semper, vt continua ſunt beneficia. Vnde,[TANQVAM prodigium factus ſum multis]Vel ita cõtinua,
Ex Aug. & in præſenti & in futuro laudabo,ſed hic tempore ſpei,tempore gemitus, Tanquam prodigium factus ſum multis,qui mihi inſultãt: quia credo quod non video, & vias eorum reſpuo: ſed tamen non timebo,[ET] id eſt quia[TV es
Ex Caſſ. adiutor fortis]vt vincam, nõ modo protector. Et ideo hæc imputatio,vel impugnatio illorum eſt negligenda,vbi virtus dei fauet,cõtra quam nihil ſtat.

9 Repleatur os meum laude : vt cantem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam.

Ex Caſſ. REPLEATVR os meum laude.]Dixit beneficia dei, nunc petit vt gratias agere poſsit. Nam ſi deus os nõ replet, non ardet deſideriũ. q.d.quia es adiutor, ideo, Repleatur os meum
Ex gl.int. laude,id eſt fac me ad proximum indeſinenter te laudare. Vel ita cõtinua,In te eſt cãtatio mea. Et ideo,vt cantare poſsim,Repleatur os meum laude[VT cantem gloriam tuã]Gloria eſt laudatio ore multorum celebrata. Et,[TOTA die] Ex Caſs.
id eſt ſine intermiſsione.in proſperis,quia conſolaris:& in aduerſis,quia corrigis.Cantẽ [MAgnitudinem tuam] quia antequã eſſem, feciſti: cum eſſem,ſalutem dediſti:cum peccaſſem,ignouiſti:cõuerſum viuificaſti:perſeuerantẽ coronaſti.nomine ergo magnitudinis omnia cõcludit. Ex Aug. Ex Caſs.

10 Ne proiicias me in tempore ſenectutis: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. PARS II

NE proiicias me]Secunda pars,vbi agit de gratia ſenectutis & ſenij danda. q.d. Tu es ſpes mea à iuuentute mea, tu etiam [NE proiicias me in tempore ſenectutis] quando feſſa virtus indiget plus iuuari. Et quæ eſt ſenectus ? ecce, [CVM defecerit virtus mea]id eſt cũ patientia pulſata molleſcet, deus[NE derelinquas me] quia tunc plus indiget iuuari.Vel, Cum defecerit virtus mea,id eſt mei hominis,vt de me non præſumam,Deus ne derelinquas me. Reſpõdet hic tibi deus,imo tũc erit virtus mea in te,cum tua defecerit,vt dicas cum Apoſtolo,Cum infirmor,tunc potens ſum.Sed quare hoc dico? Ex Caſſ. Ex Rem. Ex Aug. 2 Cor. 12

11 Quia dixerũt inimici mei mala mihi:& qui cuſtodiebãt animam meã conſilium fecerunt in vnum.

QVIA dixerunt inimici mei mala mihi].i.dĩ ſconfortauerunt me,[ET qui cuſtodiebant]ſtũdio decipiendi[ANIMAM meam].i. qui mihi inſidiabantur[CONſilium fecerunt in vnum] Grauior eſt enim faſcis qui non diuiditur.i.dixerunt communi conſilio.Ipſi dico, Ex gl.int. Ex Caſs.

12 Dicẽtes, Deus dereliquit eum: perſequimini & comprehẽdite eũ, quia non eſt qui eripiat.

DICENTES] in corde apud ſe, [DEVS] ille.ſ.quem ſibi deum facit,[DERELIQUIT eum] quem vident calamitatibus fatigatum,putant à deo deſertũ,ergo[PERſequimini eũ]vt tardum. [ET comprehẽdite eũ]vt inualidũ,[QVIA nõ eſt qui eripiat] comprehenſum. ipſi ita, ſed, Ex Aug. & Caſſ.

13 Deus ne elongeris à me : deus meus in auxilium meum reſpice.

DEVS ne elongeris à me] vt grauioribus exponat,ſed prope eſto. Longe putat dum tardat.[DEVS meus in auxilium meum reſpice] quia ſcio me affligendum. ¶ Vel hæc omnia poſſunt accipi ex perſona Chriſti , ab illo loco, Ne proiicias me,vnde & Hierony.totum hunc pſalmum de Chriſto exponit. ait ergo in perſona Chriſti,Ne proiicias me in tempore ſenectutis.Senectus etiam in Chriſto fuit, dũ prodigiũ eſt factus,dum infirmatus in cruce eſt & irriſus: quod dicitur ſenectus, quia ex vetuſtate noſtra aſſũpſit. Vnde Apoſt. Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt cũ illo. Cũ defecerit virtus mea, .ſ.humanitatis,Deus ne derel.me,hoc ideo dico, Quia dix.inim.mei mala mihi,& qui cuſtodie- Ex Caſſ. Ex Aug. Rom.6

bant animam meam cõsilium fecerunt in vnũ, dicit e hoc de Christo, qui inter manus inimicorum factus est infirmus, & quasi nihil posset comprehensus, qui talia habuit ex persona nostra. Vnde & de membris eius hoc potest accipi, vt ante diximus, cõsilium fecerunt in vnum, Di-
Matt. 27 centes, Deus dereliquit eum. Vnde alibi dicit
1 Cor. 2 Christus, Deus deus me⁹ quare me dereliquisti, id est quare hi me derelictum putant? malo vtique suo. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Ergo, Persequimini, & comprehendite eum, quia non est qui eripiat.
Ex Cass. Sic deliberat quia ad oculum iudicat. Illi ita, sed, Deus ne elongeris à me, deus meus &c.

14 Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ, operiantur confusione & pudore, qui quærunt mihi mala.

Ex gl. int. & Cass. CONFVNDANTVR] hoc prius ex persona Christi sic, Respice in auxilium meum, ecõtra, [CONFVNDANTVR] te mihi subueniente, & ita factũ est, quia disposita dei non mutantur. [ET DEFICIAT] me patiente [DETRAHENTES ANIMÆ MEÆ] .i. Iudæi qui rectis oblatrant: & ne resipiscant. [OPERIANTVR CONFVSIONE & PVDORE] quia defecerunt [QVI QVÆRVNT MALA MIHI] scilicet Iudæi.

15 Ego autem semper sperabo: & adiiciã super omnem laudẽ tuam.

Ex Aug.
Ex Hier. EGO autem semper sperabo, & adiiciam super omnem laudem tuam] præteritam, vt quæ tibi lex præcepit offerri in sacrificijs visibilibus,
Ex Aug. ego cum populo redempto deportem tibi in moribus. Vel, Super omnem laudẽ tuam, alioquin, .i. de alijs reb⁹ tibi exhibitam, quia & si laudatur deus in omnibus alijs, nondum in eo quod suscitauit carnem mortalem in vitam æternam, quę laus est adiecta deo per resurrectionem Christi. Adiectio ergo laudis est post creationem & gubernationẽ omnium rerũ. Laus de incarnatione & resurrectione, quod sequentia docent. ¶Ex persona quoque ecclesiæ hoc totum accipi potest sic, Confundantur, contra hoc quod præsumunt de iustitia sua & viribus suis, vt cognoscant peccata sua. Et est oratio pro malis, & deficiant à peruersis viribus, Detrahentes animæ meæ, vel cõmittentes animam meam .i. prouocãtes nos vt deo resistamus, quod est committere bellum contra deum: vt faciunt illi quibus non placet deus in suis aduersis, quod est eũ habere iniustum: cõmittitur etiam anima si odit eos à
Ex Cass. quibus patitur, &, Operiantur, quasi velo vere-
Ex Aug. cundiæ, Cõfusione, de mala conscientia peccatorum, Et pudore, vel verecũdia, propter modestiam, Qui quærunt mala mihi, quod fecit vxor
Iob 2 etiam ipsi Iob, Dic aliquid in deũ & morere. Et
Tobię 2 vxor Tobiæ, Vbi sunt iustitiæ tuæ? hoc dicebat vt displiceret illi deus, qui eum fecerat cæcũ. Et
Ex Cass. est, Qui quærũt mala mihi .i. prāui suasores illi committunt animã, & quærunt mala. Ego autẽ semper sperabo, sicut illi desperant. Et adiciam
Ex Aug. super omnẽ laudem tuam .i. super laudem perfectam, quia omnis, id est perfecta esset laus tua, & nihil laudi deesset si damnares peccantes, quia iustitia esset, sed quia & hos liberas, Adiiciam super omnem laudem tuam.

16 Os meum annunciabit iustitiã tuam: tota die salutare tuum.

Ex gl. int. OS meum] Hic loquitur ecclesia. q. d. hoc in me faciam, & non tantum in me laudabo: sed e-
Ex Cass. tiam ad proximũ. Et hoc est, [OS MEUM ANNUNCIABIT] gẽtibus, [IVSTITIAM TVAM] .i. Christũ, per quem impleta est iustitia, sed ne aliter acciperes, addit, [SALVTARE tuum] & hoc, [TOTA die]
Ex Aug. .i. in prosperis & in aduersis, quia nec prospera nec aduersa me retrahent à laude. Vel ita, Tota dies dicitur dies cũ sua nocte: quia nox diei seruit, nõ dies nocti. Nox vero, caro nostra est: dies iustitia est. Quicquid ergo fit in carne, velut in nocte iustitiæ, tanquam diei seruiat: & quicquid fit ex præcepto dei, non propter emolumenta carnis fiat, ne dies nocti seruiat. sed propter iustitiam, vt diei nox seruiat: ergo annunciabit salutare tuum tota die, id est, ita vt quicqnid in carne gero iustitiæ seruiat. Vel ita, inde aditio laudi, quia, Os meum annũciabit iustitiam, esse, Tuam, non meã, quia iustitia tua in me est, non mea. Et annunciem salutare, esse, Tuum, nõ meum, quia domini est salus, nõ hominis. Et hoc Tota die, hoc non mutatur, prædicabo salutare tuum tota die.

17 Quoniam non cognoui negotiationes, introibo in potentias domini: domine memorabor iustitiæ
Ex Aug. tuæ solius.

QVONIAM non cognoui negotiationes] alia litera, nõ feci nec approbaui ea quæ faciunt auidi negociatores. Nam auidus acquirendi pro damno blasphemat, pro precijs rerum mentitur, & peierat: & ita, tota die non est in ore eius laus dei, sed hęc vitia sunt hominis nõ artis: quę sine his vitijs agi potest, sicut & in omnibus artibus malè agitur, non ex eis sed ex hominibus. Ars enim nescit vitium, de alia ergo negotiatione hic dicit. Negociatio græcè, ab actu dicitur: latinè à negotio. Negotiatores ergo actuosi sunt .s. Iudęi & alij qui ab eo quod agunt, presumũt: opera sua laudant. Et ideo non perueniunt ad gratiam, quę hic cõmendatur vt nemo de se glo-
Ioann. 2 rietur. Qui vero gloriatur eanq negociator de tẽplo à domino expellitur, qui eiecit vendentes & emẽtes de templo. Econtra requies est in deo, qui iustificat. Illi negotiatores potius sunt inquieti quàm boni operatores, vnde & dicuntur negotiatores, quia negant ocium: de quo di-
Psalm. 45 citur, Vacate & videte, quoniam suauis est dominus Et est, Nõ cognoui negotiationes .i. de actibus præsumentes, & ex operibus suis iustitiam quærentes. Vel ita secundum literam nostram. Vbi enim quidam codices habent negociationes, alij habent literaturam, quæ interpretũ diuersitas forte vnũ sensum ostẽdit, nõ errorẽ inducit. Quæramus ergo literaturã, quam nõ cognouit iste in cuius ore semp est laus, est quędã literatura Iudęorũ. Iudæi .n. legẽ acceperant

homo ex se, Et iustitiam, qua iustus est homo,
esse, Tuam, non hominis, ô, Deus, Et ne putes quod
solus homo egeat gratia, quia peruenit gratia
tua, Vsq; in altissima quæ fecisti magnalia, quia
eos qui sunt in altissimis, id est omnes ordines
cęlestes fecit deus per gratiam, cum non essent,
magnos, & quòd iustè & beatè viuunt, & continet in eo quòd sunt.

PARS III 21 Deus, quis similis tibi?

Ex Cass. & Alcu. DEVS quis similis tibi.] Tertia pars, vbi dicit cui personæ quæ gratia fit. s. captiuæ, quę est
vtraque resurrectio mentis & corporis. Vnde
promittit gratias. q. d. tua potentia est in altissimis. Et cum hoc fit, ô [DEVS quis similis tibi?]
Ex Aug. in natura vel potentia? nullus, quia nil tibi simile. Et tamē homo stultus se extollit & credit diabolo suggerēti. Eritis sicut dij, & inde captiuus. (Gene. 3)
Omnis enim Adam similis, dum peruerse vult
esse similis deo, cadit in captiuitatem, vnde clamet ad eum à quo cecidit, Deus quis similis tibi? Est autem alia similitudo bona, qua homo iustus qui diligit inimicos & benefacit eis: similis
est deo ad cuius similitudinē & imaginē factus
Matt. 5 est. Qui solem suum oriri facit super bonos &
malos, & pluit super iustos & iniustos. Et hæc
est similitudo obedientię, nō superbiæ: imitationis, non æquiparationis. Est ergo bene similis
deo, qui credit deum summū esse, & nullo egere:
se vero, non per se, sed per eū esse. Qui vero per
se vult esse vt deus, à nullo est, peruerse vult esse
similis deo, vt diabolus qui noluit sub eo esse:
& homo qui vt seruus noluit teneri pręcepto,
sed voluit vt nullo sibi dominante esset quasi
deus, quę est peruersa similitudo. Pręcepit quippe ei deus nullo indigens ne comederet de ligno sciētiæ boni & mali, ad probandū quātum (Genes. 2)
esset bonum obedientiæ. Arbor vero illa quicquid esset cuiuscunque pomi, ideo dicta est lignum scientię boni vel mali, quia homo qui noluit bonum à malo discernere, per pręceptum discreturus erat: per mali experimentum, vt tangēdo vetitum, inueniret supplicium. Bona quidem erat arbor in sui natura, & bonus eius fructus, & sic nunquam perfectus potuit demōstrari bonum obedientię, quam prohibēdo à bono,
vt ex inobedientia tantum sit pœna, nō à re mala & ex obedientia palma. Si enim res mala esset
quæ prohiberetur, videtur etiam sine prohibitione esse vitanda, nec ex sola inobedientia pœna secuta, sed ex re mala non vitata. Nunc vero
cum arbor bona sit prohibita, solam obedientiā
palmam inuenisse, & solam inobedientiam incurrisse pœnam manifestum est. Inde iste captiuus clamat, Deus quis similis tibi? nullus.

22 Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me: & de abyssis terræ iterum reduxisti me.

Ex Aug. MIHI] autē volenti peruerse simulari [QVANTAS ostendisti] id est iustè immisisti [TRIBVLATIONES] .i. passiones, & merito qui recedit ab
eo quod bonum est ex se & beatitudo, miser est.
Ex Cass. Ostēndisti dicit, quia scit illas prodesse, vtique [MVLTAS] quantitate, [ET malas] qualitate.
Ecce iustitia in peccantibus, sed hæc disciplina Ex Aug.
qua me flagellasti, admonitio fuit conuersionis
non desertio captiui: vnde sequitur, [ET] tamen
[CONVERSVS] dūm me vtiq; cōuertisti [VIVIFICASTI me] Ecce clementia in conuersis [ET Ex Cass. Ex Aug.
de abyssis terræ] id est de subuersione peccati,
[ITERVM] spe [REDVXISTI me] Primo enim eū
natura nostra verbo dei vnita, propter nos surrexit, reducti sum' de abyssis terrę, vnde dū credim' in eū redimus in eū, & fit prima resurrectio
animæ, quæ spe iam surrexit cum eo. Vnde Apostolus, Si surrexistis cum Christo &c. Vnde Collo. 3
hic dicit, Iterum reduxisti me, Itēm secundo, iterum reducemur, quando corpore resurgemus. Ex Cass.
vnde postea dicet, Vel iterum, id est sæpe reduxisti me, & sic in iam reductis spe, & Aug.

23 Multiplicasti magnificentiam tuam: & cōuersus consolatus es me.

MVLTIPLICASTI] quia per diuersa subuenit deus [MAGNIFICENTIAM tuam] vel iustitiā, scilicet flagella, quia nec filijs parcis à flagello. [ET conuersus consolatus es me] pēr scripturas & præmia. Consolatus dicit, quia & si districtè castiget, tristes tamē esse nō sinit. Vnde generalis iustus veritatem psallere confitetur. Nam & ego. Vēl secundum quosdam talis litera est, ibi, Consolatus es me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me. Hæc reductio in futuro erit. Secundum corpus dico, cōsolatus es me, quod ab effectu ostendo. Ex Cass. Ex Aug. Ex Cast. Ex Aug.

24 Nam & ego cōfitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam deus: psallā tibi in cithara sanctus Israel.

NAM & ego] Vel ita continua secundum
aliam literam, Reduxisti me, [EGO] autem [CONFITEBOR tibi in vasis psalmi] vēl orum, psalmi Ex Cass.
pulchre dicūtur vasa veritatis, quasi spiritualia
dolia vinum domini seruantia. Et est, Confitebor tibi, ô [DEVS veritatem tuam] id est quod Ex gl. int.
verè deus es, [ET in vasis psalmi] id est in decantatione psalmorum, qui sunt vasa veritatis. Ex Aug.
Vel in vasis psalmi, id est in viuificatione spiritus. Vas enim psalmi psalterium est, scilicet organū quod à sursum sonat, quo significatur spiritus, qui spe iam surrexit cum Christo. Cithara
ab interiori, & significat corpus, quod etiam resurget, vnde subdit, Et [PSALLAM tibi] opere, ô tu qui es [SANCTVS Israel in cithara] id
est in mōrtificatione carnis. Vel, Confitebor tibi in vasis psalmi, id est, in cōntemplatiua vita, Ex gl. int. Ex Cass.
Et, Psallam tibi in cithara .i. in exhibitione tēporalium. Et hoc faciam exultando. Vnde subdit, Remigio & gl. int.

25 Exultabūt labia mea cū cātauero tibi: & anima mea quā redemisti.

EXVLTABVNT labia mea] interiora. s. labia animæ, quę iam reducta est primo iterū, [CVM cantauero tibi] .i. cū laūdabo te in pręedicatione [ET
anima mea quā redemisti] quæ ipsis internis labijs exultat, quib' tacite clamat ad dominū. Nēc Ex gl. int. Ex gl. int.
solum anima redempta ad deum exultabit, Ex Aug.

26 Sed & lingua mea tota die me ditabitur iuſtitiam tuam: cum confuſi & reueriti fuerint, qui quærunt mala mihi.

Ex Aug. SED & lingua mea] ſcilicet corporis, quod reducetur ſecundo, iterum, id eſt cuius reductio ſignificata eſt per ſecundo iterum, [MEDITABITUR iuſtitiam tuam tota die] id eſt ſine fine, Ex Caſſ. in æternitate: Quādō hęc exultatio erit? [CVM confuſi & reueriti fuerint] vel erubuerint, [QVI quærunt mala mihi] id eſt, qui modo inſultant, quod erit in fine, ſcilicet ſeculi, quando videbūt oculis quæ nunquam crediderunt fieri. tunc enim locus eſt ſanctis ſecurę exultationis, cū non licet impijs dominari.

COLLATIO

In pſalm. 70. In te domine ſperaui.

Nullus titulus præſcribitur in Hebræo, ſed credēdum eſt à Lxx viris additum fuiſſe. Siquidem, vt ſcribit Hier. de optimo genere interpretandi, longum eſt nunc euoluere, quanta de ſuo Lxx addiderūt, quanta dimiſerunt, quæ in exēplarib⁹ eccleſiæ obelis aſteriſciſq; diſtincta ſunt. Quibus tamen authoritatē dedit vetuſtas, eodē teſte in caput Ezec. 5. Quin & idē titulum hūc explanat ad Paulinum de inſtitutione monachi. Porro nō eſt prætermittēdum qđ habet Augu. 18. de ci. d. ca. 43. Quicquid eſt in Heb. codicibus, & nō eſt apud Lxx interpretes, noluit per iſtos, ſed per illos prophetas dei ſpiritus dicere. (Lxx interpretes prophetæ.) Quicquid vero eſt apud Lxx, in Heb. autē codicibus nō eſt, per iſtos maluit q̄ per illos idem ſpiritus dicere: ſic oſtēdens vtroſq; fuiſſe prophetas. Iſto enim modo, alia per Eſaiā, alia per Hieremiam, alia per alium atq; alium prophetā: vel aliter eadē per hunc, ac per illū dixit, vt voluit. Quicquid porro apud vtroſque inuenitur, per vtroſq; dicere voluit, vnus atq; idem ſpiritus: ſed ita, vt illi pręcederent prophetādo, iſti ſequerentur, propheticè illos interpretando. Hactenus D. Aug. Illud addam quod in Gręco poſt titulum ſubtexitur, υἱῶν ἰωναδὰβ καὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων (?) τῷ ἑβραίοις.

3 ET in locum munitū.] Heb. לָבוֹא תָּמִיד labo tamid, id eſt vt ingrediar iugiter, ſiue ad quē veniā ſemper. Atqui locus munitus, quidnā aliud ſonat, quàm obtinere locum in quē quoties opus fuerit, te tuto recipere poſſis? Id quod non male explicuit editio in Campenſi, Es mihi robuſta rupes, in quam ſemper confugio. Videtur mutuatum à Chaldæo, Sis, ait, mihi rupes fortis ad refugium iugiter. Deinde ſicuti legimus, vt ſaluum me facias, pluſculum habent Hebræi, præcepiſti ſeu conſtituiſti, vt ſalues me, צִוִּיתָ לְהוֹשִׁיעֵנִי tziuitha lehoſsieni. Senſus videtur auctior, niſi quod certa & indubitata protectionis munitio, idipſum includere diceretur.

17 QVONIAM nō cognoui literaturam.] Suffragatur & Hierony. Cæteri conuertunt ex Heb. dicūt non cognoui numeros: adeo vt Mūſterus quo dilucidiorem faceret quem volebat ſenſum, de proprio admiſcuerit, nō noui numeros beneficiorum dei. Verum quum סְפֹרוֹת ſephoroth tum ſcripturam ſiue literaturam, tū numerationes, adeoque negociationes, quæ lucroſis numeris & rationibus exercentur, ſignificet, materiam diuerſæ interpretationi tribuit. Qua de re ſic habet Aug. in hunc verſiculum. Vbi alij codices habent negotiationem, ibi alij literaturam. quomodo concordent, inuenire difficile eſt: & tamen interpretum diuerſitas, forte ſenſum oſtendit, non errorem inducit.

20 DONEC annunciem brachium tuum, generationi omni quæ ventura eſt.] Sed Hebr. ſic habet, vt poſsis figere pauſulam in particula generationi. & legas, Donec annunciem brachium tuum, generationi nempe præſenti, vt vult Munſterus. Deinde, Omni quæ ventura eſt, ſubaudias poſteritati. Quam lectionē & Hieronymus nō repudiat: Donec, ait, annunciē brachium tuum generationi, cunctiſq; qui venturi ſunt fortitudines tuas. Certū eſt tamen quod in Heb. cōtinenter poſt generationē, ſequatur nota ſigni vniuerſalis לְדוֹר לְכֹל ledor lecal, etiam ſi ſubnotetur membrum vt vocant, quod paſſim inuenio interpretes minus obſeruare.

22 QVANTAS oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas, & conuerſus viuificaſti me: & de abyſsis terræ iterum reduxiſti me. Ter in tribus locis ponitur pronomen primæ perſonæ ſingularis numeri. In primo loco legit Hieron. quomodo nos. In duobus alijs pronomen habet primę perſonę pluralis numeri. Pratenſis autem vbiq; ponit pronomen primæ perſonæ pluralis numeri. Similiter Nebienſis. Cæteri autē ſtant à nobis. Vnde colligere licet exemplaria variare, aut iod vice vau, vſurpari, vel ediuerſo. Et tenera vidi tres codices differentes. Vnus habebat perpetuo vau cum punctulo hiric, alter ſemel iod, & bis vau, tertius vbique iod הִרְאִיתַנוּ hireitani vel hereitanu, oſtēdiſti nobis vel mihi: תְּחַיֵּינִי tehaieni vel tehaienu, viuificabis nos aut me. תַּעֲלֵנוּ taalenu vel taaleni, aſcendere facies nos aut me. Hæc poterant eſſe ocioſa, quū nihil habeant momēti ad intelligētiam, niſi perſpicerē quoſdā forte, vt ita loquar, ſuperſtitioſos in venandis apiculis. Maximè autem hæc dicta ſunt propter ſequētem verſum, in quo legimus, Multiplicaſti magnificētiam tuā, ibi habēt Heb, magnificētiam, ſiue magnitudinem meam, גְּדֻלָּתִי gedullathi, etiam ſi nō ſit tanta ſimilitudinis proportio hic & ibi, attamen certo certius eſt gloriam filij, eſſe gloriam patris, & contra: iuxta illud Ioann. 17. Et mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt. (Codices Hebr. variant.)

LXXI. PSALM. TIT.

In Salomonem.

DEVS iudicium tuum.] Titulus. [IN Salomonem.] Salomon interpretatur pacificus, quod veriſsimè atque optimè illi congruit: per quem mediatorem dei & homi- (Ex Aug.)

Ephe. 2. num ex inimicis accepta peccatorũ remiſsione
recõciliamur deo. Idẽ ipſe eſt ille pacificus, qui
fecit vtraque vnum: medium parietem macerię
ſoluẽs, & ambos recõciliauit deo, qui ſuper pa-
cem recõciliationis dabit pacem immortalita-
Ioan. 14. tis. Vnde, Pacẽ meã do vobis, pacem meã relin-
Ex Caſs. quo vobis. Et in hũc, Salomonem, id eſt, in hũc
verum pacificũ, dirigitur pſalmus iſte quartus,
quia ipſe commendatur hic, ſecundum vtran-
que naturã. Et eſt pſalmus iſte quartus de dua-
bus naturis Chriſti. Intentio. monet vt Chri-
ſtum verum deum & verum hominem regẽ cre-
damus. Modus. Septem ſunt partitiones. Pri-
mo, agit de iudicio optando illud dari filio. Se-
cundo, agit de eodem affirmãdo quod optaue-
rat, ibi, Iudicabit pauperes. Tertio, dicit quis, &
qualis antevenient rex ille in futuro iudicaturus;
ibi, Deſcendet ſicut pluuia. Quarto, agit de o-
perib⁹ eius, ibi, Quia liberabit. Quinto, agit de
honorificẽtia regis, ibi, Et viuet. Sexto, monet
omnes laudes dicere ei, ibi, Sit nomen eius. Sẽ-
Ex Hier. ptimo a ſua parte laudat, ibi, Benedictus domi-
nus. Propheta ergo ad patrem loquẽs de Chri-
ſto dicit, ô

D EVS iudiciũ tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis.

Ex gl. int. DEVS pater [DA iudi-
ciũ tuũ regi,] id eſt, Chri-
Ex Aug. ſto. q. d. Fiat quod præuideo futurum. Pater e-
Ioan. 5 nim non iudicat quẽquam, ſed omne iudicium
Ex Hier. dedit filio nõ quin tota trinitas ſimul iudicet,
ſed quia ſolius filii perſona, ſecundum humani-
tatem ab omnib⁹ in iudicio videbitur. Et vt ſuę
petitionis deſiderium oſtẽdat, per figuram epi-
Ex Aug. monẽ, idẽm repetitur aliis verbis, dicens, [ET
& Caſs. iuſtitiam tuam] id eſt, iuſtum iudicium [DA filio
regis,] id eſt tui, qui es rex. Et ideo non vſurpat
regnum, quia filius regis eſt vt diximus. Hic eſt
epimone, id eſt, crebra repetitio. Repetitiones
autem eiſdem vel aliis verbis factę, multũ com-
mendant diuinæ eloquia, quæ maxime ſunt in
pſalmis, & in eo genere ſermonis quo affectus
animi eſt mouẽdus. Dico, da iudicium, ad quid?

2 Iudicare populum tuum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio.

Ex Aug. IVDICARE,] id eſt ad iudicãdum [IN iu-
ſtitia populum tuum] qui & eius eſt, ſcilicet vt
decernat eum à non ſuis. [ET pauperes tuos in
Ex Caſs. iudicio] Iſti ſunt populus dei, ſcilicet humiles,
non ſuperbi. Dicendo, tuum & tuos, oſtẽdit o-
mnia quæ ſunt patris eſſe filii, & econuerſo.

3. Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam.

Ex gl. int. SVSCIPIANT] q. d. hæc dã, ſed prius prę-
ſentatur iudicatur⁹ per legatos. Et hoc eſt, [Mõ-
Ex Aug. tes,] id eſt, maiores, ſcilicet prophetę & apoſto-
& Caſs. li, qui cælo altitudine proximant [SVSCIPIANT
pacem,] id eſt, Chriſtum. Pacem dico nuntian-
dam [POPVLO] fideli [ET colles,] ſcilicet mi-
nores ſuſcipiant [IVSTITIAM,] id eſt, Chriſtũ.
Vel ita, vt ſit diſtinctio inter pacẽ & iuſtitiam.
Montes, ſcilicet maiores, Suſcipiant pacem, hu Ex Aug.
militatis, Populo, id eſt, ad populum, vt nõ ſe ef-
ferant, id eſt, extollãt pro ſua maioritate. Excel-
lẽtes quippe in eccleſia paci debent vigilãti in-
tentione conſulere, ne propter ſuos honores ſu-
perbe agendo ſchiſmata faciant vnitatis cõpage
dirupta. Et colles, id eſt, minores imitãdo, Iuſti-
tiam, vt ſeruos non anteponant domino: ſed ſic
maiores imitando & obediendo ſubſequantur,
vt eis Chriſtum ſemper anteponãt. Vel, Suſci-
piant mõtes, id eſt, maiores, Pacẽ, id eſt, verbum
reconciliationis, ſcilicet verbum euangelii, ad
hoc vt nũtient populo. Et colles, id eſt minores,
Iuſtitiam, id eſt, obedientiam, vt obediant do-
ctrinæ veritatis.

4 Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperũ: & humiliabit calumniatorem. PARS II.

IVDICABIT] Secundã pars vbi item agit Ex Caſs.
de eodem iudicio affirmãdo futurũ. Poſt opta-
tionẽ quippe virtute prophetię dicit quæ ſunt
aduentu domini præſtanda. q. d. Da iudicium. & Ex Hay-
vere dabis, quia [IVDICABIT pauperes po- mone.
puli.] Vel aliter vt per montes & colles vtrique Ex Aug.
prædicatores euangelicæ pacis ſiue præcedẽtes
vt apoſtoli, ſiue ſequentes, vt eorum vicarii ac-
cipiantur: & diſtinguitur ſic litera, Montes, id
eſt prædicatores præcedentes. Et colles. i. præ-
dicatores ſubſequẽtes, Suſcipiant pacem, id eſt,
Chriſtũ, nuntiandam, Populo. Deinde ſecũdum
aliam literam ſequitur, Iuſti iudicabũt pauperes
populi. ſed illi codices magis approbantur qui
habent quod ſupra expoſuimus, Iudicabit pau-
peres populi, id eſt, eos qui pauperes ſunt in po
pulo, in quo boni & mali commixti ſunt. Sic iu
dicabit [ET]. i. quia [Saluos faciet,] id eſt, diſcre
tos ab iniquis [FILIOS pauperum.] idem ſunt
qui & pauperes, ſicut eadem ciuitas eſt Sion, &
filia Sion. Vel diſtingue inter filios pauperũ, &
pauperes. Pauperes dicit patres, ſcilicet prophe
tas & apoſtolos. Filios pauperum dicit eos, qui
ſub eis proficiunt. quos omnes ſic iudicabit dõ-
minus, vt ſaluos faciat. [ET humiliabit] in prę-
ſenti [CALVMNIATOREM,] id eſt, diabolũ. Dum
enim gratia ſua viuat, vt gratis colat deũ homo,
humiliatur diabolus qui dicit, Nunquid gratis Iob. 1
colit Iob deum? Vel humiliatus eſt diabolus in
Chriſti paſsione, quãdo per calumnias Iudæo-
rum cecidit, in quo nihil iuris habuit, vnde me-
rito eos amiſit, in quibus aliquid iuris habere Ex Caſs.
dignoſcitur. Qui vere calũniator dicitur, quia
innocẽtes in culpã trahere nititur, quod eſt ca-
lumniari. Hunc autem humiliauit Chriſtus in
paſsione, ſed nõdum penitus eſt extinctus. Vn-
de alibi, Humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbũ, Pſal. 88.
Vnde Hieremias, Clamat perdix. Congregauit Hiere. 17.
quæ non peperit, fecit diuitias nõ cum iudicio, Ex Aug.
in dimidio dierum eius derelinquẽt eum, & in lib. de pa-
nouiſsimis ſuis reſurgẽt inſipientes. Vel, in iu- ſtoribus,
dicio futuro, Humiliabit calumniatorem, id eſt, cap. 12.
diabolum.

5 Et permanebit cum ſole & an-

te lunam in generatione & generationem.

ET permanebit] Hic ostendit eum diguum qui iudicet.q.d. Iudicabit rex [ET] ipse [PER-
Ex Aug.
manebit cum sole,] id est, qüandiu tempora vol uũtur, quę per solem ideo accipiũtur, quia iuxta cursum solis mutantur & distinguuntur tempora. Non est autẽ ei magnum permanere eum sole, per quẽ omnia facta sunt, sed hic est prophetia, quod Christiani nominis religio semper sit duratura, contra illos qui dicunt ecclesiã aliquando desituram. Permanebit, ergo Cum sole, id est, quãdiu tẽpora voluuntur permanebit in ecclesia, & cum ecclesia, quę est corpus eius [ET ante lunam] potuit dicere cum sole & ante solem, id est, cum tẽporibus, & ante tempora ante quæ est æternũ: sed per lunam quæ crescit & decrescit maluit designare incrementa, & defectus mortaliũ. Et est sensus, Et, ipse, Permanebit ante lunã, id est, omnia mortalia sua immortalitate præcedit. Deinde exponit quid lunam dixerit. Lunam dico [GENERationis & generationũ] alia litera, id est, permanet ante generationes generationum, quæ transeunt decessione & accessione mortalium. Vel ita, vt per solem accipiatur Deus pater, cum quo permanet filius, qui est quasi splẽdor & radius solis. Et est, humiliabit, & vincet diabolum in passione. Et, victo diabolo, Permanebit, splẽdor, id est, filius, Cum sole.i.cũ patre, sedens ad dexterã patris in æternum. Et hoc, Ante lunam generationis & generationũ, quia ipse est primogenitus, ex mortuis, præcedens ecclesiã, decessione & accessione hominũ transeuntem. Vel generatio generationũ dicitur, generatio futura, qua immortaliter generabimur. Et est, Lunam, dico, Generationis generationum, id est, quę immortaliter generabitur, in regeneratione. Vel secundũ aliam literam sic, Permanebit [IN generationẽ & generatione] vel, In seculum seculi, vel, In generationes generationum, id est, sinẽ fine. Et est expositio præcedentis.
Ea Cass. & Aug.

PARS III.

6 Descẽdet sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram.

Ex Cass.
DESCENDET] Tertiã pars. Ecce quis & qualis sit rex ille qui iudicaturus est, quasi dicat,
Ex gl. int.
Quõmodo incipiet hoc regnũ? Ecce incipiet à Iudæis, & consummabitur in gentibus. Et hoc est [DESCENDET sicut pluuia in vellus] Al-
Iudic. 6.
ludit facto Gedeonis, quod in libro Iudicũ legitur, qui pugnaturus contra Madianitas petiit à domino victorię signum tale, vt vellus ouis in area positum complueretur area remanẽte sicca: & ita factum est. Postea petiit, vt area irrigaretur sicco vellere, Et ita fuit. In quo mystice significatum est, quod populus Iudæorum prius irrogaretur gratia Christi sicca area gentilitatis: & postea complueretur gentilitas sicco vellere Iudæorũ. Per vellus enim Iudæa accipitur, quæ auctoritate doctrinæ. Expolianda erat, vt ouis vellere. Vel quia pluuię doctrinam detinebat, quã nolebat prędicari gẽtibus, vt vellus detinet pluuiam. Ait ergo rex ille, Prius descẽdet in vellus sicut pluuia, id est, gratia Christi, descẽdet prius in populum Iudæorum. Vnde, Matrẽ sibi & apostulos elegit, sicca area totius orbis, sicut pluuia prius descẽdit in vellus Gedeonis. Et, postea, Descẽdet [SICVT stillicidia stillantia super terram,] id est, super gentes sicco vellere Iudæorũ, sicut postea fuit cõpluta area Gedeonis sicco vellere. Ecce vnde incipiet, & vbi cõsummabitur regnum, & illud regnum sic
Ex gl. int.
erit vtile, quia Orietur, &c. Vel ita & agit de na-
Ea Cass. & Hier.
tiuitate Christi qui ante dixerat de futuro iudicio.q.d. Christus in futuro iudicabit, & prius in humilitate & lenitate summa veniet. Et hoc est, Descendet, in vterum virginis, Sicut pluuia in vellus, Christus enim quẽ nihil vtique sustinere posset, si vellet manifestata potestate cognosci, voluit leniter in vterum virginis sine aliquo strepitu sicut pluuia in vellus descẽdere, vt magis ostenderet virtutem si eam temperasset. Et est congrua similitudo. Lana enim accipiẽdo aquam nõ rumpitur, sed integra manet: sic & in virgine integritas ante partũ, in partu, post partum. Post illud idem alia similitudine cõprobat, subdens, Et descendet sicut stillicidia stillantia super terram, quæ in modũ roris summa lenitate descẽdunt. Quis ergo post tam apertas similitudines dubitet, de partu virginis. Deinde exequitur, quę ipse oriens attulit, quę germina de stillicidiis pullularunt, dicens,

7 Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis: donec auferatur luna.

ORIETVR in diebus eius iustitia & abundantia pacis donec auferatur luna] vt nõ sit, id est pãxerit donec morte destructa, iã non sit car-
Ex Aug.
nis mortalitas, quæ per lunam significatur, & per lunam significatur ecclesia, & legitur alia litera, scilicet, Extollatur, alii enim interpretati sunt, Auferatur, alii verò extollatur. & est, donec extollatur luna, id est, ecclesia eleuetur per gloriam resurrectionis.

8 Et dominabitur à mari vsque ad mare: & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.

ET dominabitur] Hic ostendit quæ sit am-
Ea Cass.
plitudo regni.q.d. Sic vtile est regnũ, & sic latum [ET] id est, quia [DOMINAbitur à mari,] id est, ad quolibet fine terræ [VSQVE à mare,]
Ex Aug.
id est, ad quẽlibet finẽ terrę diffundetur tam late dilatabitur ecclesia, & [A flumine] iordane dominabitur, vbi vox patris super Christũ insonuit, Hic est filius meus dilectus. Inde ergo do-
Matth. 3.
ctrina eius cœpit, inde auctoritas magistri dilatatur [VSQVE ad terminos orbis terrarum.] Prædicato euangelio regni Christi. Inde rẽgu-
Ex Cass.
la baptismi per totum mundum manauit. Inde ergo dominabitur, Vsq; ad terminos orbis terrarum, circunquaque hoc est quod prius dixit, A mari vsque ad mare. Nota quia paucis verbis magna docet sacramenta.

9 Coram illo procident Aethiopes: & inimici eius terram lingent.

Ex gl.int. CORAM illo] quod vniuersaliter dixerat, per partes ostendit, dicens [CORAM illo procidet

Ex Aug. AEthiopes,] id est, illum adorabũt, Aethiopes, qui sunt in finibus terræ, & teterrimi, id est, gentes, à parte totũ. [ET inimici eius] scilicet pertinaces schismatici, qui inuidẽt gloriæ Christi,

Ex Cass. [LINGENT TERRAM] In modum serpentis,

Gene. 3. cui dictum est, Terram comedes, id est, amabũt terrena, quę sunt eorum esca pœnalis. Vel, Lin-

Ex Aug. gent terrã, id est, schismaticos homines amabũt, & suaues habebunt: quibus auctoribus contradicunt diuinis eloquiis.

10 Reges Tharsis & insulæ munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducent.

Ex Cass. REGES Tharsis] Tharsis interpretatur cõtemplatio in qua fixi sunt fideles, qui offerunt munera, dum deuoto animo seruiũt. Et est sensus [REGES Tharsis,] id est, fideles in contemplatione fixi, qui dicuntur reges, quia sunt dominatores vitiorum, & [INSVLAE,] id est, qui vitia mũdi circumfluentia à se excludunt [MVNERA offerent,] id est, seipsos, dum deuote seruiunt [REGES Arabum, & Saba] Hę patriæ diuersis odoribus nares muleent: & significãt eos qui terrena delectatione se tractant molliter. sed iam sunt reges Arabum & Saba: quia hęc blan-

Ex Aug. dimẽta subiiciunt rigidę disciplinæ. Et hi [DOna adducent] .i. alios secum in societatẽ ecclesiæ adducẽt. Vel potest hoc accipi de malis regibus qui persequuntur, & occidunt martyres. Et est, Reges Arabum & Saba, id est, persequentes nescientes, Adducunt dona, dum immolãdo

Ex Alcu. martyres adduxerunt eos. Vel iuxta interpretationes nominũ totũ accipi potest. Tharsis enim interpretatur exploratio gaudii: Arabia, humilis, vel campestris: Saba, incensio vel conuersio. & est, Reges Tharsis, id est, illi qui explorat verum gaudium: Et Insulę .i. qui à se excludũt vitia, Offerũt munera .i. se & alios: Et, Reges Arabũ, id est humiles, vel iustitia & æquitate plani, Et Reges Saba, id est, qui diuino igne succensi sunt, vel conuersi ad deum, Adducent dona, id

Ex Hier. & gl. int. est se & alios. Vel historialiter potest accipi de regibus, qui venerunt adorare Christũ cũ muneribus qui fuerunt de his prouinciis, cũ quibus venerũt, Insulæ, id est, etiam extremi. Vnde hic psalmus cantatur in festo Epiphanię. Quid per singula?

11 Et adorabũt eum omnes reges: omnes gentes seruient ei.

Ex Cass. ET adorabunt eum omnes reges terræ] quĩ videntur adoraodi. Hic ostendit quæ sit familia regis [AT omnes gentes] quę terrenos habẽt dominos [SERVIENT ei] quia nõ est gẽs quæ in parte populi sui, non adoret authorem.

PARS IIII. 12 Quia liberabit pauperẽ à potente: & pauperem cui nõ erat adiutor.

QVIA liberabit] Quartã pars, vbi agit de Ex Cass. operibus eius. q.d. Cur ei tãtus honor? [QVIA liberabit] vel, Liberauit [PAVPEREM,] id est, populum credentiũ, in quo sunt & reges [a potente,] id est à diabolo, quem non sua virtus: sed peccata hominum potentem fecerunt: deinde repetit, vt determinet quem pauperem liberet dicens [ET pauperẽ] etiam [CVI non erat adiutor] quia homo iustus vel angelus, vel lex, vel liberum arbitrium nõ poterat cum liberare, nisi tantũ leo de tribu Iuda: & si liberat, non tamen peccata, pro quibus tenebantur, ei placent: sed, Apoca. 5.

13 Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet.

PARCET] ex vsuris redimẽdo, id est, peccata dimittet. Cui? [PAVPERI & inopi] .i. nõ de Ex Aug. se cõfidenti, sed de gratia. Vel ita cõtinua, Dico liberabit pauperẽ, & si liberat pauper offendit, Parcet pauperi & inopi. quod necesse est, quia oẽs peccãt & egent gloria dei [ET animas pau- Rom. 3. perũ saluas faciet] ab iniquitate .i. dãdo eis gratiam ad faciendam iustitiam, & ad vitandã iniquitatem. Duplex enim hic adiutorium gratiæ commendatur, scilicet & quod est in remissione peccatorum, cum ait, Parcet pauperi: & quod est in participatione iustitię, cum addit, Et animas pauperum saluas faciet. Deinde his duob. alia duo æquipollentia reddit, dicens,

14 Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.

EX vsuris,] id est, à peccatis [REDIMET animas eorum] & hoc est quod supradixit, Parcet Ex Aug. pauperi. Vsuræ autem dicuntur peccata, quia plus mali inuenitur in suppliciis quam cõmissum est in peccatis, vt verbi gratia, si homicida tantũ corpus hominis perimat, animæ vero nihil noceat, ipsius anima & corpus perdetur in gehenna [EX vsuris] ergo [REDIMET] peccata dimittendo, quæ debebant ampliora supplicia, Et redimet precio sanguinis, [ANIMAS eorum ex iniquitate, scilicet iuuando per gratiam ad faciendam iustitiam. eadem itaque repetita sunt, quæ supradicta erãt: nam parcendo redimet ab vsuris: saluos autem faciẽdo, redimet ab iniquitate. Quod ergo supra est, Parcet pauperi, hoc est hic, Ex vsuris redimet. Quod verò ibi dicit, Animas pauperum saluas faciet, hoc est hic, Ex iniquitate redimet. Vel ita, vt de futuro accipiatur illud, Animas pauperũ saluas faciet, in futuro, scilicet non modo parcet. Hic sequi- Ex Cass. tur, Ex vsuris, id est, pœnis ęternis, Et iniquita- Ex Aug. te, id est, ipso peccato pro quo & pœna debebatur, Redimet, pretio sanguinis, Animas eorũ. [ET nomen eorum,] scilicet nomẽ Christianũ, & si malis sit contemptibile, hic tamẽ erit [HOnorabile corã illo.] qa in eius regno ante ipsum victuri sunt. Vel secundum aliam literã, scilicet, Honorabile nomẽ eorũ corã ipsis, quia gratias haberent de beneficiis, dãtes virtutẽ omnipotenti eius.

15 Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso sem- PARS V.

per: tota die benedicent ei.

Ex Cass. Ex Aug. ET viuet.] Quintā pars, vbi agit de honorificentia regis. q. d. Et si mōrte sua redemit pauperem, tamē [ET viuet] sine fine, qui conteptus est moriēs [ET dabitur ei de auro Arabiæ, id est, sapiētes mūdi in Christum eredēt. Per Arabiam enim gentes significantur. Per aurum quod excellit inter metalla: sapientia quæ excellit inter doctrinas. [ET adorabūt semper de ipso] multiplicādo .i. corpore eius, vel [DE ipso] cōseqnēdo, id est, de eius institntione, quia ipse orare docuit sic, Adueniat regnū tnum, &c. [TOTA Ex Cass. die,] id est, tōto tempore [BENEDICENT ei] bona vita, & merito quia,

16 Erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanū fructus eius: & florebunt de ciuitate sicut fœnū terræ.

ERIT firmamentum in summis montium.] Ex Aug. Sūmma montium sunt auctores scripturarum, scilicet prophetæ & apostoli: quos firmat, quia omnia ab illis prædicta in illo sunt completa: & hoc [IN terra] qa propter eos qui in terra sunt, omnia scripta sunt. Vnde & ipse in terrā venit vt ea impleret. Firmamentnm ergo prophetarū est, quia quod prædixerunt impleuit. Vel ita, Ex gl. int. Ipse erit firmămentum, id est, panis fidei cōfirmans cor [IN summis montinm,] id est, in apostolis, & aliis sanctis. Er hoc est, In terra, ista qđ mirū est .s. qnod ita eos confirmat hic, sequitur, & [FRVCTVS eius,] scilicet boni [SVPEREX- Ex Aug. tolletur super Libanū,] id est, ipse ēxtollet suos super cedros Libani, ad literā, quia si libanus proceras cedros producit, Christus suos ad cælum subuehit, vel iuxta nominis interpretationem. Libanus enim interpretatur cādidatio, & significat candorē & dignitatem huius seculi. ergo [FRVCTVS eius,] id est dilectores Christi, superextolletur, super libannm .i. super candorem seculi: qnia omnia secularia contēnuntur. Vel, Fructus eius, id est charitas, Superextolletur super Libanū, id est, super omnia alia dona de qua i. Cor. 12 Apostolus, Adhuc eminentiorēviam vobis demonstro, &c. [ET] illi qui sunt de ciuitate .s. dei, Ex Cass. id est, de ecclesia [FLOREBVNT] gratissime in futuro [SICVT fœnum terræ] viret. Non enim ætas fœni, sed viriditas sanctis comparatur, qui de ista ciuitate præsentis ecclesiæ migrantet, in illa cęlesti beatitudine florebunt. Vel per fœnū, Ex Aug. fœnū frūctiferū .i. frumentū potest intelligi, sicut in Genesi fœni nomine etiam frumētum in- Gen. 2. ligitur, cum ait, Iussit deus producere terram omne lignum, & omne fœnū, nec adiunxit, & omne frumētum nomine fœni illud complectēs, Florebunt, ergo, Sicut fœnum terræ, scilicet fructiferum, vt est fœnum frumēti. Vel quia ambigue posita est ciuitas, nō enim addidit vel eius, vel dei, ciuitas Caim intelligi potest sicut ante de ciuitate dei exposuimus .i. de ecclesia. Duæ enim ciuitates sunt in præsenti, ciuitas Christi & ciuitas seculi. Ciuitas dei est ecclesia, quæ ab Abel incœpit. Ciuitas seculi, est Babylonia, quę incœpit à Caim, quæ comparatur fœno, secūdum illud, Omnis caro fœnum. Omnis nanque Esa. 40. claritas ciuitatis quam cœpit ædificare Caim, est sicut flos fœni, quod hodie floret, & cras in clibanum mittitur. Et est sensus huius & precedentis loci, Talis, Fructus eius, id est, illud quod in æternum nobis promittitur, Extolletur super Libanū, id est, diffamabitur & cōmendabitur super omnia seculi. Et ea quę sunt, De ciuitate, Caim, scilicet, Florebunt sicut fœnum terrę, id est, quicquid pro magno habetur in seculo, comparabitur fœno terræ.

17 Sit nomen eius benedictum in secula ante solem permanet nomen eius. PARS VI.

SIT nomen eius] Sexta părs, vbi monet omnes laudes dicere ei, quia omnes in eo benedicentur. q. d. Et quia fructus eius extolletur, & flos seculi decidet. ergo [SIT nomen eius benedictū in secula] q. d. Quia ęternā dat gloriam. In æternū glorificetnr: & [ANTE solem,] id est ănte tempora, & ante omnem creaturā, id est, æternum [PERMANET nomē eius,] id est, filiūs regis. Hoc dicit, ne putes temporalem dei filium. Ex Cass. & Rem. Ex Aug. Ex Cass.

18 Et benedicētur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.

ET omnes tribus terræ benedicētur in ipso] Ex Aug. vt Abrăhæ promissum est, In semine tuo be- Gen. 22 nedicentur omnes trib⁹ terræ. Er ne duodecim tribus accipias tantum, addit [OMNES gentes] scilicet oēs benedicti [MAGNIFICABVNT eum.] magnum faciendo.

19 Benedictus dominus deus Israel, qui facit mirabilia solus. PARS VII.

BENEDICTVS] Sepeimā pars, vbi à sua Ex Aug. & Alcu. parte laudat. Omnib⁹ enim dictis, hymnū eructat. q. d. Qnia in eo omnes benedicentur [BENEDICTUS dominus dens Israel] Nŏta hic esse exclamatoriam benedictionem cum admonitione & prophetia [QVI FACIT mirabilia solus] qnia quicunque facit, ipse in illo facit.

20 Et benedictum nomen maiestatis eius in æternū, & replebitur maiestate eius omnis terra: fiat fiat.

ET benedictum] sit [NOMEN,] id est, glŏria Ex gl. int. [MAIESTATIS EIVS] quod est maius omnibus nominibus. vel, Nomē maiestatis .s. nōmen Christianum, quod est de ipso Christo, & Ex Cass. hoc [IN æternum,] id est, quādiu seculū durat, Ex Aug. Et in seculum seculi, qnod quidam interpretes addunt [ET replebitur maiestate] vel, Gloria eius, alia litera .i. ipsiūs clarificatione [OMNIS Ex Cass. terra,] .s. sancti [FIAT fiat] Ecce quasi subscri- Ex gl. int. ptio principis & cōcessio audientium. Măgni- Ex Cass. ficum verō est, quod sic concludit, optantis est semel dicere fiat: sed nimium desiderătis est repetere. q. d. Quod iussisti domine, ita Fiat fiat, Ex Aug. donec quod cœpit flumine perueniat vsque ad

terminos orbis terræ. ¶Hieronymus. Sciendum est quod LXX. primus psalmus secundi libri finis sit, vnde & in extremo habet Fiat fiat, pro quo in Hebræo dicitur, amen amen. Et hoc diligētius obseruandū est, quod defecerūt Hymni Dauid, filii Iesse, ad finē LXX. primi psalmi pertineat. Id verò quod sequitur, psalmus Asaph, initium sit sequentis.

COLLATIO In psalmum 71, Deus iudicium tuum regi da, &c.

5 ET permanebit cum sole.] Heb. habēt, Timebūt te cum sole. Hoc est interprete Hieron. quandiu erit sol. Quando hic timor debeat intelligi Christiani nominis religio, quæ nūquam desitura sit, cōuenienter id significatum est ex perpetua stabilitate. Sed quum legitur ייראוך iirauca, haud scio num interpretes sumpserint caph seruile, vt sit essentiale, & in verbo Caldai eo ירך ierac, quod prolongauit significat.

ANTE lunam.] Faber causatur vt melius & diuinius dicatur vltra lunā, quo demonstretur regnum Christi desinente mundo, non desiturum: sed post cōsummationem seculi, perpetuo duraturum. atqui illud ante lunam, non perinde sonat. Cæterum vocabulum in Hebræo positū, proprie, ante, corā, vel in conspectu, magno cōsensu Hebræorum designat לפני ירח liphne iareah. Quod autem vertit Hieronymus vltra lunam, ad id quod continuo subdebatur respexit, nempe in generatione generationū, vt quid dixerit per lunam prophetā exponendo adiungeret, in generatione & generationem.

6 DESCENDET sicut pluuia in vellus.] Sic Hieronymus Sāctes & Nebiensis. At quum sacri & catholici doctores hunc pertractantes locum ad iucundam Gedeonis historiam mystica reducāt allusione, vt sunt D. Hieronymus, Augustinus, Ambrosius in prologo primi lib. t. de sancto spi. Chrysostomus peculiari in hoc consecrata homilia, Arnobius & plerique alii doctissimi iuxta ac sanctissimi, iniquum videtur, Nota. quod quidem Neoterici Hebraizatores, vsque adeo suas contraxerunt versiones, vt nullum locū reliquerint mysterio velleris. De quo Iud. 6. eòque indignius, quo magis poterant, sine vllo incommodo veritatis Hebraicæ, transferre aut vellus, aut generalius tonsuram. Nam id גז gez, nemine reclamante proprie significat. At verò Pratensis ad eum habet modum, Descendet sicut pluuia super herbam resecatam. Mūsterus, In tonsuram graminis. Editio in Campensi, Sicut pluuia in dissectum fundum. Paraphrasis Campensis, Super frumentum demessum. Longe secus LXX, κατα-βήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον. Quorū authoritas si in re sese prodente repudietur, quid tādem in locis scripturæ obscuris, aut inquisitione examinandis?

7 ORIETVR in diebus eius iustitia.] Hebræi legūt iustus צדיק tzadiq. Appret Septuaginta legisse צדק tzedeq, id est, iustitia, non sine forsan accommodatiori cōgruentia. Quum enim iam ipse Christus summe iustus ortus esset, quid restabat quam vt iustitia in nobis germinaret? Quod si legeris iustus, referendo ad fideles quod oportet, tamen necesse est iustitiam præcedere, qua iustificamur. Ac mox clausula sequens abundantia pacis, idipsum insinuare videtur, vt primo sit gratia iustificans, demū pax ipsa, quæ est gratia consummans, & vsquequam perficiens.

Donec auferatur luna,] In Heb. manifestū est עד בלי ירח ad beli iareah, hoc est, donec nō sit luna. Cur tamen in latino quidā codices habuerint tollatur aut extollatur, quidā auferatur, docet Augustinus in hęc verba. Id quod dictū est tollatur, alii interpretati sunt auferatur, alii verò extollatur, vnum verbum Græcum, sicut vnicuique visum est trāsferentes, quod ibi positum est ἀνταναιρεθῇ. Sed qui dixerunt tollatur, & qui dixerunt auferatur, nō vsque adeò dissonant. Tollatur enim magis habet consuetudo ita dici, vt auferatur, & nō sit, quàm ita vt altius eleuetur. Auferaī verò prorsus aliter intelligi nō potest, nisi vt perdatur, hoc est vt non sit: extollatur autē, nihil nisi vt altius eleuetur. Hactenus ille. Certe Hieronymus in commentariis interpretatur, Eleuetur ecclesia.

9 CORAM illo procidēt Aethiopes.] Pellicanus vertit solitudinarios. Sanctes, Habitatores deserti ציים Cōsentit & interpres pro Caietano. Hoc ad concordiam reducit Munsterus in scholio. Capiuntur pro incolis solitudinis, quales sunt AEthiopes. Nebiensis vertit populi. Chaldæus interpretatur proceres.

12 LIBERABIT pauperem à potēte.] Astipulatur Hieronymus, & interpretes pro Caietano. Recentiores transferunt vociferantem siue clamantem, pro potente משוע meschauea atqui שוע schoa, est commune diuiti, opulento, potenti, & clamanti.

14 ET honorabile nomē eorum coram illo.] Hebræi habent preciosus sanguis eorum coram oculis eius וייקר דמם בעיניו veieqar damā beenan. Apparet septuaginta legisse שמם schemam, id est, nomen eorum. Non enim poterant ignorare, quid foret damā. Sed et si daleth tenue foret Hebræis sonaret ferme, eh, declinās ad prolationem schim.

15 ET adorabunt de ipso semper.] Accedit & Hieronymus, ac illud, de ipso, respicit Christū. Alii traducunt pro ipso, Id quod & à quibusdā ętate Augustini factitatum est, quod angustum inueniebat, qui conueniret adorabunt, siue vt Hebr. habet, Orabunt pro ipso nempe Christo: quem tamē scrupū sic diluere pergit. Quod habet Gręcus περὶ αὐτοῦ, alii interpretati sunt de ipso, aliqui pro ipso, vel pro eo. Quid est autē de ipso, nisi forte quod oramus dicētes, Adueniat regnum tuum? Pro eo vero quomodo intelligatur, angustum est, nisi quia quum oratur pro ecclesia, pro ipso oratur, quia corpus est eius. De Christo quippe & ecclesia præmissum est

magnum sacramentum. Erūt duo in carne vna. Hæc Augustinus. Porrò recentiores vertūt per singularem numerū, orabit pro eo, vt dicamus Christum dominum, orare semper pro eo paupere. Quia tamē Hieronymus vertit pluratiue, & verbum in Heb. positum יִתְפַּלֵּל iithpallel, habet significationem passiuam, consequentius videtur, vt pro eo, referatur ad Christū dominum. Hinc Pellicanus hoc pacto reddidit, Orabitur per eum semper. Quod respōdet illi quod est, adorabūt de ipso semper. Cōsonat contextus è regione paraphrasis Campensis, Adoretur sine fine.

16 ERIT firmamentū in terra in summis mōtium. Heb. פִּסַּת בַּר pissath bar. Hierony. Erit memorabile triticū in terra in capite montiū. Paulus Burgēsis, ex Iudæo Christianus. Erit placētula frumēti. Qui etiam vt cōmendet tremēdum illud sacrosanctæ Eucharistiæ sacramentum, dicit thargum, hoc est trāslationem Chaldaicam, pro eo quod habemus, in summis montium, dicere, in capitibus sacerdotum. Pratensis, Erit multiplicatio frumenti. Sanctes, Mūsterus, & ferme alii dicunt, Erit pugillus frumēti. Vbi Lyranus, Videt (inqt) translatio cōmunis corrupta, ex similitudine dictionum, habēs firmamētum pro frumentū, bene dicit. Videtur quidem externe, vt ne asseueret. Nā Septuaginta clare habent στήριγμα, id est, firmamentum. Iam verò פִּסַּת pissath polysemon est Hebręis. Proprie tamen exponitur, pro robore refectionis. Chaldæus enim סְעִיד לַחְמָא Said lahama, interpretatur firmamentum refectionis, siue panem substantificum. Vnde psalmus 103, Panis cor hominis confirmet. Quod quam proxime respondeat omni sancto corporis Christi sacramento Christianæ religionis solidissimo fundamento, non est verbis humanis consequi.

SVPEREXTOLLETVR super libanum fructus, &c. Heb. יִרְעַשׁ tireasch, recētiores interpretātur, agitetur aut collidatur. Nebiensis, Turgescet: quum tamen Hieronymus cum Septuaginta, exponat eleuabitur. Sed est allusio ad proceras arbores Libani, quæ ob eminētiam & montis & lignorum, à vi ventorum inter se concutiuntur.

17 Ante solem permanet nomen eius.] Heb. יִנּוֹן שְׁמוֹ iinon schemo, quod ad verbū posset reddi, Filiabitur nomen eius. Hoc est interprete Hieronymo, perseuerabit nomē eius, siue (vt ait Munsterus) propagabitur nomen eius. Nec male arridet quod vertit Sanctes, ante solem genitum fuit nomen eius. Hoc enim mire cōmendat generationem illam filii dei æternam atque incomprehensam.

19 BENEDICTVS dominus deus Israel.] Nescio quo casu factum fuerit vt nec Græci codices, nec Latini habeāt nomē deus, replicatū, Benedictus dominus deus deus Israel, quod aperte in Hebręo cōspicitur, vt trinitatis mysterium, plena laude indicetur, De quo scribit D. Hieronymus ad Suniam & Fretellā. Dicitis in Græco bis deus, nō haberi, quum & in Hebraico sit, & apud Septuaginta, & manifestissime triplex domini dei deiq; nuncupatio, mysteriū sit trinitatis.

LXXII. PSALMI TIT.

Defecerunt laudes vel hymni Dauid filii Iesse psalmus Asaph.

QVAM bonus deus Israel] Titulus [DEFECERūt laudes, vel hymni Dauid filii Iesse psalmus Asaph.] Hymnus tria habet laudem & dei, & cum cātico. Nisi enim hilariter cantetur, non est hymnus. Non autē cantat hilariter, qui non amat sic. Si sit laus & non dei, non est hymnus. Et si sit dei & non cum cātico, nō est hymnus. Oportet ergo vt sit hymnus, habere hæc tria, laudē & dei, & canticum. In laude, confitentis est prędicatio: in cantico, amantis affectio. Præter solitum vero addit, Filii Iesse. In titulis enim sępe nomen Dauid reperitur, sed nunquam additum, filii Iesse, nisi hic quod non inaniter factum est. Dauid enim homo quidam filius Iesse, regnauit in Israel tempore veteris testamenti: in quo nouum testamentum erat, sed occultum, sicut & Christus in Dauid, & in Abraham erat: sed occultus, vt fructus in radice est, sed non apparet. Nouerūt autem pauci prophetæ & Christum & nouum testamentum esse in occulto: & prænunciauerunt vtrunque reuelandum. Illo ergo tempore, quo latebant spiritualia pro regno illo vbi regnauit, homo ille filius Iesse, & pro huiusmodi carnalibus: carnalis ille populus laudabat deum, sed regno illo & cęteris temporalib⁹ deficientibus defecit laus, non Dauid filii dei: sed Dauid, filii Iesse, id est, carnalis populi. His autem carnalibus deficientibus quæ deus subtraxit vt quærentur ea, quæ occulta in illis tegebantur. Loquitur Asaph, id est, synagoga, sed fidelis, quę & ante pie coluit deum: licet propter terrena, quæ quidem à deo quærebat non à dæmonibus vt gentes. Attendens autem Asaph blasphemos his abundare pro quibus ante seruiebat, cœpit nutare secundum quosdam de eodem populo, nesciens quid in his figuris lateret, quasi nō esset aliquid melius quod deus daret, sed admonitus. Asaph per hæc sibi subtracta, quærere ea quæ non habebat cum malis communia. Castigās se de errore, dicit, Quam bonus Israel deus. Et est sensus tituli, talis. Hic agit de hoc quod [DEFECERVNT laudes, vel hymni Dauid] nō filii dei, sed [FILII Iesse,] id est, Iudaici populi, qui per Dauid regē significatur cuius laus defecit, quia iam non dat deus blanda vt pueris ad seruiendū alliciēdis, & attribuit, hic [PSALmus Asaph,] id est, synagogæ fideli, quæ hoc dicit, quæ iam sibi contra hoc quod prius agebat testatur vt credibilius sit. Intentio. Monet vt nōn pro tēporalibus, sed pro ęternis deum laudemus. Modus. Quātuor sunt partitiones. Primo Asaph describens nequitiam malorū dicit se zelasse prospera eorum, inde tamen correctum, & correctus alius corrigit. Secundo, exponens suum & aliorū errorem, dicit se inde re-

Ex Aug.

1. Reg. 16

Ex Alcu.

Ex Aug.

Ex Cass.

uerfum ad melius confiliũ,ibi, Ideo cõuertẽtur. Tertio,aperit quid didicit in fanctuario dei,ibi Veruntamen. (Ex Caſs.) Quarto,cõparat præmiũ cæleſte terrenę voluntati ſuæ & ſe arguit,ibi, Quid enim. Aſaph ergo erroris ſui recordãs & inde pœnitens & ſe caſtigans,cum admiratione dicit,

QVAM bonus Iſrael deus his qui recto ſunt corde?

(Ex gl.int.) QVAM bonus] id eſt, iocundus eſt [DEVS Iſrael] quod nõ ſemper fuit viſum mihi: ſed quibus? (Ex Aug.) [HIS qui recto ſunt corde] peruerſus peruerſis videtur.

2 Mei autẽ penè moti ſunt pedes: penè effuſi ſunt greſſus mei.

(Ex Aug.) MEI autem] q.d. Mõdo fateor deũ bonũ,ſed prius cum non rectũ cor eſſet mihi [PENE moti ſunt pedes mei] ad errãdũ [PENE effuſi ſunt greſſus mei] ad lapſum non omnino moti ſunt pedes. Vel effuſi ſunt, Greſſus,ſed penè quia cœperam errare,ſed non erraueram. cœperam cadere,ſed nõdum cecideram. Et ſunt idem pedes (Ex Caſs.) & greſſus.ſ.affectus. Vel,Pedes,accipit pro arbitrio mentis,quod à veritate diſcrepabat. Greſſus ſunt actus mali, qui ſunt effuſi, id eſt præcipitati. Et dicit,Penè quia cito rediit. Cur ergo (Ex Aug.) mõti ſunt pedes?

3 Quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns.

(Ex Caſs.) QVIA] ẽgo intendẽs [SVPER iniquos zelaui]. i.inuidi eis, & grauiter tuli: quid in eis ze(Ex Aug.)laui? Ecce ego dico [PACEM] tẽporalem, fluxã, caducã [Peccatorũ] quã ſolebã adeo petere, pro qua & ſeruiebã. [VIDENS] nõ intelligẽs,quia hæc pax videtur, ſed nõ intelligitur, oculos cludit,eſt enim fluxa atque caduca.

4 Quia nõ eſt reſpectus morti eorum: & firmamẽtum in plaga eorũ.

(Ex gl.int.) QVIA non eſt reſpectus] Expõnit breuiter quare eis ſit data hæc pax . ideo.ſ. quia non eſt, (Ex Aug.) Declinatio mortis eorũ, alia litera.ſ. quia certa mors & æterna,eos manet, quæ nõ declinat ab eis,nec ipſi ab ea [ET firmam.eſt in plaga eorũ] id eſt, flagellum eorum firmum eſt,non temporale,ſed æternum,& ideò modo non ſunt.

5 In labore hominum non ſunt: & cũ hominibus nõ flagellabũtur.

(Ex Caſs. & Aug.) IN labore hominum,] id eſt,ſanctõrum. Ideo enim modo cum ſanctis non flagellantur, quia ęternum eis ſupplicium præparatur. Vel ita,ſecundum literã noſtram. Ideo eis,hæc pax, quia, Non eſt reſpectus, miſericordię dei, Morti eorũ, (Ex Caſs. & Alcui.) id eſt,quia non liberat eos à morte peccati. Et, nõ eſt, Firmamentũ.i.cõſolidatio, In plaga eorum,mortem & plagam,dicit eorũ peccata,quæ nõ reſpicit deus vt ſanet. Et eſt ſenſus, Non miſeretur deus eis,ſolidãdo plagas eorum. Vel ita, Non eſt reſpectus mortis eorum, hoc dicit à ſimili incurabilis, cui nihil ꝓhibetur: ita & deus videns illos incurabiles nõ retrahit eos à malis, ſed tradit eos in deſideria cordis eorũ. alia non (Rom.1.) mutantur. Vel ita expone, Quam pacem habẽt mali.q.d. Vidi pacem peccatorum hanc,ſcilicet (Ex Caſs.) quia nõ eſt declinatio mortis eorum,id eſt, non cito moriuntur,ſed diu viuunt. Et,non eſt, Firmamẽtum,vel, Flagellum in plaga eorum, quia & ſi aliquando eis plaga infertur, nõ firmatur: vt duret flagellum correctionis. Vnde ſequitur, [IN labore hominum,] ſcilicet ſanctorũ [NON ſunt] ab infirmitate & plagis velociter conualeſcunt, nunc ſicut homines iuſti tribulationum quatiuntur flagellis. Vnde ſubdit,& [CVM hominibus non flagellabuntur] ad correctionẽ,& quia ſic eis modo proſpere cedit,

6 Ideo tenuit eos ſuperbia: operti ſunt iniquitate & impietate ſua.

(Ex Caſs.) IDEO ſuperbia tenuit eos] q.d. Quibuſdam manibus,ne euadant quod quidem peius eſt,ſcilicet ſuperbia teneri,quam quolibet modo ſuperbire: vnde ipſi ſunt iniqui. Et hoc eſt, [Operti ſunt] Non dico amicti,vt vel liberũ caput haberent,ſed toti operti ſunt,& vndique ne reſipiſcant. Vnde alia litera habet, Circumamicti, [INIQVITATE] ad proximum [ET impietate ſua] quia contra deum blaſphemi ſunt. Et (Ex Aug.) ita, nec vident, nec videntur interiora eorum: non vidẽtur,quia ibi miſeri ſunt qui felices putantur: non vident, quia contemptũ nutrit reſoluta ſecuritas. Vt autem eorum culpam exag(Ex Caſs.)geret,ſubdit,

7 Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum : tranſierunt in affectum cordis.

(Ex gl.int.) PRODIIT quaſi ex adipe iniquitas eorũ] q.d. Iniqui ſunt & hæc [INIQVITAS eorũ ꝓdiit] in apertũ quaſi [EX adipe], id eſt,ex abun(Ex Aug.)dantia , non ex macie neceſsitatis . Sũnt enim quidam mali ex macie.i.ex neceſsitate, alii ex abundantia,vt pauper egeſtate furatur: diues ex cupiditate. Et iſti tales [TRANSIERVNT] viam rectam,modum hominum,quia non putãt ſe pares hominibus pauperes deſpicientes: cum tamen illos cum eis nudos ſuſcipiat vita & putredo poſt mortẽ ęque conſumat. Ipſi dico ten(Ex gl.int. & Caſs.)dẽtes [IN affectũ cordis] ſcilicet facientes quod placet. Vel, Tranſierunt.q.d. à rectis ſemitis de vitiis in vitia ruentes, In affectũ cordis implendum.q.d. deſiderio hoc agũt,nõ neceſsitate. Et vt grauius eos peccaſſe oſtẽdat, quàm ſi ex improuiſo egiſſent,ſubdit,

8 Cogitauerũt & locuti ſunt nequitiam: iniquitatem in excelſo locuti ſunt.

(Ex Aug.) COGITAVERunt & locuti ſunt nequitiã] nõ ſatisfuit eis , quod intus habẽt niſi extra effundant, & alios doceant [INIQVITATES LOCVTI SVNT] nõ cum timore,ſed [IN excelſo,] id eſt,palam, id eſt, in manifeſto ,in alto

clare cũctis audientibus & superbe. Vel, Locuti
sunt in excelsum, id est, contra excelsum, id est,
Ex Cass. cõntra deum blasphemi sunt. Et,

8 Posuerunt in cælum os suum: & lingua eorum transiuit in terra.

Ex Alcu. & gl. int. POSVERVNT in cælum os suum] id est, itã loquũtur de cælo & de altis, ac si dii essent. Itã
Ex Aug. enim vel minantur vel quælibet disponũt, ac si
eorum dignitas sit immortalis. Vel, Posuerũt in
Ex Hier. & Cass. cælum os suum, id est, superba contra deum loquuntur, quem blasphemãt dicentes deum vel
nescire mala sua, vel nõ punire. [ET LINGVA
eorum trãsiuit in terra] vel, Super terram, id est,
Ex Aug. vltrã mensuram humanitatis loquuntur, quasi
immortales sint. transeunt enim omnia terrena,
quia non cogitant se homines posse mori cito:
sed transit lingua eorum humanam fragilitatẽ.
Vel ita, Lingua eorum transiuit, vel, Deambulauit, alia litera, modum excedens, & si. In terra,
sint. i. & si ipsi sint in terra, tamẽ modũ trãsciũt,
Ex Hier. Vel ita, Et lingua eorum, ens, In terra, id est, lõcutio eorum facta terrena, transiuit, id est, defecit: quia præter rationem veritatis infirma est.
☞ Alia litera deambulauit hoc ex Hieronymo in versione iuxta Hebrẹum תִּהֲלַךְ tihalac,
ambulabit.

PARS II. 9 Ideo cõuertetur populus meus hic: & dies pleni inueniẽtur in eis.

Ex Aug. & Cass. IDEO CONVERTETVR] Secũda pars,
vbi exponens Asaph suum & aliorum errorem,
de prosperitate impiorum prouenientem, dicit
se inde reuersum ad melius consilium, & vt ipse
inquireret veritatẽ dei, intrans, in sanctuarium
Ex Alcui. dei. q. d. Quia hæc tẽmporalia sunt iniquis ex
quibus prædicta mala eueniunt, [IDEO] hoc
perpenso quod hæc mala ex prosperis eueniunt,
[POPVLVS meus] q̃ à veritate deuiauit [CONVERTETVR] ad eam, vt sit [HIC,] id est, in hac sententia, in qua modo sum. Vel, Cõuertetur huc,
Ex Aug. id est, rẽdiit ad deum, ad veritatem. Sed quando
conuertetur? ecce, Quando [DIES pleni inuenientur in eis,] id est, quando veniet plenitudo
Galat. 4 temporis. &c. quo filius missus est, qui hæc docuit contemnere, & æterna quærere. Dies nanque pleni sunt, quibus Christus venit. Vnde Apostolus, Cum venit ergo plenitudo temporis,
&c. Hi ergo sunt in Iudęis qui Christum nouerunt. Vel, Populus meus conuertetur, ad veritatem, Et, sic, Dies pleni, id est, pẽrfecti & æterni,
Ex Hier. & Alcu. Inuenientur in eis, in futuro: & si modo nõ appareant.

10 Et dixerunt, Quomodo scit deus, & si est scientia in excelso?

Ex Cass. & Augu. ET DIXERVNT] Expõnit hic Asaph
qualiter populus suus errare cœperit. q. d. Vnde conuertetur populus? Ecce [ET], id est, quia
[DIXERVNT] priusquã conuerterentur de hac tali
cogitatione, de qua modo reuersi sunt ad vera
eligenda [SI] id est, an [EST scientia in excelso]
Ex Aug. in sequentibus. id est, in deo, . s. scit deus hæc, an non? Nõndum
dicit nescit obfirmata mẽte, sed adhuc hæsitat,
& prope est sanitati: & de tam graui infirmitate
vicinior est salus, sicut vicina sanitate magis æstuant ęgri. Si quis autẽ respondeat, scit. Iterum
quærũt, &, Quomodo scit deus? Ita vt curet, an
Ex Aug ita vt nõ curet hæc? Siquis verò quærat ab eis,
quare de hoc hæsitent? respondent, Ideo videtur deus nobis nescire, vel non curare ista, quia
mali sunt felices.

11 Ecce ipsi peccatores & abũdantes in seculo: obtinuerunt diuitias.

Ex Rem. ECCE] enim [IPSI peccatores obtinuerũt]
per violentiam in seculo [DIVITIAS &] non
Ex Aug. pãruas, sed [ABVNDÃTES] q. d. Ideo erã nõ peccator vt haberẽ diuitias, sed ecõtra fieri video.

12 Et dixi, Ergo sine causa iustificaui cor meum: & laui inter innocentes manus meas.

Ex Cass. ET dixi] Adhũc ex persona dubitantis po-
Ex Aug. puli, hæc sequentia dicuntur [ERGO] quiã illi
nõ seruiũt, & habẽt, [SINE causa iustificaui cor
Ex Cass. meum] fatũus cogitationibus se dicit illusum, vt
cum hæc repudiauerit, melius nos cutauerit: de
quibus subdit, Et sine causa. [LAVI inter innocẽtes ma. Meas] .i. opa, nõ modo cogitationes.

13 Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.

ET sine causa [FVI flagellatus tota die] q. d.
Ex Aug. Bẽne seruio & flagellor; nõ seruit malus & honoratur [ET] sine causa [CASTIGATIO mea] dę
perpetratis malis, fuit [IN matutinis] . i. sedula
& cita. In ea enim nõ differtur, illis vero vel se-
Ex Hier. ra, vel nulla est, vel ĩn matutinis orationibus.

14 Si dicebã, Narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorũ reprobaui.

Ex Aug. SI dicebã] Eccẽ iam se reprimit iste auctoritate sanctorum, & iam vicina veritate deliberat sic. Et, Dicebam si, ego [Narrabo] .i. astruam
[SIC,] scilicet quod deus nõ curet ista, quod iuste viuit quis frustra, [ECCE reprobaui,] id est,
reliqui [NATIONEM filiorum tuorũ] .i. sanctorum patriarcharũ & prophetarũ. Omnes enim
scilicet Abraham & cæteri aliter docẽt, quibus
cedere debeo. Nõ enim omnib⁹ prudẽtior sum.
Vel secũdum aliã literã. Vbi enim habemus, Et
castigatio mea in matutinis. Alia litera habet,
Et index mea in matutino, Et est talis sensus,
Ex Cass. Vsque huc Asaph in ancipiti causa suæ deliberationis dubitauit. Nunc dicit quo docẽte veritatẽ cognouerit. q. d. Ita hæsitãdo hęc dixi: &
in hac hæsitatione Christus, Qui in matutino,
surrexit, fuit index mea, Ecce iã remediũ, Christus est index, quia viã veritatis indicaui, & mane surgens spẽ nostrã de mundo, ad cęlum leuauit. Et dicebam, si narrabo sic, hoc nõ mutatur,
Ecce nationẽ filiorũ tuorũ cui disposui, vel, Cõcinnui, alia litera, subaudis occurrit & obuiat
mihi .i. occurrit mihi prior ꝑdicatio, quã Israelitia feci. s. vt deum colerẽt qui omnia creauit, &
omnib⁹ secundũ opera sua restituit, obuiat mihi
Ex Aug: doctrina patrũ, cui congrui, cui accommodatus
sum. Sed ne ego reprobarem nationem patrum,
vel priori doctrinæ meæ contradicerem.

16 Exiſtimabam vt cognoſcerem hoc: labor eſt ante me.

Ex Alcu. EXISTIMABAM] vel, Cogitabã, vel [VT
COGNOSCEREM] vel, Scirẽ hoc, vel, Suſce-
pi cognoſcere [HOC] alia litera, id eſt, veritatem
rei quod non ante faciebat, dum dicebat, deum
Ex Caſs. hæc non curare. Iãm reuocatur iſte à lapſu, qui
non præſumit ſe ſcientem contra ſanctos. Ha-
bet enim iam primum gradum ſcientiæ. Primus
gradus ſcientiæ eſt, dũ quis ſcit ſe neſcire quod
Ex Caſs. prius videbatur ſcire. ¶ Poteſt etiam tõtum a-
& Alcu. liter dici, vt populus ille ſtultus non dubitaſſe,
ſed contra deum diſputaſſe intelligatur ſic. Vn-
de conuertentur de hac tali cogitatione. Et, id
eſt, quia, Dixerunt, priuſquam conuerterẽtur,
Quomodo ſcit deus? quomodo dicitur ſcire
quæ hic fiunt, qui non punit? quaſi vel omnino
neſcit qui non curat humana, Et, vere quia, Si
Ex Caſs. eſt ſcientia in excelſis, defectio eſt hic, tunc in-
iuſtus eſt deus, ſubaudis qui patitur malos, ideo
videtur eis deus neſcire hæc, quia, Ecce & ipſi,
Ex Alcui. peccatores, & abundãtes, in ſeculo, Obtinuerũt
diuitias, hoc nõ mutatur. Huic autem ſtulto po
pulo confutando, reſpondet Aſaph. q. d. hęc di-
xerunt illi. Et, eis confutandis, Dixi, hoc, Ergo ſi
ita eſt vt dicitis, quod iniuſt⁹ & inſcius ſit deus,
hæc incõuenientia ſequuntur, quod, Sine cauſa
iuſtificaui cor meũ, & ſine cauſa, Laui inter in-
nocentes manus meas, hoc non mutatur, &, Si-
ne cauſa fui flagellatus tota die, nec hoc muta-
tur, Et, ſine cauſa, Caſtigatio mea in manibus.
Si dicebam. Hic oſtendit aliud inconueniens,
& incipit ſoluere quæſtionem auctoritate ſan-
ctorum probatiſsima oſtẽdens aliter eſſe quam
illi dicant. Et dicebam, contra eos, Si, ego, Nar-
Ex Aug. rabo, id eſt, ãſtruam, Sic: ecce nationẽ filiorum
tuorum, id eſt, doctrinam prophetarum & pa-
triarcharum qui omnes deum iuſtum, & omnia
ſcientem docuerũt, Reprobaui, id eſt, reprobari
iudicaui, quod ipſa nõ eſt, & ita per incõuenien
tia hæc, patet deum non eſſe iniuſtũ, vel neſciũ.
Ex Alcu. Exiſtimabam, vel, Cogitabam. q. d. pẽr prædicta
incõuenientia volo probare deum non eſſe in-
iuſtum, ſed hoc qualiter ſit modo cogito, non-
dum plene perſoluo quomodo iuſtus ſit & bo-
nis mala, & malis bona det, mihi nondum per-
ſpicue planum eſt. Sed, Exiſtimabam, vel, Cogi-
tabam, Vt cognoſcerem, vel, Scirem hoc, id eſt,
Ex Aug. hũius rei veritatem, & hoc cognoſcere, Labor
eſt ante me, id eſt, laborioſa quæſtio ante ocu-
los meos. Quaſi enim murus ſtat mihi in facie,
quomodo deus curet hęc & bene ſit malis, & bo
Ex Alcui. nis male. Vel, Labor eſt ante me, id eſt, qũantũ
ad ea quæ ſunt ante me, id eſt, quantum ad prę-
ſentia, quæ ſi attẽdo ab huius quæſtionis labo-
re nõ me expedio. Vel, Labor eſt ante me, id eſt,
maior me, me ſuperãs: & niſi deus aperiat, labor
Ex Aug. eſt ante me, ſed nõn ante deũ. Si ergo fuero ante
deum, nec mihi labor. Illum enim attendẽs, hu-
ius quæſtionis trãſgrediar murum, quod & fa-
cit, id eſt, ad deum intrat. Addit enim, Labor eſt
ante me.

17 Donec intrem in ſanctuarium Dei: & intelligam in nouiſsimis eorum.

DONEC INTREM IN SANCTVARIũ Ex Alcu.
dei] Sãnctuarium dei Chriſtus eſt, in quo ſunt
omnia conſilia ſuper filios hominũ, qui vt deus
merita ſingulorũ dignoſcit. Et eſt, Donec, men
te in Chriſtum intendam, qui hic proſpera non
habuit: nunc vero regnat in æternum cum pa-
tre. Vel, Sanctuarium dei, dĩcit ſancta ſanctorũ, Ex Alcu.
id eſt, ſecretum diuinæ diſpenſationis. Vel, San-
ctuariũ dei, dĩcitur lex diuina quam aliquis cõ Ex Caſs.
tuens videt in iudicio eos damnandos: & quaſi
quis diceret, Quĩd tibi in eo ſanctuario? ſubdit, Ex Aug.
[ET INTELLIGAM] quaſi de eo intendo o-
culo mentis in finem, vbi omnia ſecũdum me-
rita iudicantur. Et hoc eſt, & non à me, ſed in
Sanctuario poſitus, Intelligam, per præſentia
[IN NOVISSIMIS EORVM] vbi flos ſe-
cularium areſcit.

18 Veruntamen propter dolos poſuiſti eis: deiecisti eos dum alleuarentur. PARS III.

VERVNTAMEN] Tertiã pars, Ecce quid Ex Alcui.
didicit iſte in ſanctuario, ſcilicet malos nunc
proſperis decipĩ: poſtea in finẽ omnibus deſerẽ-
dos bonis à quo malo ipſe liberatus eſt qui etiã
terrena quęſiuit, ſed à deo. Hĩc enim dicit etiam Ex Caſs.
in hoc mundo malos non eſſe immunes & im-
punitos: quia & ſi felices ſint, reatum geſtant, &
frequentes ruinas incurrunt. q. d. Non modo in
futuro male erit eis [VERVNTAMEN] ſed &
hic [POSVISTI eis] hũc florem temporalium Ex Alcu.
[PROPTER DOLOS,] id eſt, quia dõloſi Ex Aug.
ſunt & in ipſo dolum patiũtur fraudulẽti ſunt,
faciendo fraudẽ generi humano, in omnib⁹ ne-
quitiis ſuis, & ipſi fraudem patiuntur, vt terre-
na eligant & æterna bona relinquãt, dum enim
aliquid aliis dolo tollunt animam ſuam perdũt,
alia litera habet iuxta lubricum, Poſuiſti eis, lũ- Ex Alcu.
bricum ſunt. temporalia vbi cadunt qui amore
ſunt iuxta, & eſt, Poſuiſti eis, id eſt, poſitionem
feciſti eis [IVXTA LVBRICVM, id eſt, iuxta
tẽporalia, quaſi modo doloſi feciſti eis, ſub ſpe-
cie boni, dans quæ ſunt eis mala ſicut doloſus,
dum alium deiicere vult iuxta lubricum ponit.
Vnde ſequitur [DEIECISTI EOS] de ãlto. Ex Aug.
[DVM ALLEVARENTVR,] id eſt in eo ipſo,
quo alleuãtur, nõ dico poſt quãm alleuati ſunt,
quia talis eleuatio caſus eſt. Ita in præſenti eſt
eis, ſed in futuro.

19 Quomodo facti ſunt in deſolationem? ſubito defecerunt: perierunt propter iniquitatem ſuam.

QVOMODO facti ſunt in] Admĩratur de Ex Aug.
eis videns nouiſsima eorum [IN deſolationem] & Caſs.
quia ab omnib⁹ reb⁹ deſerti ſunt in morte, quę
& repẽte venit eis, vnde ſubdit, [SVBITO de-
fecerunt] ſicut fumus deficit dum extollitur, &
non cõmuniter cum bonis moriuntur: ſed [PE-

RIERVNT]æternaliter[PROPTER iniquitatem suam.]Ita defecerunt.

21 Velut somnium surgentium, domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Ex Cass. VELVT somnium surgentium]deficit. Vel,
Ex Aug. Somno exurgētes,alia litera,deficiūt, vel Somnium exurgētis, deficit qui in somno sibi diues
videtur. Somniat habere thesauros & honores
& huiusmodi, sed euigilans nihil habet sic isti
dū de hac vita in qua cęci dormiunt euigilaue-
Ex Cass. runt, nil nisi miseriam inuenient. Et est apta
cōparatio. Nam quasi clausis oculis videmus bo
na,quę mox apertis oculis nō inuenimus. In vi-
Ex Aug. tā ergo ista somnium est,in morte vigilāt scien-
tes quidē. Sed ne modo videantur magna quæ
eorū sunt,subdit,ô[DOMINE]tu[REDIGES
ad nihilum imaginem ipsorū,] alia litera, id est,
Ex Alcu. effigies deformitatum,quas sibi faciunt in ciui-
tate Caim. Alius enim ferocitate fact⁹ est leo,a-
lius auis leuitate, alius aper libidinis sorde. Et
hoc[IN ciuitate tua,] id est,in contuitu populi
tui. Vel,In ciuitate tua,id est,dum de eis cōsti-
Ex Hier. tuetur tua ciuitas. Vel,In ciuitate tua, id est, in
cælesti Hierusalē cum eis pulsantibus cælestem
Matth.7. regiam dices, Discedite à me,quia nō noui vos.
Ex Alcu. Vel,Imaginem ipsorū, dicit gloriam temporis,
quæ non est vera: sed similitudo gloriæ. Et est,
imaginem ipsorum,id est,gloriam temporalem,
quam ipsi quærūt, Rediges ad nihilum in ciui-
tate tua,id est,in cælesti Hierusalem, quia cum
deerit eis veritas supernę ciuitatis,peribit etiam
imago, quia nec similitudinem retinebunt qui
Ex Aug. de æterna beatitudine nil habebunt. Et merito
hoc facit Deus eis in sua cælesti ciuitate, quia
ipsi in sua terrena ciuitate imaginē dei, scilicet
rationem ad nihilum redegerunt. Vnde omnes
Ex Alcu. comparati sunt iumentis. Vel de hæreticis po-
test hoc accipi, Quorum diuersas imagines di-
ues dicit diuersas hæreses & personas hęresiar-
charum, quas sibi in variis dogmatibus indue-
runt,quas rediget deus ad nihilum, In ciuitate
sua,scilicet in pręsenti:vel in supercęlesti eccle-
sia. Ideo perdes eos,

22 Quia inflammatum est cor meum,& renes mei cōmutati sunt: & ego ad nihilum redactus sum,& nesciui.

Ex Cass. QVIA] pēr eos zelo inuidiæ[INFLAMMATVM est cor meum, id est, inuidi fœlicibus
[ET RENES mei] quibus statur[COMMVTATI]vel,Resoluti [SVNT,]id cōstantia men
tis meę,resoluta est vt prospera amarem. Grauis
culpa, præbere aliis occasionem peccandi.[ET
EGO AD nihilum redactus sum]vanis hærens,
iniurius deo factus [ET NESCIVI] me pec-
care. Magna & profunda ignorantia est nescire
quod pecces.

23 Vt iumētum factus sum apud te.& ego semper tecum.

VT IVMENTVM FACTVS SVM apud
te] Apud deum vice pecudum sunt, qui contra Ex Cass.
sancta sentiunt[ET]tamē in his errās,& nesciēs
iudicia dei [EGO SEMPER] fui [TECVM]
quodammodo,quia ab idolis alienus & tibi cre- Ex Aug.
dens.& tu,

34 Tenuisti manū dexterā meā, & in volūtate tua deduxisti me: & cum gloria suscepisti me.

TENVISTI MANVM dexteram meam.]
¶Aliter totū ab illo loco,Quia inflammatum
est cor meum,&c.q.d. Non illos tātum rediges
ad nihilum,sed,Et ego, qui modo talia dico de Ex Aug.
diuitibus aliquando talia desideraui. Ideo tunc
Ad nihilum redactus sum, quando penè effusi
sunt gressus mei,vt supra dixi. Non est ergo de-
sperandum etiam de huiusmodi.quod ideo fa-
ctum,est, quia, Cor meum inflāmatum est, vel,
Delectatum,alia litera,terrenis,& tunc, Renes Ex Rem.
mei, id est, carnales delectationes, Commutati
sunt,in deterius,id est,quando delectauerūt me.
terrena,Renes mei,mutati sunt. Et nesciui,he-
bui,scilicet hebes fui. Quid est quod dicit nesci Ex Aug.
ui? Ecce, Vt pecus,alia litera,Fact⁹ sum apud te,
cum terrena amās non noui æterna:sed non re-
cessi penitus à deo petens hæc tēporalia à deo:
non à dæmonibus, vnde subdit, Et ego semper
tecum. Et quia licet pecus nō recessi à deo, Te-
nuisti manū, &c. Vel ita totū potest dici, quia,
Inflammatum est cor meū. Ecce conuersio hu- Ex Alcu.
ius Asaph. Hic ostēditur facta inquisitione su-
perius,quomodo scit deus,&c.q.d. Illos rediges
ad nihilū, sed, Ego semper ero tecum. Quare?
Quia cor meū inflammatū est,vel,Delectatum
amore dei,& cum delectatur cor ad deum, Re-
nes mei.i.carnales delectationes & libidines,Cō Ex Aug.
mutati sunt, in spirituales .i. totus castus factus
sum. Vnde cōmutati?quia,Ego,prius,Ad nihilū
redactus sum.i. quia prius ad ea quæ nihil sunt, Ex Alcu.
descendi. Et hoc ideo,quia,Nesciui,nihil esse:&
post,Vt iumentū factus sum apud te,id est,man
suetus factus sum ferendo onera. Vel ita conti-
nua, Quia inflammatū est cor meum, ideo, Vt
iumentum factus sum apud te. Idem sensus, Et
ego,ero,Semper tecū. Et tu, [Tenuisti manum
dexteram meam] vel,Dexteræ meæ,alia litera,
id est, tenuisti potestatem dexteræ, scilicet quod
tecū sum,quod filius sum. Hæc est dextera mea. Ex Aug.
In sinistra verò est pecus amans hæc tempora-
lia. Manus ergo est potestas dextera,id est quod
filius,quod tecum sum. Dedit enim potestatem
filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Ioan.1
Vel intrāsitiue, Tenuisti manum dexterā meā,
nōn sinistram:tenet dexteram deus,dum ad bo- Ex Cass.
na opera dirigit. Et ne mergamur liberat, vt Pe- & Aug.
trum[ET IN VOLVNTATE TVA]nō meis
meritis[DEDVXISTI ME]ad verum intel-
lectum[ET SVSCEPISTI ME,]id est,huma
nam naturam verbo vnisti [CVM GLORIA]
quæ enim maior gloria homini est quā hominē
vniri verbo dei, & ad dexteram dei locari? Vel,

In gloria,æterna, Suſcepiſti me,id eſt, ſuſcipies in reſurrectione: præteritum pro futuro.

PARS IIII 24 Quid enim mihi eſt in cælo: & à te quid volui ſuper terram?

Ex Caſs. QVID enim] Quartã pars. Viſo malo impiorum bonóque ſuo arguit ſe de prioribus,ſcilicet quod terrena à deo quęſiuit,& immutat in cõtrarium comparans terrenæ voluntati ſuæ cæ-
Ex Aug. leſte pręmium.q.d.Bĕnedixi in gloria me ſuſcepiſti,quia [QVID enim mihi eſt in cælo,]quaſi tantum & tale paratum eſt in cælo, quod dici non poteſt,ſcilicet tu ipſe[ET à te quid?]id eſt, quam vile [VOLVI ſuper terram,] quaſi quod habent etiam mali. Quod magnũ volui,& quia tale præmium mihi eſt in cælo. Ideo,

25 Defecit caro mea & cor meũ, deus cordis mei, & pars mea, deus in æternum.

Ex Caſs. DEFECIT caro mea,] id eſt, cărnalis delectatio in opere,&[COR meum,]id eſt,mala co-
Ex Aug. gitatio,ſed [DEVS] eſt reformator in caſtitate integre[CORDIS mei] qui tam caſtũ cor mihi fecit,quod gratis iam deum amo [ET pars mea deus]eſt,tam magna res, alii eligũt alia, ſed ego deum,hoc eſt quod eſt ei in cęlo. Deus dico exiſtens[IN æternũ]quod non alia. Vel,Pars mea eſt deus in æternum:quia nunquam ab eo vltra ſeparabor, ſed ſemper ero cũ eo. Ideo pars mea dominus.

26 Quia ecce qui elongant ſe à te, peribunt:perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.

QVIA ecce qui elongant ſe à te, peribunt]
Ex Aug. Lõge ſunt qui à deo hęc temporalia nõ petũt, ſed à dæmonibus. Receſsit ergo à deo factus vt iumẽtum,ſed non longe, ait enim, Tecum ſum, exponẽdo[PERDIDISTI oẽs qui fornicantur]poſt deos alienos.hi tales ſunt lõge[ABS te] huic fornicationi cõtrarius eſt caſtus amor,qui gratis deum amat,in quo habet omnia. Illi ita: tu autem quid facis?

27 Mihi autẽ adhærere deo bonũ eſt:ponere in domino deo ſpem meam.

MIHI autem adhærere deo bonũ eſt] In fu-
Ex Aug. turo,quia nihil melius quã videre deũ, facie ad faciẽ. & modo dum ſum peregrinus, dum nõ eſt mihi res, Bonum eſt mihi[PONERE in domino deo ſpem meã,] quæ eſt quaſi anchora præ-
Ex Caſs. miſſa ad terram. Vẽl de præſenti poteſt accipi, Mihi autem adhęrere deo bonum eſt,per cultũ. Et ſi enim errauit à cultura nõ receſsit: alia nõ mutantur. Ad quid hoc bonum eſt?

28 Vt annunciem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.

VT annunciem omnes prædicationes tuas]
Ex Aug. Id nĕgotii habet iſte interim, ſcilicet laudare deum,& coamatores facere,vbi?[IN portis]vel atriis [FILIAE Sion,] id eſt, in publico eccleſiæ,quæ eſt filia Sion,id eſt,ſpeculationis. Sion enim interpretatur ſpeculatio. Vel,In portis filiæ Sion, id eſt, in concordia apoſtolorum, qui ſunt portæ eccleſiæ. Quia prædicatio quæ eſt præter vnitatem eccleſię,inanis eſt. Vel,In portis filiæ Sion,id eſt,in virtutibus. Ex Caſs.

COLLATIO.
In pſalmum 72, Quàm bonus Iſrael deus,&c.

4 NON EST reſpectus morti eorum.] Heb. אֵין חַרְצֻבּוֹת לְמוֹתָם en hartzuboth lemotham. Omnes recentiores transferunt ligamina mortis,vel in morte eorum, aut quid ſimile. Et quia id obſcuritatem præ ſe fert, Munſterus de ſuo addidit, Nõ habẽt ligamina anxietatum in morte ſua. Textus in Campenſi ſic habet,Nulla ſunt onera,ſub quibus occumbant. Paraphraſis, Aetate defecti ſiue lõgo cruciatu extinguũtur. Quod ſi intellexerimus quempiam retrahi & ceſſare à peccato, recogitata ſæpius morte, cui ex naturæ conditione, ceu vinculis quibuſdam neceſſario alligatus eſt & obnoxius,cõgruenter diceremus eum habere ligamina mortis ſuę, vel Ligamina mortis. etiam ſi permitteretur diutius viuere vſq; ad canos, nec vrgeri ad mortem, is quaſi cenſeretur ſolutus abire,& vitæ dulcedine frui,qui nõ preueniretur ſubitanea aut properata morte. Et ad rem,nec impii ſtudent diem extremũ attendere, ſed addũt peccata peccatis, quaſi nunquã morituri. Contingit quoque plærũque vt pii præcoci interitu rapiantur,vbi deprauatiſsimi fœliciter agunt dies ſuos, & ad ætatem vſque decrepitam, nullis tribulationibus cõquaſſati, libero curſu perueniũt. Hac igitur ratione reducerẽtur verſiones iſtorum ad conſonantiã vulgatæ editionis. Sed quia D.Hieronymus aliter tranſtulit quam Neoterici,& ſucciuit æditioni noſtræ,dũ ait,quod non recogitauerint de morte ſua, non ab re coniecto Septuaginta & Hieronymum legiſſe vocem Hebræam חַרְצֻבּוֹת hartzuboth,compoſitam ex duab9. Nam חָרַץ hazatz Hebræis ſonat interdum ſententiã determinare ſiue decernere,& בַּת bath,quandoque pupillam oculi, quod quatenus cõquadret ad reſpectum quem dicunt Septuaginta, & recogitationem apud Hieronymũ etiam me tacente liquet. Pſalmodia Romana & Auguſtinus habent aliam lectionem quæ explicatur.

NON eſt firmamẽtum in plaga eorũ.]Poſtremam particulam,Pratenſis, Sanctes, Mũſterus, & Interpretes pro Caietano, vertunt fortitudinem eorũ, ſana eſt fortitudo eorũ, aut quidpiam ſimile. Hieronymus,Pellicanus, Campẽſis, Nebienſis cenſent veſtibula, aut palatia eorum. Siquidem hi deducũt à radice אֵלֶם illem, id eſt, colligit manipulos. Illi verò à vocabulo אֱיָל aial .i. fortitudo,id & quod ante nos indicauit Sãctes in ſuo theſauro. Denique Septuaginta acceperunt aleph, loco he, הוּלָם hulam,

id eſt, plaga eorũ, à themate הָלַם halam, id eſt, percuſsit.

6 OPERTI SVNT iniquitate & impietate ſua.] Vocula in Heb. poſita שִׁית ſchith valde ambigua, materiã præbuit multiplicium interpretationum. Hieronymus cõſentit nobis, Circundederunt iniquitatem ſibi. Nebienſis eſt ad verbũ nobiſcũ. In hanc ferme ſententiã Munſterus, amictus violentiç inuoluit eos. Nec longe eſt, quod ait Sãctes, Operiet ſe vt tollat prçdam ſibi. Campẽſis pene accedit. Sunt qui vertunt firmamẽtum. Pellicanus, Operient firmamentum iniquitatem ipſis. Alii ornamentum. Interpretes pro Caietano, Amicietur ornamẽto iniqtatis ſibi. Pratẽſis multo ſecus, Inuoluet nates iniquitas ipſorũ. Ab hoc nõ diſcedit Felinus. Hebr. ſic habet יַעֲטָף שִׁית חָמָס לָמוֹ iaeoph ſcith hamas lamo. Debemus certũ tenere, incertum relinquere.

7 PRODIIT quaſi ex adipe iniquitas eorũ.] Hieronymus, Proceſſerunt à pinguedine oculi eorũ. Nec diſsidẽt alii Hebraici tractatores. Nõ eſt mihi improbabile LXX, legiſſe עֲוֹנֵמוֹ auonemo, id eſt, iniquitates eorum, pro עֵינֵימוֹ enemo, quum fere ſint eçdem literç, ac (vt probatum eſt in ſuperiorib⁹) facilis collapſus eſt in mutua permutatione iod, & vau,

8 COGITAVERVNT & locuti ſunt nequitiam.] Pro vocabulo cogitauerunt. Heb. habent יָמִיקוּ iamiqu, nec ſatis norunt quid ſignificet. Etenim Hieronymus tranſtulit irriſerunt, Pratenſis, contabeſcere facient. Sanctes, Diſſoluerũt, quod alioqui obſcurum periphraſi clariore reddere voluit. Munſterus, Diſſolutos reddũt alios. Et Campenſis, Terrori ſunt obuiis omnibus propter potentiam illorum. In cuius tamen latere, editio ſecus habet. Nẽpe, ſordent eis omnia. Interpretes pro Caietano, traducũt actiue, liquefaciẽt. Pellicanus, Nebienſis, & Felinus paſsiue liquefient ſeu diſſoluẽtur. Prçſtaret credere vel LXX, vel Hieronymo. Quibus tamẽ ne vnus quidem iſtorũ aſſonat etiam ſi impii ſuis cogitatibus ceu liquefiant, donec eos ad opus perduxerint, alióſque ſibi ſimiles effinxerint, id quod pœnæ innuebatur mox in fine ſuperioris verſiculi, tranſierunt in affectum cordis, irridẽt quoque quos viderint à ſuis moribus alienos.

10 IDEO conuertetur populus meus hic.] Pro particula, hic, Pratẽſis & Pellicanus vertũt, concuſſus, ſcilicet populus. Cæteri ſequuntur vulgatam lectionem, quia הֲלוֹם halom eſt pronomen loci, הָלַם halam concuſſus eſt. Neſcio quid ſibi velit editio in Campenſi ac Paraphraſis. Prior ſic, Ideirco & grex aſſectantium eos hic verſatur. poſterior, Propter huiuſmodi fluctuabit populus Dei, nunc hoc, nunc illud animo verſans. Tametſi & Munſterus interpretatur in ſcholiis, quod nos dicimus, conuertetur populus meus hue, hoc eſt, Apud quos verſantur impii, eiſdẽ ſe addicent ſtudiis. Idem ſequitur Felinus. Ipſi viderint. Vnũ eſt quod lõge lateque, diſsident ab explanatione ſanctorũ. Quod autẽ dicũt populus eius, hoc eſt propter fluxam, aut mutuam cõmutationem iod & vau עַמּוֹ ammo, vel עַמִּי ammi.

Dies pleni inuenient in eis.] Hie. Quis plen⁹ inuenietur in eis? Ergo certo certius eſt ipſum legiſſe מִי mi. i. quis, vbi nũc habent exemplaria מֵי me. i. aquæ. Septuaginta autẽ habuerũt יְמֵי ieme. i. dies. Quia verò me, id eſt, aquç in plurali, & in ſtatu cõſtructionis male cohærebat cum vocabulo continuo ſequenti, nempe pleni, ca ſu paterno, Sanctes & Munſterus addiderunt calicis, vt ſit aquç pleni calicis. Rurſus vbi dicimus inuenientur (& cõcordat Hieronymus) ibi vertunt exprimentur. Siquidem יִמָּצוּ imatzu, declinauerunt à verbo מָצַץ matzatz. LXX, & Hieronymus à verbo מָצָה matzath. i. inuenit.

13 ET dixi, ergo ſine cauſa.] Duo hæc verba, & dixi, ſunt appoſita à LXX, quibus exprimerẽt quod ſuppreſſum ſubaudiebatur. Nam & ſimile ea editio quæ eſt in Campenſi, fecit hoc modo, Sic ergo mecum reputabam. De huiuſmodi ratione non ſemel dictum eſt.

LAVI inter innocentes manus meas.] Fruſtra torquetur Faber & Cæcus, melius & cõuenientius dici laui in innocentia manus meas. Hebraice quidẽ habet נִקָּיוֹן niqaion, id eſt, innocentia, quã ſi interpretemur de capite Chriſto ſaluatore noſtro, in confeſſo eſt rectius competere quod lauerit manus ſuas in innocentia quàm inter innocentes, quandoquidem omnes peccauerunt. Sed quum apertiſsime ſit quoque pſalmus de membris pene motis ad pacem malorum, adeo vt videantur fluctuare, & de prouidentia dei dubitare (vbi tamen ſapientia carnis loquitur) apte dictum eſt, laui inter innocentes manus meas.

15 ECCE nationẽ filiorũ tuorũ reprobaui.] Hieron. reliqui interpretes pro Caietano, Negaui. Quæ nõ diſſonãt. Pratẽſis habet, præuaricat⁹ ſum. Felinus, Iniurius fuero. Mũſterus, Fefelli. Cõſentit Nebien. Sãctes fecit ſenſum quem voluit caput ſuũ, Ecce (inquit) generatio filiorũ tuorũ dicẽt, quod prçuaricatus ſum, quũ nemine dubitante בָּגַדְתִּי bagadti, ſonet Hebræis reprobaui, etiã ſi alia noret. Hiero. enim exponit illam verſionẽ, generationem filiorum tuorum præuaricatus ſum.

18 Verũtamẽ ꝓpter dolos poſuiſti eis.] Heb. habet in lubricis, pro, propter dolos בַּחֲלָקוֹת bahalaquoth, vt reddũt & Hiero. & alii. Cçterũ חָלַק halaq, deſignat leuire, blandiri, adulari, ob id nõ incõgrue nomẽ deductũ ſonabit fraudulẽtias. Vnde Nebiẽſis vertit in adulatione. Magiſter tamẽ in explanatione, ad cõſonantiã redigit tantũ offendit Fabrũ & Cæcũ tenor locutionis, eo tandẽ cõtentionis pertingẽtes: vt eradant præpoſitionem propter, & dicatur dolos poſuiſti eis, alioqui ſenſus maneret truncus. vel addatur verbũ mala, vt in Grçco legitur, κακά, & in pſalmodia Romana. At verò ex Auguſtini enarratione colligitur quod dolos ſecundo debeat ex commoditate ſenſus ſubintelligendo ita replicari, propter dolos poſuiſti eis dolos. Ait enim, Quia fraudẽ faciũt, fraudẽ patiũtur.

DEIECISTI eos dum alleuarētur.] Hieronym. In interitum. Alij vertūt, In desolationes, vel ruinas, quod dicimus, dū alleuarentur. Heb. לְמַשּׁוּאוֹת lemasschuoth. Certe declaratur talem eleuationem esse ad grauiorē casum. Quāobrem nulla est distantia sensus. Si etiam vox illa descenderet à נָשָׂא nasa, cum puncto quod dicunt smol, proculdubio significaret eleuationes.

19 PERIERVNT propter iniquitatem suam.] Recentiores, Consumpti sunt ab horroribus, dicunt. Quid tandem vsque adeo horrendum q̄ peccare, & in manus dei viuentis incidere? Quanquam בַּלָּהוֹת ballahoth, valeat duci à בָּלַל balal, id est confudit. Inde בֵּל bel nomen idoli. Et ab eadem radice Hebræi efferunt (si Munstero credimus) תַּבְלִית tablith, id est cōfusio, scelus. Et magis causam adiuuat, qđ Rabbi Dauid, referente Sancte, astruit per metathesin positum esse בַּלָּהוֹת ballahoth, p. בְּהָלוֹת behaloth, quasi innuat, quod metathesis eam faciat significantiam. Sed & Hieronymus vertit consumpti sunt, quasi non sint, vt appareat vocabulū inclinasse à verbo בָּלָה balah, quod est consenuit, inueterauit; vel ab הָבַל habal, id est vane egit.

20 IN ciuitate tua.] Solus Sanctes, quantū licuit videre dicit, quum sustentaueris eos. Cur autem, viderit caput hominis, siquidem ipsissimum hebraïcum בָּעִיר bair est, in ciuitate tua, Verū est tamen quod Chaldæus paraphrastes aliquatenus accedit, In die iudicij magni, ait, surgere eos faciet à domo sepulchri.

IMAGINEM ipsorum ad nihilum rediges.] Et ad eundem modum prorsus Hieronymus. Cæteri vertunt, despicies, siue negliges: sic tamen vt Munsterus in scholio interpretatur, ad nihilū redigere צַלְמָם תִּבְזֶה tzalmam tibzeh.

21 INFLAMMATVM est cor meum. Plures transferunt, arescet cor meum. Verbum hebraïcum bifariam sumitur חָמֵץ hametz, tum pro fermētauit, tum pro violentiam fecit. Hinc Hieronymus vertit, Contractum est cor meum. Interpretes nostri expresserūt metaphoram. Augustinus & psalmodia Romana habent, Delectatum est cor meum, in diuersum vt videtur sensum. Nam fermentum est nunc in bonum, nunc in malum scriptura vsurpat, vt Matth. 16. Cauere à fermēto Pharisæorū. Rursus 13. Simile est regnum cælorum fermento.

RENES mei commutati sunt.] Neoterici vertunt, Renes mei aculeis puncti sunt, siue in renibus meis acuar. Licet facilis sit conciliatio, veruntamen vero simile est Lxx finitimas radices confudisse, vtpote שָׁנַן schanan, & שָׁנָה schanah: illud, sonat Hebr. acuit: hoc, mutatus est. Cæterum Hiero. traduxit, Lumbi mei velut ignis fumigans. quod & thargum ferè facit (teste Sancte) Renes mei velut ignis. Apparet Hieronymum in duas legisse dictiones sic אֵשׁ עָשָׁן ca aschan. Siquidē אֵשׁ es, per punctum tzere significat ignem. Et עָשָׁן aschan, fumus.

AD nihilum redactus sum.] Hebræi בַּעַר baar. Hebraïcantes, stultus, insipiens. Sed quum radix eius בָּעַר bier, significet consumpsit, & exterminauit, quid vetat interpretes vertisse, redactionem ad nihilum?

24 QVID mihi est in cælo?] Munsterus apposuit preter te. Et si hoc facit dilucidioria sensus gratia, hanc legem patiatur, in authoritate veterū interpretum. ac mox, Et à te quid volui super terram, simpliciter legitur in Heb. & tecū non volui in terra, vbi subaudiendum est quidpiam, vel vt habet Munsterus, Neminem volui tecum in terra. Eadem opera interpretes subinde talia quædam fecerunt vt decuit. Quod autem legimus interrogatiuè, alij pronunciatiuè, posteriorem clausulam, nihil læditur sensus.

25 DEVS cordis mei.] צוּר לְבָבִי tzur lebabi, robur seu fortitudo cordis mei, Cæterum notum est, fortem & petram, pro deo vsurpari.

29 IN portis filiæ Sion.] Hęc coronis in Hebræo subiicitur, fortasse adiectitia est ex psalmo 9. In Græco ponitur, ἐν ταῖς πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιών.

LXXIII. PSALM. TIT. Intellectus Asaph.

Vt quid deus repulisti in finem.] Titulus, [INTELLECTVS Asaph] Asaph hebraïcè: græcè, Synagoga: latinè dicitur cōgregatio. Et licet congregatio sit quorumcunq; scilicet vel pecorum, vel hominū, vel lapidum, vel huiusmodi collectio: propriè tamen Synagoga dicitur, congregatio populi filiorum Israel. Asaph ergo .i. synagogæ, quæ tantum de Iudæis propriè dicitur, vox est hic: sed secundū grana, non secundū paleas. Synagogæ vero data est lex, quęquidem à deo per Mosen data est per Christū vero gratia & veritas facta est. Gratia, quia modo per charitatem impletur, quod tūc iubebatur. Veritas, quia redditur quo promittebatur. In lege vero & prophetis tria erant, scilicet præcepta, sacramenta, promissa. Præcepta, eadem cum euangelio ferè omnia: moralia cuim eadem: cerimonialia, non eadem: sacramenta, non eadem: quia illa tantum promittebant, hęc dant salutem. Promissa non eadē, quia ibi terrena, primo animalibus promittebantur: hic æterna, spiritualibus. Ibi quoque sub figura temporalium spiritualibus, spiritualia promittebantur, vnde illa tēporalia erant quasi sacramenta spiritualium rerū in se latētium. Illa ergo tēporalia ablata sunt vbi veritas venit. Non est vnctio, vel sacerdos vel propheta, vel templum: vastata sunt omnia pro quibus Christum occiderunt. Hanc vastationem vel destructionē plangit hic Asaph, nō quidem stultus, sed etiā intelligens & discernēs terrena à cælestibus: vetus testamentū à nouo testamento, vt scias quid ex his eligere debeas. Et est sensus, Hic est [INTELLECTVS Asaph] id est in hoc psalmo aperitur quid fidelis Asaph intelligat, scilicet quod venit veritas figuris ablatis, & quod æterna, non temporalia quęrēda sunt. Et est iste psalmus primus lamen

Ex Aug.

Ioann. 1

Ex Cass.

rationis Hierusalem, de qua re sequuntur alij.s.
duo, Septuagesimusoctauus,& centesimus tricc
simussexius. Et hoc est genus dictionis charita-
te plenum. Docet enim flere eum flentibus, am-
Ex Cass. pliori auem misericordia plorat hic .s. Dauid,
in conten quàm Hieremias, Iste enim plorat in prosperia
tione psa. Hierusalem, nondũ visa captiuitate, sicut post-
ea fleuit Hieremias captiuitate peracta. Ideo
autem subuersio ciuitatis toties deplorata
præscribitur, vt duritia Iudæorum, vel calami-
Ex Aug. tatibus terreretur. Intẽntio. Monet relictis
Ex Cass. figuris transite ad veritatem. Mõdus. Tripar
titus est psalmus. Primo describens subuersionẽ
Hierusalem irreparabilem, quærit causam qua-
re fuerit quasi admirans & conquerens, & præ-
catur pro repulso populo & vltionem in destru
ctores, quæ quidem est eis vtilis, & iam facta
est. Secundo, ostendit salutem vbique factam in
aduentu Christi, ibi, Deus autem rex. Tertio,
quod vbiq; sit precatur fieri Iudeis, ibi, Memor
esto. Admirans ergo & conquerens ait, ô,

V T quid deus repulisti
in finem: iratus est fu
ror tuus super oues
pascuæ tuæ.

DEVS] qui es creator no
Ex Cass. ster, [REPVLISTI nos] quasi alienos à tua
defensione. Et hoc, [IN finem].i. ex toto, quia
etiam nec templo tuo parcitur, per hoc interi-
tum & captiuitatem significat, quę à Tyto fuit.
Ex Aug. Vẽl, Repulisti nos, vsq;, In finem, seculi. Vel, Re
pulisti nos, vt mitteres nos, In finem.i. in Chri-
stum, qui est finis. & [FVROR] vel animus,
Ex gl. int. [TVVS iratus est] Non dicit simpliciter ira-
tus es, vel furibundus es: sed iratus est furor, vt
hac geminatione grauissimus ostẽdatur [SVPER
Ex Cass. oues] Oües nominat, vt misericordiam pij pa-
storis moueat. [PASCVAE tuæ] vel gregis tui,
hoc ideo dicit, quia in eos temperantius vindica
mus, quos aliquãdo fuisse nostros meminimus.
Ex Aug. Et, [VT quid?] q.d. cũr est hoc? nisi quia pasto-
rem non cognouimus? nec reprehẽdit, sed quæ-
rit quare.

2 Memor esto cõgregationis tuę:
quam possedisti ab initio.

Ex Cass. MEMOR esto] præstita beneficia numerat,
vt pius iudex inuitetur ad consueta beneficia:
& plus sua beneficia in eis quam eorum errata
attendat. Orãs ergo pro eis, ait, [MEMOR esto
congregationis tuæ] domine [QVAM possedi
Ex Aug. sti ab initio] illius populi, id est à patriarchis,
qui fuerũt initium eius. Hic est populus Israel
quem possedit, non gentes. Vẽl, Quam creasti
Ex Cass. ab initio, alia litera. Et si omnes creat & dispo-
nit, Iudæos tamen specialiter, quibus legem de-
dit. Memor esto, & debes, quia,

3 Redemisti virgam hæreditatis
tuæ: mons Sion in quo habitasti
in eo.

Ex haym. REDEMISTI] ab AEgypto. Ectẽ aliud be
neficium [VIRGAM] vel sceptrum [HAERE-
ditatis tuæ] id est regnum hæreditarium, scili-
cet Iudaicum populum, quod non gentes. Ipsa
enim congregatio virga hęreditatis dicitur, quã Ex Aug.
volens deus possidere, virgam Mosi vertit in ser Exod. 4
pentem: sed apprehẽsa cauda, rediit in virgam.
Cum enim diceret Moses deo, Quod signũ da-
bo filijs Israel, vt credant quia tu me misisti? ait
ad illum, Quid tenes in manu tua? Qui respon
dit, virgam. Et ait illi deus, Proijce illam in ter-
ram. Et dimisit virgã in terram. Et facta est ser-
pens, & expauit Moses, & fugit, & dixit illi do-
minus, Apprehende caudam eius, & apprehen-
dit, & reuersa est in statum suum, virga facta, si-
cut antè virga erat. Et propter hoc ipsa congre
gatio, virga dicitur. [MONS Sion] scilicet quæ
virga vel hæreditas, vel congregatio, est, Mons
Sion, vbi erat populus, templum, & sacrificia, & Ex Aug.
omnia Christum promittentia. Et ideo non de Ex Hier.
bebant tunc deseri. Hieronymus aliam literam in psalm.
ponit, scilicet Montem vel montis Sion, sine in iuxta He-
eo. Et est, Redemisti virgam hęreditatis tuæ, sci bræum.
licet, Montem Sion. Vel, Virgam hæreditatis, Ex Cass.
scilicet montis Sion. Per Sion Hierusalem signi
ficat. Hucusque veteris testamenti facta dixit,
quæ sequitur veritas promissa: vnde addit, [IN
quo] monte Sion [HABITASTI] ô Christe, quia
ibi præsentia Christi hominis habitauit. Et per
hoc supplicat, ne daret eam vastitati, In eo,
vel non est ibi, vel vacat, & nõ tantum pro meis
rogo, sed etiam pro gentibus. Vnde subdit, Le-
ua, etiam, Manus &c. ℭ Vẽl mysticè potest ac Ex Aug.
cipi. Per virgam intelligitur Christus: per serpẽ Genes. 3
tem mors: quia suasu serpentis, mors intrauit in
mundum. Virga ergo in serpente, Christus est
in morte. Vnde & serpens æneus in deserto, vbi
mordebantur à serpẽtibus, erectus est in ligno:
quem qui intuebatur à serpentibus sanabatur.i.
qui credit in Christum mortuum ab ęterna mor
te liberatur. Expauit Moses & fugit. Sic aposto
li moriente Christo retenta cauda.i. posteriori-
bus serpens fit virga, quia primo occisus postea
surrexit, quod est mutari serpentẽ in virgã. Te-
nuit Moses caudam sine timore, quia discipuli
crediderunt firmiter cognita resurrectionę. Et
est sensus, Memor esto congregationis tuæ, & ẽ- Ex Alcu.
ris, quia, Redemisti, te precio, Virgam hæredi- & Hiero.
tatis tuę, id est redemisti hæreditatem tuam, per
te precium, per te virgam. De hac virga ait Hie
remias, Virgam vigiliarum ego video. Vẽl per Hiere. 1
virgam Mosi, humani generis stabilitas designa Ex Aug
tur, quam habuit ante peccatum. Virga cadens
in terram mutata est in serpentem, qui corporis
sui mouetur anfractibus: quia per lapsum pecca
ti, homo de stabilitate vitę, mutatus est in huius
mortalitatis progressus. Retenta cauda fit ser-
pens virga. Cauda est finis seculi, in quo redi-
mus ad manum dei, & efficimur stabilitum re-
gnum dei, qui per mortem quasi per serpentem
fluximus. Tũc enim homo ad manũ dei in resur
rectione reuertẽs, pristinã accipiet stabilitatem.
Et est sensus, Redemisti virgam hæreditatis tuę,
id est reformasti pristinam stabilitatem in homi
ne, vt sit tua hæreditas. Sed quia & hnc de gen-
tibus credentibus erit, quæ multo plures sunt
Iudæis, de quibus hoc dicat exprimit, dicens,

Ex gl.int. Mons Sion.q.d.quæ hæreditas est, Mons Sion,
August. id est non de gentibus hoc dico. Vel,Redemisti
& Cassio. virgam hęreditatis tuæ, scilicet,Montem Sion,
istum,In quo habitasti,per legalia instituta,quę
Christum promittebant ante aduentum Christi
vel corporali præsentia. B in eo monte existens,

4 Leua manus tuas in superbiam eorum in finem: quãta malignatus est inimicus in sancto.

Ex Aug. & Cass. LEVA manus tuas] id est pōtẽtiam tuam,
[IN superbiam eorum] à quibus euersa est Hie
rusalem,id est à regibus gentium, vt superbiam
eorum vertas ad humilitatem,ducens eos [IN fi
Ex Cass. nem] id est in Christum,quomodo & nos repel-
lebas,In finem, qüod nos iam cernimus imple-
tum,quia Romę Christiana religio effloruit. Et
Ex Alcu. bene dicit leua,quia ex multum superstitiosa fa-
cta est sanctissima. Vel ita,Mons Sion.q.d. Quę
hæreditas,est Mons,propter eminentiam virtu
tum:Sion,propter speculationem. In quo, id est
in qua re,id est propter quam rem,Habitasti in
eo,vel vacat. In eo leua manus tuas in superbiã
Ex Aug. eorum,hoc non mutatur.[QVANTA] breuiter
cõmmemorat euersionis historiam.q.d. idem,Le
ua manus,quia [INIMICVS] idololatra, gen-
tilis,[MALIGNATVS est] id est malignè ope
ratus est,[IN sancto] id est in his quę sancta tua
erant,scilicet in templo,in sacerdotio,& in cæ-
teris sacramentis:quod permisit deus fieri,quia
iam nihil præsignabant,cum res esset. Et, Quã-
Ex Cass. & Alcu. ta,mălignè operatus est,admirandu hoc ait, v-
tique multa,quia sacerdotes & ministeria tem-
pli,præda fuerunt: & tota gens,vel occisa vel ca
ptiuata est. Et hoc fecit, Inimicus, scilicet Ro-
manus exercitus,ad quem designandum per ,p-
lepsim, id est per anticipationem præmisit eo-
Ex Cass. rum. In sancto, autẽ,i. in sanctüario dicit eũ ma
lignatum,vt per contemptum sancti templi,vbi
deitas videtur despici, in præsumptores conci-
tet inuidiam.

5 Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio solennitatis tuæ.

Ex Alcu. Ex Cass. ET gloriati sunt] de victoria sua. Ecce quod
Ex Aug. non bono zelo fecerunt. Gloriati,enim, Sunt,
& Cass. cum scĕlus soleat sequi pœnitudo,hi ad gloriam
vertunt,[QVI oderunt te] serui,scilicet dęmõ
Ex Aug. num qui nullatenus tollerandi sunt. Et hoc [IN
medio solennitatis tuæ] Tũnc enim euersa est
Hierusalem,quãdo solennitas agebatur pascha-
lis,in qua crucifixerunt dominum. Congregati
Ex Cass. enim fuerunt:congregati perierunt, vel non
in aliquo extremo loco:sed,In mĕdio atrio tuo,
alia litera,sacrilegia commiserunt. Et,

6 Posuerunt signa sua signa: & non cognouerunt sicut in exitu super summum.

Ex Aug. & Cass. POSVERVNT signa sua] vel trophea, scili
cet vexilla Romana,dracones,aquilas,quib⁹ in
prælio vtebantur,vel statuas,& quælibet moni-
menta victoriæ,quæ prius in templo posuerũt,
quæ & solebant super portas ponere in signum
triumphi.[SIGNA] scilicet mănifesta,cũ dolo- Ex Cass.
re iterat signa,vt acceleret vindictam,prouocet
iudicem,ostendens quod viribus suis darent:vn
de & subdit, [ET non cognouerunt] scilicet
quod à deo hoc esset,quod dei dispositione fie-
ret.q.d.non respexerunt. Ita in templo prius po
suerunt signa [SICVT] solent statuæ princi-
pum poni [IN exitu] id est in portis, vel in via
& plateis. Et hoc [SVPER summum] scilicet
super edita loca, id est super turrim, vel in ali-
quo loco excelso. Vel, Non cognouerunt in e-
gressu desuper,ălia litera,id est non cognouerũt Ex Aug.
quod hæc licentia à deo egrederetur. idem sen-
sus. Et,

7 Quasi in sylua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi & ascia deiecerunt eam.

QVASI in sylua lignorum] id est sinẽ ali- Ex Cass.
quo respectu & reuerẽtia,[SECVRIBVS ex-
ciderunt] id est cõminuerunt [IANVAS eius]
tẽmpli,in quibus ornandis olim fuit cura [IN Ex gl.int.
idipsum] existentes, id est conspirati in vnum Ex Aug.
constanter. Nota quia antequam construeretur
templum,prophetat euersionẽ templi.[IN secu
ri & ascia] vel in dolabro,alia litera,& fractorio
[DEIECERUNT eam] ciuitatẽ. Sẽcuris cedit trabes,
Ascia minutius persequitur per hoc ergo, & ma Ex Cass.
gnas res,& minimas dicit deiectas,vt ciuitas sit
funditus destructa,& deuastata,prius fuerũt in-
cisa:postea ignis omnia vorauit. Vnde sequitur.

8 Incenderunt igni sanctuarium tuum in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui,

INCENderũt igni] Quõd enim nõ poterat Ex Cass.
excidi,combustũ est,[SANCtuarium tuum] non
modo domos priuatas,[ET tabernaculum no-
minis tui] quod Salomon fecit in nomine do-
mini,[POLLVERVNT in terra] qũia illud Ex gl.int.
quod est in cælo non potuerunt. Vnde magis
cuique laborandum esset de illo. Vel,Polluerũt
tabernaculum nominis tui,id est vsqũe ad terrã Ex Cass.
deiecerũt culmina ad laudem dei erecta. Auget
scelus eorum, vt atrocius vindicetur in eos.

9 Dixerunt in corde suo,cognatio eorum simul:quiescere faciamus omnes dies festos dei à terra.

DIXERVNT] Rõmani [IN corde suo co Ex gl.int.
gnatio eorum simul] id est omnes simul, non
pauci. Quid dixerunt ? illud, [QVIESCERE
faciamus omnes dies festos à terra] ne sit in ter
ra gloria nominis dei. Dies festos dico, [DEI]
hoc,scilicet dei, ex persona huius Asaph inter-
positum est. Non enim illi idolis seruientes deũ
appellauerunt,cuius templum euertebant.

10 Signa nostra nõ vidimus: iam non est propheta: & nos nõ cognoscet amplius.

SIGNA nostra] Ecce intellectus Asaph. Ex Aug.

Prędicta enim mala sunt ei disciplina. In his hoc
Asaph intelligit, quod euersa sunt omnia signa,
Ex Aug. quia res venit. q.d. Omnia sunt euersa. & cũ hęc
& gl.int. omnia acciderint, præterea [SIGNA nostra nõ
vidimus] q.d. his omnibus euersis cessant signa,
quia [IAM non est propheta] vt olim in alijs
captiuitatibus, qui eis prædicebant liberatio-
nem, [ET nos non cognoscet] deus, id est non
Ex Alcu. reducet à malis [AMPLIVS] vel adhuc, alia li-
tera, donec, scilicet Iudæus, agnoscet eum. Vel
increpatiuè potest legi, secundum literã aliam,
quæ est, Signa nostra nonne vidimus? q.d. meri-
to hæc mala nobis contingunt, quia nonne, Vi
dimus signa nostra? q. d. vidimus & non intel-
leximus, & verè vidimus, quia hoc signum, quia
Non est propheta, vel sacerdos, vel vnctio. Vn-
Dan. 9 de, Cum venerit sanctus sanctorum cessabit vn
ctio vestra. Et nos non cognoscet amplius, pro-
pheta aliquis, vel deus per prophetam, id est nõ
annunciabit Christum venturum, quia iam
venit.

11 Vsquequo deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem.

Ex Aug. VSQVEQVO &c.] Clãmat Asaph, vt de-
& Cass. relictus ęger, qui maluit cedere medicum quàm
Ex gl.int. curari q.d. hæc mala nobis, sed ô [DEVS inimi
& Alcu. cus] id est gentilis populus. Vsquequo [IMPRO
Ex Alcu. perabit inimicus?] & .q. d. subito cognouerit,
vsquequo supponit? [IRRITAT aduersarius]
q.d. Tandiu improperabit, quandiu, Aduersa-
rius, id est Iudæus, Irritat [NOMEN tuum] q.
Ex Aug. d. vi iratus corripis Iudæos per gentes, quãdiu
Exod. 4 te irritant, quod ideo facis, vt sic cognoscas eos
Rom. 11 ducendo [IN finem] id est in Christum. Vel, Ir
ritat vsque in finem, seculi, id est quousque ap-
prehensa cauda redeatur ad regnum saluatis re-
liquijs. Et ô domine,

12 Vt quid auertis manum tuam & dexteram tuam: de medio sinu
Ex Aug. tuo in finem.

VT quid auertis manum tuam & dexteram
tuam] id est Iudæos, [DE medio sinu tuo] non
adducendo eam [IN finem] id est in Christum.
Manus & dextera populus Iudaïcus est, post si-
gnum virgæ, de qua suprà dixerat, additum est
hic signum manus Mosi. Cum enim illud factũ
Exod. 4 esset de virga, dedit deus alterum signum Mosi,
dicens, Mitte manum tuam in sinum tuum, &
misit, & ait, Produc eam: & produxit, & inuenta
est alba, id est immunda. Albor enim in cute, le-
pra est, non candor. Iterum dixit, Reuoca eam
in sinum tuum, & reuocauit: & reuersa est ad co
lorem suum. Hæc manus est populus dei, qui fo
ras ab eo missus immundus est. Sed reuocatus
ad sinum, rediit in suum colorem. Dicit ergo, Vt
quid auertis manum tuam & dexteram tuam, de
medio sinu tuo. i. vsquequo. Et vt quid alienas
Ex Rem. populum tuum à te? vt foris immundus rema-
& Aug. neat, vsquequo non reuocas manum. In finem,
Ex Cass. id est vt agnoscat saluatorem. ¶ Vel potest to
tum legi ex persona desperantium Iudæorum
ab illo loco, Dixerũt. Prędicta itaque mala quæ
ea posuit, misericordiam iudicis poterant moue-
re, nisi obstinata esset in Iudæis superbia. Irascẽ
tes enim visa euersione furiosè, Dixerunt in cor
de suo cognatio eorum, scilicet istud, Quiescere
faciamus omnes dies festos dei à terra, id est ab-
iicismus legem dei, quæ nos non liberauit: quia
etiam, Signa nostra, quæ olim fiebant patribus,
modo, Nõ videmus, stultè loquantur, quasi post
reatum his deberetur, quod illis deuotis factum
est. Adhuc sunt verba desperantium Iudęorum.
Iam non est propheta, nobis quem consulamus,
vt olim fiebat in aduersitatibus. Cũ enim post
Christum eos non haberent, dixerunt se dereli-
ctos. Vnde subdit, Et nos non cognoscet am-
plius. Hæc dixit, ne videretur inclementia dei,
quod Asaph pro eis non auditus est. Quia me-
rito sustinent, qui inter hæc non pœnitent. Hęc
dixerunt, sed, Vsquequo deus improperabit, ti-
bi, Inimicus, Iudæus, scilicet, Vsquequo irritat
aduersarius nomen tuum, id est vsquequo pate
ris improperia Iudęorum? Non ideo hoc dicit,
vt velit eos perdi, Sed cõmutari in melius. De-
inde ostendit, vsquequo subdens vsq;, In finem,
id est in vesperam mundi, quando Iudæi con-
uertentur. Deinde quęrit quare, vsque tunc ab-
iiciat eos, subdẽs, Vt quid auertis manum tuam
& dexteram tuam, de medio sinu tuo, vel ãtrio, Ex gl.int.
vsque, In finem.

13 Deus autem rex noster ante se cula: operatus est salutem in medio terræ. PARS II

DEVS autem] Sẽcunda pars, destructis si- Ex Alcu.
gnis ostendit rem ipsam, scilicet in aduẽtu Chri
sti, salutem vbique factam. Et dicit Asaph intel- Ex Aug.
ligens, nos ita, quasi relicti à deo sine intellectu
clamamus, Iam nõ est propheta &c. [DEVS au
tem rex noster] qui est [ANTE secula] non est
temporalis, quia in principio erat verbum. Hæc Ioann. 1
[OPERATVS est in medio terræ] id est vbiq;,
scilicet [SALVTEM] & nos Iudæi dormimus.
Vel tãdem ad intellectũ redeamus, vt discamus
salutem, quam deus operatus est. Hanc scilicet
operatus est, vt discerẽt homines ęterna quęre-
re, nõ terrena. Ecce contigit cęcitas in Israel, vt Rom. 11
plenitudo gratiæ intraret, & sic omnis Israel sal
uus fieret. Si ergo non præcessit, saltẽ sequatur,
Vel, Operatus est salutem, idest incãrnationem, Ex Hier.
In medio terræ, id est in Hierusalem, quæ dici- hic & in
tur esse in medio terræ. q.d. vmbilicus mũdi, v- Eze. 5. &
bi deus factus est homo. Dẽinde quã salutem sit 38.
operatus, exponit dicens, Ex Aug.

14 Tu confirmasti in virtute tua mare: conturbasti capita draconum in aquis.

TV confirmasti] q. d. euersa est illa nostra Ex Aug.
temporalis salus, sed [TV confirmasti in virtute
tua] id est potentia [MARE] id est gentes quæ
Iudæam in medio cingebant. Et [CONTRI-
bulasti capita draconum] id est superbiam dæ-
monum [IN aquis] baptismi, Vel ad literam,
Tu confirmasti in virtute tua mare, id est lãpsus Ex Cass.

maris rubri, vt esset siccum iter per medium,cu
ius figurę mysterium subdit,Cōtribulasti,id est
adnihilasti,Capita draconum,id est immundo-
rum spirituum,In aquis,baptismi.

15 Tu cōfregisti capita draconis:
dedisti eum escam populis AEthio
pum.

Ex Hier. & Aug. TV]etiam[CONFREGISTI capita] id est pōte
states[DRACONIS]id est principis dæmonio
rum,scilicet Leuiathan.Vel,Caput draconis,a-
lia litera,id est initiū peccati, quod est superbia,
Ex Aug. quod mulier, id est ecclesia vel sensualitas ob-
seruare præcipitur. Et[DEDISTI eum] sci-
licet diabolū.[ESCAM populis AEthiopum]
id est omnium gentium,quæ prius nigræ erant
peccatis: sed post candore virtutum sunt deal-
batæ, quibus diabolus est esca consumptionis:
Christus vero esca est cōsummationis: Christus
enim esca est qua consummamur. Diabolus ve
ro esca est, qua cōsumimur. Istud est caput vitu
li cōflatilis, quē fecerūt filij Israel: sicut legitur
Exod. 32 in Exodo, Dū esset Moses cū domino in mon-
te quadraginta diebus quando legem accepit,
eúmque de monte descenderet, audiuit sonitū
Israelitarum ludentium ante vitulum, atq; ac-
cinctus gladio cum filijs Leui, transiuit à porta
vsque ad portam,percussitque multos Iudæo-
rum. Deinde misit vitulum in ignem, vt prius
confunderetur ipsa forma. Deinde minutatim
comminuit,vt paulatim consumeretur, vsq; ad
puluerē. Postremo misit in aquā,& dedit popu-
lo bibere. Quid est hoc nisi quia adoratores dia
boli corpus eius erant, sicut Christiani corpus
Christi sunt: sed Israelitæ,id est apostoli, qui de
populo illo fuerunt,corpus diaboli consumunt,
formámque eius in igne confundunt, quando
amore dei ab omni specie mala abstinere docēt:
deinde minutatim comminuunt. Cum paulatim
malis renunciare faciunt, deinde mittunt in a-
quam,& dant populo bibere, cum per imbrem
gratiæ & aquam baptismi vnitati catholicę in-
Ex Aug. corporant. vnde dictum est Petro,ostensis in di
Actu. 10 sco reptilibus omnis generis, macta, euertendo
mala: & manduca,ædificando in bonis,quod est
comminuere & bibere. Sic diabolus amissis mē-
bris consumitur velut esca, A populis AEthio-
pum,id est gentibus conuersis. Idem etiam figu-
ratum est cum draco Mosi dracones magorum
absorbuit. Sic enim & modo gentes quæ credūs
corpus diaboli deuorant. Vel ita, Dedisti eum e-
scam populis AEthiopum,quia sicut esca mor-
detur à comedente, ita credentes ipsum diabo-
lum mordent, reprehēdendo, accusando, culpā-
ExCass. do. Vēl diabolus dum tentat, esca est fidelibus,
quia ex eius tentatione proficiunt,dum per eius
molimina purgari,quod desiderant assequitur.
Ex Alcu. Vel, Dedisti eum escam,in qua scilicet delecten
tur, Populis AEthiopum,nolentibus conuerti.

16 Tu disrupisti fontes & torren-
tes: tu siccasti fluuios Ethan.

Ex Aug. TV] etiam [DISRVPISTI] hōc est aperuisti,
[FONTES] .i. prædicatores bonos, vt mana-
rent liquorem sapientiæ. Et diuitias fidei. [ET
torrentes] id est eos qui ad tempus prædicant,
sed tempore tentationis desistunt. Discretū est
ergo inter fontes & torrentes. In alijs enim fit
verbum vitæ, fons aquę salientis in vitam æter-
nū. In alijs torrens est, qui est aqua currens. Sed
æstate siccatur. Hi sunt illi qui accepto verbo
prædicationis currunt, sed tentationibus ce-
dunt. qui non sic habent verbum vt bene viuāt,
sed vt alijs non taceant, tamen ex vtrisque riga-
tur terra à deo. Vel torrēs impropriè accipitur,
hic.s. pro fluuio. Et notat abūdantiam prędica-
tionis qua boni doctores fidē & sapientiā alijs
copiosè profundunt. Et accipit eosdē fontes &
torrentes. [TV siccasti fluuios Ethan] quod in-
terpretatur fortis, & significat de se præsumen-
tes, id est tu siccasti omnes doctrinas gentium,
malorum, Iudæorum, de iustitia sua præsumen
tium. ¶ Vēl totum de malis potest accipi sic, Ex Cass.
Tu fontes, id est illos quorum mala iugiter in-
fluebant. Et torrentes, id est qui subito & rapidè
peccant. Dirupisti, id est à fonte suo diabolo di-
uisisti. Tu, etiam penitus [SICCASTI fluuios
Ethan] id est fortis, id est inundationes & consi
lia diaboli, qui de se præsumpsit.

17 Tuus est dies, & tua est nox:
tu fabricatus es auroram & solem.

TVVS est] etiam [DIES] id est spiritnales,
quos illustrat sol incōmutabilis sapientiæ, quam Ex Aug.
loquitur inter perfectos. Vnde, Dies diei eructat 1 Cor. 2
verbum, quod erat in principio apud patrem. Psalm. 18
[ET tua est nox] cārnales, de quibus ait Apost. Ioann. 1
Non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed 1 Cor. 3
quasi carnalibus, quos velut noctem consolatur
luna, id est carnis manifestatio. Verbum enim fa
ctum est caro, & habitauit in nobis. Vnde, Nox Ioann. 1.
nocti indicat scientiam. Verè tua sunt, quia [TV Psalm. 18
fabricatus es auroram] vel lunam id est carnalē,
qui vt luna mutatur, qui tamen non est deseren
dus. [ET solem] id est sapientes, qui permanēt,
secūdum illud, Sapiens permanet sicut sol. Stul- Eccle. 27
tus autem sicut luna mutatur. Vēl, Fecisti auro Ex Alcu.
rā & solem, initium & perfectionem sapientiæ,
id est insipientes & perfectos.

18 Tu perfecisti omnes terminos
terræ: æstatem & ver tu plasma-
sti ea.

TV fecisti] Grātia enim tua salui facti su- Ex Aug.
mus omnes, vt ait Apostolus, Creati in bonis Ephe. 2
operibus. Fecisti, ergo [OMNES terminos terræ] 1 Cor. 2
quia vnusquisq; fidelis propriū donū habet à te. Ex Cass.
Vēl termini sunt apostoli, prophetæ, quia sicut
termini fines distinguūt, ita hi fidei iura custo-
diunt [AESTATEM] id est feruentes spiritu, Ex Aug.
[ET ver] id est nōuellos in fide, temperatos in & Cass.
mansuetudine [TV plasmasti ea] vēl hæc omnia Ex Cass.
historialiter accipi possunt ab illo loco, Tuus
est dies &c.

19 Memor esto huius, inimicus im PARS III
properauit domino: & populus in-
sipiens incitauit nomen tuum.

MEMOR esto.] Tērtia pars, quod iam vbi- Ex Cass.

que ſit,precatur ficti Iudæis per numerata be-
neficia,pium iudicem prouocas vt indulgeat.
Ex gl.int. q.d.Et quia hæc prædicta feciſti,[MANOR eſto
huius]non dicis cuius,ſed intelligi debet,Huius,
Ex Aug. ſcilicet operis tui.Vnde alij tranſtulerũt, Huius
creaturæ tuę.Cuius creaturæ?ecce[INIMICVS]
ſcilicet Iudæus[IMPROPERAVIT] verbis[DO-
MINO]id eſt gens ſua improperauit Chriſto,
Ioan. 9 dicens,Iſte eſt peccator.Non nouimus vnde ſit.
Lucæ 8 Nos Moſen nouimus, cui locutus eſt deus . Iſte
Rom. 11 eſt Samaritanus,manet tamen radix gẽtis,Ecce
Aſaph in intellectu dolet priſtinam cæcitatem.
Ex Caſſ. Et ſic pro Iudæis orat, vt eorum cõfiteatur er-
& Aug. rata :hoc orat quod ſit futurum.Erans enim in-
Matt. 27 ter Iudęos vaſa miſericordiæ.[ET populus inſi
piens] tunc ſine intellectu erat Aſaph.[INCI-
TAVIT]factis,id eſt exacerbauit,[NOMEN tuũ]
quando dederunt alapas,& obtulerunt acetum.
Sed ego qui intelligo,precor,

20 Ne tradas beſtiis animas con-
fitentes tibi: & animas pauperum
tuorum ne obliuiſcaris in finem.

Ex Aug NE tradas beſtijs] id eſt diabolo & angelis
eius,[ANIMAS confitentes ſibi]quæ pœnitẽs
confitetur peccata[ET animas pauperum tuo-
Ex gl.int. rũ ne obliuiſcaris] dũcere[IN finem] id eſt in
Ex Aug. Chriſtũ.Sed potius beneficia Chriſti da paupe
ribus.Iam enim ſunt pauperes, qui prius erant
diuites,ſcilicet ſtatuentes ſuam iuſtitiam.modo
vero non audent oculos leuare ad cælum. Et ô
domine,

21 Reſpice in teſtamentum tuum:
quia repleti ſunt qui obſcurati ſunt,
terræ domibus iniquitatum.

Ex Aug. RESPICE in teſtamentum] non in vetus,
quod eſt de terrenis,ſed in [TVVM].ſ. nouum,
quo promiſiſti regnum cælorum , id eſt imple
quæ promiſiſti, vt teſtamẽtum nouum quod eſt
Ex Caſſ. de æternis conſtituas. Meminit iſte promiſſio-
nis,quia ei merita deficiunt.Ideo item debet re-
miniſci,[QVIA repleti ſunt iniquitatum] id
eſt iniquitatibus, vnde ſequitur obſcuritas:ideo
addit,[QVI obſcurati ſunt] quia lumen ſcien-
Rom. 11 tiæ perdunt, habitantes[IN domibus terræ]id
eſt terrena habitatione .i. cæci ſunt, & terrenis
Ex Aug. dati,quibus delectãtur.Vel ita,Reſpice, vt reli-
quię ſaluæ fiant.Quia multi qui, attẽdunt ad ter
rã, Obſcurati ſunt,quia puluis iniquitatis intra
Pſalm.68 uit in oculos eorũ.Vnde,Obſcurẽtur oculi eorũ
&c.Et repleti terræ,id eſt terra,id eſt amore ter
renitatis.Et hoc ideo, quia habitãt, In domib⁹
iniquitatum , id eſt quia corda habent iniqua.
Domus enim ſunt corda, vbi libenter habitãt:
Matt. 5 de quibus dicitur, Beati mũdo corde,quoniam
ipſi deum videbunt.

22 Ne auertatur humilis factus cõ
fuſus: pauper & inops laudabũt no
men tuum.

Ex gl.int. NE auertatur]q.d.quia promiſiſti,ideo[CON
& Caſſ. fuſus]confundi nõ eſt humilis, ſed ſuperbi : qui
non deo, ſed ſibi tribuit.ergo, Confuſus, id eſt

quem ſuperbia confundit.Illos enim qui terre- Ex Aug.
na amant, confundit ſuperbia,[FACTVS hu-
milis]erãdicata ſuperbia,Ne auertatur,à te.No Ex gl.int.
ta quia more oratorum perſonam pro perſona
mutat,quia gratus pro odioſo ponitur, vt dile- Ex Caſſ.
ctio deuoti contumacis temperet odium : & ſi
non auertitur[PAVPER] ſpiritu , ſcilicet hu- Ex Aug.
milis[ET inops] ſcilicet qui non ſunt turgidi
de temporalibus,vel de iuſtitia ſua: iſti,inquam,
non alij [LAVDABVNT nomen tuum]con-
fitendo peccata,quærendo æterna.Ecce Aſaph
iam intelligens excutit terrena promiſſa vete-
ris teſta.ſed quia nondum accepit cæleſtia, quę
ſibi promittuntur in nouo,& cũ improperia pa
titur malorũ, videtur deſeri. Et ideo exclamat,

23 Exurge deus , iudica cauſam
tuam:memor eſto improperiorum
tuorum , eorum quæ ab inſipiente
ſunt tota die.

EXVRGE]q. d. Ne auertatur humilis , ô Ex gl.int.
DEVS exurge] ad confortandum me, quia Ex Aug.
deſertus videor, quia nondum accepi quę pro-
miſiſti,quæ inuiſibilia nihil putantur .[ET iu-
dica cauſam tuã] poſt omnia facit iſte cauſam Ex Caſſ.
eſſe iudicis , cui negotij ſui qualitas intimatur,
cum dicit, Cauſam tuam , quam ego defendo, Ex Aug.
contra illos qui obmurmurant . Dicunt enim,
Vbi eſt deus tuus? contemptus eſt Chriſtus à Iu
dæis ambulans in terra , & à falſis Chriſtianis
ſedens in cælo.ait ergo,Iudica cauſam tuam,id
eſt fac vt nõ fallatur ſpes mea, qui credidi quod
non vidi. Et illi mãnifeſta veritate prædicent, Ex Caſſ.
quod prius abnuebant ſtultè. Et hoc eſt,Iudica & gl.int.
cauſam tuam,ſcilicet quam boni defendunt, dũ Ex Aug.
Aſaph inſultatur dicendo , Vbi eſt deus tuus,
ipſi deo etiam detrahitur. Et ideo ſua cauſa dici
tur[MEMOR eſto improperiorum tuorũ] &
adhuc etiam inſultatur Chriſto, non deerunt
vaſa iræ, vſque in finem ſeculi, quę dicunt, vana
prædicantur Chriſtianis. Inanis eſt reſurrectio Ex Alcu.
mortuorum. Eſto memor , tuis dans coronam,
hoſtibus pœnam.ſ.[EORVM quæ ab inſipiente
ſunt tota die]Non enim deerunt inſultatores v- Ex Aug.
ſq; in finẽ ſeculi.Ideo hæc dicit, vt ipſa cõtinua Ex Caſſ.
tio opprobriorũ manſuetudinẽ iudicis patiẽtis
incitaret,adhuc cõtra inimicos precatur, dicẽs,

Ne obliuiſcaris voces inimicorũ
tuorum:ſuperbia eorum qui te ode
runt,aſcendit ſemper.

NE obliuiſcaris voces inimicorum suorum] Ex gl.int.
quin eorũ blaſphemias deprimas, quia [SVPER-
bia eorum] ſcilicet Rõmanorum,[QVI te ode Ex Caſſ.
runt] contra hoſtes commouet eum [ASCEN-
dit ſemper]In fine ponit execrabile malum, qđ
eſt ſuperbia. Vel in bono poteſt accipi ſecũdum
aliam literam.q.d. Memor eſto improperiorum Ex Aug.
tuorum, & ne obliuiſcaris etiam voces deprecã-
tium te, humiliter & deuotè, & ſuperbia eorum,
etiam, Eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper
ad te.q.d. Noli obliuiſci ſuperbiã eorum qui te
oderunt,ſed ſemper aſcendat ad te, quod & fa-
cit, quia vel corrigit vel punit.

COLLATIO
In psalmum 73. Vt quid deus repulisti in finem &c.

3 REDEMISTI virgam hæreditatis tuæ.] Munsterus vult vt paternus casus hæreditatis referatur ad verbum præcedentis versiculi, nẽpe recordare. Sic enim reddidit, Recordare congregationis tuæ, quam possedisti ab initio: ac mox duobus verbulis, de proprio additis, & quam redemisti: recordare, inquam, tribus hæreditatis tuæ: certè id est merè voluntarium. Rursum quod vertit tribum pro virga, non est extra sensum, שֵׁבֶט scebet vtrunque sonat, & virga more scripturę, pro tribu & imperio, vsurpari solet.

MONS Sion in quo habitasti in eo.] Duplicem calumniam patitur hic versiculus à Fabro & Cæco, Alteram quod canimus recto casu, mons Sion, quandoquidem consequentia sermonis, & grammatices ratio, exigat casum accusandi, montem Sion, propter verbum præcedẽs redemisti. Scio equidem orationis structuram, hoc ordine esse aptam, & ab Hieronymo & Augustino sic obseruatam, vt tamen alter lectionis ordo non sit repudiandus omnino. siquidem in Hebræo est periodus magna, in particula hæreditatis tuæ, נַחֲלָתֶךָ nahalateca. Deinde peculiare est Hebræis, sub pronominibus includere verbum substantiuum. iam vero hic legimus הַר צִיּוֹן זֶה har tzion zeh, mons Sion iste, vt quàm optimè, dicas, mons Sion est. hanc phrasim sæpe Græci in suis articulis agnoscunt. Triplicem lectionẽ tangit magister in expositione. Secũdo rhetoricantur isti in hoc genere locutionis, in quo habitasti in eo, ceu inepto & latinis auribus inaudito. at hoc genus hominum, magis superstitiosum quàm pium, mirabili doctrinæ suæ virtute reuincat diuus Augustinus libro 2. de doctrina Christiana ca. 13. in hæc verba memoratu dignissima. Quid est ergo integritas locutionis, nisi latinæ consuetudinis conseruatio loquentium veterum authoritate firmata? Sed tamen eo magis offenduntur homines, quo infirmiores sunt, & eo sunt infirmiores, quo doctiores videri volunt, nõ rerum scientia qua ędificamur, sed signorum, qua non inflari omnino difficile est, quũ & ipsa rerum scientia, sæpe ceruicem erigat, nisi dominico reprimatur iugo. Quid enim obest intellectori, quòd ita scriptũ est, Quæ est terra in qua isti insidẽt super eam, si bona est aut nequam: aut quæ sunt ciuitates, in quibus ipsi inhabitant in ipsis? Quam locutionem magis alienę linguæ esse arbitror, quàm sensum aliquomodo altiorem. Hactenus D. Augustinus. Vbi sanctus doctor quasi prophetice iam diluebat cauillationes futuras aduersus hũc locum, & loquendi tropum.

Phrasis Heb. communis gręcis.

Augu. locus memorabilis.

4 LEVA manus tuas.] Pro manus tuas Heb. habet פְּעָמֶיךָ peameca. Hier. Sanctes, Mũsterus, interpretes pro Caietano, vertũt pedes aut gressus. Pratensis, percussiones. Pellicanus, palpitationes. De hoc psalm. 57. versu 10. annotatum est. Deniq; Hiero. accepit nominaliter particulam præcedentem הָרִימָה harimah, quod dicimus cum alijs leua, siue exalta. Ipse vero sic trãstulit, Sublimitas pedum tuorum.

IN superbias eorum.] Hieron. Dissipata est, duntaxat ponit quum præmisisset sublimitas. Munsterus, Vt vastes. Cæteri vertunt ruinas, aut desolationes. Hebraïcè habet לְמַשֻּׁאוֹת lemasschuoth, pronunciando per punctulum nuncupatum smol, super literam schin, significat eleuationes adeoq; superbias, vt legimus. Si vero per alterũ apicem, quem dictitant iamin tum vastationes, ruinasque repræsentat, quomodo alij ceperunt. Nec tamen sensus difficilè conciliatur, hoc aut illo modo.

QVANTA malignatus est inimicus in sancto.] Sanctes, Munsterus ac Felinus, sic reddunt hunc versiculum, vt à superioribus pendeat ordo verborum & sententiæ, perinde ac si diceres, Leua manus tuas in superbias eorum, & super omnem inimicum, qui male fecit in Sanctoario. Leua, inquam, manus tuas, & deuastes. Astipulantur & interpretes pro Caietano. Sed Hiero. cum cæteris, clausulam istam per se distinguit, aitq;. Omnia male egit inimicus in sanctuario. Ac respondet hebraïcæ lectioni propius, כָּל הֵרַע אוֹיֵב בַּקֹּדֶשׁ cal hera oieb baqqodesch.

5 ET gloriati sunt.] Hiero. Fremuerũt. Alij, Clamauerunt, rugierũt, שָׁאֲגוּ schaagu propriè dicunt, ad leonis clamorem pertinere, cui typus superbæ gloriæ congruit.

IN medio solennitatis tuæ.] Hiero. Pacti tui. Alij, ecclesiarum tuarũ. Iste. Templi tui. Hic, Tabernaculi tui. Ille, Synagogarũ tuarũ, מוֹעֲדֶךָ moadeca, cuilibet versioni ex Heb. satisfacit.

6 ET non cognouerunt.] Mire dissidere apparet nostram lectionem ab Hebraica, in eo maximè quod habemus negationem, quam Hebræi hic neutiquam agnoscunt, & vnde hauserint LXX non satis liquet. Vnum est tamen quod varie reddont, qui hebraismum professi sont. Hebræum est יָדַע iiada. Imprimis Hiero. habet manifesta, vt intelligas, signa ex superiore. Munsterus, Cognitus erat. Pratensis, interpretes pro Caietano, & Pellicanus, Cognoscetur. Versio Sanctis pene sensu eodem, & si alijs verbis, nostram editionẽ contingit, quando vertit, Cõtritũ est, Siquidem radix יָדַע iada, nõnunquam significat subuertere, conterere, aliquid aut ita comminui potest, vt postea vix eius vestigium agnoscatur, quod quadrat extremæ vastitati vrbis Hierosolymitanæ, de qua prędixerat dominus, Lapidem super lapidem non remansurum, & de qua agit psalm. Quin & Chaldęus habet, Contũdet malleo. Itaq; vt intelligentiam corã ponamus, totum versiculum replicare licet. Posuerunt signa sua, signa. Deinde legatur quasi per parenthesim (& non cognouerunt) quare? quia omnia contrita sunt posuerunt, inquam, signa, sicut exitu super, summum, in hoc vt sint signa victoriæ, & vrbis solo æquatæ. quanquã haud me fugit Aug. aliter interpretari, illud nõ cognouerunt, videtur tamen de parenthesi conuenire. Sed quia susceptũ instituti est conferre

translationes, ab eo non dissentimus, qui libro secundo de Doctrina Christiana, capite. 15. nos admonuit ita facere, dicens. Sed (vt superius dixi) horum quoq; interpretum, qui verbis tenacius inhæserunt, collatio nō est inutilis ad explicandam sæpè sententiam. Et cap. 12. eiusdem libri, quę quidem res plus adiuuit intelligentiam, quàm impediuit, si modo legentes non sint negligentes. Nam nonnullas obscuriores sententias, plurium codicum sæpe manifestauit inspectio. Hæc ille.

SICVT in exitu super summum.] Hierony. In introitu desuper. Pratensis, & interpretes pro Caietano, Sicut adducens superius aut superne. Munst. quid sit declarat periphrasi, quasi adducens ligna ad sublime aliquid. Pellicanus, Velut adducens cōpendium. Alij habent suas paraphrases. Heb. habet כְּמֵבִיא לְמַעְלָה kemebi lemaalah. Hieron. legit in priori dictione beth pro caph, paulo enim distant. Rursus mebi accepit cum Lxx, vt litera men non sit nota participij, sed vt sit quasi constitutiua nominis hæc mantici, id est denominatiui. Nec debet offendere quod vbi dicimus in exitu, vbi ait in Introitu, quasi duo opponantur. Siquidē idem locus diuersorum respectu est introitus & exitus, denique postremam particulam ferè ad verbum reddiderunt interpretes Lxx, eoq; nihil detrahitur veritati hebraicæ.

7 QVASI in sylua lignorum securibus exciderunt ianuas eius. Heb. faciunt finem versus in particula quę significat secures, vt respiciat verbum superius, posuerunt iuxta Hieron. In saltu lignorum secures, subaudi posuerunt. Alij sic reddunt, vt pendeat à participio, quod verterunt adducēs. Lxx vero, aliam sequentes distinctionem, addiderunt verbum exciderunt, ob cōmoditatem orationis & sensus. Nec minoris sunt authoritatis quàm Munsterus, qui non facit vt particula, secures, verbum aliquod superius appellet, sed de proprio miscuit alterum verbum foris adductum. Ait enim, Qui secures mittebant in perplexas arbores. Hebraïcè dicitur, בִּסְבָךְ עֵץ קַרְדֻּמּוֹת bisaboc etz qardumoth, vbi apparet Lxx legisse caph, vice beth, literæ cognatæ vt fit sæpius.

IANVAS eius.] Alij dicūt, sculpturas eius, sensu iouariato, quanquam & vocabulum Hebræcum vtrisque sonare possit pituah פִּתּוּחֶ֑יהָ à verbo פָּתַח patah, id est aperuit, sculpsit. Ac cèdit & Felinus. Ac mox in eo quod sequitur, In securi & ascia deiecerunt eam, inter translatores satis conuenit, quod enim pro ascia quidam vertunt malleum, ideo ēst quod כֵּלַפּוֹת kelaphah, est vtrilibet commune.

9 COGNATIO eorum simul.] Concordant Hieronymus, Chaldæus, Nebiensis, Pellicanus, & interpretes pro Caietano, dum transferunt posteri eorum, vel filij eorum. Sed Pratensis, Sanctes, Munsterus, Felinus & Campensis maluerunt sequi quosdam rabinos, exponentes vocabulum hic positum, נִינָם ninam, depopulemur, siue sæuiamus in eos. Annotauit tamē Sanctes posse esse, aut de radice נִין nin, id est filius, intelligendo posteritatem per filium, aut de rádice יָנָה ianah, quod est depopulatus est, sicq; redemit laborem nostrum.

QVIESCERE faciamus omnes dies festos dei à terra.] Pratensis, Combusserunt omnia tēpla dei in terra. Sanctes, pro templis, dixit tabernacula. Munsterus, synagogas. Interpretes pro Caietano, conuentus. Campēsis complexus est vtraq;, & templa & solennitates. Hunc locum tam copiosè quàm eruditè discussit Hieronymus ad Suniam & Fretellam, vt nobis quicquā addere non liceat. Dicit ergo, Incendamus omnes dies festos dei à terra, pro quo in Græco scriptum est, δεῦτε καὶ καταπαύσωμεν πάσας τὰς ἑορτὰς τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῆς γῆς. Et nos transtulimus, Heus & quiescere faciamus, oēs dies festos dei à terra. Et miror quomodo è latere annotationem nostram, nescio quis temerarius, scribendam in corpore putauerit, quam nos pro eruditione legētis scripsimus hoc modo. Textus nō habet καταπαύσωμεν vt quidam putant, sed κατακαύσωμεν, id est incendamus. Et quia retulit mihi sanctus presbiter firmus, qui huius operis exactor fuit, inter plurimos hinc habitam quæstionem, Plenius de hoc disputandum videtur. In Hebræo scriptū est, שָׂרְפוּ כָל מוֹעֲדֵי אֵל בָּאָרֶץ sarephu cal moade el baaretz, quod Aquila & Symmachus verterūt ἐνεπύρισαν πάσας τὰς ἑορτὰς Θεοῦ ἐν τῇ γῇ. id est incenderūt omnes solennitates dei in terra. Quinta, κατέκαυσαν, id est combusserunt. Sexta, κατακαύσωμεν, id est comburamus. Quod & Lxx iuxta hexaplorum veritatem transtulisse perspicuum est. Theodotio quoque ἐμπυρίσωμεν vertit, id est succendamus. Ex quo perspicuum est sic psallendum, vt nos interpretati sumus. Et tamē sciendum quid veritas hebraïca habeat. Hoc enim quod Lxx interpretes transtulerunt propter vetustatem in ecclesia decantandum est, & illud ab eruditis sciendū propter notitiam scripturarū. Vnde si quid pro studio ex latere additū est, nondum debet poni in corpore, ne priorem translationem, pro scribentium voluntate conturbet. Hactenus verba Hieronymi fideliter retulimus. O verba albo signanda calculo, ô verba nullo intermoritura seculo, quæ vel sola sufficerent abundè ad retundendam quorundam pernicacium ceruicem, qui si quid forte putant in Hebr. aliter legi, quàm in ecclesijs psallatur, insaniunt, stomachantur, vociferantur exaggerātes ad rauim, hoc est eradēdum, cōuellēdū, iugulandum. Hoc nō dixit spiritus sanctus, Psallamus cum Propheta hoc aut illo modo. Quid ais? Hieronymus etiam id quod verum erat, & è latere pro eruditione legentis annotatum, noluit insulciri in corpore textus, quin & temerarium censuit qui hoc fecerat. Quod si etiam receptum sit nunc, vt aliter psallamus, quàm ille forsan verterit, aut interpretatus fuerit, vult vetustatem authoritatis nomen obtinere. Scientiam laudat scripturarum, ritum ecclesiasticum vult temerari.

Hiero. antiquitati Lxx defert.

Aduerte lector.

10 ET nos non cognoscet amplius.] Hieron.

Non est nobiscum qui sciat vsquequo, vt intelligas non esse prophetam, qui sciret finem horum malorum, & quousque sit futura. Verum ex Hebræo hic vel ille sensus congruè elici potest וְלֹא אִתָּנוּ יֹדֵעַ עַד מָה velo itanu iodea ad mah, præsertim si legeretur עֹד od, pro עַד ad, vbi sunt eædē literæ, quanquam frequentius in od interponatur vau

12 DE medio sinu tuo in finem.] Hieronymus, De medio (vel vt codex Fabri habebat) In medio sinus tui consumens. Sanctes & Munsterus ad sensus integritatem, vt sibi videntur, quædam addiderunt, ac totum versiculum repetam, quo appareat quid sibi velint apertius. Ille sic, Vt quid reducis manum tuam & dexteram è medio sinus tui, non educis, inimicos consumendo? Hinc non abhorret alter. Quare auertis manum tuam & dexteram tuam? profer eam vt hostem consumas. Varietas pendet ex postremo vocabulo כַּלֵּה caleh, quod cōsumere, perficere, finire. Et secundū normā grāmaticæ hebrææ, est modi imperatiui vel infinitiui, ob idq; aptè vertitur finiendo, vel consumendo, fini, aut consume. quanquā Hieronymus literæ haud seruiens dixerit per participium consumens. etiam si non sit improbabile ipsum legisse כֹּלֶה coleh, in verbo quod nuncupant cal.

14 TV confirmasti in virtute tua mare.] Hieronymus cum cæteris, Dissipasti. In Hebræo scribitur פּוֹרַרְתָּ poradta, idque significat separare, distinguere, expandere, dissipare. Quod si verficuli intelligentiam reduxeris ad transitum filiorum Israel, per medium maris rubri, eodem tendit sensus, confirmasti & dissipasti mare. Si quomodo Augustinus refert ad gentium conuersionem, certè ipsa pœnitudo & cordis contritio, dissipat malam conscientiam, & cōfirmat bonam.

16 TV siccasti fluuios Ethan.] אֵיתָן non videtur esse proprium nomen deserti. Hieronymus enim vertit & plerique alij flumina fortia.

18 AESTATEM & ver tu plasmasti ea.] Hebr. ponunt pro vere hyemem, חֹרֶף horeph, Credimus haud ineptè & ver designare. Nam Iob 29. vbi legimus, Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, Hebræus habet חָרְפִּי horphi. Adolescentia autem temporis, quidnam aliud sonat, q̃ veris iuuentam quandam? Quanquam qui dicit, AEstatem & ver plasmata, mediam quoque hyemem intelligat, necessum est.

20 NE tradas bestijs.] לְחַיַּת lehaiath, id est feræ vel congregationi. Vocabulum enim est ambiguum. Priorem significantiam sequuntur Lxx. Hieronymus, Nebiensis, Pratensis, Pellicanus, interpretes pro Caietano, & editio in Campensi, alteram malunt, Sanctes, Munsterus, & paraphrasis Campēsis, quia tamen sensus quasi esset imperfectus, simpliciter dicendo, ne tradas congregationi animam, addiderunt hostium.

ANIMAS confitentes tibi.] Lxx subnotante ipso Sancte legerunt daleth pro res. Sunt enim literæ, (vt non raro ante dictum est) admodum affines. Siquidem nunc habent exēplaria, תּוֹרֶךָ toreca, id est turturis tuæ, interpretibus Pratensi, Sancte, Pellicano, Munstero, Campensi, Nebiensi, Felino. תּוֹדֶךָ todeca autem, id est confitētem tibi, seu quæ cōfitebitur tibi sonat. Sed Hieronymus & interpretes pro Caietano, transferunt animam eruditam lege tua. legentes quidem per res, sed ducentes à תּוֹרָה torah, id est lex, תּוֹרֶךָ toreca, quanuis Sanctes astruat in ea acceptione dicendum, תּוֹרָתְךָ toratheca. Chaldæus tamen habet, Animas discentium legem tuam.

ET animas pauperum tuorum.] חַיַּת haiath rursum vertit congregationem. Hieronymus, vitam, quæ proculdubio est anima.

21 REPLETI sunt qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.] quia versus est trāslatus ad ordinem locutionis grecę, paulo est inuolutior, sed sic ordinando, Repleti sunt domibus iniquitatum terræ, qui obscurati sunt, nihil remanet scrupuli. Aug. & Romana editio sic habent, Repleti qui obscurati terræ domorū iniquarum, vt more Græco ponatur genitiuus vice ablatiui. Magister vero subaudit habitantes, nostram lectionem tenendo. In Hebræo maior est difficultas. Hiero. enim habet, Repletæ sunt tenebris terræ, habitationes iniquę subrutæ. Pratensis aliter. Repletæ sunt obscuritates terræ, habitaculis Iniquitatis. Sanctes. Repleta sunt loca tenebrosa, habitationes iniquorum. Munsterus, Repleta sunt omnia tenebrosis carceribus terræ, & habitaculis violentis. Alij pene in idem conspirāt. Singula sigillatim excutiamus. In primo vocabulo omnes cōueniūt. In secūdo est dissonantia, videlicet obscurati sunt. Hebr. enim vnico verbo effertur מַחֲשַׁכֵּי mahassake, quia Lxx acceperūt sub participio apicibus immutatis si scribātur in verbo hiphil (vt vocāt). In tertio nempe אֶרֶץ eretz Hiero. dissidet, qđ vsurpat pluratiuè, eo q; oportuit secundū vocabulum, pro constructionis exigentia ponere. In quarto & quinto nimirū נְאוֹת חָמָס neoth hamas, satis cōcordant, prętet hoc quod videtur Hiero. addidisse subrutę, sed verbū חָמַס hamas est anceps ad iniquè agere, & dissipatum esse, quare est verosimile ipsum voluisse vtrunq; cōprehendere significatum. In cōmentarijs certè ignoro prorsus, quā secutus est editionem, quia legit, Repleti sunt dumis pro domibus iniquitatum, & interpretatur spinas, quanquam densitas, quæ est in sentibus, haud longè sit, ab obscuritatibus terræ.

24 SVPERBIA eorum qui te oderunt ascendit semper.] Pro superbia Hebr. שְׁאוֹן scheon, Et Hier. uertit sonitum, nec alij dissident. Quā tamen sonitū siue strepitum intelligere debeamus, aperuerunt Lxx in nomine superbiæ. Inde editio in Campensi, habet fastus insurgentium in te. Et paraphrasis, contumeliosa vociferatio eorum. Concordat Felinus.

LXXIIII. PSALM. TIT.

In finem ne disperdas vel corrumpas, psalmus cantici Asaph.

Ex Aug. CONFItebimur tibi deus.] Titulus, [IN
finem ne disperdas vel corrumpas, psal-
mus cantici Asaph.] Psalmus iste contra
tumorem superbiæ medicinam humilitatis ap-
Ex Alcu. portat, In quo Christus ostenditur verus deus,
& Cass. & verus homo, iudex viuorum & mortuorum:
vt Iudæi credant, & non corrumpant fidem &
spem suam in Christum: sed dei promissionem
certa fide expectent. & hoc dicit Asaph, id est fi
Ex gl. int. delis synagoga. Et est sensus, [PSALMVS] iste,
& Cass. qui monet ad bene operandum est [CANTICI]
quia agit de remuneratione æterna, qui est [A-
SAPH] id est fidelis synagogæ, hoc agit [NE]
tu ô Iudæe, vel quicunq; [CORRVMPAS vel
Ex Aug. disperdas] id est nē violes spem, quæ habetur in
promissione dei: sed sit tibi certa eius promissio,
& vt hoc facias, respice [IN finem] id est vide
finē, vbi tu beatus eris: miseri vero qui hic ridēt.
Et ideo quæcunq; modo hic occurrūt prospe-
ra vel aduersa despice, in sola promissione dei
gaude. Intentio. Monet hic psalmus, ne quis
superb' de se præsumat, nec humilis de deo de-
speret: quem, & si affligitur, certa consolatur
Ex Cass. promissio. Mōdus. Bipartitus est psalmus. Pri
mo, proponitur humilis, qui & alios inuitat. Se
cundo, terretur superbus iudicio, quod effugi
nō potest, ibi, Cum accepero tempus. Asaph er-
go certus de promissis, sic incipit, ô,

CONFITEBIMVR tibi deus cōfitebimur: & inuocabimus nomen tuum.

Ex Aug. DEVS confitebimur] pec-
cata, iam humiles facti, nō alij
deo, sed [TIBI] non crudeli vl
tori, sed pio indultori. hæc confessio, est euacua
tio à malis. Omnia enim in cōfessione lauantur.
Deinde repetit, [CONfitebimur] Repetitio cō
firmatio est, ne te pœniteat esse cōfessum. Vnde
Ioann. 1 & alibi. in euangelio Ioan. dominus geminat pro maio
ri cōfirmatione, Amen, amen. Et in psalm. Fiat,
Psalm. 71 & 88 fiat, geminatur. Et Ioseph de somnio Pha-
raonis, qui vidit septē spicas plenas, & totidem
Genes. 41 steriles: & septem boues pingues, & totidē maci
lentos, dixit, repetitio est confirmatio. Firmamē-
tum enim sentētiæ esse in repetitione, ex mul-
tis scripturarum locis docemur, vt præostēsum
est ad significationem veritatis, sufficeret vnum
ad significationem firmitatis: accessit & alterū.
Confitemini peccata, vel semel terreno iudici
mortem inducit. Sed deo facta frequens confes-
sio vitam parit: post confessionem sequitur in-
uocatio. vnde subdit, [ET inuocabimus nomen
tuum] post confessionem potest inuocari deus
in hominem sic mundatum. Et sicut per con-
fessionem euacuatur malis: sic per inuocatio-
nem impletur bonis. Postea sequitur narratio.
Vnde subdit,

2 Narrabimus mirabilia tua.

NARRABIMVS] de pleno ructauit iste, vt Ex Aug
alij veniant: vt qui audit, dicat, veni, & cortina & gl. int.
cortinam ducat, & fontes nostri deriuētur foras. Exod. 36
[MIRABILIA tua] hæc est regula sanctę de Prouc. 5
uotionis, quæ hic insinuatur. Prius enim est con Ex Cass.
fiteri peccata, per quod exinanimur malis: post- & Aug.
ea inuocare deum in auxilium, quo bonis imple
mur: tandem de pleno eructuantes narrare pos-
sumus, à purgato enim inuocatur deus vt à suo. Ex Cass.
Indeuotus vero, si eum vocat, iudicium postu-
lat. Si autem purgatus inuocauerit, deinde pote
rit narrare. Alioquin dicitur ei, Quare tu enar Psal. 48
ras iustitias meas? Inde etiam est quod locus o- Exod. 26
rationis prius mundatur à sordibus: deinde cor
tinis ornatur, postea pallijs variorum colorum
decoratur, vt nos qui sumus templum dei san- Ex Greg.
ctum, prius per confessionem purgemur à ma- homil. 19.
lis: postea per inuocationem cortinis virtutum in Ezech.
decoremur, inde varijs coloribus operum bo-
norum in conspectu hominum ad gloriam dei
patris niteamus. Pro hāc autem perfecta reli- Ex Cass.
gione mox meretur iste audiri. Dicit enim Chri
stum respondere votis suis, in cuius Christi per-
sona subditur,

2 Cum accepero tempus: ego iustitias iudicabo. PARS II

CVM accepero.] Sēcunda pars, vbi terretur Ex Cass.
superbus iudicio, quod effugi non potest, & ad & Alcu.
eum reuocandum columnæ confirmantur, quē
etiam deus humiliat. hic vero humilem exaltat.
Vēl secundum aliam literam, singulariter di- Ex Aug.
citur, Narrabo, quamuis pluraliter præmiserit.
Cōfitebimur & inuocabimus. Iam enim omnes
sunt vnus Christus, ex quo habetur inuocatus.
Lōquitur autem Christus in persona capitis & Ex gl. int.
membrorum. q. d. Egō totus Christus, Narrabo Ex Aug.
mirabilia tua, quæ si quis nō audit, [EGO] Chri
stus s. qui modo nō videor [IVDICABO iustitias]
vel, Ego, Christus s. totus, Iudicabo iustitias,
quia & sancti cū eo iudicabūt, ante ergo iudicā-
di precentur absolui. Iudicabo [CVM accepero
tēpus] iudicādi. Modo enim tēpus est docēdi &
misericordiæ; sed postea erit tempus iudicandi.
Sed nunquid accepit Christus tēpus? Nunquid
accepit filius dei, filius dei nō accepit tēpus: sed
filius hominis accepit tēpus, idem tamen est &
filius dei, per quē facti sumus. & fili' hominis per
quē refecti sumus. Accepit ergo tēpus vt filius
hominis, qui gubernat tempora vt filius dei, ac
cepit ergo Christus secundum hominem quod
ipse deus dat, ipse, scilicet potestatem iudicium
faciendi. Nam secundum quod filius dei nun-
quam caruit potestate iudicandi. Et ideo nō ac
cepit: sed secundum quod filius hominis accepit.
Totus ergo Christus in futuro iudicabit. Vnde
dominus in euangelio, Sedebitis & vos super Matth. 19
duodecim sedes iudicantes duodecim tribus
Israel. Ita in futuro, modo quid?

3 Liquefacta est terra & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui

columnas eius.

Ex Alcu. & Aug. Ex Aug. TARRA]prius firma, modo[LIQVEfacta est].i.à stabilitate virtutis & iustitię,in diuersas diffluit cōcupiscentias.Deinde exponit quā terram dixit[ET] pro id est[OMNES qui habitant in ea] ipsa enim terra defluxit in habitātibus se, talem inoeni terram,sed [EGO]nō suppliciorū exactor,sed peccatorū donator.[CONFIRMAUI columnas eius] quæ in passione nutauerunt.i. apostolos, qui confirmati sunt in resurrectione. Ex Alcu. Vel ita, Terra,prius vitijs cōstricta, Liquefacta est,Flante spiritu sancto, vt germina virtutum emitteret. Et, pro .i. Omnes qui habitant in ea, ego cōfirmaui columnas eius,hæc nō mutātur, Ex Cass. Et per cōnfirmatas columnas,

4 Dixi iniquis,Nolite iniquè agere: & delinquentibus nolite exaltare cornu.

Ex Aug. DIXI iniquis]omnibus malis generaliter, hoc,[NOLITE iniquè agere]Iam ceciderāt,iam Ex Alcu. defecerant,iam rei erāt, iam defluxerāt,& tamē dicit,Nolite iniquè agere.i.non perseueretis in malo,sed fugite ad medicū.Mălum enim est peccare,peius est perseuerare,perniciosius est defendēdo se in deum culpā refundere. Vnde subdit, [AT delinquentibus].i.peccata defendentibus, Dixi,[NOLITE exaltare cornu].i.nolite inde Ex Aug. superbire,apud vos exaltantes cornua ad excusationē.q.d. si iam fecistis iniquitatem per cupiditatē ne defendatis,per elationē:si sani,nō audistis. Ex Cass. Vel iacētes surgite,nō vos excusetis. Măximū est vitiū excusationis.Nā quasi cornu erigit, qui per alios peccata sua nititur excusare, vt per diabolum, vel per alios suasores, vel per necessitatem stellarum sequitur.Et,

5 Nolite extollere in altum cornu vestrum:nolite loqui aduersus deū iniquitatem.

Ex Aug. NOLITE extollere in altū cornu vestrū.].i.cōtra deum, vt facit ille qui cōtra deū blasphema cogitatione remurmurat.Deinde exponit in re, quod dixerat,[NOLITE loqui]corde,& si nō lingua loquamini[ADUERSUS deū iniquitatem] q.d.deus nesciat hæc, vel nō curet,vt ille qui dicit se iniustè pati cum nequiores prosperi sint, Ex Cass. quod est iniustum facere deū. Vel,Nolite loqui aduersus deum iniquitatē,vt faciunt illi,qui nō sua culpa,sed necessitate stellarū dicunt se pec-Ex Alcu. casse, vt deo non sibi imputetur:vel qui sciunt peccata sua, sed impunitatem sibi promittunt. Cur hæc nō debetis facere?quia iudex talis est, qui vitari non potest,quia vbiq; est.Deus enim est.Et hoc est,ideo non faciatis hoc.

6 Quia neque ab oriēte, neque ab occidēte, neq; à desertis montibus, quoniam deus iudex est.

Ex Aug. QVIA iudex neque] iūdicat [AB oriente] q.d. vt inde fugias in occidentem [NEQVE] iudicat[AB occidēte]vt inde fugias in orientē. q.d. de nullo diuiso loco iudicat,quia nō est localis. Nam vbique præsens est, vt deus. Neque iudicat [A desertis montibus] vt inde fugias in medium populorum Quare non?[QVONIAM deus iudex est] Si autem in aliquo loco esset, tunc deus non esset. Vel,Iudex neque ab oriente,neque ab occidente, neque à desertis montibus, id est à secretis locis, subaudi est absens. Quare?Quoniam deus iudex est, idē penè sensus cum priori.Vĕl secundum mysticū sensum, Ex Cass. & Alcu. Oriens sunt boni,quibus oritur sol iustitiæ.i.homines claritate dei conspicui: Occidens vero, sunt quibus occidit sol iustitiæ.i.mali. Deserti montes,sunt falsi prædicatores,superbi hæretici,qui locum montium vsurpant,sed à veritate dei sunt deserti, quibus deus præsens est,non tamen ita vt bonis quib' præsens est per gratiam, non modo per cognitionem. Et est cur hoc nō faciatis. Quia deus, neque deest,Ab oriente, id est à bonis. Neq; ab occidente.i. à malis.Neque deest,A desertis montibus.i. à falsis prædicatoribus,omnib' generibus hominū:Deus præsens Ex Aug. & cognitor est, quoniam deus iudex est etiam eorum quæ sunt in corde.Et ipse qui talis est,superbos humiliat,& humiles exaltat.

7 Hunc humiliat & hunc exaltat: quia calix in manu domini vini meri plenus mixto.

HVNC humiliat].i.superbum Iudæum, vt Pharisæum de iustitia legis tumidū,[AT hunc] Ex Aug. .i.humilem gētilem,vt Publicanū dicentē,Deus propitius esto mihi &c.[EXALTAT]per quid? Lucæ 18. per legem quæ est in manu dei mediatoris,quæ dicitur calix, quia inde potat animas fidelium. Galat. 3. Et hoc est,[QVIA calix in manu domini.]

8 Et inclinauit ex hoc in hoc:veruntamen fæx eius non est exinanita, bibēt ex eo omnes peccatores terræ.

ET inclinauit ex hoc in hoc] hucusq; tenditur vis probationis,sed singula verba quid intelligentiæ contineant,videamus.Calix,est lēx,& Ex Aug. omnis scriptura veteris testamenti, vbi nouum absconditum est,quasi in fæce corporalium figurarum,quæ dicitur calix: quia inde inebriat deus mentes credentium.Calix ergo [VINI meri] id est legis sinceræ est,quantum ad pręcepta moralia iusta & bona.s. deum vnū adorabis &c. Vel calix vini meri dicitur, quantum ad spiritualem intelligentiam,[PLENVS mixto].i. fęce corporalium sacramentorū, quæ remanent & residet apud Iudæos, & funditur inde omnis spiritualis intellectus & eliquatus est in humiles gentiles.Sed apud Iudæos fęx figuræ remansit, de qua Iudæi infidi potati sunt. Et hoc est, Iudæum humiliat, & gentilem exaltat. Et hoc per legem: quia, Calix,id est lex & totum vetus testamentum est,In manu domini,id est in potestate Christi mediatoris. Calix dico, Vini meri, propter synceritatem moralium præceptorum, & spiritualis sensus. Et ille calix, Plenus mixto,id est fęce corporalium sacramentorum.Et quid inde?Et inclinauit,dominus hunc

calicem,id eſt legem. Ex hoc,id eſt à Iudæo. In hoc, vel in hunc, gentilem, in quem ſpiritualis intellectus eliquatus eſt. Et per hoc cōſtat,quia illum humiliat,& hunc exaltat. Et licet inclinet, Veruntamen fex eius, non eſt exinanita, apud Iudęos,quia carnalia ſacramenta,apud Iudæos remanſerunt, Et bibent ex eo, mixto,id eſt de fece figurarum,Omnes peccatores terræ,id eſt omnes Iudæi infidi. Vel ex eo, calice, id eſt lege bibent generaliter. Omnes peccatores terræ, id eſt ſuperbi peccatores,& humiles peccatores. Iudæi ſunt ſuperbi peccatores: gentes vero, humiles peccatores, quorum alij bibunt vinum calicis, ſcilicet humiles peccatores; alij fecem, .ſ.ſuperbi peccatores omnes bibēt ſed ſeorſum.

9 Ego autem annunciabo in ſeculum:cantabo deo Iacob.

EGO] Chriſtus cūm corpore meo,[ANNVNciabo in ſeculum] id eſt quandiu ſeculum erit.
Ex Aug. Vel,Gaudebo in ſeculum,alia litera,de promiſſione futura,in finem ſeculi,de qua dicitur in titulo,Ne corrumpas &c. Vel ita, & conuenit in parte cum priori ſenſu.Calix,eſt lex,Vinū me-
Ex Caſs. rum, cæleſte myſterium, id eſt ſpiritualis ſenſus,
& Grego. Plenus,quia & ſi ſemper bibitur,nunquā expen
in Eze.ho ditur,Mixto,id eſt vtroque teſtamento,quia ve
milia 6. tus & nouum ſimul ſunt. Vnde Ezechiel, Vidi rotam in medio rotæ.Iūdęi non mixtum bibūt,
Ezech.1 quia vetus ſine nouo recipiunt,neque Mani-
Ex Caſſ. chæi, qui nouum recipiunt ſine veteri, Ex hoc
& Alcu. in hoc,quia à Iudęis tulit,& cōuerſis gentibus, Inclinauit. Veruntamen fex eius. Fex nō accipitur hic pro ſordibus:ſed ima & vltima vini ſignificat,id eſt vltima & ſubtiliora legis,ad quæ nō poteſt perueniri hic. Et eſt licet inclinet, Verūtamen fex eius,quam inclinauit, Non eſt exinanita, quia illa ſecretiora, non penitus poſſunt
Ex Greg. capi. Vnde ſi quid reſiduum fuerit, igne ſpiritus
li.20.mo. ſancti cōburetis, quia omnibus bibentibus ple-
cap. 9 nitudo nō deficit, Et bibent ex eo,calice pleno,
Exod.12 Omnes peccatores terræ,id eſt Iudæi in fine cō
Ex Caſſ. uerſi cum alijs bibent, vtrunq; teſtamētum ſer-
& Iſid. in uantes,quando Abraham cum filio ad pueros
Gen. eū Auna expectantes,immolaro ariete reuerte-
Gene. 2 tur. Vel ita,hanc humiliat,& hūc exaltat:quod poteſt,quia, Calix,id eſt pōteſtas & diſpenſatio iudicandi. Calix dico, Vini meri,id eſt iuſti iudi
Ex Alcu. cij,eſt, In manu domini, id eſt Chriſti, Plenus mixto, id eſt miſericordia & iudicio, quia alijs mors per iuſtitiam:alijs vita per miſericordiam, quod mixtū inclinat & propinat omnibus. Et hoc eſt, Et inclina ex hoc in hoc,i.omnibus generaliter. Omnes enim ſentient miſericordiā & iudicium. Et licet inclinet calicē iſtum, Verūtamen fex eius nō eſt exinanita.i.pœna bibentibus auſtera,nō finietur malis, Ex eo, calice, Bibēt,fecem,Omnes peccatores terræ, nō ſolum Iudæi peccatores bibent. [EGO autem]cū meis dicit Chriſtus,[ANNVNCIABO]vel gaudebo[IN ſeculum,cantabo deo Iacob.

10 Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua iuſti.

ET omnia cornua peccatorū] quæ hic erigantur.ſ.dignitates ſuperborum[CONFRINgam] in fine, quæ modo nolunt frangi,hoc eſt quod ante dixit,hunc humiliat. [ET cornua iuſti] quæ non ſunt hic,ſed ibi erunt,id eſt munera Chriſti, quæ non ſunt hic, ſed ibi erunt,id eſt munera Chriſti,quæ ſunt ſublimitas iuſti, [exaltabūtur]in futuro,vbi ſuperbus humiliabitur, & humilis exaltabitur, hoc eſt quod ante dixit, hunc exaltat. Ex Aug. Caſsiod. & gl.int.

COLLATIO
In pſalm.74. Confitebimur.

3 aliâs 2 INVOCABIM⁹ nomē tuū.] קָרוֹב שְׁמֶךָ qarob ſcemeca propinquum nomen tuum,ſiue (vt traduxit Hiero.) iuxta nomen tuum. Idem ſibi vult. Nam prope eſt dominus inuocantibus eum,pſalm.144. quanquā ſic velint accipi, vt ſemper ſentiamus præſentiam dei.

2 al. 3 QVVM accepero tēpus.] מוֹעֵד moed tempus transferunt,Hieron. Chaldæus,Pellicanus,Sanctes & Campenſis. Munſterus, Felinus, & interpretes pro Caietano, cœtum ſeu cōuentum. Pratenſis,ſolennitatem. Particula illa eſt iis omnibus communis. Verendum ne plures ſibi ſapiant.

5 al.6 NOLITE loqui aduerſus deum iniquitatem.] בְצַוָּאר עָתָק batzauar athaq. Hieron. pro aduerſus deū,iniquitatē,vertit,in ceruice veteri. Sequūtur Pellicanus & Nebienſis. Pratēſis,Cum ceruice elatū, vt elatum regatur à verbo loqui aut loquētes. Sāctes,collo pingui. Munſterus, collo præfracto. Prima particula,eſt, à צוּר tzor.i.fortis,qui & ipſe deus,quomodo apparet Lxx ſumpſiſſe, quū etiam litera beth dictionibus præpoſita ſignificet interdū aduerſus. Deinde ſecūda particula, tum ſignificat rē durā.grauem,tū antiquam,quæ vniuerſa quadrāt obſtinationi accommodatæ ſignificata per ceruicem & collum pingue.

6 al. 7 NEQVE à deſertis montibus.] Hier. Nebienſis,Pellicanus, & trāſlator ad Campenſem,ſtāt à nobis. Cæteri vertunt exaltationē. Sāctes, Nec à deſerto veniet exaltatio, vbi de ſuo ponit veniet, מִמִּדְבַּר הָרִים minimibdar harim,nouiſsimum vocabulum, ſi habeat he literam ſubſtantialem quomodo acceperūt Lxx,& qui illos ſequūtur, rectè mōtes ſonat. Alij vero ceperūt, vt ſit addititia à radice רוּם, exaltauit vel exaltatus eſt.

7 al. 8 CALIX in manu domini vini meri plenus mixto.] Hier. fermè ad eundē modū, Calix in manu domini,eſt vino meraco vſq; ad plenū mixtus,itaq; Nebienſis. Alij quidā iuxta verbū videntur diſſonare.tamē ſenſum nō variant, ſi oculatius perpendatur. Pratenſis,Calix in manu domini rubefactus eſt,plenus mixtione. Pellicanus, Calix in manu,vinum efferbuit,impleuit mixtionē. Mūſterus & Sāctes, Vinū rubuit,ſiue rubeſcit,plen⁹ mixto aut mixtura. חָמַר hamar eſt rubuit quidē,qđ hic legitur,ſed inde ducitur חֶמֶר hemer,quod eſt vinū bonum,merum. Felinus autem mauult vinum turbidum, ſed Chaldaica translatio habet vinum purum.

8.9 FOEX eius nō est exinanita.] Septuaginta sensum de sensu eruerunt, qui clarius emiuēt, per id quod mox subtexitur, bibent, omnes peccatores terræ, qui si semper bibant, consequens est, vt nunquā fœces calicis iræ diuinæ euacuētur. Hoc dixerim, quod Hebraice videaē quasi contrarium, quum sine negatione scriptum sie יִמְצוּ iimtzu, id est, sugent, exprimēnt, epotabūt, sic tamen vt nunquam nō restet quidpiam exugendum. Pondus sententiæ mire attenderunt Septuaginta.

LXXV. PSALMI TIT.
In finem in carminibus canticum ad Assyrios psalmus Asaph.

☞ Ad Assyrios additum est ab interpretibus Græcis, ex consilio spiritussancti, quod pluribus supra probatū est in quibusdā simlib⁹. ☜

NOTVS in Indæa Deus, &c] Titulus [IN finem in carminibus canticum ad Assyrios Psalmus Asaph.] Assyrii interpretantur dirigentes & significant Iudæos quibus per antiphrasim, id est, per cōtrarium hoc cōuenit, quia non sunt dirigentes sed errantes. Vel possunt dirigentes dici quasi erigentes, quia erigūt se contra Christum, eo quod sine gratia Christi quærunt salutem per legales obseruantias, qui bene dicuntur Assyrii: quia persequuntur ecclesiam Christi, vt olim Assyrii persequebātur Iudæos. Contra hos loquitur hic Asaph. i. fidelis synagoga, cōfutans eos hic, quibus nomina gloriæ dicit ablata. Et ad alios translata, quæ sunt Iudęa, Israel, Salem, Sion, & nihil boni posse sine Christi gratia probātur. Et est sensus [PSALMVS] iste [ASAPH,] id est, fideli synagogæ attribuitur, quæ hic loquitur dirigēs nos [IN finē,] id est, in Christū. Et est [IN CARMINIBVS,] id est, in laudibus. Et est [CANTICUM] quia agit de bōnis Christi, scilicet quod notus, quod habitat, quod illuminat, quod saluat. Et est [AD Assyrios, id est contra Iudæos, qui nō se dirigunt ad Deum, sed errant. Vel se erigūt cōtra Christū suā statuentes iustitiam. Intentio, Iudæos confutat, & deuotos ad reddenda vota monet. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo, frangit gloriam Iudæorum. Secundo, dicit quod Christus illuminat, quod saluat, & iudicat, ibi, Illuminans. Tertio, admonet iam deuotos reddere vota, ibi, Quoniā cogitatio. Fidelis ergo Asaph confutans Iudęos, ait,

Ex Cass. in pręf. & cōclusione psalmi, & ex Alc.

Ex gl. int. & Alcui

Ex Cass.

N OTVS in Iudæa Deus: in Israel magnum nomen eius.

Ex Aug.

NOTVS in Iudęa deus] q.d. Glōriatur Iudęus, quod Iudęo notus deus: sicut hic dicit propheta & verū est, sed Iudęo intus qui in occulto est Iudęus, non Iudæo in carne, qui in manifesto solo nomine est Iudeus [NOTVS] est enim [DEVS] sicut hic propheta dicit [IN Iudæa] vera, scilicet vt confiteatur peccata, Iudæa enim interpretaē cōfessio. q.d. Auctoritate prophetę, vnde solēt gloriari Iudęi & gētibus insultare confuto eos: Si enim veri Iudæi estis, tunc in vobis notus est deus, sicut dicit propheta, quod si non est, tunc non estis Iudęi, sed non est notus in eis deus, quia Cæsarem gentilē cōfessi sunt, dicentes, Non habemus regē nisi Cęsarem, & Christū negauerunt, de tribu Iuda natum. Vnde olim reges erant, vnde & Iudęi dicti sunt. Duodecim enim tribus habebat populus Iudæorum, secundum numerum filiorū Iacob præter tribum Leui: quæ ministrabat in tabernaculo, nec habebat sortē in terra promissionis. In diuisione enim terrę promissionis, suscepti sunt duo filii Ioseph, scilicet Manasses & Ephraim vt haberent sortem in terra promissionis, & facerēt per se tribus. Tribus autem dicuntur tanquam curię & cōgregationes distinctę populorum. Susceptis ergo duobus filiis Ioseph cum reliquis 11 filiis Iacob. Pro vna enim tribu Ioseph duæ filiorū accesserunt factæ sunt sunt 13, sed excepta tribu Leui, quæ sacerdotalis erat, & de decimis viuebat. Duodecim tantum remanserunt, quibus terra diuisa est. In his autem tribubus vna est Iuda vnde reges erant. Vnde Iacob benedicens filiis ait, Non deficiet princeps de Iuda, & dux de femorib⁹ eius, donec veniat cui repromissum est. Et ab hac tribu, omnes Iudæi dicūtur, de qua etiā venit dominus noster Iesus Christus. Iudęi itaque Cæsarē confessi, non Christum qui de Iuda: iam non sunt Iudæi appellādi. Itaque euersum est regnū Iudæorum, quia noluerunt cognoscere verū regē, id est, Christum abdicauerūt se ab isto nomine, cum dixerunt, Non habemus regem nisi Cæsarem. Si non habent regem nisi Cæsarem. Defecit iam princeps de Iuda. Venit ergo ille cui repromissum est. Illi ergo verius sunt Iudęi, qui in ipsum credunt. Iudæa vera Christi est ecclesia, credens in eum, qui venit ex tribu Iuda: in qua vere notus deus sequitur. Et, Israel, verò, scilicet qui deum vidēt, Magnum, est, Nomen eius. Non blasphematur: sicut per malos.

Ioan.19

Num.18.

Gene.48.

Gen.49.

Ex gl. int.

2 Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.

ET factus est in pace locus eius] dei, id est, In humili & bene pacato habet locum. Aliī interpretes dicūt [IN SALEM locus eius,] sed idem est, quia ponitur hic interpretatio. Salem enim interpretatur pax [ET habitatio eius] est [IN Sion] vera, id est, In ecclesia quæ nūc speculatur per fidem. Vel, In Sion, id est, in contēplatione futura, quando videbimus eum facie ad faciem. Nota congruum ordinem verborum. Prius ponitur Iudæa, id est, cōfessio: postquam sequitur, Israel, id est, vir videns deum, quia prius est cōfiteri peccata, per quod videtur deus, & sic in pacato cū deo locus est. Quādo sequitur pax, post Israel, postea in Siō, id est, in contēplatione cum facie ad faciem videbitur, erit habitatio.

Ex Cass. & Hier. & gl. int.

Ex Aug. 1.Cor.13.

3 Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum.

IBI CONFREGIT]quasi dicat, Hæc uo
Ex Aug. uisi à deo habēt. quia[IBI,]id est, in Iudæa Is-
& Hier. rael, Salem, Siō [CONFREGIT potētias] vel,
& Remi. Ibi.i.in illa pace æterna, Cōfregit potētias, quas
& gl.int. [ARCVM,]id est dolos, scutum, id est, omne il-
& Cass. lud, vnde se superbe protegunt [ET gladium, id
est omne illud, vnde pugnant contra deum[ET
bellū]id est, omnimodā cōtradictionem, quam
faciunt contra deum defendendo peccata. Vbi
enim deus auctor pacis venit hęc omnia fugiūt

PARS II. διάψαλμα.
4 Illuminās tu mirabiliter à mōtibus æternis: turbati sunt omnes insipientes corde.

Ex Alcu. ILLVMINANS]Secūdā pars, vbi dicit quod
Christus illuminat, Iudęus dormit, & qđ Chri-
Ex Aug. stus iudicat, Iudæus perit. q.d. Cōfrēgisti potē-
tias, & [ILLVMINANS à montibus æternis,]
id est, per montes ęternos, id est, apostolos[TV]
Ex gl.int. nōn montes ipsi. Illuminans dico [MIRABI-
& Hay- liter, id est, per miracula. Tu terribilis et ventu-
mone. rus ad iudicium. interponit autem, quare terri-
bilis sit in futuro dicēs, Turbati sunt, &c. & est
Ex Aug. parenthesis. Vel secundum aliam literam, scili-
& Hier. cet, Illuminans, q.d. Cōnfregisti potentias. Et,
& Cass. Tu illuminās, nō mōtes ipsi: Et magnifice cum
pōdere dictū est, Tu, ne putet aliquis quod eum
montes illuminent, Mirabiliter, id est, per mira-
cula facta, per manus apostolorū, tu illuminās,
scilicet, A mōtibus æternis.i.per mōntes æter-
nos, scilicet prophetas, apostolos, qui prius lu-
cem excipiunt. per quos sedentes in tenebris il-
luminantur, quorum beatitudo nō terminabi-
tur. Et ideo dicuntur æterni, & per eosdem vi-
Ex Cass. tam æternam credētibus promisisti. Sed dē hac
& Augu. illuminatione[OMNES insipiētes corde]id est,
desideria mundi sequentes[TVRBATI sunt]
annunciata eis alia vita quæ nō est hic. Deinde
præmittit quare in futuro erit terribilis, vnde
& subdit, Turbati,

5 Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

Ex Aug. DORMIERVNT]In his pręsentibus quie-
& Alcu. scētes, quæ eis facta sunt delitiosa, id est, à bonis
æternis refrigescētes carni acquieuerunt, pro-
futura non præuidentes[SOMNVM suum]qui
Ex Aug. distat à quiete bonorū, quia iste fallax est. Vidēt
enim per somnum se habere thesauros: sed dum
euigilant, nihil inueniunt. Vnde dicit, [ET ni-
Ex Cass. hil inuenerunt omnes viri diuitiarum.] Ecce
diffinitio auarorū, id est, studentes diuitiis. Vn-
Ex Alcui. de non ait, Habētes diuitias. Multi enim habēt
qui non amant: sed viri diuitiarum, qui totam
scilicet spem suam ponūt in incerto diuitiarū:
Ex Cass. nihil inuenerūt dico[IN manibus suis] Ità hoc
dicit, quasi adhuc in manibus quærant cum se
Ex Aug. nihil tenuisse cognoscant. Sōmnium ergo pre-
sentis vitæ illos diuites facit. Euigilatio autem
Ex Cass. post hanc vitam pauperes prodit. Allūdunt e-
nim hæc verba actionibus somniantiū, qui eui-
gilantes quærunt in manibus quæ dormientes
videbātur tenere & amisisse dolēt, quod tamen
nequaquam se possedisse cognoscūt. Tāles sunt Ex Aug
isti qui venerūt in hanc vitā, & per cupiditates
temporales quasi obdormierunt. Hic excipiūt
illos diuitiæ & vanæ pōpæ volaticæ, & transie-
runt omnia. Et ita, Nihil inuenerūt in manibus
suis, quia nihil posuerūt in manibus Christi, qui
dicit, Esuriui, &c. In pauperibus namque esurit, Matt.25.
qui in cælo diues est. Vel, Viri diuitiarū, id est,
quī libero arbitrio & lege se diuites putant, & Ex gl.int.
nihil inuenerunt, In manibus suis, quia nihil bo Ex Aug.
ni post hāc vitam habēt: sed hoc quod ipsi dor-
mierunt, est à te, quia

6 Ab increpatione tua deus Iacob: dormitauerunt qui ascenderūt equos.

AB increpatione tua].i.ab ira & excęcatione Ex gl.int.
qua excæcat eos, ô[DEVS Iacob].i. iunioris po-
puli[DORMITAVERVNT]cordis cęcitate, sicut Pha-
rao & AEgyptii, & qui per secularia vagi sunt. Ex Aug.
Pharao enim increpationes dñi obstinata men
te contempsit, ita & hi negligunt sancta mont-
ta domini. Sed qui dormitauerūt?[QVI ascen-
derunt equos]superbiæ, id est, qui noluerūt esse
humiles, quorum superbia creuit humili Chri-
sto, non humiliati. Vnde præceptum est in lege Ex Hier.
filiis Israel, vt non multiplicarēt sibi equos. Sa- Deute.17
lomon quoque de Iudæa equos non habebat, 3.Reg.10.
sed emebat de AEgypto. Attende rem tremen- Ex Aug.
dam. Increpatio, strepitū habet. strepitus verò
increpationis solet excitare homines. Sed tan-
tum pondus est increpantis dei, quod dormitāt
increpati, id est, cor habent induratum. Duritia
enim cordis, obdormitatio est. Sed qđ dormien
tes modo non sentiunt, in finem sentient, quia,

7 Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.

TV terribilis]In iudicio futur⁹ [ES,&] licet Ex Cass.
hic aliquo modo resistant, tunc[QVIS resistet & Aug.
tibi?]nullus, sed [EX tunc ira tua.]Modo enim
dicunt quod volunt, & disputant cōtra deum.
Quid enim tūc erit? ecce tūc erit ira tua, quādo

8 De cælo auditum fecisti iudicium: terra tremuit & quieuit.

DE cælo] vēniens[FACIETIS,]id est facies, Ex Alcu.
sed pręteritum ponit, quasi iam factum sit[AV- & Haym.
ditum,]id est omnibus notū[IVDICIVM]de
cælo veniet ad iudicium dominus. Vnde Apo-
stolus ait, In reuelatione domini Iesu de cęlo cū
angelis venientis. Vel, De cælo iaculatus, es, In- Ex Cass.
dicium, alia litera, quia sic descendet tanquam
fortissima manu iaculū destinatum. Deinde vir-
tus iudicii exponitur, cum subditur [TERRA
tremuit]q.d. faciet iudicium. Vnde, Terra tre- Ex Cass.
muit [ET quieuit]à malis suis.i.terreni terrebū & Aug.
tur, & perdita potestate quiescēt. Melius autem
modo timerent & quiescerēt, quam tunc

9 Cū exurgeret in iudicio deus: vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.

CVM deus,]id est, Iēsus Christus[EXVRGE- Ex Cass.

ret in iudicio, vel, Iudicium] ſeuere iudicās, qui hic quietus omnia pertulit. Vel ita iunge, Iudicium dico exercendum[C V M deus exurgeret in
Ex Alcu. iudicium,] id eſt, cūm potens apparebit, qui hu-
Ex gl.int. milis apparuit. Idem ſenſus. Vel ită ab illo loco,
& Caſs. De cœlo. q. d. Erit ira. Nec hoc eſt imprædictū, quia, De cælo, id eſt, de me dicit Aſaph, Feciſti auditū iudicium, eſſe futurum. Vnde, Terra tremuit, id eſt homo. Et quieuit, à malis ſuis, Feciſti auditū, quando? cū, Deus, id eſt, Chriſtus ex-
Ex Alcu. urgeret hic à morte, poſtea venturus, In iudiciū,
Ex Caſs. id eſt, ad iudicandum omnes. Sēd ne putes iu-
& Aug. dicium ad ſolam damnationē iniquorum fieri, ſubdit[V T ſaluos faceret oēs manſuetos terræ,]
Ex Caſs. ſcilicet qui non equos ſuperbiæ aſcendunt : ſed
& Alcui.. in humilitate confeſsi ſunt peccata, qui habent
& gl.int. pacem mentis: non detrectantes iugū dei. Manſuetos dico [T E R R AE,] q. d. non dico angelos qui ſunt manſueti cæli, non terræ.

PARS III. διάψαλμα. 10 Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi : & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi.

Ex Caſs. Q V O N I A M cogitatio hominis] Tertiā pars,
Ex Alcui ubi admonet iā deuotos offerre vota. q. d. Merito ſaluat māſuetos[Q V O N I A M cogitatio] manſueti[H O M I N I S cōfitebitur tibi,] id eſt, manſueti laudabunt te cogitatione, & etiam opere. Vnde ſubdit [E T reliquiæ cogitationis,] id eſt,
Ex gl.int. exhibitio boni operis [D I E M feſtum agent tibi,] id eſt, māſueti ceſſabūt à ſeruili opere pec-
Ex Alcu. cati, non intenti mundo, ſed quieti, & bonis operibus intendent. Cōgitatio enim eſt conceptio voti: reliquiæ, redditio voti: operatio, reliqua poſt cogitatiōnem. Et quia ſaluabit, ergo ô vos homines,

11 Vouete, & reddite domino deo veſtro : omnes qui in circuitu eius affertis munera.

Ex gl.int. V O V E T E] mente quodlibet bonū[E T red-
Ex Aug. dite] opere neceſſario poſt votum. Notandum quia alia ſunt cōmunia vota de his, ſiue quibus non eſt ſalus, vt vouere fidem in baptiſmo, & abrenūciare diabolo, & pompis eius, nec occidere, nō ſuperbire, & huiuſmodi: quæ etiā ſi nō promittimus ſoluere debemus, & de his præcipitur omnibus, [V O V E T E, & reddite.] Alia ſunt vota propria ſingulorum, vt caſtitas, virginitas, & huiuſmodi. Ad hæc ergo vouenda, nos inuitat, non præcipit, vt voueamus: ſed vt vota reddamus. Vouere enim cōſulitur voluntati, ſed poſt voti pmiſsionem, neceſſario redditio exigitur. Ideo nō ait ſimpliciter vouete, & nolite vouere, ſed, Vouete, & reddite. i. ſi vouetis, reddite. alioquin de voto rei tenētur & damnationē habent, quia primam fidem irritam fecerūt, vt ait
1. Tim. 5 Apoſtolus, Vel prima cogitatio dicitur, qua incipimus bona, ſcilicet pœnitere de peccato, & cōfiteri deo quę facit reliquas cogitatiōnes, quę feſtū agūt. Prius eſt damnare & diſplicere quod eramus, quod poſtea in memoriam tenere debemus, ſcilicet quid eramus, & quid accepimus. Et hæc ſunt reliquiæ cogitationis, ne à memoria excidat vulnus quod habuimus, & mūnus ſanationis quod ſaluator donauit. Et hęc in memoria tenentes, gratias liberatori agamus, quod eſt ſolemnia celebrare. Ordo verō literæ non pendet à ſuperiori, vt proprietas diapſalmatis ſeruetur : ſed ad inferiora reſpicit, ſic, Cogitatio hominis, prīma ſcilicet qua dānat mala, & incipit bona, Confitebitur tibi: & reliquiæ cogi- Ex Aug.
tationis, id eſt, reliquę cogitationes. poſt primā, ſcilicet quod ſemper debet homo recordari ma- Ex Caſs.
la præterita, vt lugeat, & bona præſtita vt ſperet, Diem feſtū agent tibi, gratias agēdo. Quoniam ſentit ſe homo à peccatis liberū, ſicut poſt emundationem iubetur Iudæis in lege offerre, feſtiuum munus deo. Et quoniā ſolus dominus eſt, cui feſtiuitas debetur, ergo ô vos homines, Vouete, & reddite, hoc non mutatur. Domino deo veſtro, non tantū homini, quia non eſt tantum homo, ſed & deus. Reddite vos [O M N E S Ex gl.int.
in circuitu eius] exiſtentes per fidem [A F F E R- & Remg.
T I S munera,] id eſt, vos ipſos munera, quę altaribus offeruntur. Hi tales monentur vouere, non hętetici, vel pagani. Vel ſecundum aliam literā, quæ eſt, Omnes qui in circuitu eius ſunt affe- Ex Alcui.
runt, vel offerent, q. d. Ideo vōs moneo, quia & Aug.
Omnes qui in circuitu eius ſunt, vt famuli, Offerent, vel, Afferent munera, humilitatis, id eſt, Ex Aug.
ōmnes humiles confitentur ei, & adorant eum. In circuitu nāque eius, quaſi medii ſunt, qui intelligūt communem eſſe omnibus veritatem, & non faciūt ſuperbiendo ſuam. hi offerunt munera, quia habēt humilitatem. Qui autem quaſi ſuum faciunt quod omnib⁹ commune eſt, tanquam in medio poſitum ad partē ducere conantur, & hi non offerēt munera. Ecce dixit cui debeant offerre, ſcilicet domino: & qui ſunt in circuitu deinde ſubiungit: quare, dicens,

11 Terribili & ei qui aufert ſpiritum principum : terribili apud reges terræ.

T E R R I B I L I] q. d. Vōuete domino[T E R R I- Ex gl.int.
B I L I,] id eſt, quia terribilis, ſi non amore, vel ti- & Alcu.
mōre facite, quem vere timent boni : mali verō Ex Aug.
non & quia terribilis, ideo timeat quis ſuperb⁹ facere ſuum: ſed ſit humilis cōmunem omnibus intelligens: habēs ſpiritū dei, non ſpiritū principum, id eſt, ſuperbū. Vnde ſubdit, [E T ei qui ſpiritum principum,] id eſt, audaciam ſuperborum, ſcilicet ſpiritum ſuperbię, vel timoris, Aufert, dando ſuum ſpiritum, & ſic facit eos reges ſui, qui corpus ſuum moderantur, vnde ſubdit,
[T E R R I B I L I apud reges terræ] qui ſe regūt Ex Hier.
ſubiecti deo, de quibus dicitur, Cor regis in ma & Haym.
nu domini eſt. Vel ad literam, Aufert ſpiritū, id Prou. 21
eſt vitam, Principū, ſcilicet terrenorū. q. d. non Ex Aug.
ſolū aliis eſt terribilis, ſed etiā regibus terrę. Vnde ſubdit, Terribili apud reges terræ, qui terribiles ſunt aliis.

COLLATIO
In pſalmum 75. Notus in Iudæa

3 I B I confregit potētias, arcū, ſcutum, &c.]

in Heb. & in Greco, sic ordinātur ista duo vocabula, potētias, arcū, vt sint in statu regiminis. Prius quidem vertit Hieronymus, volatilia arcus, quod alii eodē sensu sagittas aut iacula arcus רִשְׁפֵי קָשֶׁת rischphe qascheth, vbi manifeste prior particula pronunciaretur רְשָׁפִים reschaphim, nisi foret in statu cōstructionis, id quod clarissime patefacit Græcum τὰ κράτη τῶν τόξων. Itaque diceret quis, in latinis exemplaribus vitiū esse scriptoris, qui posuit potentias, arcum, pro potentias arcuū, vt habet & interpretatur Hieronymus in commentariis. Ibi (inquit) confregit fortitudines arcuum, illas sagittas ardētes quas mittebat diabolus. Sic & legit Augustinus, consimiliter Cassiodorus, Cornua arcuum, Itēmq; Arnobius. Inuenio tamen ipsum Gregorium, disiunctim legisse, quod liquet ex interpretatione propria singulorū, lib. 33. moral. cap. 9. in hæc verba. Rursum pro humana repugnatione, per eum prophetā, scutum ponitur sicut alibi ait, Ibi confregit cornua, arcum, scutum, gladiū & bellū. In cornibus quippe elatio superborum, In arcu enim insidiæ lōge ferientium. In scuto autē, obstinata duritia defensionum. In gladio, vicina perensio. In bello verò, ipsa contra dominum mentis motio designatur. Et paucis interiectis, hinc rursum per eundem psalmū dicitur, Arcum cōteret, & confringet arma, & scuta cōburet igni. Arcum enim dominus cōterit, quum occulta insidiantium machinamenta dissoluit, &c. In eandem tendit lectionem & distinctionem Haymo, hūc locum edisserens. Ibi, id est, in Sion. i. in speculātibus se, cōfregit deus. i. destruxit potentias diaboli. & eas per partes exequitur. Arcū, id est, latētem impugnationem. Scutum. i. defensionem iniquitatis. & gladium, id est, manifestā impugnationem. Et vt omnia comprehendat, dicit bellum. i. omnem impugnationē. Hæc Haymo. Qui apertissime distinguit potētias & arcum. Iam verò quum multæ fuerint editiones, quid si aliqua habuerit τὰ τόξα. Illud rādem lectori expendendum relinquo. Manifestum est antem quod Chaldæus distinguit interposita coniunctione. Sagittas & arcus. Accinit versio Felini.

Quid arcus scutū & bellū.

4 ILLVMINANS tu mirabiliter à montibus æternis.] Hieronymus, A mōtibus captiuitatis. Pratensis, Prædæ. Sanctes, Rapacibus, & cæteri similiter. Vocula Hebraica טָרֶף tereph prædā haud dubie signat. Sed palam est Septuaginta legisse טֶרֶם terem, quod tamen vna literula distat, id est, ante, quod vt dilucidius esset, dixerūt à montibus æternis, magis quàm à mōtibus ante.

TVRBATI sunt.] Alii vertūt, spoliati sunt, aut in prædam dati sunt אֶשְׁתּוֹלְלוּ estolalu, vbi in principio ponitur aleph, vice he, id quod indicat Mūsterus. Cæterum, qui spolia exposi-ti sunt, nusquam non turbantur. Vnde Nebiensis habet, Deturbati sunt.

INSIPIENTES corde.] Alii dicunt, Fortes aut robusti corde, siue feroces. Hieronymus autē ponit, Superbi corde, quem sequitur Nebiensis אַבִּירֵי לֵב abire leb, vt ex hoc perpēdamus, nihil stolidius corde superbo, iuxta apostoli dictum Rom. 1. Dicētes se esse sapientes, stulti facti sunt.

5 NSHSL inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis.] Hoc in loco, ex duobus pendet varietas translationum. Alterum, est vocabulum חַיִל hail, polysemon significat, quandoque vires, exercitum, diuitias, & alia quædā. Alterum (quod subinde admonetur) æqualitas casuum in Hebræa declinatione. Itaque vt agnoscas quomodo id sit verum, metire varias traductiones. Hieronymus ait, Non inuenerunt omnes viri exercitus manus suas. Pellicanus, Non inuenerunt viri strenui manus suas. Pene idem Nebiensis & Interpretes pro Caietano. Pratensis est cum Hieronymo. Sanctes, Non inuenerunt viri fortes, vires in manibus suis. Felinus, Nihil manibus suis potuerunt efficere cuncti viri bellica virtute instructi. Munsterus, Nō inuenerūt cuncti viri, quorum manus potentes fuerūt. Sacris accedit paraphrasis Campēsi. Sciendū tamen Hieronymū ad Suniam, malle, manibus suis legi citra præpositionē, eo quod Græce habetur simpliciter ταῖς χερσὶν αὐτῶν præsertim quod pulsaretur, quasi ipsam posuisset præpositionem in sua versione è Græco, in eodem nihilominus opere monet contentiones, vbi est idem sensus, declinare.

6 DORMITAVERVNT qui ascenderunt equos.] Hieronymus, item cęteri qui hebraicā- tur, Cōsopitus est curr' & equus וְרֶכֶב נִרְדָּם וָסוּס nirdam verecheb vasus. In eandem intelligentiam reducitur metaphora aliis verbis elata. Certū est enim psalmū loqui de superbia terrenæ potestatis, quū sedere in equis (dicit Augustinus) peccatum non sit, sed ceruicem potestatis cōtra deum erigere, & putare se in aliquo honore esse. Quodcunque autem verbum nostræ lectionis respōdeat, ediuerso significatui cuiusque vocabuli Hebraici, quantum satis est.

8 DE cælo auditum fecisti iudicium.] Faber docet nos, rectius ad Hebræum dici in futuro de cælo auditum facies iudicium. Scimus præteritum poni loco futuri, tamen ad verbum in Hebræo, est præteritum הִשְׁמַעְתָּ hischmata.

10 COGITATIO hominis cōfitebitur tibi.] חֲמַת hamath vertitur ira vel furor, vbi dicimus cogitatio. Attamen si diceremus deflecti posse à radice יָחַם iaham quod est interdum concipere, cogitationem reperiemus, quam interpretatur Augustinus in hac parte primā conceptionem pœnitētiæ interioris. Sic & nos debemus irasci peccatis nostris recogitando in amaritudine animæ nostræ, acta pristinæ vitæ, vt inde laudem deo digne dicamus eique haud ficte confiteamur.

RELIQVIAE cogitationis diem festum agent tibi. Hieronymus, Reliquiis iræ accingeris שְׁאֵרִית חֵמֹת תַּחְגֹּר scherith hemoth tachoz. Alii vertunt reliquias furoris accinges. Opinor Septuaginta legisse חָגַג hagag per du-

plex gimel, id est, solennitatem agere: & non per gimel. vnice ac res הגר hagar.

12 TERRIBILI & ei qui aufert spiritum principum. Hieronymus reddit rationem, cur pronomen ei adiecerit, quod non erat in Græco, imo nec est in Hebræo. Ita scribit ad Suniam & Fretellam, Dicitis quod, ei, non sit scriptum in Græco τῷ φοβερῷ ἀφαιρουμένῳ πνεύματα ἀρχόντων. i. terribili & auferenti spiritus principum. Verum est, sed nisi apposuerimus, ei, latinus sermo non resonat. Neque enim possumus dicere, terribili, & qui aufert spiritum principũ. Hæc Hieronymus. Illud lenius est quod particulam terribili Hebræi retrahunt ad præcedẽtem versum, quia modo sententiæ cohærent.

LXXVI. PSALMI TIT.

In finem pro Idithun, Psalmus Asaph.

Ex Aug. VOCE mea ad dominum] Titulus [IN finem pro Idithun, psalmus Asaph.] Idithun sicut sæpe supra diximus interpretatur transiliens eos: Asaph congregatio quæ fidelis hic loquitur, id est, trãsiliens omnia visibilia, vt perueniat ad finẽ, qui Christus est, Exod. 33. quem Moyses desiderabat videre, cum dicebat, Domine, ostende mihi faciem tuam. Cui dominus, Nõ videbit me homo, & viuet. Et est sensus tituli [PSALMVS] iste attribuit [ASAPH,] id est, fideli congregationi, quæ hic loquitur, & agit [Pro Idithun] .i. de se trãsiliente [IN finẽ,] id est, in Christum vltra quem nihil est. Intẽtio docet desideria & illecebras seculi calcare, & oĩa sibi proponere nisi illum ex quo sunt omnia, sicut ipse facit. Modus. Quatuor sunt Ex Cass. partitiones. Primo, dicit quomodo trãscendẽs omnia deum quærit & inuenit. Secũdo, deliberat an sit eum reducturus, ibi, Anticipauerunt. Tertio, dicit quid deliberando inuenerit, ibi, Et dixi, Nunc. Quarto, exponit quæ in mundo Christus operatur, ibi, Viderunt te. Asaph ergo transiliens omnia solum deum quærẽs, ait,

VOCE mea ad dominũ clamaui: voce mea ad deum & intendit mihi.

Ex Alcui. VOCE mea] id est, intẽsione deuotionis [AD domi-] Ex Aug. num clamaui] nõ aliud ab eo petens, ab ipso enim ipsum quærit, & transit quicquid infra est, Ex Cass. deinde repetit [VOCE mea ad deum clamaui] Ostẽdẽs ꝓpter quid clamet, scilicet quia dominus, quia deus. Vel ita, prius dicit ad quem clamet, & non quid petat, dicens, Voce mea ad dominum, non dicit quid petat, quia non est opus ei qui nouit quod expedit. Deinde subdit, Ex Aug. propter quid clamauerit, Et vox mea est ad deum, alia litera, ad hoc est, vox, propter quod editur, hoc addit, ne putetur propter aliud clamare ad deũ, quam propter ipsum, supra quem nihil est. Vel in eodem etiã sensu legitur litera Ex gl. int. nostra, scilicet, Clamaui voce mea, enim, Ad deũ, & vt nõ frustra clamasse se ostendat, subdit [ET intendit mihi] quia semper adest quærentib⁹ se, Ex Aug. sed nõ adest quærẽtibus aliud ab eo. Vnde, Clamauerũt nec erat qui saluos faceret. Item, Cla- Psal. 17. mauerunt ad dominum, nec exaudiuit eos. Intẽdere aurẽ dei, est dare totum quod petitur, Ex Cass. etiam plusquam petatur.

2 In die tribulationis meæ deum exquisiui manibus meis nocte contra eum & non sum deceptus.

IN die tribulationis meæ] q.d. Nõn solũ vo- Ex gl. int. ce quæsiui deum, sed etiam [MANIBVS,] id est, operibus, & nõ solum alio tempore, sed etiam, In die tribulationis meæ, In qua alii quærũt de Ex Cass. ea exire, qui nõ trãsiliunt. Iste necessitatũ oblitus, deum tãtum quærit. Vel ita cõtinua, Quo- Ex Aug. modo hoc totũ fit? scilicet clamor & exauditio, ecce, In die tribulationis meæ, id est, quãdo est mihi tribulatio, vel in vita ista, quæ tota est tribulatio desiderãti cœlũ [EXQVISIVI deum,] Ea tribulatione quærit iste deum, vt in eo sit sibi quies. Nõ aliud ab eo quærit. Nota quod hucusque dixit, quis clamauerit, & ad quẽ, & propter quid, & qua necessitate. Deinde subdit, quomodo quæ fierit, & quãdo, & vbi, & quo fructu. q.d. Quomodo quæris? [Manibus meis,] id est, bonis operibus, non inani desiderio. Quando? [NOCTE] Idem dicitur nox hic quod supra dies tribulationis, scilicet vita ista. Hoc seculum, quod est tribulatio illi qui desiderat cœlum. Et nox est quia in ea opus est lucerna verbi dei. Vnde Petrus, Nos habemus certiorem 2. Pet. 1. propheticũ sermonẽ, cui benefacitis intendẽtes velut lucernæ in obscuro loco donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordib⁹ nostris. Venturus ergo est verus dies post istã noctẽ, cuius diei comparatione hæc vita nox est. Dies verò est cõparata vitæ infidelium. Vnde Apostolus, Si- Rom. 12. cut in die honeste ambulemus. Dies ergo est in cõparatione infidelium, & nox in cõparatione angelorum: & cum idem sit dies & nox, tamen propter aliud supra dies ponitur, propter aliud hic nox. Dies enim necessitatẽ, nox, tempus clamoris notat. Ecce dixit qua necessitate, & quomodo & quando quærit, Et vbi quæris? Coram eo. vel, [CONTRA eum] Coram ipso deũ quærit, qui nõ facit iustitiam suam coram homini- Matt. 6. bus vt videatur ab eis. Vnde nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Et cum facis eleemosynã noli tuba canere, &c. [ET] quo fructu [NON sum deceptus] vt hi qui aliud quærunt, quia inueni quod quærebam.

3 Renui consolari animã meam, memor fui dei & delectatus sum, & exercitatus sum: & defecit spiritus meus.

RENVI] vel, Negaui [CONSOLARI animam meam] vel, Anima mea. Exponit hic tribulatio- Ex Aug. nem quæ pungit, & quodammodo impingit ei necessitatẽ trãsiliendi. q.d. Dixi in die tribula-

tionis. quæ tribulatio tanta fuit, quod, Anima mea renuit consolari, vel, Negaui consolari animam meam, *Ex Aug.* quia vndique mihi mala. Tantum enim tædiũ & tristitia pro peccatorib' me occupauit, vt contra omnem cõsolationem claudat se anima. Siqs enim iustus videtur, qui solus est cõsolatio sæpe aliter inuenitur: quod est expertus iste, percussus scãdalis. Et ideo iam timet in aliquo lætari & cõsolari, quia in omnib' scãdalũ inuenit. Vel timet, qa in nullo securus est. quæ ergo respiratio? Ecce [MEMOR fui dei] in quo suauitas. Hunc manus quærentis inueniãt in tristitia consolatorem [ET delectatus sum,] vel, Et garriui, alia litera .i. exultaui loquendo de deo vt garrulus, qui præ lætitia nec vellet, nec posset tacere. Garruli enim ꝓprie dicũtur, qui vulgari verbo, sic appellantur, scilicet accedente lætitia, nec valentes, nec volentes tacere. [ET] in garriendo rursus [DEFECIT spiritus meus,] qui prius cõtabuerat tædio malorũ. Ideo defecit iterum spiritus meus, quia,

5 Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum locutus.

INIMICI mei,] alia litera [ANTICIPAuerunt vigilias meas] *Ex Aug.* quærentes calũniam in verbis, id est, omnes inimici mei vigilauerunt super me, id est, plus me tendendo insidias præoccupauerunt me spirituales inimici, de quibus dicit *Ephe. 5.* Apostolus, Non est vobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates, aduersus spiritualia nequitiæ. Hi verò plus vigilauerunt ad decipiendũ, quam ego ad custodiẽdum, vbique scandala ponunt, vbiq; ponunt muscipulas. Ecce enim tædiũ inest cordi, timendum est ne tristitia absorbeat lætitiam. Vel ne garriẽdo in lętitia spiritus deficiat, & dicat homo, quod inimicus teneat. id est reprehẽdat, vnde iste turbatur, & nõ loquitur. Vnde sequitur [TVRBATVS sum] quia malũ est tacere, & malũ loqui. Ideo retro redit, vnde subdit, [ET nõ sum locutus] non tamen cessat. conatus inuenire remedium, vult & hoc ipsum trãscendere, vnde subdit,

5 Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui.

Ex Aug. COGITAVI dies] Iam iste quasi qui extra vapulauit in secreto mentis suæ agit, vbi nemo oblatrat. Et deus adiuuat, ibi manens de ęternis agit: quod ibi licet, nõ extra in strepitu. Et hoc est [COGITAVI dies antiquos, & annos ęternos] vbi hæc mala non sunt [HABVI in mẽte,] id est, in memoria, & accipit pro eodem dies, & annos. Hæc cogitatio de æternis, magnũ silentium vult ab omni tumultu rerũ humanarũ, vt secure intus agat. vnde subdit,

6 Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar: & scopebam spiritum meum.

Ex Aug. ET meditatus sum nocte cũ corde meo,] vbi non est locus calumnioso, &, Garriebam, alia litera, non iam foris, sicut prius, sed [SCRVTABAR] alia litera [SPIRITVM meũ] vbi multa si cum eo loquor & garrio inuenire potero. Et quid inuenisti quod non in æternum repellet deus hominẽ. Et hoc sub interrogatione dicit.

7 Nunquid in ęternum proiiciet deus: aut non apponet vt complacitior sit adhuc?

NVNQVID in æternũ proiiciet deus] Hominem? absit. Aduerte saltus transilientis. *Ex Aug.* Inuenerat supra tædium in hac vita, nusquam fidem, nusquam consolationem. Ad quoscunque homines intendebat, scandalum inueniebat in eis, nusquam ergo securus, Ideo transiliuit ad deũ, vt ibi lætetur: sed garriens foris, dè deo reprehendit ab inimicis. Vnde ad coe rediit. Sed quia illi tacere malum erat, ne sileret à bonis, angustiatus in hac vita vehementer de alia vita multum cogitauit, vbi non est tentatio. nec cessauit transilire etiam spiritũ suum, donec veniret ad finem de quo titulus ait, vbi hoc inuenit, quod non in ęternum proiiciet deus. ¶ Aliter ab illo loco, Renuit consolari. q.d. Mẽrito nõ sum deceptus, *Ex Rem.* quia à deo exquisiui deum, quod, Anima mea renuit consolari, in aliis rebus quam in deo. *Ex Cass.* Et ideo, Memor fui dei, in quo suauitas, Et delectatus sum, in eo, Et exercitatus sum, inquirendo magnitudinẽ sapientiæ & potentiæ eius, Et defecit spiritus meus, quia res est incomprehensibilis ¶ Anticipauerunt. Secũnda pars, *PARS II. διαψαλμα.* Inuento deo, qui solũ bonum est, ei deliberat an sit eum reducturus, secundũ lectionẽ Augustini quæ præcessit. Non est hic partitio & ponit *Ex Cass. & Alcu.* quomodo exercitatus fuerit ita. s. quod Anticipauerunt vigilias, aliorum, Oculi mei, vt ille facit, *Ex Alcui.* qui ante tẽpus surgit ad negotium. Vel, Oculi mei, id est, affectiones meæ, Anticipauerunt vigilias, id est, sedulitatem aliorum. Vel per vigilias *Ex Cass.* significat nocturnos, quos vsualiter sic vocamus, quos facimus in laudibus dei. q.d. ante alios in nocturnis, Laudaui deum, & vigilans, Turbatus sum, quia non potui consequi, quod *Ex Alcu. & gl. int.* quęro. Qui dormit in mũdanis somniat se beatũ. *Ex Hay. & Cass.* Et non sum locutus, id est, nõn murmuraui contra deum. Et ideo, Turbatus est, quia dũ nocte secreta sui animi perquirit: videt humanum genus in peccata ruere, & pio dolore pro aliis cruciatur qui iam vitia trãsiliuit, sed tacet. non loquitur. quia nocte non habet solatium humani colloquii quo tempore cautius cogitat. Vnde subdit, Cogitaui. q. d. Idẽo sum turbatus, *Ex Cass. & Alcui.* quia, Cogitaui dies antiquos, Adæ, in quibus corruit homo à stabilitate sua, id est, cogitaui quid contigit Adæ, pro inobedientia & ex illo cognoui, hunc defectum hominis esse. Et contra annos ęternos, quos homo persistens haberet, In mente habui, quod non stulti. q. d. Vidi bona quæ perdidi, & mala quæ inueni & ideo turbatus iste, quia homo desiderat dies antiquos, & annos ęternos negligit. Et meditatus sum nocte, id est, in hoc defectu, Cum corde meo, id est, cum ratione, si quomodo possem redire ad an-

nos æternos,cum ratione tacitus loquitur, qui in ea quietus exerectur; &, Scopebam spiritum meum,id est purgabam mẽtem meam,vt videre possem. alii interpretes dicunt, Ventilabam spiritum meum,id est,virtutem animi mei.Huc & illuc voluendo, in quo actus deliberationis exprimitur. (Ex Hier.) Vel,Scopebam,id est.fodiebam, Spiritũ meum,sic apud me tractans,scilicet[NVNQVID in æternum proiiciet deus] gẽnus humanum[ET NONNE apponet,] id est,nonne addet ipse [VT complacitior sit adbuc?]quasi qui iam placitus sua gratia fuit in veteri testamento ,nónne addet ipse , vt plus fit in nouo, per aduentum filii?hoc sentit,qui de pietate tractat. (Ex Alcu. & Cass.) Vel,Complacitior sit adbuc,id est, vt ipse qui fuit iratus repellẽdo, mala iuferẽdo,sit mã-suetior liberãdo,reuocãdo. Ira enim fuit quod patimur. (Ex Aug.)

8 Aut in finẽ misericordiã suam abscindet: à generatione in generationem?

(Ex gl.int. & Cass.) AVT ABSCINDET]ipse à genere humano[MISERICORDIAM]incarnationis,scilicet quod de virgine natus. Misericordiam dico[SVAM] quia ipse natura misericors est. Et hoc[IN FINEm,]id est omnino à bonis,sicut à malis. Vel,In finem,id est,in plenitudinem tẽporis,vt nec hoc tempore beneficium incarnationis exbibeat,scilicet [A generatione] malorum [IN generationem] vel à generatione prima veteris testamenri, In generationem vltimam,scilicet noui testamenti. Idem aliis verbis repetit dicens,

9 Aut obliuiscetur misereri deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?

(Ex Aug.) AVT obliuiscetur deus misereri]In illo non est misericordia,nisi eam deus donet,& ipse erit sine ea?Riuus currit & fons siccatus est: ipse enim fons est misericordiæ, qui eam naturaliter habet à quo emanat velut riuulus de fonte in alios,dum autem dicit, Obliuiscetur misereri, (Ex Hay. & gl.int.) significat quod incœpit & consueuit misereri. Idem aliter repetit [AVT continebit iu ira (Ex Aug.) sua misericordias suas,]id est Ira vincet misericordiam?potius misericordia vincet iram. Vn- (Esa.37) de per Esaiam, Non in ęternum vobis vindex ero. Neq, per omne tempus irascar vobis. Ideo ante dicit,Continebit misericordias, quia cœpit iam misereri.Et ideo non desistendum.

(PARS III. διωλϕαλμα.) 10 Et dixi, Nunc cœpi: hæc mutatio,dexteræ excelsi.

(Ex Alcui. & Cass.) ET dixi] Tertia pars, vbi dicit, quid deliberãdo inuenerit,scilicet quod Christus mutat homines & redimit. q.d. Ira cogitabam hæc apud me[ET]post hæc[DIXI] id est, huic meditationi meæ respondi [NVNC] primo [COEPI] sapere,id est,intellexi, quod fuit tacitũ ab æternis temporib⁹, scilicet quod homo reduceretur ad annos æternos.Et quòd iam intelligo, istud est argumentum de futura cõsummatione, scilicet quod in futuro cõsummabor. Et[Hęc mutatio]est[DEXTERAE excelsi,id est fauoris & (Ex gl.int. & Cass.) propitiationis Dei. q.d. non est mutatio à misericordia ad iram,sed ab ira ad misericordiam, .s. quod de seruis mutamur in filios, vt ego fui.

11 Memor fui operũ domini, quia memor ero ab initio operũ tuorũ.

(Ex Cass.) MEMOR fui operũ domini,]id est huius mutationis in me factæ[MEMMOR fui] nuuquã dãs obliuioni,vt meliora mererer.sed ne de se tantũ lætari videret, addit, Et vere huius mutationis memor fui[QVIA]etiã [MEMOR ero mirabilium tuorum ab initio,]id est quę deus humano generi indulsit ab initio,scilicet quod Adam ad imaginem suam fecit,quod Abel hostiam accepit,similiter quod de Noe fecit,in cuius arca diuersa animalia in mysterium ecclesiæ saluauit: quod de Abrahã fecit,cuius oblatione filii Christi incarnationem & passionẽ designauit, tandem quod ipse deus venit.Hæc sunt quę virum sanctũ delectãt. Vnde supra,Et delectatus sum. Deinde vniuersalius repetit.

12 Et meditabor in omnibus operibus tuis:& in adinuẽtionibus tuis exercebor.

ET meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor,] id est, in (Ex Alcui. & Remi. & Cass.) præceptis quæ inuenisti, vel quibus inueneris,à te enim omnis sapientia& prudentia est. Vel,In obseruationibus tuis,alia litera,id est, præceptis quæ obseruãda sunt[EXERCEBOR] quia nõ satis est legere scripturas, sed fructus operũ demõstrare oportet . In his autem eruditus iste in laudem prorumpit,dicens,

13 Deus in sancto via tua,quis deus magnus sicut deus noster:tu es deus qui facis mirabilia.

DEVS in sancto,]id est, in Christo est [VIA TVA,]id est redeundi ad te. ¶Aliter ab illo lo- (Ex Aug.) co, Et dixi, transiliens iste, nusquã requiem inueniens, non desiit transilire etiã seipsum quousque perueniret ad deũ.In aliis ergo deceptus, & tædio affectus, nunc inuenit, vbi sit securus q.d.Itã trãsiliui vsque in finem. Et,Dixi nunc, (Ex Cass. & Augu.) id est, intellexi primo, cum & me transiliens ad deũ veni,Cœpi,aliquid,vbi securus sim,vbi non anticipent inimici mei,vbi iam nullum periculum.Et dixi,etiã,Hæc,est, Mutatio dexterę excelsi .i. modo cœpit me mutare excelsus Deus, per dexteram,id est, per Christũ. Dextera enim patris filius est . Vndẽ & brachium domini cui (Ex Hier.) reuelatum est?& scio quòd potest mutare, quia (Esa.53) omnia creauit quorum ego memor . Et hoc est, (Ex Hay.) Memor fui operum domini , Iam spatiatur iste (Ex Aug.) in operib⁹ dei, & securus gaudet,qui supra foris garriens defecit. Iam & sui oblitus,in solo Deo delectatur . Vnde subdit , Quia memor ero. quasi dicat, Memor fui, & ero , quod ita dicit, quia,Memor ero mira. tuorũ & nõ solũ memor ero,sed etiam, Meditabor in omnibus operibus tuis,& in affectionibus tuis garriam,alia litera,

Ex Aug. Eccē tertium garrire. Prius garriuit hominibus
foris, & defecit post in spiritu suo & profecit:
nūc in operibus dei garrit, quādo peruenit quò
tendebat. In affectionibus tuis, non in meis. A-
lię enim sunt affectiones hominis, alię dei. Affe-
ctiones enim hominis sunt, circa terrena, scili-
cet circa tabulā, theatrū, venationē, aucupium
& huiusmodi. Et sicut in his terrenis est affe-
ctio humana, ita in operib⁹ & meditatione dei.
Est interior quædā affectio cum inspicitur mū-
dus, & in creatis creator quæritur, & inuenitur
nusquam displicens, sed per omnia & super o-
mnia placens, deus in sancto. Iam incipit opera
misericordiæ dei circa nos ostendere, de quibus
garrit & exultat, ostendens per quem fit reditus
ad annos æternos. q.d. per prædicta sum certus,
quod veniam. Et hoc duce, ô [D E V S in sancto]
Christo [V I A T V A,] id est, via colendi te, &
ad te veniendi. Ipse enim ait, Ego sum via, ve-
Ioan. 14. ritas & vita. Redeant ergo præuaricatores ad
Esa. 46 cor, & scrutentur cor suum recolētes annos æ-
ternos, & sic inueniēt misericordiam. Vnde iste
Ex Cass. lætus potentiam Dei præfert simulachris, quæ
falso colebantur. q.d. Et cum hæc sint [Q V I S
deus] dē diis gentium, quibus homines affecti
Ex Aug. colunt [E S T M A G N V S sicut deus noster] q.d.
nullus [Q V I A tu solus] nō alius [E S] deus pro-
prie [Q V I] solus [F A C I S mirabilia] tam in ani-
ma quā in corpore. Sanati sunt surdi, cæci, lan-
Matt. 4. & 11. guidi, mortui, paralytici. Ista in corporibus fa-
cta sunt, in anima quidem sobrii sunt: paulo
ante ebriosi: fideles sunt paulo ante adoratores
simulachrorum, Facis mirabilia vt hoc quod,

14 Notam fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioseph.

V I R T V T E M T V A M,] id est, Christum]
Ex Cass. & Aug. [N O T A M fecisti] quando eum in mundum
misisti: per hoc & iste fit transiliens, quod est
vnum de mirabilibus. Notam dico, [I N P O P V-
L I S] tam fidelibus quàm infidelibus: sed infi-
delibus sic notam fecisti, vt cognoscant Chri-
stum tantum corpore. Fidelibus vero, vt cogno
scant eum etiam in deitate. Deinde subdit, quid
præstiterit hac virtute, dicens, [R E D E M I S T I
I N brachio] id est in Christo, [P O P V L V M
tuum] scilicet [F I L I O S Iacob] id est Iudęos
credentes, [E T Ioseph] ipsum, id est gentilem
populum. Ioseph enim peruenit ad gentes, &
interpretatur augmentum, ideoque bene signi-
ficat gentes, de quibus augmētatus est populus
dei. Vel Ioseph intelligitur Christus, quia sicut
Gene. 37. & 41. Ioseph venditus à fratrib⁹ prius humiliatus est,
deinde exaltatus, quādo in AEgypto regnauit:
ita & Christus à Iudæis vēditus ad gētes tran-
siit, in quibus regnauit, vbi prius humiliatus est.
in persecutionibus martyrum. Filii ergo sunt,
quos ex gentibus elegit. Et est, Et, redemisti fi-
lios, Ioseph, id est, electos de gentibus Christi fi-
lios & repetim⁹ hic, Filios, qđ primo nō fecimus

15 Viderunt te aquæ deus, viderunt te aquæ & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi. PARS IIII. διάψαλμα.

V I D E R V N T] Quartā pars vbi exponit Ex Cass.
quæ in mundo Christus operatur, quasi di- & Alcui.
cat, Quomodo fecit notam virtutē? Ecce [V I- & Haym.
derunt te, &c.] Vel ita continua, Notum fecit & Aug.
Christum, & per eum [V I D E R V N T T E] fide
ô [D E V S] pater [A Q V A E,] id est, populi. Vel ita
continua, quia notam fecit virtutem, ideo, ô
Deus, Christe, qui es virt⁹ & brachiū, Viderūt
te fide aquę, i. populi. Deinde repetit vt vterq;
populus intelligatur, Viderunt te aquæ [E T TI-
MVERVNT] de peccatis [E T abyssi,] id est, altitu-
dines aquarum [T V R B A T A E S V N T] pun-
gente conscientia, & hi non sunt pauci, sed,

16 Multitudo sonitus aquarū, vocem dederunt nubes. Ex Cass.

M V L T I T V D O] est [S O N I T V S aquarū,]
.i. populorum sonātium, in cōfessione peccato-
rū, in gemitu culparū, in laudibus dei, in actio-
nibus gratiarum. Quasi enim mare cōfragosum
sonāt diuersa vota in ecclesia populorū, sed vn-
de sunt isti sonitus aquarum & turbatio abys- Ex Aug.
sorum? quia [N V B E S,] id est, prædicatores ver
bi Dei [D E D E R V N T V O C Ē] in omnibus gen- Esa. 5.
tibus prędicando Christum, de quibus per pro-
phetam dicit dominus, Mandabo nubibus meis
ne pluant super eam imbrem. Et vere dederunt
vocem.

17 Etenim sagittæ tuæ transeunt: vox tonitrui tui in rota. Ex Aug.

E T E N I M] id est, quia [S A G I T T A E tuæ,] & Cass.
ô deus, id est voces nubium [T R A N S E V N T]
vel, Transierunt, vsque ad cor. Nō enim in au-
ribus remanserunt, sed corda trāsfixerunt. No-
ta quod verbum prædicationis, & pluuia dici-
tur & sagitta. vel pluuia, quia rigat: sagitta, quia
percutit. vel, Sagittæ, id est, euangelistæ, Tran-
sierunt, de gente in gē tem [V O X tonitrui tui in
rota,] Quid est hoc? Quomodo intellecturi su
mus, ad literam, Tonitrui vox reuoluitur, vt ro-
tatus, & sinuosus sonus sentiatur. Habent enim
tonitrua quandam concussionem, similem ve-
hiculis. Sed nūquid ad ista puerilia redituri su-
mus? non vtiq; potius allegorice intelligendum
est. q.d. Vocem dederūt nubes, & hæc, Vox, nu-
bium non in occulto facta est, sed fuit tonitrui
tui, id est, aperta. Et fuit, In rota, totius mundi.
Rota enim est orbis terrę. Vnde & breuis rotel-
la, orbiculus dicitur: quod postea exponit cum
ait, Orbis terræ, scilicet quem circuierunt nu-
bes tonando præceptis choruscādo, miraculis.

18 Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: commota est & contremuit terra.

I L L V X E R V N T] q.d. prædicatores transie-
runt, & per illos [I L L V X E R V N T. orbi terræ
coruscationes tuæ,] id est, diuina præcepta, quę Ex Cass.
tenebras mundi depellerent per miracula. Vn-
de [C O M M O T A est] ad conuersionem [E T con

tremuit terra,] id eſt,qui habitant in terra.eandem dicit mare ſubdens.

19 In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis: & veſtigia tua non cognoſcentur.

Ex Aug. IN mari]ēſt[VIA TVA] ipſa terra dicitur
mare,per ſimilitudinem,quia amara eſt vita hu
mana,tēpeſtatibus ſubdita,vbi maior piſcis mi-
Ex Caſs. norem deuorat[IN mari]ergo eſt [VIA tua,]id
eſt in cordibus hominū,quos homines ſibi ſub-
Ex Hier. didit. hoc mare amarū erat & mortuū,ſed venit
fons illę vitę, vt indulcoraret & ſanaret.Ideoq;
Ezec.47 iuxta Ezechielem, Egreditur de tēplo domini
fons aquę viuæ,& vadit ad mare mortuū,quod
nihil habebat viuens. Nulli enim piſciculi eſſe
poterāt in mari mortuo,nihil in eo viuebat: ſed
de templo domini.i. de ſinu patris, egreſſus eſt
ſaluator,& indulcorauit mare mortuū. Vel ad li
Ex Caſs. terā, In mari eſt via tua, dū Chriſtus ſuper a-
& Alcu. quas maris ambulauit. Vel per terrā,Iudæi: per
mare,gētes accipiūtur. Et eſt,Cōmota eſt & cō-
tremuit terra,id eſt,Iudæi: In mari,etiā gētium.
Ex Aug eſt,Via tua, id eſt,filius tuus. Ecce nunc in mari
gentium eſt via tua. Iam dudum in ſancto erat,
vnde ſupradixit,In ſancto via tua.qđ bene con-
gruit, quia ſanctus ille eſt in mari. Ambulat e-
nim ſuper aquas gētium,eas per fidem ſibi ſubii-
ciēdo. In huius rei figura ſuper aquas ambula-
uit.[ET SEMITAE tuæ,]id eſt, præcēpta tua
Ex Hay. ſunt[IN aquis multis,]id eſt, in populis multis,
Ex Caſs. id eſt in non paucis gentium [ET] tamen[VE-
& Hay- STIGIA tua]ſcilicet præſentia]corporalis do-
monc. ctrina, miracula [NON cognoſcentur: à Iudęis.
Tētigit enim aliquos,id eſt, Iudęos qui dicunt,
Ex Aug. Nondum venit Chriſtus,quod ideo dicūt,quia
non vident ſuper mare gentium ambulantem.
Ex Caſs. Et eſt hic tacita increpatio Iudæorum.q.d. Li-
cet palam venerit, & ſe miraculis oſtēderit: ta-
men non eſt cognitus à Iudæis infidelib⁹,quos
tamen ipſe deduxit in manu Moyſi & Aaron.
Vnde ſubdit,

20 Deduxiſti ſicut oues populum tuum:in manu Moyſi & Aaron.

Ex Aug. DEDVXISTI] quaſi dicat à quibus nō co-
& Caſs. gnoſcētur,ab his quos deduxiſti.Nam[DEDV-
XISTI]de AEgypto[POPVLVM tuū] ſcilicet Iu-
dæorum[SICVT oues]quia non vere oues,ſed
hœdi,& hoc[IN MANV Moyſi & Aaron,] id
Ex Aug. eſt operatione miraculorum quæ ipſi fecerunt.
quaſi dicat,Hoc illi populo feciſti, & te ipſe nō
nouit?mirū eſt. Et eſt hic increpatio. & expro-
bratio Iudęorum pēr nomina iſtorum duorum,
Ex Alcu. ſcilicet Moyſi & Aaron. Significantur etiā ipſa
& Caſs. facta eorum quæ ipſi egerūt: & myſtica, quæ in
eccleſia ſpiritualiter fiūt. Moyſes enim interpre
tatur aſſumptus de flumine Aaron, mōs forti-
tudinis,quibus nominibus ſignificātur virtutes
quas ipſi fecerunt. Moyſes enim inter cætera in
mari viam fecit hebræis,ſignificans per bapti-
ſmum liberari populū fidelium: Aaron eminen-
ti fortitudine murmurantibus reſtitit, in quo
eccleſiæ tenebat imaginem quæ monti firmiſsimo comparatur.

COLLATIO
In pſalmum 76. Voce mea ad dominum clamaui:voce mea ad,&c.

2 DEVM exquiſiui manibus meis.]יָדִי id eſt manus mea: vel יָדַי iadai, id eſt, manus meæ. Primarium enim ſignificatū יָד iad eſt manus, ad multa tandem transfertur, ob idque Pratenſis, Nebienſis, Sanctes, Monſterus, Campenſis dixerunt,plaga mea,vel vulnus meum,eo quod manu ipſa fiat percuſsio. Cæterū Hierony. Pellicanus, & interpretes pro Caietano,vertūt manus mea. Editio quæ addita eſt Campenſi,vertit, virtus mea. Referunt enim ad ſequētia ſub recto caſu vt ſtatim oſtenditur.

NOCTE CONTRA EVM.] Hieronymus,Nocte extēditur, videlicet manus. Alii defluxit,ſcilicet plaga mea,vel mota eſt,quia legerunt נִגְּרָה nigerah, quod commune eſt ad defluere,produci,trahi. Arbitror tamen Septuaginta legiſſe נֶגְדָה negdah, id eſt, coram ſiue נֶגְדוֹ negdo corā eo. Eſt enim perſpicuū reſch & daleth,plurimum habere vicinitatis.

ET NON SVM deceptus.] Hieronymus, Nō quieſcit,nēpe manus mea, vt ſupra,Pratēſis & quidam alii, Non reſidebit ſeu non ceſſabit nimirum plaga mea, iuxta quod accipiunt voculam יָד iad commemoratam לֹא תָפוּג lo taphug. Septuaginta ſeorſum à ſenſu eruentes, explicuerunt luculenter, quidnam foret manus noſtras ad deum extendi nec relaxari. quum enim præcipiat omnipotēs deus, vt anguſtiis diuexati,piis & aſsiduis precationib⁹ opem ſuam præſentaneam imploremus, nullum aliud ſuffugium præſtolaturi: conſilio tamen diuino frequentius contingit, vt quanuis orationibus intenti tribulationum fluctibus vndique concutiamur, à quibus liberari dei miſericordiam iugiter appellando deſiderabamus, vſque adeo, vt pſalmus 43. exclamet, Exurge quare obdormis domine? Quid? Decepit nos deus qui ad ſe confugere toties inculcat in afflictionib⁹: Abſit. Ergo nuſquam relaxentur manus,ſpes ſit in deum ſemper erecta,quæ non confundit,Rom.5, Et ſi non exaudiat Deus, ad poſcentis voluntatem, exaudit tamen ad ęgrotantis ſanitatē & opportunitatem. Non nos decipit,ſed probat, nō occidit,ſed caſtigat. Hinc D.Auguſtinus, In hac nocte deum requiramus manibus noſtris, non ceſſent opera. quæramus deum nō ſit inane deſiderium. Hæc ille. Itaque ſi tribulationibus ſepti,inciperemus manus ad deum tollere,deinde ſæuius inſurgēte paſsione deficeremus tabeſcētes, noſtra inertia quaſi deum fallacem in ſuis promiſsionibus,turpiter cauſaretur.

Septuaginta explicant.

3 MEMOR fui dei & delectatus ſum.]Hiero-

nymus, Pro eo quod postremo positum est, dicit cōturbabor. Munsterus, Inquietus ero. Sanctes, Tumultuabor. Sic & ferme alii וְאֶהֱמָיָה vechamaiah. Videret sensus oppositus, nisi huiusmodi cōturbatio, in bonam acciperetur partem. Etenim memoria deo facta, hominē deturbat exteriorem à mūdanis cupediis, vnde præcesserat nox, renuit consolari anima mea, &c. & continuo sequitur, Exercitatus sum, & defecit spiritus meus. Vnde Hieronymus in cōment. In Hebraico aliter habet, Memor fui Dei & conturbatus sum, considerani mansuetudinē ipsius, consideraui pietatem, cōsiderani munditiam, & videns meipsum immundū vehementer cōturbabar: hæc ille. Adde quod illud verbum Hebr. significat etiam resonare, quod ad gaudiū facile accommodatur. Cæterū pro exercitatus, Hierony. vertit, Loquebar in memetipso אָשִׂיחָה asihah, quod & alii, loquar, Munsterus circuitū expressit quid loqui, quando transtulit, querelas faciam. Nihil est quod non conueniat vocabulo Hebraico שִׂיחַ soah.

4 ANTICIPAVERVNT VIGILIAS oculi mei.] Hieronymus, Prohibebam suspectū oculorum meorū. Cęteri Hebraicantes vertunt apprehendisti custodias siue palpebras oculorum meorū אָחַזְתָּ שְׁמֻרוֹת עֵינָי ahazta schemuroth enai. Igitur sicut tenere vigilias siue custodias oculorum, duplicem potest facere sensum, tum quod nondum apertos, aut sursum intentos cōtinere possumus, tum quod iam apertos, & vigilantes erectus prohibemus à torpore, sic & anticipant oculi vigilias, vel quum quis pręuenit ne intendant aspectū oculi, aut dum prætcruerit diligentia & sollicitudine, oculos ad deum leuare, dormitātibus cęteris. Ista duo tangit Hieronymus in commētariis. In Hebræo aliter habet, Prohibebam suspectum oculorum meorum, constupebam & non loquebar. Quod dicit, hoc est, cōsiderans peccata mea, oculos ad cælum erigere nō audebam. Peccatori enim dicit deus, Quare tu enarras iustitias meas? Propterea stupebam, timebam, loqui non poteram. Hoc iuxta Hebræos, Anticipauerunt vigilias oculi mei, antequam aliquis vigilaret ego vigilabam. Legimus & in Daniele, Et ecce (inquit) עִיר ir, id est, vigil. Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel. Ergo monach° qui non vigilat, non potest hunc versum dicere: Hucúsque Hieronymus. Denique quam editionē sequutus sit Augustin°, haud liquet. Habet enim, Anticipauerūt vigilias omnes inimici mei, nisi עָנָה innah, Hebræis sonat affligere.

5 ANNOS æternos in mente habui. Hoc postremum in mēte habui, facit exordium versus sequentis iuxta Hebræos אֶזְכְּרָה ezkerah, id est, recordabor. Deinde vbi legimus, Meditatus sum, ibi vertunt psalmorum meorum, aut carminis mei נְגִינָתִי neginathi. Porrò Septuaginta acceperunt ac si esset verbum à themate נָגַן nagan, id est, lusit musicis instrumētis, quod nihil distat à meditari, vt canticum sit spiritualiter intellectum, iuxta quod decet. Vt tamen maiorem inquisitionē auferamus, quid de hoc versu scripserit Hieronymus ad Suniam & Fretellā, referre non erit inutile. Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar & scopebam spiritum meum. Pro quo in Hebræo legimus, Recordabor psalmorum tuorum in nocte cum corde meo, Loquebar & scopebā spiritum meum, pro exercitatione ἀδολεσχίας, id est, decantationem quādam & meditationē Septuaginta transtulerūt, & pro eo quod nos diximus scopebam, illi posuerunt ἔσκαλλον quod Symmachus trāstulit ἀνηρεύνων, id est perscrutabar, siue quærebam. Et quinta similiter. In Græco habetur καὶ ἔτη αἰωνίων ἐμνήσθην, καὶ ἐμελέτησα, νυκτὸς μετὰ τῆς καρδίας μου ἠδολέσχουν, καὶ ἔσκαλλε τὸ πνεῦμά μου & annos æternos memineram & meditatus sum, nocte cum corde meo argutabar, & rimabatur spiritus meus. Propriè autem σκαλισμὸς in agricultura dicitur, in sarriendo id est, sarculando, & quomodo quæruntur ibi herbę sarculo quæ secentur, sic & iste retractatum agitationū suarum metaphoricωs à sarculo demōstrauit. Et sciendū quod ἔσκαλλον non semel sed frequenter significet. Hucúsque Hieronymus. Qui etiam in commētariis aperit quid sit scopere spiritum. Scopebam spiritum meum, hoc est (inquit) fodiebā quasi agrum, vt ibi mitterem semen doctrinarū domini. Hæc ille, Heb. וַיְחַפֵּשׂ רוּחִי vauhapesch ruhi, id est, perscrutatus est spiritus meus, vt vertūt Neoterici. Tamen dixit Hieronymus supra, quod in Hebraico legeretur, scopebam spiritum meum per primam personam. Rursus posuit psalmorum tuorum, vbi alii, carminis mei. Licet in versione ad Sophronium vtrobique transferat sub prima persona, & psalmorum meorum, & scopebam.

Scopere spiritum quid sit.

8 AVT in finem misericordiam suam abscindet à generatione in generationem. Duo verba hic videtur omitti proxima à verbo abscindet גָּמַר אֹמֶר gamar omer, id est, consumptum est verbū siue eloquium, ea quoque Græcus enuincitur habere συντέλεσε ῥῆμα, & quæ vertit Hieronymus, itemque cæteri. Huic scrupulo faciet satis Hieronymus ad Suniam & Fretellam hoc modo à generatione in generationem, hoc quod Græcum sequentes inuenisse vos dicitis συντέλεσε ῥῆμα, id est, consummauit verbū recte non habetur in latino, quia & in nullo habetur interpretum.

10 ET dixi nunc cœpi.] וָאֹמַר חַלּוֹתִי הִיא vaomar hallothi hi. Hieronymus, Et dixi imbecillitas mea est. Munsterus, Pellicanus, Interpretes pro Caietano, idem, Infirmitas mea siue ægritudo mea est. Pratensis, Et dixi expectatio mea est. Sanctes, Et cogitaui occidere me. Consonat huic Campensis, Profecto dicebā ad mortem vsque cruciat me hæc recordatio. Mirum quam inter se digladiētur rabini super hac particula חַלּוֹתִי hallothi. Nā si deflectas à radice חָלַל halal, admodū multiplex est. Quidā ducūt à verbo חָלָה halah quod est ægrotare. De-

Rabini niq̄ue Septuaginta acceperunt à themate à quo est הָחֵל hehel, id est incœpit, vt sit principium meum est, idem quod cœpi.

Rabini inter se se cōueniunt.

HAEC mutatio dexteræ excelsi.] Astipulantur Hieronymus, Chaldæus, Nebiensis, Pratensis, Pellicanus, Interpretes pro Caietano, Sāctes & Mūsterus, pro mutatione aut mutationibus transferunt annos. Ne tamen oratio esset biulca addunt de proprio. Nam Sanctes hoc pacto, Cogitaui occidere me propter annos dexteræ excelsi. Munsterus, At recordabor annorum dexteræ excelsi. Ad idem paraphrasis Campensis, Recordatio annorum superiorum. Quanquam secus trāslator in eodem. Ait enim, Dextera excelsi vices mutat. Hebr. habet שְׁנוֹת schenoth à singulari, שָׁנָה schanah idem significat tum mutatus est, tum etiā annū. Ob quam ambiguitatem confundūtur tot editiones humanæ. Certe si quisque pro suo cerebro pergat sic traducere, incerta erunt omnia, aut confusa, nisi sit aliqua editio, quam cæteris ecclesia præferat, aliæ autem pro eruditione caste possunt legi.

Omnia reddūt incerta in sacris diuersę versiones.

11 MEMOR ero operum domini.] Hierony. Cogitationum domini מַעַלְלֵי יָהּ maalle iah, id est, operum aut adinuētionum domini, sicut & paulo post idem Hieronymus vertit vocabulum simile adinuentiones autē sunt opera, diuino consilio stabilita.

15 Viderunt te aquæ deus & timuerūt.] Hoc quod est timuerunt יָחִילוּ iahilu. Hieronymus dicit parturierunt. Sanctes, Doluerunt. Alii timuerūt. Hæc cōmuniter signat particula, etiam si intelligentia sit eadem.

16 MVLTITVDO SONITVS aquarum.] זֹרְמוּ מַיִם עָבוֹת zormu maim aboth. Hieronymus & Nebiensis, Excusserūt aquas nubila. Alii, effuderūt siue inundare fecerūt aquas nubes. Septuaginta sensum expresserūt, & emphasim dictionis Hebraicæ. Nam זֶרֶם zerem dicūt sonare Hebræis, copiam aquarum, impetū, imbrem, tempestatem.

LXXVII. PSALMI TIT. Intellectus Asaph.

Ex Aug.

ATTENDITE populę meus] Titulus. [INTELLECTVS Asaph.] In hōc psalmo narrantur quæ in veteri testamento populo diuinitus acta sunt, scilicet quæ beneficia contulit ei deus, & quas pœnas ingratis incusserit. Dūm autem in hoc psalmo historia veteris testamenti refertur, noui testamenti gratia declaratur. Sic enim Iudęos pro suis delictis, dicit expulsos: & Christianos asserit intromissos, vt vtriusque legis intentionem in vnum faceret pendere ad humilitatem monētis. Et quia omnia in figura nostri cōtingebāt illis, sicut ait Apostolus: ideo quæ de illis historialiter referuntur, eadem de nobis spiritualiter intelligenda sunt. Vnde psalmus præticulatur intellectus. Et est sensus, hic est [INTELLECtus Asaph,] i. fidelis cōgregationis, quia hic narrata interius intelligenda sunt, nō modo in figura. Intellectus ergo Asaph est, quod intellexit synagoga fidelis. Vel qđ spiritualiter debet intelligere. Quę enim tūc mystice. i. figuraliter illis contigerunt, eadem modò in re nobis fiunt. Et sicut tūc non in omnib' illis nō bene placuit deo, sic nec istis, & ideo monēdi sunt. Vel ita potest legi titulus, vt Intellectus sit genitiui casus, quod in Gręco apertum est & subauditur psalmus, vel verba, sic, hic est psalmus, vel verba, Intellectus, id est, intelligentiæ, quæ data est ipsi Asaph, sic ex Græco determinatur. Intentio talis; est per acta in veteri populo, intendit monere nouum populū ne sint ingrati beneficiis dei, & eius iram in se prouocent. Modus. Nōuem sunt partitiones. Primo attētos facit: quia quæ videntur aperta parabolæ sunt, & ænigmata. Secundo, summatim dicit quæ deus Iudæis fecit, tamen ingratis ibi, Quanta audiuimus. Tertio dicit quæ ab exitu de Aegypto fecit eis, nec tamē resipuerunt, ibi, Corā patribus eorū, &c. alias partitiones suis locis exequemur. Etiā loquitur in hoc psalmo fidelis synagoga, quæ malis exprobrat. Vt autem maior reuerentia & auctoritas verbis suis addatur: primo inducit ipsum dominum loquentem sic, ô,

Ex Cass. in cōclusione psalmi.

1. Cor. 10.

Ex Aug.

Ex Cass.

Ttēdite popule meus legē meā: inclinate aurem vestram in verba oris mei.

POPVLE meus] qui mihi, scilicet obedis. Vel ô vos q estis [POpulus meus] Nos, scilicet sumus populus ille qui & cōgregatio Christi sumus [ATTENDITE] corde [LEGEM meam] id est, veritatē rei, quæ in figuris tegitur, hoc dicit deus, qui legē dedit. Et qualiter subdit [INCLINATE] per humilitatem [AVREM vestram] cōrdis, & sic bene attēdetis. Timor enim infusa repellit, vnde pręceptum fuit in veteri lege altare domini cōcauum fieri, & quadrangulum: vt mēs nostra quatuor munita virtutibus. Per humilitatē fit concaua ad receptaculū diuini verbi. Inclinate dico [IN verba oris mei,] id est, ad intelligendum verba Asaph, os nanque dei est Asaph, qui inferius locuturus est ista, Quanta, &c. Ideo attendite, quia,

Ex Cass. & Augu.

Ex Aug. bic & Beda 1 Exo. cap. 27.

Ex Cass.

2 Aperiā in parabolis os meum; loquar propositiones ab initio.

APERIAM in parabolis os meum] quæ āpertę sunt, quia parabolæ sunt rerum similitudines, cum per rerum adductam similitudinem, quod de illis dicitur, de aliis intelligitur. & [LOQVAR] pēr Asaph [PROPOSITIONES,] id est ænigmata [AB initio] veteris testamenti, ex quo de Aegypto exierunt. Sunt autem propositiones, quæ Græce appellantur problemata.

Ex gl. int. & Aug. & Cass.

Ex Aug.

Quæstiones aliquid disputatione soluendú habentes. His ergo vigilantia adhibēda est, vt earum fructus intelligendo percipiatur, quæ hebraice dicuntur ęnigmata.

PARS II. 3 Quāta audiuimus & cognouimus ea: & patres nostri narrauerút nobis.

Ex Hier. QVANTA audiuimus] Secundā pars, vbi summatim dicit, quæ Iudæis deus fecit, tamen ingratis sibi, & sic si non eis prodest, tamen filiis ne fiāt sicut patres. Et notandum quod prius in homine deus locutus est. Nam verba dei fuerút prædicta, iam homo ipse loquitur. Verba enim hominis sunt ista [QVANTA audiuimus] Illud prędictum dixit deus ex se ne eius locutio in homine post eum loquente contemneretur, admi-

Ex Cass. & Aug. ratiue ergo dicit, Quāta, ꝓptēr multitudinem, Audiuimus, in veteri testamento prædicta [ET cognouimus eum] in nouo testamento impleta. [ET] à quibus audiuimus: ecce [PATRES nostri narrauerút nobis] sicut Moyses & ꝓphetæ, quod etiam iste præuidet, scilicet quod patres narrauerunt filiis. Narrauerunt dico,

4 Nó sunt occultata à filiis corú in generatione altera.

Ex Cass. NON sunt] hæc [Occultata à filiis corú] spiritualibus,] quod postea exponit [IN altera generatione] & gentium, quæ ex aqua & spiritu sancto generatur in qua data est regeneratio.

5 Narrantes laudes domini & virtutes eius: & mirabilia eius quæ fecit.

Ex Aug. NARRANTES laudes domini] talis est ordo verború. Laudatur dominus vt ametur [ET

Ex Cass. VIRTVTES] vel, Potentias eius, id est, liberationes, quibus populum liberauit sæpe [ET mirabilia eius] scilicet quod pauit populum in deserto, quod hostes eius vicit [QVAE fecit] nó modo promisit.

6 Et suscitauit testimoniú in Iacob: & legem posuit in Israel.

Ex Aug. ET suscitauit testimoniú] Hoc testimonium est initium, de quo supra dixit loquar propositiones ab initio. Initium est ergo vetus testa-

Eccle. 1. mētum, quia ibi timor est, qui est initiú sapien-

Rom. 10. tiæ. Finis verò est nouum testamentú, quia hic

Rom. 5. est Christus, qui est finis legis ad iustitiam omni

Ioan. 4. credenti: qui dat spiritum, quo charitas diffunditur in cordibus nostris quæ cósummata foras mittit timorē. Huius autē noui testamenti testimonium dicitur vetus lex, quia nouú testam. ha-

Exod. 4. bet testimoniú à lege & prophetis. Vnde tabernaculú domini testimonii dicebatur illud quod tot mystica figurabat. Testimoniú ergo dicitur vetus testam. inquantú probat, lex inquantum iubet. Idem ergo significatur per testimoniú & per legē. Sed alia & alia ratione. Ita idem intelligitur per Iacob, & per Israel, scilicet populus

Ex Aug. Iudaicus. Ait ergo [ET suscitauit in Iacob] .i. in populo Iudaico [TESTIMONIUM] .i. legē. Suscitauit dico, quia per illud testimoniú peccatum quod latebat apparuit & reuixit. Vnde Aposto- Rom. 7.
lus, Peccatum vt appareat peccatú, per bonum operatú est mihi, mortē. Deinde repetit [ET legem] hoc est testimonium [POSVIT in Israel,] hoc est in Iacob. Posuit dicit, quasi iugú, ne vaga voluntate errarent. Interest ergo aliquid inter suscitauit, & posuit. Aliud enim notat suscitauit, aliud posuit. Sicut diximus. Lex ergo, & bene vtētibus testimonium est, quo fugiāt peccata: & male vtentibus, quo conuincantur puniendi & peccatores, sicut Christus credētibus 1. Pet. 2.
est lapis in caput anguli, non credentibus est lapis offensionis. Vel ita, Suscitauit testimoniú, id Gen. 32.
est, legem in Adam, quasi mortuam & sopitam, In Iacob .i. in populo Iudæorú reformādo scri- Ex Alcu.
ptis, quod mentibus obcęcatis obsoleuerat. Vel forsan tēstimonium dicit illud quod accidit Ia- Ex Cass.
cob, quando cú angelo luctatus tacto fœmore claudicauit, quod significat Iudęos: partim fide constare, partim à salute discedere. Et ita huius rei testimoniú fuit, quod Iacob accidit. Ecce parabola. Hoc autē testimonium suscitatur dú lex scribitur, quia prius ignorantia sopitú erat, sed ex tunc, & ipsum signú in memoria fuit, & res figurata, ex tunc cœpit. Et hoc est, Et suscitauit testim. in Iacob. i. illud qđ accidit Iacob in signum, prius sopitú ignorantia. Et quādo suscitauit? quando, Legē posuit in Israel, in qua lege,

7 Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filiis suis, vt cognoscat generatio altera.

QVANTA mandauit patribus nostris] Hī Ex Aug & Cass.
sunt antiquus populus, qui accepit mandatú à deo, & tamen non nouit vel fecit, ad quid ergo mandauit? [NOTA facere ea filiis suis] filii sunt nouus populus noui test. qui mandata nouit & fecit, quod quasi exponendo subdit. ad hoc acceperunt, vt [GENERATIO altera .s. de gētibus collecta [COGNOSCAT] spiritualiter quod ipsi patres nó nouerút. Et sunt idem filii & generatio altera .s. populus gratiæ, & cognoscentes.

8 Filii qui nascentur & exurgét, & narrabunt filiis suis.

FILII] .i. Christiani, [QVI nascentur] post Ex Cass. & glin.
ea secundo, ex aqua & spiritu sancto [EXVRGENT] sursum hābentes cor. qui verò nati sunt, & non renati, non surrexerút. i. non sursum est cor eorum, sed in terra fuit [ET narrabút filiis suis,] id est posteris, per generationes: trāsmissa sunt mādata dei, ne quis putaret vni data, ad quid?

9 Vt ponant in deo spem suam, & non obliuiscātur operum dei, & mandata eius exquirant.

VT ponāt in deo spem suam] Hæc ēst vtili- Ex Cass. & Alcu.
tas paternæ prædicationis, In deo, non in lege quæ punit ne suam iustitiam constituant [ET non obliuiscantur operum dei] iactando opera sua, quæ nulla sunt, nisi à deo vel colendo idola vt fecerunt Iudæi idola colentes. Deinde ostendēs quę sit vera dei recordatio subdit [ET man-

Ex Aug. data eius exquirant] ōperando, qui dicti sunt supra cognouisse: modo dicitur vt exquirant vt sperantes in deo, ab eo adiuuentur ad implendum opere mandata. Dico exquirant,

10 Ne fiant sicut patres eorum: generatio praua & exasperans.

Ex Cass. & Alcu. NE fiant sicut patres eorum] scilicet Iūdęi, scilicet [GENERATIO praua] quæ veritatem non recepit [AT exasperans] deum, adeo
Ezech. 2 & 12. vt in saluatorem armarentur, quod fuit super omnes acerbitates. Vnde per Ezechielem dominus dicit, Vade, & dic domui exasperāti &c. Et quia praua, ideo est,

11 Generatio quæ nō direxit cor suum: & non est creditus cum deo spiritus eius.

Ex gl. int. & Cassio. GENERATIO quæ non direxit cor suū.] id est distorta. Vel ita continua, Ideo praua est
Ex Alcu. generatio, quia est, Generatio quæ non direxit cor suum, & si mănum ad diuina, vt se corrigeret. Distortum enim cor habet, qui praué intellecta non corrigit, & quę natura docet, nō perficit. Cur talis est illa generatio? [ET] .i. quia, [NON non est creditus cum deo spiritus eius.] id est si ratio quandoque bene suasit, non acquieuit ei. Vel ita, ideo talis est generatio, quia,
Ex Aug. Non est creditus cum deo spiritus eius, quia nō habebant fidem, quæ impetraret, quod lex imperat. Sed quasi ex operibus iustitiam quærebant. Quando autem cum spiritu dei operante, spiritus hominis cooperatus, tunc fit quod deus iubet. Et hoc non fit nisi credendo in eum qui iustificat impium, quam fidem non habuit generatio praua & amaricans. Et ideo dictum est, Non est creditus cum deo spiritus eius. Multo enim hoc expressius dicit vt significet gratiam dei, quæ non solum facit remissionem peccatorum: sed & cooperari facit sibi spiritum hominis in bonis operibus, quasi diceret, non credidit deo spiritus eius. Habere enim cum deo spiritum creditum, est non credere spiritum suum sine deo posse facere iustitiam, vel aliquid boni. Sed cū deo, quod est credere in deum: quod vtique plus est quàm credere deo. Nam credimus etiam homini, sed non in hominem. In deum credere, est ei credendo adhærere ad bene operandum. Vnde Apostolus, Qui adhæret deo, vnus spiritus est cum illo. Illa autem generatio, cuius exemplum cauendum est. Et si credidit deo, non tamen in deum, quia nō fide adhæsit deo, vt ab eo sanata cooperaretur, cooperante in se deo.

12 Filii Effrem intendētes & mittentes arcum: conuersi sunt in die belli.

Ex Hay. FILII Effrem] q.d. Vēre praua & distorta,
Ex Aug. quia etiam, Filij Effrem, dē quibus minus videretur [INTENDENTES & mittentes arcū] id est promittentes seruare mandata in die auditionis, scilicet quando deus de aliqua aduersitate eos clamantes audiebat, quasi pręludentes armis [CONVERSI sunt in die belli] id est defecerunt in die tentationis. Nihil enim est aliud tendere arcum, & mittere, & cōuerti, in die belli, nisi attēdere & promittere in die auditionis, & deserere in die tētationis. Et hoc est quasi ꝑludere armis, & ad horam certaminis nolle pugnare: quod vero ait, Intendentes & mittentes arcū, cum potius videatur debere dixisse, Intendētes arcū, & mittētes sagittas. Non enim arcus mittitur, sed ab arcu aliquid mittitur: figuratē dictum accipiamus, Mittentes arcum, quia aliquid mittunt arcu. Vel obscurus est ordo verborum, vt iste sit ordo, Intendentes arcū & mittentes, subaudis sagittas. Nonnulli tamen Græci codices habent, Intendentes & mittentes arcubus, vt sine dubitatione subaudiamus sagittas. Per filios vero Effrem, qui dictus est & Effraim totam illam gētem amaricantē intelligi voluit, à parte totum significans: quod ideo est, quia ab his potissimum aliquid boni expectādum fuit.
Sunt enim de illo filio Ioseph nati, cui Iacob benedicens dexteram imposuit: quamuis ad sinistrā Gene. 48
constituto, & Manasse maiori filio Ioseph præposuit, quādo cancellatis manibus vtriq; benedixit, dexteram super Effraim, & sinistram super Manassem statutū, ad dexteram ponendo. Cum autem hæc tribus hic culpatur, nec apparuisse in ea ostenditur quod illa benedictio promittebat. Patet Iacob tunc figurasse, quod nouissi- Matt. 20
mi essent primi, & primi nouissimi, per aduentum saluatoris. De quo Ioannes ait, Qui post Ioann. 1.
me venit ante me factus est: Sic & Abel maiori Gene. 4
fratri prælatus fuit, Isaac Ismaeli, Iacob Esau cū Gene. 21
gemino suo, Prius tamen nato, & Phares Zarā, & 25.
qui prius manū emisit. Et Dauid fratribus suis 1. Reg. 16
maioribus: sic populo Iudæorum, prælatus est populus Christianus. Totam itaque gentē prauā à parte esse significans, ait, Etiam filij Effrem intendentes & mittentes arcum, id est arcu aliquid mittentes. Vel, Intendentes arcum & mittentes sagittas, id est promittentes seruare legē, aperte dicentes, Omnia quæcunque dixerit no- Exod. 24
bis dominus faciemus & audiemus. Cōuersi sunt, id est defecerunt, In die belli, scilicet tentationis. Vnde Osee propheta ait, Effraim factus est Osee 7
quasi columba insipiens: quia promissionem o- Ex Hier.
bedientiæ non auditio, sed tentatio probat. Ita & Aug.
conuersi sunt, quia

13 Non custodierunt testamentū dei: & in lege eius noluerunt ambulare.

NON custodierunt testamentum dei] nōn Ex Aug.
quod non possent, Sed quia noluerunt. Vnde subdit, [ET in lege eius noluerunt ambulare] & si quandoque ambulent, tamen nolunt, quia non ex corde faciunt. Agunt enim quæ mallēt non præcipi sibi, ex corde autem nullo modo fit, quod fit ex formidine pœnæ, non dilectione iustitiæ, Pares sunt manu, sed non corde, qui nō furantur, timore pœnæ, & amore iustitiæ.

14 Et obliti sunt benefactorum eius: & mirabilium eius quæ ostendit eis.

ET obliti sunt benefactorum eius, & mirabilia eius quæ ostendit eis.]

PARS III 15 Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra AEgypti: in campo Taneos.

Ex Cass. CORAM patribus eorum.] Tertia pars, vbi iam incipit narrare quæ ab eductione de Aegypto fecit eis deus, non tamen destiterunt à murmure & à tentatione. q.d. [OBLITI sunt mirabilium eius] Ex gl.int. Quorum mirabilium, & vbi factorum? facta fuerunt illa in terra AEgypti. quę sunt? quod interrupit mare, & eduxit eos &c. Et hoc est, [CORAM patribus eorum fecit mirabilia in terra AEgypti] Ex Aug. Qui sunt patres huius prauæ generationis à qua supra filios dissuasit, ne sint his patribus, scilicet prauæ generationi similes. Vnde supra, Ne fiant sicut patres eorum, generatio praua & exasperans. Alij sunt isti patres, alij illi. Sed qui sunt isti patres coram quib⁹ hæc facta sunt? Si Abraham, Isaac, Iacob, accipis istos patres, non coram eis fecit mirabilia in AEgypto, quia iam defuncti erāt, nisi forse spiritu dicas eos esse præsentes, quos dominus in euangelio viuere dicit. (Lucę 20) Vel accommodatius Muses & Aaron, (Num. 11) & alij seniores, qui de spiritu Mosi acceperunt: patres istorum sunt, coram quibus fecit. Et est, Coram patribus, quibus eredendum erat, scilicet coram Mose & cæteris intelligentibus, Fecit mirabilia in terra AEgypti, [IN campo Taneos] Ex Cass. Vt omnem dubitationem tollat, & prouinciam dicit AEgyptum, & locum factorum, scilicet Tanis, quæ est ciuitas AEgypti. Ex Aug. Notandum vero quod ea quæ ibi facta sunt bona vel mala mysticè fiunt & in nobis. Sed bona, gratia dei: mala ex iudicio, propter quod supra monuit attēdere parabolas & propositiones, & spem in deo ponere, ne simus similes illis. Ex gl.int. & Aug. AEgyptus ergo quæ interpretatur tenebræ vel tribulatio, mundus est. Tanis vero, interpretatur humile mandatum. Campus vero Taneos, est planities humilis mādati. Ex Cass. Sicut ergo tunc deus coram patribus illis mira fecit: sic Christus in terra positus coram patribus noui testamenti, humile mādatum docuit dicens, (Matth. 11) Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Ex Aug. In mundo ergo humile mandatum accipimus à Christo, vt in futuro exaltemur.

16 Interrupit mare & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vtre.

Ex Cass. INTERRVPIT mare] quasi nōn esset liquidum [ET perduxit eos] ad terram, [ET statuit aquas quasi] clausas [IN vtre] Ex Aug. Mysticè qui tūc stare fecit aquas, & traiecit eos, (Exod. 14) cohibet fluida concupiscentiarum, cum renunciatur seculo, vt peccatis omnibus deletis populus fidelis traiiciatur ad terram promissionis per baptismum.

17 Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.

Ex gl.int. ET] post [DEDVXIT eos] priusquam poneret in patriam [IN nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis] Ex Aug. sic & fideles post baptismū ducit spiritali itinere antequam ponat in patria, sacramento eius manifestato, in hoc seculo quasi in die per nubē. i. carnem. In iudicio vero quasi in nocte, In illuminatione ignis, quia tūc magna tribulatio tanquam ignis lucebit iustis, & ardebit iniustis. Vel ita secundum allegoricū sensum, Et deduxit eos &c. Hoc futurum indicabant. (Ex Cass. & Alcu.) Dies enim Christus est, tamen nube carnis celatur perfidis. Et sicut columna nubis erat eis vel illis vmbraculum contra calorem solis: sic per incarnationem dat nobis refrigerium cōtra æstum vitiorū. Et tota nocte, id est toto tempore vitæ, In illuminatione ignis, id est in claritate sui luminis, quę illuminatio est ignis, spiritus sancti.

18 Interrupit petram in eremo: & adaquauit eos velut in abysso multa.

INTERRVPIT petram] Prius āqua maris stetit, quasi petra, modo petra fit fons. (Ex Aug.) Et hoc [IN eremo] vbi necesse est vt gratius fit munus. [ET adaquauit eos] quasi pecora, nō homines, quia non egerunt gratias [VELVT in abysso multa] per hoc copiam notat. Mysticè de petra etiam quæ est Christus, qui dicit, Si quis sitit veniat ad me, & bibat: (Ex gl.int. & Aug.) cuius latus in cruce ruptum fuit. Et hoc, In eremo huius seculi, educit deus sitienti fidei fluenta spiritus sancti, accedente ligno crucis cum virga Mosi, vt gratia manaret credentibus.

19 Et eduxit aquam de petra: & deduxit tanquam flumina aquas.

ET eduxit de petra] quod mirum est [AQVAM] quæ sequebatur eos quocunque ibāt, (Ex Cass. & Haym.) [ET deduxit aquas] nō parum, sed [TANQVAM flumina] id est copiosè. Mysticè, Sic & aqua quę de Christo prodit, nulla minutione deficit, vt sit fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam. (Ex Cass. Ioan. 4.)

20 Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram cōcitauerūt excelsum in inaquoso.

ET apposuerunt] q.d. Hæc fecit illis deus. (Ex Haymone) Et, tamen illi, scilicet praua generatio, Apposuerunt [ADHVC peccare ei] id est non credere, (Ex Aug. & Cass.) id est adiecerunt vt inter tot beneficia nō crederent, quod vt maximum intelligeretur peccatum, cum dominus dixisset in euangelio, Spiritus arguet mundum de peccato, (Ioann. 16) continuo exponendo subiunxit, de peccato quidem, quia nō crediderunt in me. Sicut ergo peccatum dicis sibi, non credere. Ita & hic peccare dicit, nō credere. [IN iram concitauerunt excelsum] nōn credentes deum, sibi difficilia posse facere, (Ex Alcu.) qđ grauissimū est apud deum mysticè, sic nos absoluti per baptismum, quandoque prouocamus ad iram deum. Et hoc [IN inaquoso] vēl in siccitate, alia litera, scilicet vel in aliqua eremo, ad literā, vel potius in seipsis, ab humore gratię siccis: (Ex Aug.) quia licet pleni essent ventres aqua de petra, tamen erant aridę mentes. Ergo hoc debet intelligi plus de siccitate cordis quām corporis

Ex gl.int. vel loci. Quõmodo concitauerunt excelſum in
iram? ecce,

21 Et tentauerunt deum in cordi-
bus ſuis: vt peterent eſcas anima-
bus ſuis.

Ex Aug ET] id eſt quia [TENTAVERVNT deũ
& Caſſ. in cordibus ſuis, vt peterẽt eſcas animabus ſuis]
id eſt peterent vitæ ſuæ carnales eſcas, non
ſpirituales, Et eſt ſenſus, Non credendo pe-
tierunt eſcas, quod eſt tentare deum: tentare e-
nim eſt doloſè poſtulare, vt in verbis ſit ſimpli-
Ex Aug. citas, cum in corde ſit malitia. Myſticè, Sic &
multi hodie cum tentatione quærunt à deo ſa-
pientiam.

22. Et male locuti ſunt de deo: &
dixerunt, Nũquid poterit deus pa-
rare menſam in deſerto?

Ex Caſſ. ET] tũnc [MALE] id eſt falſa [LOCVTI ſunt
de deo: dixerunt, Nunquid poterit deus parare
menſam in deſerto?] q.d. non. Hęc diffidẽtia deo
Ex Alcu. iniuria eſt. Myſtice, Menſa, refectionem ſapien-
tiæ vel corpus Chriſti ſignificat. Vnde, Multi
diffidunt.

23 Quoniam percuſſit petram &
fluxerunt aquæ, & torrentes inun-
dauerunt.

Ex Caſs. QVONIAM percuſſit] q.d. Põterit deus il-
lud, quia & hoc aliud potuit. [QVONIAM per-
cuſſit petram & fluxerũt aquæ, & torrentes in-
Ex Hay. undauerunt.] Eccẽ exemplum potẽtiæ dei dãt,
& de ſimili deſperant. Vnde & ex eorũdem per-
ſona ſubdiunt,

24 Nunquid & panẽ poterit da-
re: aut parare menſam populo ſuo?

NVNQVID] ſic [ET panem poterit dare,
aut parare menſam?] id eſt copioſam refectio-
nem [POPVLO ſuo] ſcilicet tot hominibus.
q.d. Non.

25 Ideo audiuit dominus & diſtu-
PARS IIII lit: & ignis accenſus eſt in Iacob, &
ira aſcendit in Iſrael.

Ex Caſſ. IDEO audiuit.] Quarta pãrs, vbi dicit quod
& Aug. dilata vindicta deus dedit prius quæ petebant,
ne videretur non poſſe. q.d. petierunt hoc, & ne
videretur nõ poſſe, [IDEO audiuit dominus]
dando eis rogata, [ET diſtulit] pœnam dans
prius quod petebant, licet tẽtando, ne videretur
non poſſe, [ET] poſtquam dedit, [IGNIS] id eſt
ira dei [ACCENSVS eſt in Iacob] Deinde ex-
ponit, dicens, [ET ira dei aſcendit in Iſrael] cur?

26 Quia nõ crediderunt in deo:
nec ſperauerunt in ſalutari eius.

Ex Caſſ. QVIA non crediderunt in deo] vel deum,
[NEC ſperauerũt in ſalutari eius] Chriſto quod
poſſet dare.

27 Et mãdauit nubibus deſuper:
& ianuas cæli aperuit.

ET mandauit] Vtrũque breuiter poſitum, ſci- Ex Aug.
licet & quod audiuit, & quod ira aſcendit, aper-
te hic incipit narrare. Et prius quomodo au-
diuit exequitur: poſtea in ſequenti parte, quo-
modo vindicauit. q.d. Ita audiuit, [ET] .i. quia,
[MANDAVIT nubibus deſuper, & ianuas cæ-
li aperuit.]

28 Et pluit illis manna ad man-
ducãdum: & panem cæli dedit eis.

ET pluit illis manna ad manducandum] Ex Hay.
Quid dixerit manna ſuprà ponit. [ET panem & gl.int.
cæli] id eſt manna, id eſt non labore humano pa-
ratum [DEDIT eis.]

29 Panem angelorum manduca-
uit homo: cibaria miſit eis in abun-
dantia.

PANEM angẽlorũ manducauit homo] No- Ex Aug.
mine ſignificati intelligitur ſignificans, id eſt mã- & Haym.
na, quo ſignificatur panis angelicus .ſ. Chriſtus,
[ET cibaria miſit in abundantia] ſcilicet quæ Ex Caſſ.
ab auidis non poterant conſumi. Myſtice hæc Ex Caſs.
omnia, vt ſub hiſtoria veteris teſtamenti gratia & Alcu.
euangelica declaretur. Et mãdauit nubibus deſu-
per, id eſt prædicatoribus, Et ianuas cæli ape-
ruit, Ianuæ cæli ſunt prædicatores, quibus intra-
tur in cælum. Vel ſcripturæ ſacræ, aperuit autẽ
has ianuas, quia ſuis dedit ſpiritum vt intellige- Lucæ 24
rent ſcripturas eorum. Et pluit illis manna ad Ex Caſſ.
manducandum. Manna interpretatur, quid eſt Exod. 26
hoc? & ſignificat panem qui de cælo deſcendit, Ex Aug.
id Chriſtum, vel corpus Chriſti, qui eſt verè ci-
bus angelorum, quo incorruptibiles incorrupti-
biliter paſcuntur: quem vt manducaret homo,
verbum caro factum eſt, qui per nubes euangeli-
cas pluitur toti mundo, & apertis cordibus eo-
rum: quaſi cæleſtibus ianuis credenti eccleſiæ
prædicatur, non tentanti ſynagogæ. Bẽne autẽ Ex Caſs.
dicitur mãna, quid eſt hoc? quia hic cibus admi-
rando perquiritur, & tamen eſſe corpus Chriſti
ſcitur, Panem cæli dedit eis, panem angelorum
manducauit homo, Panis cæli non alter eſt quã
Chriſtus, de quo cæleſtes, id eſt angeli reficiun-
tur eius contemplatione. Et hunc panem, id
eſt verbum, quo grandi cibo paſcuntur angeli Ex Alcu
per carnem factum lac edit homo.

30 Tranſtulit auſtrum de cęlo: &
induxit in virtute ſua africum.

TRANSTVLIT] q.d. Quomodo miſit? ec- Ex Hay.
ce, Trãſtulit [AVSTRVM de cælo] vt inferius & Alcu.
flaret [ET induxit in virtute ſua africum] illum Num. 21
alium ventum, quia ibi ſunt coturnices.

31 Et pluit ſuper eos ſicut pulue-
rem carnes: & ſicut arenam maris
volatilia pennata.

ET pluit ſuper eos carnes] ſcilicet cotur- Ex Hay.
nices [SICVT puluerem] hoc eſt abundè. Car- & Rem.
nes quas dedit, ſubdit [ET ſicut arenam ma-
ris volatilia pennata.] Ideo mirum fuit, quod
cum eſſent volatilia pennata pro voluntate ea
capiebant. Sed quare hoc eſſet, ſubdit,

32 Et ceciderunt in medio castro
rum eorum, circa tabernacula corũ.

Ex gl.int. ET ceciderunt in medio castrorum eorũ]
& Cass. duobus cubitis super terram volãtia, vt nec dif
ficultas capiendi esset eis [CIRCA tabernacu
la eorũ] itinere vnius diei, ex omni parte cotur-
Ex Aug. nices erant. Hæc õmnia mysticè, per austrum &
Aphricum intelliguntur prædicatores, quos
transfert deus de cælo ad terras, quando descen
dentes à maioribus, minoribus minora indicãt.
Et est, Transtulit austrum, id est prædicatores
1 Cor. 3 de cælo ad terras. Vnde Apostolus, Non potui
vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carna
libus. Et induxit Aphricum, id est feruentes &
lucentes prædicatores, In virtute sua. Ne ergo
sibi det africus, quod ex deo habet. Et pluit su-
per eos carnes. Sic & paruulam fidem non ten-
tantium, sed credentium pascit deus signis vocũ
carne editis, & per aërem trãscurrentibus quasi
volatilibus. Non tamen ab Aquilone venienti-
bus, vbi frigus & caligo, id est ab eloquentia se-
culi. Sed austro translato ad terras, vt paruuli
audiendo terrestria, nutriantur ad cælestia ca-
Ioan. 3 pienda. Vnde dominus, Si terrena dixi vobis &
non creditis: quomodo si dixero vobis cælestia,
credetis? Vel per carnes intelligitur fides paruu
Ex Cass. la. Et est, Pluit super eos carnes, id est super in-
firmos pluit paruulam fidem, carnëis vocibus e-
ditã. Sicut puluerẽ, pluuia significat hic intelli-
gentiæ subtilitatem, quæ ad superna cõscendit,
Et est, Pluit, ista, Sicut puluerem, id est à mino-
ribus prouehendo nos ad magna & altiora. Et
pluit volatilia pennata, sicut arenam maris. A-
rena innumeram prudentiæ copiam salis sapore
conditam significat. Volatilia pennata, cælestia
sunt desideria, quibus anima pasta pinguescit.
Hæc confert nobis deus, sed non possumus hæc
accipere, nisi intra sepes ecclesiæ, id est nisi in
conformitate fidelium. Vnde subdit, Et ecide-
runt in medio castrorum eorum, circa taberna-
Ex Aug. cula eorũ. Vel per hoc significat quod venti, id
& Alcu. est prædicatores sponte veniunt ad homines, &
portant eis verba diuinitus missa, vt in suis sedi-
bus, & circa tabernacula ea homines audiant:
quia in omnem terram exiuit sonus eorum, ad
literam tantum.

33 Et manducauerunt & saturati
sunt nimis: & desiderium eorum at
tulit eis: & non sunt fraudati à desi-
derio suo.

Psalm. 18 ET manducauerunt & saturati sunt nimis]
ventre, non mente. Ecce conuicti sunt qui hoc
Ex Cass. deo impossibile putauerunt, [ET dẽsideriũ eo-
rum attulit eis] licet eis nõ profuerit. Concedũ-
tur enim interdum quæ non prosunt, [ET nõn
sunt fraudati à desiderio suo] quia multi sunt
Ex Cass. vsi illis carnibus quod ideo fãctum est eis, ne im
potentia in deo videretur.

PARS V 34 Adhuc escę eorum erant in o-
re ipsorum: & ira dei ascendit su-
per eos.

ADHVC] Quinta pãrs, vbi ãgit de vindictis Ex Cass.
& simulatis reuersionib⁹ eorũ, factis timore pœ in diuisio
narũ, & tamẽ sententia dei per misericordiã est ne psalmi.
tẽperata. Et notandũ, ꝙ supra exposuit quali-
ter eos audiuit, hic autem dicit quomodo iram
quam distulerat, accendit, dicens, [ADHVC
ẽscę] vel [ESCA] scilicet manna, & coturnices, Ex Cass.
[EORVM] id est peruę & infidelis generatio- & Aug.
nis, [ERANT] vel [ERAT in ore ipsorum: &
ira dei ascendit super eos] Ecce quid supra di-
stulit.

35 Et occidit pingues eorum: &
electos Israel impediuit.

ET occidit pingues eorum] id est superbos, Ex Aug.
de quibus alibi dicitur, Prodijt quasi ex adi-
pe iniquitas eorum [ET ELECTOS Israel] id Psal. 72
est bonos, [IMPEDIVIT] vel [COMPEDI-
VIT] sed ãlios, murmur eorum, vt Moysen, qui Ex Alcu.
pro illorum murmurationibus dubitando dixit,
Nunquid poterimus de petra aquam vobis eij-
cere? Vel murmur eorum, Impediuit electos, Ex Aug.
ne illis prodessent quibus paterno affectu con-
sulere cupiebant. Vel potius, Compediuit,
eos, vt cum eis qui patiebantur ad exemplum
iustitiæ dei, electi quoque sustinerent mole-
stiam ad exemplum patientiæ suæ. Illorum
ergo communis punitio fiebat ad exemplum,
non iustitiæ dei tantum, sed & patientię bono-
rum: qui sensus apertior est ex Græco, vbi non
legitur impediuit, sed compediuit. Sed tamen,

36 In omnibus his peccauerunt
adhuc: & non crediderunt in mira
bilibus eius.

IN õmnibus his] correcti, [PECCAVE- Ex Alcu.
RVNT adhuc] id est peccauit illa praua ge- & Cassio.
neratio. post hæc omnia grauiora sunt peccata,
quæ semper accrescunt, [ET non crediderunt
in mirabilibus eius] dei.

37 Et defecerunt in vanitate dies
eorum: & anni eorum cum festi-
natione.

ET] ideõ, [DIES eorum defecerunt] quasi Ex Cass.
languidi tabe, cum possent credendo in verita- & Aug.
te dies sine defectu habere. Et hoc, [IN vanita-
te] id est pro vãnitate, pro qua citius perierunt. Ex Cass.
[ET dies eorũ defecerunt] existentes, [IN va- & Alcu.
nitate] à simili illius qui in ortu moritur, in va-
num natus. [ET anni eorum cum festinatione]
i. vita, etiam quæ videtur prolixior, cito præ- Ex Aug.
terijt: vnde dicitur alibi, viri impij non dimi- & Cass.
diabunt dies suos. Sed

38 Cum occideret eos quærebãt
eum: & reuertebantur & diluculo
veniebant ad eum.

CVM occideret eos quærebant eum] Non Ex Aug.
ipsi occisi quærebant, sed rẽliqui. sed sic loqui-
tur, quia vnus populus sunt, quasi de vno corpo
re loquitur. Quęrebant autem deum, non pro-
pter æternam vitam, sed timentes occidi, exem-
plo iam occisorũ. Boni vero etiã sine necessita-

Ex Caſſ. te quærunt. Ecce hic agit de ſimulatis Iudæo-
& Alcu. rum reuerſionibus, vnde ſubditur, [ET reuer-
tebantur & ad eum, & veniebant ad eum dilu-
culo] id eſt ſedulo, vel, [ANTE lucẽ] alia litera
ad eſt in nocte manẽtes, non in luce, vnde alibi,
vanum eſt vobis ſurgere ante lucem: pius in lu-
Ex Aug. ce: impius ante lucem rogat. Hæc autem om-
nia faciebant propter temporalia bona acqui-
renda, & vitanda mala. Et ita non deus, ſed illa
colebantur. Hoc enim colitur, quòd diligitur.

39 Et rememorati ſunt quia deus eſt adiutor eorum: & deus excelſus redemptor eorum eſt.

Ex gl.int. ET rememorati ſunt, quia deus adiutor eſt
eorum] in bonis, [ET deus excelſus redemptor
eorum eſt] à malis.

40 Et dilexerunt eum in ore ſuo: & lingua ſua mentiti ſunt ei.

Ex Aug. ET dilexerũt eum in ore ſuo] non in corde;
cũ tamen ei omnia ſecreta nuda & aperta ſunt,
& ſine vllo obſtaculo. quid potius amarent, vi-
Ex Caſſ. debat, [ET lingua ſua mẽtiti ſunt ei] ſic con-
tingit his, qui ſolo timore credunt, non amore.

41 Cor autem eorum non erat rectum cũ eo: nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius.

Ex Caſſ. COR autem eorum] quaſi deus non noſce-
& Aug. ret corda humana, [NON erãt rectum cum eo]
quia non deum propter deum quærebant, [NEC
Ex Hier. fidẽles habiti ſunt in teſtamento eius] quia nec
præcepta obſeruabant, ſicut promiſerãt, & ter-
Ex Aug. rena volebant, non æterna, nõ hæreditatem no-
ui teſtamenti, cuius fides, etiã tunc quando ve-
labatur, in electis erat, modo vero quãdo eſt re-
Matt. 20 uelata, non eſt in multis vocatis. Multi enim vo
cati, pauci vero electi. Iſti autem non erant fide-
Ex Alcu. les, quia non faciebant opera, qui enim vere cre
& Caſſ. dit, opera facit. vnde & fides dicitur eo ꝙ fiãt
dicta, ante dicit, [NEQ fideles habiti ſunt in te-
ſtamento eius] id eſt in præceptis, illi tales.

42 Ipſe autem eſt miſericors, & propitius fiet peccatis eorum: & nõ diſperdet eos.

IPSE autem] deus [EST miſericors, & p-
Ex Aug. pitius fiet peccatis eorum] Ex his verbis mali ſi
bi impunitatem promittunt. Sed ſciendũ quod
miſericordia eſt etiam malis, ſed ante iudicium,
quia facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & ma-
Ex Aug. los. Hæc eſt miſericordia ſiniſtræ, non dexte-
in pſ. 120 ræ: temporalis, non ſpiritualis, quæ communis
eſt bonis & malis. Sic ergo & illi genti prauæ pe
percit deus, ne penitus eam eradicaret: ſed ma-
net in ſucceſsione poſterorum, ſicut Caim acce
pto ſigno, ne quis eum occideret, ideoque cum
dicit, Propitius fiet peccatis eorum, non tantum
de patribus dicit, ſed populi ſucceſsionem atten
dit. Vnde ſequitur, [ET non diſperdet eos] o-
mnino.

43 Et abundauit vt auerteret irã ſuam: & non accendit omnem iram ſuam.

ET abundauit] miſericordia dei [VT iram Ex Aug
ſuam] id eſt pœnam quam incœperat [AVER-
teret] orante Moſe, cũ diceret ei deus, Dimitte
me vt deleã eos, & faciã te creſcere in gentẽ ma
gnam, cui Moſes reſpondit, aut dimitte eis hãc
noxam, aut dele me de libro vitæ [ET non accẽ-
dit omnem irã ſuam] vt penitus extirparet eos,
id eſt non puniuit eos quantum digni erant, vel
põt hoc maxime de bonis accipi, quibus domi-
nus factus eſt miſericors, quando in hoc tempo-
re gratiæ reliquiæ ſaluæ factæ ſunt, Et eſt, Ipſe
autẽ eſt miſericors bonis, ſed ita ſcilicet, Et pro-
pitius fiet peccatis eorum, id eſt populi, qui idẽ
eſt in ſucceſſione filiorum, ſicut poſtea dicit, &
abſtulit eos de Aegypto, & induxit in montem
ſanctificationis, cũ tamẽ non eos quos de Aegy
pto eduxit in mõtẽ ſanctificatiõis induxerit, niſi
in ſucceſſione filiorum: ſic & hic cum dicitur,
Propitius fiet peccatis eorũ, intelligimus etiam
in illis impletũ quòd dicitur: de quibus ait apo-
ſtolus, Reliquiæ ſaluæ fient, quæ credẽt in Chri
ſtum, quod hic prœuidit, vnde ſubdit, Et non di-
ſperdet eos, æterna morte, [ET abundauit] mi-
ſericordia, [VT auerteret iram ſuam] quia reli-
quiæ ſaluatæ ſunt, [ET non accendit omnem
iram ſuam] quia etiam illud peccatum remiſit,
quòd filium occiderunt.

44 Et recordatus eſt quia caro ſũt: ſpiritus vadens & non rediens.

ET recordatus eſt quia caro ſunt] id eſt fra- Ex Caſſ.
giles, mouit pium iudicem fragilitas peccan-
tiũ, [ET ſpiritus] hominis eſt, [VADENS] per
ſe in peccatum, [ET non rediens] per ſe à pec- Ex Aug.
cato. Ideo deus per gratiam reuocat homines,
quiã per ſe redire non poſſunt. Vnde in prouer Prouer. 2.
bijs de via iniquitatis dicitur, Omnẽs qui in ea Luc. 15
ambulant, non reuertẽtur, ſcilicet per ſe, ſed per
gratiam dei reuocabũtur. Hæc eſt ouis errabun-
da, quæ humeris pij paſtoris reducta eſt ad gre-
gem, vel ita, [Et recordatus eſt quia ſpiritus]
hõminis eſt, [Vadens] de hoc mundo, [Et non Ex Caſſ.
rediens] ad corpus in hoc mũdo. Et eſt hic bre-
uis diffinitio mortis.

45 Quotiens exacerbauerunt eum in deſerto: in ira concitauerũt eum in inaquoſo.

QVOTIENS] ſexta pars, dicturus plagas
Aegypti propter eos factas, comparando mãla Ex Caſſ.
eorum beneficijs dei, dicit eos oblitos, & tem-
ptaſſe deum. q. d. pepercit eis. Et licet parceret,
[Quotiẽs exacerbauerũt] vel ita cõtinuã. Quia Ex gl.int.
homo eſt caro, & ſpiritus vadens, [Quotiens] & Alc.
ergo quaſi multotiens, non ſolũ ſupradictis mo-
dis, [EXACERBAVERVNT eum in deſer-
to] vt bona tolleret, [IN ira concitauerunt
eum] vt mala faceret, [IN inaquoſo] vbi po-
tius timere deberent. Repetit eorum infidẽlita- Ex Aug.
tem, quã prædixerat, quòd ideo repetit, vt me-
morẽt, quas plagas intulit deus Aegyptijs pro-
pter eos, vnde deberent eſſe non ingrati. Dein-

de exponit quomodo exacerbauerunt.

46 Et conuersi sunt & tentauerunt deum: & sanctum Israel exacerbauerunt.

ET conuersi sunt] quia pepigerunt, quæcunque Exod.24 quæ præceperit nobis deus faciemus, [ET ten- Ex gl.int. tauerunt deum, & sanctum Israel] id est qui san- Ex Hay. ctificat Israel, [EXACERBAVERVNT] & sic

47 Non sunt recordati manus eius: die qua redemit eos de manu tribulantis.

NON sunt recordati manus eius] id est potētiæ ostensæ, [IN die qua redemit eos de manu tribulantis] id est Pharaonis. Tribulatio solet esse in memoria, sed eis non fuit. Pulchrè au- Ex Cass. tem oppōnit manum dei manui Pharaonis, dicens, Manus eius, & de manu tribulantis, quia Ex Haymone eorum operationes multum differunt. Deinde ōstendit quid non sunt recordati, scilicet non sunt recordati.

48 Sicut posuit in Aegypto signa sua: & prodigia sua in campo Taneos.

SICVT] qualiter, [POSVIT in Aegypto signa sua] signa sunt duris cordib⁹, quasi chara- ExCass. cteris impressa vestigia, [ET] Qualiter posuit, prodigia sua, [IN cāpo Taneos] Prodigia sunt quæ signabant aliqua futura. Tanis est ciuitas, & interpretatur humile mandatum, quod hic nobis necessarium est, vt in futuro erigamur.

49 Et conuertit in sanguinem flumina eorum: & imbres eorum ne biberent.

ET conuertit] hic incipit exponere plagas propter Iudæorum liberationem, in Aegypto fa- Ex Aug. ctas. Et ponit hic decem plagas sicut in Exodo ponuntur decem. aliqua tamē hic addit, quę nō in Exodo continentur, quæ non interpretari possumus, nisi figurate, id est spiritualiter, vbi etiam quæ facta fuerunt, parabolę dicūtur, sicut sæpe solet scriptura, non seriem sequi historiæ, in multis locis, sed alia addere, & quædam mutare pro significatione. prætermittit autē tria, quæ in Exodo leguntur, scilicet ciniphes, vlcera, tenebras. & ponit alia tria quæ ibi non legūtur, scilicet rubiginem, pruinam, ignem. Omnia ergo allegorica interpretatione exponēda sunt. Historialiter autem ea tātum, quæ in Exodo legūtur. q. d. Posuit in Aegypto signa sua & prodigia hæc, scilicet, Et, id est quia, Conuertit flu- Exod.7. minā eorum in sanguinem] ad literam, [ET im- Ex Hay. bres eorum] id est cisternas, [NE biberent] vbi Ex Aug. habemus imbres, alii habēt melius, manationes aquarum, quę dicuntur scaturigines, id est aquæ ab imo ebullientes, quia foderunt Aegyptij, & sanguinem pro aquis inuenerunt. Mystice hoc quoque intelligendum est. aqua ergo in sanguinem versa, significat illos de rerum causis car- Ioan.2 naliter sentire. Sicūt enim alibi, aqua mutatur in vinum, per quod significatur mutatio populi in melius: ita hic mutatur in sanguinem, per quē Ex Cass. caro accipitur, vt significetur, quia spiritualia Exod.8 carnaliter sentiunt. Sequitur secunda plaga.

50 Et misit in eos cynomiā & comedit eos: & ranam, & disperdidit eos.

MISIT in eos cynomiam & comedit eos] quæ dicitur musca cānina. Mystice cynomia ea Ex Aug. nini mores sunt, quia canes nec parentes, quando nascuntur videre dicuntur. Misit ergo in eos caninos mōres, vt non honorarent parentes vel Ex gl.int. prælatos, [ET misit ranam, & disperdidit eos] Mystice rāna est loquax vanitas, & significat gar Ex Aug. rulitatem hæreticorum, quæ est in cœnosis sen & Cass. sibus, vt rana in cœno versatur.

51 Et dedit ęrugini fructus eorum: & labores eorum locustæ.

ET dedit ęrugini] vel [Rubigini fructus eo- Ex Hay. rum] per fructus intelligit ea quæ per se nascun & Aug. tur: hoc autē non in Exodo legitur. Mystica ergo interpretatione tantum hic ponitur. Rubigo enim quam alij ęruginem interpretantur, oc- Ex Aug. culte nocet: quæ comparatur vitio quod diffi- Galat.6. cile apparet, vt est multum fidere de se. Aura enim noxia hæc in fructibus operatur latenter, sicut in moribus superbia occulta est, cum se putat aliquid esse, qui nihil est, [ET labores eorū] Ex Hay. id est sata quæ labore hominū fiunt, dedit, [LO- & Aug. CVSTAE] mystice locusta est malitia, ore lędēs, scilicet infideli testimonio. Locustæ enim se inuicem cōmedentes, significant detractores, qui Ex Cass. alienos fructus inuide rodunt. Ex gl.int.

52 Et occidit in grandine vineas eorum: & moros eorum in pruina.

ET occidit in grandine vineas eorum] id est bona eorum. Mystice grando est iniquitas, res alienas auferens, vnde furtā, rapinę, prædæq; na Ex Aug. scūtur, plus autem suo vitio vastatur ipse vasta- Exod.9. tor. In Exodo prius ponitur grando, deinde lo- & 10. custa. Quæ enim grando non potuit lædere, id est mollia, post dicit Exodus à locustis comesta. sequitur, [ET moros eorum in pruina] qoę mul tum distat à grandine. sed & hoc in Exodo non legitur: Mystice ergo exponitur. Pruina est vitiū quo charitas proximi, stultitiæ tenebris, quasi nocturno frigore congelascit.

53 Et tradidit grandini iumēta eorum: & possessiones eorum igni.

ET tradidit grandini iumenta eorum] Mysticè morte pecorum damnum pudicitię signa- Ex Aug. tur. Concupiscentia quippe qua fœtus oritur, communis est nobis cum pecoribus: hanc habere domitam & ordinatam pudicitiæ virtus est: hāc autem laxare ad omnes motus, mors animæ est. Morte igitur pecudū stultōrum occasus o- Ex Cass. stenditur, qui velut bestialiter viuentes motus il Ex Aug. licitos continentiæ freno non cohibent, [ET possessiones eorum igni] nec hoc in Exodo legitur, sed mysticè tātum intelligere cogimur. Ignis ergo qui non in Exodo, nisi cum grandine in

fulgoribus vt fructus læderet accipitur:qui tamen non legitur possessionẽ incendisse,significat immanitatem iracũdiæ, qua etiam fit homi Ex Cass. & gl.int. cidum. Vẽl ignis est cupiditas,quę possessionem id est statum mentis,& quicquid boni est,ex do ce naturæ vastat.

54 Misit in eos iram indignationis suæ,indignationem, & iram, & tribulationem:immissiones per angelos malos.

Ex Cass. MISIT in eos] Nouem plagas enumerauit, ante vero quàm decimã exponat,ad exaggerationem ipsius decimæ plagæ hoc ponit, quibus ministris.& tunc illę figurales,& nunc istę spirituales plagę contingant,interserit,ostendens ordinem vindictæ, cum subdit, [MISIT in eos iram]nõ vtiq; ad correctionẽ,sed,Iram [INDIgnationis suæ]Exponit quod dixerat,ascendendo.s.misit [INdignationem, &] postea [IRAM] Rom.1 [ET]deinde [TRibulationem] Ecce ordo vindictæ,prius enim peccatis irascitur,quando nõ cõpungimur.Inde malitiam hominis in sua indignatione,ira,& tribulatione derelinquit,vt suis peruersitatibus affligãtur,qui deo non obediũt, vt ibi dicitur: propterea tradidit illos deus in passiones ignominiæ.Indignatio hominis pertinet ad tumidam superbiam:Ira ad nephandã audaciam:Tribulatio ad confusam desperationẽ. Ex Aug. Hæc autem misit deus in eos,non impartiendo malitiam,sed gratiæ subtractione in hæc cadere permittẽdo.Vnde subdit, Et misit in eos[IMmissionem]vel immissiones,[PER angelos ma Ex Cass. los]Cũm enim his prædictis vitijs corrupti fuerint,tunc per diabolos ad immissiones illicitas præcipitantur nudari defensione dei.Vel,Misit in eos indignationem & irã,& tribulationem.s. Immissionem & indignationem dico, & iram & tribulationem immissam per angelos malos. Ex Aug. Iũdicio itaq; dei hæc facta sunt in illis per angelos malos,fiuntq; in malis hominib⁹ in hoc seculo malo,quasi in Aegypto & cãpo Taneos: vbi humiles esse debemus,donec veniat seculum quo exaltemur. Quod autem in hoc psalmo de malis angelis dicitur,non transitoriè prætereũdum videtur. Sciendũ itaq; quod & malis angelis deus vtitur bene conuenienter & iustè, quos quidẽ quãrum ad substãtiam ipse bonos fecit, malos vero ipse non fecit: sicut & homo bonis creaturis dei male vtitur. Vtitur enim deus malis angelis,non solũ ad puniendos malos, sicut 3.Reg.22 in rege Achab,quem fallaciæ spiritus seduxit vt caderet in bello: verum etiam ad probandos & manifestandos bonos sicut fecit Iob.Nam sicut Iob 1 homo bonus & malus vtitur visibili materia elementorum,scilicet terra,aqua,aẽre,igne,pro modo suo, non solum in necessarijs, sed etiam superfluis & ludicris,& artificiosis operib⁹: Sic angeli boni & mali elementis vtuntur eisdem, prout cuique potestas est , quæ est eis amplior quàm hominibus:& maior est bonis,quàm malis:tamen secundum nutum dei,sed diuerso modo.In malis nanq; hominibus potest diabolus, vt in suo pecore vbi prohibeatur à maiori,scilicet à deo. In bonis autem non potest, nisi permittatur ad probandum, non ad perdendum: sicut homo vt de pecore alieno faciat quod vult, potestatem expectat sibi dari ab eo cuius est. Notandum etiam, quia per bonos angelos punit deus malos,sicut Sodomã.Sed iustos per eos probari nõ mihi occurrit, & obstinatio ergo in AEgyptijs facta est per angelos malos, quibus amica sunt vitia & mala morum significata per plagas eorũ:per eosdem immissa sunt. Cum enim deus tradidit illos in concupiscentiam:illi sunt ministri vt in materia sui operis. Possumus ergo sine dubitatione malis angelis attribuere, mortes pecorum,mortes primitiuorum, & obdurationem Aegyptiorum.Hanc enim iniquissimam & malignissimam obstinationem deus facere dicitur,non instigando vel inspirando, sed deserendo facit, vt illi operentur in filijs diffidentiæ, quod deus debitè iusteque permittit. Ea vero quæ mirabiliter de creaturis facta sunt malis angelis tribuere nõ audemus. Nam si ideo attribuuntur dæmonibus, quia pœnæ infligebantur:consequens est,vt etiam Sodomam per angelos malos euersam esse credamus, & eosdẽ ab Abraham & Loth hospitio susceptos, quod absit.Per angelos ergo malos punit deus bonos & malos homines,sed bonos tantum corporalibus pœnis:malos autem corporalibus & spiritualibus:per bonos vero angelos,malos homines tãtum punit, & corporalibus non spiritualibus pœnis.

55 Viam fecit semitę iræ suæ,non pepercit à morte animarũ eorũ:& iumenta eorum in morte conclusit.

VIAM fecit semitæ] Ostendit vnde hæc licẽtia sit malis angelis.q.d,His inimicis,Fecit viã, id est amplitudinem & manifestationem semitę Ex Aug. & Haym. & Cass. [IRAE suæ].s.occultę æquitatis suæ, qua deus iratus erat AEgyptijs. Aliter enim non liceret diabolo illa immittere.qui dicitur semita irę,eo quod semita recta & occulta est.Erãt enim semitæ iræ dei, quę occulta æquitate puniret AEgyptiorum impietatem. Cui semitæ fecit viam, Ex Aug. vt eos quasi ex abditis per angelos malos produceret in aperta scelera, & sic in euidentissimos impios euidentissimè vindicaret. [ET non pepercit à morte animarum eorum] vel animabus eorum,[ET iumenta eorum in morte conclusit]Iumenta cum dominis.q.d.purificauit,quia Ex Hay. similes erant iumentis. quod melius aperit, cum subdit,

56 Et percussit omnem primogenitum in terra AEgypti : primitias omnis laboris eorum in tabernaculo Cham.

ET percussit omnem primogenitum in terra AEgypti] id est primogenita de omnibus.s. Ex gl.int. tam hominibus q̃ iumẽtis animalibus percussit. Hæc ẽst decima plaga.s.mors primitiuorum.Mysticè mors primitiuorum, est amissio ipsius iu- Ex Aug. stitiæ,qua quisque humano generi socialis est. Sed siue sic se habeãt harum rerum figuratę si-

Ex Aug. sermo. 59 de tẽpore & hic. Exod. 8. 9 & 10. Deute. 6. gnificationes, siue aliter. Sciẽdum quod decem plagis percussi sunt AEgyptij cõtra decẽ præcepta scripta in tabulis, quibus rigatur populus dei, de quibus plagis & præceptis, per contrariũ inter se comparandis, quoniam alibi diximus, expositionẽ psalmi huius in his onerare, nõ est opus, tantũ hoc admonemus: quia & hic decem plagæ, licet nõ eo ordine quo in Exodo ponuntur, sed pro tribus quę in Exodo sunt. i. Cyniphes, vlcera, tenebræ, quę nõ sunt hic. Aliæ tres sunt hic, quæ nõ ibi. i. rubigo, pruina, ignis: talia pro cõgrua intelligentia frequenter variantur.

Ex Cass. Vel primogenitum, sunt summa mãdata, vt diliges deũ ex toto corde, & cętera huiusmodi, quibus non seruatis orbamur prole rationis. [ET percussit primitias omnes laboris eorũ]. i. frumẽti & huiusmodi. i. omnia quæ ad victũ, vel ad solatium sunt hominũ, vastata sunt. Et hoc, [IN tabernaculis Cham] vbi non erant Iudæi.

PARS VII

57 Et abstulit sicut oues populum suum: & perduxit eos tanquam gregem in deserto.

Ex Cass. ET abstulit] Sẽptima pars, vbi dicit quod Iudæos de AEgypto eductos, induxit in terram promissionis, & item offendunt. Et hoc est, [ET abstulit] de AEgypto [POPVLVM suũ sicut

Ex Aug. oues] Hoc fecit in decima plaga. Mysticè hoc & in nobis intus fit, vbi eruti de potestate tenebrarum mente transferimur in regnum dei, oues in spiritualibus pascuis. [ET perduxit eos tan-

Ex gl. int. quam gregẽ in deserto] quod erat inter mare &

Ex Aug. AEgyptũ. Mysticè & nos perducit in desertum huius sæculi laborantes.

58 Et deduxit eos in spe, & nõ timuerunt: & inimicos eorum operuit mare.

Ex Aug. ET deduxit eos in spe, & nõ timuerunt] Ita & nos spe salui facti sum⁹, nec timere debemus, [ET inimicos eorũ operuit mare] ita & in baptismo deleantur peccata nostra.

59 Et induxit eos in montem sanctificationis suæ: montem quem acquisiuit dextera eius.

Ex Cass. & Aug. ET induxit eos in montem sanctificationis suæ] ad literam, in montẽ Sion, non tamen eosdẽ, personaliter induxit quos de AEgypto abstulit: sed eos nomine & gente significat, tamen multi ad sanctã ecclesiam, quam mauult intelligi, conuersi sunt. Ipsa enim est mons quẽ Christus acquisiuit. s. [IN mõtem quem dextera eius acquisiuit] ad literam. Inde expellendo gentes, allegoricè Christus ecclesiam acquisiuit.

60 Et eiecit à facie eorum gentes: & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.

Ex gl. int. ET eiecit] à terra promissionis [GENTES à facie eorum] . i. à præsentia eorum. i. Iudæorũ.

Ex Cass. Ex Aug. Mysticè gẽntes sunt vitia & errores, vel maligni spiritus, quæ omnia Christus eiecit à facie fidelium [ET sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis] Historia patet. Mysticè per hoc significatur, quod in nobis omnia operatur vnus & idẽ spiritus, diuidens singulis prout vult.

61 Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.

ET habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel] Mysticè in cælestem gloriam. Vnde angeli eiecti sunt. Pẽr gratiam Christi subleuamur, qui sumus tribus videntium deum: vel in quibus prius regnabant peccata regnant virtutes. Hęc beneficia fecit eis, & tñ praua generatio beneficijs malè vtẽs, tentauit adhuc. Et hoc est. Ex Aug. Ex Cass. & Alcu. Ex Aug.

62 Et tentauerunt & exacerbauerunt deum excelsum: & testimonia eius non custodierunt.

ET tentauerunt & exacerbauerunt deum excelsum] in terra promissionis [ET testimonia eius non custodierunt.]

63 Et auerterunt se & non seruauerunt pactum: quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum.

ET auerterunt] se à deo, [ET nõ seruauerunt pactum] quod fecerant, dicẽtes omnia quæ dixerit dominus faciemus. [QVEMADMODVM patres eorum conuersi sunt in arcum prauum] Arcus prauus est, qui facile remittitur, & ipsi facile retroibant: & sciendum quia per totũ psalmum loquitur quasi de eisdem personis, tamen nũc de his qui in terra promissionis, quorũ fuerunt patres, qui in deserto amaricauerunt. Vel arcus prauus est, qui non eminus iaculatur, sed in se spicula cõuertit. i. malitia dolosorum, Conuersi sunt, ergo, In arcum prauum, vel peruersum, id est in animi intentionem peruersam, vt contra deum agerent, idola colendo. qui dixerat, Non erunt tibi dij alieni quod planius aperit, dicens, Ex Aug. Ex Alcu. Ex Cass.

64 In iram concitauerunt eum in collibus suis: & in sculptilibus suis ad æmulationẽ eum prouocauerũt. Ex Cass.

IN ira concitauerunt eũ in collibus] . i. in superbis cogitationibus [SVIS] quãdo colere idola pręsumunt. Vnde, Cõcitauerunt. [ET]. i. quia [IN sculptilibus suis prouocauerũt eũ ad æmulationem] . i. in indignationem. Vel secundum aliam literam, In sculptilibus suis æmulati sunt eum, cum honorem dei alij tradunt.

65 Audiuit deus & spreuit: & ad nihilum redegit ualde Israel. PARS VIII

AVDIVIT] Octaũa pars, vbi agit de vltione facta in terra promissionis, quæ etiam retorta est in ipsos, per quos puniuit. q. d. hæc prædicta [AVDIVIT deus]. i. auertit & vindicauit, [ET spreuit] Israel, quo spernẽte nihil sunt, qui per eum totum fuerunt. Et hoc est quod sequitur, [ET ad nihilum redegit valde Israel.] Ex Cass. & Alcu. Ex Aug.

66 Et repulit tabernaculum Sylo:

& tabernaculum suũ vbi habitauit in hominibus.

ET repulit] pro idŏlolatria eorum[TABER
Ex Caſſ. naculum Sylo] Sylo eſt ciuitas, iu qua erat ar-
Ex Aug. ca. Hoc factũ eſt tempore Hely ſacerdotis, quã-
do victi ſunt ab Allophilis, & atca domiui capta
eſt, & ipſi magna ſtrage vaſtati ſunt: ſed cur re-
pulit? ecce, [REPVLIT tabernaculum ſnum
vbi habitauit in hominibus] .i. inter homines.
Eleganter exponit cur repulit tabernaculũ, cum
ait, Vbi habitauit in hominibus, cũ ergo non eſ-
ſent dignę in quibus habitaret, merito repulit ſil
lud, quod non propter ſe, ſed propter illos inſti
tuit. Myſtĭcè ſic & pro peccatis deſerit corpora
Ex Caſs. noſtra: quia nõ habitat in corpore ſubdito pec-
catis, quæ ſpiritus ſanctus dum bene tractantnr
inhabitat.

67 Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum: & pulchritudinem eorum in manus inimici.

ET tradidit in captiuitatem virtutem eorũ,
Ex Aug. & pulchritudinem eorum iu manus iuimiei] Vir
tutem & pulehritudinem eorum dicit arcã. Vn
Ex Alcu. de videbantur inuicti, & ſibi placebant honeſti
inter gentes. Myſticè ſic & in malis arbitrij li-
bertatẽ imminuit, & virtutes abſtulit, qnod non
fit in bonis: licet cũ malis iuterdum corporali-
ter captiuẽtur. Si enim cũ peccantibus boni tra
dũtur, captiuitati exercitium eſt, nõ in mente ca
ptiui ſuut, vel hoſti traditi, vel liberi ſuut, &
deo coniuncti.

68 Et concluſit in gladio populũ ſuum: & hæreditatẽ ſuam ſpreuit.

ET concluſit in gladio populum ſuum] quẽ
Ex Caſs. inter multas gẽtes elegerat. Căpta enim arca eõ
Ex Hay. ſequens eſt vt popnlus eaderet, ita & malos in
populo ſuo, in occiſione animæ cõcludi permit
tit. Idem repetit dicens, [ET hæreditatẽ ſuam
ſpreuit.]

69 Iuuenes eorum comedit ignis & virgines eorũ nõ ſunt lamẽtatæ.

Ex Caſſ. IVVENES] etiã [EORVM comedit ignis]
.i. ita bellantium. Legitur enim in lib. Regnm,
Ex Aug. & Caſſ. quod tunc eeciderunt de populo trigiuta milia
peditum. [ET virgines eorum nõ ſunt lameuta
1. Reg. 4 tæ] quia hoc non vacabat in hoſtili metu.

70 Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: & viduæ eorum non plorabantur.

SACERDOTES eorum in gladio eecide-
runt] .i. filij Hely .ſ. Ophni & Phinees quorum
Ex Aug. & Caſſ. vnius vxor .i. Phinees viduata, & mox in partu
mortua propter eandem perturbationem, non
potuit plangi honore funeris. Cũ enim audiſſet
qđ Ophni & Phinees in prælio occubuiſſent,
& pro eo Hely pater eorum de ſella corruẽs fra
ctis ceruicibus mortuus eſſet, vxor Phinees par-
tui iam proxima iucuruauit ſe dolore, & pepe-
rit, & ſic mortua eſt. [ET viduæ eorum non
plorabautur] per quãs myſticè ſignifieautur,
illi qui mundo abrenuntiauerunt. Ex Hay.

71 Et excitatus eſt tanquam dormiens dominus: tanquam potens crapulatus à vino.

ET excitatus eſt] Hic oſtendit vltionem in
ipſos aduerſarios detortam, & mõres hominum Ex Haymone
domino hic tribuit, propter res explanandas, id
eſt vt melius explanet, quod dictnrus eſt. Et eſt Ex Caſſ.
ἀνθρωποπάθος, id eſt humana propaſsio, qnãdo Ex gl. int.
quod eſt creaturæ attribuitnr creatori. Ait er-
go, Et deus qui prius erat [TANQVAM dor- Ex Aug.
miens, & tanquam crapulatus à vino] Hoc dici
tur ex perſona dementium, qui ita putant quã-
do perielitantibus non ſubuenit. Viſus eſt enim
dormire, quaudo populũ ſuum dedit in manus
eorum quos odit, vbi eis dicitur, Vbi eſt deus
tuus? Putant etiam qnaſi vino eſſe erapulatum. Pſalm. 41
Sic enim videtur impijs exultantibus, quod ve
lut ebrius dormiat, cum uõ tam cito ſubueniat.
Et rẽuera ſic demeuter pntantibus dormit, &
eſt alienus, & negligentibus & infidelibus, qui Ex Caſs.
nulla voce laudis vel operis eum excitant. Do-
minns inquam, Excitatus eſt, ad vindictam. Et
tanquam potẽs. Excitatnr autem deus ad vindi
ctam malis actibus, ſicut hic exeitatur peccatis
eorum, qui arcam inter ſimulachra poſuerunt.
Exeitatus aũt dicitur, ſicut ſolet exeitari aliquis
plãctu familiæ: ita & dominus cum peccatis ho Ex gl. int.
ſtium tũ planctu ſuorum, Eſt excitatus. Et hoc, & Caſſ.
Tanquam potens, quia tunc ſunt homines ad
iram faciles, & ad virtutem potentes, quando
poſt crapulam de ſomno ſnrgunt. q.d. magnifi-
cè vindicauit in eos. Vnde ſubdit,

72 Et percuſsit inimicos ſuos in poſteriora: opprobrium ſempiternum dedit illis.

ET percuſsit inimicos ſuo in poſteriora] id Ex Caſſ.
eſt in ſecretiori parte natium, vbi mures de ter-
ra ebullientes, corrodebant præeminentes exta-
les eorũ [OPPROBRIVM ſempiternũ dedit
illis] quia nullus alius ita punitus eſt. Percuſsi Ex Aug.
ſunt enim in ſedibus ſuis, quod eius pœnę ſignũ
videtur, qua cruciabitur quicunqne in poſte-
riora reſpexerit, quæ, vt ait Apoſtolus, debet pu
tare vt ſtercora, qui enim ſic ſuſcipit teſtameu-
tum dei, vt veteri vanitate ſe non exuat, ſimilis
eſt hoſtibus populi eius, qui arcam domini iu-
xta idolum Dagon poſuere. Sicut autem illis uo
lentibus corruit Dagon: ita illa vetera, illis etiã
nolentibus cadunt. Quia omnis earo fœnum, &
claritas hominis eſt vt flos fœni. Fœnum aruit,
flos deeidit: arca autem ſtat in æternum. Secre
tum, ſcilicet arcæ, quod eſt regnum cælorum,
vbi eſt æternum verbum dei. Sed qui poſterio-
ra diligunt, ex eis eruciabuntur. Opprobrium e- Ex Alcu.
nim ſempiternũ dedit illis. Myſticè ita & Chri-
ſtus, vino paſsionis ebrius, Excitatus eſt, à mor-
te, Tanquam potens, in reſurrectione, Et per-
cuſsit inimicos ſuos, ſcilicet poſteriora, id eſt in Ex Hay.
gehenuam merſos, quia, Opprobrinm ſempiter
num dedit illis, id eſt æternam pœnam.

PARS IX 73 Et repulit tabernaculum Io-
seph:& tribum Effrem non elegit.

Ex Alcu. ET repulit] Nõna pars. Agit hic de rege Da
1 Mach. 1 uid & loco regni.q.d.inimicos ita percussit, sed
suos reædificauit, quod ibi ostendit, Elegit tri-
bum Iuda. Et hoc est, [ET repulit tabernaculũ
Ex Hay. Ioseph] ad literã, ne inde esset rex [ET tribum
Effrem nõ elegit] vt de ea fierent reges.

74 Sed elegit tribũ Iuda montem
Sion quem dilexit.

SED elegit tribum Iuda] vt inde fierent re-
Ex Aug. ges. Hæc & cætera quæ sequuntur, ad literã ac-
cipi possunt, sed melius in his verbis significa-
tur Iudaicus populus à deo repulsus, & nouus
Gene. 29 populus Christianorũ electus. Vnde cõgruè non
dixit, repulit Ruben, qui primogenitus fuit, &
cæteros qui fuerunt ante Iudam, qui merito vi
dentur repulsi cum Iacob peccata eorũ dereste
tur. Vel nõ dixit, repulit Beniamin, ex quo Saul
fuit, qui vicino tempore reprobatus fuerat. Vn
de ex ipsa vicinitate temporis, quãdo ille est re-
pulsus atq; reprobatus, & Dauid electus conue-
nienter posset hoc dici: nec tamen dictũ est, sed
potius eos nominauit, qui clarioribus meritis vi
debantur excellere.s. Ioseph, qui impiè venditus
pro iustitia sublimatus pauit patrem & fratres,
de quo fuit Effrẽ, qui maiori fratri benedictione
aui sui Iacob prælatus est: per hęc ergo præclari
meriti nomina, totum illũ vetustũ populũ repul
sum à deo, intelligimus: & electam tribum Iudę,
non pro meritis Iudæ, quo longe melior fuit Io
seph, sed per tribum Iudæ: quia de ea Christus
natus extitit, nouũ populum Christi prælatum
veteri populo scriptura testatur, aperiente do-
mino in parabolis os suum. Vnde montem Sion
ecclesiam accipimus, quæ futura speculatur, nõ
Ex Alcu. terrena: sic ab initio electionis hebrææ gentis,
vsque ad Christum procedit. Vnde subsequen-
ter dicit, Et elegit Dauid. Et est sensus, Et repu-
lit tabernaculum Ioseph, & tribũ Effrem non
Ex Cass. elegit.i. Iudæos, qui in augmento terrenorum
militant, & in fruge seculi præsumunt. Ioseph
enim interpretatur augmẽtum. Effrem fructifi-
catio. [SED elegit tribum Iuda].i. Christianum
populum.s. [MONTEM Sion quem dilexit] id
est ecclesiam.

75 Et ædificauit sicut vnicorniũ
sanctificium suum: in terra qua fun
dauit in secula.

Ex Aug. ET ædificauit sanctificium suum sicut vni-
cornis] vel vnicornium, vel vnicornuorum. V-
nicornis sunt, quorum firma est spes, in vnum
illud erigitur, de quo alibi dicitur, Vnam petij à
Psal. 26 domino hanc requiram. Sanctificium est plebs
1 Per. 2 sancta regale sacerdotium. vt Petrus ait, Vbi æ-
Ex Cass. dificauit? [IN terra].i. in ecclesia præsenti vel
& Aug. cælesti, [QVAM fundauit in secula] & si enim
ecclesia pręsens mortaliter transit, tamen in ęter
num est fundata. Per quem hoc fecit? ecce,

76 Et elegit Dauid seruum suum,
& sustulit eum de gregibus ouium:
de post fœtantes accepit eum.

ET elegit Dauid] qui de Iuda fuit, qui Chri Ex Aug.
stum significat in hoc loco, addit, [SERVVM suũ]
non dicit filium, quia forma serui ex Dauid est,
nõ patri coęterna vnigeniti substãtia, [ET sustu
lit eum de gregibus ouium] Dauid ad literam ex
pastorali officio pecorũ ad regnum hominum
translatus est, & de eo vbi erat [POST fœtan-
tes accepit eum] Christus vero ab hominibus
ad homines, id est à Iudæis, ad gentes tamẽ se-
cundũ parabolam ab ouibus ad oues, non enim
modo sunt ecclesiæ Iudææ, quæ olim oẽs fue-
rant, gemellis fœtibus erant. Vnde in canticis, Cant. 4
Dentes tui sicut grex tonsarũ, ascẽdens de laua-
cro, quæ omnes gemellos creant, & sterilis non
est in eis. Dentes ecclesiæ sunt illi, per quos lo-
quitur. Vel per quos in corpus suũ, velut mãdu Actu. 4
cando cæteros traiicit. Grex tonsarum dicitur,
quia onera seculi velut vellera deposuit, & ad
pedes apostolorũ, rerũ suarũ venditarũ precia
apposuit, ascendẽs de lauacro.s. baptismi gemi-
nos creat opera.s. geminæ charitatis. Vnde ste-
rilis nõ erat in eis, ab his ergo trãslatus est Chri
stus, sed pascit gregẽ in gentibus, quæ sunt in Ia
cob & Israel. Vnde sequitur, & de loco vbi erat,
Post fœtãtes.i. post primitiuam ecclesiam.i. de il
lis qui fuerunt post primitiuos, Accepit eum.
Ad quid?

77 Pascere Iacob seruum suum: &
Israel hæreditatem suam.

PASCERE] cælesti pane, [IACOB seruum Ex Cass.
suum].i. Christianum populũ. Nõ enim qui fi- Ex Aug.
lij sunt carnis, sed promissionis, filij in semine Rom. 9
existimãtur. Deinde repetit, [ET Israel hæredi
tatem suam] nisi forte dicatur, secũdum hũc sta
tum Iacob seruus. Quando autem videbit facie
ad faciem, dicatur Israel hæreditas. Vnde & no
men accepit. Israel enim dicitur ex contempla-
tione dei. Trãnstulit eum ad hoc, vt pasceret, & Ex Alcu.
ita fecit.

78 Et pauit eos in innocẽtia cor-
dis sui: & in intellectibus manuum
suarum deduxit eos.

ET pauit eos in innocentia cordis sui] quia Ex Cass.
sine peccato fuit, & hoc docuit eos, quod ipse e-
git, [ET in intellectibus manuum suarum].i. in
operibus intellectualiter ab eo factis, [DEDV-
XIT EOS] ad vitam, per hæc verba actũalem
Christi sanctitatem significat. Vel ita, videtur Ex Aug.
forte alicui cõgruentius potuisse dici, Innocẽtia
manuum, & intellectus cordis: quàm innocen-
tia cordis, & intellectus manuum: sed sic maluit
dicere, quia sunt aliqui qui nõ faciunt mala pro Ex Alcu.
timore, hĩ videntur innocentes manibus, sed nõ & Aug.
corde. Et ideo dixit, Pauit eos in innocẽtia cor-
dis sui.s. hominũ.i. faciens eos innocentes, etiam
in cogitationibus cordis. Et deduxit eos, ad vi-
tam, In intellectibus manuum suarum.s. Chri-
sti, id est intellectu, quem ipse facit in credenti-
bus, quasi manibus, quod non potuit ille Dauid
qui est figura huius.

COLLATIO

In psalmum 77. Attendite.

15 NON est creditus cum deo spiritus eius] Hic Faber & Cæcus produnt suam inscitiam. Scribunt enim quòd ex Hebræo, rectius diceretur actiue, non credidit deo spiritus eius. Apertum est mēdacium. Siquidem vel abecedariū in Hebræo nouit quòd Hebraice legitur passiue

Aduerte lector. נֶאֶמְנָה אֶל אֵל רוּחוֹ neemenah æl el ruho. Cęterum Augustinus in enarratione docet melius dici, non est creditus cum deo spiritus eius, quàm credidit deo spirit⁹ eius. At Hieronymus ex Hebræo vertit actiue. Sic quidem vertit, vt tamen intelligat, quod dicunt Hebr. id verbi in coniugatione quæ niphal vocatur, significet firmum, stabilem, permanentem, fidelem, fortem & perseuerantē esse. Vnde sensus est, non permansit, non adhæsit deo spiritus eius.

14 ET obliti sunt benefactorum eius] Hieronymus, Commentationum eius. Alij factorum eius. עֲלִילוֹתָיו alilothau. Solet deus optimus, maximus afflictiones preteritas bonis cumulatioribus cōmutare, vt ex malis cognitis, quoddam lumen accrescat menti, diuina beneficia recordanti.

16 ET statuit aquas quasi in vtre] Hebręi dicunt pro quasi in vtre, quasi aceruum seu murum. Certum est septuaginta legisse נֹאד nod id est vter, loco נֵד ned, id est aceruus. Ob cognationem enim vocularum, procliuis est commutatio, etiāsi sensus nō distrahatur. Siquidem deus omnipotens, aquas quasi in vtre cōtinuit, dū eas ipsas cohibuit, donec filij Israel pertransirent sicco vestigio mare rubrum, persequente Aegyptio. Denique & Chaldæus est nobiscum.

20 IN inaquoso] Hieronym⁹. In inuio. Alij in solitudine seu deserto בְּצִיָּה batziah à quo צִיּוֹן tzaion locus aridus, eoque vtrumuis notat, quanquam etiam desertum nō solet aquam suppeditare.

24 AVT parare mēsam populo suo] Hebręi pro mensa dicunt carnem. Vocabulū tamen hic positum שְׁאֵר scheer significat omnē cibum. Inde Pellicanus vertit nutrimentum post Chaldæum, quod profectò per mensam, cōcinne designarunt interpretes.

25 IDEO audiuit dominus & distulit] Hieronymus in nostro codice habebat cōtrarium, nempe & non distulit, quum Hebraice legatur citra negationē וַיִּתְעַבָּר vaithabar quod Hebraizantes vertunt, & iratus est. Faber in margine adscripsit textui Hieronymi iuxta suū exēplar, distulit scilicet accēsam iram. Sunt qui bene nō distulit, tunc intellige, date eis quæ concupiuerant, ne sit in trāslationibus cōtrarietas. Hæc ibi. Cæterum עָבַר abar sæpe transire significat. Hinc verbū quod nominant hitbpael, sese facere, pertrāsire, quod est differre, sonabit.

29 PANEM angelorū אַבִּירִים abirim vertunt, fortium. Tamē vt cōtestatur Munsterus in scholio, Chaldęus interpres vertit pro cibo, qui descendit de habitaculo angelorum.

30 TRANSTVLIT austrum de cælo] Hieronymus pro austro habet eurum. Cęteri similiter, vel orientalem ventum קָדִים qadim. secūdum Aristotelem lib. 2. Meteorologicorū. ca. 6. tractantem de ventis, poneremus vulturnū flare ab exortu brumali, atq; austro vicinum esse. Atqui Plinius lib. 2. naturalis historiæ cap. 49. scribit vulturnū à Græcis appellari eurū, quare est parua distantia inter austrum & eurū quantum ad historiam. Porro quod in secunda parte dicimus induxit in virtute sua Aphricū, Sāctes & Pellicanus transferunt austrum. Stat à nobis Hieronymus & alij. Aphricus enim teste philosopho vbi supra, flat à occasu brumali. Hebræ. תֵּימָן teman. Sed & prius vocabulum qadim, traducit Hieronymus ventum austrum, Ezech. cap. 27. Ventus auster contriuit te.

37 ANNI eorum cū festinatione] Subscribunt Hieronymus, Sanctes, & editio ad Cāpensem, בַּבֶּהָלָה babehalah, alij vertūt cū terrore seu perturbatione. Vtrūq; Hebræis dicit, בָּהַל bihel enim radix, est festinare, incōsulte obruere.

46 SANCTVM Israel exacerbauerūt] הִתְווּ hithuu Neoterici trāsferunt, signauerūt, intelligentes φ limitem deo præscripserunt, nō credentes eius infinitam potentiam. Ille qui est ad Cāpensem, censet signare, ludibrio habere Hieronymus tamen, assentiēs septuaginta vertit cōcitauerunt. Etenim signum institiæ, est punitio malorum. Et Chaldæus habet, Conculcauerūt.

49 ET imbres eorum ne biberent] Quum in Aegypto rari sint imbres, sed fœcūdatur exūdatione Nili, vt scribit Plinius lib. 18. cap. 18. rectius videretur dici riuos vel fluenta, vt habetur in Heb. נֹזְלֵיהֶם nozlehem. id quoque tangit Augustinus, hunc articulum edisserens, vel potius (inquit) manationes aquarum, sicut nōnulli melius intelligūt, quod Græce scriptum est τὰ ὀμβρήματα, quas Latinè scaturigines dicimus, ab imo aquas ebullientes. Foderunt enim Aegyptij, & sanguinē pro aquis inuenerunt. Ita Augustinus. Iam vero idem est nomē latinis imber, qđ Græcis ὄμβρος siue ὄμβρημα. Ob idq; merito intelligēdū erit quomodo exponit Augu.

50 MISIT in eoscynomyiam] Hieronymus, Omne genus muscarum. Assonāt & Hebraicatores עָרֹב arob. De hoc Hieronymus ad Suniam & Fretellam ita ait, Cœnomyia non vt latini interpretati sunt, musca canina dicitur per y græcam literam, sed iuxta Hebraicam intelligentiam per œ diphthongon debet scribi, vt sit κοινόμυια, id est omne genus muscarū. Sed aquila παμμυίαν. i. omnimodā muscā īterpretat⁹ est.

51 ET dedit ęruginī. Heb. Dedit brucho, לֶחָסִיל lehasil, quia vero radix vn venit videlicet חָסַל hasal significat Hebræis exterminauit, non inepte Lxx. interpretati sunt æruginē. Mauult tamen Nicolaus Perotus rubiginē, quæ Gręce dicitur ἐρυσίβη. sed cōfundūt ęrugo ac rubigo.

52 MOROS eorū] Hierony. & cęteri similiter, sycomoros eorū שִׁקְמוֹתָם schiqmotā, sed sciēdum morū Aegyptiā eādem prorsus esse quā sycomorū, ob idq; eo cognomine appellatā, φ peculiaris sit Aegypto. qđ docet Theophrast. li. 4.

ca.1. Quod autẽ (inquit) singula terrã propriam, cœliq; accommodatã temperiẽ quærunt, eo sane manifestum, quòd quædam loca, aliqua ferunt, quædam nec sponte ipsa nascentia, nec sata facile ferunt, & quanquam apprehenderint, fructum nullatenus pariunt, vt de palma & moro Aegyptia. Et cap. 2. Sunt enim plereque in Aegypto arbores vt morus, & paulopost, morus similis quodãmodo moro nostrati est, quippe folio, magnitudine, aspectúque proxima. Hæc ille. Cæterum quantum damni inferret plaga, sycomoros frigore mortificans, colligitur ex earum feraci natura. Siquidem vt scribit Ioannes de Ruello lib. 1. de natura stirpium ex probatis authoribus, vsqueadeo fœcunditatis suæ angusta est, vt vno anno septies fructum efficiat, & vnde primum decerpseris, alterum sine mora protuberat. Deinde expositis proprietatibus sycomori, inter paucas vtilissimis subdit. Hanc quoque Theophrastus Aegyptiam moron, Celsus moro ficon appellat Dioscorides, Galenus, & Theophrasto posteriores, indito à fico & moro nomine sycomorum appellant. Rursus Tradit Vlpianus, hãc arborem in niloticis aggeribus esse frequenter, grauiterq; in eos animaduerti, qui sycomorum exciderunt. Potentia etiam inter morum & ficum media, quod & illi nomen sycomori peperit.

Fœcunda Sycomorus.

IN PRIMAM] חֲנָמַל hanamal Hieronymus, Pellicanus, interpretes pro Caietano, Cãpensis, Pratensis, vertunt pruinam, frigus, aut gelu, adeoque consentiunt LXX. Munsterus transtulit lapidem glatiosum. In lexico tamen suo, dicit esse frigus acerbum, vel glaciem, vnde germina arborũ deuastantur. Sanctes posuit locustam & bruchum. In suo thesauro adducit multos rabinos, qui inter se non conueniunt.

53 IVMENTA eorum.] Hieronymus vertit, pascua eorum. בְּעִירָם beiram. Cæteri iumentum aut pecus. Arbitror Hieronymum locatum pro loco sumere, eo quod statim in eodem subtexuit, & iumenta eorum volucribus, vbi legimus, & possessiones eorum igni, וּמִקְנֵיהֶם לָרְשָׁפִים vmiqnehem larescha phim. Quantum ad priorem particulam conueniunt esse cõmunem pecori diuitijs, & cuicunque acquisito, posteriorem tradunt significare carbonem ignitum, dæmonem vel pestem vrentem, ignem qui inuoluit grandinem, adustionem, iacula & sagittas ignitas, scintillas ignis. Quomodo autem intelligat Hieronymus seipsum in commentario exponit ad cap. Abacuc. 3. super illo versiculo, Egrediatur diabolus ante pedes eius. Aquila pro diabolo transtulit volatile. Symachus & Theodotio, & quinta editio, volucrem. quod Hebraice dicitur רֶשֶׁף resepeh. Tradunt autem Hebræi, quomodo in euãgelio princeps dæmonum dicitur esse Beelzebub, ita Resseph dæmonis esse nomẽ, qui principatum teneat inter alios, & propter nimiam velocitatem, atque in diuersa discursum, auis & volatile nuncupetur. Ipsúmque esse qui in paradiso sub figura serpentis, mulieri sit locutus, & ex maledictione, qua à deo condemnatus est, accepisse nomen. Siquidẽ R esseph reptans ventre interpretatur. Hactenus Hieronymus.

55 IVMENTA eorũ. Mũsterus Nebiẽsis & Sanctes gratis verterũt חַיָּתָם haiatham. vitam eorum. quando quidem paricula vtrunque repræsentat. Hieronymus enim & alij dicũt animantia vel iumenta eorum.

63 NON seruauerunt pactum] Hieronymus ad Sunjam & Fretellã, edisserit cur veteres pactũ, licet in Hebræo non haberetur, dicens, Scio quòd pactum nõ habeatur in Hebræo, sed quoniam omnes voce simili transtulerunt ἠσυνθέτησαν & apud Græcos pactum dicitur συνθήκη ex vno verbo significatur, nõ seruauerũt pactũ, licet LXX. ἠθέτησαν posuerunt. Cæterum vnico vocabulo dicitur Hebraice יִבְגְּדוּ ibgedu.

68 HAEREDITATEM suam spreuit.] הִתְעַבָּר hithabar. Hieronymus vertit non distulit, sicut & versiculo. 65. quanquam variant codices. Alij, Iratus est. Sed manifestum est spretum dei, grauem esse puuitionem, quæ iuste ira dei dicitur. Quod autem ait Hieronymus, non distulit, si subaudieris irã, nihil distat sensus. De hoc ver. 25. annotatum est.

69 VIRGINES eorum non sunt lamentatæ] Ita Hieronymus, virgines eius nemo luxit. Sequitur & editio in Campensi, Pratensis, Sanctes, interpretes pro Caietano, paraphrasis Cãpensis, non nupserunt si verbum verbo reddas הֻלָּלוּ hullalu, id est laudatæ, vt habet Chaldæus & Nebiensis. id quod Munsterus vno verbo dixit apposito, non honoratæ nuptijs. Sed si addidisset nõ sunt honoratæ sepultura lectioni ecclesiasticæ, & Hieronymo cõsensisset. Nec cogimur magis subaudire nuptias, quàm quidpiam aliud proposito congruum.

70 VIDVAE eorum non plorabantur] Et Hieronymus non abhorret. Non sunt (inquit) fletæ. Alij preter translatorem ad Campensem, edunt actiue, non fleuerunt. Sed actiuum & passiuum idem sunt, præter vocalia puncta si adscribãtur תִּבְכֶּינָה תבכינה tibkenah, vel תִּבָּכֶינָה tibachenah.

71 TANQVAM potens crapulatus à vino] Metaphoram istam diuersi varie reddunt, illæsa intelligẽtia. Hieronymus & Nebiẽsis, Quasi fortis post crapulam vini. Chaldæus, Sicur homo fortis inebriatus à vino. Pellicanus, Quasi fortis à crapula, vel exultãs à vino. Sic & interpretes pro Caietano, similiter Pratensis, exultans pro vino. Sanctes, clamans propter vinum. Munsterus. Tãquam vir fortis, qui vociferatur post vinum. Editio ad Cãpensem. Sicut mules à vino exhilaratur. Paraphrasis, Quomodo solet qui vino obrutus post longum Somnum, redit ad se & iterum vino exhilarans sese, fortiter periculã aggreditur. Hebraice est מִתְרוֹנֵן מִיָּיִן mithronem miiaiin.

72 PERCVSSIT inimicos suos in posteriora] אָחוֹר ahor qđ alij verrũt retro aut retrorsum, Munsterus sic reddidit, vt omnino præcluderet viam intelligendi hunc locum, de primo lib. reg. ca. 5. In quo narrantur Philistæi in secretiori parte natium à deo percussi, ideo quia ar-

eam domini detinebant, irreligiose tractantes. Siquidem hoc pacto transferens Munsterus. Percussit hostes suos tergum vertentes, solum significat hostes in fugam versos. Sequendo autem lectionem vulgatam, quæ vel Hebraismo propinqua est, liberum relinquit lectori vtrunque posse intelligere. Et priorem acceptionem sequitur Augustinus, cui respōdet paraphrasis Campensis, vulnerauit hostium suorum podices, sequutus, vt opinor, Chaldæum paraphrasten. Percussit emorrhodibus in posteriora. Et ædificauit sicut vnicornis sanctificiū suū. Idem Hierony. Et ædificauit in similitudine monocerotis sanctuarium suum. Cæteri vertunt excelsa. Et Sanctes ac Munsterus addunt palatia.

Aduerte. Hinc luce clarius constat Hieronymum & Septuaginta legisse רְמִים remim alios antē רָמִים ramim, quę profectò vnico distant pūctulo. Nobiscum est Chaldæus.

IN terra quā fundauit in secula.] In Hebr. Quasi terram quam fundauit in secula. Vt intelligas nō terram absolute in se fundatā, sed vt stabilitas terrę comparetur ad stabilitatem ædificati tabernaculi. Hebr. כְּאֶרֶץ Keeretz. Hinc Hieronymus, quasi terram fundauit illud in seculum. Quod si secunda clausula pendeat à superiore, & à nota similitudinis supra posita, redderur idem sensus, Sicut in terra quā fundauit in secula. Certum est tamē quod beth & caph, magnam habent similitudinem. Nam si diceretur בְּאֶרֶץ beretz, esset in terra. Hunc nodum copiose explicuit D. Hieronymus ad Suniā & Fretellam, In terram quam fundauit in secula. Pro quo scriptum inuenisse vos dicitis, ἐν τῇ γῇ ἐθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα, id est, in terra fundauit eam in secula. In Hebręo ita scriptum est, vt vertit Symmachus ὡς τὴν γῆν ἣν ἐθεμελίωσεν εἰς τὸν αἰῶνα, id est, & ędificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra, quam fundauit in secula. Si autem non de terra dicitur quod fundata sit, sed de alia re quæ fundata videatur in terra, probent ex superioribus & sequentibus, quis sensus sit, vt nescio quid quod dicitur fundatum, videatur in terra. Si autem sanctificium in terra fundatum putatur, debuit scribi, In terra fundauit illud in secula. Hæc D. Hieronymus.

LXXVIII. PSALMI TITVLVS.

Psalmus Asaph.

DEVS venerunt gentes.] Titulus [PSALMUS Asaph.] Iste psalmus est secūdus de (Ex Cass.) lamētatione vbi precatur Asaph studio (4. Re. vel 1. Math. c) pietatis, Christum subuenire suæ genti, pro duritia sua grauiter affligendę, & agitur hic vel de captiuitate per Babylonios facta, vel potius de vāstatione (Ex Aug. Ex Cass.) quam tempore Machabæorum Antiochus Epiphanes fecit, qui in tēplo idola posuit, & legem dei polluit, populúmque vastauit. Sed ciuitatē non euertit, vel templum per quæ signatur persecutio ecclesiæ inter manus gentiliū, laborantis, sed non deficientis: quæ (Ex Aug. in sequēt.) in quibusdam deficiētibus polluta est. Et est sensus [PSALMVS] iste attribuitur [ASAPH,] id est fideli synagogę, quæ hic loquitur. Intentio. Monet bonis proximorū lętari, & calamitatibus affligi. (Ex Cass.) Modus. Tripartitus est psalmus. Prima pars est conquestio, vbi enumerantur quanta tulerit Hierusalem temporibus Antiochi, vt non destructa fuit, per quæ significatur ecclesiæ persecutio. Secunda pars est, deprecatio pro parte sua, contra inimicos, ibi, Vsquequo domine. Tertia pars est exultatiua cōclusio lamentationis, ibi, Nos autem. Asaph ergo condolēs suæ genti, ipsius mala deo exponit, sic dicens,

DEVS venerunt gentes in hæreditatē tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam.

DEVS gentes venerūt in hæreditatē tuam,] (Ex Aug.) Nōn dicit hęc deo quasi nescienti, à q̃ ipse scit, quicqd scit: sed loquitur cū eo pietatis affectu, & trāsfigurās in se omnes qui futuri erār, quādo hæc fierēt. Loquitur enim in persona eorum quibus hæc acciderunt. Est autem hæc deploratio eorum quæ fecit deus vindicans, & adiūgitur deprecatio. q. d. Vtinā iam misereatur & parcat. Ita hęc ergo dicūtur, à quo prędicit cur tanquam ab eis dicantur, quibus acciderunt, & ipsa deploratio, prophetatio est. Quod autem ait, In hæreditatem tuam, sciendum est quia de populo Israel, hæreditas dei sunt electi, sed non excęcati. Non ergo possunt hæc accipi de temporibus post ascensionem Christi, quādo vastati sunt per Romanos, tūc enim ille populus qui remāserat in Hierusalem, hæreditas dei nō erat. (Ex Eusebio lib. 3. cap. 5.) Omnēs enim reprobi excæcati erant, omnésq; fideles aduentantibus Romanis, monitu angeli in regnum Agrippæ secesserāt, sed potius (Ex Aug.) accipiendum est de tempore quod fuit antequam Christus venisset: & tunc enim populus ille hęreditas dei erat, vbi erant prophetæ & sancti, quando ducti fuerunt in Babylonem, vel maxime sub Antiocho, sub quo passi Machabæi horrenda. gloriosissime sunt coronati. Deuastatione ergo facta ab Antiocho agit dicēs, Deus ve- (Ex Cass.) nerunt gētes in hæreditatē tuam, id est, in Hierusalem, vbi aliqui boni erant, dicendo tuā, mouet iudicem cuius res læditur. Et [POLLVERVNT templum sanctum tuum] per simulachra, quæ ibi posuerunt, sed non destruxerūt. Primo (Ex Aug.) occurrit iniuria tēpli: in quo est cōtumelia dei, hic arguit eos de sacrilegio. Et nota quod nondum erat templum quando hæc propheta dicebat, & narrat quasi præterita, quæ in spiritu vidit futura, iam vero euidēter sunt impleta. Sequitur [POSVERŪT Hierusalem in pomorū custodiæ,] id est, in desertionē, vt collectis pomis, (Ex Aug. Esa. 1) custodię deseruntur. Vnde Esaias, Relinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea: & sicut

tugurium in cucumerario. deinde post sacrilegium, homicidia addit dicens,

2 Posuerunt morticina seruorum tuorũ escas volatilibus cęli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.

POSVERVNT morticina,] id est, cãdauc-
Ex Aug. ra[SERVORVM tuorum] qui noluerunt im-
Ex Cass. mundis vti[ESCAS volatilibus cęli] q.d. Nõn
modo in viuentes sęuiunt, sed in mortuos. sepe-
lire pietatis est, abiicere crudelitatis est. Ita hęc
Matt.1. ad literã de vastatione facta sub Antiocho ac-
cipiuntur. Sed siquis accepit hæc, post resurre-
Ex Aug. ctionem & ascensionẽ Christi facta: de his quæ
idololatræ martyribus intulerunt accipiantur,
quando ecclesia inter tantam martyrum nume-
rositatẽ multa perpessa est, quia Asaph, & si de
Iudæis proprie dicatur, tamen & ecclesia con-
gregatio dicitur, quæ est etiã hæreditas, in quã,
Venerunt gentes, non credendo, sed persequen-
do, id est, eam inuaserunt in voluntate delendi,
& penitus perdẽdi, ipsa est etiam templum dei,
quod polluitur in deficientibus, quos persecu-
tores ad negandum Christum, terrendo vel ex-
cruciando coegerũt atque vt ad idola applica-
rent, vehementer instando fecerunt. Vnde hic
dicit, Polluerunt templum sanctum tuum. Vnde
1. Cor.2. Apostolus, Templũ dei sanctum est, quod estis
Galat. 4 vos. Ipsa eadem ecclesia est etiam Hierusalẽ, li-
Esa.5.4 bera mater nostra, de qua Esaias, Lætare sterilis
quę non paris: erũpe & clama quę non parturis,
quoniam multi filii desertæ magis quã eius quæ ha
bet virum. Vnde hic dicit, Posuerunt Hierusa-
lem, id est, ecclesiam, In pomorũ custodiam, id
est, in desertionem. Quando enim gẽtibus per-
sequentibus in cælestem mẽsam, spiritus marty-
rum, tãquam de dominico horto multa & sua-
uia poma transierunt, ecclesia deserta est visa.
Posuerunt morticina seruorũ tuorum.i. sancto-
rũ martyrũ resurrectionẽ, Escas volatilibus cæ-
li, quasi quicquam eorum deperiret, cum ille ex
Ex Aug. occultis naturæ finibus totum redintegret, cui
Luc.12. & capilli nostri numerati sunt. Deinde exponit
quod dixerat[CARNES sanctorũ tuorum.] hęc
sunt morticina[BESTIIS terræ.]

3 Effuderunt sanguinem eorũ tanquam aquam in circuitu Hierusalẽ: & non erat qui sepeliret.

Ex Cass. EFFVDERVNT sanguinem eorum] Exag-
gerat vt iudicẽ moueat [TANQVAM aquã] .i.
Ex Cass. abundãter & viriliter, quasi ita liceret de sangui
& Aug. ne, sicut de aqua, sine culpa & hæc nõ tantũ in-
tra muros, sed etiam [IN circuitu Hierusalem]
Ex Cass. cum extra inuenirentur occidendi. Copia cędis
notatur in vrbe, & extra: ita vt non vacaret eis
sepelire dum omnibus periculũ immineret. Vn-
Ex Aug. de subdit[ET non erat qui sepeliret. Põtest hoc
& de ecclesia accipi, quæ & per totum mũdum
passa est, cuius circuitus est per totum orbẽ vbi
persecutio fit.

5 Facti sumus opprobriũ vicinis nostris: subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt.

FACTI sumus opprobrium] Glõria enim
Hierusalẽ olim toto orbe mirabilis. Vnde Hier. Ex Cass.
Hæc est ciuitas quæ dicebatur corona gloriæ
versa est in opprobriũ vicinis, quod grauius est,
quã si remotis, quia hi sunt assidui. Vel, marty-
res hoc dicunt[FACTI SVMVS OPPPRO-
BRIVM VICINIS NOSTRIS,] id est, ãffe-
ctione propinquis, iam volẽtibus credere[SVB-
sannatio & illusio] sumus [HIS] auget scelus, Ex Alcũ.
His[QVI IN CIRCVITU nostro sunt,] id est,
gẽntibus quæ circa Hierusalẽ sunt. Vel marty-
res hoc dicũt, Subsannatio & illusio, sumus, His Ex Aug
qui in circuitu nostro sunt, id est, inimicis ec-
clesiæ qui sunt toto orbe, quia non eis, sed in
conspectu domini pretiosa est mors sanctorum
eius.

6 Vsquequo domine irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus. PARS II.

VSQVEQVO domine] Secunda pãrs, de-
precatio est hic pro parte sua contra inimicos,
& insultantes vicinos. q.d. Illi ita sæuiũt in nos, Ex Cass.
sed õ[DOMINE vsquequo irasceris] nobis vs-
que[IN finem] q.d. Nõli irasci in finem. Rogat
ne vsque in finem irascatur, id est, ne illa vasta-
tio perseueret, sed temperet correctionem, iam Ex Aug.
ergo precatur, qui supra deplorabat & orat
quod futurum fit, & tunc aliqui boni erant in-
ter eos,[ET zelus tuus] vsquequo scilicet,[AC-
CENDETVR velut ignis] accẽdetur vsque, In
finem, Noli irasci. Ira & zelus dei non sunt per-
turbationes eius qui cum trãquillitate iudicat:
sed nomine iræ, vindicta iniquitatis accipitur,
quando pro cõmisso nostro punit. Nomine ze-
li exactio castitatis intelligitur ne anima legem
dei sui contemnat, & à deo suo fornicando dis-
pereat, vt in Iob fuit. Et nota hęc pro peccatis,
hominibus euenire licet iustis. Sicut Machabæi
inter sæua tormenta, & tres pueri inter noxias
flammas, & sancti prophetæ in captiuitate te-
stãtur. Vnde bene ait, Velut ignis. Zelus, quip- Ex Alcui.
pe dei & ira vere ardet, velut ignis, tandiu enim
ardet, donec aurum .i. virtutum perfectio pur-
getur, & ligna cinerentur.

7 Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt: & in regna quæ nomẽ tuum nõ inuocauerunt.

EFFVNDE,] q. d. nẽ irascaris, sed potius Ex Aug.
[EFFVNDE] vt multam,[IRAM tuam] Non
est hoc dicere maliuolẽtia, sed præuisa dicũtur.
figura enim optãdi futura prædicit. Effunde di-
co[IN gẽtes] vt sicut nõs opprimũt: ita illi tuis Ex Cass.
virtutibus opprimantur[QVAE te non noue-
runt] nẽc scire voluerũt, nec timere. Culpa Iu- Ex Aug.
dęorum, horũ comparatione leuigatur [ET in
regna quæ nomẽ tuum non inuocauerũt.] Sed Ex Cass.
dæmonia, vel quamlibet creaturã, non creato-
rem qui est benedictus in secula. Nota quia per

gentes accipit ſubditos, per regna ipſos reges.

7 Quia comederunt Iacob, & locum eius deſolauerunt.

Ex Aug. QVIA comederunt Iacob] Dico non inuocauerũt, ſed inſoper oppugnauerũt, Ex Caſs. Quia comederũt Iacob, id eſt, Iudaicum populũ. Hæc ẽſt prædicta hæreditas ferarum dentibus tradẽdo. Ecce more oratorum pro homioe homo ponitur, ſcilicet pro gente quæ offendit, gratus patriarcha, vt eius memoriā populi peccata miti- Ex Alcui. get [ET locũ eius deſolauerũt] ẽuerſione ciuitatis, quę ciuibus ſuis nudata eſt. Vel quia occide- Ex Aug. runt ſubſtitutos loco ciuium occiſorum. Lõcus enim eſt ciuitas, vbi erat templum, quò congregabantur ad feſta, de eccleſia quoque bene hoc accipitur, Quia comederunt, alios incorporando ſibi, vel occidendo, Iacob, id eſt, eccleſiam, quæ eſt iunior, cui ſeruiet maior [ET locum eius deſolauerunt, repetitio eſt,

8 Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipẽt nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis.

Ex gl. int. NE memineris] q.d. Itã fac in gentes, quæ te non nouerunt, sed [NEM[illegible]INeris, &c.] Vel Ex Aug. & Caſs. ita continua, Hæc mãla nobis inferunt, ſed quia ſcio te ꝓ peccatis nos flagellare & per eos precor, Ne memineris [INIQVITATVM noſtrorum] hæc confeſsio delictorum veniam prouocat [ANTIQVARVM] non dicit hoc de præteritis tantum, cum & hoc tempore quidã Iudæi idola ſequerentur: ſed Antiquarum, id eſt, ſimilium antiquis, quib⁹ innumeris annis peccauerunt idola ſequendo [ET miſericordiæ tuæ cito anticipent nos] ſcilicet ante iudiciũ quod timet omnis homo, quia niſi indulgentia præueniat in iudicio non abſoluitur reus, ideo ob- Ex Caſs. tendo miſericordias [QVIA pauperes] à mẽritis [FACTI ſumus nimis] Ne quis de actib⁹ ſuis præſumat. Dico, Ne memineris, iniquitatũ, ſed, nos miſericordiæ tuæ, ne ad iudicium damnandi veniamus: Quia pauperes facti ſumus nimis, ad bonum faciendũ, ſed, Adiuua nos deus, quaſi paupertas, id eſt, infirmitas noſtra te miſerante adiuuetur ad bona facienda. q.d. Gratia adiuuet liberum arbitrium. Cum enim ait, Adiuua nos, nec ingratus eſt gratiæ, nec tollit liberum arbitriũ. Qui enim adiuuatur, etiã per ſeipſum aliquid agit, Salutaris noſter, qui neceſſarius es infirmitati noſtræ, Et propter gloriã nominis tui, 1.Cor.10. vt qui gloriatur in domino glorietur, non in ſe, Domioe libera nos, liberat nos, id eſt, eruit à malis deus, cum & adiuuat ad faciẽdam iuſtitiam, & propitius eſt peccatis, ſine quibus hic non viuitur, vnde ſubdit, Et ꝓpitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum, hæc fac nobis.

9 Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter gloriã nominis tui domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Ex Caſs. ADIVVA nos] Ĩn bello defenſionis legũ contra Antiochom, quia non io ſuis, ſed in virtutibus dei confiduot. Vnde ſubdit, [DEVS ſalutaris noſter] quod neceſſe eſt quia nos infirmi ſumus [ET] ô domine [LIBERA nos propter gloriam nominis tui] non noſtrũ meritũ, ſed vt nos erepti, tuo nomini honorẽ reddamus [ET propicius eſto peccatis noſtris propter nomẽ tuũ,] non propter nos, id eſt. pietate nominis tui tribuatur nobis, quod actib⁹ noſtris nõ poteſt haberi, vel in perſona martyrum poſſunt hæc accipi, Ne memineris ioiquitatũ ooſtrarum anti- Ex Aug. quarũ, id eſt, à pãrentibus antiquis venientiom, vel propagatiooe vel imitatione, Cito anticipẽt

10 Ne forte dicant in gẽtibus, vbi eſt deus eorum? & innoteſcat in nationibus coram oculis noſtris.

NE forte dicant in gentibus] q.d. Hoc pro Ex Aug. gentibus magis peto, quæ pereunt deſperando de deo, quid dicant, Illũd vſitatũ à perfidis, ſci- Ex Caſs. licet [VBI eſt deus eorum?] q.d. vel nõn eſt, vel Ex Aug. & Caſs. non poteſt ſuos adiuuare, hæc eſt inſultatio, nõ ferenda.

11 Vltio ſanguinis ſeruorum tuorum qui effuſus eſt. introcat in conſpectu tuo gemitus cõpeditorum.

VLTIO ſanguinis ſeruorũ tuorũ qui effuſus eſt] Vltio temporalis, ſcilicet in æternam euadant, Innoteſcant in nationibus coram oculis noſtris, ſcilicet cito fiat vt videamus illos conuerſos, qui modo perſequũtur, & accipiatur hoc in booo de vltione pręſenti, vel de pœna ęterna poteſt accipi ſic, [VLTIO ſanguinis ſeruorum tuorũ qui effuſus eſt introeat] Innoteſcat in nationibus coram oculis noſtris,] id eſt, ſumẽ vin- Ex Aug. dictam de malis, qui fuderũt ſanguinẽ tuorũ, & in fine ita fiet, quia vel hic in cõuerſis perimitur iniquitas, quod ante optauerat, vel in fine pereunt, quod hic dicit non optando, ſed prophetando: quia iuſtus non delectatur de pœna inimici: quia non eum odit, ſed de diuina iuſtitia: quia deum diligit. Econtra, Iniuſtus facit, malis ita fiat [INTROEAT] autem] IN conſpectu tuo] vel, tuum [GEMITVS compeditorum] corruptibilitate carnis, quę aggrauat animam, per quam præualet aliquãdo perſecutor, has compedes nõ ſentiunt, niſi illi qui iogemiſcũt grauati, ab his cupiebat diſſolui apoſtolus, & eſſe cum Chriſto. Vel compedes ſunt præcepta dei, quibus colligantur ſancti: quæ patiẽtur ſuſtentata in ornamenta vertuntur. Vnde dicitur, Inice pedem tuum in cõpedes eius. Vel ad literã, Cõmpeditos dicit eos, quos gẽtiles vin- Ex Caſs. xerint, qui cum gemitu orant vt eccleſia in fratribus nõ deficiat, & ſi eos pœna cõſumit. Deinde quid gemitus compeditorum petat oſtẽdit hoc enim petebat gemitus illorum.

12 Secundum magnitudinẽ brachii tui poſside filios mortificatorũ

Ex Caſs. POSSIDE]nē aliquo errore maculētur,vel,
Ex Aug. Recipe in adoptionem,aliā litera,Filios,id eſt,
poſteros, Mortificatorum, hoc ſemper orauere
ſancti martyres ne infructuoſus eſſet poſteris
ſanguis eorum vt inde creſceret ſeges,vnde pu-
tabatur peritura. Et eſt iſta pia precatio, ne fi-
lius eorum proiiciat,qui pro eo puniti ſunt, ſed
multiplicet, & hoc [SECVNDVM magnitudi-
nem brachii tui,]id eſt, potētiæ tuæ.Res enim
tam magna in Chriſtianis ſecuta eſt,quam nun
quam crederent inimici.

13 Et redde vicinis noſtris ſeptu-
plum in ſinu eorum: improperium
ipſorum quod exprobrauerunt tibi
domine.

Ex Aug. ET redde] Itē nō optat ſed vera ꝓphetat,di
cēs[REDDE vicinis]de quib' ſupra dixit,inter
quos eſt eccleſia, Vſque ad ſeparationem futu-
rā[SEPTVPLVM] ſeptenario numero, id eſt,
ſeptupla retributione, perfectionē pœnę ſignifi
Marc. 10. cat, quia hoc numero plenitudo ſignificari ſo-
1. Cor. 6. let, ſicut & de bonis,cum dicitur cētuplum ac-
cipiet in hoc ſeculo:quod poſitum eſt pro om-
nib'.q.d.nihil habētes ſunt:& omnia poſsidē-
tes.Et hoc[IN SINV eorum,]id eſt,in occul-
Ex Alcui. tis nunc in hac vita,vt poſtea innoteſcat in na-
& Augu. tionibus corā oculis noſtris. Homo nanq, cum
datur in reprobū ſenſum in interiori ſenſu ac-
cipit ſuppliciorū meritum futurorum, vel, Se-
ptuplum ponit pro infinito[IMPRoperium
ipſorum quod exprobrauerūt tibi domine] q.d.
hoc eis redde, Septuplum in ſinu eorū, ſcilicet,
Improperium ipſorum quod exprobrauerūt ti-
bi domine, id eſt, pro iſto opprobrio, da eos in
reprobum ſenſum. Ibi enim exprobrauerūt no-
men tuum in ſeruis tuis arbitrantes delere no-
Ex Caſs. men tuum de terra. Vel pōteſt hoc in bono ac-
cipi,& dicit optādo,Redde vicinis noſtris.Etſi
corporaliter reddit deus,ſalus eſt tamen animæ
eorum,vnde ſubdit, Septuplum,per quod per-
fectionem doni cæleſtis ſignificat, quando ſpi-
ritu ſancto complemur. Et hoc,In ſinu eorum,
id eſt,in ſecreto animorum,vbi fit cōuerſio. Et
redde eis improperium quod exprobrauerūt ti-
bi domine,id eſt,fac vt ꝓ iniuriis & opprobriis,
quæ tibi fecerunt reddant laudes, quæ eſt glo-
rioſa vindicatio,quando deus inimicorum ore
laudatur.

PARS III. 14 Nos autem populus tuus &
oues paſcuæ tuæ confitebimur tibi
in ſeculum.

Ex Caſs. NOS autē populus tuus] Tertiā pars, vbi eſt
Ex Hay. exultatiua cōcluſio,nō victorū parētū & ſuauis
cōcluſio lamentationis.q.d.illis ita [NOS autē]
1. Mach. 2 quūsputabāt ſe ꝑdere qui ſum' [Populus tuus]
Ex Caſs. fide[ET oues paſcuę tuę,]id eſt doctrina tua pa
Ex Aug. ſti,hæ ſunt rēliquiæ Iudæorū à Mathathia cō-
gregatę,vel generaliter de ōmni genere piorum
ac verorum Chriſtianorum accipiendum eſt,vt
Ex Caſs. etiā Chriſtianus populus ibi ſit mixtus. Hīc eſt
Ex Aug. grex ꝓ quo orauit ne diutius iraſceretur. Nos
inquam confitebimūr tibi,id eſt, laudabimus te
in nobis.Et hoc[IN ſeculum] quia vſque in fi-
nem ſeculi non delebitur eccleſia,vt putatur.

15 In generatione & generatio-
nem annuntiabimus laudem tuam.

IN generatione & generationem,] id eſt, in
omnem generationē idem eſt quod dixerat in Ex Aug.
ſeculum[ANNVNTIABIMVS] aliis [LAV-
dem tuam] quæ vt taceretur, nos finire conati
ſunt. Vel de futūro illud accipi poteſt, In gene-
ratione & generationem,id eſt, in futūro ſecu- Ex Caſs.
lo,Annuntiabimus laudem tuam,non pro alio-
rum inſtructione,ſed pro debito honore.

COLLATIO
In pſalmum 78. Deus venerunt gentes in hæreditatem.

1 POSVERVNT Hieruſalem in pomorū cu
ſtodiam.] Hebræi dicunt in aceruos, videlicet
lapidū aut ruinarum. Eundem eſſe ſenſum de-
ſolationis, oſtendit Hieronymus ad Suniam &
Fretellam hoc modo, In pomorum cuſtodiam,
quod in Græco ὀπωροφυλάκιον dicitur,nec po
teſt aliter vteri, quam à nobis tranſlatū eſt. Si-
gnificat autē oporophylacion, ſpeculam quam
cuſtodes ſatorum & pomorum habere conſue-
uerunt,vt de ampliſsima vrbe, paruū tugurio-
lum vix remanſerit. Hoc ſecundū Græcos. Cę-
terum in Heb. לְעִיִּים leiim ſcriptum habetur,
quod aquila vertit λιθόριον,id eſt,aceruum & cu
mulū lapidū,quibus vineæ & agri purgari ſolēt,
Hæc ille. Vnde Chaldæus dixit, deſolationem.
LOCVM eius deſolauerunt. Hieronymus &
Nebienſis pro loco vertunt decorem licet alii
hebraicantes transferant habitationem, In hoc
Septuaginta cōſonantes. Cæterum נָוֶה nauch,
eſt anceps נָוֵהוּ nauehu habitationem eius, ſeu
decorem eius.
POSSIDE filios mortificatorum.] Hiero-
nymus & Sāctes, Relinque filios interitus, ſiue
morti obnoxios. Quod aliter idem exprimunt
Mūſterus,Pellicanus & Campeſis, Fac reſiduos
filios,ſiue conſerua in vita morti addictos. Pra-
tēſis & Interpret. ꝓ Caietano, ſolue filios,&c.
Quolibet modo ſententia eodem recidit. Et ſi
quæ varietas videtur,vnde ſit,docet Sanctes in
ſuo theſauro his verbis, Sunt tamē (inquit Ra.
da.) qui הוֹתֵר hother,deducunt à יֶתֶר ieher,
quod eſt funis, chorda, & exponunt ac ſi dicat,
Rumpe vel dimitte funem & ligaturā filiorum
mortis,Prædixerat enim,Introeat coram te cla
mor vinctorū. Idcirco dixit,qđ dimitteret eos
à vinculis. Hæc ibi. Igitur ea particula à יֶתֶר
iathar deducta,ad verbum ſignificat, in cōinga-
tione,quam dicunt hiphil,Fac vt remaneāt fi-
lii mortis. Quod indubie fit, quando in quod-
dam dei peculium vindicamur,à mortis pericu-
lo,dei virtute potēter erepti. Myſticum ſenſum
habes in explanatione contextus.
15 IN generatione & generationem.] Offen-

dūtur Faber & Cæcus in hoc ſermone ceu mi-
nus Latino, alioqui dicendum erat, In genera-
tiune & generationē, vel, in generationē & ge-
nerationem, vt habent Græci. Illud eſt minu-
tulum, Sed & Hieronymus in cōmentariis, non
adeo offenditur, vt aliquid ſubeſſe myſterii non
obſcure ſubiudicet. Hoc eſt à prophetis (ait) vſ-
que in euangelia.

LXXIX. PSALMI TIT. In finem pro his qui commutabuntur pſalmus pro Aſsyriis teſtimonium Aſaph.

QVI regis Iſrael intēnde] Titulus [IN fi-
nem pro his qui commutabuntur pſal-
mus pro Aſsyriis, teſtimonium Aſaph.]
Ex Aug. Aſaph illuminat⁹ agit hic de primo ad-
uentu Chriſti, & de vinea eius eſt hoc bonū te-
ſtimonium de capite ipſo & corpore eius rege
& plebe, paſtore, & grege. Hic enim loquitur A-
ſaph de aduentu Chriſti, qui hominem conuer-
tit, & vineam de AEgypto eductam ſolidat. Et
eſt ſenſus tituli, [PSALMVS] iſte dirigens nos
[IN finem,] id eſt, in Chriſtum [EST teſtimo-
nium Aſaph] illuminati [PRO his qui cōmuta-
buntur] & pro Aſsyriis, id eſt, pro his qui com-
mutabuntur in melius, vt iam non ſint genera-
tio quæ non direxit cor ſuum, ſed dirigēs ſe ad
Ex Alcui. Chriſtum. Aſsyrii ēnim interpretātur dirigen-
tes, & ſunt iidem qui commutabūtur, & Aſsy-
rii. Vel diſtingue, inter commutandos & Aſsy-
rios, vt per cōmutādos accipiamus cōuertēdos:
per Aſsyrios, Iudæos. Nam pſalmus iſte ſicut a-
git de commutandis, ita & de Iudæis, qui ſe diri-
gunt contra Chriſtum, per liberū arbitrium, &
per carnales obſeruantias. Et eſt, Pſalmus, iſte,
Aſaph, id eſt, ſynagogæ tēdens, In finem, eſt te-
ſtimonium, Pro his qui commutabūtur, & pro
Aſsyriis conuertendis & ſuperbis. His. i. cōuer-
tendis eſt teſtimonium rectę fidei. his, id eſt, ſu-
Ex Aug. pērbis, perfidiæ. Intētio. Monet nos in melius
commutari, & ad Chriſtum dirigi. Modus. Bi-
Ex Caſs. partitus eſt pſalmus. Prima pars eſt deprecatio
primi aduētus, per quē fit reparatio generis hu
mani. Secundo agit de vinea, dicēs, Quomodo
incœpta & perfecta, ibi, Vineam de AEgypto.
Aſaph ergo qui ſupra in præcedētibus pſalmis
pro peccatis Synagogæ trepidus orabat, iam de
illius conuerſione præſumit & commutatis in
melius teſtimoniū dat, de aduentu Chriſti quem
precatur dicens, O tu deus.

QVI regis Iſrael intende: qui deducis velut ouē Ioſeph.

Ex Caſs. QVI regis Iſrael] Vi-
dentes te [INTENDE]
id eſt, mitte filiū tuum,
& ſecundum hoc dirigitur ſermo ad deū patrē:
Ex Aug. Vel pōtius ad filiū dirigitur ſermo qui deſide-
ratur & expectatur & inuocatur vt veniat, quē
per actus diffinit, dicēs, ô deus, QVI regis Iſrael,
id eſt, Iudæos ſpiritualiter videntes te, Intende, Ex Caſs.
id eſt, lumen pietatis ſuper nos infunde, vt à te
ſimus clari, qui per nos ſumus tenebroſi [QVI
deducis Ioſeph] ĭpſum, ſcilicet ſignificatum Io-
ſeph, id eſt, fidĕlem populū de gentibus. Ioſeph Ex Aug.
enim interpretatur augmētum, & mortuo gra- Ioan. 12.
no frumenti, Auctus eſt multus populus Dei.
cōiunctis in angulari lapide Chriſto duobus pa Ephe. 2.
rietibus, ſcilicet Iudæorū & gentium, id eſt, Iſ-
rael & Ioſeph, Deducis ad caulas Dei [TAN-
quam oues] ad paſcua. Hę ſunt oues ille, de qui-
bus dominus in Euangelio, Alias oues habeo, Ioan. 10.
quæ non ſunt ex hoc ouili & illas oportet me
adducere, & fiet vnū ouile & vnus paſtor. Nō- Ex Caſs.
ta quia propria ſingulis verba reddit. Regitur
nāque Iſrael, tanquam maior: ducitur Ioſeph,
id eſt deuotus populus.

2 Qui ſedes ſuper cherubim, manifeſtare coram Ephraim, Beniamin, & Manaſſe.

QVI ſedes] q. d. Intēnde ita ô tu [QVI ſedes Ex Aug.
ſuper Cherubim,] id eſt, ſuper illas ſublimes po-
teſtates cælorū [MANifeſtare coram Ephraim,
Beniamin & Manaſſe,] id eſt, coram gente Iu-
dæorum vbi hæ tribus ſunt. q. d. Tū qui es an- Ex Alcu.
gelis notus, innoteſce hominib⁹. Rŏgat Aſaph Ex Caſs.
vt dei filius, qui in ſecreto maieſtatis erat, per
incarnationem appareat coram Iudæis vt pro-
miſſum erat, faciens in eis has virtutes, quæ his
nominibus ſignificantur Ephrāim, Beniamin,
& Manaſſe. Ephraim enim interpretatur fru- Ex Aug.
ctificatio, Beniamin filius dexteræ, Manaſſes o-
bliuio, vt poſteriorum obliti in anteriora ſe ex-
tendant. Sed & iuxta interpretationes nominū,
poteſt ſic legi, Qui ſedes ſuper Cherubin, id eſt,
in plenitudine ſcientiæ, quæ eſt charitas. Che-
rubin enim interpretatur plenitudo ſcientiæ,
Manifeſtare coram Ephraim, id eſt, coram fru-
ctificatione. Et, Beniamin, id eſt, filio dexteræ,
vt & nos ſimus plenitudo ſcientię, quod poteſt
eſſe per charitatē, quæ eſt deus. Vnde deus cha-
ritas, eſt quā qui ſcit, quid neſcit? Charitas enim
nomen eſt & dei & doni, Et coram Manaſſe, id
eſt oblito vt iam illi venias in mentem iuxta il- Pſal. 21.
lud, Reminiſcentur & conuertentur omnes fi-
nes terræ.

3 Excita potentiam tuam, & veni: vt ſaluos facias nos.

EXcita potentiam tuam & veni] Rēpetit a- Ex Alcu.
pertius quod orauerat. Ordo talis [VENI] tu & Caſs.
ipſe in carnem [ET excita potentiam tuam,] id
eſt, oſtēde pōtentiā tuam in reſurrectione, quia Ex Aug.
viſus es infirmus in paſsione, dum dicitur, Si fi- Matt. 27.
lius dei es, deſcende de cruce. Nihil valere vide-
baris: præualuit ſuper te perſecutor, quod præ-
ſignatum eſt cum Iacob præualuit angelo, ipſo
quidem angelo volente, & tamen victus ange-
lus benedixit victorem. Tenuit nanque homo
victur angelum, & dixit, Non te dimittam niſi
benedixeris mihi. Benedixit itaq; victus victo-

rem,sed claudū fecit eūdem. Tetigit enim ner-
uum femoris eius, & aruit .hoc est magnum sa-
cramentum. Claudicat quidē populus Iudęo-
rum , sed & ibi est benedictū genus apostolorū.
Excita,ergo, Potentiam tuam,id est, crucifixus
ex infirmitate,resurge ex virtute. Dico veni,ād
Ex gl.int. quid?[VT SALVOS FACSAT nos]Sic ău-
tem salui erimus,ô,

4 Deus conuerte nos, & ostende faciem tuam:& salui erimus.

Ex Aug. DEVS cōuerte nos]ăuersos à te, Aliter non
conuertimur nisi tu facias . Deinde loqnens ad
patrem ait, [ET OSTENDE] vel,Illumina [FA-
Ex Hier. ciem tuam]nube carnis. coopertă,id est, filium
Ex Aug. tuum,qui est imago tua . Hęc facies velata fuit
Asaph tempore infirmitatis Christi,& tunc æ-
grotauit, Asaph non valens intueri velatū nu-
be;de qua dicitur,Ascendet dominus super nu-
bem leuem,& intrabit AEgyptum.Illuminauit
verŏ deus faciem illam , cum Christus resurre-
xit,& ascendit . Et ita saluamur .Vnde subdit,
Ex gl.int. [ET salui erimus]Cōuĕrsis tamen ad Christum,
etiam post Christi aduētum restat ira,in corpo-
re quidem,non in mente:sed hæc finem babebit
per Christum in secundo aduentu . Nam qni in
primo aduētu partem pœnę remouit,in secun-
do omnem pœnam consumet in bonis . Vnde
iste dicit,

5 Domine deus virtutum, quousque irascêris super orationem serui tui?

Ex Hay. DOMINE deus virtutum] cælestiū, qūibus
& gl. int. nos socii futuri sumus [QVOVSQVA irasceris
Ex Aug. super orationem]iam[SERVI tui?]& si ĭrasce-
baris super orationē inimici tui,ne irascaris su
per orationem iam serui tui.& partim vtique
transiit ira à seruo,non vt nō flagellet,vt pater:
sed ne damnet . & conuersis enim durat ira, sed
corrigens. Flagellat enim omnem filium quem
recipit.

6 Cibabis nos pane lachrymarū: & potum dabis nobis in lachrymis in mensura.

Ex Cass. CIBABIS]Exponit hic passiones,quas san-
& Alcui. cti tēpore aduentus passuri sunt.q.d.& si optem
& gl.int. Christi aduentum,tamē eo tempore multa pas-
suri sumus,quia [CIBABIS nos]deus[PANE
lachrymarū]Alia similitudine idē dixit[ET po
tū dabis nobis in lachrymis]Lachrymę nāq; illę
erūt ad correctionē,ad perfectionē, nō ad perē-
Ex Aug. ptionem. Quæ lachrymæ erunt[IN mēsura].i.
1.Cor.10 pro viribus tuis, vt erudiatis, non opprimaris,
Vnde Apostolus, Fidelis deus qui non patietur
Ex Alcui. vos tētari supra id quod potestis. Vel,In mēsu-
& Hay. ra,id est,prŏ modo culparū. Deinde exponit la
chrymas dicens,

7 Posuisti nos in cōtradictionem vicinis nostris:& inimici nostri subsannauerunt nos.

POSVISTI nos in contradictionem vicinis
nostris]Plāne hoc factū est.De Asaph enim ele- Ex Aug.
cti sunt, qni irent ad gentes, & prædicarent in
gentibus si quibus contradicebatur,à dicentibus,
Quis est iste nouorum dæmoniorū nuntiator?
Et inde sunt cibati lachrymis.prædicabāt enim
mortuum resurrexisse. Nona res, sed incredibili
rei fidem miracula faciebant.ergo cōtradiceba-
tur eis: sed contradictor vincebatur, & ex con-
tradictore fidelis efficiebatur . Confrĕgit enim Ex Isido.
Sanson molas leonis,qui sibi occurrit eunti du- in Iudicū
cero vxorem de alienigenis[ET inimici nostri] 14.& Au
nō modo contradixerūt, sed etiam[SVBSAN- gustino
nauerunt nos,]quăsi colentes mortuum.Sed li- psal. 80.
cet tanta passuri sumus, non tamen ideo minus versu.7
optamus cum,sed iterum oramus, Ex Aug & gl.int.

8 Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.

DEVS virtutum conuerte nos,& ostēde fa-
ciem tuam,]id est,præsentiam Christi[ET salui Ex Cass.
erimus] desiderantis mos est, frequenter repe-
tere,quę tātis precibus orat.¶Aliter ab illo lo-
co, Excita, ōrat potentiam miraculorum, quæ Ex Hier.
deus fecit in veteri populo excitari,quę excita-
ta est exhibita re quam præsignabant,id est, ve-
niente veritate.Precāns ergo aduentum Christi Ex Hay.
ait, Veni,tu ipse deus.Et,Excita populū tuum,
scilicet miraculorum, quæ olim fecisti, quorum
potentia sopita est, donec res eorum appareat.
Dico veni,Vt saluos facias nos. Eccĕ quantam Ex Cass.
incarnationis vtilitatē iste nouit. Ideo tam stu-
diose precatur. Quæ enim vota hæc sufficiunt
petere? Domine deus virtutū, alia litera, deum
virtutum dicit quem nouit Asaph, & in se & in
aliis hominibus miracula facturū, ipse enim so-
lus est qui ab infidelitate liberat homines . Tu
inquam deus,Conuerte nos,distortos . Et,con-
uersis,Ostende faciem tuam,quia conuersos so-
let deus respicere . Deinde quærit,quare tandiu
differat aduentum, quam dilationem iram Dei
cōtra se reputat dicēs, Domine deus virtutum
quousque irasceris super orationem serui tui,vt Ex Cass.
non facias iam promissa.Hoc Asaph illo tēpo-
re dicebat, qno eum venire petebat, quo adhuc
differebatur aduentus,consilio dei.Iratum dicit
quia tardat . Ecce quæ pietas & quantū deside-
rium petentis. Ideo ita clamat,quia sciebat dif-
ferri. Cibabis,Enumerat quæ mala interim an-
te aduentum patiebantur. quasi dicat, Tandiu
quousque venias , Cibabis nos pane lachryma-
rum, Panis lachrymarum est vita doloribus ple
na.Sed & hæc cibus est, dum non sic extingui-
mur,sed erudimur.addit etiam quod ipsa est &
potus dicens, Et potum dabis nobis in lachry-
mis.Ideo hęc duo ponit,quia hęc duo sunt qui-
bus viuit omnis homo: vt per hæc sufficientem
& plenam eruditionem flagellorum significet.
Nam quod tēpus est à lachrymis vacuum? quas
tamen lachrymas das,In mēsura,id est,distribu-
to modo. Vnde,Fidelis deus qui non permittet 1.Cor.10.
vos tentare,&c.Deinde exponit lachrymas di-
cens, Posuisti nos in cōtradictionem vicinorum
nostrorum,& inimi.no. sub. n. Dum vicini qui

sunt de nobis, contra nos sunt, irrident nos inimici. à quibus omnib⁹ vt salui simus, Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam, id est Christum, & salui erimus.

PARS II. 9 Vineam de AEgypto transtulisti: eiecisti gētes, & plantasti eam.

Ex Cass. VINEAM] Secūdā pars, agit hic de vinea, ostendens quomodo incepta & perfecta fit. Vineam autem dicit ecclesiam, quæ incœpit à Iu-

Ex Aug. dæis & perficitur in gentibus: vna tamen & eam sequēt. dem vinea est, & si altera gens det principium altera perfectionem. De huius ergo vineæ incep-

Ex Alcu. ptione agēs, dicit [VINEAM, &c] q.d. Nōs salui erimus, sed Iudæos, quib⁹ tot fecisti destrues, quod nō pro leui culpa: sed quia beneficiis ingrati, etiam aduentum Christi, inter cætera beneficia sibi exhibita, nō nouerunt. Bene dixi, inter cætera multa vtcque fuerūt eis collata, quia

Ex Aug. & Cass. [VINEAM de AEgypto trāstulisti] In terram promissionis [EIECISTI] de terra promissionis [GENTES,] id est, Amorrhæos, Iebuseos, & alios populos [ET plātasti] vt agricola [EAM] vineam, ibi.

10 Dux itineris fuisti in conspectu eius: & plantasti radices eius, & impleuit terram.

Ex Aug. DVX itineris] Dixi, vnde vinea sit eiecta, & vbi plantata. Deinde subdit, Quomodo crediderit, & quātum creuerit, quid occupauerit dicens, Post vt vinea orbē cōprehenderet [DVX ITINERIS fuisti in conspectu eius] apparens

Matth. 15 et visibilis, carne assumpta. Vnde, Nō sum missus nisi ad oues quæ perierūt domus Israel. Vel secundum aliam literam, & dirigitur sermo ad deum patrem, Viam fecisti in conspectu eius, id

Ex Aug. & Cass. est, Christum visibilem ei misisti, qui dicit, Ego sum via veritas & vita [ET PLANTASTI ra-

Ioan. 14 dices eius,] id est, ꝓphetas & apostolos, & alios doctores [ET] sicut illa vinea modo [IMPLE-

Ex Aug. VIT TERRAM] totam, quæ imperio fit vsque ad finem mundi, dum cotidie aliqui cōuertuntur. Notandum quod breuiter egit de inceptione vineę, cum dixit, Vineam de AEgypto transtulisti. Hoc autem ad perfectionem eiusdem vineæ dictum est, Et impleuit terram. Deinde de initio eiusdē vineæ latius repetit dicēs,

11 Operuit montes vmbra eius. & arbusta eius cedros dei.

Ex Aug. OPERVIT MONTES] pōstea de perfectione eiusdem repetit, ibi, Et perfice eam. quæ perfectio est facta gentibus abiectis Iudæis, vna tamen vinea, cuius vineę commemoratio in hoc psalmo caliginem facere solet minus intētis. Intendamus ergo, ne caligo innoluat oculos nostros, quasi dicat, Modo vinea impleuit terram, sed prius [VMBRA EIVS] vineæ, quæ modo impleuit terram, [OPERVIT MONTES] Montes sunt prophetæ, quos operuit vmbra, quia locuti sunt in figuris. Vmbra enim eius est circumcisio, sabbathum, & huiusmodi, quæ prophetę locuti sunt, Obserua sabbathū, octaua die circūcide infantem, offer sacrificium arietis, vituli, & aliorū, noli mouerī. Ideo operuit montes vmbra eius, & post vmbrā venit res. Vel ita, Vmbra eius, id est, cūra & sollicitudo de eis, Operuit montes, id est, maiores [ET ARBVSTA eius,] id est, eorum exerementa, & augmenta operiunt [CEDROS dei,] id est, dōctores. Vinea nanque ista crescendo operuit omnes sanctos, prophetas, & patriarchas, cura & sollicitudine. Ideo autem dixit, Cedros Dei, quia sunt cedri euertendę, scilicet superbi qui sunt cedri seculi, sed non dei. Sequitur, &

Exod. 24

Leu. 8.

Act. 1.

Ex Aug. & Haym.

Ex Aug.

12 Extendit palmites suos vsque ad mare: & vsque ad flumen propagines eius.

EXTENDIT] ab Hierūsalē [PALMITES suos,] id est, filios à simili [VSQVE AD mare] quod est prope Iudæos [ET VSQVE ad flumen] Iordanis [PROPAGINES eius] Nota quia supradixit, quod hæc vinea impleuit terram, sed hic dicit, quod prima gens Iudæa fuit vinea ista, quæ regnauit vsq; ad mare, quod ibi vicinum erat, & vsque ad flumen Iordanis. trās Iordanem enim aliqui Iudæorum erant, id est, duæ tribus & dimidia, sed infra Iordanem totā gēs erat. Hoc ergo est initium vineæ, de quo hic agitur. cuius vineæ perfectio est, quam prędixerat, ibi, Impleuit terram, per viam Christum. Hoc est quod alibi dicitur, Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarū, quod non gens Iudæorum fecit. Non est tamen hæc altera, sed eadem vinea. Inde enim Christus salus ex Iudæis, inde Apostoli & alii iusti, & si sint aliqui rami fracti.

Ex Cass.

Ex Aug.

Num. 32

Psal. 71.

Ioan. 4

Rom. 11

13 Vt quid destruxisti maceriam eius? & vindemiāt eam omnes qui prætergrediuntur viam?

VT QVID DESTRVXISTI] q.d. Ita dilatata est vinea. Indē quid ei accidit? euersa est gens illa. Et hoc est, [DESTRVXISTI MACERIAM EIVS,] id est, munitionem. Maceria est, quæ de solis lapidibus fit circa vineas. [ET VINDEMIANT] id est, spoliant, & diripiunt [EAM OMNES QVI PRAETERgrediuntur viam,] id est, legem vel Christum, scilicet gentes quæ idola colunt. Vel, Viā transeuntes, sunt quicūq; tēporaliter dominātes. Et vt quid ācidit hoc ei? quia superbia fuit etiam aduersus plantatorem, & seruos occidit ad se missos, & etiam filium hæredem: ideo destructa est eius maceria, & inuenerunt gentes ecclesiam destructam, & deleuerūt eam. Hoc primo plangit Asaph, sed non sine spe. de dirigentibus enim cor, iam loquitur. deinde exponit qualiter vindemiauerunt.

Ex gl. int.

Ex Aug.

Ex Cass.

Ex Aug.

14 Exterminauit eam aper de syl

ua: & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.

Ex Caſs. EXTERMINAVIT eam]id eſt, ẽxtra ter-
minos patriæ eiecit eam [APER] veniens [DE
Ex Aug. ſylua,]id eſt, dẽ gentibus: Aper eſt Veſpaſianus
fortis & ſæuus eis, & contrarius illis, id eſt, Iu-
Deute.14 dęis, qui inter cętera hoc animal habẽt immun-
dum, qui venit de ſylua. Gẽtes enim ſyluæ erãt.
Sola gens illa vinea erat, ſed quãdo crediderũt
Pſal.95 gentes impletum eſt illud, Exultabũt omnia li-
Pſal.131. gna ſyluarũ, & alibi, Inuenimus eam in campis
ſyluę[ET SINGVLaris ferus depaſtus eſt eam]
Ex Caſs. id eſt, Titũs qui reliquias Iudæorũ terribili de-
paſtatione conſumpſit. Qui dicitur ſingularis,
id eſt ſuperbus. Dicit enim omnis ſuperbus, Ego
Ex Aug. ſum, ego ſum, & nemo alius. Vel pro eodem ac-
cipitur, aper, & ferus. Nam ſingularis ferus, ipſe
eſt aper, qui vaſtauit, ſcilicet Romanus exerci-
tus. Sed quo fructu hæc paſsi ſumus? vt ſic ſa-
nemur & conuertamur. Et hoc dicit orando, ô,

15 Deus virtutum cõuertere: reſpice de cælo, & vide, & viſita vineam iſtam.

Ex Alcui. DEVS virtutum, &c.] Vel ſic cõtinua. Ita
vaſtata eſt vinea, ſed vt reliquię ſaluę fiãt, ô deus
virtutum [CONVERTE] ab ira in fine ſeculi.
[ET RESPICE] miſericordiæ intuitu [DE
Ex Caſs. CAELO]cęlorum.i. ſupplicea: tu ſerenua aſpice,
commutatis in melius. hoc remedium precatur
Aſaph[ET VIDE,]quibus peccatis laboret, &
Ex gl.int. pereat homo. Vel, Vide .i. fac eãm cognoſcere
& Haym. te vel peccata ſua [ET VISITA vineã iſtã] id
eſt, infirmam ſana.

16 Et perfice eam quam plantauit dextera tua: & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi.

Ex Aug. ET perfice eam]non aliam inſtitue, ſed hanc
Gen.22. perfice. In hac enim eſt ipſum ſemen Abrahæ,
Rom. 11. in quo benedicentur omnes gentes. Ibi eſt radix
Ex Aug. quæ portat oleaſtrum. Perfice dico, quĩa cæci-
ſas ex parte contigit in Iſrael, vt plenitudo gen
tium i.s. & ſic omnis Iſrael ſaluus fiet [QVAM
Ex Alcui. PLANTAVIT,] id eſt, inchoauit [DEXTE-
& gl. int. RA TVA,] id eſt, propiciatio tua. ¶Alter
rotum poteſt dici ita, vt prius fundamentum
hiſtoriæ de Iudęis iaciatur: deinde ædificium ſpi
Ex Caſs. ritualis intelligẽtię, de eccleſia addatur. Per my-
ſticas enim ſimilitudines quæ geſta ſunt. Dicit,
id eſt ita dicit ea quæ ad literã facta ſunt de Iu-
dæis ſub ſimilitudine vineæ & palmitum, & hu
iuſmodi, quod etiam myſteriũ, id eſt, myſticum
ſenſum innuit. Sunt enim ſimilitudines, quæ
nõ ſunt myſtice, quaſi dicat, Salui erimus: quia
ita præſignaſti olim, Quando vineam de AE-
gypto tranſtuliſti, hoc ad literam, ita vt prius
accipiatur, Eiecisti gentes & plantaſti eam, nec
hoc mutatur ad hiſtoriam. Ad literãm enim vi-
nea eſt gens Iudæorũ in typo eccleſię, quæ my-
ſtice per vineã accipitur: quia inter turbas vm-
bratiles peccantium fruge ſanctorum ornatur,
ſicut vinea fructu ornatur inter folia & foſſa tri
bulationib⁹, & martyrio putata plus creſcit ſi-
cut vinea, & ſecularis preſſurę torcularibus eli-
quata ad cæleſtem cellam transfertur. Sicut er- Ex Hier.
go illos Iudæos de AEgypto tranſtuliſti. Ita,
Et vineam id eſt eccleſiam de AEgypto, id eſt,
de tenebris ignorantiæ & cæcitatis, Tranſ-
tuliſti & eieciſti gentes, vitiorum, Et plantaſti
eam, in virtutibus, Dux itineris fuiſti in con-
ſpectu eius, ad literam, dum irent in colum- Exod.14
na nubis & ignis, præcedebat eos, Et planta- Ex Hay.
ſti radices eius, id eſt, principes Iudæorum,
Et impleuit terram, promiſsionis. Deinde ſe-
quentia ſecundũ hiſtoriam non mutantur. My-
ſtice de eccleſia totum ſic accipitur. Qualiter Ex Caſs.
per orbem dilatata eſt, oſtendit dicẽs, Dux iti- & Hay.
neris fuiſti, dum eam ducit ſpirituali itinere per & Alcu.
hunc deſertum ſeculi, Et plantaſti radicem eius,
id eſt eccleſiæ.i. prophetas, apoſtolos, martyres,
& alios firmos facit de quibus palmites tendẽs,
mundũ occupat. Vnde ſeqitur, Et impleuit ter-
rã.i. orbẽ terrarũ. Et vmbra eius operuit mon- Ex Caſs.
tes altitudo & latitudo vineæ, hic exponitur.
Nã ſuperna eſt & cæleſtis vinea illa, quæ etiam
montes, id eſt, ſublimiores vita & ſcientia ob-
umbrat, id eſt, vmbra ſpiritualis gratiæ fouet, &
nutrit & magis creſcere facit. In vnitate quip- Ex Hay.
pe eccleſiæ omnes gratiam accipiunt, per quam
ab incentiuis vitiorum refrigerantur, Et arbu-
ſta eius cedros dei. Vites quæ arbores aſcendũt Ex Caſs.
arbuſta nominantur, per quę minores in eccle- & Alcu.
ſia accipiuntur. Cedri dei ſunt nõ ſuperbi. Sed
qui in eccleſia ſunt alti vt ſunt Dei martyres.
Arbuſta ergo, id eſt, mĩnores operiunt, Cedros Ex Rem.
dei, id eſt maiores, quia etiam hos eccleſia pro- & Caſs.
tegit, quaſi in gremio ſuo, quia eius auctoritate
corroborant, quod dicunt. Aliter enim non ha-
betur catholicum, niſi vniuerſalis eccleſiæ con
teſtatione firmetur. Extẽdit palmites ſuos, Ex-
põſita altitudine exponit latitudinẽ vineæ di-
cens, Extendit palmites ſuos, id eſt, filios vſque Ex Caſs.
ad mare omniũ gẽtium: Et propagines eius.i. fi-
lios regenerationis, Vſque ad flumen, Iordanis, Matt.3.
à quo manauerunt. ibi enim cœpit regula bap-
tiſmi. Et quia talis eſt vinea, ergo, Vt quid de-
ſtruxiſti maceriã eius? miratur cur huic tali ſub-
tracta eſt domini defenſio, ſed hoc dicit de eccle
ſia non pro bonis, quia nouit dominus qui ſunt 2.Tim.2.
eius, ſed pro infidelibus qui ſunt in ea. nomine,
nõ numine, numero non merito, Et vindemiãt
eam omnes qui prætergrediuntur viam, id eſt,
dęmõnes. Exponit qualiter, Exterminauit eam Ex Caſs.
aper, id eſt, diabolus fortis & ferox, De ſylua,
quia cogitationes eius agreſtes & auiæ ſunt. Et
ſingularis ferus, idem qui aper, id eſt, ſuperbus
diabolus, Depaſtus eſt eã, ſed tu domine, Deus
virtutum conuertere: reſpice de cælo, & vide,
& viſita vineam iſtam, hæc non mutantur [ET
PERFICE EAM quam plãtauit dextera tua,]
id eſt prõpiciatio tua. Sed vbi pficies? Perfice eã,
ſuper te fundatã. [ET ſuper filios hominũ]Hic
aperte oſtẽditur Chriſtus, qui de Maria virgine Matth. 1.
natus. Ipſe enim eſt fundamentum, quod nemo Ex Aug.

Matt.3. potest mutare [QVEM confirmasti tibi] quãdo
1.Cor.3. dixit, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, in quo confirmatus est Christus, apud homines: qui solus est fundamentum. Et sic erit, quia,

17 Incẽsa igni & suffossa: ab increpatione vultus tui peribunt.

Ex Aug. INCENSA igni & suffossa,] id est, peccata [AB increpatione vultus tui peribunt] Incensa & suffossa peccata dicit. sed incẽsa sunt peccata illa quæ facit ardens cupiditas: suffossa vero, quæ facit timor male iacens. Et hæc sunt omnia peccata criminalia, quia omnia peccata fiunt, vel propter cupiditatem, vel propter timorem quem non capit cupiditas, vincit timor. Perscrutamini conscientias, interrogate corda vestra vtrum possint esse peccata, nisi aut timendo, aut cupiendo. Omnia ergo peccata, duę res faciũt in homine, scilicet cupiditas & timor: sic ecõtra amor dei & timor eius ducunt ad omne bonum. Amas enim vt bene sit tibi: times ne male sit tibi. hoc age in deo, non in seculo. Vterque amor incendit, vterque timor humiliat: sed aliter, & aliter de bono timore colonus intercedens pro arbore quæ fructum nõ dabat, ne subuerteretur ait, fodiam circa illã & mittam stercora. Fossa significat piam humilitatem timẽtis: stercora, sordes vtiles pœnitẽtis. De igne autem boni amoris dicitur, Ignem veni mittere in terram. Ait ergo, Incensa igni, id est peccata quæ veniunt ex amore male incendenti. Incendit enim amor vterque. Et suffossa, id est, peccata quæ veniunt ex timore male humilianti, humiliat enim timor vterque: Peribunt ab increpatione vultus tui, id est, filii tui. Hæc est facies quæ peccata delet. Quid enim increpabat
Ex Hay. Christus nisi peccata? Vel ita, Incensa, dicuntur mala, quæ igne cupiditatis fiunt, quod cõuenit cum prædicta sententia. Suffossa sunt occulta mala dum alii paratur insidiose fouea. Hæc autem peribũt in futuro dum pro eis damnabun-
Matth.25 tur mali, quibus dicetur, Ite maledicti in ignem æternum. Vt autẽ hæc omnia iam impleantur,

18 Fiat manus tua super virum dexterę tuæ: & super filium hominis quem confirmasti tibi.

FIAT manus tua] Vel ita continua, quasi
Ex Hay. dicat, Qũandiu mali erim⁹? donec saluator ad-
& gl.int. ueniat. Ideo [FIAT MANVS TVA] ô deus
& Cass. [SVPER VIRVM dexteræ tuæ] Ostẽdat se
Ex Aug. misericordia tua, fac bene cũ vinea tua demonstrata facie tua, id est, verbo tuo, Sup virũ dexteræ tuæ, id est, filiũm virginis. Grande sacramentum hic notatur, & magnum munus dei ostenditur: quia tandiu salus Israel potuit dubi-
Ex Cass. tari, donec Christus venit: sed tunc cõpleta est promissio, ne vltra ab eo discedat ecclesia, sponso coniuncta. Dicit ergo, Fiat manus tua super filiũ hominis quem confirmasti tibi, id est, operatio tua ad effectũ promissa perducat, & precatur operationem sanctæ incarnationis, quasi dicat, Quãndiu increpas & accusas nos? ô deus Ex Aug.
Fiat misericordia tua super virum dexteræ tuę. Sicut oraui hæc fac.

19 Et non discedimus à te: viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus.

ET non discedimus à te] vltra, cũm filiũ ha- Ex Cass.
bemus [ET viuificabis nos] vt te non terrena a- & Augu.
memus, in quo prius mortui eramus. hæc vtilitas ex aduentu filii est [ET nomen tuum inuocabimus,] id est, tẽ diligemus tu eris nobis totũ Ex Aug.
& iuuamen; quod vt sit,

20 Domine deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.

DOMINE deus virtutum conuerte nos] in Ex Hay.
quo incœpi in eo finiam [ET ostende faciem & gl. int.
tuam & salui erimus] mãgna est suauitas huius Ex Cass.
versiculi in hoc regulam totius religionis exponit. Primo enim deus nos conuertit, tunc & non ante faciem ostendit, id est, lumine pietatis nos inspicit, postquam tandem nos saluat. Hæc ergo propheta iterat, quia per ipsum quisq; breuiter, quod expedit, implorat.

COLLATIO
In psalmum 79. Qui regis Israel intende: qui deducis velut ouem Ioseph.

In ratione tituli & eius additione, apud Septuaginta aliquoties discussum est.
5 SVPER orationem serui tui.] Heb. habent populi tui, vt omnes reddũt עַמֶּךָ ammeca, Sane serui dei, sunt populus dei. Vnde Greci in plurali habent τῶν δούλων σου. Suboleo tamen Septuaginta legisse aleph loco ayn. Siquidem & אֻמָּה vmmah Hebręis sonat populum, אָמָה amah etiã eisdem literis significat seruitutem.
6 POTVM dabis nobis in lachrymis in mensura. Hieronymus pro, in mensura, ponit tripliciter. Sic & Pellicanus. Veruntamen ille numerus accipitur pro multiplici. Vnde alii dicũt In maxima mensura שָׁלִישׁ schalisch, vtroque tendit. Quod autem Hebraice habetur eos vel eis, & dicimus nos vel nobis, nihil ad sensum, etiam si Hieronymus verterit velut Septuaginta. quamobrem nõ est improbabile exemplaria variasse.
14 SINGVLARIS ferus depastus est eam.] Hieronymus, Omnes bestiæ agri, depastæ sunt eam. Sic pene Pratensis, Munsterus, Pellicanus & Campensis. Est tamen cõtrouersia apud Hebręos, quid proprie significet זִיז ziz, etiã si vulgatior sit opinio nomen esse generale ferarum sylurstrium. Siquidem Sãctes vertit, Auis agrestis depasta est eam. Is in suo thesauro recenset sententiam cuiusdam Rabini, qui arbitratur

יז esse auem magnam, quæ vbi suas extenderit alas, obfuscat solẽ. Istud credo fabulosum. Vtrũque fuerit certum est psalmũ significare singularem quandam desolationem. Porrò interpretes pro Caietano, pro fera agri, dixerunt reptile omnipotentis, vt appareat ipsos legisse שַׁדַּי schadai per punctum nũcupatum iamin, quum alii legant שָׂדַי shadai, per punctum smol sadai.

16 PERFICE eã.] Hieronym. pro imperatiuo posuit nomẽ, radicem, vt pertineat ad superius verbum visita. Munsterus, Locum vineæ. Sanctes & Nebiensis habitationem. Pratensis, plãtulam, Interpretes pro Caietano similiter. Hebraicum vocabulum כַּנָּה cannah imperatiue sumpserunt Septuaginta à verbo כּוֹן con, vel כֵּן can, id est, firmauit, ꝑparauit. Etsi præter normam vt sæpe Hebræis cõtingit. Et Pellicanus vertit, præpara. Paraphrasis Campẽsis, Restitue pristinæ dignitati.

16 Incensa igni & suffossa ab increpatione vultus tui peribũt.] Hieronymus vertit per accusandi casum, succensam igni & deramatã vt intelligas vineam aut plantam, & illud pendere à verbis superioribus. Alii quidem vertunt sub recto casu, singulariter tamen, & ponunt est vel iacet verbum. Deinde quod sequitur, ab increpatione vultus tui peribunt vel pereant, referũt ad eos qui hoc fecerunt, aut ad cultores vineæ, qua succẽsa necesse fuerit eos perire. Re vera in Hebręo, hæc duo inueniũtur singularia & fœminina שְׂרֻפָה serupbah כְּסוּחָה Kesuah. Cõ similiter Grece ἐμπεπυρισμένη πυρὶ καὶ ἀνεσκαμμένη. Et Hieronymus sic accipit in commentariolo huius loci, quem vbi recẽsuit, mox subnectit. Synagoga vtique cum Iudæis non credentibus. Diuus autem Augustinus accipiens pluratiue & neutro genere, nihil exorbitat à sensu, quem etiam refert Chaldæus. Incensum igni & concisum, ab increpatione vultus tui pereant.

Hieronymus legit sine punctis.

20 NOMEN tuũ inuocabimus.] Solus Hieronymus transtulit passiue, nomine tuo vocabimur. Ob idq̃ue clarissimum est vel hic ipsum legisse sine punctis, nam nihil distat actiuum à passiuo, citra punctorum assignationem. Potes enim enunciare נִקְרָא נִקְרָא niqra, id est, inuocabimus, vel יִקָּרֵא iqqare vocabimur. De hac re disputatum est in præfatione.

LXXX. PSALMI TIT.

In finem pro torcularibus Psalmus ipsi Asaph quinta sabbathi.

EXVLTATE deo] Titulus[IN finem pro torcularibus psalmus ipsi Asaph quinta sabbathi.] In hõc psalmo multa sunt con
Ex Aug.
gesta mysteria, ita tamẽ vt limen psalmi, indicet interiora per torcularia & quinta sabbathi, nobis insinuata. Quinta enim sabbathi, id est, quinta die creauit deus ex aquis animalia, scilicet na Gene. 1.
tatilia & volatilia, id est, pisces & aues, in quo sacramentum baptismi significatur, quo renati alii sunt tanquam aues, scilicet qui contemptis Ex Hay.
his tẽporalibus ad cœlestia subleuãtur: alii tanquam pisces qui in fluctibus huius seculi remanent curiosi: per torcularia intelliguntur ecclesiæ. de ãctualibus nanque torcularibus, nihil in Ex Aug.
hoc psalmo dicitur: vnde cõstat spiritualia esse torcularia quæ hic memorantur, scilicet ecclesias, quia sicut in torcularibus tria sunt, scilicet pressura, & de ea duo, scilicet oleum & amurca, quorum alterum reconditur: alterũ verò proiicitur, similiter vinũ & acinum. Sic & in eccle- Ex Aug. & Alcui.
sia est pressura tribulationũ põdus passionum, per quod fit discretio bonorũ & malorũ, quos eadem sacramenta coniungunt. Sicut enim racemus in vite simul habet vinum & acinum, & oliua in arbore oleum & amurcam: sic ecclesiastica sacramẽta bonis & malis communia sunt. Sicut autem vinum & oleum pressura torcu- Ex Aug.
laris eliquata reconduntur, acinum & amurca proiiciuntur velut in sordibus conculcanda. Ita accedente pressura tentationum, iustus iustior fit, & sordibus sordescit magis. Si ergo pressuræ sunt quas queruntur blasphemi Christianis temporibus abundare, ne turberis, esto oleum, non amurca quæ proiicitur. Hic enim discernitur, quod simul pendebat in arbore pro pressura ergo tribulationum discernente cantatur hic psalmus Asaph, id est, dominicæ congregationi, renatis ex aqua baptismi: ex quibus alii sunt oleum, & vinũ. Aũes, id est, spirituales, alii sunt amurca, acinum, pisces. Et est sensus ti- Ex Aug. & Alcu
tuli[PSALMVS] iste dirigẽs nos[IN FINEM]
id est in Christum, cantatur[IPSI Asaph] quia Ex Cass.
secũdum historiã Asaph iste loquitur Iudæis & spiritualiter Christianis. Asaph enim sibi ipsi loquitur. Psalmus dico agẽs[PRO TORCVLA- Ex Aug.
RIBVS,] id est, ecclẽsiis, in quibus est pressura tribulationũ, habitus[QVINTA sabbathi]. i. loquẽs de baptizatis & baptizãdis aqua baptismi, quod figuratum est per opus quintæ sabbathi. Intẽtio. Monet vt post baptismum cõ-
temptis his ad cælestia mente, scilicet ascenda- Ex Aug.
mus. Modus. Bipartitus est, Primò, dicit quid & Cass.
agendũ est electis, qui sunt oleum, vinum, aues.
Secundo, agit de amurca redarguens reprobos, Ex Alcu.
ibi, Audi popul. meus. Asaph ergo quasi pro- & Cass.
posita sibi imagine cuiusdam solennitatis electos ad celebritatem incitat dicens, O aues, vinum, oleum, scilicet congregatio Dei, cui fit hic psalmus.

XVLTATE deo adiutori nostro: iubilate deo Iacob.

EXVLTATE deo adiutori nostro] ãlii exultãt Ex Aug.
deceptori suo mũdo. Vel & Cass.
fictitio Deo, qui delusor est, & deceptor vel desertor. Vos autẽ[EXVLTATE deo adiutori nostro: iubilate] gãudio, quod Ex Aug.
non potestis explicare[DEO Iacob] quia vos

vere estis Iacob, scilicet minor populus cui seruiet maior. Et

2 Sumite psalmũ, & date tympanum: psalterium iucundum cum cithara.

Ex Aug. SVMITE psalmum,] id est, spiritualia acci-
& gl. int. cipite, per psalmum enim intelligitur donũ cœ-
leste quod à deo per gratiam largitur [ET date
tympanum,] id est, carnalia. Per tympanũ enim
accipitur carnale quod à vobis est, id est, in ve-
Ex Cass. stris sacculis habetis. q.d. Verba dei, & humani
& Alcui actus in vnam societatem conueniant. Hæc est
Psal. 121. enim pax Hierusalẽ: hæc est ratio dati & acce-
Phil. 4. pti. Vnde apostolus, Si spiritualia seminauimus
1. Cor. 9. vobis: non magnum est si carnalia vestra meta-
mus. Ideo psalmo iũgite tympanũ, quia [PSAL-
Ex Aug. teriũ] põnitur hic pro psalmo [IOCVNDVM
est cũ cithara] quæ ponitur pro tympano. q.d.
qui expectat cœlestia non sit piger ad operan-
da terrena prædicationi verbi dei, corporalibus
respondeamus operibus. Deinde subdit,

3 Buccinate in neomenia tuba, in
Ex Alcui. insigni die solennitatis vestræ.

Ex Aug. BVCCINATE] Hæc vsq̃ue ad partitionẽ.
Vel ad literam simpliciter de Iudæis accipienda
sunt, vel allegorice de Christianis. Ad literã au-
Ex Aug. tem sic accipitur, [BVccinate tuba in neome-
& Alcu. nia,] vel in initio mensis tubæ, quod idem est.
Nĕomenia enim Græce, latine dicitur noua lu
na. Neos nouus, Menes, luna, quæ est initium
mensis à primo autem die septimi mẽsis iussum
erat Iudæis vt septem diebus tuba canerent, id
est, in initio nouæ lunæ. Et dicitur illud festum
tubarum, quod celebrabãt in memoria illius rei
quod dominus ostendit Abrahæ arietem inter
vepres hærẽrem cornibus, quem pro Isaac im-
molauit. deinde quasi exponẽdo subdit [IN in-
Ex Aug. signi die solennitatis vestræ.] Hæc eadem spi-
ritualiter Asaph Christianis loquitur. q.d. Su-
mite, & date, & ne terreamini, sed, Buccinate
tuba in neomenia, id est, in innouatione vestri,
annuntiate & prædicate aliis clarius, & confi-
dentius nouam vitam, quam noua luna signifi-
Ex Cass. cabat, in qua Iudæi clangebant tubis septẽ die-
& Aug. bus: per quod significabatur, quia septiformis
gratia spiritus sancti, per quam innouamur erat
Esa. 58. prædicãda tuba. i. aperte. s. per opera manifesta,
Ex gl. int. vel altis clamoribus. Vnde Esaias, Exclama, ex-
alta vocẽ tuam, scilicet tuba. Dico in Neome-
nia, scilicet, In insigni die solennitatis vestræ, id
est, in nouitate vitę, vbi est veritatis cognitio &
à malis feriatio.

4 Quia præceptum in Israel est, & iudicium deo Iacob.

Ex Cass. QVIA PRAECEptum] hõc prius secun-
dum historiam sic, Ideo tuba canendũ, quia lex
data est Iudæis per Moysen, in qua hoc præci-
pitur. Et hoc est, ideo hoc [QVIA pręceptũ est]
Rom. 2. a deo [IN Israel] hoc est in Iudęis. vbi autẽ pre-
Ex Cass. ceptum, ibi & iudicium est. quia qui in lẽge pec-
& Alcu. cauerunt, secũdum legem iudicabũtur. Et ideo
etiã hoc agite [ET,] id est, quia [IVDICIVM]
est [DEO Iacob,] id est, quia iudex futur⁹ est qui
hoc præcipit, &

5 Testimonium in Ioseph posuit illud cum exiret de terra Aegypti: linguam quam nõ nouerat audiuit.

TESTIMONIVM] futurę rei [Posuit illud] Ex Cass.
præceptum, vel sine illud [IN Ioseph,] id est, in & Hay.
populo Iudęorum. quãdo? [CVM exiret de ter-
ra AEgypti. [Linguã quam non nouerat] id est,
legem per Moysen datam [AVDIVIT] & tũc
dominus

6 Diuertit ab oneribus dorsum eius: man⁹ eius in cophino seruierũt Ex Cass.

DIVERTIT dorsum eius ab onerib⁹] qui-
bus exercebat eos Pharao in luto & latere. Nã Ex Aug.
[MANVS EIVS,] id est, põpuli Iudaici [SER-
VIERVNT IN COPHINO.] Cophinus est
vas quo terrã portabat, lateres faciẽs Pharaoni.

6 In tribulatione inuocasti me, & liberaui te. & exaudiui te in abscondito tẽpestatis: probaui te apud aquam contradictionis.

IN TRIBVLATIONE] Si propheta lo-
quitur hic ita dicetur, diuertit dicẽs, [IN tribu-
latione inuocasti me: & liberaui te, & exaudiui
te in abscondito tẽpestatis,] ad literam, quan-
do nec aperte audebãt gemere metu Aegyptio- Ex Hay.
rum, cum affligerentur operibus luti & lateris.
Imputabãtur eis beneficia dei, vt grauior existi-
metur offensa [PROBAVI te apud aquam con Ex Cass.
tradictionis] vbi de bonitate mea & potentia
mea desperans dixisti, Nunquid poterit de pe- Ex Hay.
tra eiicere aquã aut parare mensam in deserto? Num. 20
¶ Vel hoc totũ spiritualiter de Christianis ac-
cipitur, hoc modo, Ideo pdicate in innouatio- & Cass.
ne vitæ, Quia, hoc, Præceptũ, est, In Israel. i. in
Iudæis, & ad literã & spiritualiter. Et iudicium
est deo Iacob. nõ mutatur. Et nõ solũ Iudęis, sed
etiã Gentibus pcepit, & hoc est, Et posuit illud,
præceptũ. Vel sine illud, & est idẽ sensus: Posuit
testimonium. i. pręceptũ sub attestatione, In Io-
seph, id est, in gentibus augmẽtatis. Ioseph enim
interpretatur augmentum. Gentes ergo sunt Esa. 54
Ioseph, quia multi filii desertæ magis, quã eius,
quæ habet virum. quando posuit? Cum exiret
de terra AEgypti, &c. Ecce quinta sabbathi, vn
de in titulo ait, Cũ populus multiplicat⁹ exiret Ex Aug.
de terra AEgypti, id est, de tenebris ignorantię & Alcu.
per baptismum, tunc audit & percipit mysteria:
quæ nõ nouerat, vbi debeat hęrere cor. Et hoc
est, cum exiret per baptismum de terra AEgy-
pti. i. de tenebris ignorantiæ. Linguã quam non
nouerat audiuit. i. præcẽpta euãgelii, quæ prius Ex Aug.
nõ nouerũt. Vel hoc significat quod apostoli lo & Cass.
cuti sunt variis linguis magn. dei. Quid ex hoc & gl. int.
auditu sibi fuit? Ecce, Diuertit, ipse, vel domi- & Haym.
nus, Ab onerib⁹, &c. Vel ita cõtinua, fuit ne ex
eundũ? fuit vtiq̃, q̃a diuertit dñs, dorsum eius
i. rationẽ ab oneribus. i. sarcina peccatorũ, quę

9 Ego enim ſum dominus deus tuus,qui eduxi te de terra Aegypti: dilata os tuum & implebo illud.

Ex Aug. & gl. int. EGO enim]nō āliénus,& ſi homo ſim[SVM dominus deus tuus,qui]tibi hæc temporaliter præſtiti,ſcilicet[EDVXI te de terra AEgypti] Hiſtorialiter per hoc oſtenditur noneſſe recēs. Allegoricè,Eduxi te, per baptiſmum, De terra
Ex Caſſ. Aegypti,id eſt de tēnebris ignorātię,factis pro-
Ex Aug. prijs indicatur deus.[DILATA]deſiderio [OS tuum] id eſt cor tuum,vbi anguſtias pateris, vbi ſunt vana ſimulacra . ſed, Dilata os tuū, confitendo,amando frange idolum cordis,quod te anguſtat: tolle de conſcientia tua recentem deum,[ET ego implebo illud]pane vitæ & intellectus.quia apud me eſt fons vitæ.Sic monui,

10 Et nō audiuit populus meus vocē meā: & Iſrael nō intendit mihi.

Ex Aug. ET non audiuit populus meus vocē meam] cui legem dedi,&magna feci,vt culpa creſceret.
Ex Caſs. Et ſi enim impleui ora prophetarum,non tamē
Ex Aug. ab amurca auditi ſunt. Quis enim eius vocē nō audiuit?ecce,[ET Iſrael non intendit mihi]Ingratus tot beneficijs,nec etiam attēdere voluit. Vnde digna ſequitur vltio.

11 Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorū : & ibunt in adinuētionibus ſuis.

Ex Aug. ET dimiſi eos]Eccē currit amurca, apertis foraminibus torcularis. [SECVNDVM deſide-
Rom.1 ria cordis eorum]id eſt dedi eos ſibi.Vnde Apoſtolus,Tradidit eos deus in cōcupiſcentias cordis eorum,[ET]ipſi [IBVNT in adinuentio-
Ex Hay. nibus ſuis] vel affectionibus,alia,litera quibusli-
Matth. 15 bet,quia propter traditiones ſuas irrita fecerūt mandata dei.ſed,

12 Si populus meus audiſſet me: Iſrael ſi in viis meis ambulaſſet.

Ex Hay. SI populus meus audiſſet me]crēdēdo.De-
Ex Aug. inde exponendo ſubdit,[ISRAEL]hic eſt populus,ſcilicet [SI in vijs meis ambulaſſet]hoc eſt audire me.

13 Pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem:& ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam.

Ex Rem. FORSITAN]id eſt verè, ſed ironicè dicit,
Ex Aug. [HVMILIASSEM inimicos eorum]omnis generis inimicos,omnis generis hoſtes , de quibus conqueritur quod per eos peccet.Inimicos
Ex Haymone dico,[PRO nihilo]computandos. Vel pro nihilo,id eſt gratis hoc feciſſem. Vel ſecundum aliam literam,Humiliaſſem inimicos in nihilum, redigendo,[ET miſiſſem manum meam]id eſt
Ex Caſſ. vindictam[SVPER tribulātes eos] quos preſ-ſiſſem potentia mea. Exēmplo iſtorum patet, quia ſi deo reſiſtimus,ipſe non contra dicit inimicis noſtris, nec manum defenſionis noſtrę ſuper eos ponit.

14 Inimici domini mentiti ſunt ei:& erit tempus eorum in ſecula.

INIMICI domini] Item Propheta loqui- Ex Caſſ.
tur poſt interpoſita verba domini. q. d. de inimicis conqueruntur,quod per eos peccent , ſed
ipſi facti ſunt, Inimici domini,quia [MENTITI ſunt ei] reſumendo, quibus renunciauerūt. Ex Aug.
abrenunciauerunt in baptiſmo diabolo & pompis eius , id eſt diabolicis factis à deo damnan-
dis , ſed rurſus ad ea redeunt , & ſunt nouiſsima Lucæ 11
peiora prioribus. Ecce canis reuerſus ad vomi- 2 Pet.2
tum, & ſus lota in volutabro luti. Vēl ad literā Ex Caſſ.
de Iudæis,qui,Mentiti ſunt domino,non pera- & Aug.
gentes promiſſa.Hoc non Pagani, qui nil promiſerunt.Quid inde eis?Et ſi hic tolerati ſunt, non erunt impuniti , non ſaluantur ſolis ſacramentis:quod ita dicit,[ET] ideo quia tales ſunt [ERIT tempus]pœnæ [EORVM in ſecula]
id eſt in æternum,& ſi hic floreant. Vel tempus Ex Alcu.
eorum,id eſt variatio eorum per pœnas.Tranſi Iob 24
būt enim ab aquis niuium, ad calorem nimium. Ex Aug.
Erit in ſecula,id eſt in ęternum.Et qui ſunt iſti? ecce,

15 Et cibauit illos ex adipe frumēti:& de petra melle ſaturauit eos.

ET cibauit illos] vel ita continua,tales ſunt Ex Caſs.
[ET]tamen [CIBAVIT illos ex adipe frumē-
ti] ad literam,vel manna.Vnde ipſi ſunt ingra- Ex Aug.
ti.Vel allegoricè, Eos cibauit, corpore Chriſti. ſacramentis enim ſuis eos miſcuit, & Iudæ etiā buccellā dedit. Vel,Cibauit eos ex adipe frumēti,id eſt ſpiritnali intellectu.[ET de petra melle
ſaturauit eos] ad literā,In eremo de petra pro- Num. 20
duxit aquam,non mel.Ideo myſtice tantum intelligitur. Mel ergo ſapientia eſt primatum tenens dulcoris in eſcis cordis. Et eſt, non ſolum adipe frumēti cibauit eos,ſed etiam, Melle,pro-
fluenti, De petra,id eſt ſapientia Chriſti . Nam 1 Cor. 10
petra erat Chriſtus. Saturauit eos,vt delectentur verbo dei,cognitione ſacramentorum, ſolutione parabolarum.Et tamen mentiti ſunt ei.

COLLATIO
In pſalmum 80. Exaltate deo adiutori noſtro.

2 PSALTERIVM iocundum cum cithara.]Perpuſillum eſt, quod ex Heb. conuerſus eſt ſermo. כִּנּוֹר נָעִים עִם נָבֶל kinnor naim im nabel, quod vertit Hieronymus citharam decorū cum pſalterio, etiam ſi prima particula organū ſignificet,& de poſtrema eſt controuerſia.

3 IN inſigni die ſolennitatis veſtræ.]Hiero. In medio menſæ,in die &c.Pratenſis, In ſolennitate,in die &c.Sanctes & Munſterus, In tempore conſtituto in die, ſiue & die ſolennitatis. כֶּסֶה ceſeh,ſignificat tempus cōſtitutū ſolennitatis. Quia vero Nume. 29. in medio menſis ſeptimi,hoc eſt decimoquinto die fiebat feſtū tabernaculorum inſigne octo dies, ad illud alludebat verſio Hieronymi, & Pellicani itidem. Ait enim,In operimento diei feſtiuitatis. Adde quod כֶּסֶה ciſſeh cum eiſdem literis Hebræis,

etiam thronum sonat, eoque potest responderε lectioni vulgatæ, & insigni die, quum thronus sit cuiusdam maiestatis symbolum. Cæterum quod legimus festiuitatis vestræ, & Hebr. nostræ, eodem recurrit.

6 MANVS eius in cophino seruierunt.] Diceret quis oppositum esse in Heb. sensum, etenim vulgata lectio sonat angariam seruitutis: Hieronymus ex Hebræo, & cæteri contra, liberationem à seruitute, suis interpretationib⁹ demonstrant. ille hoc pacto, Manus eius à cophino recesserunt. Pratensis, Palmæ eius ab ollis recesserunt. Similiter Nebiensis. Sanctes, Manus eius ab aheno transierunt. Munsterus, Manus eius à cacabis faciendis transierunt. Vbi de suo adiecit, faciendis. Cæterum quum תַּעֲבֹרְנָה saabornah id est transierunt, & תַּעֲבֹדְנָה taabodenah. finitima sint ob daleth & res, quæ literæ paruo apice distinguũtur, & posterius verbum significet seruierunt, verisimile est Lxx ita habuisse, vt per daleth enunciarent. nec tamen sententiæ incommodatur vllo modo, quin ea clausula videtur declaratiua superioris mox præcedentis, diuertit ab oneribus dorsum eius. Quod si quis pergat, & cognoscere affectet particularius, quæ fuerunt onera, quibus leuatũ est dorsum filiorum Israel, statim perpendet ex cophinis, quibus adigebantur ferre lapides, terrarum effossiones, & id genus, dura seruitute pręssi, vt ex Exodo palam est. Porro quod pro cophino, alij vertunt ollam aut cacabum, non mutat intelligentiam, etiam si vox hebręa דוד dud sit vtrique significatui communis.

st SECVNDVM desideria cordis eorũ] Hieronymus, Nebiensis, Munsterus, & Campensis, In prauitate cordis. Sanctes, In fortitudine. Pellicanus, In temeritatibus. Paraphrasis, In animo obdurato. Certè שְׁרִירוּת scheriruth est duritia, obstinatio, prauitas, temeritas, quę nemo dubitat esse passiones affectus cordis. Propinquius tamen accedunt ad Lxx Caietani doctores: vertũt enim in directione cordis. Quasi dicas, Ideo quia noluerunt à deo regi & gubernari, ipsi sibi sunt relicti & proprio sensui. Forsan intellexerunt particulam duci à verbo שָׂרַר sarar, quod est dominari, per pũctum smol, id est sinistrum. Chaldæus non longè est à nobis, Expuli eos in cogitationibus cordis eorum.

s3 PRO nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem.] Hũc locũ calumniatur Fab. propter particulam forsitan, quæ est nota dubitationis, & deo competere nequit. Rursum pro nihilo, id est gratis vel frustra, lõgè à deo abhorret. Quare dicendum cũ Hieronymo, quasi nihilum inimicos eorum humiliassem. Nonnulli vertunt, q̃ breui tempore inimicos &c. quia Hebr. habet כִּמְעַט kimat. Iam quantũ ad notam dubitationis forsitã id est peculiare in arcanis. vt est illud Ezech. 2. Hæc dicit dominus deus, Si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant. Et Lucæ 20. Forsitan quum hũc viderint verebuntur. Loquitur deus pater de filio. Quem tropum loquendi declarat diuus Hieronymus, in ca. Mat. 21. Ambigere dicitur deus, vt libera voluntas hominis reseruetur. Quantum ad secundũ pro nihilo, licet non cogemur exponere, id est gratis, sed in nihilum, aut (vt habet paraphrasis Cãpensis) nullo negotio perdidissem inimicos: aut (vt alius dicit) ad paucos redigerem hostes eorum. Tamen interpretando gratis, non eò tenderet sensus, velut deus quidpiam faceret sine causa, sed frequenter sine merito nostro præcedente, copiosa munificentia sua, multa elargitur. Et ad eum modum interpretatur diuus Augustinus illum versiculum psalmi 55. Pro nihilo saluos facies illos Hoc est, inquit, nullis eorum meritis præcedentibus.

LXXXI. PSALM. TIT.
Psalmus Asaph.

DEVS stetit in synagoga.] Titulus, [PSALMVS Asaph] Psalmus iste est de duabus naturis in Christo, in quo Christus vel Propheta loquẽs, exprobrat ipsi Asaph id est synagogæ, quæ & dominum corporaliter vidit, & tamen eum non agnouit. Vnde & hic dicit, Deus stetit in synagoga. Et est sensus, [PSALMVS] iste, sit [ASAPH] id est synagogæ, quæ hic redarguitur, vt saltem nunc intelligat quod nõ antè. Intentio. Monet credere Christũ verum deũ esse & verũ hominem. Modus. Tripartitus est. Primo nuntiat deum stetisse. Et arguit contrarios. Secundo, monet intelligere Christum esse deum, & si pauper sit & egenus, ibi, Iudicate &c. Tertio dicit, quid eis propositum fuerit, sed tamen perierunt, ibi, Ego dixi. Prius ergo nuntians deum, ait, Ex Cass. in titu. & in contextione psa.

DEVS stetit in synagoga deorũ: in medio autem deos diiudicat.

DEVS stetit] Dẽi nõ est stare, qui cælum & terram implet, qui est intra omnia non inclusus, extra omnia non exclusus, sed per hoc breuiter deum hominem indicat: ergo [DEVS] factus homo, [STETIT in synagoga deorum] id est in populo Iudæorum, vbi filius dei, secũdum quod homo stetit, qui fuit missus ad oues quæ perierunt domus Israel. Spiritualis autem præsentia deitatis, quæ vbique est, non propriè ad synagogam pertinet, nec tempore variatur. Deos autẽ dicit, quos postea filios excelsi dicit, ibi, Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. De quibus etiã per Esaiam dominus dicit, Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Filij autem sæpe dicuntur Iudæi, non solum gratia noui testamenti, sed gratia veteris, qua scilicet eos de AEgypto liberauit, & terram promissionis dedit. Non itaque pater, non spiritus sanctus, sed filius corporaliter stetit in synagoga Iudęorum. Sed cur ibi stetit? ecce, [DEOS diiudicat] secundum quod deus: stat homo, discernit deus, id est non meritis, sed gratia discernit vasa, alia in honorẽ, alia in contumeliam. Hoc [AVTEM] facit stãs,

Ex Cass. & Alcu. — Ex Aug. — Matth. 15 — Esaiæ 1. — 2 Tim. 2.

Ioann. 1 [IN medio]Vnde in euãgelio Ioannis,Medius
vestrum stetit,quem vos nescitis. Vnde & hic
in sequenti dicitur, Nescierunt neque intellexe
Ioan. 3 runt,Sed amicus sponsi stat & audit, & gaudio
gaudet propter vocem sponsi.

2 Vsquequo iudicatis iniquitatẽ: & facies peccatorum sumitis?

Ex Aug. VSQVEQVO iudicatis] Hæc est vox di-
scernentis.q.d.misi legem & prophetas,& resti-
tistis,vel interfecistis,sed,Vsquequo,hæc? num
vsque ad aduentum filij: Misi vtique prophetas
sed iniurijs affecistis,vel interfecistis,vel hoc a-
gentibus consensistis. Sed cum hæc agentibus,
nec loqui dignum sit vos qui tacuistis,& imita-
ri eos voluistis, id est vos qui eos, qui tunc ta-
cuerunt, velut innocentes imitari voluistis.
Vsquequo iudicatis iniquitatẽ.[ET facies pec
catorum sumitis?] Num & hæres occidẽdus est,
Matt. 21 qui pro vobis venit, Qui propter vos sine pa-
Ioan. 4 tre esse voluit vt pupillus? Qui propter vos esu
2 Cor. 8 riuit & sitiuit vt egenus? Qui propter vos pau
Ex Hay. per factus est,cum esset diues? Vel distingue in-
& gl.int. ter iudicantes & facies peccatorum sumentes.
Nam per iudicantes intelliguntur maiores,qui
iniquè iudicant: sumentes facies,id est similitu
dines peccatorum sunt minores, qui consen-
tiunt.

διάψαλμα 3 Iudicate egeno & pupillo: humi lem & pauperem iustificate.

PARS II
Ex Cass. IVDICATE] Secunda pars, vbi admonet
intelligere Christum esse deum,& si pauper fue
rit & egenus,quod eos nõ fecisse dicit.q.d. No-
lite iudicare iniquitatem,vel consentire iudicã-
Ex Aug. tibus,sed potius, Iudicate, hõc maioribus dici-
tur.[EGENO & pupillo] id est ad honorẽ eius
qui voluit esse sine patre propter vos,[ET iu-
stificate] id est iustum prædicate Christum fa-
ctum [HVMILEM & pauperem] propter vos
non illos propter se superbos, & vos minores.

4 Eripite pauperem & egenũ: de manu peccatoris liberate.

Ex Aug. ERIPITE pauperem & egenum: de manu pec
catoris liberate] Hoc minoribus dicitur, per
quod ostendit nec illos fuisse immunes à scele-
re tanto, qui permiserunt principibus Chri-
stũ, cum pro multitudine timerentur: & possent
Ex Cass. illos à facto,& se à consensu liberare. Qui enim
desinit obuiare cum potest,consentit:sed

5 Nescierunt neque intellexerũt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ.

Ex Aug. NESCIERVNT] hõc omnibus cõuenit,prę-
1 Cor. 2 latis & subditis. Si enim cognouissent, nec illi
dominum crucifigerent,nec isti Barrabam elige
rent.[NEQVE intellexerunt] id est nec etiam
scire curauerunt,quia [IN tenebris ambulant]
id est excæcati sunt, sed per hanc Israel cæcitatẽ,
Ex Hay. [MOVEBVNTVR]ad fidem [OMNIA fun-
Ex Aug. damenta terræ] id est plenitudo gentium ad fi-
dem intrabit. Vel ita, illi, Nescierunt, tamen mo
uebuntur in passione Christi, Omnia fundamen
ta terræ, quia in morte domini terra mota est,
& petræ scissæ sunt. Hic patet de quo ante di- Ex Cass.
xerat, Hoc enim signum in crucifixione Christi
contigit. Vel, Fundamenta terræ.i. terreni spi-
ritualiter moti sunt, illo tempore viso tanto mi
raculo, vt Centurio qui dixit, Verè filius dei e-
rat iste. Vel, Fundamenta terræ, id est felices
copia terrenorum, super quos ædificantur ter-
rent sicut boni super apostolos, qui dicuntur
fundamenta cæli mouebuntur, vel admirando
coli pauperem mortuum, Vel eum contemptis
terrenis sectando, addit, Omnia, quia nullus est
qui non miretur vel conuertatur. Terrenæ autẽ
felicitatis regnum est, superbia: contra quam ve
nit Christus humilis, exprobrans eis quos vult
altos facere per humilitatem his verbis.

6 Ego dixi dii estis: & filii excelsi omnes. PARS III

EGO dixi.] Tertia pars, vbi dicit quid eis Ex Cass.
propositum fuit, sed perierunt.q.d. Nescierunt Ex Alcu.
neque intellexerunt, tamen, Ego dixi, vos boni Remigio
[ESTIS dij] per adoptionem gratiæ [ET filij & Hsym.
excelsi] id est hæredes dei [OMNES] id est cu- Ex Cass.
iuscunque conditionis. Has enim promissiones & Aug.
omnes accipiunt, qui mandata custodiunt, scili
cet vt sint filij dei, hoc enim ad iustos dicitur,
qui prædestinati sunt ad vitam.

7 Vos autem sicut homines moriemini: & sicut vnus de principibus cadetis.

VOS autem]mali [MORIEMINI sicut ho Ex Cass.
mines] id est sicut peccatores, qui non sunt re-
dempti. Hoc enim ad iniquos dicitur,[ET ca-
detis] nõn extollemini ad cælum [SICVT vnus Ex Aug
de principibus] id est per elationem animi ca-
detis, sicut diabolus: turba autem dęmonũ quæ Ex Alcu.
cecidit. Dicitur vnus, quia in superbia similis.
Vel ita, Vos autem, mali, Moriemini, per infirmi Ex Aug.
tatẽ carnis, Sicut homines & cadetis, per super-
biam, Sicut vnus de principibus, id est diabolus.
q.d. Cum cito sicut homines sitis morituri, non
tamen corrigimini: sed vt diabolus, qui in car-
ne nõ moritur, extollimini vt cadatis, quia per
superbiam diabolicam inuiderunt gloriæ Chri-
sti, & viluit eis humilitas crucis. Vel omnibus ge
neraliter dicit, Ego dixi dij estis, & filij excelsi
omnes .s. omnibus promisit cælestia. Deinde lo
quitur ad malos, discernens inter maiores & Ex Hier.
minores, & primum ad minores dicit, Vos au- & Haym.
tem moriemini sicut homines, primi homines
Adam, scilicet & Eua, qui suasione diaboli pec-
cauerunt. Et, vos maiores, Cadetis, sicut vnus
de principibus, id est sicut diabolus, qui per su-
perbiam peccauit, proinde vt hoc vitium sanare Ex Aug.
tur, ex persona Prophetæ subditur,

8 Exurge deus iudica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.

EXVRGE]q.d. Vos cadetis, sed tu deus, Ex- Ex Aug.
urge, à mortuis,[ET iudica] id est damna [TER
RAM] quæ tumuit te crucifigens, id est damna Ex Alcu.

istos,[QVONIAM]his repulsis[TV hæreditabis in omnibus gentibus] id est omnes gentes erunt tua hæreditas. Vel, Iudica terram, id est mundum,quod potes,quia tuus est. Et hoc est, Quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.
Ex Aug. Vel secundum aliam literam, Quoniam tu disperdes in omnibus gentibus. Quid disperdes in gentibus?terram ipsam,id est eos qui terrena sapiunt,vel contereodo eos penitus,& ab hæreditate exterminando,vel affectum terreoæ cupiditatis & elationis absumendo in eis. quod io bono accipitur.secundum quem intellectum etiam dicitur, Tu hæreditabis in omnibus gentibus.

COLLATIO
In psalmum 81. Deus stetit in synagoga.

Faber. I DEVS stetit iu synagoga deorum.]Hoc in loco ausus est Faber affirmare Lxx interpretes literam corrupisse,ac exaggerãdo,impiè eos tractat scribẽs fuisse illusos,& fœde lapsos. Mouetur leuiter ad id sentiendum.Nẽpe ex hoc quod אל el singulariter dicitur, vbi legimus pluratiuè deorum, & Hieronymus vertit, Deus stetit in cœtu dei. Cur ergo non eadem opera initium psalmi,trã slatum est sub plurali numero, Dij steterunt,quãdoquidem habetur in Heb. אֱלֹהִים elohim,numero multitudinis.Itaque siue enunties vnicè siue pluratiuè, Cœtus dei vel deorũ, sunt sancti,qui ad deum pertinẽt, vel principes qui authoritate dei potiuntur. Hic autem quãdo mox præmittebatur collectionis nomẽ synagoga,cur Lxx interpretes vocantur in ius sub forma singulari multitudinem intelligentes?Vnde plures qui hebraïsmum probè callent, nihil reformidant per pluralem numerum traducere. Hinc Sanctes dixit,in congregatione iudicum, quam Munsterus interpretatur cõgregationem magnificam.Et editio ad Campensem, In cœtu potentium.Consonat & paraphrasis è regione. Chaldæus paraphrastes,Deus deitatẽ suam posuit in congregationem iustorum,qui potentes sunt in lege.Nec obstat quod Hieronymus verterit singulariter.Sic enim vertit vt talem versionẽ,suo loco approbet. In commẽtariis enim vbi versiculum repetijt,tale subiecit interpretamentũ,Quia dij erãt,propterea stabat eis deus. Et paulo post,Vide hominis dignitatem, Deus stetit in synagoga deorum. Largitur nobis nomen,vt largiatur & meritum. De diuo Augustino nõ est dubium quàm latè & eruditè per pluralem numerum prosequatur.

LXXXII. PSALM. TIT.
Canticum Asaph.

Ex Alcu. & Cass. DEVS quis similis.]Titulus.[CANTICVM Asaph] Agit in hoc psalmo de secundo aduẽtu Christi ad iudicium,vbi boni qui hic patiuntur,coronabuntur.Mali vero qui eos persequuntur,torquebuntur,per quod deterret iniquos à persecutione populi dei,quem multis modis mali in præsenti affligunt maximè tempore Antichristi.Et est sensus tituli,[CANTIcum]istud,quod dicitur canticum,quia agit de Ex Cass.
iocunditate mentis psalmi,quia monet ad bonas actiones,congrue vtrumque iũgit:quia in rebus actualibus est habenda contemplatio diuina.Est ASAPH, id est populi dei, qui loquitur hic. Et quia Asaph proprie de Iudæis est,intelligitur hic prophetia fieri maxime contra Iudæos. Intẽtio. Ex Alcu.
Malos dehortatur a persecutione bonorum,bonos vero monet ad patientiam. Modus.Biparti Ex Cass.
tus est psalmus.Primo proposito timore futuri iudicis, describit malitiam inimicorum vel iniquorum.Secundo agit de vindicta inimicorũ vel iniquorum, ibi, Fac illis sicut Madian. Fidelis Ex Aug.
ergo Asaph præuidens Christum in maiestate iudicaturũ,qui in humilitate iudicatus est:ait,ô,

DEus quis similis erit tibi? ne taceas neque compescaris deus.

DEVS] Christe,& si homo es, Ex Aug.
vt alij. Et si iudicatus cum iniquis latronibus deputaris.[QVIS erit similis tibi] in forma serui?non dico in forma dei.cum in claritate iudicabis:non ad diuinitatem hoc refertur: cui nullus hominem comparandum cogitauit. Et ita non esset magnum, si hoc ad diuinitatem referretur.Sed hoc dicitur illi, qui formam serui accipiens,in similitudinem hominum factus est,& habitu inuentus vt homo.Ideoq; non ait,Quis similis est tibi? quod vtique diceretur,si hoc ad diuinitatem referretur: sed dicit,Quis similis erit tibi?hoc ad formam serui referens quæ tunc cæteris dissimilis hominibus erit, quando iudex in gloria apparebit. Vel potest hoc referri ad di Ex Alcu.
uinitatem,secũdum quod dicit, ô Deus quis similis erit tibi,in potentia deitatis?Christũ enim quem mali viderunt extra,iste videt intra,scilicet omnipotentem[NE taceas]quasi dicat, Et quia talis eris in futuro. Ideo tunc, Ne taceas,à Ex Aug.
pœna,ô Deus,qui primo tacuisti,quando sicut Esaiæ 53
agnus coram tondente se fuit sine voce,nec aperuit os suum,[NEQVE compescaris] deus, vel mitescas, ab inceepto, qui primo potestatẽ compescuisti , vt posses teneri & perimi, quam Ioann. 18
prius ostendisti,his qui te apprehendere quærentes,retrorsum ad vocem tuam ceciderũt. Quomodo ergo teneretur atque pateretur , nisi se ipse cohiberet atque compesceret, & quodammodo mitigaret?

3 Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te extulerunt caput.

QVONIAM ecce]Duobus prædictis duo Ex Cass.
reddit,agens de persecutione quæ erit tempore Antichristi. q.d. Ideo ne taceas, [QVONIAM Ex Aug.
ecce inimici tui] id est Antichristi mẽbra[sonuerunt]cõtradicendo.Nouissima tempora Antichristi designat, quando hæc quæ modo premuntur metu,in liberam vocem erumpent.quæ vox quia irrationabilis erit,magis sonitus quàm

locutio dicitur.[ET qui oderunt te] q.d. Ideo
ne compescaris, Et, id est quia, Qui oderunt te
iam diu, non nouiter [EXTVLERVNT caput]
id est tunc leuabunt caput, non capita.
Sed illud caput quod extollitur supra omne quod
colitur aut nominatur deus, id est Antichristū.
Illi ergo qui oderunt, plures sunt: sed vnum est
caput eorum, scilicet Antichristus, quod ita ele
Ex Alcu. uatum est, vt deus dicatur. Caput suum extulerunt,
sed non populum tuum depresserunt. Vnde subdit,

3 Super populum tuū malignauerunt consilium: & cogitauerunt aduersus sanctos suos.

Ex Aug. SVPER populum tuum malignauerūt] vel
vt quidam codices habent, Astutè cogitauerūt
[CONSILIVM] ad decipiendum, Super populum
tuum, irridenter hæc dicit. Non enim nocere
possūt populo dei pro quo est deus. Vnde
Rom. 8 Apostolus, Si deus pro nobis, quis contra nos?
Ex Caß. [ET cogitauerunt aduersus sanctos tuos] Nō
solum contra mediocres, sed etiam contra cælestes viros.

4 Dixerunt venite & disperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Israel vltra.

Ex Caß. DIXERVNT] Eccē consilium quo meditati
sunt inania. Iste est ille sonus, qui non est sermo,
Ex gl.int. sed inaniter strepit, [DIXERVNT] ētiam
[VENITE] quærentes in hoc sibi socios, [ET
Ex Caß. disperdamus eos de gente] Singulariter dicit,
quia omnes Christiani sunt vna gēs, cum ex vno
fonte baptismi nati sunt. Vel de gēte singulariter
dicit per gētes omnes bonos significās, quos
omnes Antichristus vocat vnam gentē, propter
vnā voluntatē. Vel secundum aliā literā, Disperdamus
eos de gentibus, scilicet ne sint inter gen-
Ex Caß tes, id est tollamus eos de mundo. Ecce persecu-
Ex Aug. tio Antichristi, quæ nomen Christianum quasi
malum intendit funditus tollere. [ET non memoretur
vltra nomen] veri [ISRAEL] id est
eorum qui esse debent vere Israel.

5 Quoniam cogitauerunt vnanimiter: simul aduersus te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ.

Ex gl.int. QVONIAM cogitauerunt] Expōnit qui
sunt malignantes, vel quo studio malignauerūt:
& primo quo studio, dicens, [QVONIAM co-
gitauerunt vnanimiter] id est cū studio [SIMVL]
Ex Aug. id est ōmnes, & quasi possent te fortiores esse,
[DISPOSVERVNT aduersus te] vt tu cōtra
eos monearis, [TESTAMENTVM] id est pactum. s.
placitum inter se, testamentum quippe in scripturis:
non solum illud dicitur, quod non valet
nisi testatore mortuo: sed etiam omne pactum
& placitum, quod inter viuos valet, testamentum
vocatur: sicut Laban & Iacob testamētum
fecerunt quod etiam inter viuos valeret, ita &
mali inter se quasi pactum fecerunt, quod vnanimiter
bonos persequerentur. Eccē exposuit Ex Alcu.
quo studio malignauerunt. Deinde ostēdit qui
sint malignantes dicens, [TABERNACVLA
Idumæorum] Incipit hic inimicos Christi cō- Ex Aug.
memorare, sub quibusdam nominibus gentium,
quæ mysticè eis congruunt. Talibus enim nominibus,
secundum interpretationes aptissimè figurantur
veritatis inimici. Per hæc enim nomina
Christi inimicos declarat, qui temporibus
Antichristi tot malis similantur, quia sicut isti Ex Alcu.
contra Israel, ita illi contra Christianos, tūc debellabunt.
Et est, Qui cogitauerunt & disposuerunt,
ecce, Tabernacula, id est congregatio- Ex Hier.
nes, Idumæorum, Idumæi dicti sunt ab Edom, Gene. 25
qui est & Esau & Seyr dictus, Idumæi autem, Iosue 24
interpretantur terreni, vel sanguinei, quia terre- Gene. 36
na amant, & sanguinem sitiunt, [ET Ismaelitę] Gene. 16
qui dicuntur ab Ismaele filio Abrahæ & Agar.
Et interpretantur obedientes sibi q.d. non deo,
quia prauas cogitationes suas sequuntur. Et,

6 Moab, & Agareni, Gebal & Ammon, & Amalec: alienigenæ cū habitantibus Tyrum.

Ex Aug.
MOAB] Vnde Moabitæ dicuntur, quem Gene.19
Loth ebrius de maiore filia sua genuit. Vnde
Moab interpretatur ex patre, quod in malo accipitur,
bonus quidē fuit pater: quo filia illicitè
vsa est, sed sicut lex bona est si quis ea legitimè
vtatur, non incestè, per Moab ergo, significan- Ex Hier.
tur gentes exleges: quæ recedentes à deo patre, August.
sunt ex patre diabolo. [ET Agareni] qui dicun- & gl. int.
tur ab Agar, & interpretātur proseliti, id est ad- Ioan. 8
uenæ, vel alieni, per quos significantur falsi fra- Genes.16
tres, qui nominetenus sunt in ecclesia: qui non Galat. 2
sunt ciues, sed alieno animo subintrant explorare
libertatem ecclesiæ, & inuenta occasione Gene.19
nocendi se ostendunt. [GEBAL] Gebal interpretatur
vallis vana. Ge enim vallis, bal vana
interpretatur, per quod significantur fallaciter Gene. 36
humiles; id est hypocritæ. [ET Ammon] Ammon,
Vnde dicuntur Ammonitæ, genuit Loth
ebrius de filia sua minore: & interpretatur populus
turbidus, vel populus meroris, per quem
significantur furiosi. [ET AMALEC] Ama- Ex Alcu.
lec fuit filius Eliphat primogeniti Esau, à quo Exod.17
dicuntur Amalechitæ, contra quos pugnauerunt
filij Israel, eósq; Moses leuante manus su- Ex Hier.
perabant. Interpretatur autem Amālec, popu- & Aug.
lus lingens terram, per quem significantur cupi Ex Hay.
di & auari, amantes terrena. [ALIENIGENAE]
Latinum nomen est, pro quo in Hebræo habetur
Philistijm, licet ergo latino nomine se indicent
alienos, & ob hoc inimicos: tamen hebraïcè
dicuntur Philistijm, id est cadentes potione,
per quos significantur illi qui sunt ebrei luxuria
seculari, & hi omnes disposuerunt testamentum
[CVM habitantibus Tyrum] id est cum
possidentibus terrena, circa quæ angustiantur.
Tyrus enim lingua Hebræa dicitur sor, & interpretatur
tribulatio vel angustia, quod conuenit
inimicis populi dei: secundum illud quod
ait Apostolus, Tribulatio & angustia in omnem Rom.2
animam, operantis malum. Deinde quasi indi- Ex Aug.

cans causam quare sint inimici populo dei, adiungit.

7 Etenim Assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis Loth.

Ex Hier. & Alcu. & Aug. ETENIM] quasi dicat, Cur isti sunt inimici populo dei? Etenim, id est quia, [ASSVR venit cum illis] Assur ad literam, Nabuchodonosor rex est, qui fuit rex Assyriorum, & interpretatur deprimens vel elatus, per quem significatur diabolus, qui operatur in malis, quorum princeps est: quos in profundum peccati deprimit. Et hi omnes operante in se principe diabolo [FACTI sunt in adiutorium filijs Loth] id est adiuuant inuisibiles hostes, qui per istos oppugnant populum dei. Loth enim declinans interpretatur. Filij ergo Loth sunt angeli apostatæ, qui sunt filij declinationis, quia à veritate
Ex Hier. & Aug. declinando, in satellitium diaboli discesserunt.
Apoc. 12 Vnde in Apocal. dicitur, Quis draco cecidit, & traxit secum tertiam partem stellarum, de quibus
Ephe. 6 Apostolus, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates.

PARS II 8 Fac illis sicut Madian & Sisaræ: sicut Iabin in torrente Cisson.

Ex Cass. FAC illis.] Secunda pars, vbi agit de vindi-
Ex Aug. cta iniquorum, & est prædictio. Prædicit enim illis mala ventura, sub figura quorundam no-
Ex Hay. minum. q. d. Illi ita contra tuos faciunt. Vel tu
Ex Aug. domine [FAC illis] prædicit, non maledicit, [SICVT] fecisti [MADIAN & Sisaræ] & [sicut Iabin in Torrente Cisson] hos omnes, ad literam, populus dei, scilicet Israel, debellauit & vicit. Madian fuit filius Abrahę & Cethuræ. Vn
Gene. 25 de Madianitę fuerunt, qui filios Israel multoties afflixerunt, qui tandem clamantes ad dominum
Iudic. 6 omnes istos debellauerũt. In libro enim Iudicũ
Iudic. 4 legitur, quod cum Iabin rex Chanaan affligeret filios Israel, clamauerunt ad dominum. Et tunc Delbora prophetissa quæ iudicabat Israel illo tempore, præcepit Barac filio Abinoen, vt assumeret decem milia pugnatorum secum, & iret contra Sisaran, qui erat dux exercitus Iabin, qui dixit se ire, si ipsa cum eo iret: itaq; iuit cum eo, dominus autem exterruit exercitum Iabin, quē congregauerat Sisara ad torrentem Cisson: fugitque Sisara ad tentoria Iahel vxoris Aber Cynęi. Erat enim pax inter inter Iabin regē Asor, & domum Aber Cynæi, vbi cum absconditus dormisset, Iahel tulit clauum tabernaculi, percussúmq; eum eũ malleo, defixit in cerebrũ Sisarę vsq; ad terram, & ita mortuus est. Et ecce Barac sequens Sisarã veniebat, egressáq; Iahel in occursum eius, dixit ei, Veni, & ostendam tibi virum quem quęris. Qui cum intrasset ad eam vidit Sisaram mortuum iacentem, & clauum in temporibus eius infixum. Humiliauit ergo deus in die illo Iabin regem Chanaan, coram filijs Israel, qui crescebant quotidie, & forti manu opprimebant Iabin regem Chanaan donec delerent eum. Gedeon quoque nocte deuicit Madianitas cum trecentis viris. Cúmque illi fugerent, occurrerunt viri Effraim, & apprehenderunt Oreb & Zeb principes Madianitarum, quos interfecerunt, eorúmque capita ad Gedeon deportauerunt. Ipse quoque Gedeon interfecit postea Zebee & Salmana, principes Madian, turbato illorum exercitu, qui post longam fugam requiescebat securus. Ideo dicit, Fac illis sicut Madian & Sisarę, & sicut Iabin in torrente Cisson.

9 Disperierũt in Endor: facti sunt vt stercus terræ

Ex Aug DISPERIERVNT] ad literam. Hi omnes in torrente Cisson & in fonte Endor perierunt, ergo sicut oẽs illi victi sunt in figura à populo dei, sic istos precat in veritate superari. [FACTI sunt vt stercus terræ] dũm cadauera eorum pu-
Ex Cass. trescerent. Hoc omnibus communiter fac, sed
Ex Alcu. specialiter

10 Pone principes eorum: sicut Oreb & Zeb: & Zebee & Salmana.

Ex Cass. PONE principes] Hõc optat militibus Antichristi, qui nõ sunt conuertendi. Vel iuxta
Ex Hier. interpretationes nominum hæc dici possunt.
August. & Haym. Madian interpretatur declinans iudicium. Sisara exclusio gaudij. Iabin sapiens. De quo Apostolus, vbi sapiens, vbi scriba? Cisson vbi victi fuerunt, interpretatur duritia. Et est sensus, Fac illis sicut Madian & Sisarę &c. scilicet vtpote illis qui declinant iudicium, se iudicandos nõ putantes, & qui excludunt futurum gaudium, & qui sunt inflati sapientia carnis, quę inimica est deo, quos obstinatæ mentis duritia in perniciē
Ex Aug. trahit. Disperierunt in Endor. Endor vbi perierunt, interpretatur fons generationis, sed intelligitur carnalis generatio, cui dediti pereunt, non regenerati. Facti sunt vt stercus terræ, quia de eis nihil propagatur, nisi terrena fœcũditas. [PONE principes eorum sicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana] Oreb interpretatur siccitas. Zeb lupus. Zebee, victima lupi scilicet non dei. Salmana, vmbra commotionis. Hæc omnia contingunt malis, quos in bono vicit populus dei. Et est, Pone principes eorum sicut Oreb, vtpo-
Ex Hay. te siccos à gratia dei. Et Zeb, id est rapaces, Et Zebee, vtpote eos qui sunt iam victima lupi, id est diaboli. Et Salmana, idest instabiles, omni prauæ suggestioni cedentes

11 Omnes principes eorum qui dixerunt: hæreditate possideamus sanctuarium dei.

Ex Cass. OMNES principes eorum] id est consiliorũ auctores, ita pone vt dixt. [QVI dixerunt] Ec-
Ex Aug. ce inanis sonitus, quo sonuerunt inimici tui. Quid dixerunt? [POSSIDEAMVS sanctuarium dei.] De quo Apostolus, Templum dei san-
1 Cor. 3 ctum est, quod estis vos. Isti sunt sancti [HAEREDITATE] vt cedant nobis subditi. Hæreditatem dei inuadunt vt suam. Illi ita dixerunt, sed,

12 Deus meus pone illos vt rotã: & sicut stipulã ante faciem venti.

Ex Aug — ORVS meus pone illos vt rotam] id est non
sint stabiles, in eo quòd cogitant. Vel sicut rota
Ex Aug. — ab his quæ retro sunt, surgit & ante cadit: ita &
& gl. int. — ipsi, ex his quæ retro sunt, id est ex terrenis in
quibus crescunt, extollantur: quod verè est: &
animo cadant ab his quæ ante sunt, id est ab æ-
ternis, [ET pone illos sicut stipulã ante faciem
venti] id est ante præsentiam tentationis, vt ce
Ex Aug. — dant omnibus motibus prauæ suggestionis. Vẽ
tus pro tentatione ponitur, qua leuia & inania
Ex Cass. — corda puniuntur. & cõgruè leuitas peccantiũ
Ex Aug. — vento comparatur, qui huc & illuc volitat. Pẽr
has autem similitudines, prædicit multas eorũ
calamitates: leuitatem vero peccantium, grauis
cruciatus. Vnde subdit,

13 Sicut ignis qui comburit syl-
uam: & sicut flamma comburens
montes.

14 Ita persequeris illos in tẽpesta
te tua: & in ira tua turbabis eos.

Ex Hay. — SICVT ignis] q.d. In præsenti hæc mala
Ex Aug. — sentient, in futuro autem, [ITA persequeris eos
& Cass. — in tempestate tua] id est in iudicio quod erit im-
prouisum & graue, [ET in ira tua] id est in iusti
tia vltimæ vindictæ [TVRBABIS eos sicut
Ex Aug. — ignis qui comburit syluam] Mãlos dicit sylnã,
quia steriles sunt à iustitia, & eosdem dicit mon
tes, quia pleni sunt superbia. [SICVT flamma
comburens montes.] Ignis flammeus est puniẽs
Ex Cass. — deus. Cõngruè autem ignis & flamma in iudicio
esse dicuntur, quia tunc densæ syluæ peccato-
rum & montes superbiæ cremabuntur.

15 Imple facies eorum ignomi-
nia: & quærent nomen tuum do-
mine.

Ex Cass. — IMPLE facies] pœnis pẽrtinacium prophe
tatis, orat pro crediturIs, qui non habent scele-
rum laudatores, sed & culpatores, quos oppro-
Ex Aug. — brium sępe corrigit. Hoc bonum & optabile eis
prophetatur: nec eis prophetaretur, nisi essent
in ea societate inimicorum populi dei etiam ta
les, quibus hoc ante vltimũ iudicium præstabi
tur: quia & nũc idem corpus inimicorũ est, secũ
dum inuidẽtiam qua æmulantur populũ dei, &
nunc idem corpus sonat & leuat caput, sed par-
ticulatim, non vniuersaliter vt in fine, & ta-
men inde aliqui conuertuntur, pro quibus hic
orat. Dicit autem eorum, quia adhuc vnum cor
pus sunt cum malis. Et hoc est, [IMPLE facies
Ex gl. int. — eorũ ignominia] id est fac eos sibi & alijs igno-
miniosos videri. [ET] sic [QVAERENT no-
Ex Alcu. — men tuum domine] Nõta quod melius est ruere
vt pœniteant, quàm sub specie religionis super-
Micheę 4 — bire. Vnde propheta ait, Et tu filia Sion, vsque
ad Babylonem venies, ibique liberaberis.

16 Erubescant & cõturbentur in
seculum seculi: & confundantur &
pereant.

Ex Cass. & Alc. — ERVBESCANT] Hic agit de malis qui nõ
conuertuntur. q.d. dico quærent nomen tuum,
quod si non fecerint, [ERVBESCANT] in fu — Ex Alcu.
turo de malis quæ fecerunt [ET conturben-
tur] de pœnis quas patientur. Et hoc [IN secu- — Ex Aug.
lum seculi] id est in æternũ. Illi autem qui quæ-
runt nomen domini: & si modo pro peccatis e-
rubescunt & turbantur, non tamen in æternum
cõfundentur. Rursus redit ad eos q in præsenti
cõfundentur, ne confundantur in ęternum. q.d.
Illi turbentur in æternum. Quærentes autem
nomen domini, modo [ET confundantur] de
peccatis salubriter, [ET pereant] in quantum
mali sunt, vt fiant boni.

17 Et cognoscant quia nomen ti-
bi dominus: tu solus altissimus in
omni terra.

ET] sic [COGNOSCANT quia nomen] es- — Ex Aug.
sentiale [TIBI dominus] est, quicunque enim
alij nec vero nec suo nomine domini nuncupã-
tur, quoniam seruiliter dominantur, & vero do
mino comparati, nec domini sunt. Et sciãt quia
[TV solus altissimus in omni terra] vel super — Ex Alcu.
omnem terram. Vel de malis potest accipi, Et
confundantur. q.d. mali turbentur in æternum.
Et, tunc, Confundantur, ipsi mali anima & cor-
pore. Et pereant, omnino irreparabiliter. Et, nũc
cognoscant, quod modo nolunt scire, scilicet
quia, Nomen tibi dominus, est. nõ mutatur. Et
quia, Tu solus altissimus es in omni terra, vel su
per omnem terram, etiam in cælo est ipse altissi — Ex Aug.
mus. Et super omne cælum. Sed hoc elegit quo
prematur humana superbia. Desinit enim terra
superbire, id est homo, cui dictum est, Terra es, — Gene. 3
& in terram ibis: cum scit deum altum super o-
mnem terram, id est cum scit nullum valere cõ-
tra eos de quib[us] dicitur, Si deus pro nobis, quis — Rom. 8
contra nos? Notandum quia vndecim superio- — Ex Cass.
ribus psalmis introductus est Asaph, vt duritia
Iudæorũ frequẽti voce ipsius synagogæ molle-
sceret, vel ipsi nomini cui deuoti esse videbãtur,
crederẽt. Egit autem in prædictis psalmis, de do
mini incarnatione, & de gentiũ fide, & de iudi-
cio, in quibus transgressio multiplex Iudæorũ
redarguit. Vnde cõgruè dicitur, vndecim sunt.
Vndenarius enim numerus est transgressionis, — Ex Aug.
quia & denarium transit, & ad duodenarium nõ — sermo. 15.
peruenit. Vnde vndecim erant vela capillatia in — de verbis
tabernaculo domini, & in vndenario fuerunt — domini.
apostoli, reiecto infelicissimo Iuda tempore pas- — & Alcu.
sionis, quando à fide defecerunt. Vnde, Posuisti — Psal. 103
tenebras, & facta est nox.

COLLATIO
In psalmum 82. Deus quis similis erit tibi: ne taceas neque &c.

[D]EVS QVIS SIMILIS TIBI.] Hieronymus,
Ne taceas tibi, & ferme sic cæteri. Munsterus
dixit, Non contineas te, ita tamen vt in scho
lio scribat propriè esse, ne taceas apud te. Pel-
licanus aliquanto secus, Non est silentium me-
um ad te. Quod exponit, non dissimulo an-

gorem meum. Hebr. אֶל דָּמִי al domi. Verum
secundum verbum, deducunt à verbo דָּמָה
damah, id est assimilatus est, vel tacuit. Deinde
אֶל al, ne, nec, vel non: vt sit, Non est similis tibi.
Interpretes ad epitasin, interrogatiuè enunciarunt.

3 ADVERSVS sanctos tuos.] Hieronymus,
Aduersus arcanum tuum. Cæteri, Aduersus absc͂oditos tuos, vel q à secretis tibi sunt. צְפוּנֶיךָ
tzephuneca. Rectè sensum expresserunt LXX,
vel quod ex scholio Munsteri arguitur in hunc
locum. Hoc est, inquit, qui à te in abscondito
proteguntur. Cui respondet Campensis, Qui
occultè protectioni tuę concrediti sunt: ij proculdubio sunt sancti, qui soli deo in absconditon
placere student.

LXXXIII. PSAL. TIT.

In finem pro torcularibus filiis Chore, Psalmus.

QVAM dilecta tabernacula.] Titulus, [IN
Ex Aug finem pro torcularib⁹ filijs Chore, psal
mus.] Nihil in hoc psalmo dicit̃ de visibilib⁹ torcularibus. Vnde cõstat alia esse
torcularia spiritualia, quæ nos hic intelligere
voluit spiritus dei, qua propter qd agatur in his
torcularib⁹ recordemur. Et hoc videamus quẽadmodum spiritualiter agatur in ecclesia. Vua
ergo in vite, & oliua in arbore pendentes, libero
fruuntur aëre, nec illa est vinum, nec ista est o-
Rom. 8 leum ante pressurã torcularis: sic illi quos præsciuit deus ante secula fieri conformes imaginis
filij sui, antequam accedant ad seruitutem dei,
fruuntur in seculo delitiosa libertate: sed cum
Eccle. 2 accedunt ad seruitutem dei, dicitur eis, Fili accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore,
& præpara animam tuam ad tentationem. Ecce
torcular, Conteruntur enim pressura passionũ,
Coloss. 3 exuuntur tegumentis carnalium desideriorum,
1 Tim. 6 quasi in vinacijs: exuuntur veteri homine, &
ita in apothecam dei defluunt. Et quia hæc fiũt
in ecclesijs, ideo torcularia dicuntur ecclesiæ
4. Reg. 2. præsentis temporis. Sed qui sunt in his torcu-
Ioann. 19 laribus? filij Chore, id est filij Calui, scilicet Chri
4. Reg. 18 sti. Caluus nanq; Elisæus irrisus à pueris clamãtibus, Ascende Calue, ascende Calue, figura fuit
Christi, qui in caluaria crucifixus est. Ideo autẽ
hic Christianus premitur, vt quęrat quietẽ quę
nõ est hic. Et sit eis deus refugiũ. Qui enim incũbit terrenis, cõfidens in incerto diuitiarũ, incumbit in baculum arundinis, qui facile frangitur, & cadit incumbens. Noli ergo te credere,
fragile enim est, & frangitur, & interimit te. Et
est sensus tituli, [PSALMVS] iste, dirigens nos
[IN finem] id est Christũ proponitur [FILIIS
Chore] id est Christi in Caluaria crucifixi. Psalmus dico habitus [PRO torcularibus] id est agens de ecclesijs, in quibus sunt pressuræ tribulationum, quæ bene dicuntur torcularia: quia si
cut fructus vuæ vel oliuæ in torculari emanat: Ex Cass.
sic in pressuris ecclesiarũ merita sanctorum patent, quæ in pace latebant. Licet ergo tribuletur
ecclesia, non frigescat Chore filius. Et est psalmus iste secundus de charitate dei. Intẽtio.
Monet ad amorem æternorum. Modus. Tripartitus est. Primo agit de inæstimabili desiderio
æternæ domus, Secundo dicit quo auxilio ad domum dei veniatur, ibi, Beatus vir. Tertio, orat &
humiliat se pro impetratione, ibi, Domine deus Ex Aug.
virtutum. Istẽ ergo suspirans de torcularibus in
æterna tabernacula, cum admiratione ait, ô,

QVAM dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria domini.

DOMINE virtutum] In futuro sentit iste Ex Cass.
in iram dei apparere potentiam, ideo cum dicit
domine virtutum. [QVAM dilecta tabernacula
tua] sunt, quasi non potest dici quantũ: de æter Ex Aug.
nis tabernaculis dicit, in quib⁹ nulla est pressura.
Et verè dilecta, quia, [QVIA aĩa mea cõcupiscit
& deficit] à se, scilicet à statu suo tendens [IN Ex Cass.
atria domini] æterna. Deficit anima tendens, In
atria domini, quasi vua pressa deficit in vinum. Ex Aug.
Ita iste in requiem cælestis apothecæ, tendens
desiderio & amore languet, magna huic videtur
esse tristitia, cũ ait, Cõcupiscit & deficit anima
mea, quia nõ habet quod desiderat. Sed nũquid
sine gaudio? imo est & gaudium in spe, & ideo
tolerat pressuram torcularis.

2 Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum.

COR meum] id est ratio [ET caro mea] edo Ex Cass.
mita [EXVLTAVERVNT] & si grauentur & Hiero.
[IN deum viuum] qui dat viuere, scilicet exul & Aug.
tauerunt hinc in illud æternum. Vnde exultaue & Haym.
runt? ecce, Ex Aug.

3 Etenim passer inuenit sibi domum: & turtur nidum vbi reponat pullos suos.

ETENIM] id est quia [PASSER] id est ra- Ex Aug.
tio [INVENIT sibi] dũ inquireret, [DOMVM]
non manufactam, modo exercet pennas in virtutibus huius temporis, scilicet fide, spe, & charitate, vt volet passer in domum, in qua permaneat. Nota quia duobus prædictis duo reddit.
Dixerat enim exultasse cor suũ, & carnem, quibus reddit passerem & turturem. Cor enim est
vt passer, caro, vt turtur, cui dat & pullos. Corde enim cogitamus deum, quasi passer volet ad
dominum, carne agimus opera. [ET turtur] i.
caro casta, [INVENIT sibi nidum vbi reponat pullos suos] id est opera. Quem nidum inuenit?

4 Altaria tua domine virtutum: rex meus & deus meus,

Ex Cass. ALTARIA tua domine virtutum].i.cælestem patriam, vbi animæ cælesti conuiuio epulantur, vbi anima quasi in domo gaudet, & caro
Ex Aug. reponit opera sua. [REX meus] qui regis, [ET deus meus] quia creasti. Vel aliter, de præsenti
Ex Hay. ecclesia potest legi. Vnde & benedicuntur tabernacula, quæ propriè militantium sunt. Et est, Quàm dilecta, sunt, Tabernacula tua. hæc dicit de militia præsentis ecclesiæ, quæ in terra peregrinatur. Domine virtutũ, cælestium, id est angelorum. Hoc ideo dicit vt notet quod hic virtutes angelicas deus mittit in auxilium. Verè dilecta, quia, Concupiscit & deficit anima mea, à se tendens, In atria domini, præsentis ecclesiæ. Ecce in hoc versu ostendit quanta sit militia.i. quàm amabilis & amãs. Verè concupiscit, quia,
Ex Cass. Cor meum.s.ratio, Et caro mea, edomita, Exultauerunt in deum viuum.s. qui dat viuere, ideo exultauerunt. Etenim.i.quia, Passer inuenit sibi domum, cælestis ecclesiæ. Congrua similitudo. Sicut enim passer deserit syluas, & inuenta domo lætatur, vbi non timet insidias: ita anima lætatur, dum scit sibi sedem paratam in cælo. Et
Ex Aug. turtur, id est caro, Inuenit sibi nidum, qui est ad tempus, domus vero est in æternum. Nidum ergo dicit fidem & conformitatem sacramentorum ecclesiæ, quem nidum quærit turtur. Vbi reponat pullos suos. Non enim abijcit illos vbicunque, sed in nido ecclesiæ facit opera bona, pro quibus saluabitur: per quod differt ab alijs, qui opera faciunt, sed non in nido fidei. Nam & Pagani faciunt opera, quia vestiunt nidos, & alia. Et hæretici faciunt multa, sed non in nido ecclesiæ, id est in fide & participatione sacramentorum, & ideo conculcantur, non seruantur eis ad vitam. Hæc caro est mulier, per quam sedu-
1 Tim. 2 citur passer, id est vir. Vnde Aposto. Adam non est seductus, scilicet prior, sed mulier seducta est: postea enim cõsensit Adam mulieri. Ita nec modo potest aliqua mala suasio in te, nisi carnis tuę primo desiderium cõmouerit: cui postea si mente consenseris, cecidit & passer. Si autem vincuntur desideria carnis, auferuntur arma concupiscẽtię, & incipit turtur habere pullos suos. Vnde idem Apostolus subdit, Saluabitur autẽ mulier per generationem filiorum, id est caro per generationem bonorum operum, si tamen illa fecerit in nido, id est si permanserit in fide catholica, in societate ecclesiasticę vnitatis. Præbet autem deus vnde fiat nidus. Induit enim se fœno carnis, vt ad te veniret. In ista ergo fide pullos
Ex Hay. operum tuorum repone. In hoc versu ostendit
Ex Aug. quàm secura sit militia. Deinde quasi quęsisses, quem nidum inuenit, subdit, Altaria tua, id est
Ex Hay. ecclesiastica sacramenta, Deus virtutum rex meus, qui regis, Et deus me⁹, qui creasti. Sed ni-
Ex Aug. dus iste est in peregrinatione, in pressura, in suspitijs, vbi iste positus iam præmeditatur gaudia futura, & suspirat in superna promissa, dicens,

5 Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.

Ex Aug. BEATI qui habitant in domo tua] cælesti, [DOMINE] vbi nõ est timor. Hoc boni iam habent.s. qui habitant in domo tua. [IN secula seculorum laudabunt te] hoc tibi agũt, hoc totum negotium est ibi sanctorum, non est ibi necessitas, quæ est mater omnium humanarũ actionum: qui faciet ibi quisq̃, vbi nulli indigent. Habent ergo & agunt: vnde beati sunt. Omnis autem beatus habendo vel agendo dicitur beatus. In hoc versu ostendit ad quam beatitudinem Ex Alcu. militia ducit.

6 Beatus vir cuius est auxilium PARS II abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum, in loco quem posuit.

BEATVS vir.] Secunda pars, vbi dicit quo Ex Aug. auxilio, & cuius ope ad domum veniatur. q. d. Beati sunt qui habitant in domo tua, sed quomodo veniemus ad domum, cum corpus grauet volantem? auxilio tuo, &, Beatus est ille &c. Vel Ex Cass. ita continua, Beati erunt in futuro, qui habitãt. Et, Beatus est, modo etiã, [VIR cuius est auxilium abs te] cõtra labores huius seculi. Quid.n. ei prodest? multũ, quia [DISPOSVIT ascensiones].i.gradus quib⁹ ascẽdat, quia semper proficit, [IN corde suo] Quãto ergo plus amaue- Ex Aug. ris, tanto plus ascendes. Vbi disposuit? [IN valle lachrymarum] vel plorationis. Vallis lachrymarũ est pœnitentis humilitas. Ecce torcular, dixit quid disposuit.s. ascẽsiones: & vbi.s. in corde: Ex Cass. Ex Aug. & in qua regione.s. in conualle plorationis. Vt, quò ascẽdatur? ecce, vt ascẽdatur [IN loco] vel locũ, [QVEM posuit] vel disposuit, deus. Hic est locus qui nõ potest exponi, quẽ oculus nõ vidit, nec auris audiuit.i. futurũ regnũ, quod disposuit 1 Cor. 2 & ordinauit deus, vt ad id per gradus perueniatur. Vel vallis lachrymarum est delectio huius seculi, vbi flendũ est, non ridendum. Et est, Vbi disposuit? In valle lachrymarũ, vel plorationis.i. Ex Hier. in hac delectione huius seculi. Hic enim ploratur vbi seminatur. Exponit quod dixerat.s. In loco quem posuit, deus hominibus vt ibi flerent peccata sua. Et ipse homo posuit sibi illum lo- Ex Hier. cum, quãdo peccauit. Vnde autem est ploratio? & Alcu. quia lege nos afflixit: per quã cognouimus peccatum repugnare spiritui. aduenientc enim man- Ex Aug. dato, peccatũ reuixit. Vnde & gemimus sub pec- Rom. 7 cato cõclusi. Quomodo ergo veniemus in locũ quem posuit? ope eius. & an auxiliabitur? vtiq;.

7 Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutẽ: uidebitur deus deorum in Sion.

ETENIM].i.quia [LATOR legis] veteris, Ex Aug. quæ in quinq; porticibus quinq; librorum Mo- Ioann. 5 si habebat multitudinem ęgrorum, quos non curabat, [DABIT benedictionem] euangelicę gratię, quia post legem mortis veniet gratia iustificans. Ecce Christus vtriusq; testamenti auctor Ex Cass. est, & quid præstat gratiæ benedictio? Ecce per Ex Aug. eam [IBVNT] fideles [DE virtute in virtutẽ] donec [VIDEBITVR deus deorũ in Sion] quia per gratiam multæ virtutes dãtur, de quibus omnibus venitur in Christũ dei virtutẽ & dei sapien- 1 Cor. 1 tiã, vt illis virtutib⁹ secundũ has actiones fruitis,

videatur Christus in Sion.i.in plenitudine con
Ioann.1 templationis,ficut est deus apud deum,verbum
apud patrem,qui est deus, Deorum.i.Christia-
norum.Cogitatione autem horum gaudiorum
redit iste ad suspiria, videns adhuc vbi sit. Et
dicit,

PARS III 8 Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus Iacob.

Ex Alcu. DOMINE deus virtutum]Tertia pars,vbi
& Cassio. orat & humiliat se pro impetratione.q.d. vide-
bitur deus in Sion, & ve videã, ô [DOMINE
deus]dator illarum [VIRTVTVM]per quas a-
Ex gl.int. scenditur ad te videndum.Vel,Deus cælestium
Virtutum,id est angelorum,quibus me sociari
cupio.[EXAVDI orationem meam]vt me il-
Ex Aug. lis socies,[AVRIBVS percipe]orationem meam,
Gene. 32 ô [DEVS Iacob] vt in lũcta me iuues, sicut iu
uisti Iacob , quem fecisti Israel apparens ei,ex
quo dictus est Israel:sic fac & me Israel.Et ô,

9 Protector noster aspice deus:& respice in faciem Christi tui.

DEVS]pater [PROTECTOR noster]vm-
Ex Hay. bra alarũ tuarum [ASPICE] .i. gẽnus huma-
num protege. Vel hoc per ipsum Christum.[ET
respice in faciẽ Christi tui] q.d. si non propter
nos, saltem quia sumus conformes imaginis filij
Ex Hier. tui respice nos. Ipse ẽnim loquitur in nobis. Vn
2 Cor. 13 de Apostolus, An experimentum eius quæritis
qui in me loquitur Christus,& in vobis recipi-
Matt. 10 tur : sicut ipse ait , Qui vos recipit me recipit.
Ex Aug. Vel ita, Pẽr faciem innotescimus alijs. Respice,
ergo, In faciem Christi tui, id est fac Christum
innotescere omnibus,vt possumus ire de virtu-
te in virtutem.Nam Christum ipse pater, sem-
per respicit, quod non hic orat. Et est sensus,
fac præsentia incarnationis Christum gentibus
respici.Ideo oro,

10 Quia melior est dies vna in atriis tuis super milia.

Ex Cass. QVIA melior est dies vna] immutabilis,sci
& Aug. licet sine ortu & occasu,cui non cedit dies ter-
tius, quẽ nõ vrget crastinus,quæ est [IN atrijs
tuis] Hæc sunt illa ad quæ suspirat , [SVPER
milia] dierum, quæ desiderant homines, id est
super infinitos dies præsentes, qui finem habẽt.
Propter quod?

11 Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Ex Alcu. ELEGI]& si possem regnare,[ABIECTVS
& Cass. esse opinione hominum[IN domo dei]id est in
Ex Aug. ecclesia, non extra limen, sed in ea . Ecce quàm
dulce est fasce torcularis premi. Vel, Elegi abie-
Lucæ 14 ctus esse, idest humilis in valle lachymarum. In-
uenit iste humilitatem qua ascendat, In domo
dei mei.i.in infimo loco vnde vocetur superius.
[MAGIS quàm habitare in tabernaculis pecca
torum] .i. quàm esse potens inter peccatores.i.
in gloria seculi.Ideo in domo dei malo esse, q̃ ali
bi: quia in ea dat misericordiam qua iustificat,
postea veritatem promissi premij. Et hoc est,

12 Quia misericordiam & veritatem diligit deus: gratiã & gloriam dabit dominus.

QVIA deus diligit misericordiam]qua prius Ex Aug.
subuenit & indulget.[ET veritatem]qua postea
coronat quam diligit , vt credenti daret quod
promisit,diligit.[ET dabit gratiam] hic. Vnde 1 Cor. 15
Apostolus, Gratia dei sum id quod sum,[ET glo
riam] ibi,id est in futuro. Vnde idem Aposto- 2 Tim. 4
lus, Superest mihi corona iustitiæ . Sed quibus
dabit ? His qui ambulant in innocentia . Et
hoc est,

13 Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia : domine virtutum, beatus homo qui sperabit in te.

NON priuabit] Vel ita continua , quia da- Ex Aug
bit, ideo, [NON priuabit eos qui ambulant in
innocẽtia bonis]spiritualib⁹. Cur ergo ꝓ bonis
terrenis deseritur innocẽtia? Quid lucratur? q
damnificatur? Habet lucrum auri, perdidit inno
cẽtiam. Quid ergo restat nobis in tempore pres
suræ, vt illuc perueniamus ? sperare in domino.
Et hoc est quod dicit conuersus ad deum, quia
nõ priuabit, ergo ô [DOMINE virtutum] qui
tanta facis,quæ dici non possunt. [BEATVS Ex Cass.
homo qui in te sperat] id est qui spem ponit in
æternis, non in occiduis . Paucis verbis omnia
concludit.

COLLATIO
In psalmum 83. Quàm dilecta tabernacula.

3 TVRTVR nidum.] Hebraïsmi professores vertũt hirundinem pro turture דְרוֹר deror. Heron. autem posuit auem generali nomine, qui etiam turturem in commentarijs interpretatur. Quod autem Faber probat magis hirundinem congruere, eo quod nidis faciendis circa templa est frequens, de quibus mẽtionem faciebat psalmus, frigidum est: quia si ob illam accommodationem dicendum fuit hirundo, vbi D. Augustinus altiorem inuenit adaptionem in passere & turture, ea lege potius turtur locum habebit, si non aliud obstet. Vnde Chaldęus manifeste habet turtur. שַׁפְנִינָא schaphnina.

6 ASCENSIONES in corde suo.] מְסִלּוֹת mesilloth interpretãtur semitas. Paulo quidem distant ascensiones & semitæ, quia tamen radix vnde est illud vocabulum, significat eleuare & exaltare, סָלַל salal cur non dicant interpretes ascensiones? Nec ab hoc abhorruerũt interpretes pro Caietano, dicentes post Rab. Da. eleuationes. Translator in Campensi, metaphoram accepit quam voluit, pro semitis ponens laudes, nam & exaltare dicitur laudare. Hinc Nebiensis dicit laudationes.

DISPOSVIT in valle lachrymarum.]Hinc exordiuntur alium versum Heb.& translatores dicunr, transeuntes per vallem fletus, vt referas ad semitas, si libeat ex superioribus, aut intelligas homines qui transeunt per vallē fletus.Lxx sic acceperūt, vt illud transeuntes, pertineat ad ascensiones.quod si ad verbū reddēdum fuisset, subaudire oportebat relatiuum,cuius,vt sit,Beatus vir,cuius est auxilinm abs re, & cuius ascensiones,sunt in corde transeuntes &c.Sensum autem eundē expresserūt dicentes,Disposuit ascēsiones.Sed quod arguebam, fecit hic Mūsterus, Siquidem ita reddidit, Et in quorum cordibus sunt semitæ,transeuntes & c.quū Heb.legatur, מְסִלּוֹת בִּלְבָבָם עֹבְרֵי mesilloth bilbabam obre,semitæ in corde eorum transeuntes.

IN loco quem posuit.] Heb. aliter volunt, Nempe fontem ponent eam, מַעְיָן יְשִׁיתוּהוּ maaian ieschithuhu.Sed quum testentur מַעְיָן maaian,significare interdum superficiem, præter principalem significantiam, quæ est oculi vel aspectus,non video cur perperam vertissent Lxx locum,qui haud dubiè est philosophis superficies. Quod vero tempus verbi est diuersum cum numero, nihil officit,dum sensum teneamus. Non enim boni interpretes seruiunr syllabis.

7 ETENIM benedictionem dabit legislator.Quia verbum עָטָה atah ex thesauro Sanctis,potest esse tum transitiuum,tum intransitiuum,ob id Hier.& pleriq; alij transferunt passiue, benedictione seu benedictionibus,amicietur doctor,quod si transitiuè enuncies,dicas benedictionem operiet,aut benedictione amiciet, vt subaudias eos,qui participare habent benedictionem.Sic autem dare benedictionem,eodem recidit.Longè lareq; aliū reddūt sensum Sāctes & Munsterus hoc pacto, Piscinas operiet, vel occupabit pluuia.Varietas perfecta est ex duobus vocabulis homonymis. Prius est בְּרָכוֹת beracoth,anceps est.Siquidem deflectas à בֵּרֵךְ berec.i.benedixit, recte habes benedictiōes,alias Aduerte. notat piscinas & vinaria. Alterū vocabulum est מוֹרֶה moreh, ambiguū ad legislatorem & pluuiam.Illi fruantur suis Rabinis iudaïzantibus, nos interim proximè sequimur lectionem ecclesiasticam.

IBVNT de virtute in virtutem.] Vocula hic posita in Heb.est polysona, חַיִל haiil. Primo significat virtutem,quomodo vsurpāt Lxx, Hieronymus,Nebiensis,Pratēsis, Pellicanus,interpretes pro Caietano,& paraphrasis Campensis. Secundo siginificat exercitum.Quamobrē vertit Sanctes,de exercitu in exercitum,& Munsterus,de caterua in cateruam.Tertio diuitias.Ob idq; translator ad Campensem reddidit,de opulentia in opulentiam. Quarto murum. Expectamus aliquem, qui post hos omnes vertat,de muro in murum. Denique secundum aliquos significat interdum fossam ciuitatis.Ergo surgat nouus hebraïcator,& dicat, de fossa in fossam. Itaque nihil reportabimus, nisi confusionem & contentionem. Chaldæus paraphrastes habet, A domo sanctuarj ad domum studiorum.

11 ELEGI abiectus esse in domo dei mei.] Consentit Hieronymus,Chaldæus, Nebiensis, & Pellicanus. Aliter volunt cæteri, Elegi siue malui limen tenere in domo dei mei. הִסְתּוֹפֵף histopheph esto significet in limine manere: Lxx dexteritas. Certe nostri interpretes elegāter metaphoram explicuerunt, vilibus enim personis permittitur ad limen vtrunque stare, interiora autem domus atque secretiora perlustrare simul & habitare non admittuntur nisi familiares & honorifici.Hunc tropum aliter expresit translator ad Campensem.Malo,inquit, ostiarius esse domui dei mei.

12 [QVIA misericordiam & veritatem diligit deus.]In Heb.habet כִּי שֶׁמֶשׁ וּמָגֵן יְהוָה אֱלֹהִים ki schemeses vmagen adonai elohim, .i. sol & scutum dominus deus. Vel me tacente, hęc locutio metaphorica loquitur mysterium, quod sanctè & eruditè Lxx aperuerunt, per solem nobis misericordiam insinuantes, iuxta illud Lucæ 6.Estote misericordes, sicut pater vester cælestis misericors est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos.Scutum autem quid melius sonat, quàm dei veritatem insuperabilem?Scuto,inquit, circundabit te veritas eius.

13 IN innocentia] Posses suspicari non satis apte istud interpretes reddidisse propter verba Hieronymi in commētario huis loci.Melius, inquit,habet in Heb. in perfectione. Innocentia enim non est perfecta virtus: quoniam qui innocens est, nisi habeat prudentiam, non est perfectæ consummatæque virtutis. Propterea dicit etiam iu euangelio,Estote prudentes sicut serpentes, & simplices vt columbæ. Hæc ille, Quæ profecto non debent te mouere, qunm eandem dictionem, vel similem ipse Hieronymus ex Hebræo verterir innocentiam. Nempe Iob 2. מַחֲזִיק בְּתֻמָּתוֹ mahaziq betummatho.

LXXXIIII. PSAL. TIT.
In finem filiis Chore, Psalmus.

BENEDIXISTI domine.] Titulus,[IN finem filijs Chore,psalmus.] Psalmus iste Ex Cass. tertius est de primo aduentu per quem fit benedictio omnium gētium, quæ per peccatum Adæ maledictioni subiacebant. Ex Alcu. Et est sensus,[PSALMVS] iste,dirigens nos [IN finem] id est in Christum,per quem fit benedictio [FIlijs Chore].i.nobis,cētatur,agēs de noua benedictione data per Christum. Ex Aug. & Alc. Intentio.Monet per fidem ad Christum accedere,vt habeatur benedictio. Ex Alcu. Ex Cass. Modus.Tripartitus est psalmus.Primo agit de auersione iniquitatis.Secundo agit de auersione iræ,ibi,Mitigasti.Tertio dicit vnde sit,& per quem fiat, & quæ præstet, ibi, Audiam quid loquatur.Maledictioni ergo Adæ de qua dictum est, Maledicta terra in opere tuo. Ex Hay. Gene. 3 Opponens benedictionem Christi,ait,ô,

ENEDIXISTI domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

DOMINE benedixisti] olim quidem maledi-
Ex Hay. xeras, sed nunc [BENEDIXISTI terram tuam] se-
Ex Aug. cundum Christum per quem fit benedictio, &.
per eum [AVERTISTI captiuitatem] quæ
erat sub diabolo, quia lex membrorum captiua
bat homines. Captiuitatem dico [IACOB] id
est noui populi.

2 Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorũ.

Ex Aug. REMISISTI] Nõia quod futura dicit, vt
præterita sic auertit, quia dedit veniam. Et
hoc est, [INIQVITATEM PLEBIS tuæ] quæ
iniquitas tenebat hominem captiuum [REMI-
Rom. 6 sisti] ne regnet peccatum in hoc mortali corpo
Ex gl.int. re. [OPERVISTI] per bāptismum, ne videres,
& Aug. id est punires [OMNIA peccata eorum.]

PARS ΙΙ διάψαλμα.

3 Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.

Ex Cass. MITIGASTI] Secunda pars, vbi agit de auer-
sione iræ. i. pœnæ. q. d. Benedixisti, remisisti, &
Ex Hay. sic [MITIGASTI omnem iram tuam] quæ
est hic, [AVERTISTI]. i. auertes nos penitus
in iudicio. [AB ira indignationis tuæ]. i. quæ ve
nit ex indignatione tua, & quoniam de futuro
Ex Aug. ista dicuntur, quamuis verba præterita sint.

4 Conuerte nos deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis..

Ex Aug. CONVERTE nos] à vitijs [DEVS saluta
ris noster] q. d. quod dixi vt præteritum, oro vt
fiat: petit quod adhuc futurum sciebat. Pro-
pheticè ergo dixit vt præterita. Hic autẽ orat
vt verè futura, dicens, Conuerte & auerte. q. d.
dixi quasi facta, quia certissimè video futura. Et
quia nondum sunt, oro vt fiat, Conuerte nos à
vitijs, Deus salutaris noster, [ET] sic [AVERTE
iram tuam à nobis,]

5 Nunquid in æternum irasceris nobis· aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

Ex Aug. NVNQVID. enim in æternum irasceris no-
bis] Ira dei est omnis pœna quam patimur, sicut
dictũ est Adam, quando peccauit, Maledicta ter
ra in opere tuo, & in labore & in sudore vultus
tui vesceris pane tuo. De ira ergo mortales
1 Cor. 15 sumus & passibiles, sed innouatis in Christo.
Præuidet iste hanc pœnam transituram. Sicut
enim in Adam omnes moriũtur, sic & in Chri
sto omnes viuificabuntur. [AVT extendes iram
Ex Cass. tuam à generatione] quæ fuit ab Adam vsque
ad Christum [IN generationem] quæ est sub
gratia baptismi tempore filij. Non huic enim
generationi reseratus est additus regni cęlorum,
Ex Aug. qui fuit occlusus veteri generationi. Vel prima
generatio est præsens, quæ carnaliter ex Adam
nascitur, quæ fuit mortalis de ira. Omnes enim
traximus pœnam ab eo & culpã, ideo quicquid
euenit ipsi Adam, secutum est & nos vt morere
mur: omnes quippe in illo fuimus, quãdo pecca
uit. Ea enim peccata parẽtum nõ pertinent ad
filios, quæ faciunt parẽtes, iam natis filijs. Ira er
go dei, est vindicta dei, quã sensit prima genera
tio. Sed quia futurum erat vt regeneraremur, &
credendo noui efficeremur, & in resurrectione
omnis mortalitas absumeretur, & plena nouitas
repararetur. Erit in futuro altera generatio im-
mortalis, de misericordia dei, inquã, non extẽde-
tur ira, sed nec hãc misericordiã mereremur cõ-
uersi per nos ad deum. Ipse enim conuertit nos.

6 Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lętabitur in te.

DEVS tu conuersus] vel cõuertens. q. d. Nõ Ex Aug.
extẽdes irã tuã, sed potius, Deus tu cõuertens,
alia litera, [VIVIFICABIS nos] q. d. sicut est viui- & Cass.
ficatio à te, ita & cõuersio. Prius enim dat deus
votũ cõuersionis, postea ad vitam ducit. Vel se-
cundum literam nostrã, Deus tu cõuersus ab ira Ex Alcu.
tua, in aduentu filij tui, Viuificabis nos, spe tãto
tempore, anteq̃ res habeatur [ET] tunc [PLEBS
tua lætabitur in te] quæ prius in se malè læta- Ex Aug.
batur. Malè lætatur quis in alia re. Malo ergo
suo lætabatur in se: bono suo lætabitur in te.
Vt autem hoc fiat,

7 Ostende nobis domine miseri cordiã tuã: & salutare tuũ da nobis. Ex Cass.

OSTENDE nobis domine misericordiam
tuam]. i. Christũ tuum corporaliter & spiritnali- Ex Alcu.
ter. Et hoc orãdo prædixit Propheta antequam
fierent, sed modo iam factũ est ex partẽ. Sunt ta
men multi qui nolunt sanari, vt spiritualiter vi
deant misericordiam iam ostẽsam. Sed quomo-
do cæci videbũt etiam ostẽsam? Bene si velint, Ex Aug.
quia ipsa lux quæ ostenditur eis est & salutare, In præfa-
Vnde addit, [ET salutare tuũ da nobis] Medi- tione psa.
cus homo caliganti lumen ostẽdit. Sed aliud est
lumen, aliud est medicus, Christus & lux est, quę
ostendit misericordiam. i. seipsum. Et salutare. i.
medicus, quia sanat oculos interiores vt videri
possit ostensa misericordia vel lux, quę est Chri Ioan. 14
stus. Ipse enim dixit, Qui diligit me, mandata
mea custodit, & ego diligam eũ, & ostendam illi
meipsum. Sed nonne illi videbant eũ quibus lo-
quebatur? Quomodo dicit, Ostẽdam meipsum
illi? Sed caro carnẽ Christi videbat, diuinitatem
nõ videbat cor. Ad hoc autẽ caro carnẽ vidit, vt
per fidem cor mũdaretur, vnde deus. Vnde dici-
tur, Fide mundans corda eorum. & illud, Beati
mũdo corde, quoniã ipsi deum videbunt. Chri-
stus autem dicitur misericordia, quia ostẽdit no
bis misericordiam, docens quicquid boni habet
homo ex deo esse. & sic homo nõ superbit: & sic
& homo deo fruens lætatatur in eo. Vel aliter
petit ostendi iste sibi spiritualiter tantum Chri-
stũ, cũ ait, Ostẽde no. do. mis. tuã. Sciebat quidẽ
Christũ vẽturum, sed petit vt mũdo corde in-
tueamur, nõ oculis corporeis, vt & infideles. In
dei. n. viderunt & crucifixerũt, & in futuro, Sa-
lutare tuũ da nobis, i. Christum amplectẽdum,

poſsidendũ, vt nõ tollatur amplius à nobis, & le
gitur hoc partim de præſenſi, partim de futuro.

PARS III. 8 Audiam quid loquatur in me
dominus deus, quoniam loquetur
pacem in plebem ſuam.

Ex Caſs. AVDIAM] Tertia pars, vbi dicit vnde ſcit
& Alcu iſta & per quem fiat quod precatur, & quę pręſtet
Ex gl.int. ſtet ipſe veniens. q.d. Vndè hoc confidis quod
precaris? quia [AVDIAM] aduerſus à ſtrepitu
mundi qui inquietat foris [QVID loquatur in
Ex Aug. me] interius dominus Deus. ſ. ſpiritus ſanctus
& Caſs. [QVONIAM loquetur pacem] æternã, cui ni-
& gl.int. hil aduerſi eſt. Vnde, Qui poſuit fines tuos pa-
Pſal.147 cẽ. Ibi enim nõ eſt macula in luna. Ibi etiã non
Ex Aug. trãſibit Belial: quę pax nõ eſt hic. Vel, Loquitur
& Alcui. pacẽ. i. Chriſtũ. i. pacem ad deum & proximum
& Haym. per Chriſtum [IN plebem ſuam] Iudaicam.

9 Et ſuper ſanctos ſuos, & in eos
qui conuertuntur ad cor.

ET ſuper ſanctos] Hęc eſt ſua plebs, & etiam
in eos, vel ſuper eos omnes, qui de omni gente
conuertuntur ad cor, quia ratione exceſſerant.
Vel ſecũdum aliam literam, [Qui conuertunt
Ex Aug. cor,] ad ipſum, non ad alium, vel ad aliud.

10 Veruntamen prope timentes
eum ſalutare ipſius: vt inhabitet glo
ria in terra noſtra.

Ex gl.int. VERVNTAMEN] quaſi dicat, Pacem lo-
quetur ſuper omnes, tamen ex Sion ſpecies de-
coris eius. Et hoc eſt, [VERVNTAMEN ſalu-
tare ipſius] dei, id eſt, Chriſtus corporaliter erit
Ex Aug. [PROPE timẽtes eum,] id eſt, Iudæis qui eum
timebant. Vbique enim dæmonia colebãtur, ti-
mebantur. In gente autem Iudæorum deus ti-
mebatur, deus colebatur, licet pro terrenis. his
prope erat non Gentibus, quæ hæc petebant à
diabolo. Licet ergo generalis ſit miſericordia
ſuper omnes, tamen aliquid ſpirituale & pro-
prium in gẽte Iudæorum factum eſt, vnde ſub-
dit [VT in terra noſtra] in qua natus ſum dicit
propheta, [INhabitet gloria.] Ibi enim fuit pri-
mo templũ, ſacrificia dei, ibi patriarchę, ibi Chri
ſtus de eis natus, ibi apparuit Chriſtus, ibi innu-
Ex Alcui. mera ſũt mirabilia. Vel ita cõtinua, licet ſuper
omnes loquatur pacẽ, Verũtamẽ ſalutare ipſius,
id eſt ſaluatio, quæ per ipſum eſt, Erit prope ti-
mentes eum. i. tãtum his qui dum ſtãt, videant
ne cadant, talis vtique, Vt inhabitet gloria, im-
mortalitatis, In terra noſtra, id eſt, in corpore
noſtro, modò mortali.

10 Miſericordia & veritas ob-
uiauerunt ſibi: iuſtitia & pax oſcu-
latæ ſunt.

Ex Caſs. MISERICORDIA & veritas.] Poſtquãm
& Augu. dixit ex qua gente naſciturus ſit Chriſtus, ad-
& Alcui. dit, quæ ſit præſtiturus. q.d. Chriſtus eſt prope
Ephe.2. timentes ſe [ET miſericordia] quæ eſt in nouo
teſtamento manifeſtata in gentibus quæ longe
erant [ET veritas,] id eſt, impletio promiſsionũ
veteris teſtamenti, quæ ſunt impletæ in Iudęis
qui prope [OBVIAuerunt ſibi,] id eſt, conue-
nerũt in Chriſto. Vnde Apoſtol⁹ ait, Dico enim Rom.15.
Ieſum Chriſtũ miniſtrũ fuiſſe circunciſionis ad
implẽdas promiſsiones patris, gẽtes autẽ ſuper
miſericordia honorare deũ, & alibi, Euãgeliza- Ephe.2.
uit pacẽ his qui erant lõge & pacẽ his qui erant
prope [IVSTITIA & pax] cum deo [OSCV- Ex Aug.
LATAE ſunt] i. cõueniunt in hominibus. A- & Alcu.
mant enim ſe hæc duo, vt qui facit iuſtitiam in-
ueniat pacem, & nõ aliter. Sed quomodo hæc
facta ſunt? Ecce quomodo, & per quid,

11 Veritas de terra orta eſt: & iu-
ſtitia de cælo proſpexit.

VERITAS ORTA eſt de terra, & iuſtitia
de cælo] cælõrum [PRoſpexit,] id eſt, Chriſtus Ex Aug.
de fœmina natus eſt vt iuſtitia de cęlo proſpice-
ret, id eſt, vt iuſtificarentur à Deo homines. Sic
enim veritas habet, quod pro iuſtificãdis offer-
ret. Vel, Veritas de terra orta eſt, id eſt, cõfeſsio
de homine peccatore nata eſt, vt ſe accuſet, ci-
nerem & terram ſe eſſe cognoſcens, cui dictum
eſt, Terra es & in terram ibis. Et ſic, Iuſtitia de Gen.3.
cælo, cęlorum, Proſpexit, ſicut publicanus con-
fitens, rediit iuſtificatus, proſpicit iuſtitia de cę-
lo. q.d. Deus, parcamus huic, quia non ſibi par-
cit, ignoſcamus huic, quia agnoſcit peccatũ ſuũ.
De cælo, ergo, Iuſtitia proſpexit, id eſt, à domi-
no deo data eſt iuſtificatio pœnitenti, de cælo
eſt iuſtitia.

12 Etenim dominus dabit beni-
gnitatem: & terra noſtra dabit fru-
ctum ſuum.

ETENIM dominus dabit benignitatẽ] vel,
Suauitatem,] id eſt, affectum bonũ, vt delectet Ex Aug.
bene agere, quæ non poſſumus aliter habere ni-
ſi det [ET] ſic [TERRA noſtra dabit fructum
ſuũ]. i. bona opera. Vere dabit benignitatẽ, quia

13 Iuſtitia ante eum ambulabit:
& ponet in via greſſus ſuos.

IVSTITIA ante eũ ambulabit,] id eſt, ac- Ex Alcu.
creſcet, vel præcurret [ANTE eũ] parãs ei viam.
Prima hominis iuſtitia eſt, vt puniat ſe malum,
& faciat ſe bonũ. Et hæc eſt via deo, vt veniat
ad eum. Qui enim peccata ſua odit, iam incipit Ex Alcu.
eſſe ſimilis deo, qui ea odit. Fac ergo te ſimilem & Aug.
deo, & para ei viam in confeſsione peccatorũ,
Vnde Ioannes ait, Parate viam domino, confi- Matth.3
tendo & pœnitẽdo. Vnde Eſaias ait, Eiicite la- Eſa.57
pides de plateis, id eſt pẽccata de cordib⁹ veſtris. Ex Hier.
Et ipſe dominus veniens & viſitans [PONET
in via] ſic parata [GRESSVS ſuos] Impollu-
ta nanque via eius eſt, & nos ergo eiicientes la-
pides, ſpinas, & tribulos de cordibus noſtris, pa- Matt.21.
remus viã domino, imponentes veſtimenta no-
ta noſtra cum apoſtolis ſuper aſinam cui inſedit
ſaluator, atque cum turba ſternentes viam ve-
ſtimentis ramiſque arborum & floribus atque
cum eis clamemus, Oſanna filio Dauid.

COLLATIO
In pſalmum 84. Benedixiſti.

1 BENEDIXISTI domine terram tuam.]

Hieronymus, Placatus es domine terrę tuę. Pra
tensis, Dileaisti domine terrã tuam. Pellicanus,
Cõplacuit tibi domine terra tua. Sãctes, Cõpla
euisti domine terræ tuæ,. Munsterus, benignos
factus es domine erga terram tuam. Interpre-
tes pro Caietano, Voluisti domine terrã tuam.
translaror apud Campensem, Propitius sis do-
mine terrę tuę. Paraphrasis, Recõciliatus es do-
mine terrã tuã. Chaldæus & Nebiẽsis, Volũtas
tua deus ad terram tuam. Quam recte Septua-
ginta reddidetunt verbum רָצִיתָ ratzitha, o-
stendit Hieronymus ad Suniam & Fretellam,
vbi etiam confitetur se latinum fecisse quod ha
bet vulgata editio, Benedixisti domine terram
tuam. pro eo qnod est, benedixisti, in Gręco scri
ptum diciris εὐδόκησας, & qnæritis quomodo
hoc verbũ exprimi debeat in latino. Si conten-
tiose verba scrutamur & syllabas, possumus di-
cere, bene placuit domine terra tua, & dũ verba
sequimur, sensus ordinem perdimus. Aut certe
addẽdum est aliquid, vt eloqoii ordo seruetur.
Er dicendum, Cõplacuit tibi domine terra tua.
Quod si fecerimus, rursum à nobis quæretor
quare addiderimus tibi, quum nec in Græco sit,
nec in Hebræo. Eadem igitur interpretandi se-
quenda est regula, quã sæpe diximus, vt vbi non
sit damnum in sensu, linguæ in quam transferi-
mus εὐφωνία & proprietas, & elegantia conser-
uetur. Hæc sancti viri edissertio, multarũ ver-
sionum κακοζηλίαν confutat.

6 DEVS TV conuersus.] Magister dupli-
cem refert & exponit lectionem, conuertẽs vel
conuersus. Actiue legit Augustinus, & psalmo-
dia Romana, Hieronymus ac Nebiensis iuxta
Hebræos, reuertens. Neoterici Hebraicantes
reddunt per passiuũ nobiscum. Certe Hebræi
dicunt תָשׁוּב taschub, nunc esse transitiuum,
nunc intransitiuum. Græce habetur ἐπιστρέψας
actiue, quãquam in Math. 13. Inueniamus ἐπι-
στρέψωσι, id est, cõuertantur, quod est ex Esa. ca.
6. nisi velis subaudire se, vt sit, cõuertant se. Ve-
rum eadẽ opera poteris id facere in, cõuertens.

9 ET in eos qui conuertuntur ad cor.] Hie-
ronymus & cæteri, ne reuertantur aut conuer-
tãtur ad stultitiam. Hic palam Septuaginta ac-
cepisse אֵל el, loco אַל al, quæ voculę citra pun-
ctorum scripturam, nosquam distant. Prior so-
nat isti altera, Ne vel non. Rursus diremerunt
לְכִסְלָה lecislah, in duas dictiones, videlicet
לֵב les, per beth, id est cor, & non per caph: in
quorum elemẽtorum commutationem, procli-
uior est transitus, ob propinquã cognationem.
Et item סֶלָה selah, quod est diapsalma, in psal
mis solet manere non versum, de quo nonnihil
supra attigimus. Ob idque interpretes dũtaxat
verterunt priores particulas, relicto selah. Et vt
clarius lector agnoscat vtranque lectionem, v-
tranq; ducimus. Nunc sic habemus אַל יָשׁוּבוּ
לְכִסְלָה al taschubu lecislah. Septuaginta sic
אֵל יָשׁוּבוּ לֵב סֶלָה el taschubu leb selah.

11 MISERICORDIA & veritas obuiaue-
runt sibi.] Cur additũ sit in Latino pronomen
sibi explicuit Hieronymus ad Sunlam & Fre-
tellam. Dicitis quod in Græco sibi nõ habeatur
ἔλεος καὶ ἀλήθεια συνήντησαν, id est, misericordia
& veritas cõcurrerunt, nec in Hebræo habetur.
Et apud Septuaginta obelo prænotatũ est: quæ
signa dum perscriptorum negligentiam à ple-
risque quasi superflua relinquuntur, magnus in
legendo error oboritur. Si autem nõ fuerit ad-
ditum sibi, misericordia & veritas, non sibi, sed
alii occurrisse credentur, nec iustitia & pax, sibi
dedisse osculum, sed alteri. Hactenus ille. Certe
recentiores ferme omnes addiderũt sibi, quum
simpliciter Heb. habeatur נִפְגָּשׁוּ niphgaschu.

LXXXV. PSALMI TIT.

Oratio Dauid.

INCLINA domine] Titolus [ORATIO Da- Ex Cass.
uid] Psalmũs iste secũdus est eorum qui no- Ex Aug.
mine orationis intitulantur. In quo psalmõ
Christus dei filius & hominis vnus deus cum
patre, vnus homo cũ hominibus orat in forma
serui qui orat à nobis, in forma dei. Orat enim
pro nobis & orat in nobis, & orat à nobis. Orat
enim pro nobis vt sacerdos noster. Orat in no- Ex Cass.
bis, vt caput nostrum. Orãtur à nobis, vt Deus & Alcu.
noster. Christi autem oratio, fidelium est in-
structio, cuius omnis actio Christiani est lectio.
Nostra autem oratio, peccatorũ est ablutio. sic
orauit Christus, sicut & crucem tulit. s. pro no- Ex Cass.
stra, non pro suã necessitate: sicut & fleuit La-
zarũ, vt doceret nos habere charitatem proxi-
mi: sicut & fugit vt comprimeret aodaciã stultę
& inconsultę temeritatis. Et est sensus, [ORA-
TIO] ista attribuitur [DAVID,] id est, Christo to Ex Aug.
ti. Hoc enim dicit Christus in nobis, & nos in
illo, quia vox ista conuenit capiti & corpori.
Intentio. Monet ad orationem. Modos. Tri-
partitus est psalmus. Primo orat ascendẽdo, in-
de concludit omnes gentes adoraturas. Secũdo,
orat pro omnibus iam adorantibus, ibi, Deduc
me. Tertio, orat pro se, faciens mentionem pas-
sionis, & resurrectionis, ibi, Deus iniqui. Chri-
stus ergo in forma serui humiliter ad patrem o-
rans, ait, ô

1 INCLINA domine aurẽ tuam, & exaudi me: quo niã inops & pauper sum ego.

DOMINE] qui altus es [INclina] mihi infir Ex Aug.
mo [AVREM tuam,] id est, clementiam. Humili & Cass.
appropinquat deus, nõ superbo [ET exaudi me]
Comple desideria mea, ideo inclina [QVONIAM
ego sum inops] ab alio non habens opem [ET
PAVPER] per me. tali inclinat deus, diuiti nõ
inclinat.

2 Custodi animam meã, quoniam sanctus sum: saluum fac seruũ tuum deus meus sperantem in te.

CVSTODI] quasi in hõc audi me, dicit Chri- Ex Aug.

stus adiunctas sibi voce corporis [CVSTODI]
Ex Aug. ab omnibus scandalis [ANIMAM meam] cōtra
insidiatores [QVONiam sanctus sum] Hoc pro-
prie conuenit Christo: Christus enim proprie
sanctus est, scilicet sanctificās, sui etiam sunt san
cti, scilicet sanctificati in baptismo iuxta illud,
Leu.19. Sācti estote quia & ego sanctus sum. Totus ita-
que Christus sanctus, & vnus sanctus: sed aliter
caput, aliter membra. Totus ergo Christus non
incongrue dicit, Quoniā, ego, Sāctus sum. Non
est autem hoc dicere superbia elati, sed confes-
Ex Cais. sio non ingrati [DEVS meus saluum fac] qūia
& gl. int. non ex homine salus [Seruum tuum] non libe-
& Aug. rum suū, vt fuit Adam [SPERANTEM in te]
non est superbus sanctus.

3 Miserere mei domine quoniā ad te clamaui tota die: lætifica animam serui tui, quoniā ad te domine animam meam leuaui.

MISERERE mei domine quoniā ad te cla-
Ex Aug. maui] nōn vna tantum, sed [TOTA die,] id est,
& Hier. omni tempore [LAETIFICA animā serui tui]
in passione tristem [QVONIAM leuaui] ipsam
[ANIMAM meam] quam affectus bonus leuat.
Ex Aug. Affectūs quippe gradus est. iter tuū volūtas tua
est, ascendis amando, descendis negligendo, stās
in terra, in cælo es si diligas deum. Nō enim sic
leuatur cor, quomodo corpus leuatur mutatio-
ne loci, cor verò mutatione volūtatis. Quo le-
uaui? [AD te domine] vbi lætitia est in terra, a-
Ex Alcu. maritudo. Vide ascēsum, scilicet qūaliter oran-
do ascendit, prius dicitur pauper, inde sanctus,
deinde sperans, postea clamans, tandem leuatus
ad deum. Congrua est verborum collatio. In-
clina pauperi, custodi sanctum, salua sperātem,
miserere clamantis, lætifica leuatum.

4 Quoniam tu domine suauis & mitis: & multę misericordię omnibus inuocantibus te.

QVONIAM tu domine] q.d. Leuaui animā,
Ex Aug. ideo [QVoniam tu domine suauis es] tuis, & itā
potui animā leuare. Et quia suauis es: ideo io-
cunda me affectum tædio mundanæ amaritu-
dinis [ET MITIS] His quos expectat por-
tans hominem donec perficiat eum, quia ario-
laret à se nisi à domino portaretur. Multa enim
aguntur in corde humano, quibus male moue-
tur: quemadmodum implorationes impediun-
tur vanis cogitationibus, ita vt vix stet cor ad
deum suum, ita vt loquatur ei orando, Quādo
enim oras, deo loqueris: Quando legis, deus lo
quitur tibi. Surrepētibus autem fantasmatibus
malarum cogitationū quodammodo cor homi
nis fugit à se, nec inuenit cācellos, quibus se in-
cludat, aut obices quibus retineat auolationes
suas & vagos motus contra quod Dauid dicit,
4.Reg.7 Inueni cor meum vt orarē ad te, quod solū au-
dit deus. Inuenisse se dicit cor suum, quasi sole-
ret ab eo fugere: & ille sequi quasi fugitiuum
Ex Alcui. qūod inuenit homo, quando morientibus mu-
scis electis, quæ perdunt suauitatē vnguenti to-
tus affectus cordis ad orandū deum colligitur.

Pōrtat autem deus hominem & expectat dum Ex Aug.
vagatur [MVLTAE misericordiæ] es, contra a-
bundantem iniquitatem nostram [INVOCAN-
tibus te] non aliud à te [OMNIBVS] nullus ex-
cipitur, ideo,

5 Auribus percipe domine orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.

AVRIBVS percipe orationem meam] Mā-
gnus orantis affectus hic ostēditur, id est nō ex- Ex Aug.
eat de auribus tuis, fige illam ibi. Vide ordinem Ex Cass.
orationis, prius fuit vt vox supplicationis ascen
deret, cū dixit, Inclina aurē: deinde rogatus au-
diret cū dixit, Exaudi me: nūc verò addit dicēs,
[AVRIBVS percipe orationem meam] Non
trāsitorie petit suscipi, sed quasi in sinu dei re-
cōdi, sicut per aures aliquid infigitur cordi. Vn
de subdit, [ET intende voci deprecationis meę]
vt quasi intēius animus tuus aperiat tuum au-
ditum meæ deprecationi. Deinde causa audien-
di supponitur.

6 In die tribulationis meę clamaui ad te: quia exaudisti me.

CLAMAVI ad te in die tribulationis meę]
Quæ tribulatio semper est in peregrinatione, Ex Aug.
donec deus seipsum det videndum. Vel, In die
tribulationis, id est qūando aduersitas imminet, Ex Cass.
quando enixius clamabitur, supra dixit, Clama-
ui tota die. Hic facit augmentum, quia magis in
tribulatione clamatur. Deinde quare clamaue-
rit, subdit, [QVIA exaudisti me:] ideo se dicit
clamasse, quia exauditus est cūm clamor soleat Ex Alcu.
præcedere exauditionem. Et est ista peruersio
cōgrua in sanctis, qui & ante clamorem & post
exaudiuntur.

7 Nō est similis tui in diis domine: & non est secundum opera tua.

8 Omnes gentes quascunque fecisti veniēt & adorabūt corā te domine. & glorificabūt nomē tuum.

NON EST similis] ordo. Et quia exaudisti
[OMNES gentes quascūque fecisti venient &
adorabunt coram te domine,] id est, vēnient o- Ex Aug
mnes à suo cultu, ad cultū tuū. Si est gens quam
nō fecit deus, illa nō adorabit deū. Nulla est au-
tem quam nō fecit deus, quia fontē omniū gen-
tium Adam & Euam fecit. Vnde propagatæ
sunt omnes gentes, per hæc verba annūciat ec-
clesiam vbique diffusam, quod modo impletum
est. Et nota quia vt ait scriptura in lata gente
gloria regis est in diminutione populi est cōtri-
statio principis. [ET glorificabunt nomē tuū,] id
est prædicabunt, quam nominabilis es. Vel se- Ex Hay.
cūdum aliām literam, Honorabūtur ex tuo no- Ex Cass.
mine, ideo, Venient & glorificabunt, quia, Non
est similis tui in diis domine: & nō est secūdum
opera tua, Quocūnque modo accipiantur dii Ex Aug.
[NON est qui similis sit tui] in essentia vel in o-
peratione. Gentes ergo non inuenientur in diis
suis similem tibi in essentia vel operatione. De-

inde singula singulis reddit, Nõ est similis tibi.

9 Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es deus solus.

Exgl.int. QVONIAM magnus es tu] quod non alius,
Non est secundum opera tua [ET,] id est, quia
[TV es faciens mirabilia,] ergo [TV es deus so-
Ex Aug. lus] nullus alius. Vel secũdum aliam literam, Tu
es deus solus [MAGNVS] Hnc dicit cõtra fu-
turos, qui se dicerent altos à se non à deo. Nam
quid magnum dicitur deo? nihil. Sed quia futu-
ri erant, qui se dicerent magnos, & deum face-
rent paruum: contra illos dicitur, tu es deus so-
lus magnus.

PARS II. 10 Deduc me domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, vt timeat nomẽ tuum.

Ex Cass. DEDVC me domine] Secundã pars vbi orat
pro omnibus iam adorantibus. Et loquitur in
Ex gl.int. membris. q.d. Gẽtes venient: quod vt possint
Ex Aug. ô [Domine deduc me] nõn dico ad viam, quia
non sum extra viam: sed iam positum [IN VIA
tua] Deduc me, ne labar. Aliud est duci ad viã,
aliud deduci in via, quod est adiuuari, ne in ea
cadat. Vbiq; egent homines, siue sint in via, siue
Ioan. 14 extra. Via autem Christus est qui dicit, Ego sum
via veritas & vita. Vnde subdit, Et ingrediar,
vel, Ambulabo, id est, proficiam vlterius te du-
cente [IN veritate tua] hæc est via. Et inde, [Læ-
tetur cor meum] ita tamen [VT timeat nomen
tuum.] In timore mundano præcedit causa pe-
riculi, vel angustiæ: sed in timore dei, lætitia præ-
cedit, vtraq; miscẽda sunt vt sub spe timeamus,
& sub timore lætemur. Timor enim est in iocũ-
ditate, nunc in futuro iocũditas sine timore erit,
Ex Alcui. vbi erit plena securitas quæ non modo est. Iõ-
cũditas modo trahit: timor à via recedere non
finit. Vtraque ergo sunt habenda. Hæ sunt duæ
molæ, inter quas molitur Christianus, vt fiat
Deut. 24 panis Christi, scilicet spes & timor. Vnde in
Deuteronomio dictum est, Non accipias loco
pignoris superiorem vel inferiorem molã. Su-
perior mola, spes est: Inferior mola, timor est.
Nõ ergo hæc sine illa accipiẽda. Qui enim spe-
rat & nõ timet, negligens est. Qui autem timet
& non sperat, depressus est.

11 Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternum.

CONFITEBOR tibi domine deus meus,]
Ex gl.int. q.d. Dẽduc me, & deductus [CONfitebor tibi in
Ex Cass. toto corde meo] Ille in toto corde confitetur,
qui totam spem ponit in domino [ET glorifi-
cabo eum sanctis [NOMEN tuum in æternum,]
id est, in æterna beatitudine.

12 Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animã meã ex inferno inferiori.

Ex gl.int. QVIA MISericordia tua magna est] & hõc
Iacob. 1. [SVPER me] iuxta illud, Omne datũ optimũ,
& omne donum perfectum desursum est. Et est,
[Et] in hoc magna misericordia est, quia [ERVI-
sti animam meam ex inferno inferiori] per hõc Ex Aug.
quod dicit ex inferno, inferiori intelligimus tan
quã duo inferna esse, inferius & superius. Nam
vnde infernum inferius dicitur, nisi quia est in-
fernum superius? Cælestis ergo est habitatio an-
gelorum, vbi est vita ineffabilium gaudiorũ. vbi
immortalitas & incorruptio superna est. Terre-
na verò habitatio, vbi est caro & sanguis, deces-
sio, & successio, mutabilitas & mortalitas, Infer
nus est. ab hac terrena habitatione, id est, ab in-
ferno itur in infernum inferius. Vnde eruit do-
minus animas misso filio. Etenim propter ista
duo inferna missus est filius dei, vndiq; liberãs:
ad hoc infernũ missus est nascẽdo, ad illud mo-
riendo, vel fortassis, in ipso est aliqua pars im-
piorũ inferior, vnde diues qui torquebatur in
inferno, Leuat oculos ad Abraham, qui cũ aliis Luc. 16.
iustis erat, quasi in ora, & in limbo inferni, vbi
visus est à diuite qui erat in inferiori parte in-
ferni, ad quam descendũt qui plurimum pecca-
uerunt, à qua liberatur, qui à peccatis liberatus
illuc non mittitur. Hæ autem sunt opiniones,
non assertiones.

13 Deus iniqui insurrexerunt super me: & synagoga potentiũ quæsierunt animam meam: & nõ proposuerunt te in conspectu suo. PARS III.

DEVS iniqui] Tertia pãrs, vbi idem pro se Ex Cass.
orat, facta hic mentione passionis suæ & gloriæ.
Vndẽ habent hi pro quibus orauit, multã mise- Ex Alcui.
ricordiam, & eruuntur de inferno. q. d. Magna
est misericordia tua, eruisti de inferno: tamẽn ô
[DEVS iniqui] .i. peruertentes legem tuam, sci-
licet Iũdæi [INSVRREXERVNT super me] Ex Aug.
vt reum me dicerent. Vel, Super me, totũ Chri-
stum [ET synagoga potẽtium,] id est, congrega-
tiones superborũ [QVAESIERVNT animam
meam] dolosis consiliis. Deinde addit, quod sce Ex Cass.
leratis mentibus semper prouenit, dicens, [ET
non proposuerũt te in cõspectu suo,] id est, nõn Ex Aug.
intellexerũt deum, vt homini parcerẽt. Ipsi ita,

14 Et tu domine deus miserator & misericors, patiens & multæ misericordiæ, & verax.

ET TV domine miserator] actu [ET miseri- Ex Cass.
cors] natura [PATIENS] malos expectans [ET
multæ misericordiæ] cõuersis [ET verax] in pro-
missis. Vel, Verax, id est, meritis respondens.

15 Respice in me, & miserere mei: da imperium tuũ puero tuo: & saluum fac filium ancillæ tuæ.

RESPICE IN me] hõminem [ET miserere Ex Cass.
mei] mortalis [ET da imperiũ tuũ] .i. potestatem & Aug.
iudicii [PVERO tuo] innocẽti mihi Christo. q.d.
Trãnseat tempus patientiæ, veniat tempus iu- Ex Aug.
dicii. Et [SALVVM fac,] id est, suscita à morte
[FILIVM ancillæ tuæ,] id est Mariæ, quæ dixit, Luc. 1.
Ecce ancilla domini, &c. Potest etiã hoc de mẽ-
bris Christi dici, Da imperium tuũ puero tuo,

id est, sanctis, quia non tantū Christus, sed etiam
Matth. 1. sancti sedebunt iudices, qui sunt Filii ancillæ, id est ecclesię. Et saluum fac filiū ancillæ tuæ, quasi
Ex gl. int. quōd dabis sanctis permaneat.

14 Fac mecum signum in bono, vt videant qui oderunt me, & confundátur: quoniam tu domine adiuuisti me, & consolatus es me.

Ex Aug. Matth. 12 Ex Alcui. FAC signum] resurrectionis, scilicet signum Ionę prophetæ, quod iam in capite factum est, fiet autem & in membris, id est, fac insignem resurrectionem capitis & mẽbrorum. Fac dico, Et hoc [MECVM] q.d. Ego deus tecū facio. Nam Christus secundū quod deus, resuscitauit se hominem, Fac, autem, Signum [IN bono] vel nūc,
Ex Cass. id est, vt aliis prosit. Resurrectio enim signū est in bono, per quam & virtus dei declaratur: &
Ex Aug. & Cass. spes credentiū confirmatur. Et ideo, Fac, vt Iudæi qui oderūt me videant, hoc [QVONIAM tu domine adiuuisti me] in certamine, in his quę feci [ET cōsolatus es me] in tristitia quæ hic est, in his quæ passus sum, hoc videant [ET confundantur] in iudicio peruitiose, qui modo nolunt salubriter confundi.

COLLATIO

In psalmum 85. Inclina domine aurem tuam, &c.

10 LAETETVR cor meum vt timeat nomen tuum.] Hieronymus, Vnicū fac cor meum. Vel (vt alii volunt) vnias cor meum יחד iahed. Hæc autem vnio, quiduam est præter illā charitatis lętitiam, qua vnice deum amamus, & quę cor vnum & animam vnam facit omnium fidelium, in domino gaudentiū, ex plenitudine cōmunis amoris.

15 DA imperiū tuū puero tuo.] Pro eo quod est da imperium tuum. Hieronymus habet fortitudinem tuam, & sequuntur a lii עזך vzeca. Mire contendunt Faber & Cæcus, vt deinceps nō psallatur, da imperium, sed, da fortitudinem, quasi canteinus contra mentem prophetæ, qui hic introducit Christum, poscētem à patre auxilium, contemplatione immensorum malorum quæ imminebant, dicuntq́ue quod oret Christus in humilitate, cui non cōgrueret hac ratione, suprema regni potestas. Ergo Augustinus multomagis hallucinatus est, qui potestatem legit, sicut & psalmodia Romana, & tamē interpretatur de imperio. Quomodo? Da potestatem puero tuo. Pater nō iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Ille resurgens, & in terram ipse veniens iudicaturus, ipse videbitur terribilis, qui visus est contemptibilis: demonstrabit potentiam, qui demonstrauit patientiam. Et plæraque alia in eum sensum persequitur Augustinus.

LXXXVI. PSALMI TIT.

Filiis Chore Psalmus Cantici.

FVNDAMENTA eius] Titulus [FILIIS Chore psalmus Cantici.] Psalmus iste breuis est numero verborum, magnus pondere sententiarum, qui agit de cælesti Hierusalem, id est, ecclesia: quæ est ciuitas spiritualis, cuius pars militat in terris, pars triūphat in cælis, quā iste psalmus commēdat, secundū pręsentem statū & futurū. Vnde vtroque in titulo ponitur [PSALMVS & cantici.] Et est sensus, [PSALMVS] iste qui dicitur psalmus, quia agit de ecclesia secūdum præsentem statum, vbi agit opera [CANTICI] quia agit de eadem secundum futurum statum, vbi exultat. Hoc ideo addit, vt de seculari, id est, militāti Hierusalem, ad intelligētiam superne eleueris, scilicet de actione ad theoricam proponitur [FILIIS Chore] vt habitent in Sion. hic per fidem: in futuro, per speciem: pars cuius in cælo triumphat: pars in terris militat. Intentio. Monet ad amorē cælestis Hierusalem. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo propheta prædicat cælestem Hierusalem filiis Chore, quam cōmendat per fundamenta & portas & famam vt eis augeatur affectus. Secundo, ipse dominus agit de eadē Hierusalem, ibi, Memor ero. Tertio, tangit de futura beatitudine, ibi, Sicut lætantium. Propheta ergo plenus spiritu sancto, multa voluens apud se de hac ciuitate de qua nihil adhuc dixerat psalmus, in hoc erumpit. — Ex Aug. Ex Hier. Ex Cass. Ex gl. int. & Augu. Ex Cass. Ex Aug.

FVNDAMENta eius in mōtibus sanctis: diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

FVNDAMENTA eius] Nō refertur eius, ad aliquid præmissum, sed ad cordis prophetæ meditationem, qui nunquā de illa corde tacuerat, & si ore [IN montibus sanctis] sunt in prophetis, apostolis, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, qui solus est fundamentum quod nemo potest mutare. Ecce prior laus à fundamētis, vt soliditas totius ciuitatis notetur, & quasi quis quęreret, cuius eius fundamenta dicis? ait, Sion. Et [DOMINVS diligit portas] eius [Siō] Idem sunt portæ qui & fundamēta. Diligit dico [super omnia] imaginaria [TABERNACULA Iacob] q.d. diligit ciuitatem spiritualem, super illa quibus psignabatur, deinde sequitur laus de fama, ô — Ex Aug. Ephe. 2. 1. Cor. 3. Ex Cass. Ex Aug

2 Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei.

CIVITAS DEI gloriosa sunt dicta de te] quōd non de illa figurali quæ cecidit, hæc sunt illa quæ dominus per prophetas de ea prędixit. — Ex Aug. & Alcu.

3 Memor ero Raab & Babylonis scientium me. PARS SI.

Ex Caſs. MEMOR ero]Secũdã pars,vbi dominus ipſe
de eadem Hieruſalem agit,& oſtendit quæ ſint
Ex Aug. illa glorioſa.Hęc ſunt illa,In illa ciuitate inquit
propheta ex perſona Dei [MEMOR ero Raab
& Babylonis] quæ nõ pertinent ad populũ Iu-
dæorũ.Raab enim meretrix fuit in Iericho,quę
Ioſue 2. ſuſcepit exploratores à Ioſue miſſos,& cũ quę-
rerentur abſcondit,& alia via eiecit:cui dictum
eſt vt coccinum per feneſtram emitteret,quádo
ciuitas caperetur. Quo ſigno domus eius à vi-
ctoribus cognoſceretur,& ſic ſaluaretur: quod
ita fecit, & ſic ſaluata eſt ipſa & dom⁹ eius. Per
quam figuratur eccleſia gẽtium,quæ coccinum
habet in feneſtra,id eſt,ſignum ſanguinis Chri-
ſti habet in fronte. Vnde Phariſęis ſuperbienti-
Matt. 21. bus dominus dicit,Publicani & meretrices pre-
Ex Hier. cedent vos in regnũ cælorũ. Iuxta quoque no-
minis interpretationẽ idem ſignificatur. Raab
enim interpretatur latitudo vel impetus: hæ ſunt
gentes quæ late & impetuoſe vagantur per vi-
tia.Babylon autem ciuitas,eſt ſecũdum ſeculum,
Ex Aug. ad quam pertinent omnes mali, vt ad Hieruſa-
lem omnes ſancti.q.d.Glorioſa dicta ſunt de te,
ciuitas ſancta:vbi non ſolus eſt Iudæus,ſed om-
nes gentes.Ego enim,Memor ero Raab & Ba-
Ex Hay. bylonis,id eſt, õmnium gentium. Memor dico,
[SCIENTIVM me,] id eſt,apoſtolorũ, quibus
de illis recipiendis præcipiam.

4 Ecce alienigenę,& Tyrus,& po
pulus AEthiopum:hi fuerunt illic.

Ex Aug. ECCE alienigenę,&c] Ecce quid per Raab
& Babylonem ſignificauit. q.d.Memor ero. Ec
Ex Hier. [ECCE alienigenæ,]id eſt,gẽtes[ET Tyrus,]
& Aug. id eſt,illi qui ſunt in anguſtiis vitiorum vel pœ-
nitẽtię. Tyrus enim interpretatur anguſtia[ET
populus AEthiopũ,]id eſt,gentes,quę ſunt vſ-
que ad fines terræ,etiam nigri [ET hi fuerũt il-
lic,]id eſt,in Hieruſalem.

5 Nunquid Sion dicet,Homo, &
homo natus eſt in ea:& ipſe funda-
uit eam altiſsimus?

Ex Hay. NVNQVID Sion,&c.]Hĩc propheta reſu-
mit verba.q.d. Glorioſa dicta ſunt de illa ciui-
tate, & hoc etiam miraculum accidit in ea, ſci-
licet,quod[HOMO natus eſt in ea,& ipſe funda
Ex gl.int. uit eam altiſsimus,]id eſt, ſecũndum quod deus
non vt homo,ſed [NVNQVID dicet homo,] id
eſt,nunquid poterit homo perſuadere Syon,id
eſt ſynagogę illud quod dicã,ſcilicet quod,Ho-
mo natus eſt,&c.q.d.Non hoc recipit incredu-
la ſynagoga. Vel,Sion,id eſt eccleſiæ, Nunquid
Ex Hier. dicet homo?q.d.Hõmo non dicit ex ſe,ſed deus
& Haym. in homine,annũciat hoc,quod, Et homo natus
eſt in ea:& ipſe fundauit eam altiſsimus. Vel ſe-
cundum aliam literam, Mater Sion dicet homo,
Ex Aug. q.d.Vndẽ alieni perueniunt ad Hieruſalem?ec-
ce eſt, Homo, quidam, ſcilicet Chriſtus homo,
Qui dicet,Sion,id eſt,ſynagoga eſt,Mater mea
ſecundum carnem,& per hũc iſti omnes veniũt.
Et,quis eſt homo ille? Ipſe eſt, Homo,qui in ea
natus eſt , & ipſe fundauit eã altiſsimus, & ipſe
talis dicet, Mater,ei ciuitati. Vel ita ſecundum
eandem literam, Cõmmendata ſpirituali Sion, Ex Caſs.
id eſt,eccleſia,increpat hic carnalem Siõ, id eſt,
ſynagogam.q.d. Chriſtus eſt fundamentum il-
lius ciuitatis: ſed Sion, id eſt, ſynagoga, Mater,
eccleſiæ, Dicet,quod Chriſtus tãtum eſt, Ho-
mo,non deus: ſed Chriſtus,Et homo, eſt, In ea
nat⁹, & ipſe,idem eſt,Altiſsimus,id eſt,deus qui
fundauit eam , quod miraculum ne ſit incredi-
le alicui,ait,

6 Dominus narrabit in ſcripturis
populorum& principum horũ,qui
fuerunt in ea.

DOMINVS narrabit] vel narrauit. Vẽl ita Ex Hay.
continua,Vnde hoc ſcis? ecce[DOMINVS nar & Aug.
rabit in ſcripturis populorum & principum,] Ex Hier.
id eſt,ĩn ſcripturis quæ directæ ſunt populis fi- & gl. int.
delibus, & editæ à principibus, ſcilicet à Moy-
ſe, & prophetis, & apoſtolis. Principum dico,
[HORVM QVI FVERVNT IN EA,]ciui-
tate. Vel ſecũdum aliam literam, Quorũ prĩn- Ex Aug.
cipum?Horum qui fuerunt facti,ſcilicet princi-
pes, In ea.i. qui facti ſunt in ea principes. ante-
quam eſſent in ea,non erant principes, ſed erãt
abiecta mũdi. Elegit enim infirma mũdi, vt cõ-
funderet fortia.

7 Sicut lætantium omnium, ha- PARS III. διαψαλμα.
bitatio eſt in te.

SICVT lætãtium.]Tertiã pars collatis om- Ex Aug.
nibus gaudiis, quæ de ciuitate dicta ſunt,cõclu- & Caſs.
dit paucis verbis,futurã tãgẽs beatitudinẽ.q.d.
talis eſt ciuitas. Et ô Siõ [HABitatio omnium
noſtrum]erit[IN te.] Qualis? Sicut lætãtium.
Quæ lętĩtia,non eſt nobis in iſta peregrinatio- Ex Aug.
ne.ideo autem dicit, Sicut lætantium,quia talis
erit lætitia,qualẽ hic nõ nouimus, & ideo cum
non poſsit exprimi,dixit vt potuit.

COLLATIO

In pſalmum 86. Fundaméta eius in montibus ſanctis

3 MEMOR ero Raab.]Sic & Pratenſis. Hie-
ronymus רָהָב rahab , interpretatur ſuperbiã,
& interpretes pro Caietano.Sed Sãctes & Mũ-
ſterus accipiunt pro AEgyptiis,ob ſubperbiam
ita dictis. Vnde Chaldæus paraphraſtes,Com-
memorabo laudationes Aegyptiorum & Baby-
loniorum.Eodem denique recurrit ipſa intelli-
gentia.Sed poteſt mouere quod Hieronymus in
commentariis & Auguſtinus ,imo & ante eos
Arnobius interpretãtur de Raab muliere Hie-
ricuntina,quandoquidẽ hoc ſcribitur per chet
aſpirationem fortem,alterum per he,aſpiratio-
nem lenẽ,& Græci hic habent,ῥααβ, mulierem
verò vt exprimant,ſpiritum denſum,quomodo
poſſunt, ſcribũt per χ. ῥαχαβ. Quod ſi nolis
alterã aſpirationem in vicem alterius ſubſtitui,
tamen ſignificata vtriuſque conſpirant. Siqui-
dem Rachab ſonat dilatationẽ.Ruſus Rahab,
inſolẽtiam & temeritatem. Superbi antẽ,quam
ſtudeant ſeſe dilatare, neminem latet. Quin &

mysterium à psalm. decantatum, de ecclesia ex gentibus, superbię tumore elatis collecta, expositioni sanctorum respondet.

4 NATI FVERVNT illic. Heb. Iste natus est ibi זֶה יֻלַּד שָׁם zeh illad scham. Sensus est idem: Iste populus natus est in Hierusalem, vel isti populi fuerũt illic. quanquam diuiniorem sensum prędicat Faber, si diceretur, geniti sunt illic, quo insinuetur regeneratio spiritualis. Certe nõ minor dignitas innititur, ne dicã maior, iam fuisse gẽtes, æterna dei electione, de illa ciuitate Hierusalẽ, quum nondum quicquam boni aut mali egissent, quam exprimẽdo earum natiuitatem, vel spiritualem. Nam deus vocat quę non sunt, tanquam quæ sunt.

5 NVNQVID SION DICET HOMO, ET HOMO natus est in ea.] Primo ponendum est Hebræum, vt videamus de quibus sit cõtrouersia: וּלְצִיּוֹן יֵאָמַר אִישׁ וְאִישׁ יֻלַּד בָּהּ vlecezion ieameamer isch veisch iulad bah. Tria in hoc versu se offerunt dubia. Primum est de interrogatione, quæ non apparet in Hebraico. Hinc Hieronymus vertit, & ad Sion, & Munsterus de Sion. Sed sic non indicatur aliquo signo interrogatio, vt tamen non repugnet Hebraismo, quin Paulus Hebręus Burgensis testatur, si non legatur interrogatiue, tamen debeat intelligi admiratiue, quod idem sibi vult.

Secundũ dubiũ est, de verbi significatione, quæ in Hebræo passiua est, ad Sion dicetur, vel de Sion dicetur, vir & vir natus est in ea. Aut(vt vult Munsterus) Iste & iste natus est in ea, ac ex ea lectione facienda esset distinctio in verbo dicetur, nempe ad Sion, vel de Sion dicetur, vir & vir natus est in ea, intelligẽdo per hunc tropum, plures & diuersos ibi natos. Verum quantum ad distinctionem, cõtextio Hebraica ad id non vrget, nisi quod forsan verbi significantia, quæ videtur impersonalis, hoc exigeret, modo passiue legeretur. Citra tamen notularum apices, verbum actiuum & passiuum non differũt, adeo vt fuerit integrum lectori, hoc aut illo modo accipere, cum digna intelligentia, quæ consequentior censebitur. Siquidem יֹאמַר poteſt pronunciari יֵאָמֵר ieamer dicetur, aut יֹאמַר iomar dicet, quomodo probabile est interpretes enunciasse. Itaque hoc pacto commode poterit esse diastole, Nunquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea, iuxta explanationem.

Tertium dubium est, de lectione Græca, quam sequitur & interpretatur Augustin. & quę est in psalmodia Romana, Mater Sion μήτηρ σιών. De hoc & aliis satisfacit Diuus Hieronymus in cõmentariis. Septuaginta interpretes ita trãstulerunt. Nunquid Sion dicet homo. Spreuerunt ergo multi nec intellexerunt μήτι σιών, quid est. Et addiderũt ρ, μήτηρ σιὼν ἐρεῖ ἄνθρωπος. Et hoc propterea dicunt, quoniam sequitur, & homo natus est in ea. Sperauerũt etiam ita debere dici, Mater Sion dicet homo, quoniam filius natus dicitur, propterea errant in matris vocabulo. Hæc illic Hieronymus. Deinde tamen non dedignatur illam lectionem exponere, ac postea reuertitur ad nostrã, hoc modo. Dicamus & secundum Hebraicam veritatem, Nunquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea. Quod dicit, hoc est. Quis poterit nunciare Sion? Quis ei poterit nunciare hominum, quoniam homo nascetur in ea, & saluabit eã? Hoc est nullus hominũ potest ei nũciare, quia Siõ saluetur in homine, qui in ea nascetur. Hactenus ille. Quę talia sunt, vt hic nihil agat Fabri philosophia.

6 DOMINVS NARRABIT in scripturis populorũ. Hieronymus & Nebiẽsis, Dominus numerauit scribens populos. Mũsterus, Dominus recensebit, quum scripserit populos. Et ad consimilem modum ferme cæteri. Vocula Hebraica hic est infinitiui modi בִּכְתוֹב biechthob vt ibi liberum sit vertere, dum scriberet populos, aut in scriptura populorum. Id quod & annotauit Pellicanus. Dehinc illud, & principum, oportet Septuaginta accepisse ex principio sequentis versus iuxta Hebræos, & huc adduxisse וְשָׁרִים vessarim quod anceps est ad principes & cantores, quomodo vltimo hebraicantes intelligunt, etiam si in punctulo sit minima distantia. Porrò quod dicimus, qui fuerunt in ea, Heb. habet זֶה יֻלַּד שָׁם zeh iullad sam, hoc est iste natus est illic. Cęterũ familiare est Hebręis, vsurpare singulare in vicem pluralis, præsertim vbi sensus ex consequentia orationis requirit. Quod si contendas eum locum intelligi debere de ipso Christo, nihil obstat transitum fieri de capite ad membra, & ediuerso, propter vnitatem. Id nempe tam frequens est in arcanis literis, vt haud sciã an sit locutio passim frequẽtior

6 PRIMAM PARTICVLAM vltimi versus iuxta Hebræos Septuaginta copularunt penultimo, vt prædictũ est, postea quod sequitur, Sicut lætantium כְּחֹלְלִים Kehollim. Hieronymus vertit, quasi in choris. Pratẽsis, sicut choraules. Sãctes & Munsterus, sicut tibicines. Interpretes pro Caietano, sicut parturientes. Pellicanus, sicut tripudiantes. Nebiensis, Sicut choream ducentes. Chaldæus, Et dicent cantum in choris quanquam vox sit ambigua, tamen ferme omniũ versu lætitiã sonat nõ paruã. Sed כָּל cal nota vniuersitatis, secũdum eos respicit sequentia, & dicũt כָּל מַעְיָנַי בָּךְ Cal maaianai bac, omnes fontes mei in te vt transferunt Pellicanus, Sanctes. Interpretes pro Caietano & Munsterus omnes scaturigines. In tribus exemplaribus apud Hieronymũ inueni omnes fortes mei. Primum erat Fabri, quod se hausisse testatur è bibliotheca Cartusiorum & Cælestinorũ. Secundum erat typorum Frobenii. Tertium Cheuallon Parisiensis. Quartum è recentioribus habebat fontes. Vnde fortasse collapsus fuit in fortes pro fontes. Demũ Pratensis habet omnes contemplationes meæ. Rabi Ionah, referente Sancte, omnes prouidentiæ meæ, quasi aspectus mei, ab עַיִן id est, oculo. Verum enimuero, nos habitamus in cælis per cõtemplationem, & cœleste desideriũ, iuxta illud Philip. 3. Nostra

Varia lectio.

K

conuerſatio in cælis eſt. Itaque Septuaginta ſenſum reddiderunt accommodatiorem, & in quo deus habitat per fidem & charitatẽ fiet fons aquæ ſalıẽtis in vitã æternã, Ioh. 4. Sed & tráſlator ad Campenſem, habet habitatio eſt in te. eum Septuaginta, ac in fronte dixerat eſſe editionem ex Hebraica veritate.

LXXXVII. PSALMI TIT.

Canticum pſalmi filiis Chore in finem pro Maeleth ad reſpondendum intellectus Eman Iſraelitæ vel Ezraitæ.

Melius eſt Maeleth Græce μαελὲθ, vel mahalath hebraice, de hoe dictũ eſt in titulo pſalmi 52.

Melius eſt Eman Ezraitę, nã Hebraice legitur לְהֵימָן הָאֶזְרָחִי, Et quidam Gręci codices habebant αἰθὰμ τῷ ὀραχλήτῃ, Alii, αἰμὰν τῷ ἰσραηλίτῃ. Priores ſunt falſati à ſcriptore in duobus. Secundi in vno, duntaxat quandoque & proſequitur enarratio Auguſtini poſteriores.

Ex Aug. & Hier.
DOMINE deus ſalutis meę] Titul. [CANticum pſalmi filiis Chore in finem pro Maeleth ad reſpondendum intellectus Eman Iſraelitæ, vel Ezraitæ] Sicut ſępe
Ex Aug. Pſal. 67
diximus canticum notat exultationem mẽtis: pſalmus, bonam operationem. Ideoque pſalmi, qui hæc duo in titulis habẽt de bona operatione & mentis iocunditate agunt, ſicut iſte pſalmus. filiĩ autẽ Chore, ſicut ſupra diximus ſunt filii crucis, filii paſsionis, de quo ſupra plene tra
Ex Aug.
ctatũ eſt, & quid ſit, In finem, ſupra expoſitum eſt. Quod autem ſequitur pro Maeleth ad reſpondendum, hoc inuſitatum habet iſte titulus. Maeleth autem interpretatur chorus, qui dicitur ad reſpondendum, vt canenti, chorus cõſonando reſpondeat. Sicut nõ iſtum ſolũ, ſed alios quoque pſalmos credendũ eſt eſſe cantatos. Ita enim in huius pſalmi & aliorũ cãtu factum eſt vt præcinenti chorus reſponderet, quamuis alii alios titulos acceperint, ſed hoc factũ exiſtimo cauſa varietatis, qua faſtidium leuaretur. Tituli enim variantur pro leuando faſtidio, vel forſan pro aliã nõ ſatis nota cauſa. In quo autẽ myſterio mihi dictũ videatur, Pro Maeleth, id eſt pro choro, Ad reſpondendum. i. vt canẽti per chorum reſpondeatur, exponam. hic paſsio Chriſti prophetatur, cui debemus imitando reſponde-
1. Pet. 2.
re ſicut Petrus ait, Chriſtus pro nobis paſſus eſt, vobis relinquẽs exemplum, vt ſequamini ve. e.
1. Ioan. 3.
hoc eſt reſpondere. Vnde etiam Ioannes ait, Sicut Chriſtus pro nobis poſuit animã ſuam, ſic & nos debemus pro fratribus noſtris animã ponere, hoc eſt quod ibi dicitur ad reſpondendũ. ſed non prodeſt hoc, niſi fiat in choro, id eſt, in
1. Cor. 13.
concordia charitatis. Vnde Apoſtolus, Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatẽ autem nõ habeam, nil mihi prodeſt. Eman inter-
pretatur frater eius. Fratres autem Chriſti hi Galat. 6.
ſunt qui in cruce gloriãtur, ſicut Apoſtolus qui ait, Mihi autẽ abſit gloriari, niſi in cruce domini Ex Alcu.
noſtri Ieſu Chriſti: qui ſunt veri Iſraelitæ, id eſt, vidẽtes deum. vel Eman Ezraita dicitur, id eſt, Ex Hay.
aduena. Dicitur enim fuiſſe quidam orientalis. Et eſt ſenſus tituli [CANTICVM] iſtud, quod dicitur canticum, quia lætus finis paſsionis hic Ex Aug.
oſtenditur [PSALMI] quia hic agitur de bona operatione, canitur [FILIIS Chore] .i. Chriſti, dirigens eos [IN finem] cæleſtium coronarũ. ad quid cantatur eis? [AD reſpondẽdum] Chriſto, id eſt, vt ipſi reſpondeãt, imitatione, vel gratiarum actione, Chriſto quaſi præcentori, imitãdo veſtigia paſsionis eius, & hoc faciãt [PRO Maeleth,] id eſt, in Maeleth, ſcilicet in choro, id eſt, in cõcordia charitatis. Et hic eſt [INTELLEctus Eman Iſraelitę,] id eſt, illorum qui ſunt fratres Chriſti in cruce eius gloriãtes, & deum vi- Ex Hay.
dẽtes. Vel ad literã, hic eſt [INTELLECTVS Emã,] id eſt, illius hominis qui in choro reſpondẽte canentibus, hoc miſteriũ intellexit, Iſrael, Ex Aug.
vel Ezrael. Fuit enim Iſraelita, vel Ezraita, id eſt, aduena, ſcilicet de orientalibus partibus. In- Ex Caſs.
tẽtione monet Chriſti paſsionẽ imitari. Modus. quatuor ſunt partitiones. Primo, Chriſtus in forma ſerui precatur auxilium, referẽs ſe contemptum ab inimicis. Secundo dicit, quid amici eius in paſsione fecerunt, ibi, Longe feciſti, &c. Tertio, oſtendit quibus non proſint opera ſua, ibi, Nunquid mortuis facies. Quarto, dicit quæ in ſuis membris ſuſtinet, ibi, Et ego ad te. In forma ergo ſerui orans ad patrem, ait, ô

DOMINE DEVS ſalutis meæ: in die clamaui, & nocte coram te.

DOMINE deus] auctor [SALVTIS meæ] quia totum eſt ab eo, ego [CLAmaui coram te] ex forma ſerui hoc dicit [IN die Ex Caſs. Ex Aug.
& nocte] quia in lætis rebus & in aduerſis orauit Chriſtus. Ideo,

2 **Intret in conſpectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.**

ORATIO mea intret in conſpectu tuo] Ingreſſus orationis eſt eius acceptio. Deinde repe Ex Aug.
tit dicens, [INCLINA aurem tuam ad precem meam] Inclinatio aurís dei, miſericors exauditio eius eſt. virtus magna purę orationis hic no & Caſs.
tatur, quæ quaſi perſona quædam ad deum intrat, & mandatum peragit, quo caro peruenire nequit. Quare autem oret, ſubdit,

3 **Quia repleta eſt malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.**

QVIA anima mea repleta eſt malis] nõn vitiis, ſed doloribus, quibus anima carni compatitur. Nõ enim dolor corporis poteſt eſſe ſine a- Ex Aug.
nima. Dolere autem anima etiam non dolente

corpore potest. Nõ ergo peccatis, sed humanis
malis, id est, doloribus, repleta fuit anima Chri-
Matt. 26 sti. Hoc est quod ipse ait, Tristis est anima mea.
Ex Aug. Vel, Anima mea repleta est. s. malis pereuntis po
puli, compatiendo [ET vita mea appropinqua-
uis in inferno] dum trador ad mortem. hoc est
quod in euangelio dicit, vsque ad mortem: quod
enim ait, Tristis est anima mea, hoc dictum est
hic, Repleta est malis anima mea. Et quod se-
quitur ibi, vsq; ad mortem, hoc dicitur hic, Et
vita mea in inferno appropinquauit. Hos au-
tem humanæ infirmitatis affectus, sicut ipsam
carnem, ac mortem: non conditionis necessita-
te, sed miserationis voluntate suscepit, vt trans-
figuraret in se: corpus suũ, quod est ecclesia, vt
scilicet sicui suorum inter humanas tentationes
tristari vel dolere contingeret, nõ ideo se à gra-
tia dei alienum putaret: & non esse hæc pecca-
ta, sed humanæ infirmitatis indicia: tãquam vo-
ci præmissæ cõcinens chorus, ita corpus ex ipso
capite suo addisceret.

4 Existimatus sum cum descen-
dẽtibus in lacũ: factus sum sicut ho-
mo sine adiutorio, inter mortuos
liber.

Ex Alcui. EXISTIMATVS sum] q.d. Nõn solũ gra-
nia passus sum, sed & contumeliosa, quia [EXI-
Ex Aug. stimatus sum cum descendẽtibus in lacum] mi-
seriæ, vel inferni profunditatem, vtique à ne-
scientibus, quid facerent: qui sic putabant eum
mori necessitate, vt alii homines moriunt [FA-
ctus sum,] id est, æstimatus sum, ab eisdẽ nescië-
tibus [SICVT homo] simpliciter [SINE adiu-
torio] cũ tamẽ essem [INTER mortuos liber] id
Ioan. 10 est, inter peccatores solus sine peccato, qui po-
sest animã ponere & resumere. Itẽ existimat' sũ,

5 Sicut vulnerati dormiẽtes in se-
pulchris, quorum non es memor
amplius: & ipsi de manu tua repul-
Ex Aug. si sunt.

SICVT vulnerati dormientes in se.] qũia &
ipse vulneratus iacet, & sepulchro clausus fuit:
sed differt per hoc quod sequitur [QVORVM
non meministi adhuc] alia litera, id est, quorum
tempus resurgendi nondum venit, in quo Chri
stus a cæteris mortuis discernitur, qui & vulne-
ratus & mortuus, in sepulchro positus est, sed
die tertia euigilauit. Sed qui nesciebant quid fa-
ciebant, putauerunt illum similem aliis vulnere
occisis, & dormientibus in sepulchro, quorum
1. Thes. 4 adhuc deus nõ meminit. Et nota quod scriptura
Ioan. 11. cõsueuit mortuos dicere dormientes, quia eui-
Matt. 25. gilaturos, id est, resurrecturos vult intelligi, qui
euigilabunt in resurrectione, [ET ipsi] quib' ita
factus sum, [REPVLSI sunt] ô deus [DE manu
sua,] id est, adiutorio tuo priuati sunt, qui me
sine dei adiutorio putauerunt. Non enim hoc
refertur ad dormientes in sepulchro, quorum
non meminit deus adhuc, in quibus sunt iusti:
quorũ licet non memineris adhuc vt resurgant,
Esa. 3. de his tamẽ dictum est, Iustorum animæ in ma-
nu dei sunt. Vel, Existimatus sum sicut vulnera-
ti dormientes, id est, flãgitiosi: Dormiẽtes in se- Ex Hier.
pulchris, id est, carnali voluptate sopiti, in stu-
pris & obscœnitatib' sepulti: de quib' deus non
excitat eos. Quorum nõ est memor, deus, Am- Ex Hier.
plius. & ipsi, vel dormiẽtes, vel illi quibus ita fa- & Aug.
ctus sum, De manu tua repulsi sunt.

6 Posuerunt me in lacu inferiori:
in tenebrosis, & in vmbra mortis.

POSVERVNT me in lacu inferiori,] id est,
in pfundissima miseria seculi, quia abiecta mor Ex Aug.
te ablatus est [IN tenebrosis,] id est, in tenebris & Cass.
obliuionis, quem scilicet nemo requiret [ET in Ex Cass.
vmbra mortis.] Vmbra mortis est locus malo- Ex Aug.
rum, quo puniuntur. Vel, Pösuerunt me, sua o-
pinione, In lacu inferiori, viciorum, scilicet, In
tenebrosis, & in vmbra mortis. i. in mörte impie-
tatis. vel, Posuerũt me, in reiveritate, In lacu in- Ex Alcui.
feriori, id est, in lacu inferni, scilicet, In tenebro
sis, & in vmbra mortis.

7 Super me confirmatus est fu-
ror tuus: & omnes fluctus tuos in-
duxisti super me.

FVROR suus] vel, Ira tua, vel Indignatio tua, Ex Aug.
ô deus [CONFIRMATVS est super me] vt illi
irati sunt cum viderent eum turpi morte mo-
ri. Putabant enim quod ira dei perisset & quod
Deus omnes indignationes super eum induxis-
set, quãdo pertulit eum crucifigi. [ET omnes flu
ctus tuos] vel, Suspẽsiones tuas, id est, passiones
[INDVXISTI super me] In alio psalmo dicit,
Transierunt super me. Hĩc autem dicit induxi- Psal. 41
sti super me, significãs quod omnia quæ de pas- Ex Aug.
sione eius prophetata sunt euenerunt.

8 Longe fecisti notos meos à me: PARS II.
posuerũt me abominationem sibi:

LONGE fecisti,] Sẽcũda pars vbi dicit, quid
amici eius in passione fecerint. q. d. Induxisti
hęc super me, & tunc [FECISTI nomẽ tuum.]
quibus ego notus eram, nõ dicit notos quos no Ex Aug.
uit, quia tunc omnes nouerãt vt deus: sed qui-
bus notus est. Vel, Notos, dicit bonos, quos p-
bat. [LONGE à me] loco & mente. [ET posue-
runt me abominationem sibi] vel ipsi noti, quia
hoc genus mortis horrebant: vel magis perse-
quutores.

9 Traditus sum, & non egredie-
bar: oculi mei languerũt prę inopia.

TRADITVS sum,] scilicet à discipulo [ET
NON egrediebar,] id est, nõn ostẽdi quis essem: Ex Cass.
in interioribus meis latebam, non manifestabar,
non propalabar. Vnde, [OCVLI mei languerũt
præ inopia,] id est, apostoli cũ non viderẽt eum
in virtute, sed quasi victum, infirmati sunt sub-
stracto sibi cibo, id est, lumine.

10 Clamaui ad te domine: tota die
expandi ad te manus meas.

CLAMAVI ad te domine] Hõc aperte in cru- Ex Aug.

ce fecit [TOTA DIE expandi manus meas ad
Ex Aug. te] quia fecit omnia ad voluntatem patris. per extensas quippe manus continuatio bonorum operum à quibus nunquam cessauit, intelligitur: in cruce enim nec vna tota die fuit illa extensios nec totũ pro parte potest accipi, quia addit tota: sed quia hæc opera eius non omnibus profuerunt, addit,

PARS III. 11 Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?

Ex Cass. NVNQVID] Tertia pars, vbi ostendit, quibus non prosunt opera sua. q. d. Expãdi manus, sed ô deus [NVNQVID facies mirabilia mor-
Ex Aug. tuis?] Mortuos dicit nõ corpore, sed corde, coram quibus fiunt quidem miracula Christi: sed nõ prosunt eis, quia ad vitam fidei visa eos non mouẽt. Mortuis enim corpore facta sunt mirabilia cũ quidam reuixerũt, & cũ dominus penetrauit inferna, atque inde victor mortis ascẽdit, magnũ mortuis factum est miraculũ. Dicit ergo, Nunquid mortuis, scilicet corde, nõ corpore, Facies mirabilia? q. d. non. Nõ eis dicit fieri, quib⁹ & si fiant nõ prosunt. Ideo non eis fiunt: quia à medicis nõ suscitabũtur homines vt confiteãtur domino. Et hoc est quod sequitur [Aut medici] vel, Gigantes [SVSCITABVNT] homines [ET] suscitati [CONFITEBVNTVR tibi?] non. A mortuo enim corde perit cõfessio, nisi enim suscitetur, cõfiteri non valet. Sed medici, vel gigantes non suscitabunt homines vt confiteantur domino. Notandum quod in Hebræo nõ medici, sed gigantes reperitur. Vtrunque autem pene eodem modo sonat in Hebræo. Vnde Septuaginta interpretes quorũ auctoritas tanta est, vt propter mirabilem consonãtiam diuino spiritu interpretati esse credantur, propter vocis similitudinem, quam in Hebræa lingua medici & gigantes eodem modo sonant, vt exigua differentia distinguãtur, medici non gigantes, nõ errore, sed potius occasione posuerunt, volentes significare quomodo essent accipiendi gigãtes. Si ergo superbi accipiuntur hic gigãtes. i. dicuntur sapientes seculi bene dicuntur medici, quia per artes suas promittunt anima-
Esa. 5 rum salutẽ: contra quos dictum est, Domini est est salus. Si autem boni accipiuntur gigantes, id est, magni & fortes, & ipsi bene dicuntur medici, qui viuentes curare ministerio possunt, sed non mortuos suscitare. Sola enim gratia dei re-
Ioan. 6 uiuiscũt ad fidem. Vnde, Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eum.

12 Nũquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuã: & veritatem tuam in perditione?

Ex Aug. NVNQVID narrabit aliquis] positus [IN sepulchro] Mortuę animæ corpus sepulchrum est. Vnde in Euangelio dominus talibus dicit,
Matt. 23 Similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris apparẽt hominib⁹ speciosa. intus verò plena sunt ossib⁹ mortuorum, & omni spurcitia: sic & vos à foris quidem paretis hominib⁹ iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate [NVNquid] ergo [ALIQVIS in sepulchro] positus, Ex Cass.
id est in pernitie animæ [NARRABIT misericordiã tuam?] & aliquis positus [IN perditione,] id est, obstinatus [VERITATEM tuam Ex Aug.
narrabit?] q. d. Non hi narrabunt: sed viui & fideles. Notandũ quia misericordiã & veritatem amat scriptura coniungere, & maxime psalmi.

13 Nũquid cognoscẽtur in tenebris mirabilia tua: & iustitia tua in terra obliuionis.

NVNQVID cognoscẽtur in tenebris] infi- Ex Aug.
delium [MIRABILIA tua, & iustitia tua in terra obliuionis] Quæ dicit, Non est deus. Hæ sunt tenebræ. Vnde apostolus, Fuistis aliquãdo Ephe. 5.
tenebrę: nunc autem lux in domino. Iidem sunt ergo mortui, & positi in sepulchro, & tenebræ, & terra obliuionis.

14 Et ego ad te domine clamaui: & mane oratio mea præueniet te. PARS IIII

ET ego ad te,] Quarta pars, vbi dicit quę in Ex Cass.
suis membris Christus sustinet. Ecce chorus re- & Aug.
spõdens præcinenti, q. d. His mortuis nõ pro- Ex Aug.
sunt opera Christi. Quis ergo vsus mortuorũ? Quid de eis agit ad vtilitatem corporis sui? id est ecclesię? multum: quia in eis ostenditur quæ sit gratia in prędestinatis. Ait ergo Christus ex voce ecclesiæ, [ET ego] q. d. Nos fuimus olim cum illis natura filii iræ, cũ quib⁹ fuimus vnum. Ideo non ait, Simpliciter ego: sed, Et ego. s. fui natura filius iræ. Sicut & cæteri, sed [CLAMAui] vt saluus essem [AD te domine] nõ ad alium, quia nullus medicorum suscitat. Qui autẽ clamat & inuocat, credit: sed nõ crederet, nisi eum misericordia dei suscitaret, qua præueniẽte iam est ei mane, post tenebras infidelitatis: sed quia restat futura clarificatio, nũc oratio mea pręit. Et hoc est [Clamaui, &] ita factũ est mihi [MANE] lucis vel fidei. Et in hoc, Mane [ORATIO mea] pręuẽta à misericordia [PRAEVENIET te,] id est futurũ iudicium, quæ oratio vt feruescat differtur bonum, & crebrescunt mala.

15 Vt quid domine repellis orationẽ meã, auertis faciẽ tuam à me?

VT quid domine repellis] q. d. Clãmo, oro, sed Ex gl. int.
nunc [VT quid domine repellis orationẽ meã.]
Ecce quãtum desiderat, proposuit in his verbis Ex Cass.
quęrendã esse causam quare differtur quod petit, quę est in dilatione boni, & aduersis multiplicatis, quasi repulsa oratio inflammetur ardentius. Vt quid [AVERTIS faciẽ tuam à me?] Auertere deus dicitur faciem, non dãdo quod volunt, sed quod non expedit.

16 Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum & cõturbatus,

PAVPER SVM EGO] Exequitur breui- Ex Aug.
ter tribulationes corporis Christi dicens, [EGO sum pauper] rebus seculi [ET in laboribus sum à iuuentute mea] Vnde alibi, Sæpe expugnauerũt

Ex Aug. me à iuuentute mea[EXALTATUS autem] in seculo[HUMILIATUS sum] Quædam mēbra Christi ad hoc exaltātur in seculo, vt in eis ma-
Ex Cass. ior sit humilitas [ET conturbatus sum] ā duersis. Vel, Exaltat⁹ sum, prius tumido corde. Postea, Humiliatus sum, scilicet per confessionē. Et conturbatus sum, id est confusus de peccatis, ea damnando. Et

17 In me transierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me.

Ex Aug. IRAE tuæ] i. afflictiones [IN me] venientes, id est, mihi illatę[TRANSIERUNT] quia non manet ira dei in iustis, sed transit quia nō de fideli, sed de infideli dictum est, Ira dei manet su-
Ex Alcui. per eum. Flāgellat enim filios quos recipit, sed
Heb. 12. ad correctionem, non ad peremptionem. Vnde,
Apo. 3. Ego quos amo corrigo, arguo & castigo. Et ali-
Deut. 32. bi, Percutiam & ego sanabo: occidam & viuere faciam. [ET terrores tuæ conturbauerunt me]
Ex Aug. ŏmne quod potest accidere & si non accidat, prudenter timetur. Tam grauiter conturbauerunt, quia,

18 Circundederūt me sicut aqua: tota die circundederunt me simul.

CIRCUNDEDERUNT ME sicut aqua]
Ex Hay. quę mergit. Aliquādo enim terrores ipsi ita cō-
Ex Aug. turbant animum cogitantis, circunpendentibu⁹ malis, vt sicut aqua circūfluere videantur, & simul vndique circūdare. Vnde amici & noti timore deserūt. Vnde Apostolus, Omnes me de-
2. Tim. 4 reliquerunt. Et hoc[TOTA die] quia nullo tempore desunt mala ecclesiæ, donec finiatur seculum. Vnde subdit, [Circūdederūt me simul] Sed hæc omnia fiunt, vt oratio ecclesiæ præueniret deum, donec illa salus veniat, vbi nihil malorum sit. Vel ita, In me transierunt iræ tuę, id est vindictæ præsentes. Et terrores tui conturbauerūt
Ex Cass. me. s. terrores futuri iudicii quos omnis caro ti-
Ex Greg. met. Nōta quod dicit irę transierunt, terrores
li. 7. mor. conturbauerunt: quia aliud iam de damnatione
cap. 3. patimur: & aliud de æterna vltione timemus.
Ex Cass. Circūdederūt me, pēccata, Tota die sicut aqua quæ mergit. Peccata enim vndique copiosa inundatione cōcludunt. Repetit, Circūdederunt
Ex Alcui. me simul. Vel in persona Christi accipi potest,
& Cass. qui secundū formam serui ad patrem dicit, Iræ tuæ, id est, afflictiones quas tua voluntate, non meo merito patior, In me trāsierunt, id est, non mansuræ me contigerunt. Et terrores tui, scili-
Ex Alcu. cet quos patior, quia tibi placuit, non meo merito, Conturbauerunt me, secundum infirmita-
Ex Aug. tem carnis, Circundederūt me, inimici mei, Si-
& Hier. cut aqua tota die circundederūt simul. Deinde sequitur ex persona capitis & mēbrorū simul.

19 Elongasti à me amicū & proximum: & notos meos à miseria.

Ex Cass. ELONGASTI à me amicum] quī pio & fideli amore coniūgitur nobis & proximum parētela, sæpe iustis humana officia subtracta sunt timore [ET notos meos] qui sola opinione, vel visione nos didicerunt. Elōgasti à miseria mea.

COLLATIO
In psalmum 87. Domine deus salutis meæ

4 AESTIMATUS sum.] Omnes quotquot licuit videre, vertunt passiue cum Septuaginta. Solus Sanctes trāstulit actiue, Reputaui me, cōtra tamen regulam Hebraismi. Nam vox est in niphal, & ea ratione corruit interpretatio sanctorum, qui hunc versiculum exponūt de Christo domino, qui existimatus est ab infidelibus & nefandis Iudæis, tāquam vnus ex cæteris mortuis, in lacum inferni violēter descendentibus. Dominus autem potestatem habens ponendi animam suam, & iterum sumēdi eam, se ipse prędicat inter mortuos liberū, quem mors suis nequiuit adstringere vinculis. Itaq; נֶחְשַׁבְתִּי neheschabti, deputatus sum, vel quid simile dicatur iuxta Septuaginta. Quod si quis ꝑprio sensui innitatur, omnem confusionē inuehit in arcana sensa. Si Septuaginta posuissent Reputaui me, quid nō clamassent morosiores? Ipse tamen Sanctes in suo thesauro habet existimatus sum.

IN vmbra mortis.] Hieronymus pro hoc dixit, In profundis. Consentiunt cæteri. Hebræi nunc legunt בְּמְלֹצוֹת bimzoloth, At Septuaginta legerunt בְּצַלְמָוֶת betzalmaueth, literis trāspositis, in vmbra mortis, &c. si loca profunda hic intelligantur, horror mortis.

8 POSUERUNT me abominationem sibi] Hebraice habetur, posuisti, vt referas ad deum patrem. Sed posuerūt perfidi Christum abominationem. posuit & pater eo genere locutionis, quod dicitur in Matth. Percutiam pastorem. Et similia in scripturis creberrime obuia sunt.

9 TRADITUS sum.] Hieronymus cū aliis vertit, clausus sum כָּלֻא calu, à כָּלָא cala, quod est prohibuit vel clausit. At qui traditur inimicis capitalib⁹, nō lōge est à vinculis & carcerib⁹.

10 MEDICI suscitabunt.] רְפָאִים rephaim, tria notare potest, gigātes & robustos, quomodo vertit Hieronymus: & medicos, vt sumunt Septuaginta. Consentit Pellicanus: ac mortuos, quomodo alii transtulerunt. Itaque materiam præbet diuersarum interpretationum ambiguitas nominū, iuxta quod vnusquisque interdum sinit. Constanter tamē meminisse debemus, quę hic de auctoritate LXX, Augustinus scribit.

15 REPELLIS orationem meam.] Hebræi נַפְשִׁי naphschi, id est, animam meam. Quod si subaudias orātem, sensus eodem recurrit. Sed & נֶפֶשׁ nephesch non solum animam significat, verumetiam flatum & halitū, quo facilè oratio insinuatur.

16 A iuuentute mea.] Consonāt Hieronym. Chaldæus, Nebiensis, Sanctes, Mūsterus, Interpretes pro Caietano, & paraphrasis Camp. qui dicūt ab adolescētia. Pratens. Pellic. & editio ad Cāpensem, post concussionē seu afflictionē. Siquidē נֹעַר noar, ambiguū est, in morē multorū.

EXALTATUS.] Septuaginta pronūciarunt passiue נִשֵּׂאתִי nissethi vbi alii legunt actiue

נָשֵׂאתִי nasathi, hoc est tuli. Deinde אֵמֶיךָ emeca, quod est ad verbū, terrores tuos. LXX ien sum exprimētes, dixerūt, humiliatus sum. i. afflictus sum. Deniq; & conturbatus sum. Hebraice timebo, dubitabo eodē sensu אָפוּנָה aphunah.
18 NOTOS meos à miseria. Hieronymus trāstulit, notos meos abstulisti, Reddens ad illud, à miseria perverbum abstulisti. Cōsentit Nebiensis, Ad dictionē מַחְשָׁךְ mahasehac, nostri hebraicantes vertūt in tenebris, in obscuritate, vt Munsterus addat, ponis, Vel (vt alij volunt) sunt obscuritas, id est, ignoti sunt. Cæterum intelligendo notos, Christi discipulos terga vertisse, ne in miseria seu passione eadem comprehēderentur, inueniemus eos fuisse sublatos, ab omnium cōspectu & latentes. Dum autem sese abderent ob metum Iudæorum, tenebras, hoc est latebras sibi gratas quærebant, ne ad tormenta & mortem quærerentur cum præceptore optimo Christo. Itaque miseria, obscuritas & sublatio, non aliud tenderent, Quanquam fortasse Hieronymus acceperit חָשַׂךְ hasac, per punctum sinistrum quod est abstinuit, & vitauit.

LXXXVIII. PSALMI TIT.
In Hebr. habetur ezraitæ. Intellectus Ethan Israelitæ.

Ex Cass. MISERICORDIAS domini.] Titulus INTELLECTVS Ethan Israelitę.] Ethau sicut suprà dictū est, præfectus fuit cantoribus cū alijs pluribus in tabernaculo domini. Interpretatur autē robustus, qđ nullus est nisi in spe promissionis dei, vnde agitur hic. Hic psalmus nāque de spe Christianorū & magnificētia domini multa dicit: per quem nemo decipitur, qui digne supplicet quod verus Israelita intelligit. Et hoc est. Hic est, Intellectus E-
Ex Aug. than .i. rōbusti, Israelitæ, id est, qui vere deū videt. Inictione monet, vt spē nō in nobis, sed in
Ex Cass. deo ponamus. Modus. Sex sunt partitiones. Prīmo, de misericordia & veritate Dei se cantaturum promittit propheta. Secundo, diuersis modis laudes & potentiam dei describit, ibi, Confitebuntur. Tertio, promissiones patris de Christo ponit, ibi, Tunc locutus. Quarto, illis promissionibus aduersa dicit, ibi, Tu verò repulisti, &c. Quinto, in quo impletæ sunt promissiones dicit, ibi, Vsquequo. Sexto, ostendit quod in membris, etiam promissiones implentur spiritualiter non temporaliter, ibi, Vbi sunt
Ex Aug. misericordiæ, &c. Prōpheta ergo robustus nō in se, sed in misericordia dei, ait,

IS Ericordias domini in æternum cantabo-
Ex Hay. CANTABO,] id est, iōcūde annunciabo [MISERICORDIAS domini.] Vndē robustus
Ex Aug. est homo quū in se infirm⁹ est.
Ex Cass. & Remi. Misericordias dico duraturas [IN æternum] ira dei ad tempus est, misericordia dei in ęternum. Vel, In æternum cātabo misericordias domini. Quomodo in æternum misericordias cantat,

& gratias agit, qui miserię non meminit? Quō- Ex Greg. li.4. mor. cap.42.
modo antē plena beatitudo est, si memoria reatus mentem tangit? Sed ad hoc respondere possumus quòd læti sæpe tristium meminimus, & sani meminimus dolorum sine dolore. Et inde amplius læti, & grati sumus. Sic itaque & miseriæ recordatio, nil beatitudinis retrahit.

2 In generatione & generationem annūciabo veritatem tuam in ore meo.

IN generatione] Iūdæorum [ET generatio- Ex Cass.
nem] gentium [ANNVNTIABO veritatem
tuā] id est, quæ tua est, sine qua ego mēdax sum. Ex Aug.
Qui enim de suo loquitur, mendacium loquitur. Qui autem veritatem loquitur, ex deo loquitur. Ergo à te ô deus dicam veritatē. Et hoc [IN ore meo] q.d. Et ego dicā, duo quędā sunt, vnū tuum, vnū meum. veritas tua est, os meum est, vt sim seruus, id est, vt inde seruiam tibi. Mēbra enim mea domino obsequuntur, id est, obsequi debent. Vel, Annunciabo veritatem tuam,
id est veritatē promissionū tuarum, In ore meo Ex Cass.
nōn ex ore labitur, sed in ore diu tanquam dulce versatur.

3 Quoniam dixisti, In æternum misericordia ædificabitur in cælis: præparabitur veritas tua in eis.

QVONIAM dixisti, &c.] Hīc dicit vnde sit, Ex Alcui.
& quæ misericordię dei per Christum sint. q.d. & Aug.
cantabo & secure [Quoniam dixi, &c.] Vel ita
cōtinua, Quās misericordias & quā veritatem Ex Aug.
cātabo? ecce, Quoniā, tu, Dixisti .i. per spiritum sanctū mihi manifestasti. q.d. Ego homo secure dico, quod tu dixisti deus mihi. Quid? quod [MISERICORDIA tua ædificabit in æternū] Nō est tēporalis ædificatio misericordię, sicut ruina iniquitatis tēporalis est. Destruitur enim iniquitas tēporalis in quibusdā, vt in eisdē ædificetur
æterna misericordia. Vnde Hieremię dominus Hiere.1.
dicit, Ecce ego constitui te super gētes & regna, vt euellas & destruas, & disperdas, & dissipes, & ędifices, & plātes. Propter eos ergo qui destruūtur & ædificantur, ne putarēt ædificationē qua ædificātur esse tēporalem, sicut temporalis fuit ruina, in qua destruuntur: tenuit se iste cuius os
seruit veritati dei ad ipsam veritatē dei. Aedi- Psal.18.
ficabitur dico. Et hoc [IN cęlis] .i. per cęlos, qui enarrant gloriam dei, per quos ædificatur misericordia [ET ipsa veritas tua in eis] .i. per eos cęlos. vel sine, Eis, sicut quidā libri habent. Et no-
tandum quia vtrūque repetiit, quod prædixit, Psal.24
scilicet misericordiam & veritatē, quia vniuersę vię domini sunt, misericordia & veritas. Non enim exhiberetur veritas in impletione ꝓmissionum, nisi præcederet misericordia in remissione peccatorū: deniq; veritas pertinet ad Iudæos, quib⁹ ꝓmissa facta sunt. Misericordia cō-
gruit gentibus, quib⁹ nō clausit deus fontē suæ Rom. 15.
bonitatis. Vnde apostolus ait, Dico enim Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei implēdam: gentes autē super misericordiam honorare deum.

4 Diſpoſui teſtamentum electis meis: iuraui Dauid ſeruo meo, vſq; in æternũ præparabo ſemen tuum.

Ex Aug. DISPOSVI]q.d.dixiſti quod præparabitur
veritas,dixiſti Etiam hoc[DISPOSVI teſta-
mentum]ſcilicet nouum,quo renouamur ad no
uam hæreditatem, non vtique omnibus qui ex
carne Abrahæ ſunt vel Dauid,ſed[ELECTIS
meis,iuraui Dauid ſeruo meo]ad literam,illi re-
Ex Hier. gi.Sĕcurus eſt iſte, quia deus dixit:ſed ſecurior,
Ex Aug. quia iurauit.Iũratio dei,promiſsionis eſt confir
matio. Ex vtroq; fit homo Ethan.i.robuſtus.
Quid iuraui? quod[VSQVE in æternum prę-
Galat. 3 parabo ſemen tuum] quod eſt ſemen Abrahæ,
id eſt Chriſtum.

5 Et ædificabo in generatione & generationem ſedem tuam.

Ex gl.int. ET ædificabo in generatione & generatio-
nem]id eſt in ęternum[SEDEM tuam]id eſt
Ex Hier. regiã poteſtatem.Vĕl,Iuraui Dauid ſeruo meo,
id eſt Chriſto,vſquequaq; mihi obedienti:dein
Ex Aug. de quid iurauerit,ſupponit,Vſque in æternum
prępparabo ſedem tuam, i eſt,credentes.Nos e-
nim qui credimus,ſemen Chriſti ſumus. Dein-
de quod dixerat ſemen,dicit ſedem, ſubdẽs, Et
ædificabo ſemen tuum, id eſt fideles,in quibus
Chriſtus quieſcit & regnat. Niſi enim ab illo
regeremur, à nobis ipſis præcipitaremur. Et
hoc, In generatione & generationem, id eſt in
omnẽ generationem.Generatio enim nõ poteſt
toties repeti,quoties tranſit. Repetitio ergo ꝓ
omni generatione ponitur. Vel duæ ſunt intel-
ligendæ generationes,vna carnalis, altera futu-
ra in reſurrectione.In vtraque prædicatur Chri
ſtus, ſed prædicatur hic Chriſtus vt credatur:
prædicabitur ibi vt videatur. Hoc eſt quod ſu-
pra dixit, In generatione & generationem an-
nunciabo veritatem tuam. Et nunc ergo ſedet
Chriſtus in nobis quos regit, ſedebit & tunc in
ſanctis,in quib⁹ regnabit. Vel ita, In generatio-
ne & generationem ædificabitur ſedes Chriſti.

PARS II διάψαλμα. 6 Confitebuntur cæli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuã in eccleſia ſanctorum.

Ex Caſſ. CONFITEBVNTVR cæli]Sĕcunda pars,
vbi diuerſis modis laudes & potentiam dei de-
Ex Alcu. ſcribit.q.d. Dixiſti quod miſericordia ædificabi
Ex Aug. tur:& ſicut dixiſti ita fiet,quia[CAELI]ex tĕ
dicente,& iurante certi,[CONFITEBVNTVR]id eſt
laudabunt,non merita ſua,ſed[MIRABILIA
tua domine]ſcilicet quod redimis,quod iuſtifi-
cas per miſericordiã.In omni enim miſericordia
perditorum,in iuſtificatione impiorũ, quid lau
damus niſi mirabilia dei?laudas,quia ſurrexerũt
mortui:plus lauda, quia redempti ſunt perditi.
Vides enim hominem heri voraginem ebrieta-
tis,hodie ornamentum ſobrietatis. Vides homi-
nem heri cœnum luxuriæ, hodie decus tempe-
rantiæ? heri blaſphematorem dei, hodie lau-
datorem dei. Vides hominem heri ſeruum crea-
turæ,hodie cultorem creatoris. Hæc ſunt mira-
bilia quæ confitentur cæli, vbi confitebuntur il
la? in eccleſia.[ETENIM] vel ſine enim, Confi
tebuntur[VERITATEM tuam] id eſt in im-
pletionem promiſsionum,[IN eccleſia ſancto-
rum] Vel,Cõfitebuntur mirabilia,ſcilicet quo-
modo agit omnia deus, & adminiſtrat vbique? Ex Caſſ.
Etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum,
Veritas in eccleſia annunciatur,vbi creditur,qđ
verbum caro factum eſt, & quod trinitas vnus Ioann. 1
deus eſt.

7 Quoniam quis in nubibus ęquabitur domino: ſimilis erit deo in filiis dei.

QVONIAM quis]q.d.Sĕcuri de te prædi- Ex Aug.
cant. Quoniam quis[IN nubibus]id eſt in præ-
dicatoribus,etſi potentes ſint[AEQVABITVR]
potentia[DOMINO]ſcilicet Chriſto,& ſi ipſe
ſit homo,qui & in nube carnis venit. Vnde E-
ſaias, Aſcendet dominus ſuper nubem leuem, & Eſaiæ 19
ingredietur AEgyptum.Notandum quod idem
ſunt cæli & nubes,ſcilicet prædicatores,ſed cæ-
li,propter fulgorem veritatis: nubes quæ nebu-
loſæ ſunt, dicũtur prædicatores propter carnẽ,
propter mortalitatem. Et quia tranſeunt vbi,
.i.in quibus abſcõdita ſunt, quæ poſt in iudicio
clarebũt. Et quis[IN filijs dei]qui multi ſunt,
id eſt in ſuperis vel hominibus,[ERIT ſimilis]
eſſentia,[DOMINO] id eſt Chriſto, qui eſt fi-
lius dei vnicus.q.d.nullus. Ne ergo homo putet.
Ille enim naturalis,filij adoptiui nos ſumus. Ille
genitus,nos creati. Ille ab ęterno genitus,nos in
tempore facti. Ille vnicus,nos multi. Et verè nul
lus eſt vt ille,quia ipſe eſt,

8 Deus qui glorificatur in conſilio ſanctorum: magnus & terribilis ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt.

DEVS qui glorificatur in conſilio ſancto- Ex Aug.
rum]quia non poſſunt ei æquari. Conſilium eo-
rum eſt,credere in illum, & in illo gloriari. Ipſe
eſt[MAGNVS & terribilis]potentia[SVPER
oẽs q in circuitu eius ſunt] In circuitu dicit,nõ
quod terminis includatur eius diuinitas, cuius
magnitudinis non eſt finis. Qui enim vbiq; eſt Pſal. 144
nuſquam finitus, nihil habet circa ſe, niſi quia
per carnem in vno loco fuit,qui locus habet cir
ca ſe omnes gentes, in quas miſsis apoſtolis per
miracula factus eſt magnus & terribilis. Vel,Su-
per omnes qui in circuitu eius ſunt,magnus eſt, Ex Caſſ.
.i. ſuper angelos vel homines, qui ſunt eius ſti-
patores,non pares,qui ei dono eius proximant.
Et verè ſuper omnes,quia ô,

9 Domine deus virtutum quis ſimilis tibi, potens es domine: & veritas tua in circuitu tuo.

DOMINE deus virtutum]cæleſtium, id eſt Ex Hay.
angelorum, vel, Virtutum, quibus illi dicantur Ex Caſſ.
qui ſunt, In circuitu tuo,[QVIS ſimilis tibi]
nullus,quia[POTENS es]tu[DOMINE]ex
te,illi vero de te,quia omnia feciſti, ſcilicet cæ- Ex Aug.

lum & terram, & omnia quę in eis sunt, sed plus
est nobis misericordia tua, quæ exhibuit verita
tem, non modo in loco vbi natus es: sed & in o-
mnes qui sunt [IN circuitu tuo] expansa est,
[VARITAS tua] qui venis in nubibns cæli,
quæ veritas cum cœpit prędicari, mare gen-
tium circa aridam Iudæorum cœpit fremere, vt
Iudic. c. 4 leo in Sansonem, cum iret ducere vxorem de a-
lienigenis: sed non est timendum, quia,

10 Tu dominaris potestatis maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.

Ex Cass. TV dominaris porestatis maris] id est hōno-
Ex Aug. ris seculi. Tē enim permittente surgit mare, qui
a Cor. 10 non finis tentari supra id quod potest ferre ho-
mo. Et non solum dominaris, sed etiam [MO-
Ex Cass. TVM fluctuum eius tu mitigas] non pēnitus
Ex Aug. tollis, vt mereatur quis coronam. Vt āutem ra-
bies maris eneruetur in ipso mari,

11 Tu humiliasti sicut vulneratū superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

Ex Aug. TV humiliasti snperbum] id est dracōnem
Psal. 103 qui in mari factus est ad illudendum ei, qui per
humilem Christum in quo alij sunt humiles, hu
miliatur. Humiliauit enim se Christus, vt humi
liaret superbum. Superbus enim superbos tene-
Ex Aug. bat, [SICVT vulneratum] Vūlneratur diabo-
& Alcu. lus vulnerato Christo, nondum ex toto mor-
Ex Aug. tuus est, humiliātus ergo est perdendo qnos te
nebat vulneratos non penetrata carue, quā non
habebat, sed percusso corde vbi superbiebat. [IN
Ex Hier. brachio virtutis tuæ] In fortitudine tua. Vel in
Cassiod. Christo [DISPERSIATE inimicos tuos] id
& Alcu. est aērias potestates. Vel, Inimicos, id est Iudęos
per mundum dispersisti. Vel, Dispersisti inimi-
cos, id est de hominib⁹ alios assumpsisti qui snnt
spolia diaboli: alios reliquisti quos post eū abire
Ex Cass. permisisti. Idēo autem in cælo trinmphasti de
diabolo, quia,

12 Tui sunt cæli, & tua est terra: orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti, Aquilonem & mare tu creasti.

Ex Cass. TVI sunt cæli] Idēo autem in terra trium-
phasti de Iudæo, [ET] id est quia [TVA est ter
ra] ad literam, & quia eius est cælū & terra. Cur
ergo illi in alienis superbirent? [TV fundasti] id
firmasti [ORBEM terræ & plenitudinem eius]
Cur ergo in eum se erigunt, cuius est ambitus
mundi, & omnes creaturæ quæ in eo sunt? [A-
QVILONEM] id est diabolum [ET mare] id
est seculum [TV creasti] stultè ergo se erigunt
Ex Aug. contra eum à quo creati sunt. Vēl mystīcē sic po
test legi. q. d. Confitebuntur cæli mirabilia tua
domine. & merito, quia, Tui sunt cæli, id est apo
stoli, qui pluunt alijs veritatem. Et tua est ter-
ra, quæ excipit veritatem in circuitu tuo. Hac
Ex gl. int. autem pluuia, Tu fundasti orbem terræ, id est
tōtam ecclesiam. Et plenitudinem eius, id est ea
vel eos, quibus quotidie impletur. Aquīlonem, Ex Aug.
id est diabolum, qui dixit, Ponam sedem meam Esaiæ 14
ab Aquilone, & ero similis altissimi. Et mare, id Ex gl. int.
est amāros, quibus purgatur ecclesia. Tu creasti.
Quōd ergo in illis fecisti, plus valet ad domina- Ex Aug.
tionem tuam, quàm illorum voluntas ad mali-
tiam suam.

13 Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.

THABOR & Hermon] Isti sunt montes Sy Ex Aug.
riæ. Interpretatur autem Thabor, veniens lu-
men. Hermon, anathema eius, à summo, scilicet
lumine, quod illuminat omnem hominem ve- Ioann. 1
nientem in hunc mundum. Venit lumen gratię,
quo veniente fit anathema eius, id est diaboli,
q nos tenebat in errore suo, vel merore suo, qđ
est dicere, à te datum est, nobis vt illuminemur,
vt anathema demus diabolo. q. d. hæc omnia fe-
cisti, & inde [THABOR] id est illi ad quos à te
summo lumine venit lumen, [ET Hermon] id
est qui anathema dant diabolo, [EXVLTA-
būt in nomine tuo] non in suis mēritis. vel quia Ex Alcu.
Thabor & Hermon, montes sunt Syriæ, & per
eos accipiuntur gētes, à parte totum per synec-
dochen, quę exultabunt Christo veniente. Vel
allegoricē sic legitur, Thabor, id est Iudæi, ad
quos primum venit lumen, Et Hermon. i. gen-
tes, quæ prius erāt anathematizatæ, In nomine
tuo exultabunt, coniunctis in angulari duobus Ephe. 2
parietibus. [TVVM brachium] q. d. ā te facti su Ex Aug.
mus, à te etiam defensi sumus, quia, Tuum bra- & gl. int.
chiū, quo humiliasti superbum, semper est [CVM
potentia] & semper,

14 Firmetur manus tua & exaltetur dextera tua: iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Ex Cass.

MANVS tua] id est operatio tua [FIRME
tur] contra superbos, vt humilientur, [ET exal
tetur dextera tua]] id est numerus eorum qni in
dextera locandi sunt, clarificetur & augeatur. Ex Aug.
In finē autem erunt [IVSTITIA & iudiciū,
id est manifestatio iustitię tuæ, & iudicij tui. Cū Matth. 25
separabuntur oues ab hœdis, qui nunc occulta
sunt. Et tunc erit [PRAAparatio sedis tuæ] vti-
que hoc erit in die iudicij. Sedes āutem dei est
ęterna, sed in iudicio apparebit parata, cum ipse
videbitur iustē iudicare. Et est, Sedes tua appa-
rebit in iudicio parata ad faciendam iustitiam Ex Aug.
& iudicium, id est ad iustē iudicandum. Nūnc
ergo interim, quid? ecce,

15 Misericordia & veritas præcedent faciem tuam: beatus populus qui scit iubilationem. Ex Aug.

MISERICORDIA & veritas præcedent
faciem tuam] id est faciem tui post iudicaturi.
q. d. interim pręit misericordia qua deles pecca-
ta, & veritas, qua imples promissa, vt non timeā
tur futūra iudicia, quæ gaudia cum non suffi-
ciant exponi, ait, [BEATVS] est [POPVLVS
qui scit iubilationem] id est quę scit de illo gau

dendum esse, quod dici non posse nouit. Iubilus enim gaudium est, quod verbis explicari non potuit, nec tamen penitus reticeri. Vnde autem iubilatio? de gratia, de deo omnino, non de te homine. Et hoc est quod subdit,

16 Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die: & in iustitia tua exultabuntur.

Ex Hier. DOMINE in lumine vultus tui] id est in il-
& Haym. luminatione spiritus sancti, vel filij. [AMBVLA-
Ex Aug. bunt homines] scilicet Thabor & Hermon. In
his verbis commendat gratiam de qua iubilus
Ex Hier. est. Vel ita ab illo loco, Iustitia, & legitur de præ-
senti, Iustitia & iudicium præparatio sedis tuę,
.i. modo homines discernendo, & iusta tenen-
do parant se sedem domino. Et misericordia &
veritas, in hominibus, præcedent faciem tuam,
Ex Alcu. à simili præcursoris domino hospitium præpa-
Ex Cass. rantis, & inde iubilandum est. Et, Beatus, est ille,
Populus qui scit iubilationem. Ille scit iubilatio-
nem, qui suam lætitiam, non in sua, sed in domi-
ni virtute ponit: vel qui quod ore cantat, cor-
de intelligit. Vnde sequitur hoc pręmium, Do-
mine in lumine vultus tui ambulabunt, id est in
Ex Hier. cōtemplatione trinitatis. Hîc & in futuro perse-
Ex Aug. uerabunt. [ET in nomine tuo] quod benedici-
tur in terris, id est in Christiano nomine, non
in se. [EXVLTABVNT tota die] Qui in se exul-
tat, non tota die exultat, quia cadit. Quos autē
illuminat & iustificat, [ET in iustitia tua] non
in sua, in qua deprimentur, [EXALTABVN-
tur] hîc & in futuro. Bene dico, In iustitia tua,

17 Quoniam gloria virtutis eorum tu es: & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

Ex gl.int. QVONIAM gloria virtutis] Benedico in
iustitia tua, [QVONIAM tu es gloria] id est ex-
altatio, [VIRTVTIS eorum] quos non solum
illuminat, sed etiam posse dat. [ET in benepla-
Ex Aug. cito tuo] quia tibi beneplacuit, non quia digni
Ex Cass. sumus. Vel, In beneplacito tuo, id est in Christo
[EXALTABITVR cornu nostrum] id est po-
testas nostra. Ideo in ipso, quia assumpsit carnē
nostram, in quo est omnis spes. quod ita dicit,

18 Quia domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri.

Ex Hier. QVIA domini est assumptio nostra] id est
Ex Aug. nostræ carnis. Aliter impulsi caderemus, quia
Ex Hier. infirmi essemus. [ET sancti Israel regis nostri]
id est qui sanctificat Israel & regit.

PARS III 19 Tunc locutus es in visione san-
διάψαλ- ctis tuis: & dixisti, Posui adiutoriū
μα. in potente: & exaltaui electum de plebe mea.

Ex Aug. TVNC locutus] Tertia pars, vbi ponit pro-
missiones patris de Christo, per quod ostendi-
tur quod superior laus non est dubia: quam pa-
Ex gl.int. terna firmat auctoritas, q.d. Deus, vnde scis hęc
& Alcu. prædicta? ecce vnde, quia [TVNC] scilicet quā-
do disposuisti testamentum. Vel, Tunc, scilicet
quando hæc diceres mihi, [LOCVTVS es san- Ex Aug.
ctis tuis] scilicet reliquis prophetis. Et hoc [IN
visione] id est in occulto, in reuelatione quam
fecisti eis, vnde prophetę dicti sunt, id est viden-
tes. Non enim ignoranter locuti sunt: sicut Mon- Ex Alcu.
tanus, & quidam hæretici dixerunt. [ET dixi-
sti] palam per eos [POSVI adiutorium] ho- Ex Hay.
minum [IN potente] scilicet Christo. Quis po- Ex Aug.
tens est ille? electus. Vnde subdit, [ET exaltaui Philip. 2
electum] super omne nomen, scilicet immunem
à peccato, natum [DE plebe mea Iudaica. Quis
est electus? Dauid, id est Christus, qui est de se-
mine Dauid. Et hoc est,

20 Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Ex Cass.

INVENI Dauid] id est Christum. Dauid
enim interpretatur manu fortis. [SERVVM Ex Alcu.
meum] id est mihi obedientem. Ideo in eo, Po-
sui adiutorium, & [OLEO sancto meo vnxi eū] Ex Aug.
secundū quod homo. Vnde alibi, Vnxit te deus Psal. 44
oleo exultationis præ consortibus tuis. Ideo po-
tens, quia,

21 Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confirmabit eum. Ex Hay.

MANVS mea auxiliabitur ei] .i. verbū co- & Cass.
operabitur ei, secundū quod homo in operib⁹ & Ex Cass.
in passionibus. [ET brachium meum] id est ver- & gl.int.
bum, quod est fortitudo mea, [CONFIRMA-
bit eum] cōtra aduersa, vt peragat incepta, co-
usque confirmabit quod,

22 Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis nō apponet nocere ei. Ex Hier.

NIHIL proficiet inimicus] id est diabolus & Cass.
[IN eo] vnde ipse ait, Venit princeps mun- Ioan. 14
di huius, & in me non habet quicquam. [ET fi-
lius iniquitatis] id est Iudas, [NON apponet Ex gl.int.
nocere ei] id est nōn addet effectum pranæ vo-
luntati. Vel, Non apponet nocere ei, post resur-
rectionem Christi, sicut ad patiendum tradidit
eum adhuc corruptibilem. Vel de Christo secun-
dum membra, hoc potest dici, Nihil proficiet Ex Aug.
inimicus, id est diabolus vel persecutor, In eo.
Sæuit quidem, exercet, prodest: sed non nocet.
Et filius iniquitatis, id est inimicus, Non appo-
net nocere ei. faciet quidem quod suum est, sed
non nocebit ei.

23 Et concidam à facie ipsius inimicos eius: & odientes eum in fugā conuertam.

ET concidam inimicos eius] à conspira- Ex Aug.
tione sua. paulatim enim credēt, quasi commi- Eccle. 32
nuto capite vituli, & venient in potum popu-
li dei, sicut Moses comminuit caput vituli, &
sparsit in aquam, & dedit bibere filijs Israel. Et Ex Cass.
hoc [A facie ipsius] Cum facies eius peccato-
res respicit, à criminibus separantur, quibus non

Ex Caſſ. eſt locus ſub præſentia eius,[ET odientes eum
in fugam conuertam] vt fugiant ab ipſo irato,
ad ipſum placatum.

24 Et veritas mea & miſericordia mea cũ ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Ex Aug & gl.int. ET veritas mea & miſericordia mea cũ ipſo]
erit. Nihil diuiſum eſt inter patrẽ & filium, virtutes quas habet pater, habet & filius. Notandum vero, quod ſæpe miſericordia & veritas
nobis commendantur, vt ea reddamus deo. Sicut enim miſericordiam nobis dedit, delens peccata: & veritatem, implens promiſſa: ſic reddamus deo miſericordiam, vt miſerorum miſereamur: veritatem, ne iniqua iudicemus, nec altera
alteram impediat, vt in miſericordia nimis laxi, vel in veritate nimis rigidi non ſimus. Aliter
enim non ſumus in via dei, vbi hęc .i. miſericordia & veritas ſibi obuiauerunt. [ET in nomine
meo] quod eſt deus [EXALTABITVR cor-
Ex Caſſ. nu eius] id eſt põtentia.

25 Et ponam in mari manũ eius: & in fluminibus dexteram eius.

Ex Aug. ET ponam in mari manum eius] id eſt dõminabitur gentibus, quæ ſignificantur per ma-
Ex Hier. re. Vel opera eius oſtendam in mundo, [ET in
Ex Aug. fluminibus ponam dexteram eius] id eſt cũpidos etiam ſubdam ei. Flumina enim currunt in
mare, ita cupidi in amaritudines ſeculi: & tamen
Ex Caſſ. hi ſunt ſubditi Chriſto. Vel, In fluminibus, id eſt
in aquis baptiſmi. Ponam dexteram eius, id eſt
operationem. Et hoc ideo, quia,

26 Ipſe inuocauit me, pater meus es tu: deus meus & ſuſceptor ſalutis meæ:

IPSE inuocabit me] vel inuocauit, dicens,
Ex Rem. [PATER meus es tu] ſecũndum quod ego deus
[ET deus meus ſecundum quod homo ſum, [ET
Ex gl.int. ſuſceptor ſalutis meæ] id eſt ſuſceẽptor mei infirmi ad ſalutem.

27 Et ego primogenitum ponam illum: excelſum præ regibus terræ.

ET ego ponam] id eſt conſtituã illum, [PRI
Ex Rem. mogenitum] .i. pręalijs hõnorabo eum ià ſimili,
ſicut primogeniti ſolent honorari [ET excelſum ponam illum præ regibus terræ] vẽl apud
Ex Aug. reges terræ, alia litera, quod iam impletum eſt.
Ex Hier. Et quia hæc poteſtas nõ eſt temporalis, ſubdit,

28 In æternum ſeruabo illi miſericordiam meam: & teſtamentum meum fidele ipſi.

SERVABO illi in ęternum miſericordiam
Ex Caſſ. meam] cui perpetua data eſt poteſtas in cælo &
Matt. 28 in terra. [ET teſtamẽtum meum fidele ipſi] quia
quæcunque de eo prædicta ſunt, integrè in eo
completa ſunt. Vel, Teſtamentum, id eſt promiſsio æternæ hæreditatis. Eſt fidele ipſi, qui
eiuſdem teſtamenti eſt mediator, id eſt ſignator,
Ex Aug. & fideiuſſor, & teſtis, & hæreditas eſt ipſe.

29 Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius: & thronus eius ſicut dies cæli.

ET ponam in ſeculum ſeculi] id eſt in æter- Ex Aug.
num, [SEMEN eius] Chriſtianum [ET thronus eius ſicut dies cæli.] Thronus regum, eſt
vt dies terræ, qui tranſeunt: ſed dies cæli ſemper præſentes ſunt, vbi erit thronus eius in æternum.

30 Si autem dereliquerint filii eius legem meã: & in iudiciis meis non ambulauerint.

SI autem] q.d. Non ſolum de perſiſtentibus Ex Alcu.
hoc promitto, ſed etiam de cadentibus. Et hoc
eſt, [SI autem dereliquerint filij eius] Chriſti,
[LEGEM meam, & in iudicijs meis non ambulauerint.]

31 Si iuſtitias meas prophanauerint: & mandata mea non cuſtodierint.

SI iuſtitias meas prophanauerint] id eſt ma Ex Hay.
le operando offenderint. [ET mandata mea
non cuſtodierint] nõn ideo perdam eos, ſed Ex Aug.

32 Viſitabo in virga iniquitates eorum: & in verberibus peccata eorum.

VISITABO] vt medĩcus [INIQVITATES eorum in virga] id eſt in leui correctione. & Ex Hay.
in virga eſt miſericordia: cędit quidem, ſed red- Ex Aug.
dit hæreditatem. Quis enim eſt filius, cui non Heb. 12.
dat pater eius diſciplinã? dat diſciplinam pater,
vt non auferat miſericordiam: cędit contumacem, vt redeat ad hæreditatem. Quẽ enim deus
diligit, corripit: & flagellat omnem filium quem
recipit. Non ergo tantum miſericordia vocantis eſt, ſed & flagellantis & verberantis. Vnde Ex Hay.
ſequitur, [ET in verberibus] id eſt in grauiori
tribulatione viſitabo [PECCATA eorum.]

33 Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo: neq; nocebo in veritate mea.

MISERICORDIAM autem meam nõ diſpergam ab eo] Dauid .ſ. Chriſto .i. à corpore Ex Aug.
eius, quod eſt vnum cum capite. ipſe enim non
tollit miſericordiam ei, qui Chriſtianus quidem
eſt. quod ſi homo ita iniquus eſt, vt fugiat accedente patre, ipſe ſe alienat ab hæreditate: nõ pater abijciet eum. [NEQVE nocebo ei in veritate mea] Ad hoc enim non tollitur miſericordia
liberantis, vt non noceat veritas vindicantis.

34 Neque prophanabo teſtamentum meum: & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.

NEQVE prophanabo] id eſt violabo [TE- Ex Hay.
ſtamentum meum] id eſt pactum. prophana eſſet & Caſsio.
promiſsio, ſi eſſet inexpleta: nõn enim quia filij Ex Aug.
eius peccant, ego mẽdax inueniar. Promiſi enim

& facio,& si enim paleæ recedunt: non tamen ideo ipse est sine hæreditate. Nunquid propter malos pisces,nihil ex illa sagena mittetur in vascula? Mittentur vtique boni pisces, id est quos
Ex Caff. prædestinauit. Mânet enim immobile testamen tum dei. deinde repetit ad cõfirmationem quod dixerat,[ET procedunt de labijs meis] id est prophetis[NON faciam irrita] Hæc repetitio, confirmatio est.

35 Semel iuraui in sancto meo si Dauid mentiar:semen eius in æternum manebit.

Ex gl.int. SEMEL] q.d. Vêre non faciam irrita, quia
& Haym. [IVRAVI]homini[DAVID]filio Esai,[SE-
Ex Caff. mel] id est æternaliter, vel immutabiliter. Hõmo frequenter iurat, deus autem semel: qui non
Ex Aug. variatur. Et hoc [IN sancto meo]id est secrêto
in sequen meo. Vnde prophetæ hiberunt. Vel, In sancto
tibus. meo,i d est iu homine Christo,in quo complen-
Ex Caff. dum erat quod iuraui. Quid iuraui? quod[SE-
& gl.int. MEN eius] Christus[MANEBIT in æternum]in regno dei. Et[SI] ego[MENTIAR
Ex gl.int. Dauid]ἀψευστήσω, quasi nulli verus ero. Vel
& Alc. Iuraui semel,id est immutabiliter,& æternaliter,
Ex Aug. Dauid,id est Christo, In sancto meo, id est per
& gl.int. sanctitatem meam. Quid?quod,Semen eius, id est Christiani,In æternũ manebit, in regno dei. Et si ego mentiar Dauid,id est Christo,nulli verus ero,& est ἀψευστήσω.

36 Et thronus eius sicut sol in cõspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum:& testis in cęlo fidelis.

Ex Aug. ET thronus eius]erit[SICVT sol in conspectu meo] quod non est in conspectu hominum, id est illi in quibus insidet & dominatur,
Matth. 13 scilicet membra quæ portant caput, fulgebunt sicut sol in regno patris eorum, [ET sicut luna perfecta in æternum] scilicet quæ non iterum minuatur. Fulgebunt ergo sancti in futuro regno:sicut sol secundum animam,qui tũc dei glorificatione vel contemplatione glorificabũtur. Et sicut luna fulgebunt secundum carnem, quæ modo est mutabilis sicut luna : tunc autem erit
Ex Alcu. immutabilis & perfecta. Tunc enim sancti erũt in vtroque perfecti, gemina stola candidati &
Exod. 26 glorificati,quam significabat tabula vnius cubiti, per medium secta in veteri testamento, quæ duos parietes tabernaculi in angulis occidentalis posita cõtinebat, quia fideles tam noui quàm veteris testamenti, post mortis occasum gemina beatitudine glorificabuntur.[ET] inde[TE-
Ex Aug. stis fidelis] est [IN cælo] id est Christus. Quia enim in nullo sic contradicitur fidei Christianæ, sicut in resurrectione corporum:ideo & ipse Christus carnem suam resuscitauit, vt obuiam iret omni contradicenti: & qui posset membra sua sic sanare:vt ea vulnerata fuisse non appareret. cicatrices tamen seruauit in corpore, vt vulnus dubitationis sanaret in corde.

PARS IIII

37 Tu vero repulisti & despexisti:distulisti Christum tuum.

TV vero.]Quarta pars, vbi ponit quæ vi-
Ex Aug. dentur aduersa prædictis promissionibus, ne putentur in alio impleri, quàm in Christo tunc futuro.q.d. Christianis hæc prædicta bona sunt,
Ex Alcu sed non Iudæis qui se priuauerunt promissione. Et hoc est,[TV vero repulisti Christũ tuum]
Ex Caff. id est vnctum Dauid à regno. repulisti pro pec-
2. Reg. 11 cato quod commisit contra Vriam de Bersabee. [ET despexisti] vel spreuisti, eum, quia multa indigna passus est[ET distulisti] eum à regno diu in tribulatione sinendo.

38 Auertisti testamentum serui tui: prophanasti in terra sanctuarium eius.

AVERTISTI testamentum serui tui] id
Ex Caff. est quod seruo tuo factum erat , quia promissa Iudæis lata sunt ad gentes. ¶Vel ita,& legitur
Ex Aug. simpliciter ad literã de Dauid,& eius regno,q.d. Illa omnia promisisti, hæc vero contraria fecisti,quia,Tu repulisti & despexisti,Dauid,& eius regnum,quod ad nihilum deduxit,quod mirandum est.Tu enim qui promittebas, qui confirmabas, qui propter dubitationem humanam iurabas:etiam illa promisisti,& ista fecisti. Vbi ergo tenebo iusiurandum tuum? vbi inueniam
Galat. 3 promissum tuũ? Quare illa promisit deus,& ista fecit?hæc fecit,vt promissa firmaret. Dauid enim erat cui promittebantur omnia,sed non in ipso Dauid ; sed in semine eius implenda, qui est Christus. Ne ergo quia ei dicta sunt,viderentur in eo impleta,destruxit ea in Dauid deus, vt quæ erat necesse fieri,quia deus iurauerat,quęrãtur in alio. Vnde etiam & Salomon filius Da
3. Reg. 11 uid qui factus est tantæ sapientiæ, tantæq; pru
Gene. 25 dentiæ,vt promissio dei de semine Dauid in il-
Genes. 33 lo putaretur impletum, cecidit,ne putaretur esse semen Dauid,in quo impleretur promissio. Sic etiam & enim dictum fuit Rebeccæ, Maior seruiet minori:Iacob adorabit maiorem Esau, vt hæc promissio in alijs expectaretur:ita ergo hunc Dauid in quo sperabant ignari promissa
Ex Caff. dei impleri,[REPVLISTI & despexisti] non
& Aug. tamen abstulisti, Distulisti Christum] filium, [TVVM] vt non in illo Dauid, sed in alio firmius promissa expectetur Vnde subdit,[AVERtisti testamentum serui tui]quod seruo tuo factum erat,vetus scilicet testamentum Iudæorum,iam non est regnum eorum,non est sacrificium vel sacerdotium,vel ara eorum,[PROPHANASTI in terra] id est vbique terrarum[SANCTVarium eius] vel sancta quæ habebant. Ostendit eis deus terrena.

39 Destruxisti omnes sæpes eius: posuisti firmamentum eius formidinem.

Ex Aug. DESTRVXISTI omnes sæpes eius].i.mu
& Caff. nimenta quibus muniebat eos, vt sic diriperẽtur ab hostibus,vbi defensionem dei perdiderunt. [POSVISTI firmamẽtum eius formidinem]
Rom. 11 vt dicatur peccantibus, Si deus naturalibus ramis non pepercit, qui videbantur firmamẽtum, nec tibi parcet. Vel,Posuisti firmamentum eius

Ex Caſſ. formidinem, id eſt quod erat eis firmamento, fa
ctum eſt eis timori pro culpa, id eſt deus. Et,

40 Diripuerunt eum omnes trā-
euntes viam: factus eſt opprobrium
vicinis meis.

Ex Aug. DIRIPVERVNT eum] ſcilicet Dauid, id
& gl. int. eſt Iſrael vbique diſperſum [OMNES tranſeū-
tes viam, id eſt gentes quo tranſeunt vitam iſtā,
nil in futuro prouidentes [FACTVS eſt op-
probrium vicinis ſuis] id eſt habiti ſunt Iudæi
opprobrio gentibus.

41 Exaltaſti dexteram deprimen
tium eum, lætificaſti omnes inimi-
cos eius.

Ex Aug. EXALTASTI dexteram deprimentium
eū, lætificaſti omnes inimicos eius] Hæc omnia
in Iudæis cernimus eſſe impleta.

42 Auertiſti adiutorium gladii
eius: & nō es auxiliatus ei in bello.

Ex Aug. AVERTISTI adiutorium gladij eius] Sō
lebāt enim pauci multos vincere, modo victi &
Ex Caſſ. captiuati. Populus enim armatus ſine deo iner-
mis eſt. [ET non es auxiliatus in bello.]

43 Deſtruxiſti eum ab emunda-
tione: & ſedē eius in terrā colliſiſti.

Ex Aug. DESTRVXISTI eum ab emundatione]
Hoc eſt grauius omnibus, id eſt flagella non e-
mundant eos, quia fide caret Iudæus, qua emun
dātur corda, [AT ſedem eius in terram colliſi-
Ex Caſſ. ſti] id eſt rēgnum eorum vbiq; deletum eſt, quia
iam de eis non eſt princeps.

44 Minoraſti dies temporis eius:
perfudiſti eum confuſione.

Ex Alcu. MINORASTI dies temporis eius] quia
Ex Aug. diu ſtaret regnum eorum ſi ſub deo eſſet: pūta-
& Alcu. bant etiam ſe regnaturos in æternum, ſed mi-
nuiſti dies regni eorum, vt non ſtaret iuxta opi-
nionem eorum. Nec tantum ſtetit quantum ſte
tiſſet ſi ſub deo eſſet, [PERFVDISTI eum cō
Ex Caſs. fuſione] qūia geſtant opprobrium infidelitatis.
Ex Aug. Hæc ōmnia venerunt Iudæis, non tamen abla-
to eis Chriſto, & æterno regno, ſed dilato. Vnde
ad deum dicit,

PARS V διάψαλμα. 45 Vſquequo domine auertis fi-
nem: exardeſcet ſicut ignis ira tua.

Ex Caſs. VSQVEQVO.] Quinta pars. Ecce hic di-
& Alcu. cit in quo impletæ ſunt promiſsiones, ſcilicet
in ſubſtantia Dauid, quæ viuit & eruit animam,
Ex Aug. id eſt in Chriſto. q. d. Hæc dūra intuliſti Iudęis,
ſed [VSQVEQVO domine auertis] Iſrael à fi-
de & ſalute, vſque [IN finem] id eſt ſemper, nō
domine, ſed Iſrael ſaluus fiat. Cæcitas enim con
Rom. 11 tigit in Iſrael, vt plenitudo gentium intraret, &
ſic omnis Iſrael ſaluus fiat. interea tamen [EX-
Ex gl. int. ardeſcet ſicut ignis ira tua] vel ſimiliter ſub in-
terrogatione poteſt dici, Ira tua exardeſcet, id
cōſumet, Sicut ignis. q. d. nō domine, ſed potius,

46 Memorare quæ mea ſubſtan-
tia: nunquid enim vanè conſtituiſti
omnes filios hominum?

MEMORARE] dicit hoc Dauid carne po- Ex Aug.
ſitus in Iudæis, ſpe poſitus in Chriſto, [QVAE
eſt mea ſubſtantia] in Chriſto, & ſi enim Iudæi
deficiunt, non deficit mea ſubſtātia. Non omni-
no interit radix vnde veniet Maria. & de ea ve-
niet ſemē cui promiſsum eſt. Nam de populo il-
lo virgo Maria: de virgine Maria Chriſti ca-
ro. & caro illa non eſt peccatrix, ſed peccato-
rum mundatrix. [NVNQVID enim vanè con-
ſtituiſti omnes filios hominum?] Omnes filij ho
minū in vanitate eunt, nō tamen tu vanè cōſti-
tuiſti eos. Vnde ergo mūdas eos à vanitate? Nū-
qd nihil tibi ſeruaſti per qđ mundes? mūdas eos
per ſemē, in quo eſt mea ſubſtātia: de quo ſubdit,

47 Quis eſt homo qui viuet &
nō videbit mortem? eruet animam
ſuam de manu inferi?

QVIS eſt] id eſt quātus eſt [HOMO qui vi- Ex Aug.
uet] ſurgens à mortuis [AT non videbit mor-
tem,] quia iam non morietur, fuit tamen in
morte. ſed [ERVET] vel eruit [ANIMAM ſuam
de manu inferi] Ecce verè ſolus omnino ſingu-
lariter, hic ſignificatur Chriſtus. Nulli enim
hoc conuenit niſi Chriſto, & ſi enim reſurgen-
tes viuent, & non vltra videbunt mortem: non
tamen ipſi eruent animas ſuas [DE manu infe Ioann. 10
ri,] ſed ille qui poteſt animam ſuam ponere, &
iterum reſumere, cui nemo eam tollit, eruit ani-
mam ſuam. ¶ Vel poſſunt omnia de Chriſto Ex Alcu.
& eccleſia accipi. q. d. Omnia illa promiſiſti, hęc
autem contraria feciſti tu ipſe, quæ tamen ad ſa
lutem ſunt. Et hoc eſt, Tu vero repuliſti, ad pa-
tibulum, Chriſtum tuum, Et deſpexiſti, id eſt in
deſpectum dediſti. Et tuliſti, vel diſtuliſti eum, à
gloria ad tempus. Vel hæc dicit de Chriſto, ſe-
cundum membra. Euertiſti teſtamentum ſerui
tui, id eſt promiſsio quam tu feceras ei videtur
euerſa. Prophanabo in terra ſanctuarium eius. i.
ſancti eius prophani reputantur. Omnes ſæpes
eius, id eſt prælatos, Deſtruxiſti, dum occidun-
tur, Poſuiſti firmamentum eius formidinem, id
eſt qui alios firmabant docendo, iam ſunt eis ti-
mori dum affliguntur. Et diripuerunt eū omnes
tranſeuntes viam, id eſt Chriſtum, quia quidam
eorum iam ſunt direpti à tranſeuntibus viam,
quæ eſt Chriſtus. Factus eſt opprobrium vicinis
ſuis. Exaltaſti dexteram deprimentium eum, læ-
tificaſti omnes inimicos eius. Hæc patent. Auer
tiſti adiutorium gladij eius, id eſt prædicatio-
nem, vt ea non præualeret hoſtibus. Et non es
auxiliatus ei in bello, ſed dediſti ad paſsiones.
Deſtruxiſti eum ab emundatione, & ſedem eius
in terra colliſiſti. i. quidam inuidi defecerunt,
& in terram redacti ſunt. Minoraſti dies tempo
ris eius, vt putatur, dum cito de vita auferūtur.
Et perfudiſti eum confuſione. Ecce ita repuli-
ſti Chriſtum tuum, & eccleſiam. Sed, Vſquequo
domine auertis, id eſt vſquequo non reſuſcitas
Chriſtū, an vſq;, In finem? abſit. Vſquequo exar
deſcet ſicut ignis ira tua? repetitio eſt. Memo-
rare quæ mea ſubſtantia eſt id eſt quam fragilis,

quæ nihil eſt, niſi per ipſum ſit redẽpta, memorare. Nũquid enim vanè cõſtituiſti oẽs filios hominũ, ideo reſuſcita Chriſtũ. quia, Quis eſt, ex vobis homo, Qui viuit, & nõ videbit mortem, & eruet animã ſuam de manu inferi? nullus. In his iam poſtulat ſubueniri homini, id eſt humano generi, vel ſpecialiter Iudæis.

διάψαλμα PARS VI
48 Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ domine: ſicut iuraſti Dauid in veritate tua.

Ex Caſſ. & Alcu. Ex Aug. VBI ſunt miſericordiæ] Sẽxta pars, vbi diſcit quod in membris etiam implentur promiſſiones, nõ tẽporaliter, ſed ſpiritualiter. Et loquitur in perſona eccleſiæ. Litera ſic cõtinuatur ſecũdum primã lectionẽ. Ecce iã habemus in quo promiſſa ſũt: ſed credẽtes adhuc laboramus. ꝓpter hos ergo dicit, [VBI ſunt miſericordię tuæ antiquæ domine] q.d. tu viuis, & tamen nos ꝓpter te mortificamur. Vbi, ergo, Sunt miſericordiæ tuæ antiquæ domine. i. patribus olim factæ, cur nõ facis, [SICVT iuraſti Dauid in veritate tua.] Vẽl ita poteſt cõtinuari, iuxta ſecũdam lectionẽ. q.d. Nullus viuet, vel, Eruet animã ſuam. Ex Caſſ. & Alcu. Et cũ hoc ſit, Vbi ſunt miſericordię tuę antiquę domine, Quare nõ facis, Sicut iuraſti Dauid in veritate tua? Iam rogat promiſsiones impleri, quas Dauid fecit.

49 Memor eſto domine opprobrii ſeruorum tuorum: quod continui in ſinu meo multarũ gentium.

Ex Alcu. & Caſſ. MEMOR eſto domine] vt remũneres. Videtur .n. oblitus deus dũ differt, [OPPROBRIJ ſeruorũ tuorũ & multarũ gentiũ]. i. memor eſto opprobrij illati ſeruis tuis, à multis gẽtibus. Iã .n. Chriſtus in cælo ſedet, & crimen obiicitur Chriſtianis, de Chriſto Ex Aug. & Caſsio. [QVOD] opprobriũ ego eccleſia, [CONTINUI] vel portaui, vel amaui, [IN ſinu meo] .i. in ſecreto mẽtis, quia palã nõ audebat loqui. Ex Aug. diu .n. cõtinuerũt chriſtiani opprobria ĩ corde, nec audebant reſiſtere. Sed iam nunc mirabile eſt nomen Chriſti apud reges terræ.

50 Quod exprobrauerunt inimici tui domine: quod exprobrauerũt commutationem Chriſti tui.

QVOD] opprobriũ [INIMICI tui domine]. i. Ex Aug. Iudęi & Pagani [EXPROBRAVERVNT] dicẽtes periſſe Chriſtũ. repetit, Quod exprobrauerũt, exag- Ex Caſſ. gerat ſcelus eorum. quid exprobrauerunt? ecce, Ex Aug. [COMMVTATIONẼ Chriſti tui] hoc .n. obiecerunt, quòd mortuus eſt Chriſtus, ꝙ crucifixus eſt, ꝙ eſt mutari à tẽporali vita, ad æternã: à terra, ad cælũ: à Iudæis, ad gẽtes. Quid ergo inſani obiiciunt? Nunquid opprobrium eſt, qđ obiiciunt? vtinam & ipſi ſic commutentur.

51 Benedictus dominus in æternum, fiat fiat.

Ex Alcu. & Aug. BENEDICTUS dominus] Exclãmatio eſt hic, ex viſa claritate Chriſti. q.d. Exprobratio & male- Ex Caſſ. & Aug. dictio eorum eſt tẽporalis: ſed, Dominus, eſt [IN ęternum benedictus] contrà maledictiones gentium. [FIAT fiat] Ecce quaſi ſubſcriptio principis poſt iuſsiones, quam omnes faciunt. Et eſt confirmatio.

COLLATIO
In pſal. 88. Miſericordias domini.

3 QVONIAM dixiſti.] Heb. nũc habẽt אָמַרְתִּי hoc eſt dixi. Sẽſus quidẽ nihil læditur. Sed ſi punctulorũ minus notas adfixeris, tibi liberũ manet, ſecundam aut primam pronunciare perſonam עָמַרְתָּ. Vnde in Hiero. iuxta Heb. in exemplari Frobenij, habet dixiſti, alia dixi.

MISERICORDIA ędific.] Hic dubiũ eſt, vbi medius diſtinctionis punctus ſit ſignãdus, an ſic, in æternũ miſericordia ædificabitur, deinde facta diaſtole, in cælis præparabitur veritas tua: an vt in priori ſcriptione poſuimus. Qui omittũt poſtremã particulam, in eis, certè ſecũdam diſtinctionem perſequuntur, id quod faciunt Aug & Caſſ. Eſt enim incõſueta locutio, in cælis, pręparabitur veritas tua in eis, etiam ſi in multis locis recepta ſit illa phraſis. Sed in Gręco, in eis, nõ legitur, Hebr. tamen habet בָּהֶם, in eis. Chald. & Neb. Mũdus miſericordia ædificabitur cęli, pręparabis aut cõcinnabis veritatẽ tuam in eis. Arnobius vetuſtiſsimus author, diſtinxit vt in exordio ſcripſimus, quia poſuit clauſulã in eis. Vnde Hier. iuxta Heb. vt orationis neruos ligaret, adiecit cõiunctionem ſic, Sempiterna miſericordia ædificabitur, cęlos fundabis, & veritas tua in eis. Sanctes, tacuit in eis, ſic, In cælis formabis veritatẽ tuam. Mũſterus, ne illud omitteretur, dixit, In cælis ipſis formabis veritatem tuam. De ratione diſtinctionũ in ſcripturis, copioſè diſſerit Aug. li. 3. de doct. Chriſt. ca. 2. & 3. cuius verba huc adſcribere oportunũ fuit, quia plerunq; offendes apud hebraïcantes alias ſectiones verſuũ & ſententiarũ, quã quæ habentur in vulgata lectione. Vbi autem, ait, neq; præſcripto fidei, neque ipſius ſermonis cõtextu explicari poteſt, nihil obeſt ſecũdum quamlibet earũ, quæ oſtenduntur ſentẽtiam diſtinguere, velut eſt illa ad Corinth. Ratio diſtinguẽdi in ſacris. Has ergo promiſsiones habentes chariſſ. mũdemus nos ab omni inquinatiõe carnis & ſpiritus, perficiẽtes ſanctificationẽ in timore domini: capite nos, nemini nocuimus. dubiũ eſt quippe, vtrũ mundemus nos ab omni inquinatione carnis ac ſpiritus, ſecundũ illam ſententiã, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu, an mundemus nos ab omni inquinatiõe carnis, vt alius ſit ſenſus. Et ſpiritus perficiẽtes ſanctificationem in timore domini capite nos. Tales igitur diſtinctionũ ambiguitates, in poteſtate legentis ſunt. Hęc diuus Aug. At in Hebr. ſignificatur diſtinctio nempe particula circuli dependens à litera he יִבָּנֶה iibbaneh, ędificabitur. Hoc tamen nihil obſtabit, ſi Campenſi circa finem ſuæ grammaticæ credimus, quod hæc notula non habet vim diſtinguendi in pſalterio, prouerbijs, & lib. Iob. Cęterũ in eo quod dicimus in ęternũ, & conſentiunt Hieron. Sanctes, Munſterus, Campenſis, Chaldæus, Nebienſis, Pratẽſis, Pellicanus, & interpretes pro Caietano, Mundus ædificabitur.

עוֹלָם olam haud dubiè anceps est, sed nõ debemus discedere à cõmuni lectione. De hoc supra.
6 ETENIM veritatem tuam.] Faber audacter prædicat particulam, etenim, obelo confodiendam ex Heb. quum tamen legatur apb אַף id est etiam, etenim, Lxx ἐν γάρ. Quid nõ audet temeritas & libido carpẽdi? Mollius, tamen etiã est. Sed & Pellicanus vertit etenim, cum Lxx.
12 AQVILONẼ & mare.] Hiero. & alij dextrũ: per quod intelligunt plagã meridionalẽ, quę est dextra mũdi, sicut aquilonaris sinistra. Lxx legerunt יָמִים per men, in fine, id est mare vel maria. Hebr. nunc habent יָמִין per nun. Cognatio dictionum, ansam dedit ambiguitatis.
33 NEQVE noc. &c.] לֹא אֲשַׁקֵּר, non mentiar, vbi dicimus nõ nocebo. Si quis promissis nõ staret, plurimũ noceret pẽdentibus à spe promissorũ. Et hoc esset mẽtiri in veritate sua, hoc est, iuramento vel promissione. Rursus si veritas, quæ est dei iustitia, vindictã exercerer extremã, nunquid diceret rectè nocere? Ob idq; nostra lectio vtrũq; spirãs sensum, digna est, & Heb. cõsona.
37 DISTVLISTI Christũ tuum.] Hiero. Iratus es aduersus Christũ tuum: sequuntur & alij. De הִתְעַבַּרְתָּ superius attactũ est, quum ex radice significare possit transire fecisti, quod idem est distulisti, item irasci designat.
38 AVERTISTI testamentum serui tui.] Hier. Attenuasti. Pratensis & Pellicanus, Deuastasti. Sanctes, elongasti. Munsterus, dissoluisti. Interpretes pro Caiet. vocare fecisti. Editio ad Cãp. rescindis. Paraphrasis violasse videris נֵאַרְתָּה neartah. Nõ video huiusmodi rendere in diuersum. Nã & trãslatio Chaldaica habet auertisti.
SANCtuariũ eius.] alij diademavel coronã eius, נִזְרוֹ à themate נָזַר, quod est cõsecrauit, vtrũq; non incongruè designat, nec sensus alius est.
39 POSVISTI firmamentũ eius formidinem.] Prat. Sanct. Munst. doctores Caiet. pro formidine ponũt confractionẽ siue ruinã. Hier. Neb. & Pellic. cũ Lxx, formidinẽ seu pauorẽ, מְחִתָּה ambiguũ est, tametsi pauor incutitur, ex confractione munitionum & murorum.

46 MEMORARE quæ &c.] זְכָר אֲנִי מֶה חָלֶד hoc est recordare quãti tẽporis ego, vt volũt, quã breuis sit vita mea. Sanct. Memẽto quid sum, quod tẽpus. Et intelligit metathesim dictionũ, ceu foret מֶה אֲנִי. Hier. vertit, Memẽto mei de profundo. Cæterũ חָלֶד, est tẽpus & duratio huius seculi. Dixerat etiã Munst. in priori lexico, significare profundũ orbis, idq; quadrat versioni Hier. Deniq; Thargum omnes conciliat, dicens, Memento quod sum creatura tua è puluere.
49 QVOD cõtinui &c.] Hiero. Portaui in sinu meo oẽs iniquitates populorũ. In Heb. est nota vniuersitatis כָּל cal, quæ permittit sibi subaudiri, quod cõmodius est. Hinc Munst. post Chald. Posui oĩa opprobria multorũ populorũ. Hiero. subinte. lexit iniqtates. Lxx iunxerũt signũ vniuersale sequẽtibus, quanq̃ ad verbũ reddendum fuisset omniũ multarũ gentiũ, כָּל רַבִּים עַמִּים.
50 EXPROBRAUERUNT &c.] Alij pro commutatione ex Heb. עִקְּבוֹת, ponũt vestigia. Lxx phrasim explicãt. Nã vestigia innuũt transitum quendã Christi per crucifixionem & mortẽ, quam velut ignominiosam fidelibus exprobrant infideles.

LXXXIX. PSAL. TIT.
Oratio Mosi hominis dei.

DOMINE refugium] Titulus, [ORATIO Mosi hominis dei] Psalmus iste tertius est eorum, qui nomine orationis prętitulantur. Dicitur autẽ oratio Mosi, qui fuit minister veteris testamenti, & Propheta noui, secundum quam dispensationem iste psalmus inspiciendus est, non quod Moses eum cõscripserit: sed quia in hoc psalmo tractantur quæ in veteri testamento per Mosen data cõtinentur. Ideò dicitur oratio Mosi. Cũ enĩ vita vetus & noua, & vita mortalis & vita vitalis, & anni qui pro nihilo habẽtur, & dies quibus implebimur misericordia & lætitia, & pœna primi hominis, & regnũ seculi, hic apertè distinguantur, congruè nomine Mosi titulatur psalmus, vt eis qui rectè scrutantur scripturas intimetur legem quę per Mosen data est, vbi terrena pręmia vidẽtur promitti, habere aliquid tale sub velamẽto, quale psalmus iste ostẽdit. Cũ autẽ quisq; trãsit ad Christũ, tollitur velamen. & reuelãtur oculi eius, vt cõsideret mirabilia de lege dei. Et est sẽsus tituli, [PSALMVS] iste, est [ORATIO] oratio dico, [MOSI]. i. illa ostendens & tractãs, quæ lex per Mosen data sub velamine continebat. Vel est oratio Mosi. i. hoc Dauid orat in hoc psalmo, quod & Moses ante orauit. Mosi dico, hominis dei. Homo quidem passibilis erat, sed tñ dei gratia liberãdus. Et agit psalmus iste de defectu generis humani, qui per Christum auferetur. Intẽtiõ. Monet ad cõtemptũ veteris, & ad amorẽ nouæ vitæ. Mõdus. Tripartitus est psalmus: Primo æternũ refugiũ proponit tẽporali homini: Secũdo exponit infirmitatẽ hominis, ei petẽs subueniri, ibi, Ne auertas: Tertio, orat & affirmat liberationẽ, ibi, Dexteram tuã. In persona ergo ecclesię loquens, & à spe incipiens ait, ô,

Ex gl. int. Ex Aug. Ex Hier. Ex Aug. Ex Alcu. & Hay. Ex Rem. Ex Cass.

DOmine refugiũ factus es nobis: à generatione in generationem.

DOMINE] tũ factus homo [NObis factus es refugiũ] in hoc salo seculi. Bene dicit factus refugium: quia per hoc quod homo factus est, nobis cœpit esse, qđ nõ erat ita plenè. s. refugium. Nulli tamẽ accidẽti subiectus es refugiũ. [A generatione in generationẽ] .i. in omni generatione, vel in duabus generationibus. s. in veteri, cuius ille Moses fuit minister: & in noua, cuius ille idẽ fuit Propheta. Ne autẽ videretur non esse anteq̃ esset nobis refugium, adiungit,

Ex Cass. & Aug. Ex Aug.

2 Priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis: à seculo & in seculum tu es deus.

PRIVSQVAM &c.] q. d. Fãctus es refugiũ, Ex Aug.

ſed tamen [T V] ipſe [E S priuſquam fieret mon tes].i.angeli. Quid enim magnum eſt dicere, de montibus viſibilibus, qui ſunt pars terræ? quia terra & cælo, & omnibus corporalibus prior eſt deus. [E T priuſquã formaretur terra].i. homines. Ecce omnis rationalis creatura, hac differẽtia diſtincta eſt, vt montium nomine ſignificaretur celſitudo angelorum: & terræ nomine, humilitas hominũ. Ideoq; nõ incongrué verba ſic diſtinxit, vt diceret mõtes.i.angelos fieri, & terrã, .i.homines formari. Formari enĩ vel fingi ſolet
Gene. 2 dici ſecũdum corpora. Vnde, Formauit deus vel finxit hominẽ de limo terræ: fieri de nihilo. Et vt breuiter dicatur vniuerſitas rerum, ſubiũgit, [P R I V squam fieret orbis] quia [A ſeculo & in ſeculum tu es deus] aptius diceretur, ab æterno in æternum. Non enim à ſeculo deus eſt, qui eſt ante ſecula: aut nõ eſt vſq; in ſeculum, cũ ſit
ἀπὸ τῶ αἰῶ- fine fine, ſed ex ambiguo verbo græco fit pleriſ-
νος. que in ſcripturis, vt vel ſeculum pro æterno, vel æternũ pro ſeculo ponat latinus interpres Hic ergo ponitur in ſeculũ pro æterno. Optimẽ autem ait, Tu es. ſ.immutabilis, nõ dicit eris vel fuiſti, cũ immutabilis eſſentia dei nõ nouerit præteri
Exod. 3. tũ vel futurũ. Vnde dictũ eſt, Ego ſum qui ſum,
Pſal. 101 & qui eſt miſit me ad vos, & mutabis ea, & mutabũtur. Tu autem idẽ ipſe es, & anni tui &c. Et verè es, quia es deus. Ecce quæ æternitas nobis, refugiũ facta eſt, vt nos in ea manſuri. De hac temporis mutabilitate fugiamus ad eã: ſed quia hic ſumus in tentationibus, ne ab ea æternitate auertamur, orat homo dei, dicens,

PARS II

3 Ne auertas hominem in humilitatem: & dixiſti, Conuertimini filii hominum.

Ex Caſs. N E auertas] Secunda pars, vbi exponit infirmitatem hominis, cui petit ſubueniri. q.d. cũ ſis
Ex Aug. refugium, [N E auertas hominẽ] à tuis æternis, [I N humilitatem] tẽporalium.i.in terrenã concupiſcẽtiam, & in cõtemptũ, vt tẽporalia cõcu
Ex Alcu. piſcat, ſapiátq; terrena. Vel, Ne auertas hominẽ, poſitũ in humilitate.i.in delectione .i. hominẽ delectũ, vel poſitũ modo in humilitate bona.i.
Ex Caſs. modo humilẽ, qui ante fuit ſuperbus. Ideo oro,
& Aug. ne auertas, [E T].i.quia [D I X I S T I, Cõuertimini] ád
Ex Caſs. me, ab amore mũdi, [F I L I I hominũ] q.d. hõc à te peto, q̃ dixiſti, & q̃d potes facere. Ipſe.n. poteſt à mundo liberare, qui docuit cæleſtia quærere.

4 Quoniam mille anni ante oculos tuos: tanquam dies heſterna quę præteriit.

Ex Aug. Q V O N I A M mille anni] q.d. Ideõ ne auertas, Quoniã &c. Vel ita cõtinua, ideo à labilib. iſtis, ad te opus eſt cõnerti, Quoniã mille anni,
Ex gl. int. .i. quantũlibet longa vita præſens [A N T E ocu-
& Hiero. los tuos].i.in tua cõſideratione, quæ eſt æterna:
Ex Aug. & ſapiens. ſ.reſpectu tuę æternitatis ſunt, [T A N quam dies heſterna quæ præterijt] nõ dicit ſalte m, ſicut craſtina quæ veniet, ſed ſicut heſterna quæ præterijt.i.ſimilis eſt diei heſternę, ſecundũ hoc quod præterijt. Omnia enim quæ fine elau
Ex gl. int. duntur pro tranſactis habenda ſunt. q. d. Nihil

eſt homo, niſi des ei alteram vitam: ſed nec lon- Ex Aug.
gitudini vnius diei, comparantur mille anni, ſed potius ſunt

5 Et cuſtodia in nocte: quæ pro nihilo habentur, eorum anni erũt.

E T cuſtodia in nocte].i. ſicut vigilia noctis, Ex Aug
quę non habet niſi tres horas. Et bene cuſtodiæ noctis cõparatur vita præſens pro ſolicitudine. Ex Caſſ.
& quia in nocte huius ſeculi agitur, poſtea addit etiã de ærumna mortalis vitę, dicens, [Q V A E Ex Aug.
pro nihilo &c.] q.d. & vt minus dicã, ſi tu auer- Ex gl. int.
tas hominem à tuis æternis, [A N N I erunt eorũ] & Haym.
.i. inter ea reputabuntur, [Q V A E pro nihilo habẽtur] vt ſomnia, & merito inter ea reputabun- Ex Aug.
tur: quia hi anni antequam veniant, nondum ſunt: cum autẽ venerint, iam non erunt. q. d. In Ex Alcu.
tenebris agitur vita præſens, & in ſolicitudine, & trepidatione. & quaſi nihil eſt,

6 Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat & tranſeat: veſpere decidat, induret & areſcat:

M A N E ſicut herba trãſeat] q.d. Dixi quod Ex Alcu.
anni habentur pro nihilo, ſed non accuſans te, quaſi factorem mutabilium hæc dixi, imo diuinæ iuſtitiæ conſentiens. Dico prius, [M A N E] homo [T R A N S E A T].i. homo dũ viuit tranſeat. Ex Caſſ.
Mane enim eſt tempus vitæ. Tranſeat dico, [S I C V T herba] apta comparatio. q.d. Sicut herba mutatur à qualitate quã habet in nocte in dete- Ex Alcu.
riorem mane orto ſolevta mutatur homo in de- Ex Rem.
terius. q.d. lũat homo quod meruit, Mane flo- & Alcu.
reat & tranſeat. In aliam qualitatem. [E T] poſt- Ex Aug.
ea [V E S P E R E].i. in extremis. Veſpere enim ſi- & Alc.
gnificantur extrema. ſ.tempus, quo homo occidit, [D E C I D A T] in mortem [I N D V R E T] in cadauere, [E T areſcat] in puluerem. Sicut herba in extremis ſecta vel fracta. Vel quia bis po- Ex Hier.
nit mane, duas notat ætates, primũ mane, pueri & Alcu.
tia eſt, quæ cito tranſit. Secundum mane iuuentus eſt, quæ floret & trãſit. Veſpere ſignificatur ſenectus, quãdo refrigeſcit vigor hominis. Et eſt primum Mane hominis.i. pueritia, Tranſeat ſicut herba. ſ.cito. Omnis.n. caro fœnũ, & claritas Eſaiæ 40
hominis ſicut flos fœni: fœnũ aruit, flos decidit. Secũdum mane.i. iuuentus, Floreat & trãſeat.i. cito peragat florẽ ſuum. Et veſpere, frigidæ ſene Ex Aug.
ctutis, Decidat, induret & areſcat, hęc nõ mutantur. Hæc autem pœna de peccato venit.

7 Quia defecimus in ira tua: & in furore tuo turbati ſumus.

Q V I A defecimus] q.d. Dico trãſeat & trãſ- Ex Aug.
it, Quia defecimus, infirmitate mortales & paſ- & Haym.
ſibiles facti, [I N ira tua].i. vindicta nobis inflicta, quam tamẽ miſeriam morte finire timemus. Ex Aug.
[E T in furore tuo turbati ſumus] Turbati ſumus timore mortis: infirmi, infirmitatem finire trepidam. Vnde dominus Petro, Ducet te, quo Ioann. 21
tu non vis. & dominus nos in ſe transfigurans Matt. 26
de ſeipſo dicit, Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ. Deĩde ſubdit, hãc pœnã nobis eſſe p̄ peccato.

8 Poſuiſti iniquitates noſtras in

conſpectu tuo:ſeculum noſtrum in illuminatione vultus tui.

Ex gl.int. POSVESTI]q.d. Defecimus iuſtè quidem,
Ex Aug. quia peccauimus: & tu,Poſuiſti [IN conſpectu tuo iniquitates noſtras]nõn ab eis diſsimulaſti,Exponit quod dixerat,Poſuiſti [SECVLVM
Ex Aug. & Alcu. noſtrum] id eſt iniquitates noſtras, vitam noſtram prauam, [IN illuminatione vultus tui] id eſt coram te. Idem eſt hoc quod ſapradis it, In conſpectu tuo, vel, Seculum noſtrum, id eſt
Ex Alcu. poſteros noſtros,Poſuiſti in illuminatione vultus tui,id eſt peccata poſterorum noſtrorũ poſuiſti coram te.Illa tẽguntur quę veniam habẽt:
Ex Caſſ. & illa illuminantur quę puniuntur.Hoc autem inde probatur,

9 Quoniá omnes dies noſtri defecerunt:& in ira tua defecimus.

QVONIAM omnes dies noſtri defecerunt]
Ex Alcu. id eſt cognitio noſtra defecit,obtenebrata ratione per peccatũ [ET in ira tua defecimus]nõs
Ex Aug. ipſi amando quæ trãſeunt. Vel,Omnes dies noſtri defecerũt.i.tempus vitæ noſtræ abbreuiatũ eſt,& penè defecit, qũia ad paucitatem redacti
Ex Caſſ. ſunt dies vitæ noſtræ. Vita hominis propter irã dei abbreuiata eſt , quia prę ſumptione longioris vitæ peccabant.Et nos ipſi,In ira tua defecimus,id eſt eſſentia noſtra defecit per ærumnas.

10 Anni noſtri ſicut aranea meditabũtur: dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta annis.

Ex Caſſ. ANNI noſtri] Miſeria & breuitas huius vitæ exprimitur hic per ſimilitudinẽ araneæ,quæ texit inanes telas, vt dolo capiat muſcas. Et eſt,
Ex Aug. [ANNI noſtri meditabuntur] vel meditabantur [SICVT aranea].i.nõs in annis ſtudebamus doloſis & inanibus occupationibus in rebus.ſ. corruptilib⁹ laborabamus, & inania texebamus.
Ex Caſs. Vnde bene dicit,Meditabantur,vel meditabuntur anni,non operabantur, quia ſine vtilitate & fructu boni operis tranſeunt,quaſi ſub inani me
Ex Alcu. ditatione. Vel paſsiuè poteſt accipi, Meditabuntur vel reputabũtur,Anni noſtri ſicut aranea.i. ſicut inanes & inutiles,[ET dies annorũ noſtro
Ex Aug. rum]cõplentur [IN ipſis ſeptuaginta annis] Vẽl Dies annorum noſtrorũ, ita breues ſunt, quod In ipſis,ſunt,Septuaginta annis,alia litera,quo tẽporis ſpatio dicuntur longęui.q.d. etiã vſq; ad octoginta annos aliquas vires habere videntur.

11 Si auté in potẽtatibus octoginta anni:& ãplius eorũ labor & dolor.

Ex gl.int. & Aug. SI autẽ]ampliũs vixerunt homines [OCTOginta anni] vitæ, vt multum viuant,quod rarũ eſt:poterunt eſſe [IN potentatibus].i. aliquas vires & potentias poterunt habere vſq; ad octoginta,[ET ſi amplius] vixerint, [EORVM] eſt [LABOR & dolor] id eſt ſi vltra ſeptuagin
Ex Hier. ta viuitur,labor & dolor multiplicabitur.Sẽnec-
Ex Aug. ctus enim ipſa morbus eſt:ita hæc ad literam dici poſſunt.Sed qũia & citra ſeptuaginta annos ſunt quidam infirmi & ſenes: & vltra octoginta ſunt aliqui vigentes virtutibus. Melius hæc myſticè accipiuntur.Septuaginta ergo & octoginta,ſunt centum quinquaginta,in centum quinquaginta, eadem ſignificatio eſt quæ in quindecim,qui numerus cõſtat de ſeptem & octo·Septem ſignificat vetus teſtamẽtum, propter ſabbatum quod obſeruare mandabat. Obſeruabant Ex Alcu.
patres veteris teſtamenti ſeptimũ diem,ſeptimã Leu.23 &
ſeptimanam: ſeptimũ menſem,ſeptimũ annum: 25.
ſeptimum annum,ſeptimæ decadis,qui iubileus Ex Aug.
dicitur. Octo vero vero ſignificat nouũ teſtamẽtum,propter reſurrectionem domini octaua die factam,quæ obſeruatur in nouo teſtamẽto, vbi & in octaua futuræ reſurrectionis expectatur. Inde etiam ſunt quindecim gradus in tẽplo Salomonis.Inde etiam in pſalmis quindecim cantica graduũ. Inde etiam quindecim cubitis aqua diluuij excreuit,ſuper ſummos montes.Per ſeptuaginta ergo & octoginta, teſtamẽtum vetus & nouũ ſignificatur . Nota ergo etiam diligenter,qđ diſtinctè dicit,In ipſis & in potẽtatibus. Et eſt ſenſus talis,anni noſtri meditabũtur ſicut aranea,& ſic,Dies annorum noſtrorũ i.vita noſtra eſt,In ipſis annis ſeptuaginta. vel, In ipſis, qui ſunt,Septuaginta anni.i.in tẽporalibus,quę promittebantur in vet.teſt.quod ſignificabatur p ſeptuaginta.Ideo ẽrgo dixit ſeptuaginta,quia in veteri teſt.promittebantur tẽporalia, in quibus eſt vita noſtra, pertinens ad vetus teſt . Si autem,nõ in ipſis annis:ſed,In potentatibus, erit vita noſtra, id eſt ſi nõ erit in temporalibus: ſed æternis & ſpiritualibus,tunc dies annorũ noſtrorum erunt octoginta anni, id eſt vita noſtra pertinebit ad nouũ teſtamentum,quod ſignificatur per octoginta vel octo, quia nouum teſtam. eſt in ſpe reſurrectionis octaua ætate futuræ. Et amplius eorum labor & dolor, id eſt quiſquis hanc fidem tranſit, & aliquid amplius quærit, labores & dolores inuenit. Vel ſic poteſt intelligi.q.d. Vita quæ eſt in potẽtatibus pertinet ad nouum teſtamentum . Et licet homines ſint in nouo teſtamento,tamen, Amplius eorum eſt labor & dolor.i.licet ſimus in nouo teſtamento: tamen adhuc habet vita noſtra laborem & dolorem,dum in nobis gemimus redemptionem cor Rom. 8
poris expectantes. Vel pẽr ſeptuaginta annos Ex Aug.
poteſt intelligi appetitus terrenorum,quę ſeptẽ & Alcu.
diebus aguntur. Per octoginta, æternitas ſignificatur. Et eſt, Dies annorũ noſtrorum.i.vita noſtra,erũt,In ipſis ſeptuaginta annis.i.in appetitu & deſiderio temporalium.Si autem in potentatibus,id eſt ſi in virtutibus fuerit vita noſtra: tunc ſunt octoginta anni.i.æternitas petitur. Et amplius eorũ labor & dolor,hoc nõ mutat.

12 Quoniam ſuperuenit manſuetudo:& corripiemur.

QVONIAM ſuperuenit] q.d. Adhuc eſt la- Ex Aug.
bor & dolor.Sed hoc ad miſericordiam dei pertinet qui flagellat filios.[QVONIAM ſuper-
uenit manſuetudo] dei.Mãnſuetudo, ſi dei eſt, Ex Alcu.
dicitur clementia: ſi noſtra eſt, domitatio dicitur.Ipſe enim per clemẽtiam manſuetus,domãdo nos effecit manſuetos. [ET] ſic [CORRI- Ex Aug.
piemur] Quem enim diligit deus,corripit,& ca Heb. 12
ſtigat.Et cum hoc ſit,

13 Quis nouit poteſtatem irę tuę: & præ timore tuo iram tuam dinumerare?

Ex gl.int. QVIS nouit poteſtatē iræ tuæ?]q.d.Bĕatus
Ex Aug. eſt qui nouit: paucorum enim eſt hoc .ſ. noſſe
poteſtatem irę tuæ,quia pleriſq; dum parcis,ma
Abacue 3 gis iraſceris.Quoſdam alios dum punis,manſue
Ex gl.int. tudo eſt, vnde eum iratus fueris, miſericordiæ
Ex Aug. recordaberis. Quibus autem plus iraſceris,parcis,vt ſic proſperetur peccator in via ſua, & maiora recipiat in nouiſsimo, id eſt pœnam æternam,quæ eſt poteſtas iræ tuæ.quàm difficile ergo reperitur.[QVIS nouit poteſtatem irę tuę] id eſt quis nouit iram tuam,& ipſius irę poteſtatem, id eſt virtutem & maioritatē quam exerces contra illos quibus hic parcis?poteſtas enim
Matt.10 iræ hominis eſt corpus occidere.Et poſt nihil facere.Deus autem & hic punit,& poſt in gehennam mittit, & à paucis eruditis maior eius ira intelligitur.Et quis nouit [DINVMERARE]
Ex gl.int. & Haym. id eſt diſtinguere[IRAM tuam] quia his parcit ad pœnam,hos punit ad ſalutem [PRAE timore tuo]id eſt ad hoc vt te timeant.q.d. pauci.

PARS III 14 Dexterā tuam domine ſic notā fac: & eruditos corde in ſapiētia.

Ex Caſſ. DEXTERAM tuam domine] Tĕrtia pars, vbi orat & affirmat liberationem. q.d. vt manſuetus corripis,ergo ô[DOMINE dexterā tuam] id eſt Chriſtum [SIC notam fac] vt tui diſcāt per eum magis petere ea quæ non videntur pertinentia ad nouū teſtamentum,q̃ pręſentia pertinentia ad vetus: quā orationē hominis dei impletam videmus. Chriſtum enim ſic fecit deus notum,vt in eius paſsionibus oſtēderet,nō pręſentia ſecūdum vetus teſtamentum: ſed æterna
Matth.25 eſſe petēda. Vel dextera dei eſt æterna felicitas, qua oues ab hœdis ſeparabit,in qua qui ſeſſurus
Heb.12. ſit,bene ſic innoteſcit deus, cum flagellat quem recipit, nec ſinit in malis proſperari, ſed emendat vt ad dexterā ponat. Et eſt,Dexterā tuam, .i. ęternam felicitatē, Sic notam fac, vt homines dinumerent iram tuam,præ timore.[ET eruditos]vel compeditos,[CORDE in ſapientia]fac notos ſubaudi. Verbum enim græcum vtrunque
πεπαιδευμένους, id eſt eruditos. πεπεδημένους, id eſt compeditos. ſignificat.ſ.eruditos vel compeditos.quod tamē idem eſt,quia qui erudiuntur in ſapientia, pedēmentis mittuntur in compedes pręceptorum dei, ne à via eius exorbitent: quos ſic fecit deus notos in nouo teſtamento, vt pro fide eius omnia ſpernerent, quæ magna habentur in veteri teſtamento,& ęterna bona morte quærerent.hoc autem attendens iſte homo dei,orat pro eis qui multa patiuntur à ſeculo pro ęternis,dicēs,Et ô

15 Cóuertere domine vſquequo:& deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.

Ex Caſſ. CONVERTERE].i.iuſtitiam tempĕra.ita hoc
Ex Alcu. dicit deo, quaſi auerſa ſit facies eius à tribulatis.Dico,Conuertere [ET vſquequo]eris auerſus?Vŏx iſta,oratió eſt iuſti,non indignatio im
Ex Aug. Ex Caſſ. patientis. Vĕl ſecundum aliam literam,Conuertere domine aliquantulum, nō ex toto:quia magis prodeſt, ſi aliqua tribulatio ſemper mouet nos.[ET deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos] q.
Ex Aug. d. Tālem te exhibe, vt poſsis exorari à peccatoribus: ſed iſte homo dei iam futura bona ſpe anticipans,quaſi de factis ait,

16 Repleti ſumus mane miſericordia tua:exultauimus & delectati ſumus in omnibus diebus noſtris.

Ex Aug. REPLETI ſumus mane miſericordia tua] id eſt in æternitate.modo eſt nox, in qua eſurimus & ſitimus. Tunc autem ſatiabuntur vultu
Pſalm.16 dei. Vnde, Satiabor cum apparuerit gloria tua.
Pſal.5 Et alibi, Mane aſtabó tibi & videbo.i. ſatiabor.
Ex Caſſ. [ET] ibi[EXVLtauimus] in laude tua [ET delectati ſumus] in re iocunda.[IN omnibus die-
Ex Aug. bus noſtris] ibi omnes dies ſimul ſunt. Nō ſuccedunt ſibi,quia vnus ſunt,id eſt æternitas.nūc autem pro eo,

17 Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti:annis quibus vidimus mala.

Ex Alcu. LAETATI ſumus] etiam[PRO diebus]id
Auguſt. & gl.int. eſt in diebus malignis,[QVIBVS nos humiliaſti]ſcilicet [ANNIS quibus vidimus mala] id eſt anguſtias corporis: in quib⁹ diebus dicimus,

18 Reſpice in ſeruos tuos,& in opera tua:& dirige filios eorum.

Ex gl.int. RESPICE in ſeruos tuos &c.] q. d. Nōs humiliaſti,ſed, Reſpice in ſeruos tuos, [ET] .p.
Ex Aug. id eſt,[IN opera tua] quia ipſi ſerui ſunt opera
Ex Hay. & Aug. tua,[ET dirige filios eorum] id eſt imitatores, vt ſint recti corde quibus bonus eſt deus. Vel,Fi-
Ex Caſſ. & Alc. lios eorum, id eſt opera. Vel Propheta hic pro Iudæis peccantibus ſpecialiter orat,dicens,Reſpice in ſeruos tuos.quod deus facit in ſe, propheta orat fieri pro pupulo ſuo.Orat ſcilicet vt pareat Iudæis peccantibus, ſi non pro meritis eorum:ſaltem propter opera quę in eis fecit.Vnde ſubdit,Et reſpice in opera tua, quæ feciſti in eis,& dirige filios eorum.q.d.Si ipſi propter iniquitates diſperſi ſunt, ſaltē filij in fine fide corrigantur,qui per ſe praui ſunt & inconuertibiles.

19 Et ſit ſplendor domini dei noſtri ſuper nos,&opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos:& opus mauuum noſtrarum dirige.

Ex Hay. ET ſit ſplēdor domini dei noſtri ſuper nos] id eſt lumē vultus tui,ſcilicet imago dei recreās,
Ex Aug. gratia ſpiritus ſancti reformans imprimatur mēti noſtræ.Trĭplex quippe eſt imago,ſcilicet imago creationis,imago recreationis,imago ſimilitudinis.Imago creationis eſt,qua creati ſumus.ſ. ratio. Imago recreationis,gratia per quam reformatur imago creata,ſcilicet ratio. Imago ſimilitudinis, ad quam facti ſumus, ſcilicet deus trinitas, ad cuius ſimilitudinem factus eſt homo,non patris tantū, vel filij,vel ſpiritus ſancti, ſed trinitatis:per memoriā,ſimilis patri:per intellectū,filio:per dilectionem,ſpiritui ſancto.per hāc trinitatē imago creata, ſimilis eſt increatæ trinitati. Vnde meminerim te,intelligā te,diligā

Ex Hier. & Caſſ. te. Vel ſplendor dei eſt ſuper nos, dũ crucis impreſsione decoramur, & vexillum triumphi in frõte portamus. [ET opera manuum noſtrarũ Ex Aug. dirige] vt nõ pro mercede terrenorum ea faciamus, ſed pro æternis. Deinde, quia omnia opera bona ad vnum diriguntur, ſingulari numero ſubdit, [ET opus manuum noſtrarum dirige.] id eſt omnia bona vnum opus charitatis ſunt, id eſt ad vnum finem diriguntur.

COLLATIO
In pſalmum 89. Domine refugium factus es.

3 NE auertas hominem in humilitatem.] In Hebraïco nuſquam eſt negatio, ſed affirmatiuè legitur, Conuertet hominem in humilitatem ſiue cõtritionem. Sed vnde hoc inoleuerit aperiam. Nam nomen deus, & negatio, non, nihil diſtant præter pronũciationem, & punctulorum adnotationem. verbi gratia, אֵל el dicitur deus, אַל al, id eſt ne vel non. Cæterũ vbi finiebatur ſuperior proximus verſiculus, A ſeculo vſq; in ſeculum tu es deus, quædam exemplaria græca non habebant deus, quomodo etiam non habẽt quæ apud nos extant. Deinde particulã quę eſt אל citra punctationem poterat legi אַל al. Ob idq; ſequẽti verſui copularunt, qui ex Heb. hãc editionem tradiderunt. Quid tamen de hoc ſentiat Hier. cernes ad Suniam & Fretellam. Et dicitis, inquit, quòd in Græco non ſit deus, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ, A ſeculo & vſq; in ſeculũ tu es: quod apud eos deeſſe manifeſtũ eſt. Nã & hebraïca veritas habet, & omnes alij interpretes, & Lxx ſimiliter tranſtulerunt, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ ὁ θεός. quod hebraïcè dicitur מֵעוֹלָם וְעַד עוֹלָם אַתָּה אֵל meolam vead olam atah el. Hactenus D. Hiero. Porro vtrobiq; intelligentia ſana eſt. iuxta lectionem vulgatã, interpretatur humilitas, cõcupiſcentia terrent. Iuxta aliam accipitur pro reſolutione corporis in puluerẽ, ſecundũ cõditionem naturę. Eoque rectũ eſt, vt deum precemur ne auertat ab æternis, propter priorem humilitatem. Secũdam cõfiteamur neceſſe eſt. Sed audiamus Hiero. expreſsius & clarius ad Cyprianum ſcribẽtem, & omnem pſalmũ ediſſerẽtem, vbi vtranq; lectionẽ probat & interpretatur, vbi etiã aſſerit noſtrã lectionem eſſe Lxx, quàm aliter viſus eſt ſentire ad Suniam & Fretellã, Cõuertes hominem vſq; ad cõtritionem: & dices, Reuertimini filij Adam. Lxx, Ne auertas hominem in humilitatem. & dixiſti, Cõuertimini filij hominum. Iuxta Hebraicum hoc quod dicitur, hoc eſt, O deus qui hominem cõdidiſti, & ab initio es eius refugium & habitatio, conuertes eum vſque ad contritionem: feciſti eum atque plaſmaſti, vt cõuerteretur in mortem, & vas tuum extremo vitæ ſuæ tempore frangeretur, cui cum immineat iſta conditio, vt ortus intereat, & quamuis longo vixerit tempore, tamen fine diſſoluatur extremo, quotidie ei loqueris per prophetas, Reuertimini filij Adam, qui veſtra culpa offendiſtis deum, & de immortalibus facti eſtis mortales. præcipientis enim noluiſtis audire imperiũ, de omni ligno quod eſt in paradiſo comedes. de ligno autẽ ſciẽtiæ boni & mali nõ comedes. in quacũque enim die guſtaueris de eo, morte morieris. Porro illud quod Lxx trãſtulerunt, ne auertas hominem in humilitatem, & dixiſti, Cõuertimini filij hominũ, hũc habet ſenſum, Obſecro vt hominẽ quem ad tuã imaginẽ & ſimilitudinem cõdidiſti, & tantum eũ honorare dignatus es, vt de ſeruo filium nũcupares, ne eum humiles peccato perpetuo, ſuper eum vigeat antiqua ſententia, terra es tu, & in terrã ibis. tu enim promiſiſti pœnitẽtiam dicẽs, nolo mortem peccatoris, tantum vt cõuertatur & viuat. Tu dixiſti omnium ſanctorum tuorũ eloquio, Cõuertimini ſiue reuertimini filij hominũ ad clementiſsimũ patrem, qui occurrit venientibus, & ſignũ quod vitio ſuo perdiderunt offert, & ſtolã incorruptionis largitur antiquã: quia mille anni in oculis tuis, vt dies heſterna quæ præterijt, trãſijt, vt ut vigilia nocturna ſiue in nocte. qui per prophetas ſuper nos ad pœnitẽtiam prouocas, dicens, Reuertimini filij hominum, petimus (vt ante iam dixi, ne facias hominẽ in humilitate ſempiterna retineri. Nec enim putamus longũ eſſe, quod promittis, ſalutẽ nobis poſt multa tẽpora tribuendã. æternitati comparata, breuis eſt omnium tẽporum longitudo. Hæc diuus Hieronymus.

5 QVAE pro nihilo habentur &c.] Pondus ſententię hic aſſeruatur, nõ verborũ tenor. Hier. percutiẽte te eos, vt ſomniũ erũt. Sed nec ad verbũ reddidit. Siquidẽ זָרַם zaram eſt cum impetu fluere, זְרַמְתָּם שֵׁנָה יִהְיוּ zeramtam ſchenah iiheiu. Műſterus, Facis impetũ irruere in eos, eruntq; vt ſomnus. Sãctes, Inundaſti eos, ſomnus ſunt. Alij itidẽ. Cęterũ שנה, ſine pũctorum notulis, poteſt efferri שָׁנָה ſchanah. i. annus, vel שֵׁנָה ſchenah. i. ſomnus. Suã tamen verſionẽ explicat Hieron. ad Cyprianum.

6 MANE floreat & tráſeat.] Műſterus & Cãpenſis, pro eo quod eſt trãſeat, ponunt creſcere. Hiero. abire. Et alij ſimiliter, vel quidpiã ſimile, חָלַף halaph futurũ huius verbi, mox antè Munſterus verterat mutari, & nunc creſcere.

7 TVRBATI ſumus.] Sic & Hiero. Itemq; omnes alij recẽtiores. Hieron. tamen magis probat translationem Symmachi & Aquilæ quàm ſuã. Pro eo, inquit, quod nos diximus liberati ſumus, Symmachus & Aquila trãſtulerunt accelerauimus. Breuitatẽ autẽ vitæ ſignificat humanę. Ac paulo poſt, Pulchrè autẽ (non in Lxx habetur) turbati ſumus, ſed iuxta Heb. accelerauimus, dicitur. Vt quamuis ætas hominũ longa videatur, tamen cõparatione æternitatis breuis ſit, quod & illuſtris poëta teſtatur, dicẽs, Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

8 SECVLVM noſtrum] עֲלֻמֵנוּ alumenu. Hier. tranſtulit, negligẽtias noſtras. Sanctes, errores noſtros. Cæteri, occulta noſtra. Lxx reſpexerunt עוֹלָם olam. i. ſeculum. Hiero. & alij radicẽ עָלַם alam. i. negligẽter errauit, & quandoq; abſcõdit. De hoc Hier. ad Cyprianũ diſceptat. Vbi nos iuxta Heb. & Symma. poſuimus negligẽtias

nostras, pro quo Septuaginta seculum transtulerũt. In Hebraico scriptum est עֲלוּמֵנוּ alumenu, quod quinta editio interpretatur adolescẽtiam. Aquila παροράσεως. Et nos in linguam nostrã vertere possumus errores siue ignorantias. Miror autẽ cur Septuaginta voluerunt pro alumenu, id est, adolescentia negligentiis & erroribus siue ignorationibus, seculũ dicere: nisi forte quod in seculo, & in vitæ huius tempore, vitia committantur.

10 ANNI nostri sicut aranea meditabũtur.] Hieronymus & recẽtiores, aliter signãt distinctionem. Accipiunt enim actiue verbum superioris versus, vbi dicebamus defecimus, & copulant sequentibus, hoc pacto, Cõsumpsimus annos nostros, quasi sermonẽ. Addit tamẽ Hieronymus, explicatioris sensus gratia, loquens. Alii non addunt. In Heb. הֶגֶה hegeh, inclinatur à radice הָגָה hagah, quæ interdũ significat meditari. Sed vocabulum aranea, cur à Septuaginta sit positũ, explicat Hieronymus ad Cyprianum. Pro sermone loquẽtis Septuaginta meditationem araneæ trãstulerunt. Quomodo enim loquẽtis sermo prætervolat, ita & opus araneæ incassum texitur. De quo super persona hæreticorum scriptũ est in Esaia, Telam araneæ texunt: quæ parua & leuia potest capere animalia, vt muscas, culices, & cætera huiusmodi: à fortiorib⁹ autem rumpitur: instar leuium in ecclesia simpliciumq;, qui eorum decipiuntur erroribus, quum viros in fidei veritate robustos non valeant obtinere. Hæc ille.

11 IN potẽtatibus.] בִּגְבוּרוֹת bigburoth. Hieronymus vertit multum aduerbialiter. Alii consonant Septuaginta, ac idem suam interpretatur versionem ad Cyprianũ. Quicquid igitur viuimus, & in quo delectabilis est vita mortalium, septuaginta annorum spacio comprehenditur. Sin autem multũ, & vt interpretatus est Symmachus, contra opinionem, octoginta sunt anni: quicquid supra fuerit morbis & infirmitate transigitur, quæ est socia senectutis.

AMPLIVS eorũ labor & dolor.] Hieronymus consimiliter. Non longe est Pellicanus, habens prolixius quod nos, & Hieronymus, amplius. Alii vertunt superbiam, fortitudinem, vel excellentiam, pro amplius. Ex quo liquido constat, LXX per metathesin accepisse הָרְבָּם horbam, vice רָהְבָּם rohebã. Prius enim designat, multum vel amplius eorũ. Deinde labor & dolor. Pratensis & Pellicanus, Labor & iniquitas. Sãctes, peruersitas & iniquitas. Cæteri sunt fere nobiscum עָמָל וָאָוֶן amal vaauen. Deniq; non est grauior molestia, aut afflictio, quàm iniquitas, quæ ob id ita nuncupari potest.

12 QVONIAM superueniet mãsuetudo & corripiemur.] In Hebræo, vix quicquam inuenitur affine huic sentẽtiæ, si verba exterius ponderamus, כִּי גָז חִישׁ וַנָּעֻפָה Ki gaz hisch vaanuphah. Quod Hieronymus ita reddit, Quoniam transiuimus & auolauimus. Eodem cõspirant reliqui. Primum dicendum est nobis, quid de hoc tractauerit Hieronymus; deinde offeremus quod potest dici ad conciliationẽ, sine præiudicio melius iudicantium. Hieronymus Cypriano, Quando transiuimus cito & auolauimus. Septuaginta, Quoniã superueniet mãsuetudo super nos, & corripiemur. Pro quo in Græco scriptũ est, πραΰτης ἐφ' ἡμᾶς, quod verbũ ambiguum est, & tam correptionem quam eruditionem doctrinamq; significat. Quem enim diligit dominus corripit siue erudit, ac flagellat omnem filium quem recipit. Quem locum ita Symmachus trãstulit. Succidimur enim repẽte & auolauimus. Quinta editio hoc modo, Quoniam transiuimus celeriter & dissoluimur. Et est sensus, Post septuaginta annos, & vt multum octoginta, quibus hominum vita transigitur, quũ anima fuerit à corpore segregata, vento similes auolamus, siue quia supra herbæ virẽti, & florum pulchritudini, & ad vesperam siccitati hominẽ comparat: nunc pro ariditate vesperæ, succisionem florum ponit. Et quum pertransierit (inquit) omne quod viuimus, subita morte dissoluimur. Quod autem Septuaginta dixere, quoniam superuenit mãsuetudo & corripiemur, hunc habet sensum. Post septuaginta annos & octoginta, quum venerit mansuetudo, & dies nobis mortis ingruerit, nõ iudicabimur iuxta meritũ, sed iuxta clementiã. & quæ putatur correptio esse, eruditio est & doctrina. Satisque miramur, quid voluerint verbũ Hebraicum חִישׁ גָז gaz hisch, LXX, Theodotio & sexta editio transferre mansuetudinem, quum Aquila & Symmachus & quinta editio festinationem, & repente celeriterque transtulerunt. Hactenus Hieronymus. Cæterum si legerimus גָז gaz, vel, גֵז gez, à radice גָזַז gazaz, id est totondit, id sonat Hebræis vellus, quod certe est symbolũ dulcoris & mollitudinis, ad quod fortasse Septuaginta alludebant. Deinde חוּשׁ vel חִישׁ hisch, id est, festinauit aut cito, vt sit vellus festinauit. Itaque mãsuetudo hac ratione signata superuenit עוּף oph, autem proprie significat auolare, dehinc coruscare & illustrare. Postremum videtur Septuaginta respexisse interpretantes, quod eruditio siue vexatio dat intellectum, etiam si auolatio potest correptioni ac eruditioni, haud difficile coaptari.

13 IRAM tuã dinumerare.] Vltima particula in Hebr. sequentem spectat versum, & aliam fecerunt distinctionem Septuaginta, לִמְנוֹת limnoth, quod etiam admonuit D. Hieronym. ad Cyprianũ, cuius expositio hæc est, Quis nouit fortitudinem iræ tuæ, & secũdum timorem tuum indignationem tuam? Septuaginta, Quis nouit potestatẽ iræ tuæ, & præ timore tuo, iram tuam dinumerare? Inter Hebraicũ & Septuaginta diuersa distinctio est. Septuaginta enim dinumerationem timori & furori domini copulant. Porrò Hebraicum sequenti aptat versiculo, vt sequatur, vt numerentur dies nostri, sic ostende & veniemus corde sapienti. Quid breuiter ita nobis disserẽdum videtur? Quis potest nosse quandiu ira sua, ex qua timor nascitur humano generi, perseueret, nisi te docẽte qui deus es? Itaque obsecro, vt tempus vitæ nostræ indi-

ces nobis, quo posimus corde sapienti, tuo nos iudicio præparare. Quod antem dixit, quis nouit fortitudinem siue potestatem iræ tuæ, & secundum timorem tuum indignationem tuam, ostēdit esse difficile, iræ timorisque & indignationis Dei, secretum rationemque cognoscere. Hæc ille.

14 DEXTERAM tuam.] Heb. Dies nostros. Vnde autem varietas profecta sit, clare ostendit Hieronymus vbi supra. Vt numerētur dies nostri sic ostende, & veniemus corde sapienti. Errorque perspicuus, cur pro diebus Septuaginta dexterā dixerint יָמֵינוּ iamenu, quippe verbum cōpositum est, significans dies nostros, quod in singulari numero si scribatur, extrema litera quę appellatur num. נ, exprimit dexteram, sicut est illud in nomine Beniamin, qui interpretatur filius dexteræ. Sin autem ם habeat, diem vel dies sonat. Est autem sensus, Numerus annorū dierūmque nostrorū, quibus in hoc seculo nos viuere decreuisti, ostende nobis, vt præparemus nos aduentui tuo, & contempto errore mortalium, ad te pergere festinemus, cupiamúsq; pręsentiam tuam, vt ad te festinemus corde sapienti. Nihil tam decipit humanū genus, quā dum ignorāt spatia vitę suæ, lōgiorem sibi seculi huius possessionem repromittūt, vnde & illud egregie dictum est, nullum tam senem esse, & sic decrepitæ ætatis, vt non se adhuc vno vel plus anno viuere suspicetur. Ad hunc sensum pertinet, & illud quod dicitur, Memēto mortis tuæ, & nō peccabis. Qui enim recordatur se quotidie esse moriturum, contemnit præsentia, & ad futura festinat. Hoc est quod Dauid in alio precatur loco dicens, Ne auferas me in dimidio dierum meorum, priusquam abeam & non subsistam. Quod ita exponitur, Ne eo tempore facias me mori, quando adhuc putabā me victurum, vt posim peccata corrigere pœnitētia. Si enim hoc feceris, inuentus in delictis meis esse desistā: non quod spem resurrectionis neget, sed quod coram eo se neget posse subsistere, apud quem omnes, qui in vitiis perseuerāt, pro nihilo reputantur. Hæc ille.

ERVDITOS corde sapientia.] Hieronym. Veniemus corde sapienti. Pratēsis, Adducemus cor sapientię. Sāctes, Adducemus in cor sapientiam. Itidem cæteri. Vbi perspicis quod vbi dicimus eruditos, ibi dicunt adducemus, aut veniemus, aut offeremus. Porro in נָבִיא nabi, si prima litera sit de radice, significat prophetam, quomodo acceperūt Septuaginta. Siquidem non est eruditior corde, ipso propheta. Itaque interpretatur Hieronymus in commētariis eruditos corde. Chaldæus paraphrastes consonat inquiens, Solus propheta, cuius cor abundat sapientia. Sin autē fuerit seruilis, est adducemus, iuxta alios. Iā illud quod nōnulli codices habebant compeditos pro eruditis, tāgit Augustinus ac cōciliat. Verbum enim Græcū (inquit) ita in vtraq; significatione similiter sonat, vt vna syllaba paululum differat. Cæterum Hieronymus id tribuit hallucinationi dicēs, vbi nos interpretati sumus, eruditos corde in sapiētia, alii transtulerūt, compeditos, verbi ambiguitate decepti. Si enim dicas πεπεδημένους compeditos, sin autem πεπαιδευμένους, eruditos significat.

16.&17 REPLETI sumus mane misericordia tua, exultauimus & delectati sumus, Lætati sumus pro diebus &c.] Faber & Cęcus more suo interpretes arguunt, qui debuissent vertere, per modum precatorium, Reple, lætifica, & per futurū illa, exultabimus & delectabimur. Qui enim fiet, vt qui versu septimo conquerebantur se defecisse præ ira, eiusque furore turbatos, nunc affirment se lętatos & exultantes. Et maxime quum Hieronymus ex Hebræo ita transtulerit vt iubent. Atqui audiant eundem Hieronymū, quid pro nobis aduersus latratus eorum respondeat vbi supra, Imple nos matutina misericordia, & laudabimus & lętabimur in cūctis diebus nostris. Septuaginta, Repleti sumus mane misericordia tua & exultauimus & delectati sumus in omnibus diebus nostris. In cūctis pœne locis, hanc habent Septuaginta consuetudinem, vt quod apud Hebræos in futurū ponitur, hoc illi quasi iam factum & præteritum referant. Hic ergo non, vt illi voluerunt, dicunt se impletos esse matutina misericordia dei atq; lætatos: alioqui si hoc factum erat, quomodo postea deprecantur & dicunt, Respice in seruos tuos, & in opera tua, sed totum quod postulant ideo deprecantur, vt mereantur matutinā misericordiam, quam cū fuerint assecuti, laudent atque lætentur, in cunctis diebus vitæ suæ. Hactenus Hieronymus. Nec obest quod dicit, vel illi voluerunt, quod intelligendū venit iuxta sonum verborum. Siquidē propter motē scripturarum docet ipse Hieronymus Septuaginta recte vertere præteritum in vicem futuri, vbi tamen hebraicè futurum tēpus ad verbū legitur. Quod ne diffidas audi quid dicat lib. 2. commentariorum in epistolam Ephe. ad ca. 2.

Quæritur ergo quomodo deus, qui nos saluos fecit & suscitauit, simul sedere fecit cum Christo. Et quidem qui simplicius est responsurus, hoc asserit, quod iuxta præscientiā dei, id quod futurū est, quasi factū esse iam dixerit. Et quia mos iste sit scripturarū, vt interdū futura tempore præterito declinētur. Verbi causa, De cruce domini, foderūt manus meas & pedes meos. Et alibi de passione eius, Quasi ouis ad victimam ductus est. Et adhuc de iniuriis flagellorū. Liuore eius nos sanati sumus. Et alibi, Ab iniquitatibus populi mei ductus est in mortē. Hoc aut ideo, ne quia futura super incertā sunt hominum, spes fluctuet & vacillet, ea quę deus futura cognouit, apud quem nihil ambiguū est, quasi iam facta memorantur. Vt quia præterita secundum philosophos quoque fieri infecta non possunt, qui audierint quasi iam facta habeant quæ futura sunt. Hæc ibi. At vero quod Septuaginta dixerunt sub præterito, quasi ouis ad victimā duct⁹ est ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, Hebræi habent כַּשֶּׂה לַטֶּבַח יוּבָל kasseh lattebah iubal, quasi pecus ad mactationem ducetur. Et tamen Hieronymus adduxit Septuaginta ad corroborationē regulæ scripturarum,

quæ sub ratione præteriti, rē certā, licet adhuc futuram, ob oculos ponunt.

58 RESPICE in seruos tuos, & in opera tua] hebraicè, Appareat seruis tuis opus tuū. Sensus eodē recidit. Nā dominus suos seruos & opera respicit; quādo facit vt appareāt & respiciātur, vt est illud Gen. 22, Nūc cognoui quod timeas dominum, quod est, cognoscere feci.

DIRIGE filios eorum.] Hieronymus & alii, gloria tua super filios eorum. Et dictionem hoc in loco apud Hebræos, positam, si enunciemus citra apicum notationem, והדרך poterimus legere, vel vt caph finale sit de radice, & aspiratio, he, sit cōiugationis, quam dicūt hiphil, signum, vt efferas והדרך vehadrec sicque probe dices, dirige. Rursum autem caph, sit seruile, he verò radicale, legásque והדרך vadarca, tam gloria tua reddendum erit, ac Septuaginta priori modo opinamur sumpsisse.

XC. PSALMI TIT.
Laus cantici Dauid.

Ex Aug. QVI habitat] Titulus [LAVS cātici Dauid] Dē hoc psalmo Christum diabolus tentare ausus est: Christi autem tentatio nostra doctrina est. Sicut enim ille prior tentatus, tentamenta diaboli humilitate superauit: ita nos eundem vincere docuit & dedit, quem vincere possumus, si Christū imitari volumus, non in deitate, vel potentia, vel mirabilibus, sicut voluit primus homo: sed in eo quod
Matth. 11 factus est pro nobis, id est in humilitate, ad quam vocat dicens, Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Qui autem sic imitatur Christum,
Ioan. 10. per ianuam intrat. Ianua Christus est qui dicit, Ego sum ianua per quā si quis introierit, ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Intrare ergo per ianuā est intrare per Christum. Intrare autem per eum, est imitari eum, nō in magnificentia & in miraculis: sed sicut diximus, in humilitate & patiētia, quem nos in his sequentes, ex eo & in eo vincimus diabolū: de qua victoria Christi & suorum contra diabolum agit iste psalmus. Vnde in titulo ponitur, Laus. Et
Ex Cass. est sensus [PSALMVS] iste est [LAVS Dauid] .i. Christi. Est autem laus, etiam humana: sed hæc laus est [CANTICI,] quia non est nisi diuina. Est enim hymnus psalmus iste, id est, laus Christi contra dæmones: quia ostendit tentationes diaboli victas à Christo, & à suis manētibus in auxilio dei, hac intentione monet vt & nos discamus exemplo Christi tentationes superare. Modus. Tripartit' est psalmus. Primo, propheta describit fidentem in solo deo, omnino protectione dei vallatum. Secundo, dicit Christum in cælo leuatum à nullo posse contingi, qui & pedes in terra protegit, sed præsumptores ab eo cadunt, ibi, Cadent à latere. Tertio, inducit verba dei, ecclesiam consolantis, ibi, Quoniam in me sperabis. Propheta ergo de quolibet sancto ait.

QVI habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei cæli commorabitur.

QVI habitat in adiutorio] nōn suo, sed [AL- Ex Aug. & Cass.
tissimi,] id est, qui totam spem, non in se, sed in deo semper constituit, scilicet cuius spes, non in homine, sed in deo est [COMMORABITVR IN PROTECTIONE DEI,] id est, omnibus modis protegetur à deo, vt nec illecebra male blandientis voluptatis capiatur: nec timore aduersitatis frangatur: vt non declinet ad dexteram, vel ad sinistrā: Ex Alcui.
sicut in veteri testamento præceptū est filiis Is- Nume. 21
rael, vt incederent via regia, non declinantes ad Deut. 5.
dexteram vel ad sinistrā. Regia via, est via Christi regis nostri, qui sic viam mundi cucurrit, vt nec prosperis alliceretur, nec aduersis frāgeretur: quem & nos imitari debemus. Dei dico, Cæ-
li, id est, cuius est sedes cælum, id est, anima iusti. Ex gl. int.
Nota qualiter sibi respōdeant, verba, Habitat, & Cass.
&, Commorabitur. Si enim semper habitat: sic & semper cōmorabitur. Deinde illud affirmat, scilicet quod habitat cum dicit,

2 Dicet domino, Susceptor meus es tu, & refugium meū deus meus, sperabo in eum.

SVSCEPTOR meus es tu, &c.] Hoc autem promittit, scilicet quod protegetur, vbi dicit, Obumbrabit tibi scapulis, &, Scuto circūdabit te, primo ergo ostēdit quomodo habitat in adiutorio altissimi, ita, scilicet dicet domino. Ille Ex Aug.
habitat quia in adiutorio altissimi, nō superbus de se, vt prim' homo. Quid dicet ille domino?
hoc domine [TV ES susceptor] māi infirmi ad Ex gl. int.
curandum [ET refugium meum deus meus] à se-
culi tempestate. Qui hoc dicit, totum se proiecit Ex Cass.
in eū, qui dicit, Deus meus est refugiū meū, non quærit aliud auxilium contra tempestates seculi. Ne autem putes post susceptionem & refugium, nihil esse petēdum addit [SPERABO in eum] q. d. Quia susceptor & refugiū. Ideo, Sperabo in eū, ita sperabit iste in deo, ne aliquādo de se præsumat: hoc si fecisset Adā, bene staret. Ideo sperabo.

3 Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantiū, & à verbo aspero.

QVONIAM ipse] nōn ego [LIBERAVIT Ex Aug.
me de laqueo] in quem superbus Adam cecidit, & gl. int.
Laqueum dico [VENANTIVM,] id est dæmo- Ex Aug.
num, qui non in via Christo, sed circa viam ad dexteram prosperitatis male extollentis. Vel ad sinistram aduersitatis, deprimentis tendunt laqueos. Si ergo vis securus ambulare noli declinare in dexterā, aut in sinistram: sed sit tibi via ille, qui sibi pro te factus est via, vt adducat te ad se per se. Et ita, non timebis laqueos venātium. Ex Hier.
Et nōta quia venatores in sacra scriptura vix in bono inuenimus. Ecōtra piscatores, raro in ma-
lo [ET à verbo aspero] mūltos per verbū aspe- Ex Alcu.

rum misit diabolus in laqueos,in quos per verbum asperum cadūt aliqui. Verbi gratia,vt qui nolunt esse Christi,propter insultātes Christiano nomini, & qui timent detractiones hominū adeo vt essent à via dei. Insultatio ergo &
Ex Alcui. detractio infidelium verbū asperum est. Vel ita per laqueum, & verbum asperū geminæ tentationis modos significat. Tentatio enim vel fit per facta,quæ hic dicitur laqueus:vel fit per ver
Ex Cass. ba,quę hic dicitur à verbo aspero.& si leue videatur, graue est tamen verbo tentari. Laqueus ergo sunt versutię spiritualiū vel carnalium inimicorum in factis. Verbum asperum est omne dictum quod mouet hominē à regulis diuinis, scilicet conuicia vel blanda. Et est, Liberauit me
Ex Alcui. de laqueo venantium,id est de tentatione, quæ fit per facta. Et à verbo aspero, id est, à tētatione quæ fit per verba.

4 Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.

Ex Cass. & gl.int. SCAPVLIS suis] Hic promittit sperantī quod commorabitur.q.d. dico liberauit,& vt
Ex Aug. liberet[OBVMBRABIT tibi] Quī habitas in adiutorio altissimi [SCAPVLIS suis,vel, Inter scapulas suas. Hoc ideo dicit,ne putes, quod tu te possis protegere,ad literam, cum dicit, Inter scapulas suas obumbrabit tibi, & à tergo potes intelligere,& à pectore. Scapulę enim circa caput sunt, sed quia addit [SVB] alis, vel [PENNIS eius sperabis] manifestum est,quia protectio est à pectore, quasi te posito in medio alarum hinc inde expāsarum,& dicitur hic à simili gallinæ quę pullos sub alis protegit cōtra miluum. Et est sensus, Obūbrabit tibi,id est, obumbraculum protectionis præstabit, Inter scapulas suas,à simili gallinæ, id est, ante pectus suum te ponet,vt alis protegat, vt tu quasi in medio positus, hinc inde alis siue pennis expansis vel extensis,quo inimicus non audeat accedere, nihil timeas nisi inde exteris. Et notādum quod nulla auis sic infirmatur cum pullis vt gallina quæ tota mutatur affectu eorū, quod cognoscimus in relaxatione plumarum, & infirmitate vocis:
Matt.23. sic sapiētia dei propter nos qui infirmi eramus
Ioan.1. facta est infirma,quia facta est caro,& habitauit in nobis,vt sub alis eius speremus, Et sub pēnis eius,vel, Alis, misericordiæ, Eius sperabis.

5 Scuto circūdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno.

Ex Aug. [SCVTO]alæ sunt etiam scutum, & vtrūque sub similitudine de deo dicitur,quia nec alę,nec scutum proprie in deo sunt: sicut ipse dicitur lapis & leo,agnus & vitulus,cum tamen nihil horum sit. Si enim vere lapis esset,leo non esset. Si leo esset,agnus non esset. Ideo ergo & leo & agnus dicitur, & huiusmodi: quia nec leo nec agnus, nec huiusmodi. Istę enim similitudines sunt non proprietates. Et est tanquā[SCVTO] misericordiæ. [CIRCVNDABIT te,] id est, proteget te [VERITAS eius] Veritas dei est, quæ non respicit personas,nec miscet sperantes de seipsis,cum his qui sperant in deo: sed discernit humiles & superbos, pœnitentem ac defendentē. Vel ita, Scapulis,sperāti fideli beneficia
Ex Cass. dei pmittit hic. Scapulę enim sunt operationes mirabilium,quibus vt humeris virtus dei ostenditur. Pennæ sunt monita prophetarum,quę ad cælos vehunt. Et est, Obumbrabit tibi,vt nēque
Ex Cass. & Alcu. sol diuinitatis,neque luna humanitatis Christi, te vrat, Scapulis suis,id est, ōperationib' mira-
Ex Cass. bilium. Et sub pennis eius,id est,in monitis prophetarū in quib' est protectio. Sperabis:& veritas eius implēs,pmissa,id est, incarnatio Chri-
Psal. 84. sti. Vnde, Veritas de terra orta est. Circundabit te,tanquā scuto. Idem dixit scutū quod & pennas dixerat. Incarnatio nanque Christi, & scapulis obūbrat, & scuto defendit,[NON timebis
Ex Aug. à timore nocturno] Sicut notauit genera defensionum, ita notat & genera periculorū vt grauior sit liberatio, & distinguit quatuor genera tentationum,quæ sunt,leuis & occulta,quæ significatur per timorem nocturnū, leuis & manifesta quæ significatur per sagittam volantē in die:grauis & occulta quæ significatur per negotium ambulans in tenebris: grauis & aperta, quo accipitur per demonium meridianū. Et est, Obumbrabit tibi,& circundabit. Et, ita, Nō ti-
Ex Alcui. mebis à timore nocturno,id est,à leui tentatione, quæ fit ignorantibus: quæ dicitur timor nocturnus,à similitudine periculi. Vnde timor tantum habetur. Et,

6 A sagitta volāte in die,à negotio perambulāte in tenebris: ab incursu & dæmonio meridiano.

Ex Aug. A SAGITTA volante in die,] id est,à leui tentatione,quæ fit scientibus. Quī enim peccat ignorans,quasi in nocte peccat, & ille tentatur à timore nocturno. Quī autē sciens peccat, in die peccat: & ille tentatur à sagitta in die. Nam per illa duo,scilicet à timore & à sagitta,duo leuiora genera tentationum,manifestę,scilicet & occultę notauit. His duobus leuibus duo reddit grauiora,dicens[A negotio perambulante in tenebris, id est, à grauiori & occulta tentatione. [ET ab incursu & dæmonio,]id est,ab incurrente dæmonio [MERIDIANO non timebit, id est à graui & aperta tētatione sicut est,cū à deo feruet ęstus persecutionis,vnde multi cedūt. leuia non sic vrgent, vt cogant: sed possunt cito declinata transire. Grauia verò non,vt cū persecutor acriter instat, nōdum firmis in fide:qui nesciunt Christiani esse, spernere præsentia, & quærere futura. qui tales tentantur, A negotio perābulante in tenebris. vel cū persecutor adeo instat hæc scientibus, quæ tētatio est, A dæmonio meridiano. & vtrosque capit, & scientes & ignorantes. non quidem eos qui habitant in adiutorio altissimi, sed de se præsumentes de quibus dicit,

7 Cadent à latere tuo mille, & decē millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. PARS II.

Ex Cass. & Alcu. CADENT à latere tuo mille] Secunda pars vbi fidentis in deo caput .i. Christū in cælo leuatum dicit à nullo posse contingi,qui & pedes

in terra protegit: sed præsumptores ab eo cadunt. Ecce certitudo protectionis datur fidenti in Deo per Christum. Ex Cass. q.d. Ille qui habitat in adiutorio altissimi, non timebit à dæmonio meridiano: sed ò Christe [MILLE cadēt à latere tuo] latus dei, est corona iustorum, qui cum eo iudicabūt, vnde dicitur cōsueto sermone, Mittite de latere vestro, idest, de illis qui vobiscum habēt consiliū. Ex Aug. Latus ergo Christi sunt illi, quibus Christus promisit, quod cum eo iudicabūt, scilicet apostoli & eorū imitatores, quib⁹ promisit. Matt. 19. Sedebitis super sedes duodecim, iudicātes duodecim tribus Israel. Non est enim putādum quod duodecim tātum hoc promisit Christus. Vbi enim sedebit Paulus qui plus omnibus laborauit, si non ibi sedebūt nisi duodecim? duodecim ergo sedes, perfectio est tribunalis, in quibus sedebūt mille, omnes scilicet qui omnia reliquerunt, & secuti sunt Christū confidentes de eo, non de se. qui alte fixerunt radicem charitatis, nec arescent sole tribulationis. Per dextras autē dei intelligitur æterna beatitudo. Sunt autem multi qui putant se iudicaturos cum domino, & multo plures qui putant se collocandos à dextris tunc saluandos. Sed quia de se præsumunt, non habentes in alto radicem charitatis defisam, Decidūt à cogitationibus suis & quia pauciores sunt, qui putant se iudicaturos, & plures qui putant se saluādos, cum tamen non sint, ideo ibi mille, hic, decem milia ponit. Et est sensus, ò Christe, Mille cadēt à latere tuo, & decem milia [A dextris tuis] id est, pauciores qui pręsumunt se tecum iudicaturos, & plures qui præsumunt se à dextris tuis futuros, Cadent per dæmonium meridianum, id est, per grauem æstum tribulationis [AD te autem] ò Christe, in veris membris, cum quibus vnus es, qui in membris veris es [NON appropinquabit] dæmonium, & si enim corpus lædat, carnem affligat, non tamen fidem læsit.

8 Veruntamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.

Ex Cass. VERVNTAMEN] q.d. Licet quidē impiis te permittente tuos persequi, sed & si illi eadem tes tētent te duris tua permissione, [VERVNTAMĒ] nō impune, quia [OCVLIS tuis] illo, scilicet lucido visu, quo merita hominum iudicas, [CONSIDerabis] malum quod voluerūt [ET retributionem peccatorum videbis] nō bonum quod per nescientes agitur, eis retribuetur: sed malum quod intēderunt. Ita & sanctus qui habet oculos fidei, videt eos modo exaltari, & tonare, sed in fine fulminari, hæc dicit ne infirmi Ex Aug. & Alcui. moueantur. Vel ita cōntinua, eodem sensu manēte, q.d. & si dæmoniū non appropinquet ad te in mēbris, quod est per iniquos .i. quod iniqui intendunt, sed tamē non quod faciūt, sed quod intēdunt cōsiderabis: qd̄ ita dicit, Veruntamen oculis tuis cōsiderabis, & retributionē peccatorum videbis. Nōtādum quod quasi vnus Chri- Ex Aug. stus est caput & corpus, de quo loquitur scriptura modo vt de capite, modo vt de corpore, non mutata persona, quia sunt duo in carne vna, merito ergo & in voce vna. Ideoque diligēter adMatth. 19 uerte, vbi de Christo secundū caput, vbi secundum membra agat.

9 Quoniam tu es domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.

QVONIAM tu es] Hic loquitur de Christo secundum caput. Ex Aug. & gl. int. q.d. ideo non cadit iustus à dęmonio meridiano [QVONIAM tu domine] Christe secundum caput [ES spes mea] per hoc es tu spes, quia [POSVISTI] mihi intus [REfugium tuum altissimum,] Ex gl. int. id est, pro altissimis & occultis, vel vitādis, vel habendis mihi ostendisti, ad te refugiendum, scilicet pro declinādis pœnis æternis. In alto enim est refugiū dei: valde in occulto, vt scilicet fugiatur ad ipsum à ventura ira. Multi enim sic faciūt sibi refugium dei, vt fugiāt à malis tēporalibus, Altissimum, ergo, Ex Aug. Posuisti refugiū .i. tē surgendo, ascēdendo, altum fecisti, id est, fore ostēdisti, Refugiū, vt iam sperent tui sequi, quo tu præcessisti. Ideo,

10 Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

NON accedet ad te] ò dōmine Christe & ad Ex Rem. tuos [MALVM, & flagellum nō appropinquabit tabernaculo tuo] Tābernaculū Dei est caro, Ex Aug. & Alcui. in qua pro nobis militauit, ad quā leuatā super cælos, vt sit illuc directa spes nostra, non accedunt flagella vt prius accesserūt in terra: sed caput in cęlo pedes habet in terra, pro quibus dicit, Saule, Saule quid me persequeris? Discretio est per loca, coniunctio est, per affectus. Act. 30. Sed nec his pedibus flagellū appropiat, ita vt fidem excutiat: ideo hęc de toto Christo bene accipitur. Ideo non appropinquabit,

11 Quoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiāt te in omnibus viis tuis.

QVONIAM] deus [MANdauit de te angelis suis, vt custodiant te in omnib⁹ viis tuis] Vndē Ex Cass. in Euangelio, Astitit ei angelus cōfortans eum: & est hoc humanæ infirmitatis indiciū. Hoc autem dixit tentator domino, quando illum tentauit, hoc obiecit de deitate eius dubitans. sed nōs & deum & hominem credimus. Ex Aug. tētatus autem Christus est propter nos, vt in eo tentatorem vincere discamus: sicut etiam & baptizari voluit à seruo, non pro sua necessitate, sed pro hominis vtilitate, vt non aspernemur baptizari a cōseruis. Dominus autem ad baptismum serui venit, implens humilitatem propter futurorum superbiam retundendam, ne quis melior vita & scientia quibusdam Christianis diceret, Quid mihi opus est baptismo, quem iste habet, quo iam melior sum? Sed attēdat quod non tantum eum præcedit, quantum dominus ipsum. Quærat ergo baptismū domini, quia dominus quæsiuit babtismum serui.

12 In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ.

Ex Hay. IN manibus]q.d. Angelis mandauit de te, vt custodiant te. & ipsi[IN manibus portabunt te,
Ex Aug. ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuum] Manibus angelorum sublatus est Christus in cęlum, non quod sine eis rueret: sed quia obsequebantur regi, & melior est qui portatur, quã iumentum portans. clarificatus autem Christus misit
Act. 2. spiritum sanctum die pẽtecostes sicut die quinquagesimo à pasca agni, id est, ab immolatione
Exod. c. 2. Exod. c. 9 agni data est lex Mosaica in tabulis lapideis scripta digito dei, id est, spiritu dei. Sed lex data est in pœna timoris. Spiritus autem venit in plenitudine amoris, vt pedes capitis in cœlo sedẽtis, id est, euangelistę mundum peragentes non offendant in lapidẽ, id est, in legem in lapide scriptam, & ne sine gratia, in ea teneantur rei: sed à timore soluantur, per amorẽ spiritus legem implentes. Ideo ergo portatus es in cælum ab angelis, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum, vt misso spiritu soluas credẽtes à reatu legis, ne pedes tui qui in terra sunt, rei sint legis: Quod & fecit, quia pulso timore impleuit eos amore, qui vinci non potest.

13 Super aspidem & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem.

Ex Cass. SVPER aspidem] põst ostensam humanam Infirmitatem in Christo, hic iam diuina virtus ostẽditur, quę tãtis imperat. & agit de Christo, secundum membra. Hæc autem omnia nomina diabolo cõueniunt. Ipse enim est aspis cum oc-
Ex Aug. & gl. int. culte percutit, basiliscus eũ palam venenat. Basiliscus enim rex serpentum est, & nocet flatu: leo verò est, dũ persequitur violenter. Leo enim
Ex Cass. rex animaliũ viribus nocet. Dracō est cum deuorat negligẽtes: sed in aduentu domini pedibus eius, id est à sanctis, omnia hæc nocumenta prostrata sunt. Et hoc est quod dicit[ET ambu-
Ex Aug. & gl. int. labis super aspidem.] Aspis veneno nocet, per quem significatur diabolus, qui est serpens, qui Euam seduxit, quem calcat ecclesia, quæ cauet astutiã eius [ET super basiliscum,] id est, regem dæmonum, qui velut basiliscus nocet flatu [ET conculcabis leonem & draconem,] id est, diabolum qui leo est, dũ aperte sęuit in martyres: draco, dũ occulte insidiatur per hęreticos, vt cor-
2. Cor. 11 rũpat virginẽ Christi. Vnde apostolus, Despõdi enim vos vni viro virginẽ castã exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpẽs seduxit Euam astutia sua, ita mentes vestræ corrumpantur.

PARS 3. 14 Quoniam in me sperauit liberabo eum: protegã eum, quoniam cognouit nomen meum.

Ex Aug. & Alcu QVONIAM in me sperauit] Tertia pars. Hic iam sunt verba dei ad ecclesiam, quam consolatur. cui defensionẽ hic & in futuro pręmia promittit. q.d. Mandauit angelis dicens[QVONIAM
Ex Hay. & gl. int. in me sperauit] In mẽbris [LIBERABO eum] à malis seculi[PROTEGAM cum.] Ecce certitudo protectionis, per promissionem dei. Ideo & Alcu.
protegam[QVONIAM] vere[COGNOVIT & Cass.
nomen meum] Et quoniam

15 Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cũ ipso sum in tribulatione: eripiã eum, & glorificabo eũ.

CLAMAVIT ad me & exaudiam eum] Et si nõndum audio iam [SVM cũ ipso in tribula- Ex gl. int.
tione.] Nõn est ergo timendũ tibi in tribulatio- Ex Aug.
ne. Fides enim in te, Deus est in te: si dormit, id est, tepescit in te fides, excita eam: vt Christus Matth. 8.
dormiẽs in naui, excitatus est à discipulis, & saluati sunt. Ita & tu si fidem excitas, saluaris, non desereris. & si nõ eripit quandovis, nõ ideo putes te deseri. Eripuit tres pueros de igne: sed qui illos eripuit, nunquid martyres deseruit? absit. & illos eripuit, & istos: sed tres pueros liberauit corporaliter, vt cõfundantur infideles: martyres liberat spiritualiter, vt eos imitẽtur fideles. Ex Cass.
[ERIPIAM eum] q. d. Cũ ipso sum in tribulatione, & post, Eripiam eum, de seculo[ET glorificabo eum] in cælo. & tunc

16 Longitudine dierum replebo eum: & ostendã illi salutare meum.

LONGITVDINE dięrũ,] id est, vita æter- Ex Aug.
na [REPLEBO eum] quia sufficit quod habebit [ET ostẽdam illi] per speciem non per fidem[SALVTARE meũ] i. Christum in maie-
state. Hæc visio est tota merces. Nõtãdum quia Ex Alcui.
hunc psalmum frequentat ecclesia per totũ annũ, & maxime in quadragesima. Tunc enim & in versiculis & in tractu & multis modis cãtatur: quod ideo fit, quia cum Christus ieiunaret, diabolus eum de hoc psalmo tentauit, & eius tẽtationibus superatis à Christo victus abscessit. Hunc ergo psalmũ ad cõpletoriũ cotidie, & diebus ieiunii maxime frequẽtamus, vt quo tẽpore diabolus magis nititur ad decipiẽdum, eo tempore nos magis laboremus ad resistendum.

COLLATIO

In psalmum 90. Qui habitat in adiutorio altissimi.

2 DICET domino susceptor meus es tu.] Hieronymus ad Suniam & Fretellã, docet cur hic addita sint apud Latinos, es, & tu, quæ nec habebantur in quibusdã Gręcis, nec in Hebręis, quanquam, es, in Græcis exẽplaribus quæ vidimus scribatur, cuius verba præstat audire. Dicitis quod in Græco, es, non habeatur, ego vobis amplius dicam, quod apud Hebræos, nec es, habeatur nec, tu, sed apud Septuaginta, & apud latinos, pro εὐφωνία & verborũ consequentia positum sit. Cæterum hic Cæcus Burgensis clamitat perperam signari punctum in eo quod est refugium meũ, ac mox sequatur, Deus meus sperabo in eum, sed dicendum refugium meum deus meus, deinde, sperabo in eum. oppositũ tamen habetur in cõtextu & Hebraico & Gręco.
3 ET à verbo aspero.] Hieronymus de morte

insidiarum. Prat. ẽsis, à peste prauitatũ. Sãctes, de morte contritionum. Munsterus, à peste noxia, & cæteri consimiliter. Certũ est דבר legendo דָּבָר dabar, verbum repræsentare דֶּבֶר deber autem mortẽ aut pestẽ. Ergo LXX prius expresserũt. Postea הַוּוֹת hauoth, malitiã cordis & operis ex kimhi sonat. Porro si ex abũdãtia cordis os loquitur, nõ est asperantius verbũ, quam quod fallax est & prauum.

5 SCVTO circũdabit te. &c.] LXX sensum red diderũt, verba non item, צִנָּה וְסֹחֵרָה אֲמִתּוֹ tzinnah vesoherah amito. Scutũ & clypeus veritas eius, quod Hieronymus dixit, scutum & protectio, veritas eius.

6 A negotio.] Hieronymus à peste. Cæteri itidem, à peste vel à morte. Iam dictum est דבר daleth, beth, resch, lectionem habere ambiguam מִדָּבָר midabar, à negotio מִדֶּבֶר mideber, à morte.

AB INCVRSV ET dæmonio meridiano.] מִקֶּטֶב יָשׁוּד צָהֳרָיִם miqqeteb iaschud tzahoraim. Diuersis verbis eandem sententiam diuersi efferunt, tamen vniuersa ratio diuersitatis, præcipue pendet à prima particula queteb polysema, & varie à Rabinis exponitur variis in locis. Hieronymus ita vertit, A morsu insanientis, vel (vt alii codices habent) insidiantis meridie. Pratensis, Ab ægritudine repentina deuastante meridie. Sãctes, à morsu qui vastat meridie. Mũsterus, ab exterminio grassante in meridie. Interpretes pro Caietano, ab incisione diruet in meridie. Translator ad Campensem, à noxa quę meridie vastat. Paraphrasis Campẽs. Neque timeas si quis saculo te petat, etiã medio die. Pellicanus, à dæmonio vastatore meridiano. Nebiẽsis, Ab exterminatore qui exterminat meridie. Chaldæus, A caterua dæmonum, qui nocẽt meridie.

10 ET flagellũ.] Hierony. lepra נֶגַע nega, est plaga præsertim scabiosa.

13 Aspidẽ & basiliscum.] Pratẽsis, Super leonẽ & aspidẽ. Sãctes, Super leonẽ & basiliscum, adeo vt recentiores in prima particula conueniant, vertentes leonem שַׁחַל וָפֶתֶן schal vapheten. Credimus tamen Hierony. & LXX, qui transferunt cõstanter, Super aspidẽ & basiliscũ, præsertim quũ in secũda clausula dicatur colorẽ cabis leonẽ. Nobiscũ est etiã Nebiẽsis. De aspide & basilisco, mira narrat Plin. lib. 8. cap. 21. & 23. q omnib9 numeris quadrãt serpẽti antiquo.

XCI. PSALMI TIT.

Psalmus Cantici in die sabbati.

BONVM est confiteri domino] Tit. [PSALmus cãtici in die sabbati.] Propter fastidiũ animorũ tollendum, eadẽ diuersè & varie tractantur. Nullũ enim aliud cãticum tractatur in hoc psalmo, quam in aliis, sed idem, licet diuerso modo. i. canticum fidei, spei, & charitatis. Ex Aug.

Quod autẽ ait, In die sabbati, sciendũ quòd triplex est sabbatũ. s. sabbatũ tẽporis, sabbatũ pectoris, sabbatũ ęternitatis. Sabbatũ tẽporis est, septimus dies, quo post opera VI. dierũ requieuit deus, docẽs suos in præsenti laborare, vt in futuro quiescant: qd sabbatũ in veteri lege obseruabatur. Sãbbatũ autẽ mentis, est trãquillitas bonæ cõsciẽtię, spe futuri, vt nõ turbetur reb9 seculi de quo sabbato hic agitur. In hoc autẽ sabbato cordis primũ est; vt bona tua tribuas deo, mala tibi. Sabbatum autẽ æternitatis est, æterna requies, pro qua in præsenti bona operari debemus agẽtes sabbatum mentis, de quo sabbato ęternitatis etiam agit hic propheta. Agitur ergo hic de duplici sabbato, mẽtis & ęternitatis. Vnde bene in titulo ponitur, Psalmus cãtici. Et est sensus [PSALMVS] Iste per quem notatur spiritualis operatio, est [CANTICI] per quod notatur exultatiõ mentis, quia in ea debemus semper cantare deo, & gratias agere exultantes. Et hoc [In die sabbati] id est, de ęterna requie, cum mẽtis tranquillitate, de qua requie loquitur hic propheta, ostendẽs iustos laborare VI. diebus. i. v. ætatib9. VII. requiescere. Malos autẽ ecõtra hic quiescere, ibi laborare: hac intẽtione vt hic libenter laboremus pro æternis, agentes sabbatum mentis. Ex Alcui. Ex Aug. & Alcui. & Cass. Ex Cass. & Aug. Ex Alcu.

Modus. Tripartitus est psalmus. Primo, dicit quomodo bonus imperturbatus agit sabbatũ mẽtis, sentiẽs omnia bene agi à deo, quod non nouit stultus. Secundo, asserit malos perituros, vt metus sit cæteris, ibi, Cum exorti fuerint. Tertio, dicit iustos florere virtutibus, vt hac promissione deuoti gaudeant, ibi, Iustus vt palma flor. Et quia propter futurũ seculũ Christiani sumus, ideo quocunq; modo se habeant præsentia, grati simus: vel consolationi dei per blãda: vel iustitię per aspera. Bona enim pẽsentia à deo nobis donata cõsolatio sunt, cũ desuper, iustitia est. Cõsolatur enim nos deus, & emẽdat. In vtroque simus ei grati, dicentes, Ex Cass. Ex Aug.

BONVM est confiteri domino: & psallere nomini tuo altissime.

BONVM est cõfiteri] Võce [DOMINO] vt mala nobis, bona deo tribuamus. peruersi & turbari, qui sunt sine sabbato mẽtis, bona sibi tribuunt. mala verò vel satanę tribuunt, quasi coegerit, vel fato stellarũ: qd est accusare creatorẽ: vel aperte deo tribuunt. q. d. Ipse hoc voluerit, cõtra autẽ docet iste psalmus, scilicet confiteri domino in vtroq;, in peccato, quia tu fecisti: in bono, quia ipse fecit. & sic psalles nomini dñi, gloriã dei quætẽs nõ tuã. Vnde subdit [Et] bonũ est [Psallere] ope [Nomini tuo] ô [Altissime.] Deinde duob9 prędictis duo alia reddit, q. d. dico bonũ est confiteri, ad quã rem? Ex Greg.

2 Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & veritatẽ tuam per noctem.

AD ANnuntiandum mane misericordiam tuã] id est, quando bene est, quod est misericordia. quando bene est tibi, annuntia, id est, lauda misericordiã dei. [ET AD annuntiandum veritatem tuam] non crudelitatem [PER noctem.] Ex Aug.

id est, in aduersis. q.d. Quãdo male est tibi, lauda veritatẽ qua flagellat iuste. Es est sensus, In prosperis quæ per mane, & in aduersis quę per noctem intelliguntur laudare debes.

3 In decachordo psalterio, cũ cantico in cithara.

Ex gl. int. & Aug. IN decachordo] q.d. Bonum est etiam psallere [IN psalterio,] id est, in spirisu viuificato. Psalterium enim à superiori reddit sonũ, & ideo per ipsum cõgrue viuificatio spiritus intelligitur. Psalterio dico, Decachordo, id est decẽ pręceptorũ, per quorũ obseruantiam spiritus hominis, id est ratio viuificatur. In hoc psalterio psal-

Ex Aug. lit qui spiritu viuificato, per obseruantiam decalogi, cum hilaritate bene agit. In psallẽndo enim hilaritas est. Quicquid ergo facis cum hilaritate, bene facis. Qui autẽ cũ tristitia bonum facit, de eo fit, non ipse facit: & portat psalterium, sed non cantas in eo. Bonum est psallere [CVM cantico]. i. verbo. Et [IN cithara] i. opere. Si enim bene loqueris tãtum, cãticum est sine cithara. Si operaris & non loqueris, cithara est sine cãtico. Ideo & bene loquere, & benefac, vt sit cithara cum cantico. Vel bonum est psal-

Ex Hay. & Cass. lere, cum cantico, In cithara, id est, cũm gaudio in carnis mortificatione, & in actualibus rebus. Cithara enim ab inferiori reddit sonum, ideo bonum est psallere & confiteri, quia hæc in me fecisti. Et hoc est,

4 Quia delectasti me domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.

QVIA delectasti me domine in factura tua,]

Ex Aug. Ephe. 2. id est, ĩn eo quod in me facis. tu enim fecisti, si bene ago. Vnde apostolus, Ipsius figmẽtum sumus creati in operibus bonis. nisi enim te reformaret deus ad bona opera, non nosses nisi pec-

Ioan. 8. catum. Vnde in euangelio, Qui loquitur mendacium, de suo loquitur. hoc in euãgelio dominus dicis, Omne autem peccatum mendacium est, quia cõtra legem & veritatem est. Ergo qui loquitur mendaciũ, de suo loquitur, id est de suo peccat qui peccat, sed qui loquitur veritatẽ: de deo loquitur, quia solus deus verax, omnis homo mẽdax. Hæc est bona cõfessio [ET in operi-

Ex Aug. bus manuũ] q.d. Et deinde [EXVLTABO] non in mea felicitate, sed in operibus manuum tuarũ, id est, si quid boni ago de te exulto. Sed quid de his qui male viuunt, & florent? Inde perturbatur animus, & perdit sabbata: quia videt se in decem chordis, id est, in operib⁹ legis esse, & mala tamen pati. Alium verò videt sine his esse, & florere, vnde ait,

5 Quàm magnificata sunt opera tua domine? nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.

QVAM magnificata sunt opera tua domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.]

Ex Aug. Quibus facis, vt boni laborẽt, & mali floreant, quod ideo est, quia illi sunt alieni, hi filii, sed

6 Vir insipiens non cognoscet: & stultus non intelliget hęc.

Ex Rem. VIR insipiens] vel, Imprudens, qui nõ prouidet sibi in futurũ [NON cognoscet, & stultus]

Ex Aug. qui nescit se cędi, vt sit hæres, dimisso exhęredato, cui parcitura flagello [NON intelliget hęc]

Ex Cass. quæ sequuntur, & quæ dicta sunt. Nõta, insipiẽs est ille qui cælesti sapiẽtia vacuus, humanis versutiis plenus est, qui non noscit opera dei: quia casu putat omnia agi, stultus est, brutus, qui nec

Ex Hier. & Alcu. secularia nouit. ¶ Aliter põtest legi ab illo loco, Quia delectasti me, & agit de operibus creationis, in quibus laudandus est creator. q. d. Ideo cõfitebor & psallam, Quia delectasti me in factura tua, scilicet & in decore ipsius mundialis fabricę, & in obedientia, & in dispositione, & in causis, & in effectibus. Et exultabo in operibus manuum tuarum, quibus vtor vel quæ miror. Et merito exultabo, quia ô Domine opera tua quàm magnificata sunt, in substantia: & in forma, & in vita, & in cæteris, Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ, quibus talia fecisti &

Ex Cass. regis. Nõta, quia summũ genus scientiæ est, scire deum tãta præstare quę humanus sensus non valet attingere. Me delectasti in operibus, sed,

Ex Alcu. Vir insipientiæ non cognoscet: & stultus, qui si scit, non cauet sibi, Non intelliget hæc, quæ supra dixit, vel quæ dicit postea.

7 Cum exorti fuerint peccatores, sicut fœnum: & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. PARS II.

Ex Cass. & Alcui. CVM exorti fuerint] Secundã pars, vbi asserit malos perituros, vt metus sit cæteris. Ordo verborum talis. q.d. Stultus non intelliget hæc, scilicet, Vt. i. qualiter, Peccatores intereãt in seculum seculi, id est sine fine [CVM] ipsi [PECcatores fuerint exorti,] id est, postquã excreuerint

Ex Aug. in tẽporalibus [SICVT fœnũ] quia in hyeme huius seculi virẽt, & in æstate futuri iudicii arescent. Et cum [PROSPEXERINT] alia litera, Illos scilicet orientes, & ad tẽpus florẽtes, [OMNES qui operantur iniquitatẽ,] id est, qui non rectè sentiunt, de deo in corde, & imitãtur florem illorum, & ita intereunt cum illis in ęternum. vnde repetitur,

8 Vt intereant in seculum seculi: tu autẽ altissimus in æternum domine.

Ex Aug. VT INTEREANT] cũm illis [IN SECVLVM seculi tu autẽ] q.d. Modò peccatores florent & prosperantur, [TV autem domine altissimus] es [IN ęternum] qui expectas desuper ex ęternitate tua, quando transeat tempus impiorum: & veniat tempus iustorum, quia ęternus est deus. Longanimiter tolerat deus mala & videt quid illis seruet. Vis & tu homo esse longanimis, & patiens? iũge te ęterno. Si enim homo cito transit vt fœnum, verbum dei permanet in ęternum. Si ex se temporalis est homo, & non longanimis, ex verbo dei est ęternus. Iunge ergo te verbo æterno, & patienter feret mala videns infra se omnes malos, & dices,

9 Quoniam ecce inimici tui domine,quoniam ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.

Ex Hay. QVONIAM ecce inimici tui dom.] Vel ita
legi potest.q.d.Stultus non intelliget hęc, scilicet quod,Peccatores,exoriũtur hic,sicut fœnũ.
Ex Cass. Hic enim breui tẽpore florent vt fœnũ.Et cum
exorti fuerint hic peccatores sicut fœnũ, postea,Omnes qui operantur iniquitatẽ,id est,peccatores apparuerint,id est, apparebũt omnibus
conspicui, & notabiles: quod non hic.apparebunt,non quidem ad gloriam suam, sed,Vt intereant in seculum seculi.i.semper.Tu autẽ domine, Christe permanebis, Altissimus in æternum,non erit sicut putauerũt Iudæi, scilicet te
cõmuni sorte mori. Quoniam ecce inimici tui,
Ex gl.int. An interibunt peccatores?vtique,[QVONIAM
ecce inimici tui]& repetit, Quoniam ecce inimici tui.q.d. iam video, quod inimici tui,sci-
Iacob. 4. licet blasphemi, & amicus huius mundi, Dei est
inimicus:sicut dicit Iacob⁹,Omnes, scilicet qui
Ex Cass. adulterant amore seculi[PERIBVNT]qui modo florent[ET dispergẽtur] à grẽge domini separati[OMNES qui operãtur iniquitatem.]Hi
sunt inimici.

10 Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meũ: & senectus mea in misericordia vberi.

Ex Alcu. ET exaltabitur]q.d. Et si illi peribunt, quæ
& gl. int. spes tibi est qui pateris?ecce[ET exaltabitur sicut vnicornis,]id est, fortitudo vnitatis, quæ
tunc erit sublimis,quæ est[SICVT cornu meũ]
id est,sicut monarcha, id est princeps meus,qui
Ex Aug. & Cass. exaltabitur destructis hæresibus. Aliquãdo
enim vnicornis superbiã significat, sicut ibi. Et
à cornibus vnicornũ humilitatẽ meã, aliquãdo
exaltationem vnitatis sicut hic,quia vnitas exaltabitur, sicut vnus princeps monarcha. Om-
Ex Aug. nes verò hæreses peribũt.[ET] quãdo hoc erit?
cum[SENECTVS mea] erit [IN misericordia
vberi,]id est,in nouissimo. totum quod patitur
ecclesia iuuẽtus est ipsius. Nouissima autẽ semper senectus ipsius,quæ in lætitia erunt.

11 Et despexit oculus meus inimicos meos:& insurgẽtibus in me malignantibus,audiet auris mea.

Ex Aug. ET]ideo,iãm nunc[DESPEXIT] vel, Respexit [OCVLVS meus inimicos meos,]id est,
omnes operãtes mala,quos respicit vel despicit,
dum in aliquo probat, & inuenit inimicos, qui
sunt visi amici[Et insurgẽtibus in me malignã-
Ex gl.int. & Alcu tibus auris mea]præscia, & præcanta [AVDIET]
à veritate intus.quid audiet?quod

PARS SIS. 12 Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Ex Cass. IVSTVS vt palma florebit]Tertia pars,vbi
iustos dicit florere, vt hac promissione deuoti
gaudeant. Vel ita,& subaudiatur de,quasi dicat
Et de malignantibus, modo, Insurgentibus in
me,audiet in futuro,Mea auris, id est, auris mei Ex Aug.
stantis ad dexteram.Quid audiet? Ite maledicti
in ignẽ æternum.à quo malo auditu,iustus non
timebit. Vel secundũ aliam literam, Insurgentes Ex Cass.
in me malignantes audiet auris mea, in nouissimo,quando se increpabunt dicẽtes,sicut ait Salomon, Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia? Ecce hæc erũt illis in futuro: Ex Aug.
& quid de iustis erit?[IVSTVS florebit vt palma]illi vt fœnum. Iustus palma dicitur pro altitudine, & quia radix aspera, & pulchra coma
in summo fine & tarde fert fructum : ita & iustum hic asperat labor,quẽ in supernis pulchritudo immortalitatis coronabit, & quasi tarde
post lõgos labores mercedem recipiet operum.
Deinde sequitur alia comparatio. Et [SICVT Ex Alcui.
cedrus libani multiplicabitur.] Cedrus immar- & Hier.
cessibilis est altior aliis arboribus, præsertim in & Cass.
libano quæ interpretatur candidatio: ita iustus & gl.int.
erit imputribilis stola immortalitatis candidus.
His ergo arboribus comparantur iusti, quia hæ
arbores non arescunt ætate vt fœnum, cui im- Ex Aug.
pius comparatur:quia cito arescit.Iustus autem & Cass.
comparatur palmæ,& cedro,quę cedrus multo
palma altior est maxime in libano.Et quia non
vnus est,sed multi qui florebunt,ideo pluraliter
subdit,præmissam aperiens comparationẽ,nũc,

13 Plantati in domo domini:in atriis domus dei nostri florebunt.

PLANTATI in domo domini].i.In eccle- Ex Aug.
sia, vbi est aspera radix palmæ florebunt [IN a- & Haym.
triis domus dei nostri,] id est, in atriis cæli. A-
triũm est initium mãsionis, domus est interior. Ex Cass.
In atriis,ergo[FLOREBVNT].i. in ipso initio
resurrectionis,dũ audient, Venite benedicti patris mei,&c.Et quasi quis quæreret,nónne iam Ex gl.int.
florent?subdit,

14 Adhuc multiplicabũtur in senecta vberi:& bene patientes erunt vt annuntient.

ADHVC multiplicabuntur]hic,quasi hic a- Ex gl.int.
quid habent, sed ibi plus. Multiplicabuntur di-
co[IN SENECTA vberi] Ecclẽsia enim ma- Ex Cass.
gis incipit esse vberrima, cum ad finem seculi
erit perducta. Tũc enim passionibus electorum
cito implebitur numerus beatorum. In summo,
palma florebit,quæ in radice cœpit,& interim
[BENEPATIENTES]vel,Trãquilli[Erũt]
Ecce sabbatũ, quod in titulo memoratur, non Ex Aug
eos mouet fœnum. Cedrus enim & palma, nec
in tempestatibus carnantur, sed tranquilli sunt.
Ad quid?[VT annuntient]hic,quid?

15 Quoniã rectus dominus deus noster:& non est iniquitas in eo.

QVONIAM rectus dominus noster:& non
est iniquitas in eo.]Qui dicit nõ omnia bene a- Ex gl.int.
gi,fœnũ est. Qui autẽ est in sabbato, cõtranũciat. Vel potest accipi,sic, Ideo modo trãquilli Ex Cass.
sunt, vt annuncient in futuro. perpetua laude & Aug.

dum præmia capient. Tnne enim annunciabũt hoc, Quoniã rectus dominus deus noster, id est, quod iustus est, qui suis promissa cõplet. Et non est iniqnitas in eo, vt hic permittat pati pro se, quos ibi non ornet. Annũnciabitur ergo rectus, qui remnnerat: & non iniquus, vt fraudet præmio: sed benignus, vt accumulet. Ex Alcui.

COLLATIO
In psalmum 91. Bonum est confiteri domino

7 ET apparuerint. Septuaginta καὶ διέκυψαν. hoc est prospexerint, vt habet cõtextus Augustini, ac eiusdẽ interpretatio. Cæterũ est hebraice וְיָצִיצוּ valatzitzu, quod est in verbo hiphil (quod vocãt) Et potest exponi per prospicere, vt est illud cãt. 2. מֵצִיץ metzitz .i. prospiciẽs, vel per ostẽdere seipsum, seu apparere instar florum, qui egrediuntur & ostendunt seipsos.

10 Senectus mea.] Hieron. Nebien. Pellica. & editio ad Campensem consimiliter. Interpretes pro Caietano, Miatura mea. Pratensis, Sanctes, Munst. Conspersus sum aut delibutus, בַּלֹּתִי ballnthi, deflectũt à verbo בָּלָה balah, qui dicũt senectus mea, qđ significet inueterauit. Alii vero à themate בָּלַל balal .i. perfudit, conspersit.

IN misericordia vberi. Hieron. In oleo vberi. Consonat Pellican. & Nebiensis, Pratensis & Sanctes, oleo viridi. Munst. Vnguento oliuę viridis. Interpretes pro Caiet. Oleo recẽti. Translator ad Cãpensem, Succo virescet, & huius paraphrasis, oleo fragrantissimo בְּשֶׁמֶן רַעֲנָן beschemen raanan. Per oleũ autẽ, misericordiã in scripturis designari nemo addubitat, raanã pręterea sonat frondosum & viridem, quæ non inepte vbertatem indicãt. Hinc Chaldæus, Oleo recenti oliuæ frondosæ.

14 IN senecta vberi. Hebręi diuidũt hæc duo vocabula, vt prius pertineat ad superiora, posterius ad inferiora. Ita enim reddit Hiero. Adhuc fructificabũt in senectute, pingues & frondẽtes erunt. LXX simul iunxerunt בְּשֵׂיבָה דְשֵׁנִים besebah deschenim. Quiddã simile ostẽdit Hieronymus in superiori psalmo, vt adnotatũ est. Deinde vbi diximus benepatientes erũt, alii virides vel frondẽtes ponunt. Quia verò patientia opus perfectũ habet. Iacob. 1, animã facit spiritualiter frũdescere ac lętissime virescere. Rursus vt annuncient Heb. ord inatur ad sequẽtem versum, nos in hoc priorẽ finimus. Id genus multa in psalmis obuia sunt. Causas superius semel & iterum reddidimus.

XCII. PSALMI TIT.
Laus cantici Dauid in die ante sabbatum quando fundata est terra.

Ex Aug. DOMINVS regnauit, decorẽ &c.] Titũl. [LAVS cantici Dauid in die ante sabbatum, quando fundata est terra] Titulum istum ex libro Genesis, non est difficile cognoscere. Dies enim ante sabbatum, dies sextus est, Ex Aug. quo factus est homo ad imaginem & similitudinem dei, factis prius omnibus operibus quę erant valde bona, & postea requieuit in sabbato, cessando à nouis operibus, pręsignans, quod requiescemus in deo, si faciamus opera bona, quæ cum labore fiunt, in quo deficeret homo, nisi spes quieris eum teneret. Et quia hæc opera finem habent, ideo sextus dies quo fiũt, habet vesperam: Sabbatum verò non habet vesperam, scriptura subtieente pro significatione, quia requies, quæ post laborẽ dabitur operum, fine carebit. Inde etiam est, quod in die qui celebratur pro mortuis, post festum omnium sanctorũ ecclesia in vespera officium non facit de mortuis, quia requies quæ ea die eis optatur vesperam non habet. In sexto autem die ad literam, non legitur terra fundata, sed mystice dicitur. Vt enim sexto die fecit deus hominẽ, ita sexto seculo, id est, sexta ætate seculi, quam sextus dies significat, venit hominem reformare. Tunc ergo fundatur terra cũ homo fundatur in fide immobilis, & tunc fit homo ad imaginem & similitudinẽ dei, quæ deformata erat in homine, per peccatum, quod significat sextus dies. Et est sensus tituli [LAVS] ista [CANTICI] id est, diuina fit ipsi Ex Cass. [DAVID,] id est Christo, Laus cuius hic can- & Augu. tatur demonstratiuo genere, de eo quod fecit, [QVANDO fundata est terra in die ante sabbatum] id est septimum diem, id est, de eo quod fecit sexta ætate seculi significata per sextum diẽ. Tũc enim venit Christus fundamentũ, & in fide fundauit hominẽ. vnde agit psalmus. Intentione agit & monet ad laudẽ. Modus. Septẽm sunt partitiones, sicut & septem loci lau- Ex Cass. dis. Primus locus laudis est à pulchritudine. Secũdus à fortitudine, ibi, Indutus. Tertius ab operibus, ibi, Etenim. Quartus, à potestate, ibi, Parata. Quintus à laudibus vniuersitatis, ibi, Eleuauerunt. Sextus, à veritate dictorũ, ibi, Testimonia. Septimus à laude domus, ibi, Domum tuam. Propheta ergo ad laudem domini monẽs, demonstratiuo genere vtitur, dicens,

DOMINVS regnauit, decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem, & præcinxit se.

DOMINVS] Christus [REGNAUIT,] id est, Ex Cass. rex esse innotuit. Deinde primum locum laudis exponens subdit, [DECOREM INDVTVS est] vel, Induit, alia litera, quãtũ ad eos quibus pla- Ex Aug. cebat, & eum laudabãt. Christus enim decorus est, quibus placẽt bona. Decorẽ ergo induit, id est, pulchritudinem suæ maiestatis ostendit, his Ex Cass. quibus placebat vt in monte Thabor corã tri- Matt. 17. bus discipulis resplenduit. Sequitur secũdus locus laudis à fortitudine. [INDVTVS est dominus] vel, Induit [FORTITVDINEM] quantũ ad eos Ex Aug. quibus displicebat qui ei detrahebãt. Fortis enim est contra detractores. fortitudinẽ ergo induit, vt quãndo venientes eũ capere, retro abie- Ex Cass.

runt vel corruerunt. Amicis ergo decorem, ini-
micis fortitudinem ostendit. [ET] his duobus
Ex Alcu. PRECINXIT se] vt quasi promptus, & expe-
ditus esset, in subiugando mundum sibi. vel ita,
Præcinxit se. Nōta quod nō ait, Cinxit, vel suc-
cinxit, vel accinxit. Sed, Præcinxit. Cingimur
enim operaturi, accingimur pugnaturi. Succin-
Ex Aug. gimur, ituri, pręcingimur ministraturi. Cinctio
ergo opera significat, quia cingit se aliquis ope-
raturus: accingeris, quando aliquid tibi adiūgis.
Vnde, Accingere gladio tuo circa femur, id est,
iam in carne vigeat gladius, quo debellatur or-
bis terrarū, dū occiditur occulta nequitia, id est,
spiritus dei in veritate sermonis vigeat. Pręcin-
geris autē, cū ante te aliquid ponis, sicut & do-
minus se pręcinxit quando lauit pedes discipu-
lorum, ostendens humilitatē omnem, in qua est
omnis fortitudo. Superbia autem fragilis est, &
omnis fortitudo de humilitate est. Loquens er-
go de fortitudine dixit, Pręcinxit se, scilicet hu-
militate quam in se habuit, & aliis ostēdit: quasi
ante se ponēs illa. Vnde pręcinxit se linteo, & la
uit pedes discipulorū: quia tūc humilis fuit, dās
Matt. 11. exemplū humilitatis, sicut ipse docuit, Discite
à me, quia mitis sum & humilis corde, vel aliud
in hoc verbo potest intelligi, id est, patiētia quæ
per fortitudinem accipitur, qua & opus est in-
ter detractores maxime qui præsentibus detra-
hūt. Detrahit enim quis tibi absenti, quod quia
non sentis, nō est tibi opus fortitudine: detrahit
quis & tibi pręsenti, vbi opus est vt pręcingas te
fortitudine, ne irascaris, quia melior est qui vin-
cit iram quàm qui capit ciuitatē. Præcinxit, er-
go, Se fortitudine patientię, quā ante se habuit.
Ex Hier. Vel, Precinxit se, cœtu angelorū ascēdens ad pa
& Alcu. trem, vel pręcinxit se, strenuitate operādi. Et si-
Ex Aug. cūt Christus indutus fuit & præcinctus fortitu
dine: Sic fit homo immobilis per fortitudinem,
& est orbis qui nō cōmouebitur. De quo subdit,

Locus III 2 Etenim firmauit orbem terræ qui non commouebitur.

Ex Cass. ETENIM firmauit orbem terræ] Hīc est
Ex Aug. tertius locus ab operibus. q.d. Decōrem & for-
titudinem induit vtique ad hoc vt fundaret ter-
rā, vnde addit [ETENIM firmauit] in fide [Or-
Ex Cass. bem terræ qui non cōmouebitur,] id est, in to-
& Aug. to orbe parauit qui non commouebuntur vlla
cōcussione. In toto enim orbe sunt stabiles, sunt
& mobiles paleæ: orbis ergo qui nō commoue-
bitur, est credēs in Christum, paratus non mol-
lescere linguis laudantium, nec frāgi linguis vi-
tuperantiū. Sequitur locus à potestate, quartus

Loc. IIII 3 Parata sedes tua ex tunc: à seculo tu es.

Ex Cass. PARATA] ēst [SEDES tua] qua sedes ad
Ex Aug. dexteram patris, scilicet vel infidelibus. Anima
enim tranquilla & humilis, sedes dei est. Vnde,
Spiritus meus requieuit super humilē & quietū.
Esto ergo humilis & quietus, vt in te habitet
deus. Parata est dico [EX TVNC] vel, Ex illo,
alia litera. per hoc, gratiæ tempus designat, for-
te intelligit hoc ex die antesabbatū, id est sexto
tempore huius mūdi, quo dominus venit: id est,
parata est ab incarnatione, quando veniens ho-
mines docuit. Sed ne tūc putes cū cœpisse quā-
do natus venit: quia [A SECVLO,] id est, ab ę-
terno [TV ES] Vel ita continua, Licet dixerim
sedem paratam extunc, tamen, A seculo, id est,
ab æterno, Tu es, proprie. Ex gl. int.

4 Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem suam, Locus VI.
5 Eleuauerūt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarum.

ELEVAVERVNT] Quintus locus à lau- Ex Cass.
de vniuersitatis, & legitur talis litera [ELEVA-
uerūt flumina domine vocem suam à vocibus
aquarum multarum] Cæterā quæ interponun- Ex Alcu.
tur, nō sunt in editione Septuaginta interpre-
tum, quam Augustinus exponit. q.d. Sēxto die Ex Aug.
venit dominus, & veniens discipulos suos ele-
git, quos spiritu sancto impleuit. Vnde dicun-
tur flumina, de quo alibi fluminis impetus læti- Psal. 85.
ficat ciuitatem dei. Hæc ergo, Flumina, id est, a-
postoli impleti misso spiritu, Eleuauerūt vocem
suam, id est, fortiter & alte locuti sunt, qui pri-
mo timuerunt. Vbi autem impleti sunt spiritu
sancto accersierūt eos Iudæi, & præceperunt ne
omnino loquerentur, neque docerēt eos in no-
mine Iesu. Quibus Petrus & Ioannes dixerunt,
Non possumus nō eloqui quę vidimus & audi- Act. 4.
uimus. Eleuauerunt, ergo, Flumina vo. suā, quia
discipuli audientes leuauerūt vocē, omnes vna-
nimes ad dominū, dimissi à cōcilio Iudæorum.
Apostolis autem leuantibus vocē suā, multi cre-
diderūt & impleti spiritu sancto, & ipsi clama-
uerūt. vnde sequitur, Et factus est clamor, A vo
cibus aquarū multarū, cū omnes vnanimes, tan-
quam multæ aquæ eleuauerunt vocē, & cœpe-
runt multa flumina clamare de paucis. Illis au-
tem clamantibus,

6 Mirabiles factę elationes maris: mirabilis in altis dominus.

MIRABILES] factę sunt [ELATIONES] vel, Su- Ex Aug.
spensuræ [MARIS] .i. seculi, quod cœpit irasci &
persequi fideles, sed [Mirabilis] est [Dominus in
altis] ambulat enim super aquas maris .i. super ca
pita potestatū & regū terrenorū, quos subiugat
& premit vt sit pax ecclesię. quod significatum est
olim dū super aquas ambulauit. Vēl secundū eā- Ex Cass.
dem literā, nō mutato principio sic potest legi, & Alcui.
sub alia distinctione, Eleuauerunt flum. voc. do,
hoc nō mutatur. quod autē sequitur, Eleua. flu. suos,
hoc deest in aliis editionibus sicut diximus,
A vocibus aqua. multarū, factæ sunt; Mirabiles
elat. maris. Aquę sunt gentes, quæ deum laudāt.
Vnde mare .i. seculū multū ascēdit, cum in man-
datis dei firmatur. Sed vt hæc omnia ad deū refe-
rantur, qui facit omnia bona, addit, Mirabilis in
altis dominus. Vēl secundum literam nostram, Ex Rem.
sic potest legi totum. Firmauit dominus orbem:
& dum firmaret, Eleuauerunt flumina domine
eleuauerunt flumina vocem suam .i. philosophi
eleuauerunt contra deum vocē cōtradictionis.
Et, Eleuauerūt flumina fluctus suos .i. ipsi tidem

eleuauerunt fluctus suos persecutionis concitatos, A vocibus aquarum multarum, id est, populorum multorum. &, Mirabiles, factæ sunt, Elationes maris, id est, seculi. Non mutatur hoc à prima lectione. similiter & illud quod sequitur, Mirabilis in altis dominus.

LOCVS VI 7 Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo domine in longitudinē dierum.

Ea Cass. Ea Alcui. TESTIMONIA] Sextus locus à veritate dictorum. q. d. Quia mirabilis elatio maris, & quia mirabilis in altis dominus [TESTIMONIA tua domine facta sunt nimis credibilia, quia Ex Aug. illud totum ante dixerat, in me pacē, in mundo pressurā habebitis. Cū ergo viderēt pressuras, sperabant & coronas ea prædictione. & ita, Sūt Ex gl. int. facta testimonia tua credibilia nimis, ratione & Ea Alcui. & Cass. auctoritate, & miraculis. Vel ita seculum firmatum est in mandatis Dei, & gentes laudant. Et cum hęc sint, Testimonia tua. f. testimonia prophetarum, Facta sunt nimis credibilia, id est facta sunt vera. i. in Christo impleta. [DOMVM LOCVS VII Ea Cass. & Aug. tuā] Sëptimus locus à laude domus. q. d. Quid de his omnibus est factum? domus, quam [DOMUM tuam] ô [DOMINE] per totum orbē qui non cōmouebitur [DECET sanctitudo] .i. aduentus tui benedictio, quod est decus ecclesiæ ę- Ex Aug. Ea Alcui. ternū. Et hoc [IN lōgitudinē dierū] quia si multi cadūt, domus tamē stat multo tēpore. ❡Nōta psalmū istū in matutinis laudibus ante alios cantari, quia Christi laudē & laudis locos plenissime licet breuibus verbis continet.

COLLATIO

In psalmum 92. Dominus regnauit, decorem, &c.

5 FLVCTVS suos.] Hieronymus, Nebiensis, Pratensis, Pellicanus. Gurgites suos, quod idem est. Sanctes, Mūsterus, Interpretes pro Caietano, cōtritionem seu illisionem, sed & fluctuum, vt omnino sit eadem sententia, דָּכְיָם dociam. Sed & hanc particulam, eleuauerūt flumina fluctus suos, quam magister dicit nō haberi in Septuaginta, nūc legimꝰ, ἀρῶσιν οἱ ποταμοὶ ἐπιτρίψεις αὐτῶν. Cæterum in editione Romana desideratur.

XCIII. PSALMI TIT.

Psalmus Dauid, quarta sabbati

☞ In plerisque psalmis sunt tituli additi à Septuaginta vel ob decoris gratiā vel ob spiritussancti authoritatē, iuxta ea quæ dicit Hieronym. in secūdo prologo ad libros Paralipom. ☜

Ex Aug. DEVS vltionū dominus] Titulus [PSALMVS Dauid, quarta sabbati] Infirmis qui & murmurant in deum corde vel verbis, videtur deus hæc pręsentia negligere, vbi indiscrete bona & mala, bonis & malis dantur, & amplius bona malis & mala bonis. Vel videtur ęque malos & bonos habere, vel etiam amplius malis fauere. propter hoc homines infirmi aduersus deum murmurāt, & impatientes quasi frustra sint boni, vel mala aperte agūt, similes leoni: vel si timore hominum non audēt, tamen intus habent, similes lupo. & innēta occasione nocēdi, non mali fiunt, sed quod erant, produt. Lupus enim & leo non similiter nocēt, sed similiter cupiunt. ęqua est illis voluntas, sed dispar facultas. Ille enim timet canem: iste non timet. Hos ergo murmurantes corde, vel erumpentes in dicta vel facta, curat hic psalmus totus, docens patientiam. Vnde bene intitulatur, [QVARTA sabbati] quo die fecit deus luminaria, solem in potestatem diei, & lunam & stellas in potestatē noctis. Isti sunt sancti, qui lucēt in medio huius nationis prauæ & peruersæ sine murmuratione fiat in cęlo. quibus dicit apostolus, Omnia facite sine murmuratione, positi in Phil. 2. medio nationis prauæ, vbi lucetis tanquam luminaria in mundo. Horum enim cōuersatio in Phil. 3. cælis est, vnde & despiciunt quæ in terra fiunt. quasi dicat, nō curent quæ hic fieri vidēt, sicut luminaria placide peragunt cursus suos, quicquid in terra agatur. Et est sensus tituli [PSALMVS] iste est [DAVID] ꝓphetę, habitus [QVARTA sabbati] .i. āgēs de patientia sanctorum, qui Ea Aug. significātur per luminaria facta quarta sabbati. Intentio. Monet ad patientiam. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo propheta assumens quęrimoniā infirmorū, cur peccatores glorian- Ea Cass. tur, præmittit vnde sanentur, scilicet quia dominus in eos vindicaturus est. Secundo, contra blasphemos inuehitur, ostendens deū scire hæc, & curare, ibi, Intelligite. Tertio dicit, quod mala seculi per iniquos fiunt iustis, vt puncti clament ad deū, ibi, Quis exurget. Cōtra blasphemos ergo qui putant deum non vindicare, pręmittit, dicens,

DEVS vltionū dominus: deus vltionū libere egit.

DOMINVS] qui putatur à qui- Ex Aug. & gl. int. busdā non vindicaturus, est [DEVS vltionum] & vt amplius cōfirmet, repetit, [DEVS VLTIONUM] q. d. non putabatur vindicare etiā malos: sed vēre vindicat. Ne Ex Alcu. ergo festines alium punire, si ipse te læsit sicut Ex Aug. nolles puniri alio rogāte quē læsisti. Nōli misericordiæ pontem subuertere, quē transisti: & si ille peccat in te, ne pecces tu deterius blasphemans deum, appende in statera ęquitatis illum furē, & te blasphemum. Ille enim te dormire putat, tu verò deū. Ille somnū captat, hominis vt aliquid inuolet: & tu dicis, quia deus dormit, & hominē nō videt. Nec optes vindictā, quę si venerit, forsan te prius inueniet. Vnde scis eū vindicaturum? quia in carne loquens [LIBERA] vel, Fidēter, alia litera [EGIT] quia nulli pepercit, vicia hominū medicus secuit. Libere, ergo, Egit, tēpore infirmitatis, vt quando in templo docuit tanquā potestatē habens, quia nec veritati eius, nec potestati, poterat obuiari. Quid

ergo in iudicio faciet? vtiq; qui iudicãdus non pepercit in verbo iudicaturus nõ parcet in facto. Vnde conuersus ad dominum ait,

2 Exaltare qui iudicas terrã: redde retributionem superbis.

Ex Alcu. EXALTARE] q.d. Et si illi ita te occiderũt,
& gl.int. quia fidẽter egisti, nunc [EXALTARE] vt iam
Ex Aug. contra te nihil possint. Vel ita cõtinua. Et quia
Ex gl.int. ita tunc egisti, nunc, Exaltare, resurgendo, ascen-
Cassiod. dendo, vt iam contra te nihil possint. [QVI iu-
& Aug. dicas terram] id est terrenos. Et [REDDE re-
tributionẽ superbis] non his qui pœnitent. Ideo
dico redde, quia,

3 Vsquequo peccatores domine: vsquequo peccatores gloriabuntur?

Ex Aug. VSQVEQVO &c.] Vel ita continua. Di-
co redde, sed quando hoc erit? quærit pro te, vt
in illo inuenias quod tu nescis, qui non nescit.
quærit ergo quando fiet, sic dicens, [VSQVE-
quo peccatores domine, vsquequo peccatores]
Ex Cass. hæc repetitio dolorem expectationis significat,
quia bonis grauis est iactantia malorum. Vsque-
Ex gl.int. quo, inquam, [GLORIABVNTVR] non mo-
do peccabunt?

4 Effabuntur & loquentur iniquitatem: loquentur omnes qui operãtur iniustitiam.

Ex Alcu. EFFABVNTVR & loquentur] Expõnit
eorum peccata. q.d. Verè sunt peccatores, quia,
Effabuntur, id est omnes prauas cogitationes
Ex Aug. efferent, [ET loquentur iniquitatem] cõtra
deum dicentes, Deus non curat hæc, vel placẽt
Ex Cass. ei quæ facimus. Vel, Effabuntur, pũblicas per-
suasiones. Et loquentur iniquitatem, id est pri-
uatas persuasiones, ne quod tempus sit vacuum
Ex Aug. à culpa. Vel secundum aliam literam, quæ est,
Respondent & loquentur. q.d. peccant & glo-
riantur. Et hoc ideo, quia, Respondent, id est ha
bent quid respondeant inistè arguenti, dicentia,
Cur non facerem quod libet? ego sum felix, iu-
stus vester miser est: talia suæ responsionis inue-
niunt argumenta. Et hoc respondendo, Loquen
tur iniquitatem, dicentes deum non curare hæc.
Ex Cass. Deinde procẽdit exaggerando, [LOQVENTVR
& gl.int. omnes qui] etiam [OPERANTVR] nõn solũ
loquũtur [INIVSTITIAM] Deinde exponit
quam iniustitiam operentur, hanc scilicet,

5 Populum tuum domine humiliauerunt: & hæreditatem tuam vexauerunt.

Ex Aug. DOMINE populum tuum humiliauerunt]
& Cass. id est iustos in quos volunt superbire. Deinde
determinat populum, dicens, [ET hæreditatẽ
tuam] hæc est populus, [VEXAVERVNT] nõ
perdiderunt.

6 Viduam & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.

Ex Cass. VIDVAM & aduenam] id est peregrinum
Ezech. 4 [INTERfecerunt, & pupillos occiderunt] ad li
Deut. 10 terã. Hõs deus tuetur, & pręcipit adiuuari, & ita
maius crimen. Vel typĩce per viduã, significãtur Ex Alcu.
illi, quib' error maritus mortuus est. & aduenas Heb. 13.
dicit illos, qui non quærunt hic manentem ciui
tatem. & pupillos dicit eos, qui sunt sine patre
diabolo, & sine matre concupiscentia.

7 Et dixerunt, Non videbit dominus: nec intelliget deus Iacob.

ET dixerunt,] Eccẽ blasphemia [NON vi- Ex Cass.
debit dominus] Hõc ideo dicit malus, quia ta- Ex Aug.
cet modo deus non vindicando, & putat et placere.
[NEC intelliget] q.d. & si videt non appo
net cordi, id est non curat. q.d. non attendit ista,
negligit ista, nec attendit vt videat, non me cu-
rat deus quid agam, alias res curat, [DEVS Ia-
cob] id est Christianorum, de quo hoc non de- Ex Cass.
berent dicere. & gl.int.

8 Intelligite insipientẽs in populo: & stulti aliquando sapite. PARS II

INTELLIGITE insipientes] Sẽcunda pars, Ex Alcu.
vbi contra blasphemos inuehitur, ostendens deũ
scire hæc, & curare. Prudenter & iustè disponen
do de malis, quibus foditur fouea: & de bonis
qui patientes afficiuntur, quod consilium suum
malis incognitum, suis amicis aperit. q. d. Vos
mali ita dicitis: sed ò peccatores, Intelligite, qui
estis, Insipientes, quorum scilicet pedes nutant,
æmulando prosperantes in malis. Et hoc [IN Ex Aug.
populo] quia publicè docent, quod male didi-
cerunt, [ET] vos [STVLTI] Stulti sunt qui a- Ex Cass.
pertè blasphemant, dicentes deum non videre.
[ALIQVANDO sapite] Vel ita, Vos insipien Ex Aug.
tes, id est nescij, Intelligite, qui iam bene viuen- & gl.int.
do, Estis in populo, id est in numero bonorum.
& vos, Stulti, id est improuidi. & si scitis, Aliquã
do sapite, quid? illud,

9 Qui plantauit aurem non audiet? ut qui finxit oculum non considerat?

QVI plantauit aurem] vt audires [NON au Ex Hier.
diet] non dico non habet aurem, quia has virtu-
tes habet deus, sed non membra. q.d. qui fecit ti Ex Aug.
bi vnde audias, non habet vnde audiat. [AVT
qui finxit oculum non considerat] vtique con- Ex Cass.
siderat. Nulli enim tantum dedit, quantum in
se habet. & nonne arguet in iudicio?

10 Qui corripit gentes non arguet? aut qui docet hominem scientiam?

QVI] mõdo [CORRIPIT gentes] q.d qui Ex Alcu.
corripit quotidie pro originali peccato gẽtes,
nonne arguet pro superadditis? Vel secundum
aliam literam, Qui erudit gẽtes, propter quam Ex Alcu.
eruditionem, misit deus filium suum, & ante
ipsum, & post ipsum misit seruos suos, id est prophetas
& apostolos. Nonne ergo [ARGVET]
id est iudicabit quibus sermonẽ doctrinæ præ-
misit? Magister in schola erudiens, committit ti
bi vt reddas: vtique quando accipis à magistro,
eruditis: committit tibi magister quod prębet, &
nonne exiget vt reddas? & cum cœperis redde-

re,ſine metu eris plagarum? Sic deus exiget q̃d
ſeminauit. Qui enim modo accipimus, poſtea
ſtatuemur ante magiſtrum,vt reddamus ratio-
2 Cor.5 nem de omnibus. Vnde Apoſtolus,Omnes aſta-
bimus ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſ-
quiſq; &c.[ET qui docet hominẽ ſcientiam?]
ipſe eſt ſine ea, & ipſe neſcit, qui te ſcire facit?
abſit.

11 Dominus ſcit cogitationes hominum: quoniam vanæ ſunt.

Ex gl.int. DOMINVS ſcit]q.d.verè ſcit, quĩa [DO-
minus etiam [ACIT cogitationes hominum]
Ex Aug. Et hoc ſcit,[QVONIAM vanæ ſunt]tu vero
neſcis cogitationes dei, quoniam iuſtæ ſunt:ſed
ipſe vanas eſſe ſcit cogitationes hominum. &
Ex Caſſ. reuĕra talium hominum cogitationes ſunt va-
næ,quod ipſi per ſe non poſſunt ſcire,ſed domi
Ex Aug. nus nouit eſſe vanas.Idĕo has relinquite,vt cõ-
prehẽdatis cogitationes dei,quę ſunt ſapientes:
quas comprehendit,qui eſt in firmamento cæ-
li,alius non:ſed amicis factis prodit deus conſi-
lium ſuum.ſ.cur malis parcit. Vnde ſubdit,

12 Beatus homo quem tu erudieris domine: & de lege tua docueris eum.

Ex Alcu. BEATVS homo &c.] q.d. Illi ſunt vãni,
& gl.int. ſed,Beatus,eſt,[HOMO quem tu]ô domine[E-
RVDIERIS]vt puerũ, per tribulationes.[ET
de lege tua]non de vanitate[DOCVERIS
eum]vt adultum,ſcilicet quem cæleſti doctrina
confirmas.Et nota quia eruditio dupliciter fit,
ſcilicet per diſciplinam tribulationum:vnde ad-
dit,Quem tu erudieris, & per doctrinam legis:
vnde ait,Et de lege tua docueris eum.Hi autem
Ex Aug. qui erudiuntur, ſic ſunt quaſi luminaria in cæ-
in præfa- lo.Lex enim dei cælum eſt,in quo fixa ſunt lumi
tione pſa. naria,id eſt ſancti meditando in lege, ne moueri
queant. Vnde in titulo mentionem fecimus. de
Pſal.103 hoc cælo alibi dicitur, Extẽdit cælum ſicut pel
lem,hic extenditur enim liber dei vt pellis,vt in
eo legatur quod modo neceſſe eſt diſcituris ho-
minibus. Cum autem in futuro omnes ſciens
deum,cælum ſicut liber placabitur: ex lege ergo
dei diſce patientiam vt patienter feras,donec fo
diatur peccatori fouea. Nõ eſt enim tuum ſcire,
quomodo & cur fodiatur illi.

13 Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.

Ex Aug. VT mitiges] q.d. docueris,ad hoc vtique,vt
[A diebus malis] quibus florent mali, & labo-
rant boni, [MITIGES ei] vt patienter feras
quicquid hic agitur,ſicut luminaria peragũt pla
cide curſus ſuos, quicquid infra agatur vel ab
hominibus in ea, id eſt contra ea dicatur. Miti-
ges,[DONEC fodiatur peccatori fouea] felici-
tas malorum fouea eſt:labor bonorum flagellum
patris eſt.Ideo autem felicitas eſt fouea, quia cũ
deus parcit, per impunitatem fit homo elatus:
& cum putat ſe altum,cadit. Vnde alibi, Deie-
ciſti eos dum alleuarentur. Ecce iam eſt conſi-
Pſalm.72 lium dei,quo malis parcit. Ideo enim malis par
citur,vt fodiatur fouea eis. adhuc foditur fouea
peccatori,& tu iam vis ſepelire eum? nimis feſti
nas, expecta, Donec fodiatur fouea peccatori.
Non omni quidem peccatori, ſed ſuperbo. Vn-
de ſupra dixit, Redde retributionem ſuperbis, Lucæ 18
non Publicano confitenti, ſed Phariſæo ſuper-
bienti.Superbus autem eſt ille qui non humilia
tur ad pœnitẽtiam. Deinde qui ſibi dat bona, ſi
qua habet. Et ſi attribuat deo, inſultat eis qui
non habent,& ſe ſuper eos extollit. Ergo prius
humiliare ad pœnitentiam,poſtea ſi bene viuis,
age gratias ei,à quo habes, nec alium deſpicias:
& ſi illi foditur fouea.quid mihi qui laboro? ec
ce magnum quid.

14 Quia non repellet dominus plebem ſuam: & hęreditatem ſuam non derelinquet.

QVIA non repellet dominus]Vĕl ita con- Ex Aug.
tinua,Bene dixi mitiges, Quia dominus nõ re- & gl.int.
pellet, vt abiectam [PLEBEM ſuam] & ſi ex-
ercet eam,vt det hæreditatem æternam [ET hæ
reditatem ſuam non derelinquet]vt inadiutam.
Non derelinquet dico,

15 Quoadusque iuſtitia conuertatur in iudicium: & qui iuxta illam? omnes qui recto ſunt corde.

QVOADVSQVE iuſtitia] id eſt,Illi qui mo Ex Caſſ.
do iuſti ſunt. Et ideo iudicati, [CONVERTA- & gl. int.
tur in iudicium]vt diiudicent, quia tunc erunt
iudices illorum. Vnde, Sedebitis & vos, ſuper ſe
des duodecim &c. Sed ne dubites qui ſint. iſti,
quærit & ſoluit,dicens[AT qui] ſunt [IVXTA Ex Aug.
illam?]ſoluit [OMNES qui recto ſunt corde]id
eſt qui ſunt ſine errore. Vel ſecundum aliam li-
teram,Et qui habent eã,id eſt iuſtitiam,Omnes
ſunt recto corde, id eſt hoc volunt quod deus
vult,ſcilicet expectare malos & huiuſmodi. Qui
enim voluntatem ſuam tortuoſam diuinæ vo-
luntati ſubiiciunt, & ad regulam diuinæ volun-
tatis dirigunt, recti corde ſunt,quod Chriſtus
in paſsione nos docuit,duas exprimens in ſe vo
luntates.ſecundum duas naturas, & humanam
ſubiiciens diuinæ voluntati,præfigurans in cor
pore ſuo,id eſt in eccleſia,quoſdam futuros, qui
voluntatẽ ſuam vellent facere,ſed poſtea ſeque-
rentur voluntatem dei. Infirmos enim in ſe pręe-
figurans dominus, id eſt perſonam infirmorum
gerens,illiſque compatiens,ait,Pater ſi fieri po-
teſt,tranſeat à me calix iſte. Ecce habes hominis
voluntatem, quam ad diuinam continuo diri-
gens,ait, Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſi
cut tu vis. Ibi ergo infirmitatem humanã præ-
ſignauit. Non enim verè .i. ex neceſsitate, do-
minus timebat pati, tertia die reſurrecturus, cũ
arderet Paulus diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Iſte
gaudet coronãdus,& dominus triſtis eſt corona
turus alios. Sed triſtitiã ſic aſſumpſit, quomodo
carnem,ſcilicet voluntate non neceſsitate. Fuit
enim triſtis vt euangelium dicit. Si enim triſtis
non fuit,cum euangelium dicat, Triſtis eſt ani-
ma mea vſque ad mortem, ergo & quando di-
cit,Dormiuit Ieſus,non dormiuit. Vel cum di-
cit manducaſſe,non manducauit. Et ita nihil ſa

num relinquetur, vt etiam dicatur, quia corpus nō erat verū. Quicquid ergo de illo scriptū est, verū est. Factum est ergo, & tristis fuit, ed voluntate tristitiam suscepit veram: quomodo voluntate carnem veram.

PARS III 16 Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecū aduersus operantes inquitatem?

Ex Caſſ. QVIS consurget mihi] Tertia pars, vbi dicit quod fluctuatio fit iustis, & fluctus seculi, id
Ex Alcu. est mala per iniquos, vt puncti clament ad deū, & nihil alind eis placeat, & tunc gratior sit libe
Ex Aug. ratio. q.d. Vndiq; multi suadēt mala, nescientes quomodo iustè deus hæc mundana regat, sed, [QVIS consurget] q d. fluctuo, prope vincor. Quocunque respicio occurrūt mihi mala: sed vnde vincam? Quomodo ergo ero rectus, cui tot obsunt? Et hoc est, [QVIS consurget mihi]
Ex Caſſ. id est prŏ me, [ADVERSVS malignantes] id est dæmones. [AVT quis stabit] id est perseuerabit [MECVM] in acie pariēs, quia ille vincit, qui sustinet: perdit ille qui ferit. Stabit, dico, [ADVERSVS operantes iniquitatem] q. d. nullus, nisi dominus. Homo enim non potest, sed dominns, quod per effectum ostendit.

17 Nisi quia dominus adiuuit me: paulóminus habitasset in inferno anima mea.

Ex Aug. NISI] enim hoc esset, [QVIA dominns adiuuir me, anima mea paulominns habitasset] vel habitanit, vel habitanerat, [IN inferno] .i. in fouea quæ pararur peccatori, id est penè cōsenserat, vel consensit impijs. Iam enim nuta-
ExCaſs. bat, iam prope consentiebat malis. Vănis enim persuasionibus poterat decipi, nisi dominus liberaret. sed

18 Si dicebā, motus est pes meus: misericordia tua domine adiuuabat me.

Ex Aug. & Caſſ. SI dicebam, motus est pes mens, misericordia tua domine adiuuabat me] cōntra motionē meam. Ecce quomodo cōfessionem amat deus,
Ex Aug. confitere motum & euadis. Mŏs vt iudici cul-
Matth.14 pa nnn negatur, liberat: sicur Petrum liberauit super aquam ambulantem ne mergeretur, qui domino dixit, Domine, Si tu es, iube me venire ad te super aquam. cui dominns dixit, Veni. Vt enim Christus sua potestate super mare ambulat, id est calcat capita superborum, & fluctus seculi, ita iussn eius, Petrus, id est ecclesia, sed ex infirmitate tirubat & clamat, Domine pereo. Et misericordia manum porrigit: sicut dominus porrexit manum Petro, dicens, Modice fidei, quare dubitasti? Quod ergo hic dicitur, motus est pes meus: hoc ibidem, pereo. & quod hic dicit, Misericordia tua domine adiuuabat me,
Ex gl.int. & Caſsio. hōc ibi, porrexit Iesus manum. pericnla autem dulciorem faciunt liberantem. Vnde & contra mala seculi consolatio subditur, quæ tunc est lætior. Vnde ait,

19 Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

ET consolationes tuę lætificauerūt animam meam] & si corpus vritur, quæ sunt [SECVN- Ex Aug.
dum multitudinem dolorū meorum] Mūlti sunt dolores & amari, sed multæ cōsolationes & suaues, non desunt laboranti, & hæ consolationes sunt [IN corde meo] pĕr hoc salubres esse co- Ex Caſſ.
gitationes significat, vt cum ęternas retributiones cogitaret, mala tēporalia despiceret, me adiuuat misericordia. sed,

20 Nūquid adhęret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in præcepto?

NVNQVID adhæret tibi sedes iniquitatis?] Nemo iniquus sedet tecum, quia nulla conuentio luci ad tenebras. Vel, Sedes iniqnitatis, Ex Aug.
est pōssessio mundi cum amore, quæ non hęret Ex Caſſ.
deo, qui suos præcipit hæc fugere, [QVI fin- Ex Aug.
gis] q.d. ex hoc intelligo, quod non hæret tibi aliquis iniquus, quia nec nobis pepercisti à flagello. Et hoc est, tu es, Qui fingis, & facis & formas, Laborem vel [DOLOREM] alia litera, etiam filijs. Sicut enim Petrus dicit, Modo incipit iudicinm à domo dei, id est à fidelibus: & si flagellantur filij, quid debent sperare serui nequissimi? Et item, Si initium à nobis, quis finis eorum qui non credunt euangelio? Et item, Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Quomodo ergo erunt tecum iniqui? cū nec fidelibus tuis à flagello parcas. [IN pręcepto] q.d facis dolorēm, & ille dolor vel labor Ex Aug.
est, In præcepto, id est habet vicem pręcepti. Si & Alcu.
cut enim præceptum corrigit, ita dolor flagelli emendat filios: vnde bene posuit, Fingis, id est facis & formas. Dolor enim alius formatus, alius informis. Formatus est qui erudit & emendat, & ille dolor est præceptum: & alter est infor-
mis. Vĕl ita, Fingis laborem vel dolorem in prę- Ex Aug.
cepto, id est de labore vel dolore præceptum fa- & Caſſ.
cis nobis, vt ipse labor vel dolor sit pręceptum.
Nām præceptnm eius continet, Beati qui lugēt Ex Aug.
& qui persecutionē patiuntur propter iustitiā. Merito hoc præcipit, quia labor est preciū regni dei, quo ipsum venale ematur. Ideo pręcipit deus laborem & dolorem, vt non sit homo sine timore, nec amet aliquid aliud oblitus veri boni. In tranqnillis enim dormit Deus Christus, & tunc surgit fluctus, in quo excitatur: ita in quibusdam repescit fides Christi, in tranquillitate ocij, & surgit fluctus tentationis. Excitēt ergo fidem & sic liberantur.

21 Captiuabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt.

CAPTIVABVNT] q.d. & cum nihil malis Ex Alcu.
hominibus tecum sit, ad quid ergo sunt? vt de eis pungas bonos, vt boni puncti ad te clament.

Et demũm hi pereant. quæ tria his tribus versi-
Ex Aug. bus ostenduntur. q.d. Itã fingis laborem & do-
lorẽ, quia de malis exerces bonos & erudis. Ca-
Ex Caſſ. ptiuabũr [IN animam iusti] Quĩa enim vera
& Aug. non possunt, falsis crimina obiiciunt. [ET] cum
in anima non possunt nocere, [SANGVINEM
innocentem condemnabunt] quod sceleribus
competeret. & quare hoc permittit deus?

22 Et factus est mihi dominus in refugium: & deus meus in adiutorium spei meæ.

Ex gl. int. ET] id est quia, sic [FACTVS es mihi domi
Ex Aug. nus in refugium] vt sim securus. Si enim nõ pe-
rielitareris, non quæreres refugium: pungeris do
lore vt quæras remedium, recedit spes seculi, &
venit spes dei. [ET deus meus in adiutorium]
factus est [SPEI meæ] Nondum enim est res,
sed spes in qua adiuuat, ne in spe deficiamus, sed
sperata consequamur.

23 Et reddet illis iniquitaté ipsorum, & in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos dominus deus noster.

Ex Caſſ. ET reddet illis iniquitatem ipsorum] Hõc
fine omnis dubitatio curatur. Aperte enim ostẽ
ditur, quod ista non negligit deus, sed oportu-
no tempore retribuit. [ET in malitia eorum] id
Ex Aug. est non secundum quod nobis de eis præstat, sed
Ex Caſſ. secundum quod intenderunt [DISPERDET
& gl. int. eos] id est à suo regno separabit, vbi, id est qua
separatione incõprehensibilis erit miseria, quod
veré poterit, quis ipse qui [DISPERDET illos]
est [DOMINVS deus noster.]

COLLATIO
In psalmum 93. Deus vltionum dominus.

1 LIBERE egit.] הוֹפִיעַ hophia, id est splẽdide appare. Vel, vt habet diuus Hieronymus, ostendere. Et ad consimilem modum cæteri. Cõciliabis lectioné nostram, à sensu non discedens, si intelligas potestatem omnipotentis dei manifesté patescere, & ob oculos poni, magis quàm lumen ipsum, quando vindictam infert liberé, pro suo nutu & arbitrio, nullo timore, nullo impediente, palam omnibus, in aperto, in manifesto.

4 EFFABVNTVR] Hieronymus & nonnulli alij, fluent. Sanctes, Munsterus, & translator ad Cãpensem, stant à nostra lectione. יַבִּיעוּ iabiu anceps est, etiam si fluxus maximé quadrat linguæ prauę & lubricæ. Vnde paraphrasis Campensis, Sceleratus animus erumpet in verba.

LOQVENTVR iniquitatem.] עָתָק athap vertit Hieronymus antiquum, id quod sequitur Pellicanus. Pratensis, elatum. Sãctes, dura. Munsterus, durum auditu. Interpretatio pro Caietano, forte. Quæ omnia aptissimé respondent iniquitati, vsqueadeo vt nihil magis. Vnde Nebiensis vertit inueteratam malitiam.

LOQVANTVR omnes qui operantur iniustitiã.] Illud qđ est loquẽtur, ad verbũ יִתְאַמְּרוּ iithammeru, intelligunt cũ iactantia. Hinc Hieronymus dixit, garrient. Munsterus, iactant. Pratensis, magnificabuntur, & alij quædam nõ dissimilia. Consentanea est expositio magistri.

In hoc versu docet diuus Hieronymus oportere interdum quædam addi apud Latinos, quæ non sunt apud Heb. aut Græcos, ob elegantiam sermonis. Ait enim ad Suniam & Fretellam, Beatus homo quem tu erudieris, domine, dicitis in Greco non esse, tu, μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἂν παιδεύσῃς κύριε, id est beatus homo quem quidem erudieris domine. Et verũ est. Sed apud Latinos propter εὐφωνίαν. i. consonantiã positũ est. Si enim dicamus, Beatus homo quẽ erudieris domine, compositionis elegãtiam non habebit. Sed quando dicitur domine, & apostropha fit ad dominum, nihil nocet sensui, si ponitur & tu.

15 QVI iuxta illã: omnes qui recto sunt corde.] Quum priori clausula præmitterentur iustitia, & iudicium, liberum erat dicere in sequenti, iuxta illam iustitiam, vel illud iudicium. Faber tamen nostram lectionem iugulat quasi ineptã. Hieronymus iuxta Hebr. dixit, illud, non illam, Esto illam vel illud, æquum est. Vnde Munsterus vertit, post illam incedent omnes. Et Augustinus luce clarius exposuit de iustitia. Qui habent modo, inquit, iustitiam, nondum iudicant. Primo est enim habere iustitiam, & postea iudicare. Similiter & Arnobius habet. At Faber opponit grecum αὐτό fœmininum, vt referatur ad κρίσιν fœmin. ge. Itidem id est interdum. Sed cur claudit oculos, & vult videre aliam particulam iustitiæ δικαιοσύνη?

17 PAVLOMINVS habitasset in inferno anima mea.] Satis cõsentiunt omnes, quia דוּמָה dumah significat sepulchrum, silẽtium, excisum, desertum, quæ vniuersa ad infernum referuntur, licet eum Lxx quidam vertunt, in inferno, alij in silentio, nonnulli succisa, vel deserta anima mea: vbi dicimus, In inferno anima mea.

19 SECVNDVM multitudinem dolorum meorum.] Hieronymus & plerique alij, pro doloribus, ponunt cogitationes, שַׂרְעַפַּי sarcapai, sed intelligendæ sunt cogitationes doloris, & ex consequentia orationis, consolationes tuæ, lætificauerunt animam meam. Vnde translatio ad Campensem, In multitudine cruciatuum meorum internorum.

20 QVI fingis laborem in præcepto.] עָמָל amal, fermé singuli vertunt laborẽ vel afflictionem. Sanctes trãstulit, iniquitatem, arbitror ob id quod omnem superat afflictionem, ac interrogatiné pronunciandum, formans iniquitatẽ in præcepto. Simpliciter alij intelligunt, nec omnes eodem sensu. Sunt qui referant ad sedem iniquitatis, quæ solet fingere laborem in præcepto, grauia imponendo vt volunt recentiores. Magis arrident antiqui, Hieronymus, Augustinus, Arnobius, Gregorius 18 lib. mora. cap. 12. Cassiodorus. Hi exponunt de deo, qui fingit la-

borem in præcepto, per quod impios corrigit, & correctos premiat, vt simpliciter & planè dicas, Qui fingis laborem in præcepto, semota intertogatione, quam priores persequuntur.

XCIIII. PSAL. TIT.

Laus cantici ipsi Dauid.

ἀντίγραφον ὡς ἑβραΐοις.

VENITE exultemus domino.] Titulus,
Ex Alcu. [LAVS cantici Dauid ipsi Dauid] Agitur hic de tempore gratiæ, in qua per
Ex Aug. Christum intratur in requiem. Vndē tam titulo quàm psalmo monet deum hilariter & deuotè laudare. Laus enim deuotionem, cantus hilaritatem significat, vt cum lętitia laudemus.
Ex Caſſ. Quid? psalmus indicat, scilicet deum. Et est sensus, [LAVS] ista [CANTICI] id est deuotionis & hilaritatis, sic [IPSI Dauid] .i. Christo.

Intentio. Monet ad exultationem, & laudem.

Modus. Bipartitus est psalmus. Propheta laudes Christi describens, Primo Iudæos inuitat, quos præuidebat posse resistere Christo. Secundo, ipse Christus monet eosdem ne obdurentur,
Ex Aug. ibi, Nolite. itaq; quasi ad magnas epulas inuitās, ait, O vos qui longè estis per dissimilitudinem,

VENITE exultemus domino: iubilemus deo salutari nostro.

VENITE] fide, &
Ex Hay. [EXVLTEMVS] mente,
Auguſt. & Caſſ. [DOMINO] non in seculo, [IVBILEMVS] voce, [DEO salutari nostro] Iesu. q.d. Gaūdiū
Ex Aug. sit tantum, quod verbis dici non possit, quod tamen intus conceptum, vox extra testetur. Et,

2 Præocupemus faciem eius in confessione: & in psalmis iubilemus ei.

Ex Aug. FACIEM eius] id est conspectum venturi
Ex gl. int. & Caſſ. iudicis [PRAEOCCVPEMVS] quia venturus est, ne inimicus accusando preueniat nos, & nequid in nobis tunc sit discutiendum. Et hoc [IN
Ex Aug. confessione] illum laudantes, nos accusantes:
Psalm. 65 quæ sunt vota distincta. de quibus alibi, Reddā tibi vota mea, quæ distingerūt labia mea. Distinguit ergo qui eum laudat, & se accusat. Gemina enim confessio est, laudis, scilicet & peccati. & confessio peccati pertinet ad laudem ignoscentis, de qua laude psalmus agit. [ET in psalmis iubilemus ei] id est quæ dicimus in psalmis vel facimus, sentiamus in iubilatione.

3 Quoniam deus magnus dominus: & rex magnus super omnes deos:

Ex Aug. QVONIAM deus] Hæc sunt verba illa quę pertinent ad laudem cantici huius. q.d. Ideo iubilemus & exultemus, [QVONIAM deus] est [MAGNVS dominus] summa potestate, [ET rex magnus super omnes deos] gentium. Vel magis deos dicit homines super quos rex est, non super dæmonia.

4 Quia in manu eius sunt omnes fines terræ: & altitudines mōtium ipsius sunt.

QVIA in manu eius sunt] post magnitudinem venit ad clementiam. q. d. Ideo iubilate, [QVIA in manu eius sunt omnes fines terræ] id est gentes. Vel secundum aliam literam, secundum quam additur, Quia non repellet dominus plebem suam, Quia in manu &c. q.d. ideo iubilemus, Quia non repellet dominus plebem suam, id est Iudæos, qui propriè sua plebs, cuius si aliqui rami fracti, tamen ipsa oliua remanet, de qua apostoli & alij multi, & ipse Christus. Inde, scilicet de hoc loco Apostolus testimonium accepit in epistola ad Romanos. Item ideo, Quia in manu eius sunt omnes fines terræ, id est gentes. Lapis enim angularis, & alios in se coniungit, id est gentes. [ET altitudines mōtium] id est terrenæ potestates, quæ prius erant aduersæ. Vel potestates cælorum, id est angeli, [IPSIVS sunt] Item ideo iubilemus. Ex Caſſ. Ex Aug. Ex gl. int.

5 Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & siccam manus eius formauerunt.

QVONIAM ipsius est mare] id est mūndus, Ex Aug.
[ET ipse fecit illud] cuius fluctus termino arcet deus, non permittens nos tentari supra id quod possumus, qui fluctus etiam prouentum nobis faciunt deo id agēte. Ipse ergo facit, quod nec scandala tibi nocent, quæ mensuram à deo
accipiunt, Quia ipsius est mare, dominio. Et Ex Caſſ.
ipse fecit illud, hoc addit vt scias ei subesse [ET Ex Aug.
manus eius formauerunt siccam] id est aridam terram, humanæ mentis, quæ recipit imbrem & fructificat, quam non finit fluctus tentationum operire.

6 Venite adoremus & procidamus & ploremus ante dominū qui fecit nos: quia ipse est dominus deus noster.

VENITE] Prius rudes vocauit ad exulta- Ex Caſſ.
tionem, iam ostensa gratia dei, vocat ad pœnitentiam quod durius est. q.d. Quia tanta facis; Ex Aug.
ergo, [VENITE] Repetit præmissam admonitionem. q.d. commemoratis à me laudibus, no-
lite longè stare vita & moribus, sed, Venite, prō- Ex gl. int.
pius [ET adoremus] quod plus est, [ET proci- & Caſſ.
damus] cum humilitate [ANTE deum] & si forte de peccatis, quæ vos longè fecerunt, sollicitj Ex Aug.
estis, plorate, faciamus qđ sequitur, [ET ploremus ante deum] Lachryma enim extinguit flammam peccati, quæ ardet in conscientia, [QVI fecit nos] q.d. qui opus suum non spernit. Ecce magna fiducia. à te enim deficere potes, tu te reficere non pōtes. Ille reficit, qui te fecit. Ideo adoremus, [QVIA ipse est dominus deus noster] qui adorandus est.

7 Et nos populus paſcuę eius: & oues manus eius.

Ex Aug. NOS] autem quid ſumus vt ſecuri ploremus & procidamus? ecce,[ET nos] ſumus [POPVLVS paſcuę eius,& oues manus eius.] Vide quã eleganter ordo verborum mutatus eſt. non dixit,oues paſcuæ, & populus manus eius, quod magis videtur cõgruere,quia ad oues pertinent paſcua:quod ideo fecit,vt ipſos intelligas, oues qui ſunt populus dei. Dicit etiam oues manus quas fecit,quia fecit nos eſſe oues. Et dicit hoc ad differentiam earum ouium quas emimus,quę non dicuntur oues manus,quia ſunt à nobis emptæ oues,ſed eas non fecimus,ſed ipſe gratia ſua fecit nos oues.

8 Hodie ſi vocem eius audieritis.

Ex Caſſ. HODIE ſi vocem] q.d.populus & oues ſumus,ſed his omnibus proponitur conditio.q.d.
Ex Hay. hac conditione dico,[SI hodie]id eſt tempore
Ex Aug. gratiæ[AVDIERITIS vocem eius]quĩ per ſe nũc loquitur,qui olim per ſeruum loquebatur, qui precones ante ſe mittebat, ipſe venire dignatus eſt.Ideo ne ſitis duri, ſicut tunc fuiſtis. Deinde quam vocem audire debeant,ſubdit,hanc.ſ.

PARS II Nolite obdurare corda veſtra.

Ex Caſſ. NOLITE obdurare] Secunda pars. Iam ipſe Chriſtus,monet ne obdurentur, ne contingat eis vt patribus,[NOLITE obdurare corda veſtra] Qui non credit, lapideus eſt,

9 Sicut in irritatione ſecundum diem tentatationis in deſerto, vbi tentauerunt me patres veſtri:probauerunt & viderunt opera mea.

Ex Caſſ. & Alcu. SICVT in irritatione &c.] Ipſa mãieſtas Chriſti loquentis,obſtinatos terret per patrum ſimilitudinem, vt vel id eſt ſaltem ſic molleſcerẽt.vel in perſona Prophetę ſub alia diſtinctione legi poteſt ſic.q. d. quia populus & oues dei ſumus,ergo,Hodie,id eſt ſemper,Si vocem eius audieritis,nolite obdurare corda veſtra,[SICVT] patres veſtri fecerũt,[IN irritatione] In perſona Chriſti loquitur hic propheta.Irritatione dico,facta[SECVNDVM diem].i.in die[TENtationis]factę[IN deſerto]tunc ſimiles illis eri-
Ex gl.int. tis,ſi duri fueritis. Eccẽ culpa parentum repeti-
Auguſt. & Caſſ. tur,vt vindicta timeatur[VBI tẽtauerunt me] an poſſem[PATRES veſtri]iam ne ſitis talium filij.i.imitatores,[PROBAUERUNT me]quid poſſem, [ET viderunt] oculis,ſed non crediderunt men ſe[OPERA mea] virtutis magnæ.

10 Quadraginta annis offenſus fui generationi illi: & dixi, ſemper errant corde.

Ex Aug. QVADRAGINTA annis fui generationi illi proximus] in ſignis & virtutibus. Vel [OFFENSUS]alia litera .i. implacabiliter fui iratus ge-
Ex Aug. nerationi illi.Numerus iſte myſticus eſt.Per 40
Ex Alcu. enim annos omnia deſignat ſecula. cõſtat enim ex denario, qui eſt primus limes numerorum. Et ideo plenitudinem ſignificat, & ex quaternario,qui ad quatuor tempora refertur. Vnde & dominus in huius numeri ſacramẽto, 40 dieb^9 ieiunauit.quãdo tẽtatus eſt, & 40 cũ diſcipulis poſt reſurrectionẽ fuit, ſignificans ſe nobis adeſſe cõſolatorem,& adiutorẽ in huius peregrinationis & tẽtationis tempore. Sicut ipſe ait,Vobiſcũ ſum vſq; ad conſummationẽ ſeculi.Et nõta quod Chriſtus 40 diebus ieiunans,& 40 cũ apoſtolis poſt reſurrectionẽ cõuerſatus,fecit vt totus mũdus crederet.Iudęi vero,nec beneficijs 40 annorũ acquieuerunt.[ET dixi] arguendo per miniſtros. [SEMPER errant corde]id eſt ſerio. vel,Corde,eis dato,quaſi per qđ nõ deberẽt.

Matth. 4
Actu. 1
Ex Aug.
Matth. 28
Ex Caſſ.
Ex Hay. & gl.int.

11 Et iſti non cognouerunt vias meas,vt iuraui in ira mea: ſi introibunt in requiem meam.

Ex Aug. & Hay. ET iſti non cognouerũt vias meas] & ideo; [SI introibunt]illi duri.Alij enim nõ introibũt [IN requiem meam]æternã ἀπαυσώπως.q.d. nõ introibunt, [VT].i. ſicut [IVRAVI].i.im-
Ex Caſſ. mobiliter ſtatui.nõ per aliũ,ſed p ſe iurat deus: per ſeipſum enim minas cõfirmat,vt & promiſſa.Iuraui dico,[IN ira mea]hoc ideo addit,quia iurat aliquando placidus,ſicut iurauit dominus Dauid veritatem.

COLLATIO
In pſalmum 94. Venite adoremus &c.

3 IVBILEMVS deo.] לְצוּר letzur.i. petræ ſeu fortitudini,per quã probè intelligitur Chriſtus,verus deus & homo.1.Corint.10.Petra autem erat Chriſtus.

4 FINES terræ.]Hieron.& paraphraſis Cãpenſis,Fũdamenta terræ.Pratenſis,explorationes.Sanctes,inueſtigationes.Mũſterus,Nebienſis,& Pellicanus,penetralia terrę. מֶחְקְרֵי אָרֶץ mehcqre aretz.i.inueſtigationes cõmodè explicãtur per fines,qui ſoli deo noti per ſe ſunt, ſecũdũ quãcunq; dimẽſionem. Hinc Munſt. in ſcholio,Nihil eſt tã abſtruſum,nihilq; tam parens in rerũ natura,quod nõ ſit in manu dei.Porro hęc clauſula, Quoniam non repellet dominus plebẽ ſuam,eſt in pſalmodia Romana, & qua vtitur quotidie eccleſia, in exordio penſi matutini. Nõ eſt tamen in Heb.nec in Lxx. Certè magnũ eſt,quod Apoſt teſte Augu. teſtimonium huius pſalmi, ex hoc loco deſumpſerit Romanorum 11. Inueni tamen in quodam exemplari græco, ὅτι οὐ μὴ ἀπώσεται κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ.

6 PLORAMVS ante dominum]Hieron.& alij genufle ctamus. נִבְרְכָה nibrecah. Apparet Lxx legiſſe נִבְכֶּה nibehch, abſq; reſch, & eſt, ploremus: quanquam vtrobique reuerentia & timor maieſtatis diuinæ exprimitur.

11 QVADRAGINTA annis.] Ad Heb.3. Græci codices perperam forte copulant ſuperioribus,vt ſit, Viderunt opera mea 40 annis. Siquidẽ & quod poſtea ſequitur,reclamat. Quibus autem offenſus eſt 40 annis? Etiam ſi forſan

vtroq; referri posit. Nempe quod viderint opera dei, 40 annis semper ingrati, ob quod etiam 40 annis infensus fuit illis deus.

OFFENSVS fui.] Hier. Displicuit mihi generatio illa. Pratensis, molestia affectus sum. Sic pene cæteri. Sanctes tamen dicit, litigaui. Interpretes pro Caietano, & paraphrasis Campensis itidem. Verum sensus eo tendit, vt huiusmodi contentio, deum irritatū insinuet. Nec dissidet nostra lectio. Tantū monet quod editio Romana, qua ecclesia vtitur in principio horarum matutinarū, habet, proximus fui: id quod Aug. sequens interpretatur de signis & virtutibus velut præsentiam dei ostēdentibus illi nationi. Vocabulum autem hebraïcum אָקוּט aqut, nihil tale sonat, nisi intelligas ideo ipsum deum magis illi populo insensum, quod non cessauerit in signis mirabilibus, ac beneficijs inexhaustis, sese præsentare 40 annis: ac huiusmodi lectio dicat causam iræ & exacerbationis: nostra vero dicat effectum.

12 SI introibunt in requiē meam.] Hier. ponit quidem negationem, vt nō introirent in requiem meam, sed sic vt explicet quid erat, si introibūt in requiem meā. Quia licet hebraïcè ponatur אִם im. i. si, & grecè εἰ: non est tamen nota conditionis, sed abiurantis & abominantia. Id quod clare persequitur Apost. ad Heb. 3. & 4. vbi vtrunq; ponit, &, si, &, non. Et enim postq̄ præmiserat, Si introibūt in requiē meam, infert. Quibus autem iurauit nō introire in requiem ipsius? Et in sequentibus repetit per, si.

XCV. PSAL. TIT.
Psalmus ipsi Dauid, quando domus ædificabatur post captiuitatem.

ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις

CANTATE domino] Titulus, [PSALMVS Dauid, quando domus ædificabitur post captiuitatem] In veteri testamē- Ex Caſſ. & Alcu.
to legitur quod domus dei. i. tēplum à Babylonijs destructū, post LXX annos captiuitatis, quādo filij Israel permittente Cyro rege redierunt Hierosolymam sub Zorobabel & Iesu sacerdote magno reædificatum est. per quā reædificationem intelligitur reædificatio spiritualis templi, de quo dicit Apost. Templum dei sanctū est, quod estis vos. Hoc tēplum à diabolo per peccatum subuersum est. Et homo in legē peccati & mortis captiuatus: sed per Christū reędificatur hoc templum toto orbe. Et homo à captiuitate ne pereat, liberatur: de qua reędificatione, nō de illa actuali agit hic psalmus. Et est sensus tituli, [PSALMVS] iste, est [DAVID] prophetæ, qui hic loquitur, agēs de hoc quod factū est [QVANDO domus dei ædificabatur post captiuitatē] quæ sub diabolo fuit per peccatū, sicut ad literā sub Zorobabel post captiuitatē Babyloniæ reædificatū est templum Salomonicum. Ex Caſſ. Et ēst iste psalmus secundus de vtroq; aduētu. Intentio. Mouet ad laudē pro reædificatione. Modus. Bipartitus est psalmus. Primo ad prælatos loquitur, vt ipsi cātent & annūtient omnibus. Secūdo ad subditos loquitur, ibi, Afferte domino. Præmonuit autē Iudæos in præcedēti psalmo, vt deposita duritia in Christum crederent: sed quia erat mansura, nunc omnes gentes monet, dicens ad omnes communiter,

ANTATE domino canticum nouum: cantate domino omnis terra.

CANTATE] lingua & vita [DOMINO] patri [CANTICUM nouum] exuentes. s. veterem hominē cum actibus suis, & induentes nouū: quod cantat qui amat. vetus autem cāticum cantat cupiditas: nouum charitas, quę ipsa est nouum canticū. Cantare autē, ipsum ædificare est. Quicquid ergo cātaueris de cupiditate, vetus cantas: quicquid de charitate, nouū resonas. Melius est vt nouus taceas, q̄ vt vetus cantes: quia si nouus tacueris auribus hominum, sonas auribus dei. Hypocrisis quoq; vetus cantat canticū. Paries enim dealbatus est hypocrisis, quæ foris lucet, intus lutū est. De isto pariete dicitur, In pariete nō coniuncto alijs, sed singulariter erecto si ostiū facias, quisquis intrauerit, foris est. Hic est hypocrita qui parietē vult struere dealbatū, nō solidatum. Et ideo, qui imitatur tanq̄ in eo ostium faciens, foris inuenitur. Quia enim ipse per ianuam non introijt, & ianua ipsius nō intromittit aliquem. Deinde repetit, [CANTATA domino] filio. Deinde quos cantare monuerit, ostendit, dicens, [OMNIS terra] id est omnes homines. Vnde domus dei reædificatur. Item repetit.

Ex Caſſ. Remigio & gl. int. Ex Aug. — Ex Aug. in sequenti versu. Actu. 23 — Ex Rem. & Caſſ.

2 Cantate domino, & benedicite nomini eius: annunciate de die in diem salutare eius.

CANTATE domino] spiritui sancto. Et dicit domino, ad distinguēdam personarū trinitatem: quia laus Christi honor est totius trinitatis. Et ēst figura ἐπιμονή. i. crebra repetitio sententiæ, quæ exaggerat in laude vel vituperatione. [ET benedicite nomini eius] quod est Iesus. i. saluator, vt dicatis esse salutare. Deinde ad prælatos loquitur, dicens, [ANNVNCIATE] ô vos prælati; sic crescit ædificatio domus dei. Quid? [SALVTARE eius] Et hoc [DE die in diem] id est cōntinue. vel de filio in patrem, vel de veteri testamento in nouum. Vētus & nouum testamenta, sunt dies, qui æterno sole clarescūt. Illud prænuntiat, hoc factum prædicat. Annūtiat ergo de die in diē, qui vtriusq; testamēti auctoritate vtitur in annūtiatione saluatoris. Illa quippe duo testamēta tanquā duo dies vnā lucē faciūt; nō lucet vnū sine altero. Ideoq; in Leuitico, Omne animal quod findit vngulam & ruminat, mūdum est. i. quod duas vngulas habet, quia mūdus est, qui duo testamēta seruat, quib⁹ affectuū meorum pedes à vitiorum spinis muniuntur. Immundus vnā vngulam tantū habet. Et ideo immundus est. Deinde vbi sit annunciandum, exponit, quasi quæreret aliquis, vbi vis annunciari.

Ex Rem. & Caſſ. — Ex Caſſ. — Ex Hay. & Alcu. & Caſſ. — Ex Hier. & Rem. — Ex Caſs. — Ex Hier. & Alcu. — Ex Aug.

3 Annunciate inter gentes gloriã eius : in omnibus populis mirabilia eius.

ANNVNciate gloriam eius] nõ vestrã [IN-
Ex Aug. ter gentes] prætermissis Iudæia pro cõtumacia,
& gl.int. & ne aliquos putares excipi, addit, [IN omnib⁹
populis] non in quibusdam gentibus, [MIRA-
bilia feci] hoc ideo,

4 Quoniam magnus dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos.

Ex Aug. QVONIAM dominus] Christus, est po-
& Caß. tentia [MAGNVS] & si homo factus sit, per
Ex Aug. quod paruus apparuit, pãruus vtique factus est
pro nobis, quia vos parui, intelligite magnũ, &
Ex Caß. eritis in illo magni. [ET laudabilis] ẽst bonitate.
Auguit. Et hoc [NIMIS] nõ potest dici quãtum. [ET ter
& gl. int. ribilis est] sibi aduersis & suis, qui territus fuit
inter homines. Et est, [SVPER omnes deos]
Ex Aug. quõs colebant gentes dũ in captiuitate erant. &
verè est super deos gentium.

5 Quoniam omnes dii gentium dęmonia: dominus autẽ cęlos fecit.

Ex gl.int. QVONIAM omnes dij gẽtium dæmonia]
Ex Aug. Et est hic laus per cõpãrationem, & qũia parũ
erat esse super dæmonia, addit, [DOMINVS au-
tem cælos fecit] vbi habitare nõ possunt dæmo
nia, & accipit cælos ad literã. Vel cælos, aposto
los accipit, & angelos. Et est, Dominus fecit cæ
los, nõ modo in eis sedet. si cęlos fecit, ergo & an
gelos, tũc & apostolos, qui dæmonib⁹ imperãt,

6 Confeßio & pulchritudo in cõspectu eius: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius.

Ex Caß. CONfeßio] põstquã monuit cantare & an-
nunciare, subdit quæ vtilitas inde prouenerit.
hæc est. s. vtilitas, quæ venit omnibus cantanti-
Ex Aug. bus: inde est [CONfeßio & pulchritudo] Cõufi
tendo fit homo de fœdo pulcher. Si ergo amas
pulchritudinem, cõfitere, vt sic sis pulcher. i. iu-
stus. Ideo prius dixit confeßio, & post pulchri-
Ex Greg. tudo. ¶Vnde & Rebecca de camelo prosilijt vi-
lib. 1. mor. so Isaac, vt ei iungeretur, quia ecclesia de tor-
cap. 14. tuosa vitiorum gibbositate per confeßionẽ de-
scendit, veniens ad Christum. Vnde sequitur, &
hæc cõfeßio & pulchritudo est, [IN conspectu
Ex Alcu. eius] Tales enim ipsum cõspiciunt, & conspiciũ
& gl.int. tur ab eo. [ET sanctimonia] vel sanctitas, alia li
tera. [ET magnificẽtia] est inde. s. ex cantu. Et
Ex Aug. hęc sanctimonia est [IN sanctificatione eius]. s.
quasi qui vult esse magnificus & potens, vt sunt
angeli, prius sit sanctus, qđ fit ex eo sanctificãte,
non enim per te potes esse sanctus, eo ergo san-
ctificante, aliquis fit sanctus, & ita magnificus.

7 Afferte domino patriæ gen-
PARS II tium, afferte domino gloriã & honorem: afferte domino gloriam nomini eius.

AFFERTE] Sẽcunda pars, vbi ad subditos Ex Alcu.
loquitur. q. d. Et quia talis est dominus, ergo ô & Rem.
vos [PATRIAE gentium] vt nullus ẽxcipia- Ex Caß.
tur indigena vel peregrinus. [AFFERTE] hõc Ex Aug.
debent gentes facere, quibus annunciatũ est [DO Ex Alcu.
mino] nõ sit spes vestra in homine, nõ in bapti & Aug.
sta. Maledictus enim qui ponit carnẽ brachium Hiere. 17
suũ. Deinde repetit, Afferte domino, nõ vobis,
vt qui annũciauerunt, nõ sibi, sed domino annũ
ciauerunt, quid debetis afferre? [GLORIAM &
honorem] Glõria affertur, quãdo bene conuersa Ex Caß.
tur homo, in quo glorificatur deus: honor affer Lucæ 17
tur cum de bonis gratiæ referuntur. Non est in- Psalm. 50
uẽtus qui daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Ex Aug.
Item repetit, [AFFERTE gloriam domino] ita,
vt etiam [NOMINI eius] nõ nomini hominũ.

8 Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate dominum in atrio sancto eius.

TOLLITE hostias] q. d. nẽ vacui intretis, Ex Aug.
sed cum hostijs. Sacrificium autẽ deo, est spiritus
cõtribulatus, confeßio est deo hostia. Si ergo cũ
humili corde intras, cũ hostia intras: superbus Ex Hier.
vero inanis intrat. [ET introite] intrat, qui ędi
ficatur. [IN atria eius] prophetica [ET adorate
dominum in atrio sancto eius] euãgelico. Pẽr a- Ex Hay.
tria, prophetia: per atriũ, euãgelium intelligitur. & gl. int.
Et per atria intelligitur præsens ecclesia: per a-
trium, cælestis. Et est, Introibo in atria eius. quę Ex Caß.
sunt in terra. i. sitis cõformes populo eius, Ado-
rate dominũ in atrio sancto eius, quod est in cæ-
lo. Vel atria sunt ꝓphetæ & apostoli, de quibus
itur ad deũ. De his autẽ atrijs. i. prophetis & a-
postolis, venitur in atrium catholicæ ecclesiæ,
vbi maiestas adoratur. Et est, Introite in atria
eius. i. in doctrinam prophetarũ & apostolorum,
Adorate dominum in atrio sancto eius, id est in
catholica ecclesia.

9 Commoueatur à facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus, quia dominus regnauit.

COMMOVEATVR] õmnibus admonitis, vouet & Ex Alcu.
optat. q. d. Dico introite & adorate, vos boni.
[TERRA autem] i. amatores seculi. Commo- Ex Hier.
ueatur, vt conuertantur ad pœnitẽtiam, [A fa & gl.int.
cie eius] i. à præsentia gratiæ eius, & non tantũ Ex Aug.
pars, imo [VNIuersa terra] nẽ quis ergo dicat, Matt. 64
ecce hic Christus, ecce illic. Vẽl in malo potest Ex Caß.
accipi sic, Vniuersa, ergo, Terra commoueatur & Alcu.
à facie eius. i. amatores seculi: à facie dei submo-
ueantur. vt autem hoc sit, ô vos boni [DICITE
in gentibus] i. quod dominus regnauit & corre Ex gl.int.
xit, & iudicauit. Et hoc est qđ sequitur, [QVIA & Caß.
dominus] i. Christus, victo diabolo [REGNA-
uit] i. innotuit rex mundo, qui semper regnauit
apud patrem. Vẽl secundum aliam literam, Do- Ex Aug.
minus regnauit à ligno. s. crucis, quo transit ho
mo mare, & fit orbis qui non mouetur.

10 Etenim correxit orbem terrę, qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.

Ex gl.int. ETENIM correxit] post resurrectionē[OR
Ex Aug. BEM terræ].i. ecclesiam tōto orbe, vbi fit ædi
ficatio,[QVAE non cōmouebitur] cur ergo di
cit hæreticus nō solum motum, sed etiam dimi-
nutū: & post [IVDICABIT populos in æqui
tate] tunc dolebunt qui æquitatē eligere nolue
Ex Caſs. runt. ălij addūt, Et gentes in ira sua. Populos, er
go, id est bonos iudicabit in ęquitate. Gentes, id
malos, iudicabit in ira. Vnde,

11 Lætentur cæli, exultet terra, cō moueatur mare & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quę in eis sunt.

Ex Aug. & gl.int. LAETENTVR cæli] qui enārrant gloriam dei,[ET exultet terra] quā compluunt cæli, & inde,[COMMOVEATUR mare].i. seculū,[ET plenitudo eius] á maximo vsq; ad minimū. Omne enim seculum cōcitatum est cōtra ecclesiam, cū dilataretur toto orbe, quod prædicit, nō optat. Et licet commoueatur mare, tamen [GAVDE-
Ex Caſs. bunt campi] vĕl in bono, Commouetur mare.i.
Ex Aug. seculum, in melius. Et plenitudo eius.ſ.gentium, & inde, Gaudebunt campi.i. omnes lenes, mites,
Ex Hay. & æqui,[ET omnia quæ in eis sunt].i. ŏmnes vires, sensus, ratio. Et,

12 Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie domini quia venit: quoniam venit iudicare terram.

Ex Alcu. TVNC] quando cōrriget [OMNIA ligna syl
Ex Aug. uarum].i. Păgani, qui olim erāt ligna syluarum, sed modo sunt ligna domus dei, abscisa in ædifi-
Rom. 11 cium ecclesię.[EXVLtabunt] quia præcisi sunt ab oleastro, & inserti in bonā oliuam. Exultabūt dico,[A facie] vel ante faciē [DOMINI] Bene dico, ante faciem domini [QVIA venit] primo venit in ecclesia, in nubibus.i. in apostolis, & in
Matt. 24 alijs sanctis, & impleuit totū orbem. Vnde in euangelio, Amodo videbitis filium hominis veniē
tem in nubibus cæli: cui aduētui qui credit, exultabit in vltimo aduentu: de quo subdit. Ideo etiā
Ex Caſs. exultabunt,[QVONIAM venit].i. postea ven
& Haym. turus est,[IVDICARE terram].i. viuos & mor-
& Alcu. tuos. Vel hæc omnia de secūdo aduētu dici possunt. Mare.i. seculum. Et plenitudo eius commoueatur, ad gaudiū in secundo aduētu. quod erit, quia, Gaudebūt cāpi.i. omnes lenes & mites. Et omnia quę in eis sunt.ſ. omnis sensus, ratio. Tūc, .i. in secundo aduentu, Exultabunt omnia ligna syluarū.i. gentes cōuersæ, quæ fuerunt inuentæ in cāpis syluæ. A facie domini quia venit, id est veniet: & verè, Quoniam venit, id est veniet, Iudicare terram.

12 Iudicabit orbē terræ in æquitate: & populos in veritate sua.

Ex gl.int. IVDICABIT orbē terræ] venĭt iudicare. & verè iudicabit. Iudicabit, enim, Orbē terræ,
Ex Aug. nō partem, quĭa non partē emit. totum iudicare habet, quia pro toto precium dedit. orbem ergo dicit, omnes filios Adam.i. omnes homines qui fuerūt in eo vnus homo, qui tūc fuit in vno loco, sed modo disparsus est per totū orbem. quem significat Adam secūdum græcū. Adam enim significat, secūdum grçcam linguā, orbem terrarū. Quatuor enim literæ sunt in hoc nomine.ſ. alpha, delta, alpha, mi: & quatuor partes orbis. has in capite literas habēt, ἀνατολὴν, dicūt Orientē. δύσμην, Occidētem. ἄρκτον, Aquilonē. μεσημβρίαν, Meridiem. Ex his quatuor literis, á quibus hęc nomina incipiunt, cōstat nomen Adā. cū er-
go dicit, Iudicabit orbē terræ [IN æquitate] ŏmnē hominē generaliter includit, secūdum æqui Ex Caſs.
tatem dei iudicādum: sed quomodo iudicet, apertius exponit omnia, subdēs,[ET populos in
veritate sua] In illo enim iudicio veritas & ęquitas erit. Quid enim æquius & verius, q̄ electos Ex Aug. Matth. 25
cōgregare secū ad iudicādum, & cæteros diuidere? hos ad dexterā, qui fecerūt misericordiā: illos
autē qui nō fecerūt, ad sinistram? Ibĭ ergo veri- Ex Caſs.
tas & æquitas, quia in separatione illa duo erunt populi, quibus dabit sententiam veritatis, vt alij in vitam, alij in pœnas eant.

COLLATIO
In psalmum 95. Cantate domino canticum nouum, cantate.

5 OMNES dij gētium dæmonia.] Munster. pro eo quod est dæmonia dixit, vani sunt, & interpretes pro Caietano, vanitates. Licet autem nō male verterint, haud scio tamen an, male mutarint vulgatam lectionē. Nam אֱלִילִים elilim sunt idola, dæmonia, & nihilum. Vnde Hieron. & Nebiensis vertunt sculptilia. Chaldæus & Sanctes idola.

6 CONfessio.] Hiero. & Sanctes, gloria. Munsterus, decus. Interpretes pro Caietano, pulchritudo. Verbū est anceps. Pratēsis posuit cōfessionem. Chaldæus, Nebiensis, Pellicanus, laudem. Alij gratulationem, הוֹד hod. Sed hæc omnia sese consectantur.

SANCTIMONIA & magnificentia.] Alij fortitudo siue potentia, & gloria seu exultatio עֹז וְתִפְאֶרֶת oz vethipheret. Cōciliatio spōte se offert. Siquidem fortitudo simplicis via domini, prouerb. 10. Porro via domini, sanctimoniam efficit, gloria autem & exultatio cohærēt.

9 DICITE in gētibus quia dominus regnauit.] Psalmodia Romana, à ligno, plus habet. Suspicor ab infidelibus fuisse erasum tā de Græco
q̄ de Heb. Est enim mos perfidorum (indicante Perfidus
Hieronymo in epistolam ad Titū præfato) era- eradit cō-
dere quicquid cōtrarium suo dogmati viderint. traria sibi
Quæ autem me in hanc coniecturam adduxe- loca ī scri
rint, patienter audiat lector. Casiodorus haud pturis.
pœnitendus author in hunc locum commentasus scribit, A ligno, alij quidē non habent trāslatores, sed nobis sufficit quod LXX interpretum authoritate firmatū est. Hæc ille. Iam illud manifestum est, quod & August à ligno legit, & interpretatur. Sed & Arnobius vetustissimus interpres in sua enarratione sic prosequitur. Et gēs gēti dicat, quia vnus dominus regnat à ligno crucis: quia per lignū cōcupiscētiæ, regnū dei ab hominibus recesserat; modo per lignum crucis,

regnum reuersum est dei. Hactenus ille. Quin & vehemētius suspitionē hanc addnxit his omnibus superior Tertulianus lib. 3. aduersus Martionem, vbi tractans de virtute crucis ex multis scripturæ locis, qui viderentur ridiculi secundum corticem literæ intellecti, tandem peruenit ad hunc locum, & cum quadam orationis acrimonia, infidelem aurem percellit. Age nunc si legisti penes Dauid, Dominus regnauit à ligno, expecto quid intelligas, nisi forte lignarium aliquem regem significari Iudæorū, & non Christum, qui exinde à passione à ligni superata morte regnauit. Etenim mors ab Adā regnauit vsq; ad Christum, cur Christus nō regnasse dicatur à ligno, ex quo crucis ligno mortuus, regnū mortis exclusit? En Tertulianus. Denique hanc lectionē suscepit ecclesia, in pio carmine passionis domini, quod composuit Theodulphus Antistes Aurelianēsis. Impleta sunt quę cōcinit Dauid fidelis carmine, dicens in nationibus, regnauit à ligno deus, & quam in crucis memoriam post pascha frequentat.

10 CORREXIT orbē terræ.] Hier. appendit orbē immobilem. Cæteri accedunt tradētes simile qd, ceu firmabitur, aut firmabit, vel præparat. תִּכּוֹן ticon, à radice כון con .i. firmare, dirigere, præparare, rectificare, quę omnia sanè correctione fiunt in ecclesia dei, orbe terrę quadranter significata.

XCVI. PSAL. TIT.

[illegible] Psalmus ipsi Dauid, quando terra eius restituta est ei.

DOMINVS regnauit exul. terra.] Titulus, [PSALMVS ipsi Dauid, quando terra
Ex Alcu. 2.Reg.18 eius restituta est ei.] ad litēram. Illud tangitur hic, quod mortuo Absalon iniquo filio Dauid, qui viuens patrem persequebatur: Dauid restituta est terra, & in pace regnauit, de quo nō hic agitur, sed potius de significato.
Ex Aug. Dauid enim Christum significat, quē iniqui filij .i. Iudæi crucifixerunt, atq; regnum abiurauerunt ei: sed restituta est terra ei, quando Iudæa quæ crucifixerat, credidit: & apostoli qui titubauerāt, sunt confirmati: sed & aliæ oues de gētibus sunt adductæ. Vel restituta est ei terra, cū caro eius resurrexit, post quam resurrectionē, ea quæ hic cantantur facta sunt. Et est sensus, [PSALMUS] iste, sit [IPSI Dauid] .i. Christo, cuius laudē & victoriam cōtinet agens de eo, quod factū est, [QVANDO eius terra restituta est ei] .i. Iudæa credidit, vel caro eius resurrexit. Hæc autē prędidentes in spiritu prohetæ, gauisi sunt: & si
Lucæ 10 posset fieri, vellent impleta videre. Vnde dominus in euangelio, Multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & nō viderunt. Magna ergo lætitia præsentes sancti implētur in hoc psalmo, qui de promissis restitutionis terræ intitulatur. Palato nanq; fidei dulce sapit mel diuinæ ꝓmissionis. Et est iste quartus psalmus de primo aduentu, quo mundus liberatus est.
Ex Cass. Intentio. Monet ad exultationē. Mōdus. Bipartitus est psalmus. Primo describens virtutes domini, ostendens omnia restituta ei, & arguit idololatras. Secūdo omnimoda exultatio ostenditur, quā nec persecutio interrūpat, ibi, Audiuit & lætata est. Videns ergo Propheta superstitiones mundi abundare ante Christi resurrectionem opponit, dicens,

DOminus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ.

DOMINVS] ille qui spretus & occisus fuit, [REGNAUIT] .i. rex esse innotuit. Quis ergo alter colēdus est? q.d. nullus. Dico regnauit, inde [EXVLTET terra] Quid ergo remanet idolis? nihil. [LAETENTUR insulæ multæ] .i. qui habitant in insulis, quia & in insulis sunt Christiani. Vel, Insulæ .i. totius mundi ecclesiæ, quę in medio tentationū sunt. Et ideo insulæ dicūtur, quia circunlatrantur fluctibus tentationū. Et sicut insula circunstrepētibus fluctibus tunditur, sed nō frangitur: ita ecclesia per totū orbem dilatata persecutiones Infidelium patitur, sed non vincitur: potius tāquam insula venientes fluctus frangit. Addit, Multæ. Nōn dicit omnes, propter hęreticorum conuentus. Deinde qualis sit dominus in primo aduentu, dicit, Ex Aug. & Cass. Ex Aug. Ex Cass.

2 Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudicium correctio sedis eius.

NVBES & caligo] sunt [IN circuitu eius] .i. impijs qui cæci sunt, qui eū non intellexerūt, est ipse nubes & caligo .i. nubilosus & caliginosus, quibus nulla claritate splendet: sed [IVSTItia & iudicium] est [CORRECtio sedis eius] .i. bonis est ipse iustitia & iudicium, qui correcti sunt sedes eius, quibus est iustitia; quia ex se iustificati sunt: & iudicium, quia de eis, id est per eos ipse iudicat. Et, Ex Aug. Ex Cass. Ex Aug.

3 Ignis ante ipsum præcedet: & inflāmabit ī circuitu inimicos eius.

ANTE ipsum] id est ante aduentum eius, [PRAECEDET ignis] quia impij pro prędicatione prophetarum ira accensi de eorum nece tractauerunt. [ET] ignis ille [INFLAMMAbit inimicos eius] .i. ad indignationē inflammati sunt impij pro eorum prædicatione qui sunt [IN circuitu] quia multi cū pauci essent prædicatores. Vel per ignem intelligitur charitas, de quo igne dominus dicit, Ignem veni mittere in terrā, & qd volo nisi vt ardeat? q.d. correcti sunt sedes dei, ante vero q̄ in eis sedeat deus, ignis, spiritus pręcedit. qd̄ ita ait, Ignis, charitatis, Pręcedet ante ipsum, iste est bonus ignis: sicut & ille gladius bonus est: de quo dominus ait, Nō veni mittere pacē, sed gladium. Hic est gladius verbi dei, qui separat carnali affectu cōiunctos, vt spiritualiter viuant. Ignis vero charitatis vrit. Et hic, Ignis inflammabit inimicos eius in circuitu. Pēr totum mundum ardet, quod cōtra deum est. Quo consumpto apparuerunt fulgura. Ex Aug. & Cass. Ex Aug. Lucæ 12 Math. 10 Ex Aug. & Alcu.

4 Alluxerũt fulgura eius orbi terræ: vidit & commota eſt terra

Ex Aug. ALLVXERUNT] vẽl ita, & de duplici igne agit, qui erit ante ſecũdum aduẽtum Chriſti. ſ. ignis charitatis, qui ardebit in bonis: & ignis iræ & inuidiæ, qui malos conſumet. Vltimus autem ignis in quem mittendi ſunt mali, nõ ante eum, ſed poſt eũ erit. Iſte vero præit, qui eſt pœna malorum & ſalus bonorũ. cum enim Chriſtus prędicatur, iraſcitur prauus, patitur iuſtus. ira velut ignis, aduerſarium comedit, qui tanquam facula cõſumitur: lignum autem viride permanet, .i. iuſtus qui in charitate ardet. Et hoc eſt, Ignis, charitatis & iræ, Præcedet ante ipſum, in ſecundo aduentu. Et ille ignis, Inflammabit in circuitu inimicos eius. Inimici enim qui idola colebãt, incendũtur ſi mali ſunt, ad cõſumptionem: ſi boni, ad reparationem. Inſuper [ALLVXERUNT fulgura eius] .i. miracula [ORBI terræ] .i. toti mundo. Nubes .i. prædicatores viluerũt forma humana, ſed fulgor mirandus in verbis & factis eorũ apparuit. Et mota eſt terra. [VIDIT]

Ex Caſſ. cõrde, hæc miracula [ET commota eſt terra] .i. territa, quæ idola colebat. Inde,

5 Montes ſicut cæra fluxerunt à facie domini: à facie domini omnis terra.

Ex Aug. MONTES] .i. ſuperbi. ſ. omnis altitudo cõtra deum, [SICVT cæra fluxerunt] & ſi enim non credit Paganus, tamen victus eſt. Et hoc [A facie domini] Ignis fuit deus ducis. [A facie domini] fluxit, [OMNIS terra] etiam gentium. Vnde hoc? quia,

6 Annunciauerunt cæli iuſtitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.

Ex Aug. CAELI] .i. prædicatores omnes, quorũ cor ſurſum eſt, [ANNVNCIAUERUNT iuſtitiam eius]

Ex Caſſ. & Aug. quis enim fidelium tacet Chriſtum? [ET omnes populi viderunt gloriã eius] corde. Et quia viderunt omnes populi gloriam Chriſti,

7 Confundantur omnes qui adorant ſculptilia: & qui gloriantur in ſimulachris ſuis.

Ex Aug. CONFUNDÃTUR omnes qui adorãt ſculptilia] Hoc iam factũ eſt. Ceſſat enim iam idololatria, & erubeſcãt qui adorabãt lapides, quia mortui erant lapides illi, nos autem adoramus lapidem viuum. [ET qui gloriantur in ſimulachris ſuis] quæ ſpiritu carẽt. Noſter autem deus qualis eſt? ipſe eſt quem & angeli adorant.

Ex Aug. 8 Adorate eũ omnes angeli eius.

ADORATE eum omnes angeli eius] Vnĩ deo cõuenit adoratio, nõ etiam angelis, nedum idolis vel dæmonibus. Ceſſat ergo adoratio angelorũ, ſed adorãt. ipſi mali quidẽ angeli volũt adorari: boni vero adorant, nec ſe permittunt adorari. ſaltem hoc exẽplo idololatræ ceſſent.

PARS II Audiuit & lætata eſt Sion.

AVDIVIT &c.] Sẽcunda pars, vbi poſt reſtitutionẽ terræ omnimoda exultatio oſtenditur, Ex Caſſ. & Alc.
quã nec perſecutio interrumpat. q.d. annũciabunt cæli, adorabunt angeli. [ET Sion] .i. eccleſia Iudææ [AVDIVIT] hęc prædicta. ſ. quod angeli eum adorant, quod annunciauerunt cęli iuſtitiam eius, & quod vidẽrũt omnes populi gloriam eius, & quod cõfundentur adoratores idolorum, [ET] inde [LAETATA eſt.] Iudęa enim prius credebat ſe ſolam venire ad Chriſtum, ſed iam de ſocijs gentibus lætatur: vt de Cornelio fratres gauiſi ſunt, quem Petrus baptizauit. Ex Aug.

9 Et exultauerunt filię Iudę: propter iudicia tua domine.

ET filiæ Iudæ] .i. Chriſti, qui de Iuda [EXULTAUERUNT] Aũdierunt enim apoſtoli & fratres qui erant in Iudæa, quia gentes receperunt verbũ dei: & inde lætati ſunt, & magnificabant deũ. Ex Caſſ. Ex Aug.
Et hoc [PROPTER iudicia tua domine] quæ ſunt, quia nõ eſt perſonarum acceptor deus, ſed omnes accipit, qui ad eum veniunt. Vẽl, Iudicia dicit, quod cęcitas contigit in Iſrael, vt plenitudo gẽtium intraret. Et quaſi quis quæreret, quæ ſunt illa iudicia? ſubdit, Ex Hay. & gl. int.

10 Quoniam tu dominus altiſſimus ſuper omnẽ terram: nimis exaltatus es ſuper omnes deos.

QVONIAM tu dominus] es [ALTISSIMUS potentia. Et hoc [SVPER omnẽ terram] quia non Iudæorum tantum deus es, ſed & gentium. Et ô Chriſte [NIMIS exaltatus es] quia ęqualis patri, vel ſecũdum opera. Et hoc [SVPER omnes deos] q.d. non ſuper omnes malos deos, ſed etiã ſuper bonos. ſ. homines & angelos. Vel, per terram & deos, peccatores & iuſtos accipe. Vel per terram & deos ſignificat eum imperare terrenis & cæleſtibus. Et cum talis ſit, ergo; Ex Aug. & gl. int. & Alcu. & Caſſ.

11 Qui diligitis dominum, odite malum: cuſtodit dominus animas ſanctorum ſuorum. de manu peccatoris liberabit eos.

QVI diligitis dominũ odite malum] .i. diabolum, cum quo non diligitur deus. Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire. ſi vero cum cœperis odiſſe malignũ, ſubſequuntur perſecutiones, nẽ timeas. quia [DOMINVS cuſtodit animas ſanctorum ſuorum] de quibus tollendis eſt vltimum genus perſecutionis. Grãuior eſt enim perſecutio, qua animas tollere conantur, ſed eas dominus cuſtodit: & ſi corpora moriantur, animas non poſſunt occidere. [DE manu peccatoris] .i. de diãboli poteſtate [LIBERABIT eos] Quõd ſi forte quereris, te perdere lucem iſtam: ne cures, quia vera lux eſt tibi. Ex Caſſ. Matth. 6 Ex Aug. & Alcu. Ex Aug. Matt. 10 Ex Hay. Ex Aug.

12 Lux orta eſt iuſto: & rectis corde lætitia.

LVX] enim fidẽi [ORTA eſt iuſto, & rectis corde lætitia] quibus, ſcilicet per omnia placet deus orta ẽſt lætitia, per ſpẽ. Non enim verè in miſeria ſunt preſſuræ ſancti, ſpe iam ſalui. ergo, Ex Aug. & gl. int. Ex Aug.

13 Lętamini iusti in domino: & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

Ex Hier. & Aug. LAETAMINI iusti in domino]nō in mūdo in quo sunt pressuræ.[ET confitemini memoriæ sanctificationis eius].i.laudate eum,quia memor fuit sanctificare nos,quia nisi vellet, nō gauderetis in illo.

COLLATIO

In psalm. 96.Dominus regnauit.

2 CORRECTIO sedis eius.]Hiero.pro eo quod est correctio, posuit firmamētum, ac nōnulli alij,quidā habitaculū, vel præparatio, sed nō male מָכוֹן meeon respondet directioni,quę correctio est,& nō potest īfirmari aut vacillare.

5 A facie domini omnis terra.] Hic fortasis dormitauit scriba, ponens nominatiuū pro genitiuo.à facie domini omnis terræ. Siquidē in Heb. אָדוֹן adon est in regimine.i.domini.Et manifestius in græco, ἀπὸ προσώπου κυρίου πάσης τῆς γῆς. Quin & Aug.interpretatur acsi sub genitiuo legisset,quanq̄ in contextu habetur nominatiuus.Veruntamen hāc lectionē arbitror desumptā ex veteri translatione,quā sequūtur Arnobius & Cassiod.Ij nempe efferūt per rectum casum,quod liquido cōstat ex hoc, quod verbū vnum addūt,vt sit tremet vel tremuit terra,vbi nō potest vitiū esse scriptoris, quod posset quis in altera dictione causari. Vtraque lectio habet suum sensum & commodum.

8 ADORATE eum omnes angeli eius.] In Heb.pro angelis habetur אֱלֹהִים elohim.quod Hier.vertit dij:& cæteri hebraīcātes,præter Sāctem,qui stat à Lxx. De Hiero.non est mirum quod dixerit dij in gratiā Sophronij,vt haberet quod Iudæis calumniantibus responderet. Nos autē qui Christianis & cum Christianis loquimur,debemus dicere angeli, nisi velimus discedere ab Apostolo ad Heb.1.qui hunc locum ita adduxit de Christo, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ, Et adorēt eum omnes angeli dei. De hoc etiam aliàs tractatum psalm. 8.

XCVII. PSALM. TIT. Psalmus Dauid.

Ex Cass. CANTATE domino]Titulus, [PSALMVS Dauid.] Titulus iste patet. Psalmus iste tertius est eorū qui de vtroque aduētu agūt, in quibus omnibus est causa timoris & spei:spei per misericordiam primi aduentus. timoris per iudicium secūdi aduentus.Hæc & si sæpe iterētur,tamen semper noua sunt varia descriptione. Intentio. Monet ad laudē & exultationē. Modus.Bipartitus est psalmus.Primo agit de ostēsione saluatricis dexteræ.Secūdo dicit omnibus modis laudādum & annunciandū,ibi,Iubilate deo.

Ex Aug. Inuitans ergo ad laudē ait,ô vos q noui estis in Christo,olim veteres in Adā.

CANTATE domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

CANTATE domino] vitā & lingua [CANTICUM]dē incarnatione Christi, & hominis redēptione [NOVVM] quia nihil tale mūdus audiuit. Ex gl.int. Ex Cass.
Vnde?s.[QVIA mirabilia fecit.]Quæ mirabilia? non solum quæ communia sunt, sed etiam hoc singulare, scilicet quod,

2 Saluauit sibi dextera eius:& brachium sanctum eius.

DEXTERA eius] i. Christus, qui dicitur dextera patris,pro mira operatione [ET brachium sanctū eius] Ipse idē Christus, qui dicitur brachium,pro fortitudine [SALVAVIT] Nō dicit quid,sed intelligimus orbē terræ,quod fuit magnū miraculū. Maius enim est quod totū orbē à morte æterna erexit,q̄ ꝙ mortuos suscitauit.Saluauit dico, [SIBI]deo.hoc addit, quia multi saluantur corporaliter,sed sibi ipsis,nō ei: quia accepta corporali sanitate lasciuiunt.Qui enim ægroti erāt,casti,sanati, adulteri fiunt: & qui eū ægrotarent,neminē lædebant:receptis viribus opprimūt innocētes. Isti ergo sanati sunt, sed nō ei,sed illi qui per fidē intus sanantur, ergo sanantur ei. Ex Cass.
Vēl secūdum aliam literam,Saluabit se dextera eius. Et quasi quis quæreret,vbi ea dextera est,subdit, Ex gl.int.

3 Notum fecit dominus salutare suum:in conspectu gentium reuelasti iustitiam suam.

NOTVM fecit dominus salutare suum]id est Christū. Ea enim est dextera vel brachium,quæ & salutare.s. Christus, quibus fecit notum? non hic vel illic,sed [IN in cōspectu gētium reuelasti] nō sub vēlamine ostendit, Ex Aug.
[IVSTITIAM suam]idest salutare. Ex Cass.
Christus dicitur salutare,eo quod saluat:iustitia,eo quod iustificat. Ex Alcu.

4 Recordatus est misericordiæ suæ:& veritatis suæ domui Israel.

RECORDatus est misericordiæ suæ].s.vt homo factus liberaret,[ET veritatis suæ]quā in futuro exhibebit,quādo facie ad faciem eum videbūt.sed quibus est recordatus?[DOMVI Israel] .i.videnti deum. Ex Cass.
Vel itā, Recordatus est misericordiæ suæ. Misericordia est qđ promisit. Hanc sequitur veritas,quia reddidit. Vnde subdit, Et veritatis suę. Misericordia ergo promisit ꝓmissionē,promissio reddit veritatē,sed cui? Domui Israel, qui modo videt veritatem per fidem, & post per speciem videbit. & ne ad literam putes Israel vnam gentem,subdit, Ex Aug.

5 Viderunt omnes termini terrę: salutare dei nostri.

VIDERUNT]mēte[OMNES terræ termini].i. à termino vsq; ad terminum. Quid? [SALVTARE dei nostri] id est Iesum. Ideo dicit omnes, Ex Cass. & Aug.

quia nō quibuſdam tantum datus eſt Chriſtus.

6 Iubilate domino omnis terra: cantate,& exultate, & pſallite.

Ex Caſs. & Haym. IVXILATE]Secūnda pars,vbi dicit omni-
bus modis laudādum eſſe, & annunciandū: quia
venit iudex.q.d. Quia hæc fecit,ergo[IVXI-
late deo]voce ſineverbis.Iubilus enim gaudium
eſt,quod nec poteſt taceri,necvalet exprimi vbi
Ex Caſs. & gl.int. deficit locutio,addit[OMNIS terra] qüia om-
nes viderunt[CANTATE]deo verbis,vbi va-
let locutio[ET exultate]corde[ET pſallite] o-
pere.Quibus modis?

7 Pſallite domino in cithara: in cithara & voce pſalmi: in tubis ductilibus,& voce tubæ corneæ.

Ex Caſs. & Hier. PSALLITE domino in cithara]id eſt,ãctu
carnis, ſcilicet mortificatinne carnis, & opera
diuina facite paſcēdo pauperes,quæ ſignifican-
tur per pſalmū,deinde eadē præpoſterata ſub-
iungit, Cātate[IN cithara & voce pſalmi]ideo
præpoſterat, vt quoduis eorū prius fiat, to⁻ū ad
deum pertineat[ET in tubis ductilibus,]ſcilicet
Ex Hier. & Caſs. in tubis argenteis,vel æreis, quæ tundēdo pro-
ducuntur[ET voce tubæ corneæ.] Morem Iu-
Nume.10 dæorum tangit, qui & habebāt duo genera tu-
barum ſicut legitur in libro Numeri, alias quæ
Ex Aug. argētu vel ære ductili producebātur, alias cor-
neas. Per dūctiles tubas ſignificantur,qui tribu-
lati ſub malleo vniuerſæ terræ .i. diabolo profi-
Iob 1 ciunt & ſonāt laudes dei.Tribulatio ergo,tun-
ſio eſt, profectus, productio eſt . Talis tuba erat
Iob,qui repēte percuſſus tantis damnis, & or-
bitate filiorum, tunſione illa tantæ tribulatio-
nis, quaſi tuba ductilis ſonuit, Dominus dedit,
dominus abſtulit,ſicut deo placuit ita factū eſt,
ſit nomen domini benedictum.Ecce quàm ſua-
uem ſonū dedit iſta tuba. Cornu verò carnem
excedit,ſic firmū eſt & capax vocis.Is eſt ille qui
carnis affectus ſuperat & libidines, qui non ſa-
Coloſ.3 pit terram, ſed quæ ſurſum ſunt . Qui in carne
2.Co.10 ambulat,ſed non ſecundum carnē militat, ſicut
cornu carni hęret,& eam ſuperat.Et eſt ſenſus,
Ex Aug. & gl. int. Cantate in tubis, vt ſcilicet ſint prædicatores,
Ductilibus, id eſt, productis, & proficientibus
ſub malleo diaboli.[Et]cantate[In voce tubæ
corneæ,id eſt, ita aliis ſonent vt in ſeipſis vitia
carnis caſtigent.

8 Iubilate in conſpectu regis domini, moueantur mare & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Ex Aug. IVBILATE.]q.d.Vobis ita agētibus quid
erit?ecce tubis ſonantibus,aures dei delectātur
& fluctus maris,id eſt ſeculi,excitantur. Et hoc
eſt quod dicit,[IVBILATE in cōſpectu regis
domini]cuius aures delectātur.[MOVEATVR
Ex gl.int. & Aug. mare & plenitudo eius] prædicit non optat,a-
poſtolis enim prędicantibus quaſi tubis.motum
eſt mare ſeculi, & increuerūt fluctus perſecutio-
num.exponit quod dixerat,Mare & plenitudo
eius,ſcilicet[ORBIS terrarum,& qui habitant
in eo]Illis autem perſequentibus, Ex Hsy.

9 Flumina plaudēt manu ſimul, montes exultauerūt à cōſpectu domini:quoniam venit iudicare terrā.

FLVMINA plaudent manibus] vel,Manu,
id eſt,ſancti pleni ſpiritu dei,gaudebūt bonis o- Ex Aug.
perib⁹.Et hoc[SIMVL]vel,In idipſum. Vel in
bono poteſt pręlegi,Moueat,quaſi tubis ſonan-
tibus, Moueatur mare.i. indulcetur mare legis,
id eſt,legalis amaritudo,ligno crucis in ea poſi-
to,quaſi ligno Moyſi in Marath Cum enim ve- Exod. 15.
niſſent filii Iſrael,in Marath,vbi erant aquæ a-
marę,non poterant bibere præ nimia amaritu-
dine: ideoque oſtendit dominus Moyſi lignum,
quo poſito in Marath, dulcorata eſt aqua, hoc
eſt lignum crucis, quod legalem amaritudinem
quam nullus poterat portare,mitigauit, vt legis
ſacramenta pateant,credētibus· Deinde ſubdit,
Et plenitudo eius, ſcilicet vniuerſa legis ſacra- Ex Alcu.
menta.Orbis terrarum,id eſt,gentilitas ad con-
uerſionem moueatur. Et qui habitāt in eo, hōc Ex Caſs.
ideo ſubdit , vt quæ figuratū dixerat de homi-
nibus accipias.Vel ita, Mare, id eſt ſeculū, Mo-
ueatur terrore futuri iudicii, vbi impii timent.
Et plenitudo eius,id eſt,multitudo hominū pec
catis plena,quia ibi multa erunt peccata.Et mo
uetur orbis terrarum,ad literam:quia & ipſe or
bis tunc vertetur in nouam faciem,quando erit
cælum nouum,& terra noua.Et qui habitāt in
eo,moueantur timore.ſed,Flumina,id eſt,boni,
tunc, Plaudent manu ſimul,id eſt, pro bonis o-
peribus lætabuntur.nam[MONTES exultabūt
à conſpectu domini] boni enim gaudebunt ve- Ex Aug.
niente iudice,mali verò contremiſcent. Quare
exultabūt?[QVONIAM venit iudicare terrā,]
id eſt,omnem peccatorem. inde gaudent mon-
tes,quia non iniuſte iudicabit.

10 Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia:& populos in æquitate.

IVDICABIT]enim[ORbem terrarum,]id Ex Caſ & Alcu
eſt, omnes terrenos[IN iuſtitia] quia non me-
ruerūt miſericordiam. ei nanque qui non fecit
miſericordiam,fiet iudicium ſine miſericordia,
ſub ignaro vel iniquo iudice, etiā bonus time- Ex Aug.
ret,nunc tantū vt malus timeat,neceſſe eſt.[ET
populos,] id eſt, fidēles de Iudæis & Gentibus Ex Caſs.
[IVDICABIT in æquitate]quia capiēt ęqua
meritis.

COLLATIO
In pſalmum 97, Cantate domino canticum nouum:quia mirabilia fecit.

2 SALVAVIT SIBI dextera eius.] Et ad
eundem modum Hieronymus. Faber cōtendit
planius dici , Saluauit eū dextera eius, cum edi-
tione Romana, maxime quum Græce legatur
ἔσωσεν αὐτὸν ἡ δεξιὰ αὐτοῦ. Duo tamen codices
noſtri& diuerſi habent αὐτῷ in datiuo. Tertius

habebat accusatiuũ, deinde Cęcus Fabri in hac parte affecla causatur minus esse grammaticum sermonem, saluauit sibi, quum beatus Augustinus copiose declaret deum sibi saluare, quando sanitas collata, ad suum reuertitur authorẽ per gratiarum actionem. Nam quidam sanãtur, qui non deo sanantur, sed suis voluptatibus, & malis actibus: nec huiusmodi locutio est inusitata.

7 IN tubis ductilib⁹, & voce tubæ corneæ.] Quanquam non ponitur in Hebræo, Ductilibus, nec corneæ, tamẽ teste Paulo Burgensi Hebręo, vbicũq; ponitur חֲצֹצְרוֹת hatzotzeroth, intelliguntur tubæ argenteæ seu ductiles. Rursus vbi in Hebræo legitur שׁוֹפָר schophar, intelligatur tuba cornea.

XCVIII. PSALMI TIT. Psalmus Dauid.

Ex Alcui. DOMINVS regnauit] Titulus [PSALmus Dauid] Pãtet titulus. Agit hic propheta de potentia & regno Christi vt etiã in homine adoretur, de quo tria dicit. Propheta enim describit Christũ esse regem, & bona dantem, cui & antiqui seruierunt, & his tribus tres admonitiones subiicit, quod in psalmi

Ex Aug. serie liquet. Hæc ãutem de Christo futura sub velamine prædixerũt prophetæ, vt quibusdam figuris rerum tegerent sententias suas, sed velamen ablatum est, cum veritas de terra orta est, vt iustitia de cælo prospiceret. Intentio. Mõnet vt Christum tanquam Deum adoremus, &

Ex Alcui. & Cass. velut regem exaltemus. Mõdus. Bipartitus est psalmus. Primo, ostendit Christum regnãtem & quicunque repugnet, altum super omnes. Vnde ei cedere monet. Secundo, monet eum adorari, quia patres antiqui fuerunt eius, id est ei seruierunt, ibi, Exaltate dominũ. Ostendẽs ergo Christum regem dicit,

DOMINVS REgnauit, irascantur populi: qui sedes super cherubin moueatur terra.

Ex Aug. DOMINVS,] id est Chrĭstus, & si prius humilis [REGNAVIT] .i. rex esse innotuit post resurrectionem & ascensionem, & inde [IRAscantur populi] quantumcunque velint. Irrisio est. q.d. Secure concedi potest, vt irascãtur, quia non sunt ei vltra nocituri, tamen permittendo dicit nõ imperãdo [QVI sedet super cherubin.]

Ex Aug. & Alcu. Illẽ scilicet regnauit, Qui sedet super cherubin, ad literã, super angelicas potestates, & cõtra eũ nihil potest terra & si fuit ipse in terra, vbi passus est tram populi [MOVEATVR terra] Idem est quod supra dixit, irascãtur populi. Quis dominus sit iste, exprimit dicens,

2 Dominus in Sion magnus: & excelsus, super omnes populos.

Ex Cass. DOMINVS] iste est, qui [IN Sion,] id est, in Iudæis natus est, ad literã. Et ipse est [MAgnus, & excelsus super omnes populos] Hoc dicit ne

Ex Alcu. pro passione vilescat. Vẽl ita, Et si irascãtur populi, tamẽ, Dominus, est, Magnus in Sion, id est ecclesia Iudæorum, Et excelsus super omnes populos gentium. ¶ Vẽl ita totũ ab illo loco, Irascantur. q. d. Christus post resurrectionem rex esse innotuit, & inde, Irascantur populi, id est, irascentur. Hoc prædixit propheta futurum, sed iam factum est. Cum enim post resurrectionem Christus cœpit prædicari, irati sunt populi qui colebant idola. Et nota quod non ait irascẽtur, sed irascantur, hac forma locutionis vtens, quia bona inde prouentura cernebat. Ex ira enim ipsorũ multa bona fecit deus, quia dum illi irascuntur, serui dei purgantur. Ille scilicet regnauit, Qui sedet super cherubin, id est qui quiescit & regnat in eo qui habet charitatẽ. Cherubin enim plenitudo scientiæ interpretatur, quæ est charitas. plenitudo ergo scientię legis, quæ est sedes dei, erit in te si charitatem habueris, contra quã nihil possunt irati. Quid enim terra potest contra cælum? interroga ergo cor tuum, vtrum charitatẽ habeat. Si est ibi charitas, est ibi plenitudo legis. Et ita sedes dei factus es, sicut scriptum est. Sedes sapientiæ, est anima iusti. Et alibi, dominus dicit, Cęlum mihi sedes est. Moueatur terra, hoc nõn mutat, Dominus in Sion magnus. q. d. Dico quod sedet super cherubin, Si autẽ non intelligis, qd est, sedes super cherubin, hoc vide, Dominus, est, Magnus in Sion .i. in anima quæ deum speculatur, siue in ecclesia. Sion enim interpretatur speculatio. Si ergo tu es de ecclesia, & in te magnus est, Et excelsus, est in te, Super omnes populos, qui irascuntur, vel irascebantur. Et quia excelsus est, Super omnes populos. Iãm ergo ipsi populi qui prius blasphemi erant,

Ex Aug. Rom. 13 Esa. 7 Esa. 66. Ex Aug. Ex Cass.

3 Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est: & honor regis iudicium diligit.

CONFITEANTVR nomini tuo,] id est, famæ & glõrię. Nomini dico, iam [MAGNO] paruum erat, quando irascebantur, id est, paucis diffamatum. Sed iam in omni terra dilatatũ est, & debetis cõfiteri: quoniã ipsum nomẽ est [TERribile] potẽtia qua punit [ET sanctum] bonitate qua parcit [ET HONOR regis] Hĩc exponit quomodo debent confiteri, scilicet discrete, non tantum honorifice. Et, id est quia, Honor regis, id est gloriosa prædicatio [DILIGIT iudiciũ,] id est, exigit discretionem, quia non leui voluntate colendus est, sed fixa deliberatione quod ab ipso est. Vnde subdit, Ex Aug. Ex Cass.

4 Tu parasti directiones: iudiciũ & iustitiam in Iacob tu fecisti.

TV parasti directiones, &c.] Vẽl ita distingue, Terribile est nomen, Et honor regis, est, Iudicium, id est, damnatio nocentium. & hoc iudiciũ ipse diligit. Vel ita, Et honor. q.d. Tẽrribile est nomen eius, quia & si crucifixus est, prædicatur iudex venturus, & non errabit in iudicio. Et, id est quia, Honor regis diligit iudiciũ, non tantum misericordiam qua parcit, sed & iudicium quo singulis secundum merita reddet. Ne quis ergo stulte de misericordia præsumat, quia Ex Cass. Ex Aug.

vnicuiq; reddet pro meritis. Iustum enim non
est iudiciũ, nisi merita reddantur sua vnicuique,
quemadmodum gessit in corpore, siue bonum
siue malũ. Si ergo quæritis iusti esse, ipse est qui
facit, quia dirigit. Vnde subdit [TV parasti dire-
Ex Aug. ctiones] tortis, has scilicet [TV fecisti iudicium]
& gl.int. vt discernamus inter bonum & malum [ET iu-
Ea Aug. stitiam.] Iustitia est cum bonum facimus & ma-
Ea Cass. lum vitamus. Vbi? [IN Iacob] nõ solũ in illo pa
triarcha, sed etiam in populo quẽ significauit. &
[TV fecisti] hæc, quæ alius non posset.

PARS II. 5 Exaltate dominum deum nostrum: & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.

Ea Cass. EXALTATE dñm] Secũda pars, vbi monet
& Alcui. adorari eum, quia patres fuerũt eius. q.d. Quia
Ex Aug. hæc facit in nobis, ergo [EXALTATE] secun-
dũ quod ipse est deus [DOMINVM deum no-
strum, scilicet Christum, qui facit iudiciũ in uo-
bis, & iustitiam. & vsq; eo exaltate, vt adoretis.
Et hoc est quod dicit, [ET adorate scabellũ pe-
dum eius] vel, Suppedaneum pedũ eius.] Viden-
dum est quid nos iubeat adorare cum dicit, A-
dorate scabellum pedum eius. Terram scabel-
Esa.66 lum pedum eius esse dicit alibi scriptura his ver-
bis, Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum
pedum meorũ. Ergo terram iubet nos adorare,
Deut. 6 quia est scabellum pedũ eius. sed alibi dicit scri-
ptura, Dominũ deum tuum adorabis, & illi soli
seruies. Sed sciendum est, quia in Christo terra
est, id est, caro, quę sine impietate adoratur. Su-
scepit enim de terra terram, quia caro de terra
est, & de carne Mariæ carnem accepit. hæc sine
impietate à verbo dei assumpta, adoratur à no-
bis: quia nemo spiritualiter carnem eius mãdu-
cat, nisi prius adoret. Non illa dico adoratio-
Melius & ne quæ latria est, quæ soli creatori debetur: sed
amplius illa quæ in dulia dignior est. Dulia enim adora-
istud ex- tio est, quæ etiam creaturæ exhibetur, quę duas
plicat M. species habet: vnam quę indifferenter omnibus:
distin. 9. alteram, quæ soli humanitati Christi exhibetur.
tertii sen- Et est, Adorate scabellũ pedum eius, id est, cor-
tẽtiarum. pus Christi, quod est scabellum diuinitatis. Per
Ex Cass. pedes enim indefecta stabilitas deitatis accipi-
Ea Aug. tur: sed qui adorat non terrã intuetur, sed illum
potius cuius scabellũ est propter quem adorat.
Vnde subdit, [QVONIAM sanctus est,] in cu-
Ea Cass. ius honore scabellum adorat. q.d. Nõ propter
se: sed propter ipsum cuius est scabellũ adorat.
Ideo autem dicit, Sanctus, & non sanctũ, vt di-
scernas corpus à deitate, & si in vtroque vna sit
Ex Aug. persona. Vel secundum literam nostram, Quo-
niam sanctum est, ipsum scabellũ, id est, corpus,
Ideo adorate, quoniam,

6 Moyses & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius.

Ex gl.int. MOYSES] Legislator [ET Aaron] summus sa
Ex Cass. cerdos fuerũt [IN sacerdotibus eius] Christi. hos
& Aug. imitamini quasi magni fuerint isti, qui eũ prędi-
Ea Cass. cauerũt. Nota quod Moyses sacerdos dicitur, qui si
non hostias, vota tamen populi obtulit deo, &
pro populo supplicauit [ET Samuel inter eos
qui inuocant nomen eius.] Nota quia Samuel Ea Aug.
non numeratur inter sacerdotes, quia fuit de qui tamẽ
Ephraim: de qua tribu non fit sacerdos secun- quęst. 46
dum legem, sed de Leui. Et ideo, inter inuocan- quę vete-
tes ponitur: fuit tamẽ sacerdos sicut alibi legi- ris testa.
tur, & isti iam tunc, de hoc ple
ne differit

7 Inuocabant dominum, & ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.

INVOCABANT dominũ] Christum [ET Ea gl.int.
ipse] qui nunc loquitur in homine [EXAVdie- & Cass.
bat eos] tantum valet sincera oratio [ET loque-
batur ad eos in columna nubis,] id est, per figu- Ex Aug.
ras in nube obscura. sed illa dicta quendã mani-
festum præsignabant .s. Christum. Ad eos ergo
loquebatur in nube, qui iam nobis loquitur in
scabello, id est, in carne assumpta aperte. Et no-
ta quod non ait in nube, sed in columna nubis.
Columna enim fortitudo est, & decor domus. Ex Cass.
In hac specie loquebatur eis, quæ annuntiabat
ecclesiam, vel carnem Christi. sed tunc in nube
loquebatur, qui modo per filium aperte loqui-
tur. Et isti qui tanti erant,

8 Custodiebant testimonia eius: & præceptum quod dedit illis.

CVSTODIEBANT testimonium eius: &
præceptum quod dedit illis.] Distingue inter Ex Cass.
testimonia & pręcepta. Testimonium est, per a-
liqua signa præcedentis rei posita significatio.
Vnde sepe in lege dicitur, Hoc erit nobis in te- Gen.31.
stimonium, qualiter Iacob & Laban posuerunt
aceruum lapidum in testimoniũ. Pręcepta verò
sunt sicut præcepta legis per Moysen data. Nõ Ex Cass.
occidas, &c. Et quia custodiebant. Ideo, ô & gl. int.

9 Domine deus noster tu exaudiebas eos: deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.

DOMINE deus noster tu exaudiebas eos] in Ea Cass.
iustis petitionibus. Et ô [DEVS tu propitius fui-
sti eis] cõdonando eis peccata ne noceant in fu
turũ. Propitius enim non dicitur deus nisi pec
catis. quãdo dat veniam tunc dicitur propitius.
Propitius fuit ignoscendo. Propitius etiam fuit Ex Aug.
vlciscẽdo. Vnde subdit, [ET vlciscẽs] id est, vin-
dicans, quod est etiam propitiatio. Vlciscitur e-
tiã castigãdo, ne semper peccare delectet, & ne
humana elatio subreperet. Vnde apostol. Datus 2.Cor.12
est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ,
qui me co. &c. Vere ergo propitius est deus, non
solum donando peccata, sed etiam vindicando
& castigãdo. Ecce, & si tanti essent isti, aliquid Ex Aug.
tamẽ habebãt peccati [IN omnes adinuẽtiones]
vel, Affectiones [EORVM] scilicet vlciscẽs erat.
Affectiones dicit, quas solus deus nouerat esse
in cordibus eorũ, pro quibus pœna erat eis pati
eos cum quibus erant. Cotidie enim patiebãtur
populos contradicentes, & inique viuentes, in-
ter quos viuere cogebãtur. pro quorum pecca-
tis, quasi pro suis dolebant per charitatem. Ecce

qualiter vindicabat in omnes affectiones eorũ. Non enim sicut à plerisque putatur fuit Moysi pœna tãtum non intrare in terram promissionis, in quam etiam miseri intrauerũt. Sed etiam figura rei, scilicet quod qui sub lege essent, quia per eũ data est lex & sub gratia esse nollent, non intrarent in requiem æternam. Et quia propitius est, ergo,

10 Exaltate dominum deum nostrum, adorate in mõte sancto eius: quoniam sanctus dominus Deus noster.

Ex Aug. EXALTATE dominum] qui blanditur & cedit vt pater, addit [DEVM NOSTRVM]. q. d.
Ex gl. int. secũdũ quod, deus est, Exaltate eum, [ET adorate] dominum, sed nõn præter mouẽ eius.
Ex Aug. Sed [IN mõte sancto eius,] id est, in corpore. Hic est lapis ille paruus, qui sicut Daniel ait, creuit in montem magnum, & impleuit tntã faciẽ terræ: Præcisus. i. natus, de monte, id est, à gẽte Iudęorum, quæ colebat vnum deum. Et ideo mõsi comparatur sine manib⁹, id est, sine operibus hominum, quia de virgine sine virili semine cõceptus. Ideo adorate, [QVONIAM sanctus dominus deus noster] qui in monte est.

COLLATIO
In psalmum 98, Dominus regnauit irascantur.

1 IRASCANTVR populi.] Hieronymus, cõmoueantur. Alii contremiscant. Vtrunque verum est, & significantiam verbi Hebraici refert ירגזו iirgezu, fremuerunt, expauerũt, irati sunt. Nihil agit Faber, dum nititur persuadere legendum dũtaxat, commoueantur populi, videlicet ad lætitiam, & irascantur non congruere. vel elidat enarrationẽ Augustini ostendentis id non esse iussum, sed prædictum.

QVI sedes super cherubin.] Plures codices habent per tertiam personam, qui sedet, & aptior respõdet cohærentia, quandoquidem pręcessit, Dominus regnauit. Sed & qui sedes non est reprobãdum, sic enim legit Cassiodorus & exponit. Nec est insolitum apud prophetas, vt quasi ex abrupto, trãseant de persona in personam, ac sicut in priori lectione, nẽpe qui sedet, D. Augustinus, repetebat verbũ regnauit, vt sit, Qui sedet super cherubin regnauit. Similiopera legendo qui sedes, nihil vetabit subaudire regnas. In Hebræo, & Græco est participium יֹשֵׁב ioseheb, καθήμενος sedens. Ergo qui sedet aut qui sedes. Prius tamẽ magis est secundũ regulas grãmatices. Alterum non abhorret à propheticis locutionibus.

6 ADORATE scabellũ pedũ eius, quo. sanctũ est.] Nõ liquet ex Hebręo, an debeat legi in masculino genere, an in neutro, quoniã sanct⁹ est, vel sanctũ est. Siue enim hoc, aut illo modo efferas nihil lędit hebraismum הֲדֹם הוּא hadom hu. Vnde D. Hieronymus, & plærique alii, vertunt sub masculino, nonnulli sub neutro. Sed ex Græco legendum videtur sub masculino, quod ἅγιος & ὑποπόδιον distent genere. Denique & sanctus est Christus, & sancta caro eius, quæ dicitur scabellum pedum eius, nihilominus adorãda, sicuti docet Hieronymus in commẽtario.

VLCISCENS in omnes ad eorum.] Concordant ferme omnes, licet vertãt opera eodem sensu, עֲלִילֹתָם alilotham. Hieronymus diuersum quiddam ad sensũ verbi dicere videtur, super commutationibus (inquit) eorum. Recte tamen intelliguntur trãsgressiones quæ hominem commutant.

XCIX. PSALMI TIT.
Psalmus in confessione.

IVBILATE domino omnis terra.] Titulus [PSALMVS in confessione.] Cõnfessio gemina est. Vna est laudis, altera peccatorum. Ex Cass. & Alcu.
Confessio laudis conuenit perfectis, Cõfessio peccatorum incipientibus, de vtraque agitur hic. Docet enim hic psalmus & deũ alacriter laudare, & peccata nostra humiliter plãgere: quia nec in malis est desperandum, nec in bonis animus debet esse elatus. Et est sensus [Psalmus iste est [IN confessione,] id est, agit de confessione, scilicet laudis, vel de vtraque. Intentio. Monet ad cõfessionem. Modus. Bipartitus est psalmus. Primo, perfectis præcipuum genus confessionis, id est, laudem indicit. Secũdo, intraturis, id est, incipientibus inducit secũdum genus confessionis, scilicet peccatorum, ibi, Introite in. Ad laudem ergo monẽs, non vnũ angulum terrę hortatur, sed sicut vbique nouit seminatam benedictionem: ita vndique exigit iubilationem, dicens, ô, Ex Aug.

1 IVBILATE deo omnis terra: seruite domino in lætitia.

OMNIS terra] Nõn pars, quia vbique benedictio semioata est [IVBILATE domino] non alii. Iubilatio autem vera, fit voce & corde. q. d. *Si iubilat vox exterius, cor intelligat interius.* Sonus enim cordis est intellectus. Iubilus autem sonus est lętitiæ siue verbis, quia eis lætitia animi non potest explicari, quãdo videlicet homo gaudens ex his quæ non possunt explicari verbis erũpit in vocẽ quandã exultatione sine verbis, ita vt appareat eum ipsa voce gaudere. Sed quasi repletũ nimio gaudio nõ posse verbis explicare quod gaudet. Hic autem iubilus fit à bonis in confessione: à malis verò in confusione, cum de terrenis adeo gaudent, sicut verbi gratia, Messores vel vindemiatores copia fructuum iocundantur, & de feracitate terræ gaudẽtes cantant, & inter cãtica inserunt voces quasdã sine verbis, in elatione exultantis animi. Et hæc est iubilatio improbanda. Iusti verò gaudent videntes mundo corde, quis deus, quãta & quo ordine, & quam mirifi- Ex Aug.

ce fecit. vnde exultantes cātant, & est ista iubi-
latio coronanda.[SERVITE domino] nō ne-
Ex Cass. cēssitate, sed charitate, quia liberati estis, per
Christum. Et ideo, seruite [IN lætitia] nō mur-
Num. 14 murantes, vt Iudæi in deserto murmurauerunt.
Ex Aug. Hæc seruitus nō est amaritudinis, nec indigna-
tionis, sed fœlicitatis & libertatis. Gratum enim
est redemptis seruos esse. Seruū te faciat chari-
tas, quia liberū te facit veritas. Vnde dominus,
Ioan. 8. Si manseritis in verbo meo vere discipuli mei
eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas vos
liberabit.

2 Introite in cōspectu eius in exultatione.

Ex Alcu. INTROITE] Dixit seruite domino, vnde
& Cass. præmium subdit, dicens [INTROITE in con-
spectu eius in exultatione.] Magnum est præ-
mium in conspectu tanti iudicis gaudere, & ac-
cipitur hoc de futuro. Vel de præsenti accipi-
tur sic, Introite in exultatione in cōspectu eius,
Ex Aug. id est, in conscientia exultate vbi deus videt, fo-
ris lingua exultare facile est.

3 Scitote quoniam dominus ipse est deus: ipse fecit nos, & nō ipsi nos

ET scitote quoniam dominus ipse est deus.]
Ex Aug. Quis hoc nescit quod dominus sit deus. Sed de
crucifixo. hoc dixit contra Iudæos. q. d. non vi-
lescat vobis, quē crucifixistis, & flagellatis, quia
ipse est deus. Et hoc scitote [IPSE fecit nos &
nō ipsi nos] .i. omne nostrū bonū ex eo est, nō ex
nobis: ex eo est, vnde coronamur. Ex nobis vn-
Ex Hier. de damnamur. Et ăgit de bonis operibus gratię,
vel de operibus creationis agit. Ipse fecit nos &
Ioan. 1. non ipsi nos, id est, creauit nos. iuxta illud, Om-
Ex Cass. nia per ipsum facta sunt. Hoc dicit, ne quis pu-
tet creationem nostram patribus deputandam,
qui sunt ministri. deus autem author.

4 Populus eius & oues pascuæ eius: introite portas eius in confessione: atria eius in hymnis confitemini illi.

Ex gl. int. POPVLVS eius,] q. d. Ipse fecit nos, qui su-
mus populus eius. Et est, Vel secūdum aliam li-
teram, quæ est, Nos autem populi eius, sumus, &
ipse est rex. [ET oues, sumus, ipse pastor [Pascue
eius,] id est, scripturarum in quib⁹ saginat fide-
PARS II. lium mentes. [INTROITE] Secūnda pars, vbi
Ex Cass. intraturis secundum genus confessionis indu-
& Alcui. cit. q. d. Monui intrare in conspectu eius, nec du
bitetur, quia misericordia est ei. Ergo [INTROI-
te] confidenter, non foris stetis vbi sunt hostes
extra vos lupus inuenit. Introite dico, [POR-
Ex Aug. TAS] misericordiæ eius [IN cōfessione] In por-
tas initium est, & confessio peccatorum, de qua
hic agitur, à qua incipiemus ad misericordiam
dei intrare. Et est, Introite portas, misericordiæ,
Eius in confessione, id est à confessione incipi-
te ad misericordiam dei intrare, non à vobis fa-
cti laudate, cum à quo facti estis, vos accusando,
quia & nostra accusatio ad laudem ignoscentis
Psal. 146 pertinet. De hoc autē alibi dicitur, Incipite do-
mino in confessione, & cum intraueritis [IN a-
tria eius,] id est, in amplitudinem cælestis bea-
titudinis gratiæ plenitudine percepta [CONfi-
temini illi in hymnis,] id est, in laudibus. q. d. Cum
intratis, vos reprehēdite, cū intraueritis ipsum
laudate. &,

5 Laudate nomen eius quoniam suauis est dominus, in ęternum misericordia eius: & vsque in generatione & generationem veritas eius.

LAVDATE nomē eius] Nūnc & in futuro, Ex gl. int.
quia dū laudat dulcescit. Vnde subdit, [QVO- & Aug.
NIAM suauis est dominus in æternum miseri-
cordia eius,] quia & hic liberat, & in futuro co-
ronat [ET vsq; in generatione & generationē]
id est, in omnem generationē, vel in terrena ge-
neratione, & cælesti, in vna quæ parit mortales:
in altera quæ parit æternos est [VERitas eius]
implens promissa.

COLLATIO
In psalmum 99, Iubilate deo omnis terra, &c.

2 IN exultatione] Vel in laude vt habet Hieronymus & quidam alii. Vel in cātico vt Munsterus & Pellicanus. Plærīq; in exultatione eum. Septuaginta בִּרְנָנָה birnanah, hæc omnia refert, & quæ concinunt, vera enim dei laus, non est sine exultatione.

3 ET nō ipsi nos.] Hic Faber à quodam Hebræo edoctus (vt dicit) affirmat nullam haberi in Hebræo negationis particulā. Inspeximus septem codices diuersos, qui constanter habent וְלֹא אֲנַחְנוּ velo anagnu. Deinde addit quod nos, debeat esse nominandi casus, quum nullus sit tam hebes, vt arbitretur creasse seipsum, & cum Hieronymus vult psallamus expunctai negatione, & ipsius sumus. Quantum ad D. Hieronymū, ego puto ipsum legisse לוֹ lo, sine aleph, id est ipsi vel ipsius, & è recentioribus interpretes pro Caietano, nam vertunt sibi nos. Cæterum non semel adnotauimus, pronomen & negationem nihil distare in voce. In scriptione est aleph לא lo, hoc est non. De casu verò ambiguum est, sensus tamē non mutatur, idem enim sibi volunt, non ipsi sumus nos, & non fecimus nos. Illud certum est Augustinum exponere per accusatiuum, ad verbum facere, relatū. Nec sic accepit ceu quispiam possit dubitare, se nō esse factū à seipso. sed ne superbiamus, quin potius agnoscamus nos habere ab opifice nostro quicquid habemus. Porrò in Gręco manifeste est rectus casus καὶ οὐχ ἡμεῖς, sic tamen vt videatur mente repeti quod mox erat ἡμᾶς. Denique voluens editionem Hispaniensem inueni scriptum וְלוֹ velo sicut dicebamus Hieronymum legisse.

C PSALMI TIT.
Psalmus ipsi Dauid.

Ex Caſs. & Alcu. MISERICORDIAM & iudiciũ.] Titũlus [PSALMVS ipſi Dauid.] Pſalmus iſte eenteſimus eſt, & ſicut eentenarius perfectus numerus eſt, ita iſte pſalmus continet & docet formam perfectę ſanctitatis. Hic enim docemur bona appetere, mala renuere: quæ eſt perfecta cõuerſatio vitæ. Et quia omne bonum noſtrum Chriſto attribuẽdum eſt, ideo titulus habet, [IPSI Dauid] Et eſt ſenſus, [PALMVS] iſte attribuitur [IPSI Dauid,] id eſt, Chriſto, vt hoc totum quod hic docemur, virtutibus Chriſti applicetur, nihil illi terreno regi. Et cantat hoc Chriſtus, & nos in illo. Hęc enim vox competit capiti & corpori. Agit autem de miſericordia & iudicio. Intẽtio. Monet bona appetere, & mala renuere. Modus. Tri-
Ex Caſs. partitus eſt pſalm⁹. Primo de miſericordia & iudicio proponit. Secũdo, exponit quæ ſit via immaculata, ibi, Perambulabã. Tertio, dicit quis ſit finis malorũ, ibi, In matutino. De miſericordia ergo & iudicio proponens ait, ô

Iſericordiam & iudicium cãtabo tibi domine.

Ex Aug. & gl. int. DOMINE cãtabo,] id eſt iõcunde annũciabo [MISERICORDIAM] quæ modo eſt [ET iudicium] quod erit in futuro. Et hoc [TIAT,] id eſt, ad tuũ ho-
Ex Aug. norem, qui vtroque laudabiliter vteris. Nẽmo ergo de miſericordia dei deſperet ac præſumat ad impunitatem, quia eſt ei iudicium: & nemo immutatus in melius iudicium timeat, quia pręcedet miſericordia: hęc ſemper ſimul in eo ſunt. Deus enim nec in bonitate miſericordię perdit iudicii ſeueritatem, nec in iudicando cum ſeueritate amittit miſericordiæ bonitatẽ. Sed & per tempora hæc duo diſtinguuntur, ſecũdum effectus. Miſericordia enim nunc omnibus offertur & multipliciter exhibetur: iudicium autem in futuro. Hic enim eſt tẽpus miſericordiæ, cũ dei patiẽtia. Peccãtes ad pœnitentiã adducit & bonis & malis bona temporalia præſtat. In futuro autem tempus iudicii, cum vnicuique ſecũdum
Ex Caſs. & Alcu. merita reddet. Hęc dũo mutua ſibi iungũtur ſocietate. In his breuiter omnia opera Dei includit. Et hic eſt præmiſſa cauſa, quare ſic ſe habet, ſicut poſtea ſubdit, cum ait,

2 Pſallam & intelligam in via immaculata, quando venies ad me.

& Haym. & Hier. & Alcu. PSALLAM ET intelligam in via] quaſi dicat, Cãntabo miſericordiã & iudicium. Et propter hæc duo [PSALLAM,] id eſt, in hilaritate bene operabor [ET intelligam quãdo venies ad me] in ſecundo aduentu, vel in obitu cuiuſque, ego dico poſitus [IN VIA IMMACVLATA.]
Ex Aug. & gl. int. Pſallẽre enim eſt in hilaritate operari. & intelligere non potes, niſi, In via immaculata, ſed in ea intelligitur, quando ad nos veniat deus. Vel ita, ego, Pſallam & intelligã, exiſtens, In via immaculata, non mutatur ſenſus, Pſallam & intelligã. per hoc quando, id eſt, quia venies ad me, id eſt, ope tua pſallam & intelligã. Vel ita, Pſallam, id
Ex Caſs. eſt hilariter operabor. Et per hoc, Intelligã, hoc enim dat pſallere, vt intelligam mente, quod oculis nõ patet, id eſt credam, quod veniet quem iſte tantum deſiderat. Et hoc eſt. Intelligam dico, Quãdo venies ad me, per carnem, in primo aduentu. Venies dico, In via immaculata, quia mundum ſine peccato tranſiliuit.

3 Perambulabã in innocẽtia cordis mei, in medio domus meæ. PARS II.

Ex Alcu. & gl. int. PERAMBVLABAM] Secũnda pars, vbi exponit, quæ ſit via immaculata. q. d. Pſallã & intelligã in via immaculata, antequam etiam inintelligerẽ [PERAMBVLABAM, &c.] Vel ita continua, Quę eſt via immaculata? ea eſt innocentia. Vnde ſubdit, Perambulabam [IN IN-
Ex Aug. NOCENTIA] quaſi dicat, Hæc viã immaculata ab Innocentia incipit, & cõſummatur. Non eſt opus multis verbis, innocẽs eſto & perfeciſti iuſtitiam, ſed duobus modis nocet homo ſi facit miſerum, vel ſi deſerit miſerum. Innocens verò eſt, qui nec ſibi nec aliis nocet. Vnde iſte ait, Perambulabam, vel, Deambulabam. quaſi dicat, ampla via, In innocẽtia [CORDIS mei] anguſtias enim patitur omnis malitia, ſola innocentia lata eſt, vbi deambuletur, quaſi ſpatiando. Hæc ſunt deambulatoria ſacerdotum, in Ezechiele. Deinde exponit quod dixerat, ſcilicet, Perambulabam [IN MEDIO domus meæ,] id eſt, cordis mei, in quo quiete habitat bene conſcius: alii autem foras pelluntur, quaſi à fumo, vel ſtillicidio, vel mala vxore, & in nugis extra quieſcunt, & de his qui foris ſunt, circa corpus
Ex Caſs. & Aug. delectantur: quia non eſt illis bene intus, vnde gaudeãt in cõſcientia ſua. Vẽl in perſona Chriſti, hoc poteſt legi ſic, quaſi dicat, Quæ eſt via immaculata? innocentia. Et ego, Perambulabam in innocentia cordis mei, quaſi non tranſitoria quæſiui, ſed cucurri viam mundi exiſtẽs, In medio domus tuæ, alia litera, id eſt eccleſiæ, in cuius medio exiſto: quaſi exemplo omnium. Innocentia hoc poteſt, vt faciat eum habitare in medio domus dei, quaſi honorabilem, & exemplum aliorum.

4 Non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam: facientes præuaricationes odiui.

Ex Caſs. & Alcui. NON proponebam,] Innõcentiam per partes exponit, primo dicit, quia nihil habet cum malis, ſic, [NON proponebã rem iniuſtam ante oculos meos, &c.] vſque, Oculi mei, vbi dicit, quia pars eſt ei cum iuſtis. Et deinde dicit, quod verſutias diaboli, de corde fugat, ibi, In matutino, &c. quaſi dicat, Perambulabam in innocentia, hoc vtique dicit totus Chriſtus, quod, Non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam,
Ex Aug. id eſt, nõn diligebam rem iniuſtam, nec placuit mihi iniuſtitia alterius [FACIENTES præuaricationẽ.] Exponit rem iniuſtam, quaſi dicat,

Non diligebā tem iniustam, sed potius, Facien-
Ex Aug. tes prçuaricationem, id est, eōs qui legē dei non
faciunt, & si in ecclesia sint, Odiui, id est, à me
reppuli præuaricatores: sed non homines, id est,
non ex eo quod sunt homines, sed quia præua-
ricatores.

5 Non adhæsit mihi cor prauum: declinantem à me malignum non cognoscebam.

Ex Alcui. NON adhæsit] Deinde exponit quos diae-
& Aug. rat præuaricatores, subdens [NON adhęsit mihi
cor prauū,] id est, qui prçuaricatur corde, quasi
non consensi non rectis [Declinātem à me ma-
Ex Cass. lignum,] id est, hçrēticū hominem, qui à catho-
licis dissentit, & qui à rectis semitis deuiat [NON
Ex Aug. agnoscebam,] id est nōn approbabam, non mihi
& Cass. placebat. quia & si signati sint nobiscum sacra-
mentis: non tamen inde sunt. Vel, Non adhæsit
Ex Aug. mihi cor prauū, id est, cōr tortum quod habet
qui nō vult omnia quæ deus vult. sed & si timet
infirmus, quod præsignauit Iesus timēs, tamen
Matt. 26 subdat se deo dicēs cum Christo, Transeat à me
calix iste: fiat tamē volūtas tua. Vitet ergo ma-
la quantum potest: & si non potest, subeat. Et,
Non cognoscebā malignū declinantē. Declinat
omnis qui dissimilis est, A me, quem prius eis
proposui imitandum.

6 Detrahētem secreto proximo suo: hunc persequebar.

DETRAHENTEM proximo suo secreto]
Ex Aug. palām nō audet detrahere qui falsa tenet [Hūc
& Cass. persequebar] ne hoc ageret.
& gl. int.

7 Superbo oculo & insatiabili corde: cum hoc non edebam.

Ex Cass. SVPERBO oculo,] id est, cūm tumido cor-
& Haym. de [ET insatiabili corde,] id est, cūm auaro, cum
hoc notabili [NON edebam] corporalia, vel spi-
ritualia, ad literam, Talium consortium vitauit.
Ex Aug. Vēl potius spiritualiter hoc accipiendū est. Nā
& Iesus cum superbis cōuiuatus legitur vt cum
Luc. 7 Pharisæo, quando venit ad eum peccatrix mu-
lier Maria, & nos quoque abstinemus à conui-
uio fratrum notabilium, vt corrigantur. facimus
hoc plerunque & propter medicinam: sed cum
extraneis multis edimus, vt cū paganis, & cum
aliis impiis, atque superbis. Quid est ergo quod
ait, Cum superbo oculo non edebam, & cū in-
satiabili corde? Habet epulas suas cor superbū,
& insatiabile, vnde pascitur, sed non reficitur.
Epulç enim superbi cordis, quod est insatiabile,
est inuidia. Superbia enim mater est inuidentię,
quæ pascitur & gaudet alienis malis, sed nō sa-
tiatur. Hoc ergo cibo superbiæ & inuidiæ ini-
quitatis non pascitur iustus, sed pascitur cibo
Matth. 5 iustitiæ. Vnde, Beati qui esuriunt & sitiunt iu-
stitiam, &c. Hoc est, Superbo oculo & insatia-
bili corde: cum hoc non edebam, id est, non pa-
scebar, nec delectabar superbię epulis & inuidię.

8 Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecū: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

OCVLI MEI] Hīc exequitur alteram par- Ex Cass.
tem innocentiæ, scilicet quod cum iustis habet
partem. quasi dicat, Cū talibus nōn edebas. Vn- Ex Aug.
de ergo pascebaris? ecce [OCVLI MEI] cordis & Cass.
erant [AD FIDELES] id est, fideles placuerūt & gl. int.
mihi, dicit iustus generalis. Fideles dico [TER-
RAE,] id est, dēgentes in terra vbi sunt tot ille- Ex Cass.
cebræ. vnde maior corona est eis. Vel, Ad fide- & Alcu.
les terrę, id est, qui per totum mūdum sunt [VT
sedeant mecum,] scilicet in vnitate fidei mecū
permaneant. Vel, Sedeant mecū, id est, vt parti-
cipent mecum, regno ęterno, in persona eiusdē
iusti. [AMBVLANS in via immaculata, hic mi-
hi] nō ālius [MINISTRABAT] ad literā. Ma- Ex Cass.
xime conuenit hoc sacerdotibus, vt prauis non
cohabitent, sed,

9 Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.

QVI FACIT superbiam,] id est, quilibet su- Ex Cass.
perbus [NON habitabit in medio domus meæ,]
ad literā, hæc dicit ne videatur approbare quos
habet familiares, si mali sint. Vēl in persona Ex Aug.
Christi dici potest, Oculi mei ad fideles terræ,
hoc nō mutatur. Vt sedeant mecū, super duo-
decim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel, Matt. 19
id est, vt iudicent mecum. Ambulans in via im-
maculata, hic mihi ministrabat, euāgelium, Mi-
hi, non sibi: non quærēs quæ sua sunt, sed Chri-
sti. Sed, Qui facit superbiā non habitabit in me-
dio domus meę, id est, in cōrde meo, vbi mitis &
quietus habitat mihi placens: superbus verò in-
de resilit. Vel, Non habitabit in medio domus
meæ, id est, ēcclesiæ. Et si enim aliquandiu tole- Ex Alcui.
retur gratia correctionis, non tamen præeminet
meritis. nihil potest. Nō est in populo meo gra-
nū, sed palea. Sequitur ex persona totius Chri-
sti [QVI LOQVITVR INIQVA] quilibet Ex gl. int.
maledicus [NON DIREXIT in conspectu o- & Cass.
culorum meorū] quia & si apud se & apud stul-
tos, apud me tamen non est gloriosus.

10 In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: vt disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

IN MATVTINO] Tērtia pars vbi osten- Ex Aug.
dit qui finis eorum malorum sit, & loquitur hic
Christus. Et nōta, quia iā enumerauit superius,
quod ei non adhæserunt nisi boni. & quasi ali-
quis diceret, quia tibi non adhærent nisi boni,
cur ergo malos in tua ciuitate tanto tempore
tolerasti? Respondetur, quia tempus misericor-
diæ est, modo nox est, nondum omnia sunt ma-
nifesta. Et in hac nocte abundant tētationes, in
qua transeunt bestiæ syluæ, & catuli leonum, id
est, diaboli quærunt sibi escam à deo, scilicet vt
tentēt fideles. Vnde dominus ait discipulis, Sa- Luc. 22
thanas expetiuit vos vexare sicut triticum ab

homine triticum non manducatur, nisi primo conteratur, vt panis fiat. Sic neminem manducat diabolus, nisi prius per tribulationem cōtriuerit. In hac ergo nocte parco, tolero corrigo, Ex Aug. sed [IN MATVTINO,] id est, cū dies iudicii aduenerit, & erūt omnia aperta, quę modo sunt occulta, dū nescit qualis post erit, qui modo bonus est & malus [INTERFICIEBAM omnes peccatores terrę,] idest, mittētur mali in ignem æternum, quia modo. Ideo tolerātur mali à lōganimi, vt corrigātur, quod si non fecerint tēpore misericordiæ, quod modo est, post interficiētur. Et hoc est quod ait, In matutinis interficiebam omnes peccatores terrę, id est, in indicio mittam malos in ignem æternum. Quare? [VT disperdātur omnes operātes iniquitatem de ciuitate domini,] id est, de societate ecclesiæ. Modo enim in ea sunt, sed eis parcitur, quia tempus est misericordiæ, sed tempore iudicii separabūtur. Ecce finitur psalmus in eo vnde incepit, Misericordiam & iudicium cātabo tibi do- Ex Alcui. & Haym. mine. Hōc etiam iusto conuenit, qui præuidet hoc futurum. Et ideo sic se habet, sicut supra dixit. Et est, In matutinis interficiebā omnes peccatores terræ, id est, prę uidebā omnes malos interficiendos, ita, Vt disperderem, id est, viderem disperdendos, Omnes operantes iniquitatem.

Ex Cass. ¶ Vel aliter potest dici in persona iusti. Ostenditur hic tertia pars innocētiæ. post vitatos nēpe malos iustus ad se reuersus addit, quod suggestiones dæmonum de corde suo expulit. quasi dicat, Nōn tantum homines malos vitaui, sed etiam vitia declinaui, quia, In matutino, id est, in initio suggestionis, quando quasi crepuscula tētationum incipiunt apparere. Interficiebam, oratione qua debent eiici ne crescant, Omnes peccatores terræ, id est dæmones, qui omnem carnē faciunt peccare. ita, Interficiebam vt disperderem omnes operantes iniquitatem, id est omnes immissiones, vel, submissiones diaboli. De ciuitate domini. Ciuitas dei est anima iusti, vnde diabolus subiicitur & remouetur.

COLLATIO
In psalmum 100, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine.

4 NON ADHAESIT MIHI COR prauum, Hebræi dirimunt hanc clausulam in duas partes, vt prior nēpe, nō adhæsit mihi, pertineat ad finem huius versiculi. Deinde, cor prauum, iungetur sequentibus. Quia verò, non adhæsit mihi, videbatur sensum generare imperfectum, addidit Munsterus, tale quid. præsertim quum vertisset ita mox præcedentia, pręuaricationes odiui, vt verbum adhærebit, non haberet quo referretur. Hieronymus tamen & qui similiter vertunt, ad id non vrgebantur. Facientem (inquit) aut facere præuaricationes odiui. Et quod sequitur nec adhærebit, respondet commode. Cæterum de hac quæstione superius pluribus actum est.

6 INSATIABILI corde.] Hieronymus dicit, altum corde. Cæteris vastum vel latum corde רְחַב לֵבָב rehab lebab. Atqui si en intelligas auarum seu eum qui non satiatur malis alienis, Septuaginta probe reddunt. Ac mox, Cū hoc non edebam. Hieronymus, Cum hoc esse non potero. Assonant cæteri dicentes, hunc non patiar, aut non potero ferre. Existimamus Septuaginta legisse לֹא אֹכַל lo ócal à themate אָכַל acal, comedit. Nunc legimus לֹא אוּכַל lo vcal à radice יָכֹל iacal, potuit. Etiam si intelligentia eodem conspiret.

9 NON direxit in cōspectu oculorū meorū.] Pro particula direxit, habent Hebræi, verbum passiuū quod si nudaueris pūctulis, indiscriminatim leges actiue aut passiue יִכּוֹן direxit siue diriget, dirigetur, firmabitur, præparabitur. Hieronymus respiciens sensum potius quam verba vertit, nō placebit. Ergo לֹא יָכוֹן lo iacun, non direxit, accipiendo futurū loco præteriti. Hoc est interprete Cassiodoro, non proficit. Sed לֹא יִכּוֹן lo iicon, hoc est non firmabitur perseuerante sensu.

CI. PSALMI TIT.
Oratio pauperis cum anxiaretur & in conspectu domini effudit precem suam.

DOMINE exaudi orationem meam.] Titulus [ORATIO PAVPERIS cum anxiaretur, & in conspectu domini effudit precem suam.] Iste est quintus psalmus pœnitentiæ, & quartus qui oratio dicitur: pauper vērò de quo agit titulus Christus est, qui cū esset diues deus apud deū, per quē & omnia facta sunt, factus est pauper, secundum formam serui: sed pauperior est in membris, quorum egestati suam abdidit paupertatem, vt eis suas communicaret diuitias. Vbi enim se præparauit membra ditauit, in quibus etiā pœnitentes, quos in se transfigurauit, id est, in quorum persona loquens dicit, Cinerem tāquam panem manducabā. Non enim in ea egestate erat, vt hæc in sua persona dicere posset, sed in mēbris. Ecce quomodo contemperantur tam ima, tam alto, id est, vnione vocis cōiunguntur. membra capiti. Sicut enim sunt duo in carne vna: sic & in voce vna. Sicut etiam à propheta Esaia sponsus & sponsa dicitur, his verbis, Sicut spōsa alligauit in mitram: & sicut sponsam induit me ornamento. Sponsus dicitur propter caput, & spōsa propter corpus dicitur, nec tamen mutatur vox, vel persona. Christus ergo pauper in nobis & nobiscum & propter nos. Hic orat in persona pœnitentis suam deiectionem, & causam deiectionis recognoscentis, & à peccatis liberari, atque in pristinum statum restitui petentis. Et est sensus, [PSALMVS] iste est [ORATIO pauperis] .i. Christus, qui est pauper & in se, & in membris,

Ex Cass. Ex Aug. Ioan. 1 2. Cor. 8 Esa. 61. Ex Greg. in 7. psal. pœnitēt. Ex Alcu.

in quorũ persona loquitur. Oratio dico habita [Cũ anxiaretur] In miseriis, in quas deiectus est per peccatum primi hominis, & vt eas euaderet [EFFVDIT PRECEM SVAM IN CONSPECTV domini] per quem solum liberari potest.

Ex Cass. Intentio. Monet omnes aduertere suam miseriam, & petere dei misericordiam. Mõdus. Quatuor sunt partitiones; Prima pars est captatio deprecatiua. Secũda flebilis narratio, ibi, Quia defecerunt. Tertia pars, est certitudo impetrandi veniam, ibi, Tu autem. Quarto, dicit quod de sua breuitate transeat ad æternitatem, ibi, Respondit ei. Et quia in titulo tria memorauit, scilicet orationem, paupertatem, anxietatem, singula suis locis executurus, ab oratione incipit, dicens,

DOMINE exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.

DOMINE exaudi orationem meam] Ecce oratio. deinde repetit, [ET CLAMOR meus] Ecce oratio creuit in clamorẽ [AD TE VENIAT] Non obstet mihi nubes peccatorũ, quæ iniquis obsistit. Vnde Hieremias, Opposuisti nubem ne transeat oratio. Ideo autem geminatur oratio, quia in geminatione ista affectus pœnitentis ostẽditur. Et est hic figura epimone, per tres versus, id est, crebra repetitio sententiæ.
Ex Cass.
Ex Aug.

2 Non auertas faciem tuam à me, in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

NON auertas, &c.] Et quia oro & clamo, da aurẽ, da faciem: præsertim, quia tribulor, & inuoco. Et hoc est quod sequitur [NON auertas à me] pœnitẽte, sed à peccatis [FACIEM tuam]
Ex Cass. Respuis quidem iniquorum munus, sed nõ pœnitentiam deuotorum [INCLINA AD me,] id
Ex Aug. est, mihi humili [AVREM TVAM in quacunque die tribulor.] Hoc ideo dicit, quia in membris, non vno tantum, sed omni tempore tribulatur, &

3 In quacũque die inuocauero te: velociter exaudi me.

Ex Cass. & Alcui. VELOCITER exaudi me,] quia non iam terram terrenus, sed cælũ redemptus peto. Cui desiderio dicis, Adhuc te loquente dicam, Ecce adsum. Exaudi dico [IN QVAcunque die inuocauero te.] Hoc ideo dicit, quia in omnibus fidelibus, & in omni tempore inuocat.

PARS II. 4 Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt.

QVIA DEFECERVNT] Secũnda pars,
Ex Cass. & Alcu. in qua est flebilis narratio, in qua exponitur quæ paupertas, & quæ tribulatio sit ei. vnde clamet iã aperte. q. d. Ideo clamo, [QVIA DEFECERVNT dies mei,] id est, nõn lux ista visibilis, scilicet illuminatio aëris à sole, sed tempora vitæ meæ. Defecerunt dico, [SICVT fumus,] id est, propter elationem superbiæ. Elato enim Adam, dies deficiunt. [ET OSSA MEA sicut cremium aruerũt,] id est, animæ virtus & fortitudo contracta est: miseria pium iudicem monere potest, hic notatur paupertas. Vel ita, & Ossa mea, id est, fortes qui carnes portant, id est infirmos, Sicut in frixorio cõfrixa sunt, alia litera. Eorum quippe frixorium, sunt omnes qui scandalizantur, tantum enim frigitur iustus & bonus, quantũ amat. Vnde apostolus, Quis infirmatur, & non infirmor? & quis scãdalizatur, & ego non vror? Vel ita, Et ossa mea sicut in frixorio cõfrixa sunt, id est, fortitudo animi recordatione peccatorum, quasi frixa cõtrahitur. vel timore iudicii. Cõfrixa sunt ossa mea. Iam enim frigitur homo, dum timet se arsurum. Ex Aug. & Hier. & Cass. Ex Aug. 2. Cor. 11 Ex Cass.

5 Percussus sum vt fœnũ, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.

PERCVSSVS SVM,] id est, mõrtalis factus sum in Adam, à quo propagata est miseria [VT FOENVM] Bene hoc dicit, quia omnis caro fœnum. Fœnũm quippe viret, sed percussum facile sentit iniuriam: sic hominis caro in lege Dei virens, ab eadem succisa arescit [ET ARVIT COR MEVM] sterilitate peccati. Sed vnde hoc contigit? [QVIA OBLITVS SVM COMEDERE panem meum,] id est, verbum dei custodire, quia præceptum quod deus dedit, omisit, & bibit venenum serpentis, cõsentiendo eius malignę persuasioni. Sed modo crucifixo domino, redit commemoratio, & comedit panem qui de cælo descendit. Nota quod sit, Oblitus sum, Natura enim peccantium ostenditur, quia dum peccatum appetitur, contemplatio dei non habetur. Quapropter? Quia oblitus sum, nũnc gemo, non pro terrenis, sed pro æternis, & pro aliis, qui de terrenis gemunt. Ex Aug. Esa. 40 Ex Aug. Ioan. 6 Ex Cass. Ex gl. int. & Augu.

6 A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.

A VOCE GEMITVS MEI] Nõn illorum qui de terrenis, non de spiritualibus gemũt, quos iste gemit. Gemũt enim illi, & gemit iste: sed aliter illi, aliter iste. A voce inquam gemitus mei [ADHAESIT OS MEVM] vel, Adhæserunt ossa mea [CARNI MEAE,] id est, per gemitum talem patet, quod adhærent, Ossa carni, id est, fortes infirmis portando infirmitatem eorum. Vnde Apostolus, Nos firmi debemus infirmitatem infirmorum portare. Vel aliter potest legi, Oblitus sum comedere panem meum, id est, seruare præceptum Dei. Et hoc, A voce gemitus mei, id est, à voce diaboli, ex quo est gemitus & miseria mea. Vnde, Adhæsit os meum carni meæ, id est, ratio sensualitati consensit. Ex Aug. Rom. 15. Ex Greg. in 7. psalmo pœn.

7 Similis factus sum pellicano

solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.

8 Vigilaui,& factus sum sicut passer solitarius in tecto.

SIMILIS FACTVS sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.]

VIGILAVI & factus sum sicut passer soli- Ex Aug. tarius]vel,Singularis,vel,Vnicus[IN tecto]vel, In domicilio. Tres aues, & tria loca hic distinguuntur.Aues,pellicanus,nycticorax,& passer: Loca,solitudo, parietina, & tectum. Et dicitur pellicanus in solitudine, nycticorax in parietinis,passer in tecto. Pellicanus auis est,quæ in solitudine habitat.Nycticorax,quę est vigil & teter corunsnoctis,habitat in parietinis,quę vulgo dicuntur ruinæ vbi parietes stant,sine tecto, vbi habitat nycticorax auis,quæ noctem amat. Passer tecta amat.Vnus homo autem vel plures possunt habere personam trium auium,tria verò loca tria sunt genera hominum. Est enim solitudo,vbi Christiani non sunt,nec fuerunt:parietinę vbi fuerunt, sed corruerunt:tectum,vbi fuerunt, nec ceciderunt, manentes in domo. Verus ergo prædicator, si venit inter eos, vbi Christiani non sunt[SIMILIS] est[PELLICANO solitudines] Si autem venit ad eos qui fuerunt & ceciderunt, est[SICVT NYCTICORAX in domicilio] vel,Parietinis, quia nec eorum tenebras deserit, sed vult eos lucrari. Si autem venit ad eos, qui crediderūt, nec ceciderūt manētes in domo ecclesiæ: sed tepide agētes,Passer,est,In tecto, & clamat eis qui sub tecto.i.sub carne torpēt,cū ille sit super carnē,vn-
Matt.24 de dñs in Euang.dicit, Qui in tecto est,nō de-
Matth.10 scendat tollere aliquid. Et alibi,Quod in aure auditis, prædicate super tecta. Vel per has aues Christus accipitur. Pellicanus dicitur,& si non certum sit,rostro pullos occidere suos,& triduo lugere, tunc rostro sanguinem suum super eos fundere, vnde illi reuiuiscūt: sic Christus occidit vt Paulum persecutorē, & sanguine suo vi-
Deut. 32 uificat, iuxta illud, Ego occidam, & ego viuere faciam:percutiam & sanabo. Dicitur autem habitare in solitudine, quod Christo proprie congruit: quia solus de virgine natus est. post natiuitatem verò, venit ad passionem, vbi à ruinis occiditur,id est, à Iudæis qui ceciderant ca cæ-
Lu.24 cati. Sed & eos amat dominus dicēs,Pater ignosce illis,quia nesciunt quid faciunt. Tunc ideo fuit quasi nycticorax in parietinis,sed qui in passione dormierat, vigilauit in resurrectione, & volādo in cælum factus est[SICVT PASSER
Ex Cass. SINGVLARIS in tecto,]id est,in cęlo,vbi interpellat pro nobis. Vel diuersa genera pœnitentium notat per has aues. Pellicano enim aui maciei nimiæ & soliuagæ comparantur eremitæ, Nycticoraci verò, similatur ille qui à publico remotus,dū alij nocte huius sęculi dormiunt
Ex Cass. & Alcu. vigilat,& sibi quærit escas mentis,qui si non inter homines, extra tamen est in alio dicens eis, Qui in nocte dormiūt. Vere passer est ille qui sagax ad alta virtutum fugit, vbi tutus est à laqueis: qui solitarius vel vnicus dicitur, propter charitatem quæ ex multis vnum facit. & dicitur esse in tecto, vel ædificio, propter altitudinem fidei, vt non descendat aliquid tollere de domo.

9 Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduersum me iurabant.

TOTA DIE, &c.] Lōquitur hic Christus. Ex gl.int. quasi dicat,Quia occido & viuifico,ideoq[INIMICI MEI EXPROBRABANT mihi tota die] quia peccatores membra mea facio: vt Ex Aug. cum dixerunt,Quare magister vester māducat Matth.19 cum publicanis & peccatorib⁹?[ET QVI laudabant me]ore palam,sed ficte[ADVERSVM me iurabant,]id est,conspirabant.Quare?

10 Quia cinerem tāquam panem manducabam, & poculū meū cum fletu miscebam.

QVIA CINEREM TANQVAM PANEM mand.& poculum meum cum fletu miscebam]id est,quia hęc genera hominum in mem- Ex Aug. bris habere volui, scilicet pœnitentes qui signi- & Alcu. ficantur per cinerem & fletum. Cinis enim & cilicium sunt arma pœnitentium. Vel in per- Ex Alcu. sona iusti, totum accipi potest. quasi dicat, Ita & Cass. frigor pro aliis & gemo. Et ad cumulum mali, Tota die exprobrabant mihi inimici mei, quos diabolus aliter nequit perdere, arte quadā vult capere.facit enim irrideri pœnitentes, quasi iurent in eorum detestatione irrisores, qui laudabant eos, dum cū eis erant seculares. Vnde subdit, Et qui me laudabant, dum cum eis fruerer seculari vita, Aduersum me iurabāt,id est, conspirabant. Quare?[QVIA cinerem,]id est,reli- Ex Cass. quias peccatorum [TANQVAM PANEM MANDVCABAM,] id est, pœnitendo consumebam, quia etiam tenuia peccata, id est, leuia per pœnitentiam sunt consumenda. [ET POCVLVM MEVM cū fletu miscebam] & si hoc ad literam accipi possit, magis tamen de calice domini accipiendum est,quem lachrymæ faciūt dulciorem. Vel ita, Quia cinerem, quasi dicat, Exprŏbrabant mihi inimici, sed non curabam: Ex Alcu. Quia cinerem tanquam panem manducabam, id est in ipsa deiectione reficiebar, adeo placebat mihi. Et poculum meum, id est, tēmpora- Ex Alcui. lem iocūditatem, Cum fletu miscebam. Vel, Poculum, id est, desiderium cælestis patriæ, pro dilatione, Cum fletu miscebā, id est, cum lachrymis miscui. Vel, Poculū, id est, potum sacratum scripturarum, quæ antiqua recolunt, Cum fletu miscebam, dum attendi bona quæ amisi, & mala quę reperi. Hic autē fletus vnde mihi est?

11 A facie iræ indignationis tuæ: quia eleuans allisisti me.

A facie irę & indignationis] Irā est vitio. in- Ex Cass. dignatio in nobis est motio animi, qua indigna-

mur etiã filiis. Ira autẽ est impetus in puniẽdo,
quæ in deũ non cadit, sed est anthropopathos.
Ex Aug. Et est[A FACSE iræ tuæ,]id est, ãb instantia
Ephe.2. vindictæ,quæ io Adam fuit cũ qua nati sumus.
Hæc ira est de propagine iniquitate de massa
peecati. Vude apostolus, Fuimus & nos natura
Ioan.3 filii iræ. Et dominus ait, Ira dei manet super eos
qui uou credũt, noo ait veniet, sed mauet: quia
uon tollitur in qua natus est [E T indiguationis
Ex gl.int. tuæ]qũam merui actualiter peccãdo. Et loqui-
tur hic ecclesia. Et bene dico à facie iræ tuæ
Ex Aug. [QV I A eleuãs]mẽ in honorẽ faciendo ad ima-
ginem tuam, qua omnia animalia superamus,
grauius[A L L I S I S T I me.] Nihil enim babet
hauc peccati miseriam, & gebennæ, uisi homo.
quod peeus plangit de peecato? quæ auis timet
gehennam ignis æterni? quia nulla est ei parti-
cipatio beatæ vitæ. Ideo uulli suut stimuli mi-
seriarum. Et vere allisisti, quia,

12 Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fœnum arui.

Ex gl.int U I E S mei]qui suut[S I C V T V M B R A,]id
Ex Aug. est, õbscuri, & vani [D E C L I N A V E R V N T]
& Cass. Sieut vmbra, id est, qũasi inutiles trãseunt. qua-
si dieat, quia ego à vero die declinaui, similes
mibi facti sunt, declinantes dies mei[E T E G O
A R V I Q V A S I fœnum]siue rore gratiæ.

PARS III. 13 Tu autem domine in ęternum permanes: & memoriale tuũ in generatione & generationem.

Ex Cass. T V autem domine]Tẽrtia pars, vbi ostendi-
& Alcu. tur certitudo impetrandi veniam. iam cõsurgit
lapsus ad propbetandũ, iam pœnitens caput re-
Ex Aug. leuat, quasi dicat, Hæc ẽgo iusto iudicio tuo pa
tior, sed tu viges, vt liberes qui viguisti, vt me
humiliares. Et boc est[T V A V T E M U O M I-
ne permanes in ęternum]ergo temporalem ser-
uet æternus. Nõ euim quia ego cecidi, tu senui-
sti. viges ad me liberandum, quia viguisti ad me
bumiliandum. [A T M E M O R I A L E tuum,]id
Ex Cass. est, prõmissum memorabile de te, scilicet repa-
& Alcu. ratio, qua tu nostri, vel uostui memores sumus.
Vel, Memoriale tuum, id est, memoria qua me-
Ex Aug. mor nostri es, qũia nou obliuisceris nostri.[E S T
I N G E oerationem]præsentem.[E T O E N E-
ratione] futuram, quia promissiouem habemus
vitæ quæ nunc est & futuræ. Beoe dico memo-
riale, nam,

14 Tu exurgens misereberis Sion: quia tempus miserẽdi eius, quia venit tempus.

Ex Aug. T V E X V R O E N S]ãd regnãdum, qui quasi
dotmieus distuleras [M I S E R E B E R I S] prius
Act.4 [S I O N,]id est, Iudeæ. Vnde apostoli & alii fra-
sres fuerunt, quorum erat cor vnum & anima
vua in deum. Misereberis dico [Q V I A tempus
miserendi eius venit] de quo dieit apostolus,
Galat.4 Cum venit pleuitudo tẽporis, misit deus filium
suum factum de muliere, factum sub lege. Et re-
2. Cor. 6 petit[Q V I A venit tempus]acceptabile. Vude,
Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies
salutis. Et nõta quod ait, Venit tẽpus. Hoc enim Ex Cass.
ideo ait, quia omnia ordine voluit fieri deus, &
tempus ad hoc disposuit, vbi oportuuitas apte
ordiuata est. Et vere misereberis Sion.

15 Quoniã placuerunt seruis tuis lapides eius: & terræ eius miserebuntur.

Q V O N I A M P L A C V E R V N T seruis
tuis,]id est, ãpostolis[L A P I D E S eius,]Sion, id Ex Aug.
est propbetæ, firmi placent. Sunt enim io Siou
lapides, sunt & uon lapides, scilicet puluis, terra.
Vnde subdit, [E T T E R R A E] vel, Pulueris]
[E I V S M I S E R E B V N T V R.]Lapides placẽt
seruis, & ipsi serui, miserẽtur, terræ. Lapides sunt
prophetę, ibi pręmissa est prędicatio, inde sum-
ptum est euãgelicum officium. Serui ergo, id est,
apostoli agoosciunt in lapidibus, id est, in pro-
phetis eloquia Dei, & de terra formant imagi-
nem dei dum terreni mundantur, quorum mi-
serentur. Sicut ergo de puluere terræ formatus
est homo: ita de puluere ruentium parietinarũ, Act. 2.
dei imago reformatur. Inde est quod misso spi-
ritu sancto multi crediderunt eorum, qui do-
minum crucifixerant. de illo enim puluere mul-
ta milia credentium venerunt precia rerũ sua- Act.4
rum ad pedes apostolorum ponẽtium. Sed non
taotum hoc iu Siou factum est, imò veuit & a-
lius paries de geotibus. Vnde subdit,

16 Et timebunt gẽtes nomẽ tuum domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.

E T T I M E B V N T geotes] Quæ mõdo ti- Ex gl.int.
mere nesciunt [N O M E N T V V M, E T O M-
N E S reges terræ]timebũt[G L O R I A M tuam.]
maiorem sua. Ideo bæc,

17 Quia ędificauit dominus Sion: & videbitur in gloria sua.

Q V I A U O M I N V S A E D I F I cauit] vel,
Aedificabit[S I O N], id est, ẽcclesiam boc modo Ex Aug.
agitur [E T] tandem iu ædificata Sion [V I U E-
B I T V R I N gloria sua] quod uou modo, tunc
videbitur gloriosus: qui primo visus est in illa
infirmitate. Vnde, Vidimus eum oon babentem Esa.53.
speciem ueq; decorem Aedificauit Sion, quia,

18 Respexit in orationem humilium: & non spreuit precem eorũ.

R E S P E X I T in oratiouem humilium] qũi Ex Cass.
spiritu pleni orabant vt veniret. Hoc agĩtur in Ex Aug.
ædificatioue Siou. orant, gemunt ędificãtes, qui
sunt vnus pauper, & pauperes multi. Vnde in
titulo singulariter, hic pluraliter dicit: sed vnus
dicitur propter vnitatem pacis ecclesiæ, multi
propter latitudinẽ: ergo uunc oratur, nuuc cur-
ritur, uunc cinis tanquam panis manducatur,
& nunc potus eum fletu miscetur, ne in futuro
sero quęratur, inaniter petatur, frustra pulsetur,
foris remaneatur, cum quinq; virginibus fatuis.

Ex Cass. [ET NON spreuit precem eorum] hoc est respicere, quod non spernere.

19 Scribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur laudabit dominum.

Ex Cass. SCRIBANTVR hæc] quī supra pœnitentia sordebat, iam honore prophetæ decoratur.
Ex gl.int. Præcipit hęc quę dixit testimonio scripturę firmari, vt ętas futura ea discat. q.d. Dixi per Christum esse reparationem, per Adam destructionem. Et [HAEC,] scilicet quod reparatio est per
Ex Aug. & Cass. Christū, & destructio per Adam [SCRIBANTVR] vt firmiter teneantur, vel habeantur [IN generatione altera,] id est, ad opus generationis nouæ. Hæc enim quando scribebantur, non sic proderant generationi veteris testamenti, prosunt vero alteri generationi, id est nouæ. Vnde subdit, [ET populus qui creabitur.] Noua creatura in Christo non dico qui creatus est [LAVbit dominum,] qui sibi subuenit. Vnde aposto-
2.Cor.5 lus dicit, Si qua in Christo noua creatura est vetera transierunt. Et ecce facta sunt omnia noua.

20 Quia prospexit de excelso sancto suo, dominus de cælo in terram aspexit.

Ex Aug. QVIA prospexit, &c.] Pōst gemitus dolētis,
Ex Cass. & Alcu. iam sunt verba consolationum, iam gaudet pauper. Et nota quia supradixit, ędificauit dominus Sion, & item, scribantur hæc. Modo vtrunque declarat, scilicet quid dixit scribendum, & quomodo ędificauit. Hoc est enim quod dixit, scri-
Ex Aug. & Cass. bendum, scilicet [QVIA prospexit,] id est, missertus est [DE excelso sancto suo] vt ad humiles veniret humilis, & sic ædificauit Sion. Et nota quia propheta vt præterita dicit, quæ adhuc
Ex gl.int. erant futura. deinde euidentius aperit quod dixerat, Dominus de cælo in terram aspexit. ad quid prospexit? subdit, scilicet,

21 Vt audiret gemitus cōpeditorū, vt solueret filios interemptorū:

VT audiret gemitus compeditorum,] id est,
Ex Aug. sanctōrum, qui sunt cōpediti timore dei, & disciplina eius. Timor nanque dei compedes sunt, in quibus gemunt sancti ad impetrādam misericordiam. Nisi enim compedibus timoris legati essent martyres, dura & molesta à persecutoribus non sustinuissent. De his compedib⁹ scri-
Eccl.6 ptura sapientiæ dicit, Audi fili, & excipe sententiam meam, & ne abiicias consilium meum, & infer pedem tuum in compedes illius, & in torquem eius collum tuum, & erunt tibi compedes eius in protectione fortitudinis, & torques illius in stolam gloriæ. quas compedes soluunt qui martyres occidunt, & solutis vertuntur in gloriam [VT solueret filios interemptorū] vel,
Ex Aug. Mortificaturum. Nos autem sumus filii mortificatorum illorum, qui soluimur à nodis pecca-
Ex Greg. in hunc psalmum. torum, & à vinculis cupiditatū. Prospexit ergo dominus in terram, Vt audiret gemitus cōpeditorū, timōre & disciplina eius. Vel, Compeditorū, peccatis, vel mortalitate. Vt solueret filios interemptorū, id est, nos à peccatis. Vnde alibi, Dirupisti vincula mea. Ad quid audiret & solueret? ad hoc, Psal.115

22 Vt annuntiēt in Sion nomen domini: & laudem eius in Hierusalem.

[VT] iām iannuntient] quod non licuit eum Ex Aug.
interficerētur compediti [NOMEN domini,] id est, laudē de dei essentia [IN Sion,] id est, in ecclesia, [ET laudem eius] secundū opera annuntient [IN Hierusalem,] id est, in ecclesia. Ita annuntient. Ex gl.int. & Greg. in hunc psalmum.

23 In conueniendo populos in vnum, & reges: vt seruiant domino.

[IN conueniendo populos & reges] terrarum, Ex Cass.
id est, vt faciant populos & reges cōuenire [IN vnum,] id est, in vnitatem fidei & morum, quod Ex Aug.
fit sanguine mortificatorum, & compeditorum gemitibus qui auditi sunt. Ad quid? Vt seruiant domino. ¶ Vel aliter ab illo loco, Vt audiret gemitus compeditorum. Cōmpediti dicūtur sancti veteris testamēti, qui legalib⁹ vinculis astricti non sunt vsi noxia libertate, qui cum gemitu orabant, vt deus mundum à peccatis solueret, & Ex Cass.
Vt solueret filios interemptorū, id est, filios eorum qui fraude diaboli sunt perempti à paternis erroribus liberaret .s. apostolos, & alios bonos de illo populo, qui fuerunt filii eorū, quos diabolus interemit: vt sic ipsi liberati, Annuntient in Sion nomen domini. prædicit futura. Hoc enim in Sion factum est, dum ibi primū loquebantur apostoli variis linguis magnalia dei. Act.2
Vnde in generalem ecclesiā cucurrit sermo eorum. Vnde subdit, Et laudem eius annūtient in Hierusalē, id est, in generali ecclesia, ita annuntient, In conueniendo populos in vnum, & reges vt seruiant domino. hæc non mutantur.

24 Respōdit ei in via virtutis suæ, PARS III
Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

RESPONDIT] Quārta pars, vbi post certitudinē veniæ dicit, quod de sua breuitate ad Ex Alcui.
æternitatem transeat. q.d. Vt annūtient nomen domini, & laudem eius in Hierusalem. Et [RESpōdit ei] domino, scilicet laus, vel Hierusalem. Ex Aug.
Superiora verba indicāt respondisse ei, aut laudem aut Hierusalem. Supra enim memorauerat & laudem & Hierusalem, & populos & reges. Sed ad populos vel ad reges non potest referri: quia si referretur, dixisset, responderunt. Quia ergo singulari numero dicit respōdit, intelligitur respondisse laus, vel Hierusalem: laus respondet, quando ei gratias aguntvocati ab illo, dum bene credunt vel bene viuunt, vel Hierusalem, non illa reproba quæ occidit prophetas: sed illa quæ multos filios parit vocata respondet, non cōtemnit, sed fructum reddit. Ecce quid & cui respondit, & vbi respondit [IN via] .i. in Christo, scilicet in vnitate fidei eius, nō

in se respondit, id est ex suis meritis. De se enim
nō esset vox nisi peccati. & qualiter respondit?
[IN via virtutis suæ] id est in fide, qua resurre-
xisse credit Christum. Via enim virtutis suæ,
fuit Christus post resurrectionem, cum iam non
est infirmus vt prius, cum fuit via infirmitatis:
sed fortis in cælo vocat ecclesiam. Laus autem si
dei est, non quia credit mortuum, quod & Paga
nus credit, sed quia credit glorificatum. Respon
dit, ergo, Ei, non voce, sed corde: non lingua, sed
vita, In via, non infirmitatis, sed, Virtutis suæ, id
est in fide Christi, qua credit eum non tantum
mortuum, sed resurrexisse & ascendisse ad æqua
litatem patris. Dixi quod ecclesia respondit do-
mino, & vbi & qualiter: sed quia præuidit quos-
dam dicturos, fuit quidem quondam ecclesia cō
gregans omnes in vnum, sed iam desijt, inquit,
[PAVCITATEM] vel exiguitatem [DIERVM
meorum] non æternitatem illorum dierum vbi
ero, sed temporales dies, scilicet quandiu ero in
hoc seculo, [NVNTIA mihi] Hoc dicit pro-
pter illos qui dicunt iam non esse ecclesiam.
Non vacat vox ista, non est inanis hæc petitio.
Matth. 28 Ipsa enim via sic annunciauit, Vobiscum sum
vsque ad consummationem seculi. Totum vero
tempus vsque ad finem seculi, est illa exiguitas
dierum, quia omne quod finitur, exiguum est, vt
inde trāseatur in æternitatem. Dico nuntia. Et,

25 Ne reuoces me in dimidio die
rum meorum: in generatione & ge
nerationem anni tui.

Ex Aug. NE reuoces me in dimidio dierū meorum]
.i. fac, vt in toto eo exiguo, non desinam. nō sic
fiat vt hæretici dicūt, vsq; in finē seculi, perdue
me. Nō ideo in dimidio dierū meorum me reuo
ces, sed perfice mihi exiguos dies vsq; ad finē se-
culi, vt postea des æternos. Cur autē de exigui-
tate quæris? quia [IN generatione & generatio-
nem] sunt [ANNI tui] id est quia licet illi dies
Ex Cass. vsque in finem seculi durent, tamen exigui sunt
in comparatione tuorum qui nō mutantur, qui
æterni sunt. ¶ Vel ita ab illo loco, Respondit
&c. q. d. Annūtiant laudem eius in Hierusalē, &
ipsa Hierusalem, id est ecclesia, Respondet ei, do
mino gratulando, & obsequēdo præceptis eius.
Vbi? In via virtutis suæ, id est constantiæ suæ, nō
Ex Greg. in hūc ps. declinando à bono. Breuiter hic diffinitur reli-
gio Christiana, cum dicitur, In via virtutis. Di
co respondit, & respondēdo orauit, hoc, O deus
Ex Cass. Annuntia mihi paucitatē, vel exiguitatem, Die
rum meorum, id est breue hoc tempus totius se
culi vsque ad finem fac me attendere. Finē quip
pe seculi cupit scire, vt cito ad beatitudinē ve-
Matth. 25 niat, nec petit noscere diem, neque horam con
summationis, qđ nemo potest scire. Vnde dom.
De die autem illa, & hora, nemo nouit, nec an-
gelus, nec filius nisi solus pater. Desiderat autē
scire vtrum seculum cito finiatur, vt sic trāseat
ad vitam. Pro quo subdit, Ne reuoces me in di-
Ex Greg. in hūc ps. midio dierum meorum, id est ad transactam vi-
tam, vel ætatē peccatorum. Vnde liberatus sum.
Vel, Ne reuoces me in dimidio dierū meorum,
nē sinas me reuocari à cursu cælestium, vt hæ-
ream curæ temporalium, quin hos dimidios &
futuros dies continuem. Et dicit hos præsentes
dies, dimidium dierum, vel diēs dicit quos in Ex Alcu.
bono in præsenti agit vir sanctus, in quibus me
retur præmium vitæ, Dies enim habet, qui eos
hic in luce bonæ vitæ agit, sed non sunt nisi di-
midij si non addūtur æterni. Et est, Quia ten-
do ad æterna. Ne reuoces me in dimidio dierum
meorum, id est vt remaneam in his dimidijs die- Ex Aug.
bus, sed adde dies gaudij. In generatione genera
tionum sunt, alia litera, Anni tui, est generatio
generationum, quæ non transit, collecta de o-
mnibus generationibus, id est sancti. Collectæ
enim sunt sanctæ proles omnium generationū,
& facta est inde vna generatio generationum,
quæ non vadit, nec præterit. In illa erunt, Anni
domini, qui nō transeunt, scilicet æternitas dei.
Non enim aliud sunt anni dei, aliud ipse: sed an
ni dei, æternitas dei est. Æternitas autem ipsa
dei substātia est, nihil habens mutabile, vbi nihil
est præteritum, nihil futurum. Et est, Dies mei
sunt exigui, sed, Anni tui, id est æternitas tua,
sunt, In generatione generationum.

26 Initio tu domine terram fun-
dasti: & opera manuū tuarum sunt
cæli.

INITIO tu domine] q. d. Ne reuoces me, Ex Alcu.
quia ad æternitatem tendo, quam exponit, di- Ex Cass. & Aug.
cens, ō [DOMINE terrā fundasti] Et hoc, Ini-
tio, quia æternitate tua præcedis omnia quæ fe
cisti. Sine initio enim ante creaturas extitit. [AT
opera manuum tuarū sunt cæli] ad literam. Ali Psalm. 32
bi dicitur, Verbo domini cæli firmati sunt. sed
quod verbo facit, hoc & manu, id est virtute.
Nō est enim distinctus corporeis membris. Ver-
bum autem dei manus eius est. Et,

27 Ipsi peribunt, tu autem perma
nes: & omnes sicut vestimētum ve-
terascent.

IPSI] cæli [PERIBVNT] de cælis proxi- Ex Aug.
mis terræ, hoc constat quod peribunt, secūdum
qualitatem. Vnde & Petrus, terra autem & cæ- 2 Pet. 3
li qui nunc sunt, eodem verbo repositi sunt igni
reseruandi. De superioribus autem cælis cælo-
rum, non est certum, sed si manent, nō in se, sed
deo manēt. Vel mysticè cæli sunt iusti, qui sunt
opera manuum eius: qui secundum vestimentū,
id est secundum corpus peribunt, sed mutabun-
tur in melius. [TV autem permanes] immutabi
lis. Sicut æternitatem dei ostendit, creando o- Ex Cass.
mnia, sic manendo post mutata. [ET omnes] vel
omnia, [SICVT vestimentum veterascent] qđ
non de angelis accipi potest, sed de mutabilibus
scilicet de cælis, ad literam. Vel de sanctis, qui ve
terascent sicut, Vestimentum, id est secundum
corpus quod more vestis consumitur.

28 Et sicut opertorium mutabis
eos, & mutabuntur: tu autem idem
ipse es, & anni tui non deficient.

ET sicut opertorium mutabis eos] Cælos
accipe, qui omnia operiunt, qui etiam mutabun

tur. Vnde subdit,[ET mutabuntur]mũtata vel
Ex Caſſ. mutanda rectè dicuntur, quia iam non ſubia-
Ex Aug. cebunt corruptioni,ſicut ante.[TV autem]quĩ
Exod.3. dixiſti,Ego ſum qui ſum,[IDEM ipſe es].i.im-
mutabilis, & omnipotẽs.licet enĩ omnia ſint ex
te,& per te,& in te,non tamẽ ſunt quod ipſe es,
qui es mutans,non mutatus:faciens,non factus:
mouens,ſed manens.[ET anni tui] qui erunt in
generatione generationum[NON deficient]
ſed an ibi eſſe poterimus? vtique.Audi quod ſe-
quitur,

29 Filii ſeruorum tuorum habitabunt: & ſemen eorum in ſeculum dirigetur.

Ex Caſſ. FILII ſeruorum tuorum &c.] Hilaris con
& Alcu. cluſio eſt hic,qua dicimur ibi habitaturi.q.d. An
ni tui non deficient.Et in tuis annis [HABITA-
Ex Aug. buot filij ſeruorum tuorum] id eſt prõpbetarũ
& apoſtolorum, nedum ipſi. Ita dicit hic filios
Num.14 habitare,vt filij intrauerunt in terram promiſ-
ſionis,non patres eorum:quod ſignificat nouos
homines intrare in nouam requiem, non vete-
res.Intrauerunt tamen de illis patribus duo, ſci
licet Caleph & Ioſue,quia & in requiem veram
intrant vnus & vnitas, id eſt Chriſtus & eccle-
ſia,cum omni nouitate filiorum.Dum ergo di-
cit filios habitaturos, & hiſtoriæ veteri alluſit,
Ex Aug. & myſterium notauit. Vẽl filij ſunt opera bo-
na,ſine quibus nemo intrat. Filij, ergo, Seruo-
rum, tuorum habitabunt, id eſt ſerui per bona
opera habitabunt,quaſi per filios.Noli ergo eſſe
ſterilis ſi vis habitare. præmitte fœtus operum,
quos ſequaris,qui te deducant ad terram viuen
tium. Vnde filius, ſcilicet Ioſeph, antecesſit Ia-
Gene.45 cob in AEgyptum. Et ait patri ſuo & fratribus
ſuis, Ego præueni parare vobis eſcas: ita ergo
præcedant,Filij tui,id eſt opera bona tua,para-
re tibi epulas æternæ refectionis. Quales e-
nim filios præmiſeris, tales ſequeris. [ET ſe-
Ex Greg. men eorum]id eſt opera. Vnde fructus æternus
in hũc pſ. metitur,[IN ſeculum] id eſt in æternum [DI-
RIGETVR]Hoc ideo dicit,quia nihil tortum
intrat.

COLLATIO
In pſalmum 101. Domine exaudi orationem meam &c.

4 SICVT cremium aruerunt.] Sententiam
aliis verbis vnam efferunt. Hieron. Quaſi frixa
contabuerunt. Alij,tanquam focus, aut torris
aduſta ſunt. מוֹקֵד moqed eſt à radice יָקַד ia-
qad,id eſt accendit,exuſsit, & frixit. Hinc edi-
tio Romana,quam imitatur diuus Auguſtinus,
habet,Sicut in frixorio confrixa ſunt. Porro cre
mium ſecundum Arnobium, eſt ſarmentum ari
dum,quod tamen vocat frixorium. Et hæc ſi-
gnificantia plurimum quadrat Hebræo & Græ
co. Illud enim ſonat torrem aduſtum, hoc vero
lignum aridum φρύγιον. Calepinus putat eſſe cre
mium,carnem in frixorio frixam, quæ quo ma-
gis torretur, eo magis virtus eius & humor e-
uacuatur.

7 SICVT nycticorax in domicilio.]Hiero-
nymus, Nebienſis, Munſterus, & Sanctes, pro
nycticorace, ponunt bubonem nocturnum,ſimi
liter auem. Alij concordant LXX. Sed pro domi
cilio omnes habent ſolitudines, aut ruinas, ſiue
parietinas. De his duobus quid ſentiat Hieron.
ad Suniam & Fretellam audiamus. Quæritis
quid ſignificet nycticorax apud Latinos. In He
bræo pro nycticorace,verbum כּוֹס cos ſcriptum
eſt. Quod Aquila, & LXX, & Theodotion, &
quinta editio, nycticoracem interpretati ſunt.
Symmachus vero, vpupam. Sexta editio no-
ctuam, quod & nos magis ſequimur. Denique
vbi apud nos & Græcos legitur, Factus ſum ſi-
cut nycticorax in domicilio: apud Hebræos di-
citur,Factus ſum ſicut noctua in ruinoſis. Ple-
rique bubonem contentioſè ſignificare putant.
Hactenus ille. Ex quo arguere licet, vel ex hoc
loco,Hieronymi verſionem eſſe editam ob con
tentioſos Iudæos. Nam vertit bubonem, quod
tamen dicit ſe non ſequi. Quid denique ſit in
domicilio, docet vbi ſuperius, dicens, quod in
Græco habetur δῶμα,velut ad verſiculum, Si-
cut paſſer ſolitarius in tecto, vbi ſcribit. Et dici
tis inueniſſe vos in Græco ἐπὶ δώματος,quod an
tiqui codices Latinorum, interpretati ſunt in
ędificio,δῶμα in orientalibus prouincijs,ipſum
dicitur,quod apud Latinos tectum. In palęſtina
enim & AEgypto,vel vbi ſcripti ſunt diuini li-
bri,vel interpretati ſunt,non habẽt in tectis cul
mina,ſed domata: quæ Romæ vel ſolaria, vel
meniana vocant,id eſt plana tecta,quę tranſuer
ſis trabibus ſuſtentãtur. Deniq; & in Actis apo
ſtolorum,Petrus quando aſcendit in doma,in te
ctum ędificij aſcendiſſe credendus eſt. Et quan-
do præcipitur nobis, vt faciamus domati no-
ſtro coronam,hoc præcipitur, vt in tecto facia-
mus per circuitum quaſdam eminentias, ne fa-
cilis in pręceps lapſus ſit. Et in Euãgelio, Quæ,
inquit,auditis in aure, dicetis ſuper domata, id
eſt ſuper tecta. Et in Eſai. Quid vobis eſt,quod
omnes aſcenditis ſuper tecta vana? Et multa hu
iuſmodi. Hęc Hieron. Iam idem annotandum
vigilanter venit, quod doma quidẽ habetur in
eo verſiculo, Sicut paſſer ſolitarius in tecto. In
altero tamen, exemplaria quæ viderim legunt,
ἐν οἰκοπέδῳ.

9 QVI laudabunt me.] מְהוֹלָלַי mehola-
lai. Hieronymus exultantes. Alij quidam ver-
tunt,inſanientes in me. Alii,deludentes me. Cer
tè apud Hebræos, vox illa multiplex eſt.

14 QVIA venit tempus. Conſimiliter Hie
ronymus & alij ferme. Interpretes pro Caieta-
no,pro tempus, ponunt teſtificatio. Pratenſis,
ſolennitas. מוֹעֵד moed.

15 TERRAE eius miſerebuntur.]Hierony-
mus verbum per nomen reddit, puluerem eius
miſerabilem. יְחֹנֵנוּ iehonenu. Ad Suniam &
Fretellam,iuxta LXX transfert miſerebuntur,ac
docet עָפָר aphar poſſe interpretari, tam pro
terra,quàm pro puluere.

TIMEBVNT gentes nomen tuum domi-

ne.]Hanc lectionem mutuati sumus ex psalmodia Romana. Siquidem hebraïcè & græcè habetur, Timebũt gentes nomen domini. Nec variat sensus. וַיִּרְאוּ גוֹיִם אֶת שֵׁם יְהוָה veitreu goiim eth schem adonai. φοβηθήσονται τὰ ἔθνη τὸ ὄνομα κυρίου.

18 HVMILIVM.]Hieronymus, Vacui. Pratensis & Munsterus, solitarij. Sãctes, eorum qui sunt sicut myricæ. Pellicanus vociferantis. Interpretes pro Caietano, suspirantis. Translator ad Campensem, destituti. Paraphrasis huius, dolentis. Nebiensis, excitantis. Si Lxx aut Hieronymum relinquimus, quem sequemur? Veruntamen quantum possumus colligere ex hebraïcis lexicis iuxta vocabulum in Heb. positum, oportet significantiam transumptiuè accipere, adaptando quod cõmodius est. Iam Sanctes in thesauro linguæ sanctæ scribit, עַרְעָר arear esse myricam aut iuniperum, ex Rab. Da. Pleniùs tamen & planius nobis satisfacit Hieronymus in Hierem. c 7. ad illud, Erit enim quasi myricæ in deserto. Quæ, inquit, hebraïcè dicitur עַרְעָר arear, siue vt interpretatus est Symmachus, lignũ infructuosum in solitudine. Quæ respondens ad interpretationem Lxx & suam, Siquidẽ celebratum est myricas, esse arbores humiles, iuxta illud vers. Non omnes arbusta iuuant, humilésque myricæ. Deinde quum vertit Hiero. respexit ad orationem vacui, quadrat interpretationi Symmachi, de ligno infructuoso. Denique Chaldæus assonat vulgatæ editioni, Respexit ad orationem desolatorum.

24 RESPONDIT ei in via virtutis suæ.] Hieronymus & recentiores, Afflixit in via virtutem meam. Atqui עָנָה anah & עִנָּה innah. apud Heb. sonat & respondit, humiliatus est, humiliauit. vt nõ incõgruè hoc aut illo modo reddatur. Quod autem efferimus, Virtutis suæ, sub tertia persona, & Heb. sub prima aliquoties admonuim' id accidere, ob cognationẽ iod & vau, quorũ alterum in alterũ, paruo negotio migrat, quin haud rarẽter vnum sufficitur in vicẽ alterius. Sic enim non multo distant כֹּחוֹ cobo, & כֹּחִי cohi.

PAVCITATEM dierum meorum.] Alij accipiunt per verbum קִצַּר יָמַי quitzar iamai, id est abbreuiauit dies meos. At mox, Nuntia mihi. Hebræi sequenti versui copulant, per primã personam futuri, אֹמַר omar, dicam. Sed legas אֱמֹר emor habebis, nuntia, iuxta nos, quoniam & si sit alia punctorum notatio, manent tamen inuariata elementa. Denique vbi legimus mihi, Hebręi nunc dicunt, deus meus. Porro in, mihi, & in hoc quod est deus meus, prorsus eædem literæ manent. Distinctio punctulorum facit varietatem. Nam אֵלִי eli, deus meus. Et אֵלַי eli ad me, vbi etiam nõ discernitur prolatio, nisi dicatur אֵלַי elai, quod melius est. Nec tamen mutatur vlla litera.

CII. PSALM. TIT.
Psalmus ipsi Dauid.

BENEDIC anima mea domino.] Titulus, [PSALMVS ipsi Dauid] Pòst preces pauperis, sequuntur præconia gaudentis. Omnes enim qui in Christo sunt, quasi vnus hõmo sunt, qui hic loquitur & excitat atq; hortatur animam suam, vt benedicat dominum, volens diffinire, cur sit benedicendus. Causam enim laudis supponit, ne quis ad hoc piger inueniatur. Et est sensus tituli, [IPSI Dauid] id est Christo, fit iste [PSALMVS]. i. ista laus, quę hic cantatur, Christo fit, & nõ alij. Intentio. Monet ad laudem. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo Propheta per sua beneficia sibi à deo collata, hortatur benedicere deum. Secũdo per ea quæ antiquis contulit, & posteris collaturus est, ibi, Faciens misericordias. Tertio per cælestes, & omnes alias creaturas, monet benedicere deo, ibi, Benedicite domino. Prõpheta in persona generalis iusti loquens secundum superiorem vim animæ, id est rationem exhortatur animam ad benedicendum, dicens, ô Ex Cass. & Aug.

BENEDIC anima mea domino: & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius.

ANIMA mea benedic domino] id est lauda dominum; qui dicit, Sacrificium laudis honorificabit me. Clama ergo voce si homo est, qui audiat: sine voce clama, si nõ est qui audiat homo, quia audit deus. Deinde iterat expressius quod dixerat, [ET omnia quę intra me sunt] id est omnes cogitationes, omnes vires, nulla discrepẽt. Benedicat [NOMINI sancto eius] Nunquam enim deest qui audiat interiora, & ideo nunquam sileant. Item repetit, Ex Aug. Psal. 49 Ex Cass. Ex Aug.

2 Benedic anima mea domino: & noli obliuisci omnes retributiones eius.

BENEDIC anima mea domino] Repẽtitio ad exhortationem valet. Dico benedicas, & vt semper benedicas, [NOLI obliuisci omnes retributiones eius] non sit ante oculos tuos delectatio peccati, sed damnatio peccati: & remissio dei. Cogita omnia mala tua: quia quot ea sunt, tot bonæ retributiones sunt dei. Non enim ante oculos poterũt esse omnes retributiones dei, nisi ante oculos tuos fuerint omnia peccata tua. Et nota quod non ait retributiones, sed retributiones eius: aliud enim debebatur, & aliud redditum est quod non debebatur. Tribuit homo mala pro bonis, & retribuit ei deus bona pro malis, pro quibus bonis tribuit homo mala. Ecce bonum est, quia homo est, & quia viuit, & quia ad imaginem dei est factus, pro quibus eum debuisset homo reddere deo sui similitudinem, reddit dissimilitudinem. Et pro his malis red- Ex Aug.

dit deus bona, inspirando pœnitentiam, & præstando veniam. Et ideo alibi, Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Tribuit, cum me fecit: retribuit, cū iustificauit. Hæ autem sunt retributiones, ipse est, Psal. 115

3 Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

Ex Aug. QVI omnibus iniquitatibus tuis propitiatur] rēmittendo eas. [QVI] post remissionem etiam [SANAT omnes infirmitates tuas] vel languores tuos, quia corpus infirmum est, & ex languore corporis multa suggerūtur animæ carnalia desideria, titillant, & quibusdam capitur anima: sed nō est timendum, quia, Sanat omnes infirmitates tuas, nunc fouendo blandis, nunc secando asperis. Omnipotenti enim medico nullus insanabilis languor occurrit, maximè autem in fine sanabit languores, quādo hoc corruptū induet incorruptionem. Vnde subdit,

4 Qui redimit in interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus.

Ex Aug. QVI redimit] vel redimet. q. d. Inde sanat omnes languores, quia ipse est [QVI redimit] precio sanguinis [VITAM tuam de interitu] id est de corruptione, quæ tanta est in corpore, & aggrauat animam quam impedit, ad ipsum deum cogitandum, atque à sublimi intentione detorquent animam, sed finietur cum induet incorruptionem. Sanabit vtique, quis ipse est, [QVI] si viceris, etiam [CORONAT te] iam incorruptum, quod non est nisi ab eius misericordia, vnde subdit. Coronat dico, [IN misericordia & miserationibus.]

5 Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.

Ex Aug. QVI] ētiam [REPLET desiderium tuum in bonis] post coronam, nō restat lucta, in qua timeris: sed satiaris his, quæ hic desiderabas, ad quæ suspirabas. Quando erit hoc? quando [RENOVABITVR vt iuuentus tua] q. d. hoc non est in præsenti, vbi nemo repletur, sed semper indiget. Sed quando renouata erit iuuentus tua? Et addit, [VT aquilæ] Renouatur iuuentus aquilæ, sed non ad immortalitatem. Similitudo enim data est, quanta potest esse de re mortali ad immortalem. Dicitur aquila, dum senio grauatur rostri immodice crescentis vnco non posse os aperire, & cibum capere. & inde languescit sed quodam naturali modo collidit rostrum ad petram, & excutit rostri onus, quo cibus impediebatur, & redit ad cibum, & omnia reparantur ei, vt fiat iuuenis. Sic & quod nos impedit comedere panem nostrum, petra aufert & excutit vetustatem, id est Christus, vt in eo renouemur, quibus vetustas claudit os oblitis comedere panem nostrum.

PARS II 6 Faciēs misericordias dominus: & iudicium omnibus iniuriam patientibus.

FACIENS misericordias dominus] Sēcunda pars, vbi monet benedicere per ea, quæ facta sunt antiquis, & posteris fiēt. q. d. In futuro introibimus, satiabimur, Quid in via hic nobis est? nunquid deserimur? nō, quis [DOMINVS] relinquens nos in deserto, sed ducens ad patriam & [FACIENS misericordias] Sed misericordibus, de quibus dicitur, Beati Misericordes, quoniam illi misericordiam consequentur: illi sunt qui diligunt inimicos, & in se peccantibus dimittunt. Hunc misericordiæ fructum dominus scribens in terra, cum accusaretur adultera exigebat. Ante enim in lapide scripsit deus signans Iudæorum duritiam, sed inclinatus in eatnem scripsit in terra humanæ mentis fructum paritura. Inclinatio enim ipsius incarnationis humilitatem significat, per quam in Christianis misericordiæ fructum erexit. Hæc autem misericordia in omnes est facienda. Vnde Apostolus, Operemur bonum ad omnes &c. Et illud, Omni petenti tribue, & si esurierit inimicus tuus ciba illum: legitur tamen alibi, Ne tradas peccatori, & ne suscipias peccatorem, quæ prædictis aduersa videntur. Sed in hoc quid videtur auctorum conflictu, duo sunt attendenda, natura & vitium. Naturam iuua, vitium persequere. Ergo ne tradas peccatori, & ne suscipias peccatorem, id est non amore iniquitatis illius suscipias eum. Econtrario, omni petenti tribue. Et si esurierit inimicus tuus, ciba illū, scilicet subueni naturæ, non iuues peccatum: da operi dei, nō operi hominis. Nam quod homo est, opus dei est: quod peccator est, opus hominis est. Sic qui dat iusto pro alia causa, nisi quia opus dei est, nō dat iusto. Ideo dicitur, Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Hoc quoq; misericordiam non impedit, si puniuntur mali. Puniendi enim sunt iniqui, non animo vltionis, sed dilectionis. Vbi autem potēt ior occurrit, nec potes corrigere vel monere, tolera: securus quod nō erit impunitus, post misericordiā .n. subdit, de iudicio dicens. Et, Dominus, est, Faciēs [IVDICIVM] Vnde, Mihi vindictam, & ego retribuā, dicit dominus. Sed quibus? [OMNIBVS iniuriam patientibus] ab his qui non sunt sui iuris, id est qui non pertinent ad iura gubernationis ipsius qui patitur, in quos nequit disciplinam exercere. Deinde ostendens quæ antiquis fecit, subiungit.

Ex Alcu. & Aug. — Matt. 5 — Ioan. 8 — Galat. 6. — Lucæ 6 — Rom. 12 — Matt. 10 — Deute. 23

7 Notas fecit vias suas Mosi: filiis Israel voluntates suas.

Ex Aug. NOTAS fecit vias suas Mosi] Pēr Mosen omnes sanctos accipe: vno posito omnes occurrunt, tamen eum ideo specialiter ponit: quia per eum data est lex, vt conuincatur languidus, & prodatur in quinque porticibus quinque librorum legis, & non sanetur. Vt sic quęrat medicū, & sanetur vnitas in piscina, ad descensum angeli mota, id est in Christi passione, qui cum de cęlo descendit, à populo passus est. Lex ergo data est, vt superbus humilietur: humilis confiteatur Ioann. 5

& sic sanetur. Et hæ sunt occultæ viæ, quas ostẽdit deus Mosi: per quem legem dedit, vt abundaret delictum. [ET filijs Israel] veris, [NOTAS fecit voluntates suas.] Et,

8 Misericors & miserator dominus: longanimis & multum misericors.

Ex Cass. DOMINVS] est [MISERATOR] actu [ET misericors] natura. Misericordiam necessario sequitur patientia: vnde subdit, [ET longanimis] quia peccantes diu sustinet, [ET miseri-
Ex Aug. cors] quia dat bona, & vocat multis modis. Vocat enim beneficijs creaturæ, vocat impertiẽdo tempus viuendi, vocat per lectorem, vocat per tractatorem, vocat per intimam cogitationem, vocat per flagellum correctionis, vocat per misericordiam consolationis. Et hoc [MVLTVM] quia & blasphemis est, Misericors. & verè misericors, quia,

9 Non in perpetuũ irascetur: neque in æternum comminabitur.

Ex Aug. NON irascetur in perpetuum] bonis scilicet. Ira est pro primo peccato, quam in hoc seculo patimur: sed consolatur, promittens finiendam, [NEQVE in æternum comminabitur] de
Ex gl.int. pœna æterna. quod inde probandum est, quia,

10 Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Ex Aug. NON secundum peccata nostra fecit nobis]
Ex Cass. q.d. quod non merebamur, accepimus. Hoc o-
& gl.int. mnibus conuenit, quibus gratis bona præstat, [NEQVE secundum iniquitates nostras retribuit nobis] sed post offensam absoluit. Et verè,

11 Quoniam secundum altitudinem cæli à terra: corroborauit misericordiam suam super timentes se.

QVONIAM corroborauit misericordiam
Ex Aug. super timentes se] secundũm quid? [SECVNDVM altitudinem cæli à terra] Si cælum potest abscedere à protectione terræ: & deus poterit non protegere timentes se? attende aptam comparationem. Cælum enim vndique circa terram est, inde etiam peccantibus lux prouenit ad oculos. inde aër, inde spiritus, inde pluuia ad terram: vnde fructus. Sine deo defixit certa, sic protectio dei manet super timentes se. Et quid fecit? ecce,

12 Quantum distat ortus ab occidente: longè fecit à nobis iniquitates nostras.

Ex Cass. QVANTVM distat ortus ab occidẽte] tam [LONGE fecit à nobis iniquitates nostras] q.
Ex Aug. d. dẽ tenebris facit lucem splendere. Quando enim peccatum remittitur, occidunt peccata, & gratia oritur: peccata tanquam in occasu sunt: gratia qua liberaris, in ortu est. Auertere ergo ab occasu peccatorũ, & tende ad ortum gratiæ, & ita surgis & proficis. Fecit, ergo, Longè à nobis iniquitates nostras, quantum distat ortus ab occidente, quando fecit vt illę occidant, & Ex gl.int.
gratia oriatur. Sed quare hoc fecit? gratis, nõ meritis. Et hoc est,

13 Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.

QVOMODO pater miseretur filiorum] e- Ex Aug.
tiam flagellis: ita [MISERTVS est dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmẽtum nostrum] id est infirmitatem nostram. Nouit quod fecit, quomodo lapsum sit, quomodo reficiendum sit, quomodo adoptandum sit, quomodo ditandum sit. à factura enim creatoris repul Ex Cass.
si, ipsi nos male finximus. Dẽinde exponit fi- Ex Aug.
gmentum nostrum, subdens,

14 Recordatus est quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum dies eius: tanquam flos agri sic florebit.

RECORDATVS est quoniam puluis su- Ex gl.int.
mus, quia & si facti sumus imago tua ô domine, puluis tamen sumus, ariditate peccati. Vel secun
dum aliam literam, quæ est, Memento quoniam Ex Aug.
puluis sumus. q.d. quod figmentum cognouit? nos infirmos, vnde conuersus ad deum dicit, Memento quoniam puluis sumus. Memento, id est, perseueret erga nos misericordia tua, ne obli
uiscamur gratiæ tuæ. Dico puluis est homo, & Ex Cass.
cito transit. [HOMO sicut fœnum] quod ho- & Alcu.
die floret, & mox arescit. [ET DIES eius] id est quod pulchrius habet, est [TANQVAM flos agri] qui citius transit. Homo sicut fœnum, & [SIC efflorebit] homo, id est ad plus
sic florebit, vel, Efflorebit, id est deflorebit. Est Ex Alcu.
enim intentiuum vel priuatiuum. Vel ita, distingue literam. Ostendit statum hominis, ne superbiat, dicens, Homo, hoc habet, quod, Sicut fœnum, est, Dies eius. Homo enim sicut flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Et tanquã
flos agri sic efflorebit totus splendor humani Ex Aug.
generis, honores, diuitiæ &c. Flos fœni est, qui non est annuus, quod pulchrius est, cito cadit.
Vnde, Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius Esaiæ 40
quasi flos fœni: fœnum aruit, & flos decidit: sed verbum domini manet in æternum, quod propter te factum fœnum, id est caro est: ex te
ergo puluis es, sed ex misericordia illius aliquid. Ex Aug.
Vnde subdit in sequenti, Misericordia autem & gl.int.
domini ab æterno &c. q.d. Homo est fœnum, vel flos. Et verè,

15 Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: & non cognoscet amplius locum suum.

QVONIAM spiritus] qui est in illo, [PER- Ex Hay.
TRANSIBIT] ab eo. Eccẽ qui timebat, abijt. Ex Aug.
Hic enim est finis morientium. [ET] illo exeun
te, [NON subsistet] homo. Vel ita, Spiritus Ex Hay.

existens [IN illo] pertransibit ab eo, quia dum
est in illo variatur, & post exit. Vnde subdit, [ET
nō subsistet spiritus] in eo, [ET non cognoscet
Ex Cass amplius locum suum] id est non reuertetur ad
corpus, in hoc mundo. Hoc dicit contra demen
tes, qui dicunt animas in hunc mundum redi-
turas.

16 Misericordia autem domini ab
æterno vsque in æternum: super ti-
mentes eum.

MISERICORDIA autem domini ab æter
Ex Cass. no] q.d. Tălis est natura hominis, sed per miseri-
cordiam dei æternus erit. Hic præsumptionem
premit, inde spem statuit. Et hoc est, Misericor-
dia autem domini ab æterno] id est cum mun-
dus cœpit administrari. [ET VSQVE in æter-
num] id est sine fine. [SVPER timentes eum]
non super alios.

17 Et iustitia illius in filios filio-
rum: his qui seruant testamentum
eius.

Ex Alcu. ET iustitia illius] ĕst [IN filios filiorum]
Ex Aug. Ecce misericordia & iustitia simul. retributio-
nem dicit super filios filiorum. Multi autem iu-
sti non habēt filios, nedum filios filiorum. sed fi-
lij sunt opera. Filij filiorū sunt merces operum.
Et est sensus, Misericordia illius, est, Super timē-
tes eum. Et iustitia illius in filios filiorum, id est
per misericordiam & iustitiam eius dabitur ti-
mentibus eum æterna merces pro bonis operi-
bus. & ne omnes præsumant, subdit, [HIS qui
seruant testamentum eius.]

18 Et memores sunt mădatorum
ipsius: ad faciendum ea.

Ex Aug. ET qui memores sunt mandatorum ipsius]
id est non vt memoriter tantum pronuntient,
Matth. 22 sed [AD faciendum ea] id est vt agant quod di
dicerunt, quod si minus multa tibi videntur, in
duobus mandatis charitatis, omnia implentur.
Tene ergo radicem charitatis, & tota arbor est
in te. Finis enim præcepti est charitas.

19 Dominus in cælo parauit sedē
suam: & regnū ipsius omnibus do-
minabitur.

Ex Cass. DOMINVS in cælo &c.] Prædicat iudiciū
futurum, ne peccantes insolescant. q.d. & debes
esse memor vt facias, quia [DOMINVS] id est
Ex Aug. Christus, qui descendit & ascendit, [IN cælo se
& gl. int. dem suam] iudiciariam, id est de bonis & malis
iudicabit in cælo existens, qui prius in terra iudi
sus est. & ne impotĕtem putes, [ET] id est quia,
[REGNVM ipsius dominabitur.]

20 Benedicite domino omnes an
PARS III geli eius, potentes virtute facientes
verbum illius: ad audiĕdam vocem
sermonum eius.

Ex Cass. BENEDICITE domino] Tertia pars, vbi
per cælestes, & omnes alias creaturas, monet be-
nedicere, incipiens ab angelis, & dicens, [ANGE
LI eius] non mali. Benedicite domino, aggră- Ex Alcu.
tulando dicit, non imperando vel monendo. q. & Haym.
d. quod facitis, amo. Et, ô vos [POTENTES]
id est ōmnes potestates cælestes, qui estis poten- Ex Cass.
tes [VIRTVTE] non vitio, vt diabolus. Bene-
dicite ei. vos dico, [FACIENTES verbum il-
lius] Vĕrbo dei non es iustus aut fidelis, nisi cum Ex Aug.
facis. Faciĕtes dico, [AD audiendam vocem ser
monum eius] id ĕst humiles ad obediendum, nō Ex Cass.
superbi. qui suum auctorem norunt & veneran
tur, hi tales digni sunt benedicere, non alij. Vel
Faciĕtes ad audiendam vocem sermonum eius,
id est ad hōc vt per vos, nos audiamus, vestro Ex gl. int.
exemplo instruamur.

21 Benedicite dominō omnes vir
tutes eius: ministri eius qui facitis
voluntatem eius.

OMNES virtutes eius] Pĕr hoc significa- Ex gl. int.
tur ille ordo angelorum, [BENEDICITE do
mino] Vĕrbum totiens iteratum concitat ani- Ex Cass.
mos. Deinde generaliter de omnibus subdit, ô & Haym.
[MINISTRI eius, qui facitis voluntatē eius] Ex Aug.
non tantum dictis, vos, Benedicite. Malus enim
& si tacet lingua, vita blasphemat: & si hymnū
cantat, tamen multos intuentes mala mittit
in blasphemias. Si ergo vis benedicere deum, Ex Alcu.
fac verbum eius, fac voluntatem eius. Vnde in
Leuitic. Os turturis iubetur retorqueri ad axel- Leuit. 1
las, vt quod habet in ore, ostendat in opere. Et
nĕ te iactes qui facis voluntatem eius, quia non
est opus tuum, sed dei. Ipse enim per te & in te Ex Aug.
bonum operatur.

22 Benedicite domino omnia o-
pera eius: in omni loco dominatio
nis eius: benedic anima mea do-
mino.

BENEDICITE domino omnia opera e-
ius] Cūm bene viuis, omnia opera eius benedi- Ex Aug.
cunt. Vel, Omnĭa opera, id est cælestia & terre-
stria. Benedicite dico, [IN omni loco domi- Ex Cass.
nationis eius] vel, In omni loco, sunt, Domi-
nationes eius. Sĭc vbi non dominatur, ibi non
benedicatur. vbique est, vbique benedicatur: Ex Aug.
nullus excusatur. Sĭcut ergo nulla creatura: sic
nullus locus laudi excipitur. [BENEDIC anima Ex Cass.
mea domino] Vnde cœpit, ibi finit. Bene- Ex Aug.
dictio à capite, benedictio à fine: à
benedictione profecti sumus, ad be-
nedictionem redeamus, in ea
regnemus. Per hoc notăt
eos qui bonis initijs Ex Cass.
bonum finem ad-
iungunt.

COLLATIO
In psalmum 102. Benedic anima mea domino: & omnia quæ intra me sunt.

5 QVI replet in bonis desiderium tuū.] Recentiores fermè vertunt pro eo quod est desiderium tuum, os tuum. Translator tamen ad Campensem habet, nobiscum desiderium tuum. Cōstat autem locutionem esse metaphoricam, implere os bonis, quæ non rectius accommodatur alicui rei, quàm desiderio. Hieronymus transtulit ornamentum tuum. Siquidem id quoque sonat Hebrȩis עֶדְיֵךְ edicc. Mēs autem nostra, nullis decoratur ornamentis, si bona absfuerint desideria.

FACIENS misericordias.] Hebraïcè צְדָקוֹת tzedaqotz, quod vertunt iustitias. Id etiam significat eleemosynam. Vnde græcè hic legitur, ποιῶν ἐλεημοσύνας. Adde quod facere iudiciū, omnibus iniuriam patientibus, quæ clausula mox subnectitur, ad pios est misericordia, ad impios iustitia.

15 SPIRITVS pertransibit in illo.] Hieronymus, Nebiensis, Pratensis, & interpretes pro Caietano cum LXX dicunt, spiritus, vt habetur Hebraïcè רוּחַ ruah. Alij vertunt ventus, pertransit eum, vt referas ad florem, de quo in superiori versiculo. At vero catholici interpretantur de anima, quanquam notum est ruah apud Hebræos sonare, & animam & ventum, sicut apud Latinos spiritus, & apud Græcos πνεῦμα.

ET NON cognoscet amplius locum suum.] In Hebræo conuersus est ordo, Et non cognoscet eū amplius locus eius. Illud certò certius est, וְלֹא יַכִּירֶנּוּ עוֹד מְקוֹמוֹ velo iakirennu od mequomo, non posse competere ipsi loco intellectum, nisi translatitiè. Itaque si locus non amplius cognoscat spiritum, hoc est quod spiritus à corpore separatus, non vltra rediturus est ad illud corruptibile, quo rursum viuat secundum hunc seculi statum. Sententia autem conuerso modo enunciata, directo sensu patet. Sed & Sanctes tradit regulam lib. 4. institutionum hebraïcarum, quod in sacris sæpe verba per aduersum intelliguntur, ac profert exemplum è sequenti psalmo, Super montes stabunt aquæ, id est super aquas stabunt montes.

CIII. PSALM. TIT.
Psalmus Dauid.

ἀντίγραφον παρ' ἑβραίοις.

Ex Alcu. & Cass. BENEDIC anima mea domino.] Titulus, [PSALMVS Dauid] Patet. Itēm in hoc psalmo, deum benedicere monet, sicut in præcedenti. Agit enim hic de laudibus dei, materiam laudis assumens ab operibus eius, scilicet à cælo & à terra, & ornatu eorum, de quibus hic psalmus agit: totus tamen figuris rerū
Ex Aug. mysterijsque contextus. Et si enim ferè omnia hic ad literam, religiosè possint accipi: sunt tamen plena mysterijs iuxta literam, ex visibilibus operibus quæ hic dicuntur, inuisibilia dei debēt intelligi, sicut ex fabricæ mundialis magnitudine & pulchritudine, fabricatoris inæstimabilis magnitudo & pulchritudo potest perpendi & amari, vt sic tandem possit videri, tamen in omnibus spiritualis sensus quærendus est, & perscrutandus. Intentio. Monet ad laudem. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo, monet benedicere deum per cælum & terram, & per omne ornamentum eorum. Secūdo dicit quomodo ecclesiam per mare seculi traducit ad portum vitȩ, ibi, Hoc mare. Tertio promittit se cantaturum semper domino, ibi, Cantabo domino. Propheta ergo dei magnalia quæ mente conceperat, narraturus, ipsius visionis exultatione eructat, dicens, ô Ex Cass. / Ex Aug.

BENEDIC anima mea domino: domine deus meus magnificatus es vehementer.

ANIMA mea benedic domino] prō tantis beneficijs & muneribus quȩ hic narrantur, [DOMINE deus magnificatus es] proponit magnifica quæ dicturus est. i. proponit hic deum magnificum esse, postea dicturus in quibus sit magnificus, in quibus omnibus non propriè nisi ipse auctor laudandus est, & cōuertens ad ipsum sermonem causam ostendit quare sit benedicendus. q. d. Ideo es benedicendus, quia ô, Domine deus, propriè deus & meus, qui magnus es natura. Magnificatus es, in notitia mea [VEHEMENTER] Vnde magnificatus es, qui semper in te magnus, qui non potes crescere vel minui, quia perfectus es. Per hoc, quia, Ex Aug.

2 Confessionem & decorē induisti, amictus lumine sicut vestimēto.

INDVISTI cōfessionem & decorem] Per hoc enim scitur quod ipse est magnus. In homine enim magnificatur per cognitionem, qui in se incommutabiliter magnus est, cuius magnitudo nec cœpit, nec desinit. Et est sensus, Induisti confessionem & decorem, [AMICTVS lumine sicut vestimento] id est vndiq; habes creaturas, quæ te confitentur, id est laudant, & quæ sunt decoræ & luminosæ. Vēl ita, vt confessio in operibus sicut prius: Decor vero, in essentia notetur: sic, Induisti confessionem, id est laudem creaturarum. Et decorem, qui ineffabilis est in essentia. Et es, Amictus lumine sicut vestimēto, id est lus vndiq; tibi est, qui habitas lucem inaccessibilem, ad quam nemo per se valet accedere. Vel incārnationem significat, cum ait, Induisti confessionem & decorem, id est carnem assumpsisti, per quam, Confessio, id est laus & decus supernæ maiestatis innotuit. Et per hoc es, Amictus lumine sicut vestimēto, quia per eandem incarnationē homines eum confessi sunt, qui sunt Ex Aug. / Es Hay. / Ex Alcu. / 1 Tim. 6 / Ex Cass.

Ex Aug. lumen cognitioue. Vĕl ita, Induisti confessio-
nem & decorem, id est ecclesiam, iu qua prius
est confesſio peccatorum: postea decus virtutũ,
Psal. 44 vt placeat sponso, id est prius est in ea confesſio
peccatorum, per quam fœditatem deponit: de-
Eph. 5 inde decor virtutom, per quem speciosa forma
Ex Aog. præ filijs hominom. Et es, Amictus lumine sicut
& Cass. vestimento, id est ecclesia. Ipsa enim est vestis
Ioann. 19 siue macula & ruga. hęc est tunica inconsutilis,
Eph. 5 quæ non potuit diuidi. Et ipsa est lux in domi-
uo, & si prius tenebræ.

3 Extendens cęlum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius.

Ex Alcu. EXTENDENS] Hŏc prius ad literam. q. d.
Quæ confitenrur cælum, terra, mare, cum o-
mni ornatu suo, de quibus siogulis subsequen-
ter agit, & prius de cælo, dicens, tu es [EXTEN
Ex Aug. DENS cælum] ăd literam cælum, quasi tectum
mundi exteodit deus. facit enim amplum fir-
mamentum, vt tegat orbem terrarum. hoc [SI-
CVT PELLEM] id est uon labore aliquo, vt
tu homo tectum tunm exteodis, sed tam faci-
Ex Cass. le vt pellem quis. dum vero ait, Sicut pellem,
Ex Aug. dĕsignat ipsum esse etiam operturam omnium,
quæ circa omnia est. Mystĭcĕ etiam potest le-
gi, & pendet ex illa seotentia qua supra dictum
est, eum induisse ecclesiam: quasi dicat, Induit ec
clesiam, sed quomodo hoc fecit vt hanc indue-
ret? Conuerso ad ipsum sermone exponit, Tu
es, Extendens cælum sicut pellem. Figuratis sa-
cramentis exponit quomodo ecclesia facta est
lux, & sine macula & ruga. Per cælum enim scri-
ptuta sacra accipitur. Per pellem quæ de mor-
tuis animalibus detrahitur, mortalitas prædi-
Gene. 3 cantium accipitur. Vnde primi parentes Adam
& Eua post transgresſionem facti mortales, in-
duti sunt tuuicis pelliceis, verbum tamen dei ę-
1 Cor. 1 ternum est, & deus apud deum. Et quia in sapiē-
tia dei non cognouit muudus deum, per stulti-
tiam prædicationis, id est per mortales prædica
tores, qui stulti videbantur saluat deus creden-
tes, & in mortali homiue facit cognosci verbum
immortale. Bene etiam pellibus comparantur
pręd icatores, quia sicut mortuis animalibus ma
ior vsus pellium est, ita verbum dei, non tan-
tum per prædicatores, imo etiam post eos ma-
gis innotoit. Mortui enim sunt prophetæ &
apostoli: quæ ante dixerunt, staut modo: ten-
ditur sermo eorum mortuorum, qoia post mor-
tem plus ipsi inootuerunt. Prophetas enim vi-
uos sola Iudæa habet, mortuos omnes gentes,
quibus extēditur eorũ sermo, vt iu eo legamus,
postea vt liber plicabitur. Et est sensus. Quomo
do fecisti vt ioduceres: ecce, tu es, Extendens
cęlum, id est sacram scripturam, vt tegat omnem
orbem terrarum: & per eam cognoscatur æ-
ternum dei verbum. Extendens dico, Sicut pel-
Ioann. 1 lem, id est per mortales prædicatores. Verbum
enim dei, quod vbique erat, sed mundus eum
non cognouit, per mortales cœpit cognosci, &
post eos magis innotuit. [QVI TEGIS] vel
protegis, [AQVIS SVPERIORA EIVS]
cæli. Hoc quoque ad literam bene intelligitur.
Sunt enim aquæ super firmamentum diuisæ ab
aquis, quæ sub eo suut, quæ perfundunt ter-
ram. Mysticĕ superiora sacræ scripturæ, quam
supra cælum diximus, charitas est: quæ est emi-
nentior via, vt ait Apost. Adhuc eminentiorem 1 Cor. 12
viam vobis demonstro, Si linguis hominum lo- 1 Cor. 13
quar & angelorũ, charitatem autē nō habuero,
nihil sum. Aquæ suut spiritus sanctus. Vnde do
minus in euangelio, Qui crediderit in me, flumi Ioann. 7.
na de ventre eius fluent aquæ viuæ. Quod ex-
ponens euangelista addit, Hoc autem dixit de
spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.
His igitur aquis teguntur superiora, id est per
eum spiritum habetur charitas, sed non tegitur
alijs nisi bonis. Vnde iu Prouerbijs, In plateis Prouer. 7.
tuis discurrent aquæ tuæ, & nemo alienus com
municet tibi. Et quia nullus in ea, vel in spiritu
alienus communicat bonis, sicut in baptismo,
& in cæteris donis vel sacramentis. Alieni au- Matth. 7.
tem sunt omnes qui audiunt, Nou uoui vos. Et
est sensus, Tegis, vel protegis, Superiora eius,
scripturæ, Aqois, id est per spiritum sanctum
dans charitatem bouis, quæ tegitur malis. Vel
per superiora, accipiuntur duo præcepta chari-
tatis: per aquas intelligitur spiritus sanctus, vel
charitas ipsa. Et nota quia quod protegit, aliud
quandoque ab eo sustentatur, & illud onerat vt
tectum à parietibus. aliquando ab eo quod te-
gitur, nō sustentatur nec onerat, sed ipsum sub-
leuat: ita hic accipitur, cum ait, Qui protegis,
id est sublenas, Superiora eius, scripturæ, id est
duo præcepta charitatis, Aquis, id est charitate,
vel diuino spiritu, quo facilia fiuut, quæ aliter
essent difficilia. Protegit enim deus & sublenat
diuino spiritu vel charitate cælum scripturæ,
cuius superiora sunt duo præcepta charitatis.
Vĕl ita, Qui tegis aquis, id est spirituali sensu, Ex Alcu.
Superiora eius, id est superficiem scripturæ. Vel
per aquas dona, per superiora, charitas accipi-
tur. Et est, Qui tegis aquis superiora eius, id est
spiritualibus donis eorum munis charitatem, ne
quid eos ab ea separare posſit.

4 Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventorum.

QVI PONIS nubes ascensum tuum] Ac- Ex Aug.
cipitur & hoc bene ad literã, & mysticĕ. Chri-
stus enim in nube ascendit, sic & sancti rapien- 1 Thess.
tur in nubibus obuiam domino: sic & spiritua-
liter & in cælum scripturæ per pręd icatores a-
scenditur, dum per eos non intelligentibus ex-
ponitur. Extensa est scriptura, nec desunt nubes
quæ in eam ducunt. [QVI ambulas super pen-
nas ventorum] ad literam, Ventus est motus
aëris, cuius velocitas per pennas signatur: sed
deus hanc velocitatem superat, qui vbique est
præsens. Vnde, Velociter currit sermo eius, ci-
to implens quicquid vult. Mysticĕ venti, sunt
animæ: pennæ virtutes, quæ sunt iu duabus a-
lis, id est in duobus præceptis charitatis: sed
charitatem omnium superat charitas Christi.
Et est, Qui ambulas super pennas ventorum,
id est excedis agilitatem cognitionis, vel cha-
ritatis sanctorum.

5 Qui facis angelos tuos spiritus: & ministros tuos ignem vrentem.

Ex Aug. QVI facis angelos tuos spiritus] Angelus officij nomen est, spiritus naturæ. Ex eo enim quod est, spiritus est: ex eo quod agit, angelus est. Ait ergo, [QVI FACIS angelos tuos spiritus] Spiritus cum in substantia facit angelos cum mittit. Ex Alcu. [ET ministros tuos] facis [IGNEM vrentem] .i. vt sint ignis vrens sicut in rubo & in alijs Exod. 3. Ex Aug. fecit implere mysterium, quod voluit. Vel ignē vrētem] .i. Seraphim, qui sunt superior ordo. Facis ministros tuos. Esaiæ 6 Vnde in Esaia, Volauit ad me vnus de Seraphim, qui sunt superior ordo. 1 Cor. 2 Sic etiam mysticè in ecclesia spirituales facit nuntios verbi sui, & quasi ad terram mittit carnalibus loquentes, vbi nil iudicant se scire nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et ardentes spiritu sunt ministri qui incendunt alios igne charitatis, & consumunt fœnum vitiorum.

6 Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in seculum seculi.

Ex Aug. QVI FVNDASTI terram super stabilitatem suam] forsitan ad literam est aliqua firmitas nobis occulta, super quam terra firmatur: sed quod sequitur, non à deo potest dici ad literam, scilicet [NON INCLINABITVR in seculum seculi] sed ideo dicit spiritus sanctus, in hoc psalmo difficilia secundum literam, vt quæramus spiritualia. Spiritualiter vero ecclesia super Christum fundata est, quæ non potest inclinari. De terra enim ad literam, non potest à deo dici, quæ legitur transitura. Et est, Qui fundasti terram, id est ecclesiam, [SVPER STABILITATEM suam] id est Christum. Et ideo, Non inclinabitur in seculum seculi.

7 Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes stabunt aquæ.

Ex Aug. in 2 concione psa. ABYSSVS] Hōc prius ad literam sic, quasi dicat, Non inclinabitur terra, licet [ABYSSVS SICVT vestimentum] sit [AMICTVS eius] terræ. Omnis aqua diffusa per maria, per flumina, per antra occulta. Abyssus dicitur. hæc, vt vestis terram circundat, quæ tempore diluuij tantum excreuit, vt etiam montes operiret. Vnde subdit, [SVPER MONTES stabilitatem aquæ] sed,

8 Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt.

Ex Alcu. AB INCREPATIONE tua fugient] aquæ. [ET A VOCE tonitrui tui formidabūt] Ex Aug. quiā per terribiles vētos siccabūtur. sed quia dicit, Stabunt, nō steterunt, vt de præteritis solet dici, nō pręterita, sed futura nuntiat. præteritū tēpus pro futuro solet poni in scripturis: figura autem futuri dicere pręterita, nō facile occurrit. Mysticè de diluuio persecutionū agit, quod ecclesiam tanquam abyssus circundat. Et est, Non inclinabitur, ecclesia, In seculum seculi, licet Abyssus, persecutionum sit, Amictus eius sicut vestimentum. Et etiam, Super montes stabilitatem aquæ, persecutionum. Hoc enim diluuium persecutionum, etiam montes depressit. Et quasi sub aquis, fuga latebant apostoli, sed hoc non diu, quia, Ab increpatione tua domine, aquæ persecutorum fugient à pressura montium. Et, A voce tonitrui tui, scilicet à voce dei per apostolos, per nubes, per scripturas facta, Formidabunt, aquæ. Mali enim comminatione iudicij timebunt.

9 Ascendunt montes & descendunt campi: in locum quem fundasti eis.

ASCENDVNT MONTES] Hōc prius de Ex Aug. persecutionibus ecclesiæ prosequendum est. q. d. Verè abyssus tribulationum circundat ecclesiam, quia [MONTES] non terreni, sed tribulationum fluctus magni vt montes, [ASCENDVNT] Ascendunt vt montes, cum sæuiunt fluctus, [ET DESCENDVT] vt [CAMPI] cum placati sunt. Sūperbos enim permittit deus cre- Ex Cass. scere quando vult, & cum vult humiliat, apta dispositione. Descendunt dicit, [IN LOCVM quem tu fundasti] Fūndauis enim eis locum. est Ex Aug. quidam metus quasi profundus locus, quo recepta sunt quodammodo corda malorum, id est quodam metu compressit. Corda seruorum mala sunt, sed quietata. Et,

10 Terminum posuisti, quem nō transgredientur: neque conuertentur operire terram.

TERMINVM] id est finem, [POSVISTI Ex Aug. QVEM NON transgredientur] Finem nanque impositum non possunt transgredi. [NEQVE conuertentur] id est redibunt [OPERIRE terram] id est ecclesiam, quia & si leues fluctus assiliunt, terram tamen ecclesiæ diluuio non operiunt, vt iam liceat ecclesiæ liberè prædicare. Et si enim perstrepent adhuc & murmurent Pagani, sonitus littorum audio. diluuium nō perhorresco. Vēl ad literam potest legi, quasi Ex Cass. aquæ diluuij per ventos terribiles cessauerint, quibus cessantibus, Ascendunt montes & descendunt campi, id est apparet altitudo montium, & planicies camporum, qui prius latebant sub aquis. qui sunt. Vel, Apparuerunt in loco, vel locum, quem fundasti, ad literam, id Ex Alcu. est competenter, vbi de vnoquoque disposuit, vel disposuisti. Sicut etiam de aquis diluuij fecisti vel fecit, quod nec terra eis immergitur, nec eis amodo eget. Vnde subdit, Terminum posuisti aquis. Hoc de aquis diluuij, Quē non transgredientur, aquæ, Neque conuertentur, id est non redibunt, Operire terram. Vel Ex Hay. & gl. int. āliter, Et accipimus montes in bono, sicut supra, scilicet apostolos & alios prælatos ecclesiæ, per campos subditos, quasi dicat, Aquæ persecutionum formidabunt, quæ prius

operiebant montes, & illis fugientibus eminent montes in salutem populorum. Et hoc est, Ascendunt montes, id est prælati exaltati sunt libera prælatione, Et campi, id est subditi, Descendunt, voluntaria subiectione. Et isti & (Ephe.4) illi sunt. In loco quem fundasti eis, id est faciunt secundum dona quæ contulisti eis. alios enim dedit prophetas, alios euangelistas, & huiusmodi. Terminum posuisti aquis quem non transgredientur, neque conuertentur operire terram.

Ex Alcu. Hoc non tantum de persecutionibus ecclesiæ, sed & de ritibus gentilium potest accipi, qui in aduentu Christi finiti sunt, vt iam mũdum non occupent.

11 Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertransibunt aquæ.

Ex gl.int. QVI emittis] Ab isto loco mysticè persequendũ est. q.d. terra .i. ecclesia, nudata est aquis persecutionum, vel ritibus gentilium. quid ergo (Ex Aug.) fit in terra mundata? ecce, tu es [QVI emittis (Ioan.14) fontes] aquæ viuæ salientis in vitam æternam, id est spiritus sancti. [IN conuallibus] id est in humilibus qui dicuntur montes, propter spiritualem altitudinem: conualles propter spiritus (Esaiæ 66) sui humilitatem. Et est sensus, de humilibus subditis gratiæ. & si sint montes spirituali altitudine fluũt fontes spiritus sancti, qui super humilem & mansuetũ quiescit. Et aquæ [PERTRANSIBVNT inter medium montium] Per aquas, prædicationes, vel ipsi prædicatores verbi dei accipiuntur, qui, Inter medium montium, id est inter medium apostolorum pertransibunt. Et nota quod ait, Inter medium, medium commune dicitur, & quod ęquè ad omnes pertinet, non propriè cuiusquam est. Vnde dicitur de aliquibus (1 Cor.1) hominibus, Habent inter se pacem, & huiusmodi, .i. in medio sui est .i. communis illis est: sic aqua dei, id est doctrina non propria vel priuata alicui est, sed publica: aliter non est pacifica (1 Cor.15) vel secura prædicatio. Non sit mea vel tua veri- (2 Thess.3) tas, sed idem sentiamus, non sint in vobis schi- (Philip.2) smata. Vnde Aposto. Siue ego siue illi sic præ- (1 Cor.1) dicamus, sic credidistis. Et alibi, Deus, inquit, pacis det nobis idipsum sapere & fari, & vt id ipsũ sapiatis omnes, & non sint in nobis schismata. Nulla ergo de aquis discordet à montibus. Si quis aliud dicit, de suo dicit, non de medio. Et hic talis mons non est audiendus, quia discedit ab aquis per medium currentibus, & aliquid proprium nititur influere. Et est, Aquæ, doctrinæ, (Ex gl.int.) Pertransibunt, quia non manent, & prophetia cessabit in futuro. Vel, Aquæ, id est prædicato- (Ex Hay. & Aug.) res verbi dei, pertransibunt de gente in gentem prædicando. Aquæ dico, percurrentes, Inter medium, id est commune, Montium, id est sublimiũ prędicatorum, qui quãtum ad se valles sunt. Et ideo dicit, Inter medium montium, quia in eo est certa fides populorũ, quod apostoli commune habuerũt. Vel mõtes sunt hęretici, inter quos aquæ, id est scripturæ, bene dicuntur pertrãsire, quia decurrunt, nec eos fœcundant, sed trans- (Ex Cass.) eunt ab eis.

12 Potabunt omnes bestiæ agri; expectabunt onagri in siti sua.

POTABVNT] q.d. Aquæ pertransibunt inter medium montium: & aquas has potabunt, (Ex Aug.) [OMNES bestiæ agri] vel syluæ, id est gentes, quæ sub figura bestiarum intelliguntur, vt patet ex arca Noe, in qua omnes fuerunt. quæ figurat ecclesiam, in cuius compaginis vnitate omnes gentes colliguntur. Similiter & omnes fuerunt in disco Petri, ter ei summisso quatuor lineis, qui gerit personam prædicatorum. Quatuor enim lineis vas submissum est de cęlo Petro, vbi erant omnis generis animalia: & sonuit vox ei, Surge Petre, macta & mãduca. Omnes enim mactat Petrus, in eo quod mali sunt: & manducat in corpus ecclesiæ traiiciendo. Quatuor lineis submissum est, in figura quatuor partium orbis, vbi prædicãdum erat euangelium: & baptizãdi homines ter submissum est, vt in nomine trinitatis baptismus fieret. Inde, scilicet ex ternario & quaternario, duodenarius numerus colligitur, qui est prædicatorum. Duodecim enim apostoli collecti sunt, electi à domino, quorum prædicatione totus orbis, cuius quatuor sunt partes in nomine trinitatis, vocatur: vt ecclesia congregetur. Omnes enim erãt in arca, omnes in disco, omnes mactat Petrus & manducat, omnes aquam fluentem inter medium montium bibunt, quam aquam [EXPECTABVNT] vel suscipiẽt [ONAGRI] qui sunt syluestres asini, per quos significantur magni indomiti de gentibus qui sunt sine iugo legis: sed & ipsi feri bibent has aquas cum timidis. Onager cum lepore, magni cum paruis. qui significantur per bestias, sicut per onagros magni. Vtrique autem de gentibus accipiuntur. Potabunt dico, vel suscipient, [IN siti sua] quia alius alio capacius, alius minus: quia In siti sua, id est secũdum suam sitim vnusquisque capit. Temperata est hæc aqua omnibus, nullum terret, vt sonus tullianæ vocis, & strepitus philosophorum. Vel, Bestiæ, sunt gẽtiles (Ex Cass.) omnes, magni & parui. Onagri autem, sunt Iudæi superbi. Et est, Expectabunt onagri, id est Iudæi, In siti sua, bibere has aquas: quia superbi Iudæi differunt bibere vsque in tempus vltimum.

13 Super ea volucres cæli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.

SVPER ea] quæ dicta sunt, id est fontes conuallium, & huiusmodi. Vel, Super, illos a- (Ex Cass.) lia litera, id est montes. [VOLVCRES cæli (Ex Aug.) habitabunt] nun omnes aues, ad literam, in mõtibus habitant, sed per eas significantur spirituales viri, qui non in cordibus suis, sed in montibus, id est in auctoritate prophetarum & apostolorum habitant. Hi sunt aues sacrificij, quas non diuisit Abraham. Legitur enim in Genesi, quod Abaham in sacrificio suo accepit a- (Genes. 15) rietem trimum, & vaccam trimam, & capram trimam, & turturem, & columbam. Arietem & vaccam & capram diuisit, & aduersus se par

tes constituit: aues autem non diuisit. & sedit ibi Abraham vsque ad vesperam. Et tunc venit caminus & terror, & transijt inter diuisa, & fecit hæc ad dexteram, illa vero ad sinistram. Mystice aries dux gregis prælatos ecclesiæ significat. Vacca autem & capra, subditos. Sed vacca Iudæos proptee iugum legis: capra gentiles, qui libere vagabantur, & amaro idololatriæ oleastro pascebantur. Aues autem significant spirituales viros, qui libero aëre perfruũtur, & gaudent serenitate cæli, quarum æras ibi tacetur, quia sancti æterna meditantes mente transeunt omnia temporalia. Hæ aues non sunt diuisæ, quia soli sancti non diuiduntur in hæreses & schismata. Aries qui præpositos significat, & vacca quæ Iudæos sub iugo legis, & capra quæ gentiles significat, trina fuerunt, quia tertio tempore gratia reuelata est. hæc diuisa sunt, & aduersus se inuicem partes constituteę: quia hi omnes aduersus se diuiduntur per hæreses & schismata. In spiritualibus vero pax est, & eam in alijs quantum possunt, seruant. In vespera, id est in fine seculi venit caminus: & terror, id est dies iudicij. & transit caminus inter diuisa, & facit hæc ad dexteram, & illa ad sinistram. Ita & de carnalibus ecclesiæ diuisis præpositis, vel subditis, ligna, fœnum, stipula comburuntur. Ipsi autem propter fundamentum, cui nihil ante posuerunt, salui erunt quasi per ignem: alij vero qui fundamenta destruxerunt, in sinistra locati damnabuntur. Et hoc est, Super ea, vel illos, id est super montes, scilicet prophetas & apostolos, Volucres cæli, id est spiritualia corda. ideo enim addidit, Cæli, vt notet sanctos, Habitabũt; quia ibi petras, id est firmamentum præceptorum inueniunt. Sicut enim illa vna petra Christus verbum dei est, sic multa verba dei, multæ petræ sunt, & istæ petræ sunt in montibus. Quicunque ergo vult esse spiritualis, ibi inhabitet, non in corde suo aberret: sed ne putes has volucres suam sequi auctoritatem, quia [DABVNT voces de medio petrarum] id est non de sua, sed de auctoritate verborum dei. in quibus sonat petra Christus, à quo etiam sui dicuntur petræ. Et quasi quis quæreret, ipsi montes & petræ vnde habent? subdit, Ipse est,

14 Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra.

Ex Aug. RIGANS montes] id est apostolos & prophetas [DE superioribus suis] id est de altioribus arcanis suis, non de alijs petris. Vel ita cõ-
Ex Hay. tinua, Emittis fontes in conuallibus. Tu dico, Rigans montes de superioribus tuis, alia litera, non mutatur sensus, nisi quod in secunda perso-
Ex gl.int. na loquitur. Vel secundum aliam literam, quæ est, Rigãs &c. q.d. Emittis fontes, & cum prædicta facis, Rigas, etiam, Montes de superioribus suis, id est de altioribus ipsis montibus, id est de his quæ sunt altiora ipsis montibus: ab eis autẽ
Ex Ang. montibus etiam ad terram vsque gratia descen-
Ex Hay. dit. Vnde, [DE fructu operũ tuorum] i. quę tu
& Aug. in omnibus operaris: nõ enim sunt opera homi-
2 Cor.10 num [SATIAbitur terra] id est cõuersi. Nemo ergo glorietur in operibus suis, sed qui gloriatur, in domino glorietur. Gratia enim dei saturatur terra, nõ ergo dicat meritis suis gratiam datã fuisse. Si gratia datur, & gratis datur: si operibus redditur, merces redditur. gratis ergo accipis, quia impius iustificaris.

15 Producens fœnum iumentis: & herbam seruituti hominum.

PRODVCENS fœnum] hoc potest referri Ex gl.int.
ad deum, vel ad ipsam terram. ad deũ ita, De fructu operũ tuorum, ò deus qui es [FOENVM iumentis producens] ad terrã vero refertur, terra satiabitur. Terra dico, Producens fœnũ. i. tempo Ex Aug.
ralia, Iumentis. i. prædicatoribus, Vt de euange- 1 Cor. 9
lio viuant, qui euangelium annũciant: nisi terra producat fœnum, id est tẽporalia, non est irrigata, sed sterilis. Quod si facit, ipse est fructus. Deinde exponit quod dixerat, [ET producẽs herbam] id est temporalia [SERVITVTI hominum]. i. prædicatoribus, seruis hominũ pro Chri
sto. Vnde Apost. Cum essem liber ex omnibus, 1 Cor. 9
omnium me feci seruũ: quæ seruitus est ex charitate, quæ facit humiles, quales nõ erant aposto-
li tunc quãdo dictum est eis à domino, Calicem Matt. 20
quidem meum bibetis: sedere autẽ ad dexteram meam non est meũ dare vobis, id est superbis, quomodo estis: sed humilibus, qui pro Christo serui hominum fiunt, vtilitati fratrum intendentes. Hæc sunt iumẽta quibus debetur herba vt merces, quia seruiunt. De quibus dicitur, Non alliga Deut. 25
bis os boui trituranti, &, Dignus est operarius Matt. 10
mercede sua. Debentur enim prædicatorib[9] tẽporalia, qui largiuntur spiritualia. Vnde Apost. Si seminauimus vobis spiritualia, magnum est si carnalia vestra metamus? pro quib[9] dicitur, Beatus est qui preoccupat vocem petituri, id est qui intelligit super egenum & pauperem. Nũ enim ita debes agere boui trituranti, vt mẽdico trãseunti: illi, id est mendico das, quia legitur, Omni Lucæ 6
petenti da: huic vero etiam non petenti dare debes. Vide ergo ne si sic indigeat miles Christi, vt petat te, iudicet. i. damnabilem ostendat, anteq̃
petat. Sicut enim dicitur de illo qui te quęrit, Eccle. 14
da omni petenti: sic de eo prædicatore, quem tu quærere debes dicitur, desudet eleemosyna in manu tua, donec inuenias iustũ, cui des. Omni petenti ergo quicunq; sit da, agnoscens in eo cui des. Sed multo magis da seruo dei, militi Christi, etiam non petenti. Vnde & dominus lo- Ioann. 12
culos habebat vel habuit in vsus eorum qui cũ eo erant, & suos & religiosas mulieres, in comitatu quæ ministrabant ei de sua substantia. In his infirmorum personam magis suscipientes: præuidit enim multos infirmos in comitatu futuros, & ista quæsituros, vt & ibi eorundem personam susceperit. vbi dixit, Tristis est anima mea vsque ad mortem: licet talia à suis Paulus non quęreret, & mori optaret, sublimius tamen egit Christ[9], quia misericordius, ne infirmos dãnaret ista quęsituros, quibus prebuit exẽplum necessaria sumẽdi à subditis. Vt, Terra producat herbã seruituti hominũ, ad quid hoc est necessarium?

16 Vt educat panem de terra: &

vinum lætificet cor hominis.

Ex Aug. VT] ipſa terra [EDVCAT panem] id eſt Chriſtum [DE terra] id eſt de diſpenſatoribus veritatis .i. apoſtolis, & cæteris adhuc corpus terrenũ portãtibus, adhuc in terra ambulãtib⁹. Vel ita, ô deus tu es Producẽs fœnum iumẽtis. Ad hoc vtique, Vt, per eorum prædicationem, Educas panẽ, id eſt Chriſtum, De terra, id eſt de prædicatis, qui per maiorum doctrinam credũt & confitentur. [ET] educat terra de prædicato

Ex Rem. & Haym. & Caſsio. ribus [VINVM] Vel tu deus, educas de terra, id eſt de ſubditis, Vinum, non quod conturbat hominem, ſed quod [LAETIFICET cor hominis.]

Ex Aug. & Caſſ. Hoc vinum ſic inebriat, vt ſobrios reddat. Hæc ebrietas videtur in alienatione mentis à terra ad cælum. Non eſt ergo hoc vinum actuale, quo male quidam inebriãtur: ſed ſpirtuale, interiorem hominem reficiens ſpirituali lætitia, id eſt Chriſtus.

17 **Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.**

VT exhilaret] Pôſtquam dixit de pane & vino, quod educit terra de prædicatoribus, vel

Ex Aug. deus de prædicatis, ſubdit etiam de oleo. cuius effectũ oſtendit, dicens, [VT exhilaret] vbi ſubintelligi oportet quod ſupra oſtendimus, vel diſtinximus, ſcilicet vt educat terra etiã oleũ. Vel tu deus es producens fœnum, vt educas etiam oleum. Ad quid educas oleum? Vt, homo, Exhilaret, id eſt lætificet [FACIEM] ſuam, id eſt mẽtem [IN oleo] id eſt in quadam gratia ſpiritus ſancti, qua gratioſus efficitur apud alios. Vnicuique enim datur ſpiritus, ſicut ait Apoſto. ad manifeſtationem. Gratia ergo quædam, & nitor quidam, qui eſt ad homines ad conciliandum ſanctum amorem, oleum dicitur hæc gratia, excellentius fuit in Chriſto, vnde ab omnibus laudatur, etiam ab eis qui ſe iuſſa eius ſequi nõ poſſe dicunt. Amatur ab omnibus, prædicatur ab omnibus: quia excellenter vnctus eſt. Vnde & dicitur Chriſtus, id eſt vnctus. Ecce Chriſtus, id eſt vnctus totus in ſe & in membris, à quo cæteri accipiunt. Vt exhilaretur facies in oleo. [ET panis] educitur. Poſtquam dixit quid efficiat vinum & oleum: ſubdit quid efficiat panis, cuius effectus ſupra non oſtenderat. q. d. Educitur vinum, vt lætificet cor, & oleum vt exilaret faciem. Et panis, educitur, [VT confirmet cor hominis] Temporalis panis ſtomachum cõfirmat ventrem replet: ſed hic eſt ſpiritualis panis, qui confirmat cor, quia panis cordis eſt. hic eſt panis qui de cælo deſcẽdit. Idem eſt ergo panis & vinum. Panis iſte iuſtitia eſt, vinum illud iuſtitia eſt, veritas eſt Chriſtus. Hoc lætificat & confirmat cor ſemper.

18 **Saturabuntur ligna campi & cedri Libani quas plantauit: illic paſſeres nidificabunt.**

Ex Aug. SATVRABVNTVR ligna campi] Quid fiat de iſtis omnibus eductis oſtendit hic. q. d. de iſtis eductis de terra. ſ. pane & vino, & oleo, Saturabũtur ligna, id eſt plebes humiles prius. [ET cedri Libani] id eſt potentes in ſeculo etiã poſtea, quia prius electi ſunt contemptibiles, & ignobiles, quàm ſapientes & nobiles. Libanus enim interpretatur candidatio, non tamen aliæ cedri, ſed [QVAS plantauit] dominus in fide. Sed cur plantatis à ſe reliquit candorem ſeculi, quia [ILLIC] id eſt in cedris, id eſt in potẽtibus ſeculi, [PASSERES nidificabunt] Hæc ſunt minuta volatilia, per quæ intelliguntur quidam ſpirituales, ſcilicet pauperes in ſeculo, qui etiã minima ſua reliquerunt, vt nudi ſequerẽtur Ieſum. vt apoſtoli, qui non ſolum dimiſerunt quicquid habebant, ſed etiam quicquid habere cupiebant: & cum nihil habeant, omnia poſsident. Prorſus totum mundum dimiſit Petrus, & totum mundum accepit. Etenim, Cedri Libani, ſcilicet nobiles & excelſi huius ſeculi, qui cum timore audiunt, Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Attendunt res ſuas, villas ſuperfluas, copias, & præbent illas ſeruis dei. Et ita colligunt paſſeres, vt in cedris Libani nidificent.

19 **Herodii domus dux eſt corũ: montes excelſi ceruis petra, refugiũ herinaciis.**

Ex Aug. HERODII] vel fulicę, alia litera. [DOMVS &c.] Paſſeres ædificant in cedris, & ſi in cedris Libani, id eſt diuitibus ſeculi paſſeres nidificent, nõ tamen cedri ſunt ſuperiores eis: quia, Fulicę

Ex Alcu. domus, non ipſæ cedri, [DVX eſt eorum] paſſerum, vel, Eorum, cedrorum, quia & hoc præmiſit: quod tamen latinè dici non poteſt, quia cedri fœmini generis ſunt, hoc autem ad literam,

Ex Aug. nullo modo poteſt dici. Domus ẽnim, id eſt nidus fulicæ, quæ eſt auis marina, vel ſtagnenſis, quomodo dux eſt paſſerum? Sed per hoc innuit ſpiritualia eſſe quærenda. Sciendum ergo quia domus fulicæ eſt petra, quæ in aqua eſt, quæ tũſa fluctibus frangit eos, ſed non frangitur: fortis eſt hæc domus, ſed non eſt in excelſis. Sic & noſtra petra, id eſt Chriſtus, tanta paſſus à Iudæis integer manſit, quo nihil eſt fortius, nihil humilius. Illi ſi ſunt Iudæi in illũ, fracti ſunt: ille integer manſit. Ecce domus fulicæ. In cedris ergo, id eſt in diuitibus ſeculi muniti ſpirituales nidificant, propter præſentem neceſsitatem: ſed petrã habent Chriſtum domum, imitantes paſsionem eius. Et ſi forte cedri mouentur, volabunt paſſeres: ſed non peribunt, quia, Fulicæ domus,

Ex Caſſ. id eſt petra Chriſtus, Dux eſt eorum, paſſerum. Vel ſicut diximus, Fulica eſt auis, quæ in aquis habitat. Hi ſunt qui in gratia baptiſmi permanent, quorum domus eſt baptiſmus. Et eſt: quaſi dicat, Qui ſunt cedri? qui ſunt paſſeres? Illi qui baptizantur. Et hoc eſt, Fulicæ domus, id eſt baptiſmus, qui eſt domus regeneratorum, Dux eſt eorum, paſſerum, id eſt Chriſtianorum, ad cælos. Vel aliter ſecundum literam noſtram,

Ex Hier. hic & Zachar. 5. & Ex Alcu. Hĕrodij domus. Herodius rapaciſsima auis eſt, omnium volatilium maior, qui & aquilam vincit: per quem intelliguntur rapaces: ſed nec tales dominus deſerit. Et eſt, quaſi paſſeres nidificant in cedris, Et dux eorum, paſſerum, Eſt domus herodii .i. Chriſtus, qui eſt domus rapa-

cissimorũ, quia nec tales deserit. Vel aliter: per Herodium, qui est auis rapax potest intelligi tribus Bẽiamin, de qua fuit Paulus, de quo dicitur, Beniamin lupus rapax, mane comedet prędam, vespere diuidet spolia: quia Paulus in adolescentia persecutus est ecclesiam, & in vespere suę ætatis spolia diabolo rapuit, prædicando. Ec est, Non mirum si cedri plantantur, & passeres nidificant, quia, Domus, id est, genus. i. generatio, herodii. i. Paulus, qui fuit de tribu Beniamin, qui dictus est lupus rapax, Dux est eorum, passerum & cedrorum: quia ipse conuersus, alios plures ad fidem conuertit. Ex Cass. [MONTES excelsi] q.d. Dõmus herodii dua est passerũ, & montes excelsi, id est, altiora præcepta scripturarũ sunt firmamentum [CERVIS] cerui sunt magni spirituales transcendentes in cursu omnia spinosa seculi. Hi sunt alti montes, quæ scilicet eminent in scripturis altiora præcepta, cogitant enim sublimia, tenent eminentia, iustificãtur in summis. Vel montes sunt Apostoli, prophetæ, ipse Christus qui sunt firmamentum, Ceruis, id est, spiritualibus. Ex Aug. Quid autem est de humilibus bestiis [PETRA] .i. Chrĩstus, est [REFVgium herinaciis. Vel, Eritiis & leporib°, alia litera, id est timidis, & opertis minutis & cotidianis peccatis. Hericius enim spinosum animal est, & significat peccatores. Lepus animal timidũ, & significat timidos. Leporibus ergo & ericiis qui non possunt alta tenere, factus est Christ° refugium. Hæc petra multiplicem habet vsum. In mari enim hæc petra domus est fulicę, quia Christus in fluctuatione seculi, est domus illorum qui in gratia baptismi perseuerãt: in terra est refugium Hericio & lepori, id est, illis qui aliquo amore adherẽt terrenis & sunt quasi hericius & lepus. Est refugiũ herinaceis, in mõtibus, id est, in magnis & spiritualibus est firmamentum. Hæc est enim petra, de qua ve supradictum est, volucres cæli dant voces.

20 Fecit lunam in tẽpora: sol cognouit occasum suum.

Ex Cass. & Alcu. FECIT lunã,] ad literã. Pŏst terrena transit ad cęlestia, quæ tamen terræ faciunt, id est seruiunt. Et quia historiæ litera manifesta est, allegoricum sensum prosequamur. Sciendum ergo est, quia post tot genera Christianorũ, quæ per genera animaliũ significauit, & post prædictam ordinationem prælatorũ & subditorum ascendens subiunxit de Christo & ecclesia, quomodo scilicet hic est temporaliter ecclesia, & crescit & decrescit, & quid facit ortus & occasus veri solis, id est, Christi. q. d. Ex Aug. & Cass. Hæc prædicta ita ordinauit deus. Et ipse [FECIT lunã,] id est, ẽcclesiam [IN tempora,] quia tẽporaliter trãsit, nec semper sic erit, Nec mirũ si trãsit. nam & [SOL] id est, Christus [COGNOVIT,] id est, approbauit, placuit ei. Ex Aug. Vel, Cognouit. i. psciuit [OCCASVM suum,] id est, pãssionem, quę bene occasui solis comparatur. Sol enim sic occidit vt oriatur. ita qui dormit, id est Christus, nõ adiiciet vt resurgat? occidit quia voluit, nemo tollit animam eius. Cum autem occidit, tenebræ factæ sunt in apostolis, quia defecit spes eorum.

21 Posuisti tenebras & facta est nox: in ipsa pertrãsibũt omnes bestiæ syluæ.

Ex Cass. POSVISTI tenebras] q.d. Vẽre occidit sol, quia eo occidente [POSVISTI tenebras, & facta est nox] in apostolis, scilicet vt in Petro, qui negauit. ad literã etiam, Posuisti tenebras, Sexta hora qua crucifixus est dominus. Matt. 20. Et facta est nox, id est, obscuritas, quia tenebrę illę dẽsæ fuerunt vt nox. Ex Alcu. Vẽl ita, occumbente vero sole, Posuisti tenebras, id est, cęcitatem in Iudæis. Et facta est nox, in eis, id est obscura mentis obstinatio. Et [IN ipsa] nocte [PERtransibunt omnes bestiæ syluæ.] Ex Aug. Nŏn ita accipiuntur hic bestiæ syluæ, vt supra. Supra enim accipiuntur bestiæ syluæ conuersi: hic dæmones, vt Christus dicitur leo, & diabolus leo. 1. Pet. 5. Quos autem generaliter dixerat bestias, dẽmum in catulos diuidit & in leones, dicens, Ex Hay.

22 Catuli leonum rugiẽtes vt rapiant: & quærant à deo escam sibi.

Ex Aug. CATVLI leonũ] pẽrtrãsibũt [RVGIENTES] id est fremẽtes. Sunt enim principes dæmoniorum, sunt etiam catuli, id est, contemptibilia dęmonia, quæ in tenebris quærunt seducere animas. Ipse maior est leo, qui semper circuit quærens quem deuoręt. 1. Pet. 5. pascuntur autem erroribus hominum. Cibus enim serpẽtis est terra. Gen. 3. Bẽstiæ & catuli ergo sunt dæmones, Ex Cass. qui tempore passionis Christi inuenerunt corda titubãtium apostolorum [VT rapiant] q.d. Ex Aug. Pertrãnsibunt ad hoc vtique, vt rapiant [ET quærant à deo escam sibi] quĩa nec tentare possunt, nisi deo permittente.

23 Ortus est sol, & cógregati sunt: & in cubilibus suis collocabuntur.

Ex Alcu. ORTVS est sol.] Pŏstquam dixit quid fecit occasus veri solis, subdit de ortu, & quid faciat ipse ortus. Ex Cass. q.d. In nŏcte pertransibũt catuli: sed Christo resurgẽte: quia in omnibus nõ possunt, vel in cubilibus, id est, in cordibus pertinacium permanent. Et hoc est quod dicit, [ORTVS est sol,] id est, Christus recepĩt animã quam posuit. Ex Aug. [ET congregati sunt] catuli leonum, quia recedunt à persecutione ecclesiæ in toto orbe clarificato Christo. Quibus enim ortus est sol, non audent eos inuadere leones qui habent signum thau scriptum in frontibus suis, vt illi qui in Ezechiele hoc signo sunt liberati. Ezec. 9 Ex Alcu. Et nŏta quia sicut in occasu Christi, pertranseunt catuli leonum, & in ortu cõgregantur: sic Christo in aliquo occidente per peccatũ, vigẽt mala: eodem resurgente per gratiã fugiunt. [ET in cubilibus suis] .i. in cŏrdib° infidelium [COLLocabũtur,] Ex Aug. nisi iam facient impetus in sanctos.

24 Exibit homo ad opus suum: & ad operationem suã vsque ad vesperam.

Ex Hier. EXIBIT homo ad opus suum] Vt incipiat bene operari [ET ad operationem suam] vt cõ-

tinuet perseuerando[VSQVE ad vesperam,] id est, vsque ad finem seculi, quia iam licet in securitate pacis bona operari: sed in vespera, id est, in fine mũdi, erit cõtenebratio & grauis impetus.

25 Quàm magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua.

QVAM magnificata, &c.] His omnib⁹ inspe-
Ex Aug. ctis, omnis homo credẽs magno exultat gaudio,
admiratur, non potest eloqui. Admirando ergo
exclamat, Quia hæc pdicta fecisti, ergo ó [O DO-
MINE magnificata sunt,] id est, magna sunt &
multa. Et, Quam magnificata? quod non potest
explicari, [OPERA tua] quę ad literã, supra ex-
posita sunt. Vel, mystica vbi facta? vnde præces-
serũt hæc tam magna? ecce [OMNIA in sapien-
tia] .i. in Christo [FECISTI.] & quia multa
sunt [IMPLETA est terra possessione tua] vel,
Creatura tua, alia litera. Ad literã, per Christũ
2. Cor. 5. deus pater creauit quicquid est in terra, & in
Colos. 3 mari & in cælo. Sed quod hic dicit melius mysti
Ioan. 12 ce accipitur de noua creatura, quã eruit à ve-
Psal. 140 teri homine Christus; qua impleuit orbem ter-
Luc. 15 ræ, id est ecclesiam. Granum enim frumenti ca-
dens in terram multum fructum attulit. Ante
singulariter, erat donec transiret: sed quádo per
passionem trãsiuit, dragmam perditam inuenit,
& ouem errabundam ad gregem reduxit. vnde
gaudium est. Sed tamen adhuc est peregrinatio,
adhuc seculum quatitur fluctibus tẽtationum,
& tempestatibus tribulationum. vnde subdit,

PARS II. 26 Hoc mare magnũ, & spatiosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus.

Ex Alcu. HOC mare] Secũnda pars, vbi dicit, quomo-
do ecclesiam per mare seculi dominus traducit
Ex Aug. ad littus patriæ. q. d. Impletã est terra creatura
tua: sed nondum sumus in terra viuentium, vbi
Ex Hay. est portio nostra, imo [MARE,] id est secũlũ ad-
huc est trãseundum [HOC] autem [MARE ma-
gnum] est [ET spatiosum manibus] exercendis.
Difficile enim est ibi operari. &] ILLIC,] id est,
Ex Aug. in illo mari sunt [REPTILIA,] id est mali spi-
ritus, quorũ insidię serpunt, [QVORVM nõ est
numerus] quia innumeræ insidiæ repũt in hoc
seculo, & incautos occupãt. adhuc in his ama-
ris aquis sunt,

27 Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt.

Ex Aug. ANIMALIA pusilla cũ magnis,] Id est, in-
fideles, pusilli & magni. Multi enim primates
seculi, & multi pusilli seculi nondũ crediderũt:
oderunt ecclesiam, premuntur Christi nomine:
non sæuiunt, quia non permittuntur. In manus
non erumpens, in corde est clausa sęuitia. Et li-
cet in hoc mari sint tot pericula, datũ est tamen
nobis lignum crucis, in quo trãsnauigemus. Et
hoc est quod sequitur, tamẽ quamuis sit magnũ
[ILLIC,] id est, in illo mari [NAVES] id est, ec-
clesiæ [PERTRANSIBVNT] vel, Commeabunt.
Has naues gubernat Christus ligno crucis. Vi-
gilet ergo Christ⁹ in corde nostro, & tuti simus.

28 Draco iste quem formasti ad illudendum ei: omnia à te expectãt, vt des illis escam in tempore.

DRACO iste] Et præter hęc animalia est e- Ex Aug.
tiam in illo mari, quod superat ea omnia, scilicet
[DRACO] qui & leo dicitur, id est, serpens an-
tiquus, qui primos parẽtes deiecit, cuius caput,
id est priman suggestionem, ecclesia conterit, &
sic cæteros motus euadit. Ipse obseruat calca-
neũ eius, id est lapsum à via dei, vt sic possideat:
vnde in Genesi dicitur serpenti, Inimicitias po Gen. 3.
nam inter te & mulierem: ipsa conteret caput
tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Qui dra
co alibi dicitur Lucifer, alibi Leuiathan, qui cę- Ex Alcu.
teris in essentia excelsior factus est, tn malitia
maior: sed nec ipsum draconem timebũt naues,
imo illudẽt ei. Et est sensus, præter alia anima- Ex Aug.
lia, in hoc mari est, Draco [ISTE, quẽ] ó tu deus hic & in
[FORMASTI] secundũ substantiam, in qua bo Gen. li. 11.
nus erat in empyreo locatus: sed vitio suo inde cap. 22. &
cadens, factus est hic [AD illudendũ ei,] id est ad Strabo, vt
hoc cadens de cælo, factus est hic, id est, in hac refertur
inferiori habitatione, vt illudatur ei ab angelis in 2. sen. 2
dei. Dicitur enim in Iob, illudi Sathanę ab ange
lis dei, qui sunt præpositi super aerias potesta-
tes, ne noceant nobis, [OMNIA] q. d. Hęc præ-
dicta sunt in mari, sed hæc, Omnia. i. creatura no
ua, & reptilia & animalia, & draco [A TE expe-
ctant vt des illis escam in tẽpore,] quia nil pos-
sunt nisi permittas. quid expectant? Vt des illis
escam in tempore oportuno, quod quidã inter- Ex Aug.
pretes addũt, habet iustus cibũ suum, habet dra-
co cibũ suum: cibus draconis, terra est, quia di-
ctum est ei, Terram comedes omnib⁹ diebus vi- Gene. 3.
tæ tuæ: quia qui terrena amãt, cib⁹ diaboli sunt.
Cibus autem iusti, est verbum dei. Vnde non in Ex Alcui.
solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod & Augu.
procedit de ore dei. Si ergo bene vixeris, cibum Matth. 4
Christi habebis. Si verò à Christo recesseris, ci-
bus draconis eris.

29 Dante te illis, colligẽt: aperiẽte te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.

DANTE te] q. d. Expectãnt vt des [ET dan- Ex Aug.
te te illis] vel, Cum dederis illis, alia litera, id est,
dæmonibus [COLLIGENT,] ante nõ possunt
colligere, nec tẽtare. Deinde addit, & de cibo no
stro. q. d. Dãte te illi colligẽt, sed [APERIEN-
TE te manũ tuam, &c.] Manus est Christus, quæ
aperitur cum reuelatur. Vnde & brachium do- Esa. 53.
mini cui reuelatum est. Reuelatio enim apertio
est. Et te cum, Aperiente. i. reuelante, [OMNIA
implebuntur bonitate, quam non à se habent,
quod aliquádo probatur illis, scilicet quod non
à se habeant sed à te, quia te auerso turbantur.
Vnde subdit,

30 Auertente autem te faciem turbabuntur, auferes spiritum eorum & deficiẽt. & in puluerẽ suum

reuertentur.

AVERTENTE te autem faciem turbabũ-
Ex Caſs. tur,&c.]Vel manus eſt poteſtas dei, quę abun-
de replee omnia. ergo, Aperiẽte te manũ tuam,
id eſt,poteſtatem tuam, Omnia implebũtur bo-
nitate: Auertente autem te faciem turbabũtur.
Ex Aug. Multi impleti bonitate dei, ſibi tribuerũt quod
habebant,& facti ſunt ſibi placentes. Volẽs au-
tem eos probare deus,quod non à ſe habeut,ſed
à deo,vt eum bonitate habeant humilitatẽ ali-
quando eos perturbat.auertit ab illis faciem, &
cadunt in tentationem. Et ita oſtẽdit illis,quia
quod iuſti erant, & recte ambulabant,eo regẽte
fiebat.Sed quare turbas?Eece per hoc[AVFE-
res ſpiritum eorum,]id eſt,ſuperbiam[ET defi-
cient]omnino.vt conuertantur, & vt clament,
defecit ſpiritus meus.[ET]de peccatis pœniten
tis[IN puluerem ſuum reuertẽtur,]id eſt,ſe eſſe
puluerẽ cognoſcẽt. Inuenit enim ſe homo ter-
ram pœnitẽs de peccato. & ablato ſpiritu eorũ,

31 Emitte ſpiritum tuum & crea-
buntur:& renouabis faciem terræ.

Ex Caſs. EMITTE]vel,Emittes[SPIRITVM tuũ,]
id eſt,ſpiritum ſanctum,qui creat nouos.Et no-
ta quia puluis ſuua illorum dicitur,quia ex ſe ha
bẽt quod ſunt puluis.Spiritus verò domini,ec-
Ex Aug. ce medicina reuerſis in puluerem. Dico emitte
ſpiritum[ET]eo emiſſo[CREABVNTVR]in
operibus bonis. Vnde apoſtolus,Ipſius figmen-
Ephe.2. tum ſumus, creati in operibus bonis[ET reno-
uabis faciem terræ] nouis hominibus cõfitenti-
bus,quod à te nõ à ſe,boni ſunt.Et quia ex deo
omnia bona,ergo

32 Sit gloria domini in ſeculum:
lętabitur dominus in operibus ſuis.

Ex Aug. SIT gloria domini]Et nõn ad tẽpua,ſed[IN
ſeculum,]id eſt,in æternum [ET lætabitur deus
Ex gl.int. in operibus ſuis]nõn in tuis,ſed[IN ſuis,]ſcili-
cet quæ in eis facit. Qua litera illa faciat, ſub-
dit,ſcilicet,

33 Qui reſpexit terram, & facit
eam tremere: qui ſurgit montes &
fumigant.

Ex Aug. QVI reſpicit]miſericordia[TERRAM]hu
manæ mentis,quæ exultabat de bonitate ſua,&
ſibi vires opulentiæ ſuæ tribuebat, quam Deus
reſpicit[ET facit eam tremere.]Melior eſt tre-
mor humilitatis, quã confidẽtia ſuperbiæ. Vn-
Phil.2. de apoſtolus, Cum tremore operamini veſtram
ſalutem. Deus enim eſt, qui operatur omnia in
nobis. Et ipſe eſt [QVI tangit] cõmpunctione,
vel amiſsione rerum[MONTES,]id eſt,eos qui
ſuperbi erãt,iactãtes ſe[ET] tacti[FVMIGANT,]
id eſt,precem deo reddũt,qui ante ſe rogari vo-
Ex Aug. lebant,& ſuperiorem nõn rogabant: ſed modo
rogãt, & ſacrificiũ cordis fumigat ad deũ. Inci-
pit etiã flere, quia & fumus excutit lachrymas.

PARS III. 34 Cantabo domino in vita mea,
pſallam deo meo quandiu ſum.

Ex Caſs. CANTABO domino.]Tertia pars,vbi pro-
mittit ſe ſemper cantaturum.q.d.Hæc prædicta & Alcu.
fecit dominꝰ, & his inſpectis[CANTABO do-
mino,]id eſt,laudabo dominum. [IN vita mea]
præſenti, & futura, ſpei & ſpeciei. Mõdo enim Ex Aug.
ſpes eſt vita noſtra.poſt vita ęterna erit vita vi-
tæ mortalis. Spes enim eſt vitæ immortalis.
Quicquid ergo cantat, in vita cantat.[PSAL-
lam deo meo quandiu ſum,] quia in illo ſine fi-
ne ſum.Pſallam quãdiu,ſcilicet,id eſt, ſine fine.
Hoc ideo dicit, ne putetur alius eſſe actus illius
vitæ, quàm pſallere: quia non poteſt venire in
faſtidium, qui laudatur non venit in faſtidium
laudare ipſum, ſed ſemper laudatur, ſemper a-
matur.Et vt,

35 Iucundum ſit ei eloquiũ meũ,
ego verò delectabor in domino.

ELOQVIVM meum,] Quõ me ei indico Ex Aug.
ſcienti, vt ſe mihi indicet neſcienti [SIT ei io-
cundum] & reuera eſt, quia ſuauis eſt deo con-
feſsio tua. Alia litera habet, Suauis eſt ei diſpu-
tatio mea,idem ſenſus. Diſputatio enim homi-
nis ad deum eſt confeſsio peccatorum quæ ſua-
uis eſt deo. Confitere ergo deo,quod es,fac bo-
na opera & diſputas. Vnde Eſaias, Auferte ne- Eſa.9.
quitias ab animis veſtris,diſcite benefacere, iu-
dicate pupillo,& venite,& diſputemꝰ dicit do-
minus.Diſputatio eſt ergo tua, ſacrificiũ humi-
litatis tuę,quod eſt deo ſuaue.[EGO verò]q.d.
Hoc eſt ei ſuaue, quid tibi ſuaue?ecce, Ego ve-
rò [DELECTABOR in domino] Ecce bona
commutatio. Suauis eſt tibi ipſius gratia, ſicue
ei. Tuũ eloquium dico, Delectabor in domino,
& mẽo exemplo.

36 Deficient peccatores à terra,& Ex Hay
iniqui,ita vt nõ ſint:benedic anima
mea dominum.

PECCATORES,] qũi ſcilicet in ſe peccãt. Ex Aug.
[DEFICIANT à terra] .i. à peccatis, ne iam & gl. int.
ſint quod prius erant auferatur ſpiritus eorum,
vt ſpiritu dei recreentur[ET iniqui]qui peccãt
in proximos,ſcilicet deficiãt [ITA vt nõ ſint]
quod prius erant iniqui, ſcilicet vidit hoc iſte Ex Aug.
ſcilicet quod iniqui & peccatores deficiunt. & & Caſs.
impletus gaudio,iterat principium, dicẽs,[BE-
NEDIC anima mea dominum] per hoc innuit
quod finis bonorum,ſimilis eſt principio.

COLLATIO
In pſalmum 103, Benedic anima mea domino: domine deus meus, &c.

3 Sicut pellem] כַּיְרִיעָה caieriah, recentio-
res vertunt,ſicut cortinã. Hieronymus eſt cum
Septuaginta. Tandẽ nulla eſt diſcrepãtia,quum
tentoria ſolebant pellibus tegi, ob aeris incom-
moditates.
4 & 5 Verſiculi 4.& 5.cur efferãt latini per
ſecundam perſonã, quum tamen apud Hebręos
& Græcos, ponantur pronomina tertię perſo-
næ,ediſſerit. D. Hieronymus ad Suniã & Fre-

tellam hoc modo. Qui facis angelos tuos spiritus, pro quo in Græco vos inueniſſe dicitis ὁ ποιῶν ἀγγέλους αὐτοῦ.i.qui facit angelos ſuos ſpiritus. A quibus breuiter quærite, quomodo quum ad deū ſermo ſit, quaſi ad alium loquens propheta repente mutetur, maxime quū ſic incipiat, Domine deus meus magnificatus es vehementer, confeſſionem & decorem induiſti, & qui tegis aquis ſuperiora eius, id eſt, cœli, qui po nis nubes aſcēſum tuū, qui ambulas ſuper pennas vētorum, & ſtatim ſequatur, Qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignē vrentem, Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatē ſuā. Et poſt paulum, Ab increpatione tua fugiēt, & à voce tonitrui tui formidabunt, & in loco quem fundaſti eis. Qui emittis fontes in conuallibus. Et illud, Vt educas panem de terra. Si ergo omnia hęc ad ſecundam perſonam ſunt, id eſt, ad deum, quomodo in vno verſiculo, tertia perſona ſubito, & extra ordinem inducitur? Hactenus ille. Etiam ſi non per omnia quadrant quæ nūc ſunt in Græcis exemplaribus, quæ videre licuit,

11 IN conuallibus.] Munſterus & interpretes pro Caietano, vertunt in flumina. Qui emittit fontes in flumina vel fluuios. Hieronymus & alii ſæpe memorati, ſtant à vulgata lectione. Siquidem נְחָלִים nehalim, ambiguum eſt.

12 EXPECTABVNT onagri in ſiti ſua.] Vt appareat ſeptuaginta legiſſe יִשְׂבְּרוּ ieſaberu, quam lectionem indicat pūctum appoſitum in ſiniſtro cornu literæ ſin, id eſt expectabūt. Alias יִשְׁבְּרוּ iiſchberu, hoc eſt frangent, ſiue extinguent. Vel (vt reddidit Hieronymus) reficiant ſitim ſuam.

13 DE medio petrarū.] Cur Septuaginta mutauerint frōdes in petras, ſenſus myſticus quem perſequitur Auguſtinus, pro lectori poteſt reſpōdere. Siquidem Hieronymus vertit de medio nemorum dabunt vocē, & cęteri de medio frondium, quæ verſiones multis modis quadrāt cantillationibus auium, de quibus agebat prior clauſula. Nec præterea inſolitum eſt, aues nidulari. In petrarum foraminibus, ac inde voces emittere. Hebraice quidē legiē עֳפָאיִם aphaim, quod omnes interpretantur ramos aut frondes, nemora, arbores, quibus gaudent aues. Hieronymus in commentariis, exponit de medio petrarum, hoc eſt eccleſiarum. Iam innumera ſunt quæ authoritate ſpiritus ſancti (vt creditur) mutarunt Septuaginta lōge ab Hebraica lectione, vt nō mirum videri debeat, vbi paululum diſcedunt, imo ſenſu cōſtante, quēadmodum hoc in loco. Duo gratia exempli proferemus, in quibus nihil commune habēt Septuaginta cū Hebraico. Ionę 3. Hebr. habet, Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Septuaginta, Adhuc triginta dies, & Niniue ſubuertetur. Adeo vt D. Hieronym. demiretur vnde hoc fecerint. Verū D. Auguſtinus 18. de ciuitate dei, ca. 44, reducit ad concordiam, referens quadraginta dies ad tempus medium, inter reſurrectionem & aſcenſionem: tres verò dies, ad triduum mortis, accipiendo Niniuem typice pro eccleſia, per

Septuaginta pru denter ab Hebræo diſcedūt.

pœnitentiam euerſa, tandem concludit, Longitudinē fugio, vt non hic per multa demōſtrem, in quib^9 ab Hebraica veritate putātur Septuaginta interpretes diſcrepare, & bene intellecti inueniuntur eſſe cōcordes. Vnde etiam ego pro meo modulo, veſtigia ſequens apoſtolorū, quia & ipſi ex vtriſque, id eſt ex Hebræis, & ex Septuaginta teſtimonia ꝓphetica poſuerūt, vtraq; authoritate vtendum putaui, quādo vtraq; vna atq; diuina eſt. Alterū exemplū, adducemus ex Eſa. 9. cap. vbi Hebræi dicunt, Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon: Septuaginta habēt, longe diuerſum. Hoc primū bibe, velociter fac. Quod ſic interpretatur Hieronymus, vt prophetice dictū, de primo ſigno quod edidit Chriſtus, hoc eſt de cōuerſione aquę in vinū in Chana Galileę. Ait ergo, hoc fecit principiū ſignorum Ieſus in Chana Galileę, & manifeſtauit glo riam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius. Vnde & in Septuaginta dicitur, hoc primū bibe, velociter fac. quia terra Zabulon & terra Nephthalim, prima Chriſti videre miracula, vt prima biberet fidei potionem, quæ prima viderat domini ſigna facientem. Hæc Hieronymus.

18 Saturabuntur ligna campi.] Loco campi in Hebræo ponitur nomen domini tetragrammaton. Hinc Hieronym. vertit ligna domini. Sanctes tamen & Munſterus interpretātur arbores magnificas & excelſas. Et certe eę ſunt in campis nemoroſis, vbi proceræ creſcunt, ac quidem ſingulare à domino in ſua natura accipiunt.

19 HERODII] חֲסִידָה haſidah, Neoterici trāſferunt ciconiam. Editio Romana habet fulicam, quæ eſt auis marina. Quam lectionē tenēt & interpretātur Auguſtinus & Arnobius. Hieronymus varius eſt. Nam Iob 39. vertit herodion. Penna ſtruthionis, ſimilis eſt pēnis Herodii. Rurſus eandem vocem Leuit. 11. trāſtulit herodionem. Hoc in loco tamen dixit & alibi miluum. Adeo vt videatur dubitaſſe, quę fuerit auis. Nam in cap. Zacha. 5. ſic refert opiniones diuerſas, vt nullam improbet, quin iuxta quālibet accommodat interpretationē, ad illud prophetæ, Habebant alas quaſi alas milui. Habebāt (inquit) alas iuxta Hebraicum חֲסִידָה haſidah, quod Aquila Symmach^9. Theodotion ἐρωδιὸν, id eſt, herodionem Soli Septuaginta ἔποπα, id eſt, vpupam trāſtulerunt. Haſidam Hebręi miluum putant, auem rapaciſsimam, & ſemper auibus domeſticis inſidiantem. Herodionum verò bi qui de volucrum ſcripſere naturis, tria genera autumant. Vnum album, aliud ſtellatum, tertium nigrum, quod & ſæuiſsimū & ſanguinarium, & pugnās, & ad coitū impatiens, ita vt ex oculis eorum erumpat cruor. Vpupam quā nos de Græci nominis ſimilitudine traximus, nam & ipſi ἔποπα appellant, ab eo quod ſtercora humana conſideret, auem dicunt eſſe ſpurciſsimam, ſemper in ſepulchris, ſemper in humano ſtercore commorantem. Hæc ibi. Sed & ipſe ad Suniam & Fretellam, magis probat miluum his verbis. Pro Herodio quod in Hebræo dicitur חֲסִידָה haſidah, ſymmachus ἰκτῖνον, id eſt, miluum interpretatus eſt. Denique & nos ita vere

timus in latinũ, ibi aues nidificabũt. milui abies domus est, quod scilicet semper in excelsis, & ar duis arboribus nidos facere consueuerit. Vnde & sexta editio, manifestius interpretata est. Mil uo cupressus ad nidificandum. Pro abietibus autem & cupressis, in Hebræo ponitur ברושים beroschim, quod magis abietes, quàm cupressos significat. Hæc Hieronymus.

DVX eorũ.] Hierony. & alii, pro hoc habent abietes, quod nihil habet cõmune, cum dux eorum. Cæterum si acceperis berosechim, vt litera beth sit seruilis, non de substantia dictionis, & interpositũ aleph quiescens scripseris, nihil mutato sono syllabę, hoc modo בראשם beroschā habebis, quod est in ducibus eorum, eoque sensus quod herodii domus est in ducib⁹ eorũ passerum, refert idem quod & dux eorum.

MONTES excelsi ceruis. Sic Hieronymus & Campensis. Alii pro ceruis transferunt damas, capreas aut ibices יעלים icelim, hirci sunt syluestres. Septuaginta ἐλάφοις, ceruis iis accedere periculosum non fuerit.

HERINACIIS.] Vel vt alii volunt, cuniculis, alii leporibus. De hoc sic scribit Hieronymus ad Suniam & Fretellam. In Hebræo positũ est שפנים schepannim, & omnes χοιρογρυλλίοις voce simili transtulerunt. Soli Septuaginta lepores interpretati sunt τοῖς λαγωοῖς, id est, petra refugium leporibus. Sciendum est autem animal esse non maius heritio, habẽs similitudinẽ muris & vrsi. Vnde & in palęstina ἀρκτομῦς dicitur. Et magna est in istis regionibus huius generis abundantia, semperque in cauernis petrarum, & terræ foueis habitare consueuerunt. Hactenus Hieronymus.

CIIII. PSALMI TIT. Alleluia.

Ex Cass. CONFITEMINI domino.] Titul. [ALLELVIA] Hic primo angeli cũ verbum scilicet alleluia, positũ inuenitur, nec aũre à quoquam Hebræorum scriptorũ po situm est quod nulla lingua præsumpsit mutare: sicut in euãgelio, amen. Interpretatur autem

Ex Hier. in episto. ad Marcellum de 10. dei nominibus. laudate deũ. Nam allelu, dicitur laudate: ia, nomen est dei inuisibilis, id est, significat inuisibilem, quod nomen ei tantum conuenit. Præscribitur autem iste titulus, viginti psalmis, in quibus omnibus magnalia dei dicuntur, & magna in eis est exultatio: sicut in hoc psalmo beneficia dei narrantur, quæ contulit spirituali semini Abrahæ.

Ex Cass. & Alcu. Hic enim cõmendat propheta bonos in illo populo Israel, qui cum aliis fidelibus

Ex Aug. sunt verũ semen Abrahæ filii promissionis. Iste ergo primus psalmus, cui prænotatur alleluia. Et est sensus, [ALLELVIA,] id est, laudate deum. Vnde & psalmus incipit. Intẽtio. Mo-

Ex Aug. ad calcem psalmi & in repetitione. net ad laudem. Modus. Sex sunt partitiones. Sic enim partitur hunc psalmũ Augustinus, cui cõsentit Cassiodorus, nisi quod sextam partem alibi facit, quã Augustin. quod in lectione psalmi suo loco mõstrabitur. Primo vt in verbis exterioribus intellectũ videas interiorem, quasi in corpore animam admonet semen Abrahæ, id est filios promissionis, pertinentes ad hæreditatem testamenti æterni, vt ipsum deũ tanquam hæreditatem eligãt, & gratis nõ pro aliquo extra eum colant, & hoc faciant, laudantes, innocantes, annunciantes: nec in sua, sed in eius gloria per fidem, bene operantes, spe gaudẽtes, charitate feruentes. Et hoc totũ sonat psalmus, his verbis, Confitemini, &c. vsque ibi, Mementote mirabiliũ, vbi est partitio, quam & alias suis locis exequimur. Propheta ergo à laude incipiẽs, quam titulus prænotat, ait,

CONFITEMINI domino, & inuocate nomẽ eius: annũciate inter gẽtes opera eius.

CONFITEMINI domino,] id est, Laudate deum, quod fit ab amante. Non enim est speciosa laus in ore peccatoris. Præmissa laude, sequitur inuocatio, vt petat desiderata. [ET inuocate nomen eius] quia laudans auditur. Congruus ordo est iste, vt prius sit laus, post inuocatio. Vnde alibi, Confitebimur tibi deus, confitebimur, & inuocabimus nomen tuum. Et alibi, Laudans inuocabo dominum. Et in oratione dominica promittitur breuis captatio, scilicet, Pater noster qui es in cælis. Et postea subsequũtur petitiones. Deinde subdit, [ET annunciate inter gẽtes opera eius] quia amor domini in præ scendis operib⁹ eius maxime ostẽditur. Vnde dominus dixit Petro, Simon diligis me? eique respondenti, Domine tu scis quia amo te, dixit, Pasce oues meas. — Ex Aug. & gl. int. Ex Aug. Psal. 74. Psal. 17. Matth. 6. Ioan. 21.

2 Cantate ei, & psallite ei, narrate omnia mirabilia eius.

CANTATE ei] verbo, quia ore cãtatur [ET psallite ei,] id est, opere laudate, quia manibus psallitur. Deinde, istis duob⁹ duo alia reddit. ad hoc enim quod dixit, Cãtate, quasi determinãdo quomodo cantent, subiicit [NARRATE omnia mirabilia eius.] Nihil enim silendũ est pudore. Vel ideo dicit, quia omnia quæ dicunt de eo mirabilia sunt. Nullus enim potest omnia narrare. deinde addit, quod dixerat psallite, refert quod subditur, — Ex Aug. Ex Cass. & Augu.

3 Laudamini in nomine sancto eius: lætetur cor quærẽtiũ dominũ.

LAVDAMINI] q. d. Psallite hoc modo, [LAVDATE,] id est, operamini sic vbi laudemini: quod bene operantes merito possunt. Et hoc, [IN nomine sancto eius] hoc addit, ne de bono opere homo glorietur in se, sed in domino. Nõn enim vetat laudari si boni sunt, sed nõ nisi in domino, qui bonos facit, cui omne bonũ ascribere debẽt. Et in omnibus eius gloriã quęrere. hoc est quod alibi dicitur, In domino laudabitur anima mea. Et quod ibi addit, Audiãt mãsueti & lætentur. Hic quoque quodammodo addere videtur, dicens, [LAETETVR cor — Ex Aug. & gl. int. Ex Aug. & Alcui. Psal. 33.

Ex Hier. quærentium dominum, &c.] Vel ita, Laudamini in nomine sancto eius .i. gaudete dici Chri-
Ex Hay. stiani à Christo. Et, Lætetur cor, & si oðo cor-
& Aug. pus, Quærentium dominum, qui bene operan-
& Hier. tes emulantur. & si lætatur cor quærẽtium domini, quanto magis inuenientium? Ergo dum operamini,

4 Quærite dominum & confirmamini: quærite faciẽ eius semper.

Ex Cass. & Aug. QVAERITE dominum] in præmium [ET sic confirmamini,] id est, inde enim fortes sunt, & illuminati, vt sciant agẽda, & possint ea per-
Ex Hier. & Aug. ficere, Declinãtes autẽ ab eo, & infirmi sunt & cæci. [QVAErite] semp in hac vita [FACIEM
Ex Aug. eius,] id est, præsentiam eius, quę & si per fidem inuenitur. tamẽ semper in hac vita perquiren-
Ex Hier. Exod. 23 da est, vt postea per speciẽ habeatur. Iūdæis vt paruulis præceptum erat in lege veteri, vt ter in anno apparerent in conspectu domini, non vacui, scilicet in pascha, pentecoste, & scenopbegia. Nos autẽ qui sumus in anno benignitatis, semper faciem trinitatis quærere debemus. Vel,
Ex Aug. & Alcu. Semper quærite, id est, in præsenti, & in futuro. Et tunc enim sine fine quæretur, quia qui amatur semper desideratur, semper quæritur, ne sit absens, sed semper præsens. malus potest timere præsentiam eius quam bonus amat.

PARS II. 5 Mementote mirabilium eius quæ fecit: prodigia eius & iudicia oris eius.

Ex Aug. MEMENTOTE mirabiliũ] Secũnda pars, vbi ad paruulorum corda nutrienda proponit de fide patriarcharum, & de promissionib' dei, vt nos simus semen illorum. non solum de Iudæis, sed etiam de omnibus gentibus. Et hoc ostendit vsque ibi, Cũ essent numero, breui. q.d.
Ex Alcu. Quærite ipsum. Sed quia sunt qui non ferunt solem in rota, qui nõ possunt intelligere Christũ in altitudine suę deitatis quæ auolat ab intellectu, sicut potest nemo videre solem in rota sua. Dico vobis minorib', saltem [MEMENTOte mirabiliũ eorũ,] vel, Mirabilia eius, [QVAE
Ex Aug. fecit] ecce iam iste ardens laudator contemperat se infirmis & lactentibus, quos mirabilibus dei temporalibus nutrit, acsi dicat, Si id quod deus est magnum est quærere: vel, id est, saltem quæ fecit videte. Simile est huic, quod dominus dixit Moysi. Hæc dices filiis Israel, qui est misit me ad vos, quod vix aliquantisper pura mẽs capit. Deinde gratiam suam, misericorditer, contemperans, dixit, Ego sum deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob, quod etiã à paruulis capi posset. Ita hic prius monet quærere faciẽ quod cõuenit grandibus. deinde attendere opera, quod
Ex Cass. paruuli possunt. Et mementote [PRODIGIA eius] maiora, scilicet miracula, quib' aliquid fu-
Ex Alcu. turum significabatur [ET iudicia oris eius] quæ per Moysen mandauit in lege. Nõta quia paulatim ascendit, de prodigiis visibilibus, transit ad iudicia, inde ad æternum testamentum, vbi pręceptum est, & promissum. Testamentum enim æternum dicitur, & doctrina ipsa, & promissio hæreditatis æternæ, & quibus hoc dicitur? illis qui sunt secundum fidem.

6 Semen Abraham, serui eius filii Iacob, electi eius.

SEMEN Abraham serui eius] & qui sunt fi- Ex Hier.
lii Iacob, id est, imitatores luctando contra car- & Aug.
nem. Iacob dico [ELECTI eius.] Dico mementote & debetis, quia

7 Ipse dominus deus noster: in vniuersa terra iudicia eius.

IPSE] Christus est [DOMINVS deus no- Ex Aug.
ster,] & ne putes filios Abrahæ tantum esse in vna gente secundum carnem [QVIA in vniuersa terra] sunt [IVDICIA eius,] id est in vniuersa terra sunt Iacob & Israel., id est fideles, quibus iudicia sua manifestat, sed non alienigenis.

8 Memor fuit in seculũ testamẽti sui: verbi sui quod mãdauit in mille generationes.

MEMOR fuit] Ideo etiam debetis esse me- Ex Cass.
mores, quia ipse fuit [MEMOR] implendo pro-
missa [TESTAMENTI sui] nõui, id est, iustitię Ex Aug.
& hęreditatis æternæ, quam promisit in nouo testamento. Dicitur enim testamentum, & illud quod promittitur, & doctrina in qua promissio declaratur, & pro qua seruata redditur. Testamenti dico, duraturi [IN seculum,] id est, in æternum, vnde post dicit, in testamentum æternum, quod testamentũ si vetus accipitur, propter terrã Chanaan, de qua sequitur. Quomodo æternũ est, cũ illa terrena hæreditas, nõ possit esse æterna? Non ergo de illa accipiendũ est. Deinde vt determinet testamentum accipi pro verbi doctrina, subdit, [VERBI] q. d. cuius testamẽti memor fuit? ecce, Verbi, [QVOD mandauit in mille generationes,] id est, omnes quibus viuẽdum est ex fide. Accipitur enim hic mille, pro infinito. hoc est verbũ euangelii, verbum fidei, quod extenditur in omnes generationes, pro quo seruato redditur promissum æternum, quod per testamentum ante significauit, quod non mãdauit, sed promisit. Promissum enim est quod accipere debemus, mãdatum est quod facere debemus. Hæc est fides, vt iustus ex fide viuat, & huic fidei promittitur hæreditas.

9 Quod disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac.

QVOD disposuit] q.d. Mẽmor fuit verbi, Ex Aug.
Quod disposuit [AD Abrahã, & iuramẽti sui,] quod disposuit [AD Isaac.]

10 Et statuit Iacob in præceptum: & Israel in testamentum æternum.

Ex Aug.
ET statuit] illud, scilicet verbũ fidei, ipsi [IACOB in præceptum] & statuit illud [ISRAEL in testamentum æternum,] id est, in promissum æternũ. Ecce illud verbum, & in præcepto est, & in promisso: sed secundum aliud, & aliud. Opus enim quod mandat, est in pręcepto. Merces

autem operis est iu promisso. operātibus enim
promittit mercedem. Et est, Statuit illud, ver-
bum. [ISRAEL in testamentum æternum,] id
Ex Aug. est, quod ex ipso verbo impleto daturus esset a-
& Alcui. liquid æternum, scilicet terram Chanaan, quæ
non est æterna; sed æternū significat. Ecce tres
patriarchę memorati sunt, quorū specialiter di-
Exod.3. cit se esse deum, Ego sum deus Abraham, deus
Isaac, deus Iacob. Ecce triplex auctoritas. Dico
statuit in testamentum ęternum,

11 Dicēs, Tibi dabo terrā Chanaan: funiculum hęreditatis vestrę.

DICENS, Dabo tibi terrā Chanaan,] id est,
Ex Aug. quod ab ea signatur. dedit enim eis etiam hanc
terram in figura æternæ hæreditatis, ad quam
æternam hæreditatem non omnes pertinent:
ideoque addit, [FVNICVLVM hęreditatis ve-
Ex Hay. strę,] scilicet dābo, id est, hæreditatem cælestem
& gl.int. illis solis, qui funiculo diuinæ prædestinationis
signati sunt. Vel ideo dicit, Funiculū, quia sicut
funiculo distributa est terra promissionis, in di-
uersas ptes: ita in vita ęterna diuersæ sunt mā-
Ioan.14 siones: iuxta illud, In domo patris mei mansio-
Ex Cais. nes multæ sunt. Cūt autē cælestis hęreditas di-
citur terra Chanaan, nomen eius aperit. Inter-
pretatur enim Chanaan, humilis: quia in eam
nemo intrat, nisi humilis. Sed ex historia idem
Ex Aug. perpēditur. Dixit enim Noe Chanaan futurum
Gen.9. seruum fratrum suorū, ideo excluso Chanaan
Ioan. 8 datur terra semini Abrahæ. Is est seruilis timor,
1.Ioan. 4 qui non manet in domo in æternum, quia cha-
ritas foras mittit timorem, & manet filius in
domo in æternū. Congrue ergo hęreditas æter-
na, dicitur terra Chanaan, quia ab ea serui re-
pelluntur, & filii recipiuntur.

PARS III. 12 Cū essent numero breui: paucissimi & incolæ eius.

Ex Aug. CVM essent] Tertia pars, Dixerat deū gra-
tis esse colendū, quoniā ante occurrebat animo
paruæ fidei, Si deus gratis est colēdus, & ipse est
hæreditas, quid de necessitatibus mortalis vitæ
fiet? subdit hic quid patribus præstitit & filiis
& Augu. eorū tam carne quàm fide. Dicit enim quę sub-
& Alcu. sidia temporalis vitæ præstitit patribus & filiis
eorum, tam carne quàm fide: nō vt his hæreant,
sed ea ad bonum ęternum referant. quod faciūt
si iis allecti, iustificationes & legē dei requirunt.
Ex Aug. Cū essent numero breui. Exequitur historiam
& breuiter tangit, quod in Aegyptum transie-
rūt. quasi dicat, Hoc promisit deus, Cum essent
numero breui, id est, paucissimi, antequā in Ae-
gypto multiplicarentur. Et incolæ, id est, adue-
næ, Eius, scilicet terræ Chanaan.

13 Et pertransierunt de gente in gentem: & de regno ad populum alterum.

ET PERTRANSIERVNT de gente in
Ex Aug. gentem] Proponit breuiter quod postea plenius
in sequēt. narrabit. [ET] pertransierunt [DE regno, id est,
terra promissionis quæ dicitur regnū: nō quod
tunc esset, sed quod futurum esset: ibi regnum
Israel. Transierunt dico, ad populum alterum.
Et quomodo perdurare potuerunt? ecce,

14 Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges.

NON reliquit,] id est, nōn permisit [HOMI- Ex Aug.
nem nocere eis & corripuit pro eis reges] vt re- Gen.26
gē Gerarę Abimelech, ne noceret Isaac de Re-
becca, & regem AEgypti Pharaonem, ne noce- Gen.25
ret Abraham de Sara. Corripuit dicens,

15 Nolite tāgere christos meos. & in prophetis meis nolite malignari.

NOLITE tangere christos meos] Hæc ver- Ex Aug.
ba licet in historia non sint, tamen vel latenter
dixit ea deus in cordibus hominum, vel per an-
gelum. Quod autem dicit christos, nullū mo-
ueat, quia iam tunc Christiani erant, & si laten-
ter. Vnde, Abraham exultauit vt videret diem Ioan. 8
meum, vidit, & gauisus est. Nullus enim præter
hāc fidem, vel ante incarnationem, vel post, deo
reconciliatus est. Vnus enim mediator est dei & 1.Tim.2
hominum Iesus Christus. [ET nolite maligna-
ri in prophetis meis.] Hoc aperte de Abraham
constat, quod propheta fuit: sic & de aliis cre-
dendum est.

16 Et vocauit famem super terram: & omne firmamentum panis contriuit. PARS IIII.

ET vocauit] Quarta pars, vbi incipit narra- Ex Aug.
rere, quomodo factū est, vt transirent, de regno
ad regnum. q. d. Si quæris quomodo transit de
gente in gentem, & de regno ad populū alterū,
ecce [VOCAVIT famem super terram, &c.] vs-
que ibi, Et auxit populū suum vehemēter: quasi
pertransierint per hoc, Et, id est, quia, Vocauit
deus famē super terrā. Ita dicit vocasse famem
quasi personam animatam, quæ posset vocanti
obedire: forte ideo, quia hęc mala immittit deus
per angelos malos, qui talibus præpositi sunt.
Vocauit, ergo, Famem. i. angelū fami prępositū.
Vel potius, Vocauit famē. i. dixit vt fames esset,
id est, iussit esse in actu, quę iam erat in disposi-
tione: ita vocauit, [ET]. i. quia [Cōtriuit]. i. cō-
sumpsit [OMNE firmamentū panis] Et per hoc
transierunt de gente in gentem, & de regno ad
populum alterum. sed,

17 Misit ante eos virū: in seruum vænundatus est Ioseph.

MISIT ANTE eos virum] Vide quomo- Ex Aug.
do deus vsus est malis in bonum. Ioseph enim
vēditus à fratribus, postea in AEgypto pro iu- Gen.41
stitia est sublimatus: de quo subdit, [IN SER-
uum, &c.] q. d. Quem misit, & quomodo? ecce
[IOSEPH in seruum vænundatus est] à fratri- Ex Hier.
bus, quos postea & patrē in AEgypto recepit, Gen.37
terramque optimam à Pharaone eis dari fecit. Gen.47.
Si autem Ioseph humiliatus & exaltatus, locum Ex Aug.
fecit ad temporalia bona populo dei, vt firma- in repet.
retur super inimicos: quanto magis Iesus secun- psalm.
dum carnem humiliatus, & in cælis exaltatus
suis locū fecit ad ęterna. Deinde narrat quę tu-

Q

Ex Aug. lerit Iōseph in humilitate sua,& quomodo sublimatus est,dicens,

18 Humiliauerūt in compedibus pedes eius, ferrū pertrāsiit animam eius:donec veniret verbum eius.

HVMILIAVERVNT in cōpedibus pedes
Ex Aug. eius.]Nōn legimus de cōpedibus Ioseph in illa historia Genesis, sed credēdū est factū esse quod ibi prætermissum,dicit spiritus sanctus in psal-
Ex Cass. mis.Et si enim Iōseph gratiam habuit apud eu-
& Aug. stodem carceris,vt legitur in Genesi,tamē prius
Gene.40 anxiatus est.[FERRVM pertransiit]q.d.Præter mala corporis,Ferrum.i.tribulatio duræ necessitatis,quæ in æstuante & sollicita anima erat. [Pertransiit animā eius,]vt & de Maria dicitur
Luc.2 in Luca,Et tuā ipsius animā pertrāsibit gladius.
Ex Cass. Vēl secundū aliā literā, Anima eius petransiit ferrum, id est, tribulationem duræ necessitatis. Idem tamē sensus eum priori: etiā in hac tribulatione fuit Ioseph [DONEC veniret verbum
Ex Aug. eius,] id est,interpretatio somnii,sed nō fuit ab eo illud verbum,quia,

19 Eloquium domini inflammauit eum,misit rex & soluit eū:princeps populorum & dimisit eum.

Ex gl.int. ELOQVIVM domini,]id est,spiritus reue-
& Cass. lans mysteria[INFLAMMAVIT]vel,Igniuit[Eum,] id est,viuaciter excitauit eum,vt futura diceret.
Ex Aug. Inflāmmatus autem dicitur diuino eloquio vt cōputetur inter eos, de quibus dicit Apostolus,
Rom.12 Spiritu feruentes, vnde bene spiritus sanctus,
Act.2. quādo à domino apostolis missus est , visæ sunt illis linguæ diuisæ,velut ignis,à quo igne disce-
Matt.24 duot illi,de quibus dicitur,Refrigescet charitas multorum.Et propter hoc verbū[MISIT rex,] id est,Pharao.[ET soluit] à reatu,id est, à pœna [EVM]cōpeditum.s.[PRINceps populorū & dimisit eum]inclusum,liberum à carcere.

20 Cōstituit eum dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ.

21 Vt erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret.

CONSTITVIT eum etiā dominū domus suę,& principem omnis possessionis suæ.
VT erudiret principes eius sicut semetipsum
Ex Aug. & senes eius prudentiā doceret.]Nēque hoc legimus in historia, sed credendum tātum virum dei cultorem non de solis corporalibus curam gessisse.

22 Et intrauit Israel in AEgyptū: & Iacob accola fuit in terra Cham.

Ex Aug. ET]pōst Ioseph[INTRAVIT Israel in AEgyptū,& Iacob accola fuit,] id est,aduena non indigena[IN terra Cham.] Hęc est AEgyptus,
Gene.10 cuius gens à Cham filio Noe descendit . Cham etenim filius Noe fuit, pater Canaan de quo AEgyptii traxerunt originem.

23 Et auxit populū suum vehementer: & firmauit eum super inimicos eius.

ET auxit] Quïnta pars.Ecce quę gesta sunt Ex Aug. breuiter proponit,quæ postea plene narret: dicit , etiam quomodo firmauit populum suom super inimicos suos . Et hoc totū vsque ibi,Expandit nubem,vbi est sexta pars secundum Augustinum. q.d. Misit deus post Ioseph Iacob in AEgyptum [ET] ibi [VEHEMENTER auxit populum suum]fœcūnditate nascendi[ET fir- Ex Cass. mauit eum super inimicos eius.] Hōc non tunc Ex Aug. Moysen factum fuit, sed per signa Moysi. Ante Exod.3. enim masculi fœtus filiorum Israel necabātur, & ipsi in faciendis lateribus conterebantur : sed postea in manu potenti per signa & portenta domini metuēdi & honorandi,facti sunt,donec duri regis contēptio vinceretur:ipsumque cum exercitu suo mare rubrū obrueret. Quomodo autem hoc factum est, quia breuiter proposuetat,plene narrare incipit.

24 Cōuertit cor eorum vt audirent populum eius. & dolum facerent in seruos eius.

CONVERTIT cor eorum vt odirēt populum eius.]Nōn ideo dicit,conuertit cor eorum, Ex Aug. quia deus sit auctor mali. Non enim intelligendum est vel credendum,quod deus cor hominis ad facienda peccata conuertat,vel quia patrum peccatum sit odisse populum dei.[ET dolū facerēt in seruos eius.]Istorum tam grauium peccatorum auctor non est deus,quia nullius etiam leuissimi peccati auctor credendus est : sed mitabilis dei bonitas,etiā malis bene vtitur. Cum enim ipsi vitio suo mali essent,ille de malo illorum benefecit.Non enim antequā odissent populum eius boni erant,sed maligni & impii tales erāt,qui facile incolis suis fœlicibus inuiderēt . Dum ergo auxit fœlicitatem Israel,hoc dei beneficio illi ad inuidendum cōuersi sunt: quia iam mali erant.Non itaque cor illorum malum faciendo,sed populo suo benefaciendo.Cor eorum,sponte malum, Conuertit,dum suos multiplicauit, Vt odirēt,per inuidiam populū eius. Inuidia enim est odium alienæ fœlicitatis, quo illorum odio ad exercitationem populi sui: & ad gloriam nominis sui vsus est,sicut sequentia docent. Dico conuertit,Cor eorum vt audirēt populum eius. Et vt, Dolum facerent in seruos eius,scilicet vt opere luti & lateris minorerētur serui dei . Deinde quo modo his vsus sit ad gloriam suam,incipit exponere dicens,

25 Misit Moysen seruū suū: Aaron quem elegit ipsum.

MISIT Moysen seruū suum]Misit seruum, Ex Cass. qui omnia per se poterat, vt doceret,qua mode ratione hæc omnia egisset. Et[MISIT Aaron quem elegit ipsum.] Sūfficeret dicere quē ele- Ex Aug. git , sed nihil quærendum est in eo quod addit ipsum, sed consuetudo diuinæ locutionis est ad

explanationem.Ei,

26 Posuit in eis verba signorum suorum: & prodigiorum suorum in terra Cham.

Ex Cass. POSVIT in eis].f.Möyse & Aaron[VERBA signorum suorũ,& prodigiorũ suorũ in terra Cham] .i.quib⁹ prædicabatur ab eis,quæ signa & prodigia dominus esset facturus inter Chã.
Ex Aug. Vel ita,Vẽrba signorũ nõ accipit verba quibus fierent signa. Multa enim sine verbis facta sunt, vel virga, vel manu extenta: sed quia ipsa facta non erãt significationis inania, sicut verba quę loquimur, ideo & ipsa dicta sunt verba. Verba ergo nõ vocum vel sonorũ, sed signorũ & prodigiorum per eos fecit signa.Et est,Posuit in eis verba signorũ.i.per eos fecit signa,quia tanquã verba aliquid significabãt.Et posuit verba pro-
Ex Cass. digiorũ suorum.i.pẽr eos fecit prodigia,quæ aliquid portẽdebãt.Et hoc,In terra Cham.Quę autem signa fecit,subdit,

I. 27 Misit tenebras & obscurauit: & non exacerbauit sermones suos.

Ex Aug. Exod.10. MISIT tenebras, & obscurauit] Hõc ad literã inter plagas Aegypti legitur, quia tenebras inter alias plagas passi sunt: sed quod hic dicit, melius sic accipiamus vt intelligam⁹ corda eorum obscurata, qui præcepta dei spernebãt. Et est cõpetens initiũ plagarũ,cæcitas.sine qua nõ
Ex Hay. incurrissent cętera[ET nõ exacerbauit].i.cõm-
Ex Aug. pleuit & per miracula cõfirmauit. Vẽl secundũ aliam literã, quæ est,exacerbauerũt.f. Aegyptii cõtradictionibus suis[SERmones eius]dei. Vel sicut in quibusdã codicib⁹ reperitur, Et nõ exacerbauerũt.f.Moyses & Aaron,Sermones eius dei, quia illos etiam durissimos.f.AEgyptios, patienter tulerũt, propter mãdatũ domini, donec omnia in eis quæ deus disposuit fierent.

II. 28 Conuertit aquas eorũ in sanguinem:& occidit pisces eorum.

CONVERTIT aquas eorũ in sanguinem]
Ex Cass. Exod.7 Hæc ẽst secunda plaga quæ in Exodo ponitur prima , quæ signabat quod aquas rubei maris, verteret eis in mortem[ET occidit pisces eorũ.] Ne ergo sit in aquis spes vitę illis hominib⁹, cũ in aqua moritur, quod ibi naturaliter nutritur.

III. 29 AEdidit terra eorum ranas: in penetrabilibus regum ipsorum.

Ex Aug. Exod.8 ET dedit terra eorũ ranas]Eccẽ tertia,secũdũ aliã literã [AT dedit terra eorũ ranas] .i.terram eorũ cõuertit in ranas, quia tot fuerũt ranæ,vt hoc hyperbolice dicatur,& erãt ranę[IN penetrabilib⁹ regũ ipsorũ]socii rãnarũ fiũt principes,qui sub aquis post locandi erant.

IIII. 30 Dixit,& venit cynomyia,& scyniphes in omnibus finibus eorũ.

DIXIT,& venit cynomyia & scyniphes in o-
Ex Aug. Exod.8 mnibus finibus eorũ.]Eccẽ hæc est quarta plaga,quæ tactãtia regis est, qui nec par est muscis. Si autẽ quæritur quando dixerit deus hoc?Respõdemus quod in verbo eius hoc erat sine tẽpore antequã fieret in tẽpore per ipsum verbũ, licet per angelos,vel per Moysen,& Aarõ quodam modo dixit,vt fieret tunc quãdo fuerat faciendum.Deinde sequitur quinta plaga.

31 Posuit pluuias eorũ grãdinem: ignẽ comburentẽ in terra ipsorum. V.

POSVIT pluuias eorum grandinem].i.prõ pluuia quæ fœcundat, facta est grãdo, quæ tacta arefacit. Et hõc simile dictũ illi quod suprapo- suit,& dedit terra eorũ ranas[ET ignẽ cõburentem].i.fulmina.f. posuit[IN terra ipsorum.] Ex Cass. Exod.10 Ex Aug.

32 Et percussit vineas eorum & ficulneas eorũ: & contriuit lignum finium eorum.

ET percussit]grãdine& igne.i.fulminib⁹[VINEAS eorum,& ficulneas eorum: & contriuit lignum eorũ] Ne ergo dubites de satis quin perempta sint,vbi maiora pereunt . Deinde sequitur.6.plaga. Ex Cass.

33 Dixit,& venit locusta,& brucus;cuius non erat numerus. VI.

DIXIT & venit locusta] quæ est mater bruci,de quo subditur[ET brucus,cuius].f.locustę, & bruci[NON erat numerus.]Vna plaga est locusta, & brucus,quia altera est parens,altera est fœtus. Ex Aug.

34 Et comedit omne fœnum in terra eorum:& comedit omnẽ fructum terræ eorum.

ET comedit omne fœnum].f.hẽrbã[IN terrã eorum,& comedit omnẽ fructũ]segetũ [Terræ eorum. Dẽinde sequitur septima plaga quæ in Exodo decima est. Ex gl.int. Ex Aug.

35 Et percussit omne primogenitum in terra eorũ: primitias omnis laboris eorum. VII.

ET percussit omne primogenitum]de hominibus[IN terra eorũ,& primitias omnis laboris eorũ.]Hæc dicit primogenita pecorũ,quę similiter percussit.hæc est nouissima plaga in AEgypto,qua victi cedunt Aegyptii. Nõtandum verò quod cum sint decem plagæ , quas ponit Moyses in Exodo , nec omnes hic cõmemorat propheta,nec eo ordine quo ibi narrãtur,quia libera est laudatio,de qua agit iste psalmus, à lege historię:additq; hic, quod historia nõ habet, & præterit quędam quæ illa habet , auctoritate eiusdẽ spiritus qui per historicũ locutus est.Hic ergo 7.mala dat AEgyptiis, cõtra 7. beneficia, quæ post dicet data Hebræis.vnde subdit, Ex Aug. Exod.11 Ex Cass. Ex Aug Ex Cass.

36 Et eduxit eos cum argento & auro : & nõ erat in tribubus eorum infirmus. PARS VI. I II.

ET eduxit] Sextã pars, est hic secundũ Cassiodorũ.dicto superius quæ mala intulit inimicis Israelitarũ iustitia dei, quę his bona temporalia misericordia dei dedit supponit,vt his adiuti,legem dei quærant [ET eduxit eos in argẽ- Ex Cass. & Aug.

Ex Aug. gento & auro,]id eſt, rũm argẽto & auro.Nam
& Caſs. ponitur in pro eum,more ſcripturæ.Et hoc eſt,
Ex Aug. primum beneficium. Et nõta, quia hic qunque
hic & in addit laudibus dei, quod Hebræos ditatos auro
quæſt. in & argento eduxit de AEgypto; quia tales erãt
Exo.quę. ipſi qui non poſſent ſpernere laborũ ſuorũ mer-
39.83. cedem licet temporalẽ: quib⁹ præcepit deus, vt
53.& lib. vaſa aurea & argentea , veſteſque precioſas ab
2.de doc. AEgyptiis mutuarent, ac ſecum, ſcilicet aſpor-
Chriſtia. tarent.In hoc autem quod AEgyptios decepe-
cap.40. runt,non eſt putãdus deus dolos eis qui ſurſum
ac ex Alc. habent cor,vel iubere vel approbare, quia in eis
non fuit hic dolus, qui non ex cupiditate fece-
runt:ſed vt deo mandanti parerẽt. Et illi infir-
mi, quorũ cupiditates examinabat deus, magis
permiſsi ſunt hoc facere illis,ſcilicet Aegyptiis,
qui talia iure paſsi ſunt quam iuſsi. Sicut enim
bonis fuit præceptum:ita & cupidis permiſsio,
ſecundum aliquid, & ſecundũ aliud præceptio:
præcepit enim vt facerẽt, ſed permiſit nõ præ-
cepit vt ita facerẽt. Qualitas ergo facti fuit in
permiſsione:factũ verò in perceptione.nec ta-
men hoc permiſit deus fieri, ſine aliquo profe-
ctu animæ carnalis.Per hoc enim quod de vici-
no carnale aliquid carnales habuerũt,poſtea dei
legem & iuſtificationes facilius receperunt .Et
licet per dolum egerint,ab iniquis tamen quod
ſibi reddi debuit abſtulerunt:& ſicut iniquitate
AEgyptiorũ, ſic eorũ infirmitate ad hoc quod
opus erat his factis figurari,dimmenſus eſt deus.
ibi enim ſpiritualiter figuratũ eſt philoſophos,
ſiue hæreticos à catholicis expoliari his quæ in
verbis vel ſcripturis eorum tabernaculo Dei, id
eſt eccleſiæ congrue reperiuntur. Et deinde ſe-
quitur ſecundum beneficium [ET non erat in-
Ex Caſs. firmus]cõrpore non animo[IN TRIBVBVS
& Augu. EORVM] hoc fuit magnum beneficium mi-
graturis.Et,

37 Lætata eſt AEgyptus in pro-
fectione eorũ : quia incubuit timor
eorum ſuper eos.

LAETATA eſt AEgyptus in profeſsione
Ex Aug. eorũ]Hõc fuit poſt ſubmerſionem eorũ exerci-
& Caſs. tus.quare lætata?[QVIA incubuit timor eorum
ſuper eos] Audita enim tanta ſtrage mortuo-
rum in mari rubro,timebat Iſrael,ne rediens re-
liquias eorum cõſumeret.Hic impletũ eſt quod
ſuperius ait, & firmauit eũ ſuper inimicos eius,
Deinde ſequitur tertium beneficium.

III. 38 Expandit nubẽ in protectio-
PARS VI. nem eorum: & ignem vt luceret eis
per noctem.

Ex Aug. EXPANDIT nubẽ] Et eſt hic ſexta parti-
tio ſecundũ Auguſtinũ, vbi ſupponit quę tem-
poralia bona miſericordia dei eis dedit,dictis ſu-
perius malis,quę inimicis eorum iuſtitia dei in-
tulit. Hic enim iam incipit dicere beneficia dei
quæ iter agentibus in eremo facta ſunt [EX-
Ex Caſs. pandit nubem in protectionem eorum] vt prõ-
tegeret eos contra ardorem ſolis[ET ignẽ vt lu-
ceret eis] cõtra tenebras [PER noctẽ.] Deinde
ſequitur quartum beneficium.

39 Petierũt carnes,& venit cotur- IIII.
nix:& pane cæli ſaturauit eos. V.

PETIERVNT] vtique non coturnicẽ, ſed Ex Aug.
[Carnes & venit]eis,nõ qualibet caro,ſed[Co- Exod.16.
turnix]quæ eſt caro.Et quia hic non de amari- Num. 11.
catione iniquorum,in quibus non eſt benepla-
citum Deo, ſed de fide electorum, qui ſunt ve- Exod. 17
rum ſemen Abrahæ,loquitur, iden ipſi intelli- Num. 20
gendi ſunt petiſſe vt veniret vnde amaricãtium
murmura premerentur. Deinde ſequitur quin-
tum beneficium [ET PANE cæli,] id eſt,manna
[SATVRAVIT eos.]

40 Diſrupit petram, & fluxerũt VI.
aquæ,abierunt in ſicco flumina. Ex Caſs.

DISRVPIT petram,& fluxerũt aquæ] Hic
eſt ſextum beneficium [ABIERVNT in ſicco Ex Aug.
flumina.] His autẽ omnibus beneficiis deus cõ-
mendat in Abraham meritũ fidei. Vnde ſubdit,

41 Quoniã memor fuit verbi ſan
cti ſui quod habuit ad Abrahã pue-
rum ſuum.

QVONIAM MEMOR fuit verbi ſancti ſui, Ex Hier.
quod habuit ad Abraham puerũ ſuũ].i. mẽmor
fuit promiſsi facti Abrahę,quod in figura com-
plens æterna præſignauit.

42 Et eduxit populum ſuum in
exultatione:& electos ſuos in lętitia

ET eduxit populũ ſuũ in exultatione,& ele-
ctos ſuos in lætitia] Is ẽſt populus,in[LAETI- Ex Aug.
tia]quia murmurantes percuſsi ſunt. & Caſs.

43 Et dedit illis regiones gẽtium: VII
& labores populorũ poſſederunt.

ET dedit illis regiones gentium] Hõc eſt ſe- Ex Caſs.
ptimũ beneficiũ,in quo eſt cõpletio permiſsio-
nũ. [ET labores populorũ].i. fructus regionum
[POSSEDERŨT.]Hęc dedit,nõ vt propter iſta eũ Ex Aug.
colerẽt, ſed vt ea ad bonũ æternũ referãt, id eſt,

43 Vt cuſtodiant iuſtificationes
eius:& legem eius requirant.

VT cuſtodiant]ẽlecti,ſcilicet verũ ſemen A- Ex Aug.
brahæ [IVSTIficationes eius, &c.] q.d. Non
hęc temporalia dedit , vt hæc ſint habenda pro
ſummo bono, ſed ad illud retulit,vbi ſummũ bo
num debet inquiri, Vt cuſtodiãt iuſtificationes
eius.nõ enim data ſunt eis à deo iſta terrena bo-
na,vt in eis luxu defluãt, vel peruerſa ſecuritate
torpeſcant:ſed vt eis vacent vnde bonum ęter-
num poſsit acquiri,ſcilicet, Vt cuſtodiãt,electi,
Iuſtificationes eius, Iũſtificationes ſunt,vbi eui- Ex Caſs.
dens eſt & abſoluta præceptio, vt,Dilige deum
& proximum quæ cuſtodienda ſunt.[ET legem
eius requirant] Lex eſt de his quæ nõ corpora-
liter,ſed ſpiritualiter nunc implenda ſunt. Et
ideõ quærẽda eſt lex, quia eſt vmbra futurorũ, Ex Aug.
horum autem exemplo quibus data ſunt tempo hic & in
ralia vt per ea deum quęrant,monetur verũ ſe- pſal.65.
men Abrahæ qualiter vti debeat temporalium
proſperitate,ſicut ipſius Ioſeph Chriſtique in-
formatur exemplo ; quam patienter debet ferre

temporalē aduersitatē.s.prosperitate & aduersi-
Psal. 65 tate,quib⁹ duobus tētantur electi. Vnde, Trāsi-
Ex Aug. uimus per ignē & aquā. Vōs ergo filii Dei, promissionem habentes vitæ præsentis & futuræ, si tentationes seculi vobis duræ videntur, Ioseph in carcere, Christū in cruce cogitate. Si prosperitas adest, non propter ipsam deo, sed ea propter deū vtimini, nec eū putetis necessariū suis, propter ea quę dat etiam malis blasphematori-
Matt. 6 bus suis; sed primum quærite regnū dei, & hæc omnia adiicientur vobis.

COLLATIO

In psalmum 104, Confitemini domino, & inuocate nomen, &c.

6 SAMEN Abraham serui eius.] Ex Hebræo videtur quod illud, serui, sit genitiui casus singularis, vt ad tollēdā amphibologiā verterit Mūsterus, tu semen Abraham serui eius. In Græco tamē est nominatiuus pluralis δοῦλοι, quāquam in quodam exemplari inueni δοῦλου Heb. עַבְדּוֹ abdo, potest dici seruus eius: & singulare loco pluralis vsurpari, nō est nouū. Quin paraphrasis Cāmpens. habet. Posteri Abrahā cultores illius, Denique ad sensum parui refert.

16 FIRMAMENTVM] מַטֵּה mattheh, id est, baculū, virgam, Hebraismus est (ait Munsterus) pro sustentatione panis.

21 VT erudiret principes eius.] Sic Hierony. & editio ad Cāpensem. Alii pro erudiret ponunt ligare aut potestatē habere. Vnde autem id fiat docet Munsterus in scholiis. Quidā accipiunt לֶאְסֹר leesor pro ligare & in carcerē cōiicere. Alii verò accipiunt pro יָסַר iasar, castigare & erudire.

SICVT semetipsum] In Heb. בְּנַפְשׁוֹ benaphscho, id est, in anima sua, quod interpretatur pro voluntate sua. Videtur Septuaginta legisse, caph pro beth, proximæ enim sunt literę. Secundū autē animā suā, idem valet sicut semetipsum, quanquā si legas etiā per beth, ad eundem sensum facile possit reduci.

27 Nō exacerbabūt sermones suos.] Triplicem lectionē recēset magister. Vulgatā, quę non distat ab Heb. nisi in numero verbi, quod effertur לֹא מָרוּ lo maru, non exacerbauerunt, vel (vt habet Hierony.) non fuerūt increduli. Deinde quod sequitur verbis eius, aut non exacerbauerūt sermones eius. Ambiguū est in Hebræo pronomen. Alia est lectio citra negationē nēpe, Exacerbauerūt sermones eius, quæ est editionis Romanę, & de qua tāgit Aug. in. Ea etiā in Gręcis codicib⁹ visitur παρεπίκραναν τοὺς λόγους αὐτοῦ. Itaque trifariam exponitur.

30 VANIT cynomya.] De cynomya & cœnomya, dictū est psalmo 77. vers. 50. Etiam si Hieronym. in comment. interpretatur hic muscam caninam secutus Gręcos.

ACINIPHES כִּנִּים Kinnim, quos volunt esse, aut pediculos, aut culices.

35 PRIMITIAS omnis laboris eorū. Hieronymus, Primitias vniuersi partus eorū. Vbi hallucinantur Faber & Cęcus, putantes Hieronymum intelligere hanc partē, de nouissima plaga filiorū Israel in Egypto, Exod. 11. ob idque nostram lectionem non satis esse aptam: quòd falsum esse prior pars loqui videtur, nēpe & percussit omne primogenitum in terra eorū, eoque secūda pars intelligenda est de præcipuis rebus eorum. Nam alii translatores vertunt aut laborē, aut fortitudinē. Hoc enim significat אוֹן on. Hinc trāslator ad Campēsem, Percutiebat prima quęque de rebus eorum. Huius paraphrasis, præcipua omniū laborum, propter quæ in agris colendis sudauerant. Munsterus tamen in scholio, Dicit primitias omnis virtutis eorū, vocat Hebraismus id quod primū aperit parentis vterum, primam virtutem, aut primitias virtutis.

41 MEMOR verbi sancti sui quod habuit ad Abrahā puerū suum.] Munsterus sic transtulit, ac si deus non fuisset locutus Abrahæ. Recordat⁹ est (inquit) verbi sui sancti, & Abrahā serui sui. quū tñ hebra. habeatur, אֶת אַבְרָהָם עַבְדּוֹ eth abrahā abdo, id est, cū Abraham seruo suo, attestantibus Hieronymo & cæteris.

CV. PSALMI TIT.

Alleluia Alleluia.

CONFITEMINI domino.] Titulus [ALleluia alleluia.] Quidā dicūt vnū alleluia ad finē superioris psalmi pertinere: alterū esse sequētis psalmi. Hanc enim regulam dicit Hieronymus esse tenendā, vt vbicūq; duo alleluia pręscribuntur psalmo: vnū sciamus esse de fine prioris psalmi, & alterū eius qui sequitur. cui assertioni Cassiodorus quoque consentit. Sed plures, vbicunque est alleluia sequenti psalmo dāt, & aliquādo semel, aliquādo bis ponitur, vt dominus in Euāgelio, nūc dicit amen, nunc dicit amen amen, quod fit pro maiori certitudine rei. Istis consentit Augustin. quia quod alii dicunt certis non persuadent documentis, & præsertim quia nullus Græcorū codices inuenit, qui in fine psalmi alicuius, habeāt alleluia. Est autē iste psalmus superiori coniunctus, non modo in titulo, sed etiam in materia. Agit enim iste psalmus, de eodem populo Israel, de quo & superior: sed iste agit de illo secundum iniquos, qui ibi erant: præcedens verò, de eodem secundū electos. Aliquos enim in ipso populo veros esse filios Abrahę, innuis Paulus dicēs, Sed non in omnib⁹ illis beneplacitū est deo. Et quia hos commendat pręmissus psalmus, nihil ibi dicitur de iniquitatib⁹ amaricantiū. Sed hic sequēs psalmus, agit de iniquis. & quia eis nō solū iustitia, sed & misericordia dei facta est, de his loquitur cū laudib⁹ dei, ex persona eorū, qui veniā conuersi precantur, & exempla eorū cōmemorantur, in quos etiā peccātes, diues apparuit misericordia dei. Vndē etiā iste sicut ille incipit, sic, Confitemini domino. Intētio. Monet ad geminam confessionem laudis, & peccatorū Modus. Sex sunt partitiones: primo Hebręus in cuius persona loquitur propheta, relicta patrū perfidia ad misericordiā dei cōuersus, suadet aliis ad eandē

Ex Aug. Ex Hier. hic & Cassio. in exordio eccedētis psalmi.

Ex Aug. hic & in calce precedentis psalmi.

1. Cor. 10

Ex Aug.

Ex Cass.

misericordiam conuerti, orans vt populo bene-
Ex Cass. placito socientur, qui erat in aduentu Christi
congregandus. Secundo, peccata patrum quę in
AEgypto fecerunt commemorat, quos tamen
dominus liberauit, ibi, Peccauimus. Tertio, dicit
peccata, quæ post exitum fecerũt, ibi, Cito de-
Ex Aug. fecerũt. Aliâs autẽ partitiones suis exequemur
locis. In persona igitur alicuius Hebręi, de ama-
ricatione ad misericordiam dei cõuersi & alios
ad eandem misericordiam exhortantis, ait,

CONFITEMI-
ni domino quoniã
bonus: quoniam in
seculum misericor
dia eius.

CONFITEMINI domino] Ecce idem ini-
Ex Aug. tium huius & præcedentis psalmi, sed ibi sequi-
tur, & inuocate nomen eius, hic verò sequitur
[QVONIAM bonus] vnde hic cõfessio pecca-
torum potest accipi, quia sequitur etiam pecca-
uimus cum patribus nostris, &c. Sed & de con-
fessione laudis potest accipi, quia & quod bo-
nus est deus in laude eius est, & in laude est cõ-
fessio. Hęc ita diuisimus, scilicet cõfessione pec-
cati & laudis, licet non sit pia confessio pecca-
torum sine laude dei. Habet ergo dei laudẽ, qui
peccata cõfitetur sine in verbis, quando cũ bo-
num & misericordem dicit, siue in solo affectu,
cũ hoc credit. Et est, Cõfitemini domino, pec-
cata & laudes, ideo, Quoniam bonus, est in na-
Ex Cass. tura. Hoc dicit, ne quis pro culpa terreatur, &
ne desperet de eo, sed misericordiã eius poscat:
ideo etiam [QVONIAM in seculum,] id est vs-
Ex Aug. que in finem seculi est [MISERICORDIA eius] quę
miseris exhibetur, consolando in miseria: vel li-
berando ab ea, quod facit vsque in finem seculi.
Vel agit hic de illa misericordia qua homo est
beatus. quæ beatitudo, quia ęterna est, accipitur
hic seculum pro æterno, quod in Gręco mani-
festum est. Et est, ideo cõfitemini, Quoniam in
seculum, id est, in æternũ, Misericordia eius, est,
id est, beatitudo, quæ per misericordiã eius da-
tur, quia nemo sine deo potest esse beatus.

2 Quis loquetur potentias domi-
ni: auditas faciet omnes laudes eius?

Ex Aug & Cass. QVIS loquetur] Iste qui misericordiam pe-
tit, impletur consideratione diuinorum operũ,
& admirãs ait, Et [QVIS loquetur,] id est, quis
sufficiat loqui [POTENTIAS domini,] id est,
opera, quæ potenter operatur. Et quis [AVDI-
tas faciet omnes laudes eius,] id est, quis est qui
faciat vt audiãtur ab aliis omnia, in quib⁹ est lau
dandus deus? sic enim debent dici, vt prędicen-
tur audientibus. Sed quis potest omnes? Quasi
dicat, nullus. Vel quia,

3 Beati qui custodiũt iudiciũ: &
faciunt iustitiam in omni tempore.

Ex Aug. BEATI qui custodiũt, &c.] Laudes dei di-
cit, opera præceptorũ eius, quę ipse facit in suis.
Phil. 2. Deus enim operatur in nobis velle bonum &
perficere. vt ait apostolus, Quis, ergo, Loque-
tur potentias dominiͤ quomodo, & quæ Deus
potenter operatur in suis? quoniam hæc in-
effabiliter operatur. q. d. nullus valet loqui. &,
Quis faciet omnes laudes eius auditas. i. quis Ex Aug.
cũ audierit, faciet omnes laudes. i. opera pręce-
ptorum eius? Quę & si non omnia audita fiunt,
tamen inquantum fiunt, & ipse laudandus est,
qui operatur in eis. Et ideo maluit dicere laudes
eius, quam mãdata eius, vel opera mãdatorum
eius: quia vt dictum est, inquantũ fiunt ipse lau-
dandus est, quas tamen omnes laudes quis suffi-
cit facere, vel loqui. Nullus. Et est, Misericordia Ex Alcu.
eius, in seculum, quam. i. eius effectũ, quis
apud se non sufficit cogitare vel aliis intimare,
vel opere implere. Et accipit pro eodem poten-
tias & laudes. Sed inter illa duo distinguũtur, sci-
licet loquetur & auditas faciet. [BEATI, &c.]
quasi dicat, Si illud nemo sufficit, scilicet lo- Ex Cass.
qui potẽtias, vel omnes laudes facere, agat hoc,
scilicet custodiat iudicium & iustitiam, quia,
Beati, sunt [QVI CVSTODIVNT iudicium]
rẽcta iudicando. bonum à malo discernendo, & Ex Aug.
[FACIVNT iustitiam] recte agẽdo, & vtrunq;
[IN omni tempore.] vtique ex quo incipiunt.
Qui enim perseuerauerit vsq; in finem, hic sal- Matt. 24
uus erit. Et quia deus iustos facit, orat: & ait,

4 Memẽto nostri domine in be-
neplacito populi tui: visita nos in sa
lutari tuo.

MEMENTO nostri domine] vt simus [IN Ex Aug.
beneplacito populi tui] vt in eis sim⁹, in quibus Ex Cass.
est placitũ tibi, quod non est in omnib⁹, & non
simus inter contumaces. Et vt hoc sit [VISITA
nos in salutari tuo,] id est in Iesu, vt ab eo sana-
ti possimus iudiciũ custodire, & iuste agere, vn-
de beati simus. Visita dico, scilicet ad hoc,

5 Ad videndum in bonitate ele-
ctorum tuorum, ad lætandũ in læ-
titia gentis tuæ: vt lauderis cum hę-
reditate tua.

AD videndum] te [IN bonitate electorũ tuo-
rum,] id est, vt videamus te in ea bonitate, quam Ex Aug.
præstas electis, id est, per gratiã tuam videamus,
ne cæci remaneamus. Et visita etiã [AD lætan-
dum,] id est, vt lętemur [IN lætitia] quæ est ipse
deus. cui alibi dicit, Exultatio mea redime me. Psal. 31
Lætitia dico [GENTIS tuæ,] id est, filiorũ A-
brahæ, qui vna gens sunt omnes, visita etiã [VT
lauderis] vel, Ad laudandum, alia litera, id est, vt
laudemus te [CVM hæreditate tua.] Mirum est
in multis codicibus scriptum esse, vt Lauderis,
cum sit vna in Græco in his tribus verbis posi-
tio, & similis debet esse interpretatio, scilicet vt
videamus & lętemur, & laudemus, Cũ hæredi-
tate tua. Vel ita secũdum aliam literam, Vt lau-
deris. Et erit itẽ similis interpretatio, visita nos,
Ad videndum, id est, vt videas nos, In bonitate
electorũ tuorũ. i. ibi nos esse facias, & ibi nos vi-
deas. Et visita, ad lætandum, id est, vt læteris, In
lætitia gentis tuæ. i. vt facias gentẽ tuam læta-
ri ex te. Et, Vt lauderis cũ hære. tua. i. facias eam
laudari in te, quia non laudatur nisi propter te.

PARS II 6 Peccauimus cum patribus nostris: iniustè egimus, iniquitatem fecimus.

Ex Cass. & Haym. PECCAVIMVS] Secunda pars, vbi enumerat peccata patrum, quæ in AEgypto commisserunt, & tamen à domino dicit esse liberatos. q.d. Dico visita, & necesse est vt visites, quia [PECCAVIMVS cum patribus nostris] quia in eis
Ex Aug. Ex Hier. Ex Hay. fuimus materialiter quãdo peccauerunt; vel pótius, Cum patribus nostris, id est sicut pátres nostri [INIVSTE egimus] quantum ad deum, [INIQVITATEM fecimus] quãtum ad proximum.
Ex Cass. Eccè tertio idem dicunt, id est se peccasse, vt pura confessio appareat: tanto enim citius aliquis soluitur, quanto viuacius se damnat.
Ex Aug. Et quasi aliquis diceret, Quid patres nostri fecerunt? subdit,

7 Patres nostri in AEgypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.

Ex Aug. PATRES nostri in AEgyto] vbi multa eis facta sunt, [NON intellexerunt mirabilia tua] id est quid per illa eis dare velles, scilicet non tēporale, sed æternum bonum, quod per patientiam expectatur. Et ideo ipsi impatientes murmurauerũt & amaricauerunt, & tẽporalibus bonis, fallacibus atque fugacibus beari voluerunt.
Ex Cass. Et nōta quod duo sunt, quæ beneficia dei nobis commendant, id est commendabilia esse ostendunt, scilicet intellectus & memoria. quorũ vtrunq; in eis redarguit, & primo intellectum,
Ex Aug. cum ait, Non intellexerunt mirabilia tua. Opus enim fuit intellectu, vt per illa temporalia alia bona quærerent, scilicet æterna. Et [NON fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ] id est multorum eorum miraculorum, quæ pro eis in Aegypto fecerat. & arguit hic memoriam eorum, quia nec saltem temporaliter acta recoluerunt, vt potestate quam experti fuerant crederent se ab inimicis liberandos.

8 Et irritauerunt ascendentes in mare, mare rubrum: & saluauit eos propter nomen suum: vt notam faceret potentiam suam.

Ex Aug. ET] ideo [ASCENDENTES in mare] scilicet [MARE rubrum.] Ascendentes dicit pro situ terræ. ipsi inquam ascendentes, [IRRITAuerunt] deum timentes & desperantes post tot
Ex Alcu. in AEgypto visa. Hæc irritatio facta est, cum egredientes de AEgypto, peruenerunt ad mare rubrum, vbi ita erant conclusi: quod ex vno latere erat mons nimis arduus, & nemini ad trãseundum peruius: & ex alio latere, erat mare rubrum, & à dorso erant insequentes AEgyptij, & pro his cœperunt grauiter murmurare, obliti potentiæ dei. Sed tũc diuisum est mare in duodecim diuisiones, & nulla tribus est ausa intrare prius, nisi tribus Iudæ, vnde meruit inter alias regni priuilegium vel principatũ obtinere, [ET saluauit eos] q.d. Ita murmurauerunt. Et, tamẽ, Dominus saluauit eos, ab insequentibus AEgyptijs, non secutus infidelitatem eorum. Et hoc, Ex Aug. & gl. int. non propter merita eorum, sed tantum [PROpter nomen suum] glorificandum, scilicet, [VT notam faceret potentiam suam] Quomodo saluauit? ecce,

9 Et increpuit mare rubrum, & exsiccatum est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto.

ET increpuit mare rubrum] Hæc increpatio facta est, non voce cælitus missa, sed diuina potentia: quam etiam quæ sensu carẽt, sentiunt, & obediunt. [ET siccatum est] mare rubrum, [ET deduxit eos in abyssis] vel in aquis multis, quod idem est, [SICVT in deserto] quia vbi fuerunt abyssi, factum est siccitate vt desertũ vbi non sunt aquæ. Ex Aug.

10 Et saluauit eos de manu odientium: & redemit eos de manu inimici.

ET] ita [SALVAVIT eos] quod magnum fuit, & vt augeat munus, addit quod grauius est, id est maius, [DE manu odientium] id est AEgyptiorum, qui oderant eos: ideo quia propter eos percussi erant plagis. [ET redemit eos de manu inimici] id est Pharaonis. Sed quo precio redemit? q.d. nullo. Sed hoc in figura baptismi dictum est, in quo redimimur de manu diaboli sanguine Christi: vnde & mare rubrum dixit, quo colore sanguis Christi figurabatur. Ex Cass. Ex Aug.

11 Et operuit aqua tribulãtes eos: vnus ex eis non remansit.

ET operuit aqua tribulantes eos] scilicet Pharaonem & AEgyptios, [ET non remansit vnus ex eis] scilicet persequentibus. Non dico ex AEgyptijs. Illi enim de AEgyptijs qui non persequebantur, remanserunt. Ex Aug.

12 Et crediderunt in verbis eius: & laudauerunt laudem eius.

ET] tunc [CREDIDERVNT in verbis eius] dei. Vsus lõcutionis est quod dicis, Crediderunt in verbis eius, pro crediderut verbis eius, quod magis latinè diceretur. Nōta dura corda Iudæorum, quæ non ante, sed post miracula credunt. Melius fuit promittenti credere. [ET laudauerunt laudem eius] dicentes, Cantemus domino, gloriosè enim magnificat. est. Talis locutio est ista, vt illa qua dicitur, vitam vitalem viuit. Ex Aug. Ex Cass. Exod. 15 Ex Aug.

13 Cito fecerunt, obliti sunt operum eius: non sustinuerunt consilium eius. PARS III

CITO fecerunt] Tertia pars, vbi peccata exponit, quæ post exitum fecerunt, nec tamen defuit eis misericordia dei, per Mosen placati. Vel correctio dei per iustitiam in quosdam per Mosen vindicantis. q.d. crediderunt & laudauerunt. [ET cito fecerunt] hoc scilicet [OBLITI Ex Cass. Ex Alcu. Ex Cass.

ſunt operũ eius] quaſi ſumma celeritate mutati
ſunt à crudelitate & laude, vt murmurarẽt,[ET
nõ ſuſtinuerunt conſilium eius] .i.non patien-
ter expectauerũt,donec deus daret eis victualia,
qđ differebatur cõſilio dei.deus enim erat eis vi
ctualia daturus,ſed illi nimia feſtinatione,anti-
cipauerunt ſub diffidentia petentes, non expe-
ctantes conſilium eius. Diſtulit enim deus da-
Ex Aug. re,vt probaret eos. Vel ſecũdum aliam literam,
Feſtinauerunt,quod apertius eſt. q. d. hæc fecit
eis deus, per quem vocabat eos ad æterna: ſed
ipſi,Feſtinauerunt, fieri beati in temporalibus,
Et obliti ſunt operum eius,& non ſuſtinuerunt
conſilium eius,id eſt non aduerterunt:quo cõ-
ſilio fecit deus erga ipſos ea opera. Debuerunt
enim cogitare tanta opera dei erga ſe facta,non
eſſe inania:ſed vocare eos ad æterna,quę patien
ter expectanda ſunt.Illi vero feſtinauerunt fieri
Ioann.4 beati in terrenis,in quibus eſt hydria cupidita-
tis:de qua qui biberit,ſitiet iterũ. Vnde ſubdit,

14 Et concupierunt concupiſcen
tiam in deſerto:& tentauerunt deũ
in inaquoſo.

ET concupierunt concupiſcentiam in de-
Ex Aug. ſerto]Talis locutio eſt hic, vt ſupra laudauerũt
Ex Caſs. laudem eius.Nimietas autem deſiderij, gemina
Ex Aug. tione verbi oſtenditur.[ET tentauerunt deum
Num.11 in inaquoſo]id eſt in deſerto.
Exod. 17 15 Et dedit eis petitionem ipſo-
rum:& miſit ſaturitatem in animas
eorum.

Ex Aug. ET dedit eis petitionem ipſorum] id eſt il-
lud quod petiuerunt,ita ſcilicet,[ET]id eſt quia
[MISIT ſaturitatem] nõ tamen ideo beati fue
runt,quia non eſt hæc ſaturitas,de qua dicitur,
Matth.5 Beati qui eſuriunt & ſitiũt iuſtitiam, quoniam
ipſi ſaturabuntur. Miſit dico,[IN animas eo-
rum] id eſt in animalitatem quæ ſuſtentatur e-
ſca,id eſt animat corpus, quod ſuſtentatur eſca.
Non enim hic accipitur anima, ſecundum id
quod rationalis eſt, ſed ſecundum id quod ani-
mans corpus,animal facit,ad cuius ſuſtentatio-
Matt. 6 nem pertinet potus & cibus. Vnde in euange-
Ex Caſſ. lio,Nonne anima plus eſt quàm eſca? Vel,In a-
nimas eorum,id eſt,ſecundum voluntatem eo-
rũ,vt voluntas quæ deſperando petierat, copia
vinceretur.Saturitatem vero ſequitur ſeditio.

16 Et irritauerunt Moſen in ca-
ſtris:& Aaron ſanctum domini.

Ex Caſſ. ET irritauerunt] honorem ambientes inui
dendo[MOSEN in caſtris, & Aaron ſanctum
domini]Hæc irritatio fuit pro ſacerdotio,quod
habebat Aaron & filij eius.

17 Aperta eſt terra, & deglutiuit
Dathan: & operuit ſuper congrega
tionem Abiron.

Ex Caſſ. APERTA eſt terra, & deglutiuit Dathan:
Num. 16 & operuit ſuper congregationem Abiron] In
libro numeri quomodo hoc fuit, planè legitur,
Ecce deil aus eſt hic,quod ſuos vindicauit,qua-
litas pœnę facta indicat: à terra vorãtur,qui ter
rena ſapuerunt.

18 Et exarſit ignis in ſynagoga
eorum: flamma combuſſit pecca-
tores.

ET exarſit ignis in ſynagoga]quæ erat[EO- Ex Caſſ.
RVM]non dei, id eſt in ducentis quinquaginta
qui thuribula tenuerunt. Chore nanque & du
centi quinquaginta cum eo,volentes habere ſa-
cerdotium Aaron,acceperunt thuribula,vt ado
lerent incenſum,ideoque diuino igne conſum-
pti ſunt. Vnde ſubdit,[FLAMMA combuſſit
peccatores] qui incenſo peccauerunt, igne pe- Ex Aug.
rierunt. Nota, non ait peccantes, quod etiam
boni ſunt,ſed peccatores, id eſt valde iniquos,
& grauibus ſarcinis peccatorum oneratos.

19 Et fecerunt vitulum in Oreb:
& adorauerunt ſculptile.

ET] præterea[FECERVNT vitulum in Ex Caſſ.
Oreb] abſentiam Moſi non tolerantes, dum Exod. 32
ipſe in vertice montis Syna moraretur,vt ac-
ciperet legem. Choreb interpretatur caluaria,
vbi crucifixio domini facta eſt. In Choreb er-
go peccauerunt, vt iam tunc perfidi,in eo nomi
ne peccarant vbi poſteri eorum erant dominum
crucifixuri,id eſt in eo loco qui ſecundum nomi
nis ſui interpretationem deſignat locum, vbi Iu
dæi erant crucifixuri dominum.Hoc in patien- Ex Caſſ.
tia lenium fecit,ſicut omnia mala ex ea naſcun- hic & in
tur,[ET]poſt[ADORAVERVNT ſculptile] ſequenti
Vitulus enim non ſculptilis,ſed conflatilis fuit. verſu.

20 Et mutauerunt gloriam ſuam:
in ſimilitudine vituli comedentis
fœnum.

ET MVTAVERVNT gloriam ſuam] id eſt Ex Aug.
deum,qui eſſet gloria eorum, ſi ſuſtinerẽt eum.
[IN ſimilitudine vituli] non ait per accuſati-
uum,ſed per ablatiuum,in ſimilitudine:& eſt ta-
lis locutio vt ſupra, vbi ait, Et crediderunt in
verbis eius.Vituli dico,[COMEDENTIS fœ-
num]vt ab eo comederentur, quia fœnum ſunt,
id eſt caro.Omnis enim caro fœnum.Et ſic, Eſaiæ 40

21 Obliti ſunt deum qui ſaluauit
eos:qui fecit magnalia in Aegypto,
mirabilia in terra Cham, terribilia
in mari rubro.

OBLITI ſunt deũ qui ſaluauit eos] Magna Ex Caſſ.
obliuio. Quid enim eſt in memoria, ſi nõ libera
tio? [QVI fecit]q.d. Quomodo ſaluauit eos? Ex Aug.
ecce, ipſe eſt [QVI fecit magnalia in AEgy- Ex Caſſ.
pto]quæ pro magnitudine ſua recoli poterant.
& fecit [IN terra Cham mirabilia] Hæc non
ſolent à mente excidere. Et fecit [IN mari ru-
bro terribilia]id eſt mirãbilia, quia admiratio Ex Aug.
non eſt ſine quadam formidine. Vel terribilia
poſſunt dici,quia aduerſarios afflixerunt,& iſtis
quid timere deberent,monſtrauerunt.Hæc au- Ex Caſſ.
tem viuacius mentibus hęrent,ſed ipſi ſunt obli
ti eorum.

22 Et dixit vt disperderet eos: si non Moses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius.

Ex gl.int. & Aug. ET]propter hæc scelera[DIXIT comminando,[VT disperderet eos] quia digni erant perire. Omnes penitus disperderet vtique,[SI non Moses electus eius stetisset in confractione
Ex Aug. in conspectu eius] id est incessanter orasset pro eis.Stetisset dico, In confractione,id est in pla-
Exod. 32 ga qua erant feriendi,scilicet vt se obijceret pro illis,dicēs, Si dimittis illis hoc peccatū dimitte: si vero non dimittis illis, Dele me de libro tuo: vbi msstratur quantum valet intercessio sanctorum.Securus enim Moses de iustitia dei,qua eum delere non posset, impetrauit misericordiā dei,his qui iustè perirent. Stetit ergo Moyses in confractione.

23 Vt auerteret iram eius:ne disperderet eos.

PARS IIII 24 Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.

VT auerteret iram eius:ne disperderet eos.
Ex Alcu. ET pro nihilo habuerunt] Quarta pars.Itē peccata alia enumerat, & per Phineem dicit pla
Ex Aug. catum deū.q.d.Hęc prædicta fecerunt.[ET]etiā [PRO nihilo habuerunt terram desiderabilem] non quod eam vidissent: sed sic pro nihilo habuerunt,scilicet quod,

25 Non crediderunt verbo eius,& murmurauerūt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem domini.

Ex Hay. NON crediderunt verbo] vel verbis[EIVS]
Ex Alcu. scilicet quod esset eos introducturus. Vel ita,Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, id
Ex Aug. est contempserunt, quod per illam significabatur æternum bonum. Verè desiderabile.[ET]ita [NON crediderūt verbo eius] per parua ad magna vocantis. profectò nisi aliquid magnū terra illa significaret,ad quod inuitarentur, nullomodo culparentur, qui pro nihilo habuerunt eam,cuius temporale regnum, etiam sancti pro nihilo ducunt, vt Hierusalem, quæ in cælo est verè desiderabilis, ament.Sed infidelitas merito redarguitur, quia in eo quod pro nihilo habuerūt eam,non crediderunt verbis dei per parua ad magna ducētis. & festinantes hic esse beati,non sustinuerunt consilium eius,[ET] mur-
Ex Hay. murauerunt]dicētes, Faciamus ducem,& redea
Ex Cass. mus in AEgyptum. [ET] hoc [IN tabernacu-
Ex Aug. lis suis]q.d.cum essent in ocio,qūia hoc non laborantibus,sed ociosis cōtigit. Vnde maior ioui dia criminis crescit.& dum murmurarent,[NON exaudierunt vocem domini] vehementer eos prohibentis à murmure.

26 Et eleuauit manum suam super eos: vt prosterneret eos in deserto.

Ex Cass. ET eleuauit] Hic iustitia dei præmittitur, vt secuta pietas magis glorificetur : quæ pietas in sequenti ostenditur, vbi interuento Phinees deus placatus dicitur: hic vero iustitia dei osten ditur,cum ait,[ET eleuauit manum suam super eos] cōminando pœnam,[VT prosterneret Ex Aug. & Cass.
eos in deserto] q.d. viles qui prius fuerant gloriosi.

27 Et vt deijceret semen eorum in nationibus: & disperderet eos in regionibus.

ET vt deijceret semen eorum] id est filios, Ex Cass.
Et[IN nationibus,& disperderet eos in regionibus] ne vltra de congregatione præsumerent.

28 Et initiati sunt Beelphegor:& comederunt sacrificia mortuorum.

ET initiati] Antequam diceret, quod aliquis hanc indignationem dei placuerit, adiungit,[ET initiati sunt] vel consecrati sunt[BEELPHAGOR]idolo gentium consecrati sunt, Ex Cass.
q.d.non modo ad tempus colentes, per quod notatur grauior excessus, & inde vehementiori ira,[ET comederūt sacrificia mortuorum]immolata mortuis hominibus quasi dijs.

29 Et irritauerunt eum adinuentionibus suis: & multiplicata est in eis ruina.

ET irritauerunt eum in adinuentionibus Ex Aug.
suis, & multiplicata est in eis ruina] Cum pro suis grauibus peccatis, grauiter vastauerunt eū supra dixisset deum leuasse manum, antequam dicat eū placatum. Hæc de magnitudine culpæ & pœnæ eorū interseruit.q. d.ad hoc distulerit, quod leuauerat manum ad prosternendum illos,vt dati in reprobum sensum, etiam hoc admitterent,scilicet crimen idolorlatriæ, & in tanto crimine euidenti iustitia punirentur: & tantum fuit hoc scelus eorum, vt deus nollet aliter placari,nisi vt Phinees eum placauit, qui masculum & fœminam coeuntes pariter interemit. Non odio eorum,sed zelo dei:quo facto,populi cuius maior interitus futurus erat, liberauit.

30 Stetit Phinees, & placauit: & cessauit quassatio.

STETIT Phinees]Stetit solidū mente,vt in Ex Cass.
generali perturbatione ipse solus confidentiam deprecationis assumeret.[ET placauit] vel exorauit,posset dixisse, & mœchātes transfixit:sed melius dixit exorauit, quia transfixio mœchantium zelo dei facta, magis dicenda est oratio, q̄ operatio; quia qui bene agit,orat.[ET]sic [CESSAVIT quassatio]breuiter totū dixit,quia nō Ex Aug.
docet hic nescientes:sed cōmemorat scientes.Quę autem hic posita est quassatio, superius dicta est confractio,id est plaga populi.

31 Et reputatū est ei in iustitiam: in generatione & generationē vsq; in sempiternum.

ET reputatum est ei in iustitiam] Deus e- Ex Aug.
nim qui nouit quanta charitate populi id factū sit,reputauit hoc sacerdoti suo in iustitiam:non

solum[IN generatione & generationem]id est quandiu generatio est: sed [VSQVE IN sempiternum.

PARS V 32 Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis: & vexatus est Moses propter eos: quia exacerbauerũt spiritum eius.

Ex Alcu. ET irritauerunt] Quinta pars, vbi agit de aqua contradictionis, & de immulatione filiorum. Vnde vehementius iratus est deus, & tamen postea misertus. q.d. Ita irritauerunt in adinuentionibus suis, vt supra dictum est, [ET] iterum [IRRITAVERVNT eum] id est ad iram prouocauerunt [AD aquas contradictionis, & vexatus est Moses propter eos] id est mente turbatus vt hæsitaret. Et hoc, [QVIA exacerbauerunt spiritum eius] quia nimia importunitate populi, succensus est, diffidenter excrepuit, dicens, Nunquid de petra hac poterimus nobis aquam eiicere?

Ex Aug. & Cass. Num. 20

33 Et distinxit in labiis suis: non disperdiderũt gentes quas dixit dominus deus illis.

Ex Aug. ET] ideo quia exacerbauerunt eum, [DISTINXIT] hoc miraculum à priori constantia quam habuit in alijs miraculis, [IN labijs suis] Hoc enim ambiguè dixit, qui omnia alia certa fide promiserat. Perturbatus nanque murmure populi infidelis, non tenuit fiduciam qualem debuit, quasi nun posset deus hoc facere, qui tanta iam fecerat. dubitanter nanque petram percussit, qui in alijs nō dubitauerat. De hoc autē hac sola pœna correctus est, quod non intrauit in terrā illam, non tamen alienatus est à regnu gratiæ dei. Illi autem de quorum iniquitatibus loquitur iste psalmus, cum intrarent in terrā promissam, [NON disperdiderunt gētes quas dixit dominus illis] scilicet septem illos populos, qui terram promissionis possidebant.

34 Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum: & seruierunt sculptilibus eorum: & factum est illis in scandalum.

Ex Cass. Num. 33 ET commixti sunt inter gentes] Nē hoc fieret præceperas eos deus occidi. [ET didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum,

Ex Aug. &] ita [FACTVM est illis in scandalum] Hōc quod eas non disperdiderunt, sed cōmixti sunt

Ex Cass. illis. Vel terra promissionis, quæ fuerat eis data in premium, versa est excedentibus in ruinam, quia gentium conformitate, ibi facti sunt idololatræ.

35 Et immolauerunt filios suos & filias suas dæmoniis.

Ex Aug. ET immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs] id est idolis, quæ erat consuetudo gentium. Hoc, & si illa non narret historia, tamen

Ex Cass. hic Propheta mentiri nō potest: & si non in prima, saltem in sequenti ætate factum est.

36 Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum & filiarum suarum: quas sacrificauerũt sculptilibus Chanaam.

ET effuderunt sanguinem innocentem] scilicet [SANGVINEM filiorum] paruulorum, à consensu illius sceleris alienorum. Filiorum dico, [SVORVM] nē putes extraneorum [ET filiarum suarum quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaam.] Ex Aug. Ex Cass.

37 Et interfecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum: & fornicati sunt in adinuentionibus suis.

ET interfecta est terra in sanguinibus] Trōpica locutio est hic, qua continens, ponitur pro contento. Et est, [TERRA interfecta est in sanguinibus] id est homines, qui ferè omnes hoc peccato mortui sunt. Ipsi enim interficiebant animas suas, immolando filios. [ET contaminata est in operibus eorum] id est cōtaminati sunt in operibus suis [ET fornicati sunt in adinuentionibus suis] id est pōlluti sunt adulterinis superstitionibus suis, quas dicit adinuentiones ipsorum, non quod primi inuenirent vel inuenissent. Sed quia alios imitati sunt, quod ἐπιτηδεύματα in Græco apertius dicitur: hic & supra vbi dixit, Irritauerunt eum in adinuentionibus suis. Vnde alij interpretes transferunt studia, vel affectiones, vel voluntates. Ex Aug. Ex Cass. Ex Aug.

38 Et iratus est in furore dominus in populum suum: & abominatus est hæreditatem suam.

ET iratus est furore dominus in populum suum] Irā non est in deo, sed per simile hoc dicitur, quasi potentia vindicādi excitata est. [ET abominatus est hæreditatem suam] id est auersus est ab eis, non ad perditionem suam: sed ad disciplinam, quod innuit nominans hæreditatē. quod. i. deum āuerti ab eis, extremū est omnium malorum præsentium. Vnde, scilicet de auersione & ruina de qua supponis, Ex Aug. Ex Cass.

39 Et tradidit eos in manus gentium: & dominati sunt eorum qui oderunt eos.

ET tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum qui oderunt eos] Eccē qui gloriabātur in idolis, opprobrio seruitutis subsunt, qua seruiunt inimicis, quod difficile est. Graue enim est seruire infenso, qui nullo placatur obsequio. Ex Cass.

40 Et tribulauerunt eos inimici eorum: & humiliati sunt sub manibus eorum, sæpe liberauit eos.

ET tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum] sed dominus [SAEPE liberauit eos] Duplex misericordia Ex Cass.

dei hic exponitur. Præmisit enim superius beneficia dei, nec tamen cessat iniquitas eorum: postea intulit vindictam, & afflictis iterum miseretur.

41 Ipsi autem exacerbauerunt eũ in consilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis.

IPSI autem exacerbauerunt eum in consi-
Ex Aug. lio suo] mălo. Malum est enim consilium homi-
nis ipsi homini, quo quærit quæ sua sunt, non
Philip.2 dei. hoc est autem quod supra dixit, Non susti-
nuerunt consilium eius, scilicet dei, quod est de
æternis. [ET] ideo, scilicet quia exacerbauerunt
[HVMILIATI sunt in iniquitatibus suis] &
licet essent iniqui. Deus tamẽ plenus misericor-
dia, non neglexit eos, imo,

42 Et vidit cum tribularentur: & audiuit orationem eorum.

Ex Hay. ET vidit] intuitu misericordiæ [CVM tri-
bularentur, & audiuit orationem eorum.

43 Et memor fuit testamenti sui: & pœnituit eum secũdum multitudinem misericordiæ suæ.

Ex Aug. ET memor fuit testamẽti sui] ætĕrni, quod
Ex Cass. disposuit ad Abraham. Nŏta quod causa est, ne
Israel pro debito peccati periret, testamentum
nouum, vbi est aduentus domini, qui est Abrahę
promissus. [ET pœnituit eum secundum multi
Ex Aug. tudinem misericordiæ suæ] Ideŏ dicit pœni-
tuit, non quod pœnitẽtia in deũ cadat: sed quia
mutauit quod facturus videbatur, id est eos per-
diturus. Tũnc enim pœnitet, quando nos pœ-
Ex Cass. nitere videt. Tălis est nobis, quales nos illi. Ni-
Ex Aug. hil autem repente facit deus, sed quod ab æter-
no præsciuit: sed mutare dicitur, quod secũdum
rerum causas sequi videtur alijs causis econtra
interuenientibus. sed & causas, & quid fieret prę-
uidit immutabiliter.

44 Et dedit eos in misĕricordias: in conspectu omnium qui ceperant eos.

Ex Aug. ET dedit eos] scilicet prædĕstinatos de illo
& Cass. populo, [IN misericordias] pluraliter dicit, quia
1 Cor. 5 quisque proprium donũ habet, & totum est mi-
Rom. 9 serentis dei. pluraliter ergo dixit, In misericor-
dias, propter diuersa dona. Prophetæ enim &
apostoli, & martyres, & confessores, de Iudæis
fuerunt. Dedit in misericordias, & hoc [IN cõ-
Ex Cass. spectu omnium qui ceperant eos] id est gĕntiũ,
vt eos gentes mirentur, quæ prius eos despexe-
Ex Aug. runt. Vĕl, In conspectu omnium qui ceperant
& Cassio. eos, id est diăboli & angelorum eius, qui capti-
Ex Aug. uos prius tenebant. Nām coram dæmonibus li-
beri facti sunt, sub quibus facti fuerant captiui,
quibus eiectis perfecit Christus sanitates. Vnde
hic oratur, vt sanitates perficiat, cum subditur,

PARS VI 45 Saluos fac nos domine deus noster: & congrega nos de nationibus.

SALVOS fac nos] Sĕxta pars. Iam copia lau Ex Cass.
dis expleta, precatur quod futurum videt, sci-
licet vt ecclesia de omnibus gentibus congrege
tur, & laudes æternas cantet. q. d. Dedisti in mi- Ex Aug.
sericordias in conspectu dæmonum, quibus à
nobis electis [SALVOS fac nos] ô [DOMI-
NE deus noster] Nŏta eum ordinem hic ser- Ex Alcu.
uari, quem dominus seruat in euangelio. Hic
enim prius agit de eiectione dæmonum: postea
de sanitate: tertio de glorificatione, vbi subdit,
Et gloriemur in laude tua. Sĭc enim dixit domi- Ex Aug.
nus in euangelio, Ecce eiicio dæmonia, & sani- Lucæ 13
tates perficio hodie & cras, & tertia die cõsum Ephe.4
mor, id est perficior, occurrentibus omnibus in
virum perfectum, in mensuram ætatis plenitu-
dinis Christi: per quæ notãtur tres status Chri-
stianæ religionis: duo in pręsenti, vbi meremur:
tertius in futuro, vbi triumphabimus. Prĭmus Ex Alcu.
est in pœnitentia: secundus in iustitia: tertius Leu. 23
in gloria. In quarum significatione celebrantur
in veteri testamento tres præcipuæ festiuitates,
scilicet pascha, pentecoste, scenophegia. In pa- Exod. 12
scha immolabatur agnus, & commedebatur a-
zyma cum lactucis agrestibus, & spicas torre-
bãt igni. per quæ significabatur carnis mortifica
tio, & pœnitentiæ amaritudo. In pentecoste, no
ui panes de nouis frugibus offerebantur: per qđ
iustitiæ status intelligitur, per quam in nouita-
te vitæ ambulamus. In scenophegia, quæ erat fe
stiuitas tabernaculorum, offerebatur de cun-
ctis fructibus anni in templo: per quod signifi-
catur status futuræ consummationis, quando
sancti in immortalitate dedicati, venient cũ ex-
ultatione, portantes manipulos suos. Isti iidem
tres status significati sunt per ea quæ Samerita
nus circa vulneratum fecit. Infudit enim prius
vinum, postea oleum: deinde sanus factus est. In
vino enim intelligitur feruor pœnitentiæ: in o-
leo, lenitas iustitiæ: in eo quod sanus factus est,
consummatio glorificationis æternæ. Hi quoq;
iidem significatur per tres dies Christi, scilicet
crucis, sepulturæ, resurrectionis. Isti ergo tres sta
tus signantur per illa tria prædicta, quæ domi-
nus dixit. per eiectionem quippe dæmonum, pœ
nitentia intelligitur, per quam à peccatis mun-
damur: per sanitatum perfectionem, iustitia: per
tertiæ diei consummationem, futuræ glorifica-
tionis perfectio intelligitur. Iidem quoque tres
status signantur per ea, quæ hic dicuntur. Pri-
mus itaque pœnitentiæ status, notatur per hoc
quod dicit, Dedit in misericordias in conspe-
ctu omnium. Secundus iustitiæ status, per hoc
quod dicit, Saluos fac nos. Tertius glorificatio-
nis status, per hoc quod dicit, Vt confiteamur &
gloriemur. [ET congrega nos de nationibus] id
est de gẽtibus. Vnde dominus ait, Alias oues ha Ex Aug.
beo, scilicet de gentibus, id est filios dei, qui di- Ioann. 10
spersi erant in gentibus. Vnde Ioannes euange- Ioann. 11
lista ait de Caipha, qui prophetauerat, Expedit
vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gẽs
pereat. Hoc autem non dixit à semetipso, sed cũ
esset anni illius põtifex, prophetauit: quia vnus
erat moriturus pro gente, & non tantum pro
gente, scilicet Iudæorum: sed vt filios dei qui e-
rant dispersi, congregaret in vnum, id est filios

dei diſperſos de gentibus, congregaret cum Iudæis, vt fieret vnum ouile, & vnus paſtor: quod hic nrat cum dicit, Congrega nos de nationibus. Hoc autem falſo Iudæi impleri putant, per Antichriſtum. Congrega dico,

46 Vt confiteamur nomini ſancto tuo: & gloriemur in laude tua.

Ex Caſſ. & gl. int. Ex Aug. VT confiteamur] in præſenti & in futuro, [NOMINI ſancto tuo, & gloriemur in laude tua] nõn humana iactantia. Deinde ipſam laudem breuiter ſubiicit,

47 Benedictus dominus deus Iſrael, à ſeculo & vſque in ſeculum: & dicet omnis populus, Fiat fiat.

Ex Caſſ. BENEDICTVS] q. d. Confiteamur domino, dicẽtes, Benedictus, [DOMINVS deus Iſrael] Hæc eſt laus illa, quam congregatos optat cantare. Hoc nunc canit eccleſia de tanto bono læta. Benedictus dico, [A ſeculo & vſque in ſeculum] id eſt ab æterno & in æternum: quia ſine

Ex Aug. Pſalm. 83 fine laudabitur ab eis, de quibus dicitur, Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Hæc eſt illa tertia conſummatio corporis Chriſti, quæ erat in immortalitate poſt eiectionem dæmonum, & perfectionẽ ſanitatum. Tunc enim perficietur quod in principio pſalmi oratum eſt, Memento noſtri domine in beneplacito populi tui, ad videndum, ad lætandum, vt lauderis cum hæreditate tua, [ET dicet omnis populus] Iſte eſt populus prædeſtinatus, tam de Iudæis quàm gentibus, [FIAT fiat.] q. d. huic laudi conſentient omnes prædeſtinati.

COLLATIO
In pſalmum 105. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam &c.

5 AD videndum in bonitate electorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ, vt lauderis cum hæreditate tua.] In Græco & Hebræo ponuntur tres infinitiui, vbi Latinus interpres poſuit primo duo gerundia: & deinde alterum modũ, vt lauderis, vt hoc nõ faciat ſenſum ambiguum. Alia vero ad videndum, poteſt interpretari, vel vt videas, aut vt videamus. Sic etiam græcè, τῶ ἰδεῖν. Heb. לִרְאוֹת lireoth. Et ad lætandum, τῶ εὐφρανθῆναι, לִשְׂמֹחַ liſmoah, ſimiliter vt læteris, vel vt, lætemur. Poſtremo τοῦ ἐπαινεῖσθαι לְהִתְהַלֵּל lehithhallel. Conſequenter dicẽdum erat ad laudandum ſeu exultandum. Quod etiã anceps erat, vel vt lauderis, vel vt glorier, ſiue exultem, aut laudemur. Ex Auguſt. autem colligitur, maluiſſe interpretem in tertio dicere, vt lauderis, vt inſinuet duo præcedentia ſic accipienda eſſe, vt videas, vt læteris, quanquam ad concordiam reducit.

56 MISIT ſaturitatem in animas eorum.] Hieronymus pro ſaturitate, habet tenuitatem, & fermè alij maciem, quæ videntur aduerſari ſaturitati. Nam Heb. habet רָזוֹן razon, id eſt macies. Seorſum tamen concordem indicat Munſterus, Vocat maciem animarum, mortem ipſam. Ipſi cogitabant carnibus ſaginare animas ſuas: ſed contrarium euenit illis. Vnde Sanctes vertit perditionem in anima eorum.

30 ET placauit.] וַיְפַלֵּל vaiephallel. Hieron. Diiudicauit, quod eſt, interprete Pratenſi, executus eſt iuſtitiam. Ergo Lxx poſuerunt effectum. Nam ex vindicta quam exercuit Phinees, placatio conſecuta eſt. Munſterus tamen & Nebienſis vertunt orauit, quod proximè reſpondet ad placauit.

33 DISTINXIT labijs ſuis.] Hieronymus pro diſtinxit, vertit præcepit. וַיְבַטֵּא vaiebatte. Pleriq; alij transferunt ſimpliciter, locutus eſt. Munſterus tamen ponit, Inconſiderate locutus eſt. Cui accedit Campenſis, vacillauit. Vt intelligas de Moſe, ad aquas contradictionis hæſitante. Quam intelligentiam præterea ſequitur Auguſtinus: quanquam Munſterus videtur intelligere de ipſo populo. Hiero. autem loqui Moſi, accipit pro præcipere, vel vt in commenta. iugiter ſupplicare pro eis. Translator tamen ad Campenſem oppoſitum ſenſum reddit, qui ad deum hoc referat, quoniam ſpiritum dei exacerbauerunt, vt effaretur labijs ſuis.

37 ET interfecta eſt terra. Hiero. polluta eſt. quem omnes alij imitãtur. וַתֶּחֱנַף vatehenaph poterat mendum videri, & poſitum interfecta, pro infecta eſt. Reclamat tamen apertè Grecum ἐφονοκτονήθη, hoc eſt, interfecta eſt. Cæterũ Hieronymus Eſa. 24. id verbum Hebraïcum, vertit interfecta eſt terra ab habitatorib⁹ ſuis. Etenim ſic habent & noſtri codices, & alij quos dicunt correctiores è Frobenio!, ac interim ſatis deprehenditur ex interpretamẽto eius loci apud Hieronymum, Vnde, dicit, prima ſententia eſt contra eos, qui excelſi ſunt terræ, vt infirmentur vniuerſa, quæ nunc fortia ſunt, propter eos qui ſanguinem ſanguini miſcuerunt, & in morẽ ſanguinis Abel, interfectorum cruorem ad deũ clamare fecerunt. Hæc in commentario. Vbi interpretatur duas clauſulas, infirmata eſt altitudo populi terræ, & terra interfecta eſt ab habitatoribus ſuis. Proinde miror Sanctem dicere, Hier. in eo loco Eſa'. vertiſſe infecta eſt terra ab habitatoribus ſuis, idq; in ſuo theſauro. de hoc etiam diſſerit Auguſt. Putaremus hic ſcriptoris errorem eſſe, atq; eum dicteremus pro eo quod eſt infecta, feciſſe interfectam, niſi haberemus beneficium dei, qui ſcripturas ſuas in multis linguis eſſe voluit, atque ita eſſe ſcriptum, interfecta eſt terra in ſanguinibus, inſpectis græcis codicibus videremus.

CV. PSALM. TIT.
Alleluia alleluia.

CONFITEMINI domino quoniam bonus.] Titulus, [ALLELVIA alleluia.] Hic pſalmus commendat miſericodiam

dei,habens in titulo bis alleluia : ficut & superior psalmus habuit bis alleluia, qui est de populo Israel: & hic quoq; bis habet non incongruè, quia agit de vniuersali ecclesia,quę cõstat ex du
Eph.2 plici pariete.s.gentium & Iudæorum, in vno angulari lapide collectorũ.Merito ergo habet duo alleluia,vt dicamus abba pater,quanuis idem sit abba,quod pater.i. vt per duo alleluia intelligamus duos populos,quos intelligimus p illa duo
Galat.4 nomina,quanuis idem significãtia, quæ Apost.
Rom.8 posuit pro hac distinctione, dicens, In quo clamamus abba pater. docet autẽ hic psalmus,quid simus per nos.s.infirmi & mali, & quid per misericordiam dei.s.boni & filij dei, vbi conteritur hominis superbia,& glorificatur dei gratia,quæ
Ex Aug. in sequentibus. de quãtuor tentationibus liberat,quę in sequẽtibus describũtur:de quibus per nos liberari nõ valemus. Intentio. Monet ad confessionem.
Ea Cass. Modus.Septem sunt partitiones. Primò mo
Ex Aug. in sequẽt. net redemptos confiteri.Sẽcundo ponitur prima tentatio, quæ est error, vbi est & fames,ibi, Errauerũt.Tertio ponitur secũda tentatio,quæ est difficultas vincendarum cõcupiscentiarum, ibi,Sedẽtes in tenebris. Quarto ponitur tertia tentatio,quæ est tędium benefaciendi, ibi, Omnem escã.Quinto ponitur quarta tẽtatio,quę est tempestas seculi quatiens ecclesiam, turbans rectorem,ibi, Qui descendunt.Sexto commendatur ecclesia,quæ per gratiã dei salua facta est, ibi,Posuit flumina. Septimo agit de hæreticis, quibus destructis erigitur ecclesia, ibi, Et pauci
Ex Cass. in contentione psa. & in titu. facti sunt.Hũnc psalmũ partitur Augu.vt diximus.Vnde Cass.dicit se habere auctoritatẽ alios psalmos diuidẽdi. Hũnc tamen psalmum aliter distinguit. Propheta ergo cõmendaturus miseri
Ex Aug. cordiam dei,de quatuor tentationibus liberantis, prius omnes fideles monet ad confessionem,dicens,

C ONFITEMINI domino quoniã bonus:quoniam in seculum misericordia eius.

Ex Cass. CONFITEMINI domino]vtroq;.s.modo peccata & laudes.hoc nequit optimè facere,qui
Ex Aug. nõ gustauit. Vnde alibi, Gustate & videte,quo-
Psalm. 33 niam suauis est dominus.Cõfitemini dico,dicẽtes hoc,[QVONIAM bonus]est dominus.i.quod suauis est, & verè,[QVONIAM misericordia eius]est[IN seculum]id est in æternum,& qđ
Ex Hay. dico de misericordia eius,

2 Dicant nunc omnes qui redempti sunt à domino:quos redemit de manu inimici, de regionibus congregauit eos.

Ex Cass. DICANT nunc omnes qui redempti sunt]
Ex Aug. sanguine Christi,[A domino, quos redemit de manu inimici].i.diãboli,[DE regionibus congregauit eos]paulatim,nõ omnes simul congre
Ex Cass. gauit in vnã ciuitatem,in vnũ populum dei,qui prius per aras & lucos dæmonum raptabãtur. vnde congregauit ?

3 A solis ortu & occasu : ab aquilone & mari.

A solis ortu & occasu:ab aquilone & mari] Ex Cass.
.i.ab austro.Pro austro enim ponit mare oceanum, illius partis intelligens, hoc pro qualibet parte potest accipi . Hic autem patet quod non de solis Iudæis dicit.

4 Errauerunt in solitudine in inaquoso:viam ciuitatis habitaculi nõ inuenerunt. PARS II

ERRAVERVNT in solitudine] Sẽcunda Ex Aug.
pars,vbi prima tentatio exponitur , quæ est error,vbi est & fames.Error autem iste,erat de eo quod viã veritatis.i.Christũ nesciebant,vbi etiã egestatem veri panis patiebantur. Et notãdum quia & in hac & in reliquis tentationibus hic ordo seruatur , prius est tentationis expositio, pòst clamor liberationis:tertio , exauditio clamoris:quarto,pro exauditione cõfessio.i.laudatio,quasi redemit,congregauit,qđ necesse erat, quia,Errauerũt,non habentes viã veritatis.Ipsi dico existẽtes,[IN solitudine].i.sine deo,& [IN
inaquoso].i. sine verã doctrina,quia[NON inue Ex Aug.
nerunt viam]quæ est Christus. Viã dico,[CIVI- & Cass.
tatis habitaculi] .i. quæ ducit ad ciuitatem su-
pernam.s.cælestẽ Hierusalem,in qua habitandũ Ex Aug.
est.sic errauerunt,Et pręter errorem,erat eis inopia,quia ipsi erant, .

5 Esurientes & sitientes:anima eorum in ipsis defecit.

ESVRIENTES & sitientes]quia erãt sine Ex Cass.
verbo cibi dei,& potu gratiæ. Per hoc autẽ qđ dicit esurientes & sitientes,curiosos seculi significat,qui veritatẽ diuersis opinionibus exquirebant,nec inueniebant : ideo [ANIMA eorum
defecit]à bono interiori.Et hoc ideo,quia mã- Ex Aug.
sir,[IN ipsis].i.quia nõ se excessit,sed se sibi suf & Haym.
ficere putauit.Nõta quod cum dicit, Anima in Ex Aug.
ipsis defecit,nõ ostẽditur dei crudelitas,sed mõstratur quomodo se cõmendat deus.i. cõmendabilem ostẽdit se,permittens hominẽ deficere,qđ nobis expedit:deficimus enim vt rogemus,& vt subuenientem amemus. Et ideo post hunc errorem,& famem,& sitim,subditur,

6 Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur : & de necessitatibus eorum eripuit eos.

ET clamauerũt]q.d.[ET].i.quia anima eo- Ex Aug.
rũ defecit,ideo iam coniuncti,[CLAMAVERVNT & Haym.
ad dominũ cũ tribularẽtur]errore & fame,[ET de necessitatibus eorum] .i.malis ineuitabilibus [ERIPVIT eos]quid enim eis fecit?ecce,

7 Et eduxit eos in viam rectã : vt irent in ciuitatem habitationis.

ET eduxit eos] qui errabant [IN viam re- Ex Aug.
ctã] quæ est Christus,qui dicit, Ego sum via.q. Ioann.14
d.Eripuit eos de ignorãtia,ostẽdens eis Christũ viã,[VT]per hãc viã[IRENT]bene operãdo,[IN

ciuitatē habitationis] cuius ciuitatis viam ante nō inuenerāt. Ecce liberauit eos ab errore, de fame autē & siti, quibus grauabantur qualiter liberauerit, post dicet, sed præmittit de confessione,

8 Confiteantur domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum.

Ex Aug. & Rem. CONFITEANTVR] q.d. quia liberauit ab errore, ergo [MISERICORDIAE eius] non merita nostra, non vires, non sapientia. [ET mirabilia eius] exhibita, [FILIIS hominum] id Ex Hay. est eadem misericordiæ quæ datæ sunt mirabili modo redemptionis, [CONFITEANTVR domino] id est sint causa & materia omnibus Ex Aug. laudandi dominū. q.d. dicite inexpertis, vos qui iam estis experti, qui estis in via positi, ad ciuitatem directi, de fame & siti liberati. Sequitur enim de liberatione,

9 Quia satiauit animam inanem: & animam esurientem satiauit bonis.

Ex Aug. QVIA satiauit] q.d. Non solum duxit in viam, sed à fame liberauit, [QVIA satiauit ani- Ex Cass. mam inanem] quæ erat vacua & sine deo, [ET animam esurientem] .i. scire appetentem, quando à deo visitara medicum desiderabat. [SATIAVIT bonis] spiritualibus. Vel, Animam esurien- Ex Alcu. tem, id est non appetentem scire. sed nimia inedia deficientem. Satiauit bonis. & loquitur per simile, sicut solet contingere alicui nimia fame confecto, vt manducare non appetat, sed nimia Ex Aug. inedia deficiat. Et nōta diligenter in hac tentatione seruatum ordinem præscriptum.

PARS III 10 Sedentes in tenebris & vmbra mortis: vinctos in mendicitate & ferro.

Ex Aug. SEDENTES] Tertia pars, vbi ponitur secunda tentatio, quæ est difficultas vincēdarum cōcupiscentiarum. Iam enim iste positus in via dei, scit quomodo viuere debeat, quod ante in errore nesciebat: & si conatur efficere quod nouit, ligatus consuetudine praua nequit. Non ergo suis virib⁹ conetur, sed clamet ad dominum, & iam erit facile quod erat difficile .f. abstinere à malis. Poterat hoc dominus dare sine difficultate, sed tunc largitorem huius boni, non agnosceremus, nisi prius obtinentes cupiditates sentiremus, & nos hoc etiam posse confideremus. q.'d. Satiauit animam inanem & esurien- Ex Cass. tem, scilicet, Sedentes, id est minorantes, quia vincti erant consuetudine praua. Sedentes dico, [IN tenebris] id est in peccatis, [ET in vmbra mortis] id est in vitiosa vita, quæ est imago futuræ mortis. Illos dico, [VINCTOS in mendicitate] quia ipsi erant mendici per indigentiā boni, [ET ferro] quia vincula pecatorū quæ ligant eos ferrea & inuincibilia sunt.

11 Quia exacerbauerunt eloquia dei: & consilium altissimi irritauerunt.

QVIA exacerbauerunt] Hōc aliud iterum Ex Aug. conantem vincit, quia non agnoscens gratiam, sibi tribuebat, suam iustitiam statuere volens, & consilium dei circa se reprobabat. Vnde addit, [QVIA exacerbauerūt] q.d. Ideo vincti sunt in mendicitate & ferro, quia [ELOQVIA dei exacerbauerūt] per superbiam, iustitiā dei nescientes, & Rom. 10 suam volentes constituere. Et est sensus, contrā Ex Cass. eloquia dei agētes, in eius regulis viuere respuerunt. Vnde eis erat iratus. [ET consilium altissimi irritauerunt] spernendo. Cōsilium enim dei erat, vt qui superbi erant, in angustijs humiliarentur, quod erat salubre consilium: vt morbus seculi, scilicet superbia remedio contrario, id est humilitate curaretur, sed hoc prius spreuerunt. Ideo,

12 Et humiliatum est in laboribus cor eorū: & infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret.

IN laboribus infirmati sunt] impotētes per Ex Aug. se resistere vitijs [NEC fuit] alius [QVI adiuuaret] Præceptum enim auget peccatum, [ET in his laboribus] tandem [HVMILIATVM est cor eorum] dēo enim desistente, ab auxilio laborare potes contra vitia, sed non vincere. Et te presso tua praua consuetudine humiliabitur cor, vt discat clamare: vnde subdit,

13 Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.

ET clamauerunt ad dominum cum tribula- Ex Aug. & Cass. rentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos] In simili causa eadem sententia, quę & supra, clamorem sequitur liberatio.

14 Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis: & vincula eorum dirupit.

ET eduxit eos de tenebris & vmbra mortis: Ex Aug. & vincula] difficultatis [EORVM dirupit] Deinde pro liberatione sequitur laudatio, ergo,

15 Confiteantur domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum.

CONFITEANTVR domino misericor- Ex Aug. diæ eius, & mirabilia eius filijs hominum.] Hoc supra expositūm est, quare debent confiteri.

16 Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreos confregit.

QVIA] has difficultates vicit, scilicet [CONTRIVIT portas æreas] .i. naturalem cupiditatem. [ET vectes ferreos] id est diabolicas suggestiones [CONFREGIT] Pōrtæ enim æreæ Ex Aug. & Haym. Ex Cass. sunt hominum consuetudines vitiosæ, quæ claus os non sinunt exire. Vectes sunt spiritus immundi, qui portas obserant. Æreas autem portas & ferreos vectes, pro fortitudine ponit, sed virtus dei hæc frangit.

17 Suscepit eos de via iniquitatis

eorũ:propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.

Ex gl.int. SVSCEPIT eos] in altum boni operis[DE
Ex Caſs. via iniquitatis eorum] ideo dicit ſuſcepit,quia longè ante erat à ſuperbia,vnde,Erant ad deiectionem interitus humiliati;vnde ſubdit,[PROPTER iniuſtitias enim ſuas]q.d.Bene dixi,De via iniquitatis eorũ propter iniuſtitias enim ſuas.ſ.
Ex Aug. quia ſuperbiendo ſibi retribuebant,non deo,ſuã iniuſtitiam conſtituentes,[HVMILIATI ſunt]
Ex Caſſ. id eſt deiecti ad interitum:& accipitur in malo.
Ex Aug. Vel in bono poteſt accipi. Humiliati ſunt,id eſt inuenerunt ſe nihil poſſe ſine deo.

18 Omnem eſcam abominata eſt anima eorum : & appropinquaue-
PARS IIII runt vſque ad portas mortis.

Ex Aug. OMNEM eſcam] Quartã pars,vbi ponitur tertia tentatio,quæ eſt tędium.poſtquam enim venit de ignorantia ad veritatem : de errore ad viam:de fame ſapientiæ , ad verbum fidei:& poſtquam difficultates vicit,vt ſine querela viuat,reſtat adhuc tædium , vt aliquando nec legere,nec orare eum delectet.Euaſit ergo imperitiam & concupiſcentiam:ſed moritur tædio.qui ergo ſuperius fame languebant,item faſtidio periclitantur. Ne ergo putes de ſatietate ſecuros: quia & faſtidio moriuntur.Et hoc eſt,[OMNEM eſcam &c.q.d.Suſcepit eos de via iniquitatis,ta-
Ex Caſs. & Aug. men [ANIMA eorum abominata eſt omnem eſcam] id eſt verbũ dei vnde anima viuit.ne autem leue putes,addit,[ET appropinquauerunt vſque ad portas mortis] .i. ad defectum animæ.
Ex Aug. Reſtat ergo vt ſi delectet te verbũ dei, nec hoc tibi tribuas,neque hinc aliqua inflata arrogantia,& auidus cibi in eos qui faſtidio periclitantur,non ſuperbè inſilias : intelligens hoc non à te tibi eſſe:vitium quoque tuum , & langorem tuum ſentiens,clama,fac quod ſequitur,

19 Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur:& de neceſsitatibus eorum liberauit eos.

Ex Aug. ET clamauerunt ad dominum cum tribularentur,& de neceſsitatibus liberauit eos.] Deinde ſubdit,quomodo liberauit.

20 Miſit verbum ſuum,& ſanauit eos:& eripuit eos de interitionibus eorum.

Ex Aug. MISIT verbum ſuum & ſanauit] cuius faſtidio languor erat,[ET ſanauit eos, & eripuit eos] non de errore vel fame,non de difficultate vincendi peccata : ſed [DE interitionibus eorum] id eſt de corruptela mẽtis quæ faſtidit qđ dulce eſt,ergo & de hoc,

21 Confiteantur domino miſericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum.

Ex gl.int. CONFITEANTVR domino miſericordię eius,& mirabilia eius filijs hominum.] Expoſitum ne exponas,ne actum agas. & Hiero. h.t. aduerſus Pelag.

22 Vt ſacrificent ſacrificium laudis:& anuuncient opera eius in exultatione.

VT ſacrificent ſacrificium laudis]Iãm enim vt laudetur ſuauis eſt dominus.[ET annuncieẽt opera eius in exultatione] non cum tædio & mœrore. Ex Aug.

23 Qui deſcendunt mare in nauibus: facientes operationes in aquis multis. PARS V

QVI deſcendunt.]Quinta pars, vbi exponitur quarta tentatio, quæ eſt tempeſtas ſeculi, de tribus nanque tentationibus liberatus , iam fortaſſe dignus eſt, cui populus cõmittatur,qui in tabernaculo nauis, id eſt eccleſiæ cõſtituatur: ſibi, quarta tentatio occurrit, ſcilicet tempeſtas ſeculi,quatiens eccleſiam,& turbat rectorẽ.Hoc enim periculum maximè pertinet ad rectores. quanto enim plus honorãtur, tanto magis periclitantur.cuius tamen periculi non erunt expertes ſubditi ſi tota nauis periclitatur.q.d. Annũtient opera eius.Illi vtique [QVI deſcendunt] Ex Ex Aug.
à contẽplatiua vita,[IN mare]id eſt ad actiuam & Caſſ.
vitã laborioſam. Vel, In mare,ad procellam ſe- & Hiero.
culi,ſcilicet vt pro Chriſto fluctus tentationum & Aug.
patiantur.Ipſi dico exiſtentes, [IN nauibus] id eſt in eccleſijs,quas gubernãt:quæ dicuntur naues,quia fluctibus ſeculi tonduntur, ſed nõ franguntur.Ipſi dico,[FACIENTES operationẽ] dum prædicant & huiuſmodi [IN aquis multis] id eſt in populis multis. Et,

24 Ipſi viderunt opera domini:& mirabilia eius in profundo.

IPSI]ſingulãriter.q.d.præ cæteris,[VIDERVNT opera domini,& mirabilia eius in profundo]ſeculi, id eſt viderunt quæ deus mirabiliter operatur in cordib⁹ humanis.Profundum enim ſeculi eſt cor hominum, vnde venti erumpunt, & fiunt tempeſtates ſeditionum & diſſenſionum deo permittente. Ex Aug. & Haym.

25 Dixit & ſtetit ſpiritus procellę: & exaltati ſunt fluctus eius.

DIXIT & ſtetit]q.d.Et quid agitur in hoc profundo? ecce deo permittente ſurgit perſecutio.Et hoc eſt,Deus volens vt ad eum clament, & qui gubernat, & qui vehitur vel gubernatur, [DIXIT] id eſt permiſit,[ET ſtetit ſpiritus procellæ] id eſt tyrannica perſecutio, vel diãbolus. Ex Aug. Ex Aug.
¶Vel aliter ab illo loco, Ipſi videbunt.q. d. Et & Haym.
ipſi,rectores, Viderunt, id eſt ſpiritualiter intel- Ex Caſs.
lexerunt,Opera domini,vt in mari rubro,baptiſmum,ſic & in cæteris,eo quod fit,vt,Et mirabilia eius in profundo videant , quia opera eius profunda æſtimatione conſiderant : ſed ne inde tumeſcerẽt,exponit procellas eorum, ſubdens, Dixit & ſtetit ſpiritus procellæ, hoc non mutatur.Et quid fecit ſpiritus?ecce , [ET exaltati

sunt fluctus eius] qualiter ostendit,

26 Ascendunt vsque ad cælos, & descédunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.

Ex Aug. & Cass. ASCENDVNT]persecutores,audendo[VSQVE ad cælos]quando seculi elationibus eriguntur contra deum.[ET descendunt]timédo,
Ex Cass. & gl.int. [VSQVE ad abyssos] cùm in desperationem & metum veniunt. Vel, Vsque ad abyssos, id est
Ex Aug. vsquè in geheunam.[ET in]bis[MALIS anima eorum]rectorum[TABESCEBAT]Er,

27 Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapiétia eorum deuorata est.

Ex Cass. TVRBATI sunt cõfusióne sensus,[ET moti
Ex Aug. sunt] experti rectores hoc sentiunt. Moti dico,
Ex Alcu. [SICVT ebrius]Sicut ebrij titubant,qũia prosperitas eorum vel aduersitas maior est viribus.
Ex Aug. In quiete sapientes apparent,quando loquuntur,quando leguut: sed veniente tempestate,omnia humana consilia deficiunt, & quid agendum sit non vident: vnde subdit, [ET omnis sapientia eorum deuorata est.] Vnde Apostolus
2 Cor. 1 ait,Supra modum grauati sumus: ita vt tederet nos viuere,& ipsi in nobis responsum mortis habuimus,vt non simus fidentes in nobis. Quacunque enim se cõuertunt,fluctus fremunt, tempestas sæuit, brachia deficiunt, quo prora impingatur,quo nauis impulsa dimittatur, à quibus saxis ne pereat,refrenatur,omnino à recto-
Ex Cass. ribus non videtur. Rẽstat ergo clamare, vt eor eorum solidet deus,ne tentationibus ventilletur.

28 Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum eduxit eos.

29 Et statuit procellam eius in auram: & siluerunt fluctus eius.

Ex Hay. & gl.int. ET clamauerunt ad dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum eduxit eos.]
ET statuit procellam eius in auram] maris, id est seculi prædicatores.[IN auram]scilicet leuem ventum, id est procellas temperatas fecit, & tolerabiles.Vel,In auram,id est in serenitatem quietis æternæ.[AT siluerunt fluctus eius.]

30 Et læi sunt quia siluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.

Ex Cass. ET læti sunt] rectores fessi,[QVIA siluerunt fluctus] hoc faciunt fessi post laborem, id est lætatur.[ET]dominus[DEDVXIT eos
Ex gl.int. in portum voluntatis eorum] id est in tranquillitatem optatam. Vel in æternam beatitudinem, ergo,

31 Confiteantur domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum.

32 Vt exaltent eum in ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudét eum.

CONFITEANTVR domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.]
VT exaltent eum]õmnes[IN ecclesia]id est Ex gl.int.
pro ecclesia[PLEBIS] id est laudent eũ omnes pro bene rectis,[ET laudent eum] omnes,[IN cathedra] id est pro cathedra [SENIORVM]
id est pro bene regẽtibus. Vel ita,Exaltent eum, Ex Aug.
illi qui sunt,In ecclesia plebis,id est laudét eum populi minores qui reguntur. Et laudent eum,illi qui sunt,In cathedra seniorum, id est laudent eum seniores qui regunt. Ecce eum dicit in ecclesia,apertè demõstratur vnde dixit, scilicet de ecclesia,vbi omnia prædicta aguntur.

33 Posuit flumina in desertum: & exitus aquarum in sitim. PARS VI

POSVIT flumina] Sexta pars. Hactenus di Ex Alcu.
xit quomodo ad ciuitatem adducit, quomodo viuat,quomodo pascit,quomodo regit, cõnse- Ex Aug.
quenter ipsa ecclesia commendatur, ita vt nobis in omnibus dei gratia prædicetur,qui super- in præcedentibus.
bis resistit,humilibus dat gratiam.Et vt euiden- Iacobi 4.
ter appareat, de qua psalmus ab initio loquebatur, commendatur econtra vbi dicit, quomodo etiam mala inimicorum prodesse facit ecclesiæ.Hic ergo est commendatio ecclesiæ quæ per gratiam dei salua facta est,nõ per meritum suũ, & memoratur subsequenter inimicorum afflictio propter superbiam eorum, quibus extinctis erecta est ecclesia,quæ proficit propter insidias & domestica detrimenta, quæ fiunt ab hæreticis. Vnde & erga ecclesiam dei beneficia euiden
ter monstrantur. q. d. Exaltent eum in ecclesia Ex Aug.
Et si quæris,quare? quid enim in ecclesia fecit? hic.
ecce,Superbis resistit:humilibus dat gratiam, & primo dicit qualiter superbis resistit, cum ait, Posuit flumina] id est Iudæos,vbi aquæ, scilicet doctrinæ erant vbi curabant prophetæ,[IN desertum,quia iam non est in eis propheta, nõ est ibi fides Christi, nec sacerdos, nec sacrificium, nec templum.Item alijs verbis idem dicit,[POSVIT exitus aquarum].i.Iudæos,vnde alijs manãbát aquę doctrinę,[IN sitim]Itẽ idem dicit,

34 Terram fructiferam in salsuginem: à malitia inhabitãtium in ea.

TERRAM fructiferam] prius, secundum Ex Cass.
opera bona quæ faciebat, posuit[IN salsuginem] .i.in sterilitatem,quæ per salsuginem ideo intelligitur:quia salsus humor, vbi dominatur, tollit fœcũditatem:& quo merito hoc?ecce,hoc fecit,[A malitia] id est pro malitia [HABITANTium in ea] id est Scribarum & Pharisæorũ dominantium,ibi,id est propter malitiam illorum, qui terrã illam,id est tabernaculum domini dolosis mentibus habitabant.Ecce quomodo resi- Ex Aug.
stit superbis. Deinde dicit quomodo humilibus gratiam dedit.

35 Posuit desertũ in stagna aquarum: & terram sine aqua in exitus aquarum.

Ex Hay. POSVIT desertum].i.gentẽs,[IN stagna a-
& gl.int. quarum]vt aquæ in eis maneant. Et repetit idẽ
[ET terram] prius[SINE aqua] posuit [IN
exitus aquarum] vnde alijs emaneut aquę viuę.

36 Et collocauit illic esurientes:& constituerunt ciuitatẽ habitationis.

Ex Aug. ET collocauit illic] .i.in grãtia,[ESVRIEN-
& Cass. tes]qui auidè susciperent. Vnde, Edent paupe-
res & saturabũtur.[ET]hi tales[CONSTITV-
erunt] firmiter præceptis dei obediendo[CIVI
tatem habitationis]id est ecclesiam, vbi interim
habitetur in spe.

37 Et seminauerunt agros, & plãtauerunt vineas:& fecerũt fructum natiuitatis.

Ex Cass. ET seminauerunt] verbo dei,[AGROS, &
plantauerunt vineas] Seminant agros,& plan-
tant vineas, qui corpora sua cælesti institutione
purificãt, vt fructus bonorum operũ ferant. Vn
de subdit,[ET fecerũt fructũ natiuitatis] id est
naturalem,non degenerem.

38 Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis:& iumenta eorum nõ minorauit.

Ex Cass. ET] ideo[BENEDIXIT eis] ẽcontra sterili fi-
& gl. int. cui maledicitur.[ET multiplicati sunt] nume-
& Alcu. ro vel merito, pro benedictione, & hoc[NIMIS]
.i.valde. Vel ideo dicit, Nimis, quia multi voca
Ex Aug. ti, pauci vero electi.[ET iumenta eorum].i.sim
plices, sed vtiles, qui nõ sunt à deo docti, sed ta
men fide pleni,[NON minorauit]quia firmum
stat fundamentum dei, quia nouit dominus qui
sunt eius, & iustus animas iumẽtorum suorum.

PARS VII 39 Et pauci facti sunt,&vexati sunt à tribulatione malorum & dolore.

Ex Aug. ET pauci] Sẽptima pars, vbi dicitur etiam
aliquid de hęreticis, quibus quasi ciuilibus bel-
lis quatitur ecclesia, vnde & circa ecclesiam di-
uina beneficia commẽdantur. Et notandum ꝙ
ita verba cõiungit, quasi de his dicat, de quibus
ante loquebatur, cum tamen supra de bonis, hic
de hæreticis agat: de quibus quasi de eisdem cũ
prædictis loquitur, propter communia sacra-
mẽta, propter speciem pietatis, non propter vir
1 Ioan. 2 tutem. Vnde Ioan. ait, Ex nobis exierunt, sed nõ
Ex Aug. erant ex nobis.i.exierunt de multitudine voca-
& Alcu. torum, sed non erant de paucitate electorum.q.
d. Boni multiplicati sunt nimis.[ET]pręsumẽn
tes de se hæretici [PAVCI facti sunt] omnes
enim diuisi ab vnitate fidei, pauci sunt, nõ tam
numero q̃ meritis. Multi vero sunt qui in vnita-
Ex Hier. te fidei persistunt: ideoq; de hæreticis dicit Osee
in ca. O- propheta, Da eis domine. quid dabis eis? Vuluã
see 9 sine liberis, & vbera arẽtia.[ET vexati sunt].s.
Ex Cass. hærẽtici. [A tribulatione malorum & dolore.]
id est ab insidijs diaboli & angelorum eius. Do-
lor enim tribulatio est his qui auctorem salutis
relinquunt.

40 Effusa est contentio super principes:& errare fecit eos in inuio,& non in via.

EFFVSA est contentio] vel effusus est cõ- Ex Aug.
temptus, alia litera,[SVPER principes]hæreti & Alcu.
corum, id est super hęresiarchas, & magistros hę
resum. Reprobati sunt enim ab ecclesia, & magis
contempti sunt, quia principes esse voluerunt.
De quibus dominus per Osee prophetam, Ipsi Osee 8
regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt
& non cognoui. Isti facti sunt sal infatuatum, Ex Aug.
quod proiectum est foras, & conculcatur ab ho
minibus: quo quid vilius est & magis contem-
ptum? Vel aliter, Et pauci, ãgit de eisdem bonis, Ex Alcu.
de quibus ante egerat.q.d. Multiplicati sunt, &
tunc ipsi boni, Pauci facti sunt, id est per illos.s.
hæreticos imminuti sunt. Et vexati sunt, boni
persistentes in fide, A tribulatione malorum, sci
licet hęreticorum, id est à tribulatione facta per
hęreticos, Et dolore, habito pro cadẽtibus. Ideo
boni vexati sunt, quia, Effusa est cõtentio super
principes eorũ, scilicet hęreticorum, id est quia
superbi hæresiarchæ contendunt cõtra catho- Ex Aug.
licos [ET]dominus[ERRARE fecit]vel sedu
xit [EOS]principes, relinquendo eos sibi. Vnde
tradidit deus eos in reprobũ sensum. Hoc ergo
modo seduxit, quia donauit illos sibiipsis. Nã si
propriè inquiras, ipsi se seducunt. Qui enim pu
tat se aliquid esse, quum nihil sit, seipsum sedu-
cit. Seduxit, ergo, Eos, dimittendo eos. Et [IN
inuio, & non in via] Illi boni de quibus supra di
xit, in via sunt positi, & ad ciuitatem habitacu
li directi. Isti vero superbi relicti sunt à deo in
inuio seducti, & nullo modo in via sunt. Quo-
modo enim est in via, qui partem tenet, & totũ
relinquit? & quid de illis seductis fecit? ecce,

41 Et adiuuit pauperẽ de inopia: & posuit sicut oues familias.

ET adiuuit]dẽ illis[PAVPEREM]potuit Ex Aug.
illos deus pati semper intus, sed nos de illis non
proficeremus. Cum autem separati per quęstio-
nes nos inquietant, nobis nascitur inquisitionis
studium, & timoris exẽplum, vt qui stat, videat
ne cadat: sicut illi ceciderunt. Et est sensus, Ab-
iecti sunt superbi, & instructus est humilis: quod
ita dicit,[ET adiuuit pauperem de inopia] vel
de mendicitate.i. quia se mendicum & inopem
reputat, qui nihil sibi dat: sed totum de miseri-
cordia dei expectat, ante ianuam dum inicã cla-
mans & pulsans, vt aperiatur ei, qui adiuuatur
plurimum, de ipsa separatione hæreticorum. Et
quid fit in paupere adiuto de illis seductis? mul-
tæ familiæ: vnde subdit,[ET posuit] illum pau
perẽ,[FAMILIAS.]Pãuperem dico, existẽtem.
vel familias dico existentes[SICVT oues] ꝓ- Ex Cass.
pter simplicitatem & innocentiam. Eccẽ quasi Ex Aug.
vnũ pauperem putabas: sed iste pauper est mul-
tæ familiæ.i, multæ ecclesiæ, tamen & vna est ec
clesia, & vna ouis. Vel itã, Adiuuit pauperem, & Ex Hay.
per adiutum pauperem, Posuit familias sicut o-
ues, id est seruat familias in innocentia. Hæc ãu Ex Aug.
tem tanta mystria diu latentia, & ideo dulciter
inuenta.

42 Videbunt recti & lætabuntur: & omnis iniquitas eorũ oppilabit os suum.

Ex Aug. VIDEBVNT recti & lætabuntur.] Eccẽ quo psalmus tendat, ad hoc scilicet, vt ostendat, quod boni per misericordiam dei exaltantur, & mali per superbiam conteruntur. vnde subdit, [ET omnis iniquitas] garriens contra veritatem conuicta, [OPPILABIT os suum.]

43 Quis sapiens & custodiet hęc & intelliget misericordias domini?

Ex Aug. QVIS sapiens] Eccẽ conclusio psalmi. q.d. Et quia totum pauperem adiuuat dominus, ergo [QVIS est sapiens & custodiet hæc?] scilicet vt sit pauper, & non diues, non superbus, non inflatus. q.d. qui est sapiens, hæc custodiet. quare custodiet? [ET] id est quia, [INTELLIGET] non merita sua, non vires suas, in his gloriando, sed [MISERICORDIAS domini] scilicet ꝙ de errore liberat, & de consuetudine praua, & de tedio, & de naufragio: quod denique constituit eum in populo, non vbi superbis resistit, sed
Iacobi 4 vbi humilibus dat gratiam. Intelligit etiam qđ deus fecit, vt intus manens multiplicetur, non foras exiẽs minuatur. Hæc vident recti, & lętantur, & iniquitas os suum oppilat.

COLLATIO

In psalmum 106. Confitemini domino, quoniam bonus &c.

17 SVSCEPIT eos.] Pro his duobus verbis Hieronymus ponit vnicum, Stultos. Et item cæteri. Heb. אֱוִלִים euilim. Lxx videntur deflexisse à themate אָלַם illem .i. collegit, vt sit אִלְּמָם illamam, collegit, eó que suscepit eos, etiam si id verbi, propriè manipulos colligere notet.

25 STETIT spiritus procellæ.] Tribus telis impetijt hunc locum Faber cum suo Cæco, quibus nititur ostendere hanc lectionẽ esse aduersam hebraïcæ veritati. Primum quod verterit Hiero. Surrexit ventus tempestatis. Addo etiam illud quod transtulit Munsterus, Excitat ventum procellosum. Atqui stare spiritum procellæ, & surgere ventum tempestatis aut excitari inter se pugnant. Responsio est in promptu. Quum Heb. dicatur וַיַּעֲמֵד vaiaamed, & sit verbum hiphil, quod vocant, propriè significat, fecit stare, quemadmodum etiam verterunt interpretes pro Caietano. Sed & Nebiensis, Sanctes simul & Pellicanus, similem vocem omnino nostræ lectioni dixerunt, stetit. Si vidisses Aug. enarrationem, intellixisses quid sit stare spiritum procellæ. ait ergo, Quid est stetit? permansit, perdurauit. Secũdum quod obiicit, Qui potest stare spiritus procellæ, quum mox sequatur, & exaltati sunt fluctus eius? Si stetit, ergo sedatus. Si fluctus eius exaltati, vbi erat tranquillitas? Sed audi iterum Augustinum, Adhuc turbat, diu iactat, sæuit, & non transit. quanuis etiam non esset contra veritatem hebraïcam, si sic acceperimus, fecit stare ventum procellę, id est sedauit. Siquidem collocare ventum, dupliciter est: aut qui non erat excitando, aut excitatum compescẽdo. Nec reclamat quod subtexitur, Et exaltati sunt fluctus eius. quin pluribus modis hac ratione virtutis diuinæ imperium significatur, dixit stetit spiritus procellæ. Et rursus quãdo libitũ est, exaltati sunt fluctus eius. Tertium quod opponit ex vigesimonono versu, Et statuit procellam eius in auram. quasi aduersetur quod prius steterit spiritus procellę, ex his mox dictis diluitur.

40 EFFVSA est cõtentio super principes.] Hic potest videri vitio scriptoris, positum contentio, pro cõtemptio. Sic enim habet & exponit Aug. contemptus. Et græcè similiter legitur ἐξουδένωσις. Præterea Hier. & alij hebraïcantes, verterunt despectionem. Nolo quidem stulta cõtentione, de nomine cõtentionis, librariorum defendere errorem, inuenio tamen aliquot vetustos tractatores, qui contentionem olim legerunt & exposuerunt. Nam D. Greg. lib. 9. mor. cap. 4. ad illud Iob 29. Principes cessabant loqui. Qui hoc loco alij duces intelligi vel principes possũt, nisi hæreticæ prauitatis authores? De quibus per psalmum dicitur, Effusa est contentio super principes eorum, & seduxerunt eos in inuio, & non in via. Super quos rectè effusa contentio dicitur, quia suis sibi vicissim allegationibus cõtradicunt. Et aliquanto prior Cass. breuiter sacerdotes hæreticorum designati atq; notati sunt, à quibus merito dicitur, effusa contentio: quia non salutari doctrina, sed tantũ mortifera loquacitate contendunt. Postremo his superior Arnobius legit & interpretatur contentio, quanquam non ita apertè. Proinde perscrutandum merito venit, si quid in Heb. respõdere deprehendatur, quod ad cõtentionem faciat, & non solum despectionem, quanquam ex cõtentionibus soleant suboriri despectiones & cõtra. Age. Hic legimus Hebr. בוז buz: deinde duo verba inuenimus, בָּזָה bazah, quod est contempsit, & בזז buz, quod est spoliauit, deprędatus est, eó que non video quid vetet, quó minus בוז buz, significare valeat direptionem, in qua quidam proprium locum, habere solet contentio. Tamen, vt prædixi, sensui meo credere nolim. Tandem vero clare facit nobiscũ Chaldæa trãslatio, Misit contentionem super principes.

CVII. PSALM. TIT.

Canticum psalmi ipsi Dauid.

PARATVM cor meum] Titulus, [CANTICVM psalmi ipsi Dauid] Iste est sextus Ex Cass.
psalmus de duabus naturis in Christo, vbi plura eadem continentur, quæ supra in duobus alijs psalmis dicta sunt: quæ autem aliter sunt, parũ differunt. Ex postremis nanq; partibus duo- Ex Aug.
rum præcedentium psalmorũ. s. 56. & 59 quorum diuersi sunt tituli, hic psalmus cõponitur. Nam postrema pars 56. psalmi: prima pars est huius psalmi, vsq; ad illum versum, vbi dicitur, Et super omnem terrã gloria. Inde vsq; ad finẽ,

Ex Aug. Postrema pars est 59 psalmi. Vnde sciēdum est
titulos, qui de historia poni videntur secundum
prophetiam, id est, spiritualem intelligentiā de-
bere accipi, & vtrunque illum psalmū ad vnum
concurrere intellectum, non superficie historię,
sed altitudine prophetiæ copulatis partibus v-
triusq;, in isto psalmo, cuius titulus neutri isto-
rum est similis: nisi quod hic est ipsi Dauid, si-
cut ibi. Ideo autem hic psalmus qui cōponitur
ex his duobus, quorum tituli sunt diuersi inti-
tulatur ipsi Dauid, vt significetur quoniā mul-
Hebr. 1. tis partibus multisq; modis olimque deus locu-
tus est patrib⁹ in prophetis, tandem locutus est
nobis in filio, quem misit vt cōplentur eloquia
prophetarū, & mirabiliter, quæ in diuersis psal-
Ex Cass. in cōclusione psalmi. mis dicta sunt, in vnam veniunt in hoc psalmo
conuenientiam, vt quasi diuersi sapores con-
diantur in pastum animę, vnde licet etiam can-
toribus adhuc multa compingere. Sicut & Da-
1. Parali. 6 uid legitur in Paralipomenon ante arcam lau-
des dei cantasse, diuersis partibus psalmorum in
vnum adunatis: & bene iunguntur, quæ nulla-
tenus repugnant. Verba autem de duobus præ-
dictis psalmis ad alium intellectum in hoc psal
mo ducuntur, quem ibi continent, secundū hi-
Ex Aug. & Alcu. storiæ superficiem. In primo nāq; agitur de fu-
ga Dauid. In secūdo, de victoria & fortitudine
eiusdem. Hic verò de alio agitur, de Christi, sci-
licet humilitate, secundū hominē, & altitudine
secundum deum: quod ostēdit mutatus titulus.
Et est sensus tituli, [CANTICVM] istud [PSAL-
Ex Cass. MI] quod dicitur canticum, quia agit de mentis
iocūditate: & psalmi, quia monet ad bona ope-
ra. Canticum enim ad diuinas res: Psalmus, ad a-
ctuales operas pertinet. attribuitur [IPSI Da-
uid,] id est Christo, qui hic loquitur. Intētio
monet vt Christū deum & hominē credamus.

Modus. Bipartitus est psalmus. Primo Chri-
stus patri gratias agit, quia suscipiēs passionem
resurrexit in gloriam. Secundo dicit quæ salus
sit facta omni terræ, super quam est gloria do-
mini, ibi, Vt liberentur. Christus ergo secūdum
quod homo agens gratias patri, ait, ô,

ARATVM COR meum deus, paratum cor meum: cantabo & psallam in gloria mea.

Ex Cass. DEVS paratum] est [COR meum] ād laudes,
quia peccatis non tardatur: & repetit [PARA-
tum est cor meum.] Et ideo [CANTABO] in
me & in meis [ET psallā.] hæc duo iungit, quia
cum spirituali cantico semper coniungi debent
Ex Hay. bona opera. Et hoc [IN gloria mea] rēsurrectio-
nis, id est, cōsideratione gloriosę resurrectionis.
supra in psalmo, vnde sumptum est, dicitur, Cā-
Ex Aug. tabo, & psallam, Exurge gloria mea. Sed non
est ibi alius sensus ab eo, quod hic dicitur: quia
& ibi ad hoc dicitur, Exurge gloria mea, vt in
eo cantaretur & psalleretur.

2 Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.

EXVRGE] Hōc dicit pater ad filiū, vel fi- Exgl.int.
lius ad corpus sibi vnitum. q.d. Cātabo & psal-
lam. vt autem hoc fiat [EXVRGE] tū qui es Ex Cass.
[PSALTERIVM] quantum ad morum pro-
bitatem [ET cithara] quantū ad passionē. De-
inde filius respondet patri [EXVRGAM dilu-
culo] dominicę diei, & tunc,

3 Confitebor tibi in populis domine: psallam tibi in nationibus.

CONFITEBOR tibi in populis domine, & Ex Cass.
psallam tibi in nationibus] & mērito,

4 Quia magna est super cæcos misericordia tua: & vsq; ad nubes veritas tua.

QVIA magna est super cælos misericordia
tua,] id est spirituales, quia & angeli beneficiis Ex Cass.
eius fruuntur ibi. in alio psalmo præcedenti di-
citur, Māgnificata est misericordia tua vsq; ad Ex Aug.
cælos, scilicet vt magna sit etiam in cęlis, quod
& hic dicitur. Idem enim sensus est in his verbis
& in illis. Et [VERITAS tua] māgna est [VS- Ex Cass.
QVE ad nubes] apostolicas, quas compluere fa-
cit populos. deinde duobus prædictis duo alia
reddit. q.d. Quia misericordia tua est super cę-
los, ergo ô,

5 Exaltare super cælos deus: & super omnem terram gloria tua: vt liberentur dilecti tui.

DEVS] vērbū [EXALTARE,] id est, altum Ex Hay. & Cass.
te ostende [SVPER cælos] Ille enim cuius mise-
ricordiam habent cæli, iure super cælos debet
exaltari. Et quia veritas tua est vsque ad nubes,
merito [ET gloria tua super omnem terram] est
exaltāda. [VT liberentur] Secūnda pars, vbi di- PARS II.
cit quæ salus sit facta omni terræ super quam
est gloria domini. Hīc etiam humilitas huma- Ex Cass.
nitatis Christi, & potentia maiestatis ostēditur,
q.d. Exāltare. Et vt liberēntur, in futuro [Dile- Ex Alcu.
cti tui] hic in pręsenti,

6 Saluum fac dextera tua & exaudi me: deus loçutus est in sancto suo.

SALVVM me fac] dīcit Christus pro mem- Ex gl.int.
bris, id est, salua eos qui mecum vnum sunt, ne
cadant. Et hoc [DEXTERA tua,] id est per fa-
uorem & propiciationē tuam [ET exaudi me] Ex Cass.
orātem pro eis. Vēl de seipso loquitur Christus,
& petit se saluari in resurrectione, vt fideles li-
berētur, qui tali signo deitatem eius senserunt,
q.d. Vt cātem & psallam, Saluum me fac, īn re- Ex Alcu. & gl.int.
resurrectione. Dextera tua, id est, per verbū qui
est brachiū patris. Vt, sic, Liberentur dilecti tui,
& exaudi me. Ordo verborū conuersus est. Di-
cit enim, Saluū me fac, & exaudi: pro exaudi, &
saluum me fac [DEVS locutus est] q.d. Oro ex-
audiri, quod nō dubium, quia, Deus locutus est
[IN] me [SANCTO suo] Nōn ait per sanctū, Ex Cass.

ne per eum putaretur loqui, vt per prophetas & apostolos. In homine enim Christo, est per gratiam vnionis, in illis vero per gratiam adoptionis. (Ex Aug. in psalmũ 89.) Vẽl propheta dicit hoc de Christo. q.d. Ita orauit, & quod orauit fiet, quia, Deus locutus est in sancto suo, id est in Christo.

7 Exultabo, & diluam Sichimam & conuallem tabernaculorum dimetiar.

(Ex Alcu.) EXVLTABO] Lõquitur hic Christus in persona ecclesiæ, & ait, [EXVLTABO] vel, (Ex Aug.) Exaltabor, alia litera, supra in alio psalmo dixit, lætabor, hic verò exaltabor. quod satis conuenit, q̃a de exaltatione est lætitia. Et [Diluam Sichimã & cõuallem tabernaculorũ dimetiar.]

8 Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim susceptio capitis mei.

MEVS est Galaad, & meus est Manasses,] Hęc (Ex Aug.) suprà plene exposita sunt. [ET Ephraim] meus est] id est, mea est fructificatio, quę est [SVSCEPTOR capitis mei,] id est, hæc fructificatio est ex eo, quod caput suscepit me. Vel ego ipsum. Supra in alio psalmo habetur fortitudo, pro quo hic legitur susceptio, quod bene congruit: quia suscipiendo fortes nos facit, scilicet cũ ipse Christus nos suscipit, vel cum eum nos suscepimus. (Ex Cass.) Vel ita, Effraim, id est, frũctificatio est, Susceptor capitis mei, quia dum spineam coronã caput meũ suscepit vltra omnea fructificauit. totum enim lucratum est mundum.

9 Iuda rex meus: Moab lebes spei meæ.

(Ex Aug.) IVDA] dẽ quo Christus. & ideo per Iudam Christus intelligitur. est [REX meus: Moab] est [LEBES spei meæ.]

10 In Idumæam extẽdam calciamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt.

11 Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?

IN Idumęam extendam calciamentũ meum: mihi alienigenę amici facti sunt.

(Ex Cass.) QVIS deducet me in ciuitatem munitam.] Lõquitur hic Christ⁹ [ET quis deducet me vsque in Idumęam] Sicut homo quærit Christus vt respõdeat, negat hoc ab homine posse fieri. Ciuitas munita infernus est, quam nullus poterat aperire. Idumæa sunt gentes quibus post resurrectionem innotuit. Hæc autẽ à sola deitate poterant fieri.

12 Nónne tu deus qui repulisti nos? & nõ exibis deus in virtutibus nostris.

(Ex Cass.) NONNE tu] domine facies hoc, scilicet [QVI repulisti nos] plũraliter dicit nos, quia hęc Christus cum mẽbris patitur: & ipse enim repellitur & mẽbra repelluntur, dum tribulationibus exponuntur. Supra vero loquebatur singulariter dicendo [DADVCET me, &c. [ET non egredieris deus in virtutibus nostris.]

12 Da nobis auxilium de tribulatione. quia vana salus hominis.

13 In deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

DA nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.

IN DEO faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros] qũi supra in alio psalmo dicti sunt tribulantes. Horum omnium expositiones require in psalmo 59. (Ex Aug.)

COLLATIO
In psalmum 107, Paratum cor meum deus, &c.

1 PARATVM cor meũ.] Resumitur quod nõ est in Hebræo, sed in Septuaginta, ad rei emphasim, quod aliquoties admonitũ est. Alia quę facere videntur varietatem conciliata sunt vt potuimus, psalmo 59, vbi iidẽ versus sunt qui hic à quinto ad calcem.

10 Vnum annotandũ, quod Hieronymus ad Suniam & Fretellam scribit, illud, Mihi alienigenæ subditi sunt, vt in latino legitur hic, haberi in Gręco & Hebręo, Mihi amici facti sunt, psalmo autem 59. subditi sunt. Dicit enim hic, legi ἐφιλιάσθησαν, id est, amici facti sunt. Idq; apud omnes translatores, Illic autẽ ὑπετάγησαν, id est subditi sunt: quum tamẽ in codicibus, quos videre licuit, vtrobique habeamus, ὑπετάγησαν.

CVIII. PSALMI TIT.
In finem psalmus ipsi Dauid.

DEVS laudem meam.] Titulus, [IN finem psalmus Dauid.] Titũlus patet, psalmus iste est, quintus eorũ qui latius de Christi passione agũt. (Ex Cass. in cõclus. psalmi.) Prõphetia enim hic de Christo esse ostenditur in actibus apostolorũ, vbi de Iuda prophetatum hoc esse quod hic legitur à Petro dicitur, scilicet episcopatum eius accipiat alter: de quo tamen solo non omnia quę hic dicũtur possunt accipi, sed de genere inimicorum Christi, ingratorúmque Iudæorũ. (Ex Aug. Act. 1.) Vt enim Petrus typũ ecclesiæ gerit, ita Iudas personas inimicorum Christi portat, quibus congruuntur etiam ea quæ de Iuda expressa sunt, vt illud, Et episcopatum eius accipiat alter. Intentio. Monet Iudæ malitiam declinare, & Christi humilitatẽ imitari. Modus. (Ex Cass.) Tripãrtitus est psalmus. Primo, incipiẽs Christus à prece increpat Iudæos, qui reddunt mala pro bonis. Secundo, prophetat quæ mali recipiẽt pro impietate, ibi,

Conſtituc ſuper eum. Tertio preeatnr, vt reſurrectionem cnnſequatur, & inimici dedecus, ibi,
Ex Caſs. Et tu domine. Chriſtus ergn ſecundū quod homo orans ad patrem ait, ô,

EVS laudem meá ne tacueris.: quia os peccatoris &os doloſi ſuper me apertum eſt.

Ex Aug. DEVS] qui ſolus verax es ex te [NE tacueris laudem meam] ex te, cui laudanti eredendū eſt. Vēra eſt enim laua veracia dei, ita verò impletū eſt vt orat, cum prædicatus eſt vnigenitus filius
Ex Caſs. dei eſſe, [QVIA oa peecatotia] Ecce decora diuerſitas. q.d. Ideo ne taceaa laudem, quia iniqui non tacent vituperiū. Et hoc eſt, qnia [OS pec-
Ex Aug. catoris & doloſi ſuper me apertū eſt. Dūm virtus mea operta eſt, quaſi quod dolo tegebatur, à doloſo erupit in vocem: ſed ei eredendū non eſt, quia falſa vituperatio eſt mendacis hnminis. quod autem dolus erumpat in vocem, oſtenditur cum ait,

2 Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odii circundederūt me: & expugnauerunt me gratis.

Matt. 22 Ex Aug. LOCVTI ſunt lingua dnlnſa,] dicentes, Magiſter ſcimns quia verax es, &c. & hōc fuit aduerſum me, quia inſidiādo hne dicebant. Et deinde [CIRCVNDEDERVNT me ſermnnibus odii] aperte elamantes, Crncifige, crucifige.
Ioan. 19. [ET expugnauerūt me gratis] & ſine iuſta cauſa. Sicut enim piis per ſe placet æqnitas, ſic impiis iniquitas.

3 Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam.

Ex Aug. Luc. 11 PRO eo vt me diligerēt,] id eſt, prō eo quod debebāt me diligere [DETRAhebant mihi] negantes me eſſe filium dei, & dieentes, quod in beelzebub eiicio dæmonia. Vel ſecundū aliam literam, Pro eo vt me diligerent, interficiebant me, Et detrahebant mihi. Ideo enim interfecerunt, quia detraxerūt. Plus enim noeent in mēbris detrahētes Chriſtn, qui animas crediturorum interficiunt, quàm qui eiua carnē mox reſurrecturam peremerunt. Et eſt ſenſus. Pro bono mala reddebant, quod eſt deterius. illi detrahebant [EGO autem] ecōtra [ORABAM] etiam pro ipſis, non ſolum pro fide diſeipulorum.

4 Et poſuerūt aduerſum me mala pro bonis: & odiū pro dilectione mea.

Ex Aug: ET poſuerunt] q.d. Rēddebam bona pro malis, ipſi detrahebāt mihi, qui nrabam pro eis. Et ita [POSVERVNT mala pro bonis,] quę mala pro qnib⁹ bonis? Ecce [ET odiū pro dilectione mea.] Hic eſt omnis & magnns reatus eorū. Nō enim nocere potuerūt perſequētes, nō neceſsitate, ſed volūtate morientē, ſed totū crimē perſequentiū eſt odium, quanuis ſit volūtaria pœna patientis. ¶ Hic notandū eſt quod in reddē- Ex Aug.
dia bonis vel malis 6. differentiæ ſunt, quæ cōmemoratæ animaduerti facile poſſunt, ſcilicet reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis. hæc duo bonnrū ſunt, & prius qnidē melius eſt. Itē non reddere bnna pro bonis, & reddere mala pro bonis, & hæc duo malorū ſunt, & poſterius quidē deterius eſt. Item reddere bona pro bnnis, & mala ꝓ malis, & hæc duo mediorū ſunt, id eſt, enrū qni ſunt vel mediocriter boni, vel mediocrirer mali, & prins propinquum eſt bonis, quod Chriſtus non arguit in euāgelio:
ſed plus oportere dicit, quia & ethnici hoc fa- Matth. 5
ciunt. Diligūt enim diligentes ſe: poſterius verò propinquum eſt malis, ſcilicet reddere malum pro maln, & connenit tamen & bonis. Vn-
de & lex modum vltionis ſtatuit, oculū pro neu- Exod. 21.
lo, dentem pro denre: & huiuſmodi: quæ ſi dici poteſt iniuſtnrum iuſtitia eſt, nō tamen ideo eſt, quia iniqua ſit vltio quam lex ſtatuit: ſed quia vitioſa eſt libido, id expetentis deſiderio vlciſcendi. magiſque ad iudicem pertinet hoc inter homines diſeetnere, quam bnnū hnminem ſibi expetere vindictam. Hic enim reddet malū pro malo iudex verò non, ſed delectatione iuſtitiæ
iuſtnm reddet pro iniuſto, quod eſt reddere bo- Ex Caſs.
num pro malo, quod etiā deus iudex facit. Tribus ergo modis omne peecatū cōtrahitur in huiuſmodi redditionib⁹. primus gradus eſt nō reddere bona pro bonis. Secūdus, reddere mala pro malis. extremus reddere mala ꝓ bonis. Hnc deterius Iudæi elegerunt, ſeilicet vt Chriſtn detraherēt, & odiū pro dilectione redderēt. Con-
tra hęc ſunt alia tria. Primnm eſt dare bona pro Luc. 23.
bonis. Secundnm, non reddere mala pro malis. Perfectum, reddere bona pro malis, quod Chriſtus orans pro Indæis fecit.

5 Conſtitue ſuper eum peccatorem: & diabolus ſtet à dextris eius. PARS II.

CONSTITVE] Seeūnda pars, vbi ineipit Ex Caſs.
prophetare, quæ mali pro impietate recipiār, &
legitnr hoc prius ſpecialiter de Iuda. Sūpra er- Ex Aug.
gn de plurib⁹ loquebatnr. locnti ſunt & eireundederunt, &c. Nunc verò quo digni ſunt prænnntians, de vno dicit, intende in eum, id eſt, in Indam, qui ſc.ı. Chriſtum talibus tradidit. quales erant de qnibus ante loquebatur. q.d. Quia peecator & doloſus aperuit ſnper me os ſuum, ideo [CONSTITVE peccatorē,] id eſt, diabolum [SVPER eum] qui Chriſto nolnit eſſe ſubditus. Et quaſi quis quæreret, quē peccatorem? Subdit, [ET diabolus ſtet à dextris eius.] Hnc dextrum cuique eſt qnod aliis pręponit. Et hic, id eſt, Iudas opera diaboli præpoſuit nperibus dei, auaritiam ſuæ ſalnti. Stetit ergn diabolus à dextris, quandn prępoſuit anaritiam ſapientiæ, & pecuniā ſuæ ſaluti, vt eum tradetet à qno debuit poſsideri, ne à diabolo poſſideretur. & prędicit non nptat

6 Cum iudicatur, exeat condēnatus: & oratio eius fiat per peccatū.

CVM iudicatur, exeat condemnatus,] id eſt,

Matt.25. qũia noluit esse talis cui dicatur, Intra in gau-
Matt. 22 diũ domini tui: sit de quo dicatur, Proiice eum
in tenebras exteriores. Et ne putetur ab immi-
nente damnatinne liberari, nratione quam inter
apostolos didicerat inquit [ET oratin eius fiat
Ex Aug. in peecarum] qũia nnn est per Christum, quem
nnn vult sequi, sed persequi. Nntandũ quia non
est iusta oratio, nisi quæ per Christũ fit. Et non
solum non delet peccatum, sed etiam ipsa fit in
peccatum. Illa autem oratio non fit per Chri-
stum, quæ non affectu bono fit, nec bonũ petit,
sicut ecõuerso. Illa fit per Christum, qua peti-
tur qnod petendum est, & en modo quo peten-
dum est: aliquando autem sic oratur, vt in parte
fit oratio per Christũ, & in parte nõ. Quando
bonum non bene, vel bene non bonum petitur.
Iudas autem, nec bonũ nec bene petiit. Quãdo
Ex Aug. aũtẽ Iudas ita orare potuerit, vt oratio eius fie-
ret in peccatum, quæri potest, credo antequam
dnminum traderet, & cum iam de illo eogita-
ret tradendo, nnn enim iam poterat orare. Per
Christum.

7 Fiant dies eius pauci: & episco-
patum eius accipiat alter.

Ex Aug. FIANT dies] apostolatus [EIVS pauci] &
ne sacratus duodenarius numerus fit diminu-
tus [ET episcopatum eius accipiat alter.] Loco
enim eius substitutus est Matthias, vt legitur in
Act. 1. actibus apostolnrum. Nõta quod hic primn in
Ex Cass. veteri testamento nomẽ episcopatus inuenit. &

8 Fiant filii eius orphani: & vxor
eius vidua.

FIANT filii eius orphani: & vxnr eius vi-
Ex Cass. dua.] Nõta Iudam vxnrem habuisse, & filios,
Ex Aug. & ita factum fuit, vt hic dicitur: vtiq; mortuo
in sequẽt. ipso, & filii eius orphani, & vxnr eius vidua fuit.
Sed dicet aliquis, an hoc ad pœnã Iudæ perti-
nere credendũ sit, quod sui passi sunt, an etiam
vllus dolor tangat mnrtuos, de his quæ in suis
post mortem contingunt, vel quomodo ea quę
circa nos aguntur, nouerint spiritus eorũ mor-
tunrum. cui respoudendn magnam quidem esse
quæstinnẽ, nec in præsenti esse differẽdam. Ve-
runtamẽ breuiter potest dici, quod est cura mor
tnis de suis charis, vt de diuite legitur: qui dum
Luc.16 tormenta apud inferos pateretur, leuauit ocu-
los ad Abraham, & inter alia dixit, Habeo enim
quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veni-
ant in lncum hunc tnrmentnrum. Habent enim
mortui curam de viuis, quns sciunt viuere et quia
nec in locis pœnarum viuent eos, vbi diues sine
fratribus erat, nec in requie beatnrũ, vbi Abra-
ham & Lazarum quamuis lnnge agnoscebatur:
non tamẽ ideo cõsequens est eos scire, quæ cir-
ca charos illorũ aguntur hic, vel lęta vel tristia.
Ex Aug. Si ergo hæc sentiunt mortui, id est, suõrum tri-
& Alcu. stia, quod hic dicitur, cumulus est inde malorũ.
Si verò non sentiunt formido est viuorũ. Pos-
sunt enim timere ne pro peccatis suis vel pa-
rentum similia eis contingant.

9 Nutantes transferãtur filii eius
& mendicent: & eiiciantur de ha-
bitationibus suis.

FILII eius nutãtes], id est, incerti quo eant Ex Aug.
[TRANSFERANTVR & de habitationib⁹ suis
eiiciantur] nmni præsidio destituti. [ET mendi-
cent] qnomodn hoc totum vxori eius contige-
rit & filiis indicat dicens,

10 Scrutetur fœnerator omnem
substantiam eius: & diripiant alie-
ni labores eius.

SCRVTETVR fœnerator omnem substan
riam eius: & diripiant alieni labores eius.] Sẽd Ex Aug.
qnnmodn habuerit substantiam qui cũ aposto- ad calcem
lis dnminũ sequebatur? nmnia autem quæ ha- primę ex-
buit ita vxori & filiis dimisit, vt adhuc in illis positionis
cor habuit, nec vinculum cupiditatis abruperit, psalmi.
& putabat dominum falli: quando ea quæ mit- Ioan.12
tebantur de loculis auferebat.

11 Non sit illi adiutor: nec sit qui
misereatur pupillis eius.

NON sit illi adiutor] Hõc ideo addit, quia & Ex Cass.
boni tentantur: sed habẽt deum adiutorem. de
illn autem dicitur, [NON sit illi adiutor] scilicet
ãd tuendam eius posteritatẽ, vnde addit, [NEC Ex Aug.
sit qui misereatur pupillis eius.] Pũpilli dicun- Ex Cass.
tur quasi pusilli: vnde & pupilla oculi dicitur,
quia parua. Sed quia pnssent sine adiutore filii, Ex Aug.
licet in crũnis crescere, & genus propagationis
seruare, addit,

12 Fiant nati eius in interitum:
in generatione vna deleatur nomẽ
eius.

FIANT nati eius in interitum] pẽr hoc o- Ex Cass.
mnem posteritatis spem tollit. Et [IN genera-
tinne vna deleatur nomen eius.] q. d. qũod de Ex Aug.
eo generatũ est, nõ generet, & cito transeat. Et,

13 In memoriam redeat iniqui-
tas patrum eius in cõspectu domi-
ni: & peccatum matris eius nõ de-
leatur.

INIQVITAS patrũ eius redeat in memo-
riam in conspectu domini, & peccatum matris
eius non deleatur. Peccata patrum eis reddun- Ex Aug.
tur, qui à malis non recedunt eorũ: sed non eis
qui mntati sunt in Christo, qui iam non sunt fi-
lii iniqunrum, quia iam non imitãtur mores il-
lnrũ. Si ergo Iudas teneret adoptionem quam
acceperat, nnn pertineret ad eum sua præterita
vel patrũ iniquitas: sed quia rediit ad mala ve-
rusti generis, rediit iniquitas patrum eius in cõ-
spectu domini, vt in eo puniretur. Vnde vere di
citur in Exodn, Reddã peccata patrũ in filios, Exod. 20
&c. qđ dictũ est de imitãtibus iniquitatẽ patrũ.
Quod verò dicitur per Ezechielẽ prophetam, Ezec.18
Filius nõ portabit iniquitatẽ patris, de conuer-
sis ad deum intelligendum est. Et

14 Fiant contra dominum sem-
per, & dispereat de terra memoria
eorum: pro eo quòd non est recor-

datus facere misericordiam.

Ex Aug. FIANT semper]pãter eius & mater [CONTRA dominum] non vt domino aduersentur, sed vt deus mala merita eorum non obliuiscatur in isto. Et est [FIANT contra dominum,] id est, in cõspectu domini, quod & alii sic trãstulerunt[ET memoria eorum].i.parentum eius [DISPEreat de terra]deleta ꝓgenie [PRO eo quod non est recordatus]Iudas[FACERE misericordiam.]

15 Et persecutus est hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare.

Ex Cass. ET persecutus est hominem inopẽ & mendicum,] scilicet Christum, pauperes persequi, sola sęuitia est. Ex Aug. in secũda expositione. alii verò, pro diuitiis vel honoribus interdũ huiusmodi patiuntur. ¶ Vel de populo Iudæorum possunt hęc omnia accipi: hęc eadem nanque congruunt Iudæis, quorũ personam Iudas gessit. q.d. quia reddiderũt odium pro dilectione, ideo, Constitue peccatorem super eum, populũ. Et diabolus stet à dextris eius, sicut de Iuda. Ita de Iudæis hæc accipiuntur, Cum iudicatur exeat condemnatus, quia Iudęi in nequitia sua permanentes thesaurizant sibi irã in die iræ & reuelationis iusti iudicii. Et oratio eius fiat in peccatum, quia non fit per mediatorem dei & hominũ Iesum Christum. Et, Fiant dies eius pauci, secundum regnũ hoc accipiendũ est quod postea non diu stetit. Et episcopatũ eius, populi, Accipiat alter. Episcopatum Iudęorum, id est Christum, qui ad eos Esa.9. Ex Hier. missus erat, accepit populus gentiũ. Vnde, Verbum misit in Iacob deus, & cecidit in Israel. Fiant filii eius orphani, amisso regno, quasi patre, vel amisso patre deo. Et vxor eius, id est, plebs Iudaica, Fiat vidua, amisso regno. Nutantes trãsferentur filii eius & mendicent: & eiiciantur de habitationibus suis. Vt sæpe in captiuitate factũ est. Et mẽdicẽt, sub regibus gẽtium. Et, Fœnerator, id est, diabolus, qui mala cõmendat, vel deus qui bona cõmodat, Scrutetur omnẽ sub- Ex Aug. stantiam eius, id est, vitam singula peccata puniens. Debita enim illorũ non dimittũtur, quia in solo Christo dimittuntur quem respuerunt. Et alieni, id est, diabolus & angeli eius, Diripiãt labores eius, quia non thesaurizant in cælo. Et, Non sit illi adiutor, adiutor nõ est ei, cui Christus deest. Et pupilli eius, qui amisso regno vel patre deo, sic mãserunt. Nec sit qui misereatur, non dico ad temporalia: sed ad æterna habẽda. Fiant nati eius in interitu, sempiterno. Et, Deleatur nomen eius, ideo quia mansit, In generatione vna, id est, quia regenerati non fuerũt. Et, Redeat in memoriam in cõspectu domini iniquitas patrũ eius, quæ his malis in malitia perseuerantibus redditur. Et, non deleatur peccatum matris eius, id est, Hierusalem terrenę, quæ seruit cum filiis, quę prophetas interfecit. Fiant contra dominum semper, id est, à cõspectu domini peccatũ eorum non aboleatur, sed semper puniatur. Et dispereat de terra, viuentiũ, id est, ecclesia, memoria eorum, quia cum essent rami naturales fracti sunt. Pro eo quod nõ est recor- Rom.11 datus, vel Iudas, vel ipse populus, Facere misericordiam. sed melius dicitur de populo, qui non est recordatus pœnitendo, vt supra mẽbra Christi saltem faceret misericordiã: sed ea persequitur, vnde ait [ET persecutus est hominem inopem & mendicum,] vel Iudas ipsum Christum sæuissime [ET compũctum corde mortificare,] id est, vt mortificaret. hoc de Christo in membris dicitur. Compunctus enim corde non solet dici, nisi qui stimulis peccatorum punctus est in dolore pœnitendi. Sed quia & hi tales sunt mẽbra Christi, ideo & eum quẽ crucifixerunt, Iudæi persecuti sunt in membris.

16 Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.

Ex Aug. ET dilexit maledictionem] Iũdas de loculis furando, & dominum vendendo: vel Iudæi di- Ioan.12. cendo, Sãguis eius super nos, & super filios no- Matt.26. stros [ET veniet ei, & noluit benedicere] sicũt Ex Aug. quando maledixerũt cæco illuminato, dicẽtes, Tu discipulus eius sis [ET elongabitur]benedictio[AB eo]ad gentes.

17 Et induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.

Ex Aug. ET induit] Iũdas, vel populus [MALEDICtionem,]id est, peccata, quæ modo delectãt, sed dicuntur maledictio, quia tormenta parãt, addit[SICVT vestimentum]quod quia corporis est per ipsum, corpus deprauatum significatur.]ET]eadem maledictio [INTRAVIT sicut aqua in interiora eius]per quod intelligitur deprauata anima. foris enim in corpore, & intus in anima maledictionem habuit, incidẽs in eius iudicium, qui corpus & animã perdit in gehennam & eadem maledictio fuit [IN ossibus eius] per quod notatur deprauata ratio. addit [SICVT oleũ]per quod ostẽditur quia delectat eos modo facere mala. Vel ideo dicit, Sicut oleũ, quia homines fortes se putãt: ideo quia licet eis mõdo impune mala facere; sicut agonistæ oleo vnguntur, vt sint fortiores.

18 Fiat ei sicut vestimentum quo operitur: & sicut zona qua semper præcingitur:

Ex Aug. FIAT ei]Iudæ vel populo ipsa maledictio [SICVT vestimẽtum quo operitur] Idem videtur dicere hic qđ supra vbi dixit, Induit maledictionem sicut vestimentũ: sed differt, quia supra dixit vestimentum quo induitur vt tunica. Hic verò dicit vestimentum, Quo operitur, vt pallio, quod est in conspectu hominum de iniquitate gloriari[ET fiat ei]maledictio[SICVT zona]qua[SEMPER præcingitur] Zona præcingũtur homines, vt ad opera sint aptiores nõ impediti finibus vestium. Maledictione ergo sicut zona præcingitur, qui non repẽte facit malum, sed dispositũ aggreditur: & ita discit male

agere vt semper sit paratos. Vnde hic ait, Semper præcingitur.

19 Hoc opus eorũ qui detrahũt mihi apud dominũ: & qui loquuntur mala aduersus animam meam.

Ex Aug. HOC opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum.] Nõn dixit, hæc est merces eorũ, sed opus. patet enim quod vestiměto & aqua, oleo, & zona opera describit, quibus maledictio æterna comparatur. Dicit autem pluraliter eorum, qui detrahunt, quia non vnus tantum est Iudas, sed multi: de quibus dicit, [QVI DETRAHUNT mihi apud dominum] dicentes me nõ esse eum, quem lex domini & prophetæ prænuntiauerũt,
Ex Alcu. & Cass. vel apud dominum specialiter Christo detrahunt, qui dicunt eum non esse ex patre, vel minorem patre [ET qui loquuntur mala aduersus
Ex Aug. animam meam] dicentes non potuisse resurgere, cum vellet.

PARS III. 20 Et tu domine domine fac mecum propter nomẽ tuum. quia suauis est misericordia tua.

Ex Cass. ET tu domine] Tertia pars, vbi precatur, vt liberatus resurrectionẽ consequatur & inimici dedec⁹. q. d. Isti ita, [ET tu domine domine] Ge-
Ex Aug. minatio notat affectum orandi. Et nõta quod ait, Et tu, Quia non sine causa præposita est, Et, cõiunctio, ac si diceret, Ideo dico, Et tu, qa & ego facio. Vnde sequitur, [FAC mecum] quia eadẽ sunt opera patris & filii. Et est sensus, Fac mecum, id est, operare vt ego, in vasa misericordiæ. Vel, Fac mecum, id est, adiuua me secũdum hominem: & hoc non propter mea merita præcedentia, sed [PROPTER nomen tuum] per hoc gratiam commendat. Nullis enim operum meritis præcedentibus in tantam celsitudinem subuecta est humana natura, vt totũ simul verbum & caro hoc est deus & homo, vnigenitus filius diceretur. hoc autem factũ est vt ab illo qui creauerat per id qđ non perierat id quod perierat quæreretur. Vnde hic sequitur, [QVIA suauis est misericordia tua] quæris enim per me, id quod perierat.

21 Libera me quia egenus & pauper ego sum: & cor meum conturbatum est intra me.

Ex Aug. LIBERA me] q. d. Ita vtiq;, fac mecũ [LIBERA me] à passione, quia [EGENVS & pauper ego sum] Egestas & paupertas Christi, est infirmitas ex qua crucifixus est. [ET cor meũ
Matt. 26 Ex Cass. conturbatum est intra me.] Vnde, Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Cõr enim potuit turbari, sicut caro crucifigi, in quibus vera natura hominis aperitur. Et,

22 Sicut vmbra cũ declinat, ablatus sum: & excussus sũ sicut locustę.

Ex Aug. SICVT vmbra cum declinat ablatus sum,] id est, mõrtuus. Sicut enim ex vmbra declinante fit nox: sic ex mortali carne fit mors [ET excussus sum sicut locustę] Hoc iam in membris eius id est, infidelibus conuenientius existimo intelligi. Vnde apertius pluraliter dicit, Sicut locustę quàm sicut locusta. Excussi ergo, id est, fugati à persecutoribus sunt fideles, qui sunt multi sicut locustæ, vel salientes de loco ad locum: à simili locustarum. Et

23 Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro mea immutata est propter oleum.

GENVA mea infirmata sunt à ieiunio] & hõc Ex Aug. apertius in mẽbris intelligitur. Et est [GENVA mea infirmata sunt à ieiunio] .i. fortes mei pane. i. Christo subtracto, defecerũt, quod in Petro apparuit, sed nõ penit⁹ succũbũt factũ est quod sequitur [ET caro mea immutata est] in meliua in gloriã immortalitatis, vt in morte deficientes misso spiritu cõfirmaret [PROPTER oleum,] id est, spiritualẽ gratiã, vnde Christus dicitur. Christus enim dicitur à chrismate chrisma vnctio est. Immutata est ergo caro Christi, vt misso spiritu sancto vngeret discipulos qui ad eos Ioan. 16. non venisset, si Christus nõ abiuisset. Vnde ait & 7 ipse, Nisi ego abiero paracletus non veniet ad vos. Et euangelista ait, Nondũ erat spiritus da- Galat. 3 tus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus.

24 Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me, & mouerunt capita sua.

ET ego factus sum opprobriũ illis] quia factus Ex Aug. sum maledictũ per mortẽ crucis [VIDERVNT me & mouerũt capita sua] quia viderũt me pẽdere in cruce, sed non resurgere. Viderũt quan do genua mea infirmata sunt, sed non quando caro immutata. Et, ideo, Mouerunt capita sua, tanquam furiosi commotione capitis minan- Ex Cass. tur, ergo, ô,

25 Adiuua me domine deus meus: saluum me fac secũdum misericordiam tuam.

DOMINE deus meus adiuua me] tõtũ. s. caput Ex Aug. & corpus. Nõta quod Christus rogat vt ho Ex Cass. mo qui præstat vt deus [SALVVM me fac secundum misericordiam tuam] nõ secũdũ de- Ex Aug. bitum operum adiuua me.

26 Et sciant quia manus tua hæc: & tu domine fecisti eam.

ET per hoc [SCIENT] vel, Sciãt, hĩ scilicet Ex Aug pro quib⁹ orauit, qui erant inter illusores, quod sciẽt? [QVIA manus tua hæc & tu domine fecisti eã.] Manus patris est Christus, vnde & bra Esa. 53 chiũ domini cui reuelatũ est. Hæc manus est & erat: quia est verbũ apud deum, & fecit eã, dum verbum caro factum est. Erat sine tempore secundum diuinitatem, & facta est in tempore secundum carnem.

27 Maledicẽt illi, & tu benedices, qui insurgunt in me confundantur seruus autem tuus lætabitur.

Ex Aug. MALEDICENT] insultantes [ILLI] manui tuæ Christo. Vana est ergo maledictio malorum. deus verò cum benedicit, facit quod dicit, [ET tu] bonus [BENEDICES qui insurgūt in me] putantes proficere contra me [CONfundantur] quod erit cū exaltatus fuero super cælos, & cœperit esse super omnem terram gloria mea. [SERVVS autem tuus lætabitur,] vel in dextera patris, vel in membris lætantibus. Et,

28 Induantur qui detrahūt mihi pudore: & operiātur sicut diploide confusione sua.

QVI detrahunt induantur pudore,] id est,
Ex Aug. pudeat eos detraxisse mihi, quod in bono potest accipi dum corriguntur. [ET operiantur sicut diploide cōfusione sua] diplois duplex pallium est. Vnde alii interpretantur pro diploide, duplex pallium. Et est, Operiātur sicut diploide confusione sua, id est, confundantur intus &
Ex gl.int. foris, id est, coram deo & corā hominibus. Vn-
Hiere.17. de alibi, Duplici cōtritione contere eos domine deus noster. ego autem,

29 Confitebor domino nimis in ore meo, & in medio multorū laudabo eum.

Ex Aug. CONfitebor] laudē [DOMINO] hoc in mēbris [NIMIS] .i. valde solet exponi nimis pro plus quàm debet, sed & pro valde, accipitur vt hic.
Rom. 10 Confitebor dico [IN ore meo] quia ore confessio fit ad salutem [ET laudabo eū in medio multorū] .i. cōmuni. Hoc est quod alibi dicit, in medio ecclesię laudabo te. Vel, In medio multorū
Rom. 10. laudabo eum, id est in corde multorū, quia corde creditur ad iustitiam.

30 Qui astitit à dextris pauperis: vt saluam faceret à persequentibus animam meam.

Ex Aug. QVI astitit] q.d. Cōnfitebor domino [QVI astitit à dextris pauperis] diabolus à dextris Iudæ stetit, qui diuitias suas augere voluit vēdito Christo: sed dominus astitit à dextris pauperis, vt ipse dominus sit diuitiæ pauperis. Astitit enim non vt annos huius vitę augeret, vel vt forsem, vel vt incolumem, vel vt diuitē faceret: sed vt animam saluaret à persequentibus, vnde subdit [VT saluos faceret à persequētibus animam meā] ne paupertate, id est, infirmitate succumbat. Hoc autem adiutoriū corpori Christi datum est in omnibus sanctis martyribus.

COLLATIO
In psalmum 108, Deus laudem meam ne tacueris.

1 DEVS laudem meā ne tacueris] Hebr. referunt laudem ad nomen deus, non ad verbū subsequēs, vt sit deus laudis meæ, quod est interprete Hieronymo, Deus laudabilis mihi. Siue (vt vertit Munsterus) deus in quo laus mea. Deinde posita diastole, sequitur, ne taceas. Atqui אֱלֹהֵי תְהִלָּתִי elohe thehillathi, Septuaginta acceperunt, ac si non esset in statu cōstructiuo, ceu אֱלֹהִים elohim. Eodē tamē sensus cōspirat.

3 PRO EO VT ME DILIGERENT.] Quia Heb. legitur per nomē pro dilectione mea תַּחַת אַהֲבָתִי tahath ahabathi. Hinc fit, vt ambigue intelligatur dilectio qua diligo, aut dilectio qua diligi debeam. Et Hieronymus vertit pro eo, quod eos diligebam. Sic Gręcum anceps est, ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾶν με. vtrinque autē apte perfidorum Iudęorum ingratitudo exprimitur.

9 EIICIANTVR de habitationibus suis.] Hieronymus, Quærātur in parietinis suis. Recte conciliat Faber. Siquidem Hieronymus ponit antecedens, Septuaginta consequens. Cęterum neoterici Hebraicantes, vertunt actiue דָּרְשׁוּ dareschu, quærant vel inquirant de vastationibus suis, aut locis desolatis. Potest reduci ad concordiam, si tamen retuleris quærāt ad quos pertinebat tales eiicere filios, etiam si coactius videri possit.

10 SCRVTETVR] Hieronymus & Nebiensis similiter. Alii, Illaqueet aut perdat, quāquam scrutari hic positum sit, ceu qui id facit, eo animo faciat, quo perdat, & laqueis suis dolosis omnia inuoluat quæ sua non sunt. Non longe tamen à vero est, positam literam nun, loco beth, quæ interdum non est absimilis, vt sit יְבַקֵּשׁ iebaqquesch, vbi habemus יְנַקֵּשׁ ienaqquesch.

12 FIANT nati eius.] Hieronymus & plerique alii, Fiat nouissimū eius אַחֲרִיתוֹ ahatitho. Potest etiam intelligi posteritas vt reddiderunt Munsterus & interpretes pro Caietano.

12 HOC opus eorum.] Hieronymus, Hęc retributio פְּעֻלַּת peullath, quidē est, & vertitur opus, sed merces intelligitur teste Munstero ex kimhi, etiam si aliter exponat Augustinus.

APVD dominum] Vt respōdeat verbo precedenti, detrahunt mihi, siue vt Hebręi habēt, qui aduersantur mihi. Deinde ponunt à domino, & sit retributio à domino. Hebraice habetur מֵאֵת meeth, vbi est nota & ablatiui & accusatiui simul.

23 CARO mea immutata est propter oleū.] Hieronymus vertit, quod postremum est, absq; oleo, quod intelligunt pinguedinem siue succū, & dicūt, Caro mea exaruit, siue emarcuit à pinguedine. Vel (vt ait Mūsterus) propter defectē sem pinguedinem. Ad verbum tamen מִשָּׁמֶן mischamen, est ab oleo, vel propter oleū, vt nihil agat Faber causatus, quod legi debeat præter oleum, non propter. Siquidem Græce habetur δι' ἔλαιον.

CIX. PSALMI TIT.
Psalmus Dauid.

DIXIT dominus domino meo] Titulus, [PSALMVS Dauid] Titulus patet. Psal- Ex Cass.
mus iste septimus est eorū, qui agūt de duabus naturis in Christo, qui plene & breui-

ter de incarnatione & omnipotēti deitate Christi dicit, sicut Ioannes in euangelio, In principio erat verbum,& verbū caro factum factū est. Totum hic summatim dicitur de duabus naturis Christi, quicquid in vtroque testamento cōtinetur. Intentio. Propheta hortatur subijci Christo. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo, refert propheta verba patris de de filio, vbi natura deitatis & humanitatis Christi exponitur. Secundo, pater indicat naturam deitatis aliquatenus, ibi, Tecū principium. Tertio, propheta agit de humanitate Christi, ibi, Iurauit dominus. Propheta ergo naturam deitatis primo aperiens, ait,

Ioan. 1. | Ex Cass.

DIXIT dominus domino meo, Sede à dextris meis. DOMINVS] pater [DIXIT] Mnre nostro loquitur propheta, eum ait [DIXIT vt homo, scilicet instruatur. nō enim ore protulit, sed, Dixit, re, id est, effectu. Vel potius re, id est, generatione. vel, Dixit, id est, æternaliter disposuit [DOMINO meo,] scilicet filio qui dominus meus est, etiam secūdum quod homo, id est, ipse homo, nō tantum ex eo quod homo per hoc quod dicit, Dominus domino, idem nomen repetendo personas discerne, & vnam naturam, & potentiā personarum accipe. Item quod ait, Domino [MEO] hoc deitatis indicium est. quod vero ait, Sede, & Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex Sion, hoc humanitatis indicium est. Quid dixit pater filio? hoc [SEDE], id est, pōst laborem quiesce, & conregna secundū quod homo. Sede, Nōn solum in alto, vt excellens domineris: sed etiam in occulto, vt latens & occultus credaris, quia non est merces fidei nisi lateat quod credimus. Subtracti autē, scilicet qui hic inferius sunt, & nōdum sursum sperant, & credunt quod non vident. Hæc est iustitia fidei, de qua dominus in Euangelio, Cū venerit Paracletus, arguet mundum de peccato, quia non credit: & de iustitia, quia ad patrem vado: & iam non videbit is me, id est, hæc erit iustitia vestra vt credatis in eum quem non videbitis. Tunc enim iustus ex fide viuit, si non videt quod credit. Dum ergo ait, Sede, duo notat, scilicet eum post laborē pasionis quiescere & conregnare, & in occulto esse. Sede dico [A dextris meis,] id est, in potioribus meis bonis. Vel, Sede à dextris meis, id est, conregna coæqualis mihi, vt per dextram accipiatur equalitas quam habet Christus cum patre.

Ex Cass. | Exgl. Int. & Haym. | Ex Cass. | Ex Alcu. & Cass. | Ex Aug. | Ioan. 16. | Rom. 1 | Ex Alcu. & Cass.

2 Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

DONEC PONAM] q. d. Sede occultus donec regnes manifestus. Et hoc est [DONEC ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum] id est, per fidem subiectos tuæ diuinitati. à simili loquitur, cum ait, Scabellum, per quod subiectio plena notatur. Per Pedes, æterna stabilitas intelligitur. Hōc autē quotidie, & si paulatim, agitur & peragitur in conuersis. Vel accipitur, Donec, pro æterno. Et est, Sede, donec ponam, id est æternaliter sicut æternaliter, Ponam inimicos tuos, volentes vel nolētes, Scabellum pedum tuorū, i. tibi subiectos, ex volūtate vel necessitate. Incipit autē ex Sion, id est, ex Iudæa regnum Christi. Vnde subdit,

Ex Aug. | Ex Cass. | Ex Aug.

3 Virgam virtutis tuę emittet dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.

VIRGAM] hāc laudem, scilicet subiectionis inimicorū propheta canit Christo, ad ipsum in sua persona loquens, & ordinem incipiendi regni ostendens, quod à Iudæa incœpit, & ad gētes transit, in quibus cōsummatur: & sic vsque ad finem psalmi decurrit propheta loquēs in sua persona. q. d. Dominus ponet inimicos tuos scabellum pedum tuorum, quod ita fiet, scilicet quod incipiet à Iudęis. Et hoc est [DOMINVS emittet virgam virtutis tuæ ex Sion,] id est, regnum potētię tuæ incipiet à Hierusalem. Vnde, De Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Nōn de illo regno Christi loquitur propheta, quo Christus semper regnat cum patre: sed de illo dispensatorio & temporali quo nos per medietatem suę carnis vocauit in ęternitatem, & in nobis regnat. cuius tamen nō erit finis. Incipit autē ab Hierusalem, vnde ipse dominus ait, Oportebat Christū pati, & resurgere à mortuis, & prædicabitur in nomine eius pœnitentia & remissio peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Virga ergo virtutis est, sceptrum regiæ potestatis, qua sustentātur boni, & frangūtur mali. Et nota quod ait, Virtutis, & addit, Tuæ, quia hæc potestas propria est Christi ex deitate. [DOMINARE] vel, Dominaberis, vel Dominabitur, quasi dicat, Emitte virgam, & sic emissa virga, Dominabitur, ipse pater. Vel tu Christe, Dominare, vel, Dominaberis [IN MEDIO,] id est, in præcordiis [INIMICORVM tuorum] quorum libet. q. d. Dominaberis conuersis, de quibuscunque populis. Non ait, Vindicabis, tanquam ingratos vindictæ districtione percellat: sed ait, Dominaberis, vt fideles educet beneficiis & correctione. Vel, Dominare in medio inimicorum tuorum, id est, in ecclesia inter malos constituta.

Ex Cass. | Ex Aug. | Ex Hier. | Esa. 2 | Ex Aug. | Ex Hier. & Cass. | Ex Cass. & Alcu. | Ex Cass.

4 Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorū: ex vtero ante luciferum genui te. PARS II.

TECVM principium] Secundā pars, vbi indicat pater naturā deitatis Christi aliquatenus pro nostra capacitate. q. d. Pater, ergo dominus emittam virgam virtutis tuæ, quia [TECVM] ēst mihi [PRINCIPIVM] quasi hoc tibi tribuo plus quam aliis, quia tu es filius per naturam, quia tecū est mihi, Principium. non dicam tibi mecum, ne alicui posterior me videaris: ego & tu vnum principium sumus omnium, quod non hic videtur, sed videbitur [IN DIE virtutis tuæ in splendoribus sanctorum,] id est, in æternitate vbi virtus diuina conspicitur non ab aliis, sed à sanctis, quando in resurrectione erūt

Ex Cass. | Ex Alcu. | Ex Aug.

Ex Aug. splēdidi vt angeli dei. Vēl ita, & loquitur etiam
pater. q.d. Iām dominaris ô Christe fili, iam vir-
tus tua est emissa, sed, In die, specialis, Virtutis
tuæ, scilicet in futuro, Tecum, erit mihi, Princi-
pium: hoc & semper est, sed non videtur: tunc
autem videbitur, cū Christus, qui olim visus est
in forma serui, videbitur à mundis cordibus in
forma dei: à quo visu tollitur impius, ne videat
gloriam dei. Dico, In die virtutis tuæ in splen-
doribus sanctorum, id est, quando sancti erūt in
splendore fulgētes, sicut sol in regno patris, tūc
cum eo erit principium, & modo principiū est,
scilicet pater cum filio principium est, sed tunc
videbitur quomodo principium cum eo, quia
tunc similes ei videbunt eum sicut est. Viderat
Philippus secundum formam serui, & obiurga-
tus eo quod in filio non agnosceret patrē, quem
Ioan. 14 quærebat videre, dicens, Domine ostende nobis
patrē, & sufficit nobis: audit, Qui me videt, nō
formam serui, sed qualem me abscondi timēti-
bus, & qualem me videndum perficio speranti-
bus, videt & patrem. Hoc autem modo creden-
dum est, vt tunc videatur, vnde & Philippo di-
citur, Non credis quia ego in patre, & pater in
me est? quasi dicat, Quod videre nōdum potes,
crede vt videre merearis filium cum patre, & in
Ioan. 17. patre, qualiter cum eo principium est pater. Hęc
autem visio, vita æterna est. Vnde, Hæc est au-
tem vita æterna, vt cognoscant te solum verum
deum, & quem misisti Iesum Christum [EX V-
TERO] quasi dicat, Hoc tunc videbitur, sed nunc,
Ex vtero, id est, ex occulta & secreta substantia
mea [GENVI TE] ineffabiliter. Et hoc [ANTE
Ex Cass. luciferum,] id est, ante omnia tempora. Lūcifer,
Ex Aug. qui nuntiat diem seculo, eminens stella hic po-
nitur pro omnibus stellis & sideribus, tanquam
pars pro toto, per quæ sydera, tempora intel-
liguntur, quia in signis & temporibus posita
Genes. 1. sunt, sicut legitur in Genesi. Et est, Ante luci-
ferum genui te, id est, ante omnem creaturam,
ante omnia tempora. Vel ex persona prophetæ
potest accipi loquētis ad filium, Tecū, quasi di-
Ex Alcuī. cat, Dōminus emittet virgā virtutis, & ipse est,
Principium tecum, id est, coęternus tibi, nō ta-
men secūdum quod tu es homo: sed, In die vir-
tutis, id est, in claritate deitatis. Virtutis dico,
Tuæ, quasi & consubstantialis est tibi. Et est e-
tiam principium, In splendoribus sanctorum, id
est, cum spiritu sancto, qui sanctos splendificat.
Ex Aug. Et ego, Ex vtero genui te, dicit Dāuid. quasi di-
cat, cum Maria sit de me, ex vtero eius virginis
genui te. Et hoc, Ante luciferum, id est, noctu.
Ante diem enim natus est Christus. ad hoc au-
tem natus est ex ea, vt esset sacerdos in ęternum,
qui se offerat.

PARS III. 5 Iurauit dominus, & non pœ-
nitebit eum: tu es sácerdos in ęter-
num, secundum ordinem Melchi-
sedec.

Ex Alcu. IVRAVIT DOMINVS] Tērtia pars, vbi
propheta agit de humanitate Christi. Ecce ver-
bum caro factum est. Et notandum quod supra
verba prophetæ agentis de humanitate Chri-
sti fuerunt, Virgam virtutis tuæ, vsque, Tecum
principiū. ibi verò deus pater siue propheta lo-
quitur, secundū diuersas lectiones, agēs de Chri-
sti deitate, Hic item propheta loquitur vsq; ad
finem psalmi, agēs de Christi humanitate. quasi
dicat, Domin' dixit domino filio, Sede à dextris
meis, &c. dedit etiam ei sacerdotium æternum.
Nam [DOMINVS iurauit] tibi, id est, firmiter
promisit tibi, secundum quod tu es homo. Iū- Ex Aug.
ratio enim dei firmamentum est promissionis.
[ET non pœnitebit eum,] id est, nō mutabit si-
cut de sacerdotio Aaron contigit, quod præ-
ter spem nostrā mutauit. Et dicitur hoc de deo
pro more nostro, in quem nulla cadit pœniten-
tia. Scit enim quid agat, nec mutat cōsilium, sed
verbo pœnitentiæ mutatio rerum aliter quam
sperabatur euenientium significatur. q.d. modo
enim tu cum aliquid pœnitet te fecisse, doles fa-
ctum quod fecisti: sic quando aliquid deus prę-
ter quam homines sperant mutat in aliud, pœ-
nitere se dicit, vsq; adeo, vt & de pœna nostra
pœniteat eū, si nos de vita mala nostra pœnitue-
rit. Ergo, Non pœnitebit eum, quia aliter non
euenit, quàm sperabatur. Et quia omnia inde
gauisa sunt, quid iurauit? hoc [TV ES sacerdos
in æternum,] id est sacērdos ęternus [SECVN- Ex Cass.
DVM ordinē Melchisedec,] quia panem & vi-
num in corpus & sanguinem suum consecrauit
Christus, cuius sacrificii similitudinem pręmisit
Melchisedec. Hinc cōstat transisse victimas se-
cundum ordinem Aaron.

6 Dominus à dextris tuis: confre-
git in die iræ suæ reges.

DOMINVS] Hīc fit cōuersio ad patrē. q.d. Ex Aug.
Et ô domine pater, qui hoc iurasti, iste sacerdos
qui est [DOMINUS] ens [A dextris tuis] cui dixisti
sede à dextris meis [CONfregit] vel, Conquas-
sauit [REGES] scilicet illos, qui volunt vel vo-
lebant delere nomen Christi. Conquassauit, id
est, infirmos reddidit, vt non possent quod vo-
lebāt. Et hoc fecit [IN die irę suæ,] id est, tēm- Ex Alcu.
pore occultę irę, quando cadentes super humi-
lem lapidē conquassantur, vel ad excęcationem
vel ad conuersionem. In iūdicio autem futuro Ex Aug.
manifestius lapis cadens super eos cōteret. Vn- Matt. 21
de qui offenderit in lapidem illum conquassa-
bitur, super quem autem ceciderit, cōteret eum
& nunc,

7 Iudicabit in nationibus, imple-
bit ruinas: cōquassabit capita in ter-
ra multorum.

IVDICABIT in nationibus] .i. In gētibus. Ex Cass.
Vide verborum proprietates, reges frangit pro
superbias populos iudicat, id est, punit propter
communia peccata: vtrosque tamen vt humi-
lientur ad cōuersionem. vnde subdit, [IMPLE-
BIT ruinas,] id est, hūmiles, nō erectus, caden-
tes scilicet ab altitudine, qua contra Christū se
erexerūt. Bene dico ruinas, quia [CONQVAS-
SABIT CAPITA multorū] vel, Mūlta [IN Ex Aug.
terra,] id est, in vita ista. Hic enim de multis su-

Ex Caſs. perbis humiles facit. Vel, In terra copioſa, ſilia
& Haym. litera, ſcilicet quę peccatores abundāter nutrit:
ſed vnde et vt hoc poſsit? ex humilitate paſsionis, de qua ſubdit,

8 De torrente in via bibit, propterea exaltauit caput.

Ex Aug. DE torrente,] id eſt, de fluxu mortalitatis noſtræ, & de tranſitoria & de turbulenta paſsione [BIBIT] naſcēdo, moriēdo: & hoc [IN via]
Ex Caſs. quam vt gigas cucurrit, qua itur ad aliam manſionē. & [PROPTEREA] qūia humiliatus eſt,
Ex Aug. & factus obediens vſque ad mortem [EXALTAVIT] vel, Exaltabit, deus [CAPVT] eius, id
Phil. 2. eſt, propter hoc exaltauit eum deus, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris.

COLLATIO

In pſalmum 109, Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis.

4 INPRIMIS nemo Chriſtianus dubitat hunc pſalmū eſſe de Chriſto Dei filio ex Matt. 22. quia tamē primus verſus iuxta Septuaginta, longe lateque diſsidet à cortice literæ hebraicę, operępretium erit in medium proponere totum verſum, ſecundū diuerſas omnium verſiones, ac deinde particulatim, vnamquāque dictionem, ex ordine excutere, ſi poterimus diiudicare abſque contentione, vnde tanta diaphonia nata ſit, & quemadmodum tātum fidei ſacramētum, à verborum ſono recedētes, myſtico & profundiſsimo extulerint ſenſu, quod nō potuit fieri ſine diuina reuelatione, extra carnem & ſanguinem, quod autem Septuaginta ſpiritu ſancto pleni fuerint ſuperius ſatis multis probatum eſt. Igitur ſic habet Hieronymus iuxta Hebręos, Populi tui ſpontanee erunt in die fortitudinis tuæ. In montibus ſanctis, quaſi de vulua orietur tibi ros adoleſcentię tuę. Nicolaus de Lyra, Populi tui, principes tui, in die virtutis tuæ, in decore ſancto, de matrice auroræ, tibi ros adoleſcentię tuę. Sāctes, Populus tuus, ſpōte veniet in die fortitudinis tuę, in pulchritudinibus ſanctitatis, ex vtero ab aurora fuit tibi ros natiuitatis tuę. Pratenſis, Populus tuus cū oblationibus, in die virtutis tuę, in decoribus ſanctitatis, ex vtero ortus eſt tibi ros generationis tuæ. Interpretes pro Caietano, Populus tuus ſpontanei, in die fortitudinis tuæ, in decoribus ſanctitatis, de vulua auroræ tibi ros natiuitatis tuę. Pellicanus, Populus tuus, oblationes liberales, in die virtutis tuę, in decoribus ſanctitatis, ex vtero auroræ, tibi ros generationis tuæ. Munſterus, populus tuus, ſpontanearum eſt volūtatum, in die exercitus tui, in magnificentiis ſanctitatis, ab vtero auroræ, eſt tibi ros natiuitatis tuę. Tranſlator ad Campenſem, Populus autem tuus in die triumphi tui, vota offeret cum ſancta pōpa. Ros enim natiuitatis tuę, ex vtero aurorę eſt. Paraphraſis huius, Populus tuus ſpōtaneas offeret & liberales oblationes tibi, quo tēpore apparebit omnipotentia tua, & omnimodus ille decor, qui te comitabitur. ante auroram enim cecidit, qui te gratioſiſsimum faciet omnibus, ros natiuitatis tuæ. Nebienſis, Populus tuus voluntarii in die virtutis tuę, In decoribus ſanctuarii, ex matrice ab aurora, tibi ros adoleſcentiæ tuæ. Vide quatenus inter iſtos, non omnia cōueniant, etiā ſi nihil aut parū ad LXX. Nunc ſingula retractemus. Tecum. Hanc particulam omnes vertunt, Populus tuus, aut populi tui. Certe in Heb. prorſus, tecum, & populus tuus, ne vno quidē elemento diſtant. Quod ſi dictio ſcribatur pūctis non notata, eſt, tecum, vel populus tuus, עמך. Siquidem עִמָּךְ immeca tecum עַמְּךָ ammeca populus tuus. Nec eſt improbabile, Iudæos hunc locum, vitiaſſe ſicut & nōnullos alios fidei pręcipuos falſarūt, quod ex parte probauimus in prologo, & adhuc non erit ocioſum, huc adducere illud Eſa. 2, Quia excelſus reputatus eſt ipſe. Hieronymus hunc locum interpretatus ait, Vbi nos diximus excelſus reputat⁹ eſt ipſe. Aquila interpretat⁹ eſt, In quo reputatus eſt iſte? Verbum Hebraicum בָּמָה vel ὕψωμα dicitur, id eſt, excelſum, quod & in regnorū libris, & in Ezechiele legim⁹. Vel certe in quo, & eiſdem literis ſcribitur בַּמֶּה ac pro locorum qualitate, ſi voluerimus legere, in quo, dicimus בַּמֶּה bameh. Si autem excelſum vel excelſus legimus, בָּמָה bamah. intelligentes ergo Iudęi prophetiam eſſe de Chriſto, verbum ambiguum, in deteriorem partem interpretati ſunt, vt viderentur non laudare Chriſtum, ſed nihili pendere. Deinde perſequitur improbare talem interpretationem, oſtendens non poſſe conſiſtere.

Secunda particula, eſt principium. Hebręus נְדָבוֹת nedaboth, & deducitur à radice נָדַב nadab, id eſt, libuit, voluntarius fuit, ſponte obtulit. Vt Hieronymus verterit, Duces ſpōtanei, vt eſt in exemplari Fabri, ſubaudiendo verbum erunt, quod non ponebatur in Hebræo. Sāctes per aduerbium extulit, addēdo verbum, veniet. At credimus Septuaginta, ſecutos fuiſſe cōſuetudinem Hebræorum in dictione altera ראש roſch, quod eſt caput, ob id princeps, ob id principium. Conſimiliter נָדִיב nadib, propie ſignificat principē, pręcipue munificū. Cur etiā non dicemus נְדָבִית nedabith, ſicut רֵאשִׁית reſchith. Certe analogia eſt in cōmunitate & cōgruentia & ſignificantia. Siquidem Hieronymus in caput Zacha. quinto, tradit iod & vau, in ſe mutuo frequenter tranſire. Et dicit, Hic error in ędi tione vulgata frequēter inoleuit, vt quia iod & vau literę eadē forma ſed mēſura diuerſę ſunt, altera legatur pro altera. Nec mireris qđ dicat errorē, intelligit enim errorē quomodo obelū in prologo Paralip. Vbi verò (inquit)

obelus transuersa scilicet virga præposita est. Illic significatur quid Septuaginta interpretes addiderint ob decoris gratiam, vel ob spiritussancti authoritatem, licet in Hebręis voluminibus non legatur. Hæc ille.

In tertia particula, In die virtutis tuæ, nulla est discrepantia. In quarta, In splendoribus sanctorum, vel decore sancto, decorib9, pulchritudinibus, magnificentiis, vel tantillum distant. Hieronymus autem vertit, In mõtibus ob affinitatem literarum daleth & resch הַרְרֵי barre, mõtes, הַדְרֵי hadre, pulchritudines. In quinta pene conueniunt, Ex vtero ante luciferum. Id enim valet, ex vtero auroræ, vel propinquius ad verbum, ex vtero ab aurora, & ex vtero ante luciferum. Quod aliqui vertunt, orietur vel ortus est, nõ tã proxime respõdet מֵרֶחֶם מִשְׁחָר merehem mischar.

Vltima. Tibi ros generationis vel naturalitatis tuæ. Ros competenter de filio Dei dicitur; iuxta illud Esa. quadragesimo quinto, Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum. Dicitur preterea generatio filii æterna, quia tot indicat mane, quod in deo est æternum, & principium in quo erat verbum. Hoc mane non habet vesperam, ac ros de alto conceptus descendit, sic de filio Dei canitur, A summo cælo egressio eius, psal. 18. Dicat aliquis, qui potest consistere Iudæos lectionem hãc corrupisse, veluti causabamur in principio, quum tamen Hieronymus verterit populi tui, & non tecum. quanquã responsio ad similem quæstionem iam aliquoties data esse satis deberet, tamen hic locus specialem ex ipsomet Hieronymo, etiam aduersus calumnias Iudæorum, & eorum extortas expositiones, habet satisfactionẽ. Siquidem interpretatus cap. Matth. 22. vbi Christus domin9 principium huius psalmi opposuit Iudæis ignorantib9, quomodo Christus esset filius Dauid, Dauid dicit, Testimoniũ quod posuit, de 109. psalmo sumptum est. Dominus igitur Dauid vocabitur, non secũdum id quod de eo natus est, sed iuxta id quod natus ex patre semper fuit, præueniens ipsum carnis suæ patrem, Iudæi ad deludendam interrogationis veritatem, friuola multa confingunt, vernaculum Abrahæ asserẽtes, cuius fuerit filius Damascus eliezer, & ex ipsius persona scriptũ psalmum, quod post cædem 5. Regum, Dominus deus domino suo dixerit Abrahę, Sede ad dexteram meã, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Quos interrogemus, quomodo deus dixerit Abrahę ea quæ sequuntur, Tecum principium in die virtutis tuæ: In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferũ genui te. Et, iurauit dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedech. Et respõdere cogamus quomodo Abraham, ante luciferum genitus sit, & sacerdos fuerit secũdum ordinem Melchisedech, pro quo Melchisedech obtulerit panem & vinũ, & à quo decimas prędę acceperit. Hactenus ille. Certe si minus recta foret editio vulgata & ecclesiastica in hac parte nihil ageret Hieronymus præsertim contra Iudæos, qui statim irriderent hãc obiectionem quæ foret de contextu corrupto, & nõ veritate Hebraica. Cæterum ex hoc loco Hieronymi, constat quod gratis arguit interpretem latinum Felinus, propterea quod ἀρχὴ verterit principium, quum ad Hebraismi veritatẽ vertere debuisset principatum. Nam id quoque significat ἀρχὴ. omitto quid manifestissime disserat Augustinus de principio. Denique Chaldęus Paraphrastes longe est ab omnibus, pręsertim quantum ad extremam particulam. Populus tuus, domus Israel, qui incumbũt legi, in die concertationis prælii tui adiuuabis eos splẽdoribus sancti, misericordiæ dei præsto erunt tibi, tanquam ros descendens sedebunt confidenter nati tui.

7 IMPLEBIT RVINAS.] Hieronymus, valles. Ergo legit גֵּאָיוֹת geoth, à radice גַּיְא, id est vallis, sed nunc habemus גְּוִיּוֹת geuioth, id est (vt exponunt alii) cadauera, quæ proculdubio dicuntur à cadendo, sicut ruinæ à ruendo, quia tamen simpliciter implere cadauera haberet absurditatem, Munsterus addidit implebit loca cadaueribus.

Margin (left column): Christus ros matu tinus.

CX. PSALMI TIT. Alleluia.

CONFITEBOR] Titulus [ALLELVIA] Iste est primus psalmus, qui per omnes literas Hebræi alphabeti scribitur, qui indicat perfectos laudatores in ecclesia, sicut illi qui non per omnes scribuntur, minus perfectos significant. Vel sicut Hilarius dicit huiusmodi psalmi, qui per alphabetum digesti sunt, incipientibus quasi elementa dantur. Vnde monemur vt ad eruditionis studium festinemus. Nomen autem angelicæ laudis, Alleluia, & si õmnibus psalmis congruat, ibi tamen pręcipue ponitur, vbi magna exultatione gaudetur, sicut in hoc psalmo populus Dei ab omni malo liberatus laudat, & ad Dei laudem pro operibus eius inuitat, quæ laus habet figuram futuræ laudis. Intentio. Monet ad laudem. Modus. Tripartitus est. Primo, populus fidelis se dicit confiteri in cõgregatione iustorum, vbi est æterna laus. Secundo, dicit fideles spirituali munere satiatos, promittens aduentum Christi, ibi, Memoriã fecit mirabilium suorum, misericors & miserator dominus: escam dedit timentibus se. Tertio, eosdem redemptos asserit, & testamentum nouum mansurum, ibi, Redẽptionem misit populo suo, mandauit in æternũ testamentum suum. A laude ergo incipiens, ait in persona fidelis populi, ô domine,

Margin (right column): Ex Cass. — Ex Hilario I psal. 18. — Ex Cass. — Ex Aug.

ONFITEBOR tibi domine in toto corde meo, in consilio iustorum & congregatione.

CONFITEBOR tibi,] id est, laudabo te. Non enim est hic confesſio peccatorum,ſed laudis. illa luget,hæc gaudet:illa medico vulnus oſtendit,hęc de ſanitate gratias agit.Laudabo di-
Ex Hier. co, & hoc [IN toto corde meo] nōn labiis ero
& gl.int. prope, corde longe, ſicut illi de quibus dicitur,
Matth.3 Populus hic labiis me honorat, cor eorū longe eſt à me.Confitebor & hoc [IN conſilio iuſto-
Ex Alcu. rum & congregatione,] id eſt, non temere, ſed ex ratione.ſ.pro ęternis:ſicut omnes iuſti faciūt Et accipitur hic totum de præſenti.Vel hoc dicit fidelis populus in ſpe.q.d.Iam ſit in angelorum ſocietate.Et eſt,In cōſilio iuſtorū & cōgre
Ex Aug. gatione, laudabo te,hic in ſpe. Hīc enim nun-
& Caſs. quam inter omnes iuſtos in re laudant,vbi ſunt mixti mali:ſed iam videntur in futura ſocietate pſallere,ſpe rapti ad ſuperna.

2 Magna opera domini: exquiſita in omnes voluntates eius.

Ex Caſs. MAGNA opera domini] Hæc ēſt materia & cauſa confesſionis. q. d. Ideo confitebor, quia [MAGNA]eſt[OPERA domini]quę de impio facit pium. Et[EXQVISITA] cui nihil ſimile eſt dum ſinit diabolū ſæuire in bonum ſuorum. & ne putes pro parte laudari operā eius, addit [IN OMNES VOLVNTATES eius,]ſcilicet eſt, Exquiſita opera, eius, quia omnia quæcunque vult eximie facit. Quæ autem ſit opera, exponit ſubdens,

3 Confesſio & magnificentia opus eius:& iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Ex Caſs. CONFESSIO]ſcilicet pēccatorum præco-
& Augu. nialis,id eſt,laudis & peccati[ET magnificētia] boni operis eſt[OPVS eius] vel ſicut Hierony-
Ex Caſs. mus ait,Gloria & decor eſt,Opus eius,qūia laudabilia ſunt,& decora quæ facit [ET iuſtitia eius] qua iudicabit, [MANET] incommutabilia [IN ſeculū ſeculi] dum his dixerit, Ite in ignem
Matt. 25 æternum. Illis, Venite benedicti patris mei,&c.
Ex Alcu. Vel ita ab illo loco, Magna opera,& āgit gene-
& Haym. raliter de quibuſlibet operibus dei.q.d.ideo confitebor, quia, Magna,ſunt Opera domini,quælibet opera eius ſunt magna,ſi ſint,Exquiſita in omnes voluntates eius, id eſt, ſi in eis videatur intentio & voluntas facientis dei, id eſt, ſi intelligatur qua intētione voluerit ea facere deus. Deinde aperit quæ eſt intentio & voluntas dei in operibus,ſubdens, Cōfesſio ſcilicet peccatorum,Et magnificentia,bonorū operū,eſt, Opus eius,& iuſtitia eius.i.merces quę iuſte datur,Manet in ſeculum ſeculi. acſi diceret,hæc eſt volūtas eius, vt ex ſuis operibus inſit homini, Confesſio peccatorum,& magnificentia bonorū operum,Et iuſtitia,id eſt,merces quę iuſte datur.

PARS II. 4 Memoriam fecit mirabilium ſuorū, miſericors & miſerator dominus:eſcam dedit timentibus ſe.

Ex Caſs. MEMORIAM fecit] Sēcundo dicit fideles copioſo munere ſatiatos,promittens aduentum domini,vt hæreditas auide quæratur.q.d.Ideo cōfiteri debemus,quia[DOMINVS miſericors] natura[ET MISERATOR]exhibitione.ſ.quando venit [FECIT memoriā mirabilium ſuorum]
rē completa memoriā dedit ſignificātium quæ Ex Hay.
erāt in veteri lege.ita fecit memoriā,quia[DEDIT timentibus ſe eſcam] nōn corporalem, Ex Aug.
quam etiā malis dat,ſed ſpiritualem, id eſt,cor- & Caſs.
pus & ſanguinē ſuum. Eſcam ergo dicit Chriſtum, qui eſt forma iuſtitiæ fidelibus. Aduentu enim Chriſti timentes paſcit,in quo remisſio eſt & ſalus,& vt de aduentu eius acciperes,addit,

5 Memor erit in ſeculū teſtamenti ſui,virtutem operum ſuorum annuntiabit populo ſuo.

MEMOR erit] quaſi dicat, Et pēr eos, vel Ex gl.int.
propter eos,ſcilicet timētes [MEMOR erit teſtamēti ſui] Quia ſicut promiſſum eſt in veteri Ex Caſs.
teſtamēto, impletur in nouo. Teſtamenti dico, exiſtētis, In ſeculum ſeculi,ſcilicet in ęternum, quia verba teſtamenti ſolida veritate cuſtodit; vt omnia impleātur,ita memor erit,quod[ANNVNTIABIT VIRTVTEM OPERVM
ſuorum] Virtus operum eſt quod cæci vident, Matt.11.
claudi ambulant,&c.quæ facit nota Chriſtiano [POPVLO ſuo]ad hoc,

6 Vt det illis hæreditatem gentium: opera manuū eius, veritas & iudicium.

VT DET]illis[HAEREDITATEM gen-
tium]Hęc enim fuit intentio miraculorū, quæ Ex Aug.
Chriſtus fecit,vt crederent gentes. ¶ Aliter totum ab illo loco,Memoriā fecit,quaſi vere magna & exquiſita ſunt opera dei,quia, Dominus miſericors & miſerator,hoc nōn mutatur,Fecit memoriam mirabilium ſuorum,id eſt,plura noua contra rerum ordines fecit, per quæ omnia eum regere patuit.Æſcam dedit timētibus,qua-
ſi dicat, facit confesſionem & magnificentiam, Ex Alcu.
quia,Dedit eſcam,id eſt,bonam volūtatem per ſpiritum ſanctum inſpirauit,Timentibus ſe. & per eos,Memor ero teſtamēti ſui,id eſt,promiſ-
ſionis factæ Abrahę,In ſemine tuo benedicen- Gen.22
tur omnes gentes. Tēſtamēti dico duraturi,In Ex Rem.
ſeculum, quia poſt iſtud non ſequitur aliud. Illa & Hay.
enim promisſio iterata eſt in euangelio non mutata,ita erit memor quod,Virtutem,id eſt,completionem, Operum ſuorum, id eſt, ſignificantium figurarū legaliū,Annunciauit populo ſuo, Iudaico,vt apoſtolis fecit. Ad hoc vtiq; annūtiabit[VT det illis].ſ.apoſtolis[Hæreditatē gētium,] id eſt gentes colendas, ſcilicet eccleſiam, de omnibus gentibus Abrahæ promiſſam. His dabit hæreditatem, id eſt, gentes: tamen [OPERA manuum eius] eſt[VERITAS & iu-
dicium] id eſt vērum iudicium,quo ipſe prædi- Ex gl.int.
xit paſſuros diſcipulos, dicens, Non eſt ſeruus maior domino ſuo.Et ideo ſi me perſecuti ſunt,
& vos perſequentur.Et ēſt ſenſus,Licet illis det Ex Alcu.
hęreditatem,tamen multa patientur. Vel ita,Opera manuum eius, ſunt,Iudicium,quo iudica-

bit, Et veritas, id est executio iudicij. Vel, Opera
Ex Cass. manuum eius, id est virtutis eius, sunt, Veritas,
dum conuersis promissa dat. Et iudicium, quod
impijs minatur. Et etiam,

7 Fidelia omnia mandata eius cō
firmata in seculum seculi: facta in
veritate & æquitate.

Ex gl.int. OMNIA mandata eius fidelia] sunt eis, scili
Ezech. 15 cet qui implent, & non diffidunt de promissis.
Ex Cass. Fidelia dicuntur, quia seruant seruantes se, non
sunt mendacia. Et sunt [CONFIRMATA in
seculum seculi] nō in cassum missa sunt vt ver-
ba humana, & sunt [FACTA] id est completa,
non tantum dicta, [IN veritate] quia dicta com
plentur, [ET æquitate] id est quia omnia cum
libra facit iustitiæ. Vel, Facta, sunt, In veritate
Ex gl.int. & æquitate, id est data sunt ab eo qui non menti
tur, & qui nihil nisi æquum mandat.

PARS III 8 Redemptionem misit dominus
populo suo: mandauit in æternum
testamentum suum.

Ex Cass. REDEMPTIONEM] Tertio, redemptos
asserit, & testamentum nouum æterna gratia cō
secratum. q. d. hæc prædicta dedit, nam [REDEM-
PTIONĒ misit dominus] id est Christum qui dat
Ex gl.int. redemptionem captiuis. Misit dico, [POPVLO
& Cass. suo] Iudaico. Vnde, Non sum missus nisi ad o-
Matth. 15 ues quæ perierant domus Israel. Et [MANDA-
VIT] per apostolos, [TESTAMENTVM suū]
nouum duraturum, [IN æternum] quia nullum
succedet. Et quia æterna promittit, & quia hoc
facit, ergo,

9 Sanctum & terribile nomen
eius: initium sapientiæ timor do-
mini.

Ex gl.int. NOMEN eius] id est virtus & potentia, est
& Cass. [SANCTVM] bonis, [ET terribile] impijs.
Ex Cass. Vel, Nomen eius est sanctum & terribile, id est
filius, qui in humanitate sanctus est, & potentia
deitatis terribilis: ametur ergo, quia aduocatus
est: timeatur, quia est iudex: ne sis negligens, ne
desperes. Dico terribile est, & terror quidem
Ex gl.int. prodest, quia [INITIVM sapientiæ timor
domini.]

10 Intellectus bonus omnibus fa-
cientibus eum: laudatio eius manet
in seculum seculi.

Ex gl.int. INTELLECTVS] id est si intelligitur, vt di
Ex Cass. screte habeatur, & cum amore. Metus enim iudi
& Alcu. cij, ianua est conuersionis, si addatur dilectio di
& Haym. lectionis. & ipse timor, Intellectus [BONVS
Ex Cass est [OMNIBVS facientibus eum] Vel ita di-
& gl.int. stingue, Terribile est nomen, & terror prodest,
quia, Timor domini, est initium sapientiæ, quia
est ianua conuersionis, & via ad sapientiam. Et
iste, Intellectus, qui est in timore domini, quo
intelligitur via & ianua, intentus, id est intense
habitus, est, Bonus, id est verus & vtilis, Omni-
bus facientibus eum, id est illis qui sic intelligūt

hoc vt faciant, scilicet qui per timorem ad sapiē
tiam ascendant. Deinde quid pro prædictis de-
beat reddi domino subdit, [LAVDATIO eius] do
mini, [MANET in seculum seculi] Ecce intentio Ex Hier.
psalmi, vnde alleluia præscribitur. à laude cœpit, & Cassio.
in laudem finit populus fidelis. à diabolo libe-
ratus, gratias agens, expressit quid faciēdum sit
hic deuotis, & in cœlo peragēdum. hic, quia libe
ratus ibi, quia coronat. ¶ Aliter totū à principio Ex Cass.
psalmi, Cōfitebor, & accipitur hoc de cōfessio-
ne laudis, quæ erit in futuro. Ait ergo populus
liberatus, Confitebor tibi domine, in futuro, In
toto corde meo, quia ab omnibus malis tūc libe-
ratus in re. tunc enim toto corde laudabitur, &
amabitur deus. quando per speciem videbitur.
Et hoc erit, In consilio iustorum, id est in iudi- Ex Aug.
cio, quādo cum domino iudicabunt sancti, qui Matth. 19
sedebunt super duodecim sedes, iudicantes duo-
decim tribus Israel. Et in congregatione, id est
quando de toto mundo collecti erunt iusti in
vnum, inter quos iam nullus erit iniquus, nullus
pelle ouina tectus, fraternitate falsa superbit: nul
lius Iudæ furta tolerātur: nullus Simon Magus
baptizatur, volēs spiritum sanctum emere, dum
cogitat vendere: sed modo inter malos gemit
ecclesia, qui quando iusti congregabuntur, ad
regnum excludentur foras. Et hæc sunt, Magna
opera domini, scilicet congregatio bonorum, &
exclusio malorum à regno. Et hæc opera sunt,
Exquisita in omnes voluntates eius, ita exqui-
sitè facta, vt per hæc de homine impleatur vo-
luntas dei aliqua, si omnes voluntates eius cir-
ca nos pensentur, per quas nullum confitentem
deserat misericordia, nullius iniquitas sit impuni
ta, quando flagellat etiam filium quem recipit.
Non vult enim deus vt peccet homo quilibet.
Sicut autem non vult vt peccet homo, ita vult
peccāti parcere, si pœnituerit, vt viuat: ita etiam
vult in peccato perseuerantem punire, vt iusti-
tiæ potentiam contumax non euadat. Nihil er-
go in libero arbitrio constitutum superat volun
tatem dei, & si contra voluntatem eius faciat. Si
enim non vult vt pecces, non tamen prohibet
efficaci potestate, & si salubri & iusta præceptio-
ne. Si vult parcere pœnitenti, vult etiam impœ
nitentem punire. Ita de homine semper deus
suam implet voluntatem, quia nihil facit homo
de quo deus non operetur quod vult. Magna, e-
nim, Opera domini, exquisita in omnes volun-
tates eius. & verè magna sunt opera domini,
quia, Opus eius, est, Magnificentia, id est iustifi-
catio impiorum. Quid enim magnificentius est
quàm iustificare impium? Quæ bene dicitur ma
gnificentia, quia vbi abundauit peccatum, su-
perabundauit & gratia. Sed ne putes quod o-
pus hominis præueniat hanc magnificentiam
dei confitendo peccata, quia &, Confessio, id est
delicti improbatio, quæ nondum quidem est o-
pus iustitiæ, est, Opus eius. Non ergo glorietur
homo in se, qui iustitiam non operatur nisi iu-
stificatus. Credens autem in eum qui iustificat
impium, à fide incipit, vt bona opera, non præ-
cedentia quod meruit: sed consequentia quod
accepit, ostendant. Quid enim habes quod nō
accepisti? Illa confessio ergo, quæ nondum qui-

Rom. 9 dem eſt opus iuſtitiæ, ſicut & magnificẽtia, qua iuſtificatur impius, opus dei eſt, non hominis. Quid ergo dicemus? iniquus eſt deus, cuius vult miſerando, & quem vuls indurando? non. Iuſtitia, enim, Eius manet in ſeculum ſeculi. Memoriam. q.d. cuius vult deus miſeretur, & quẽ vult indurat. & ſic, Memoriam fecit mirabiliũ ſuorum, hunc humilians, & hunc exaltans. Sciendum quod cum cotidie opera eius ſint mira, reſeruat tamen oportunè quædam inuſitata, quæ meminerit hominis infirmitas nouitati intenta. Hoc enim miraculum maximè attentis cordibus inhærebit: quod aſsiduitas tamen vile fecerit. Sed quid proſunt miracula, niſi vt timeretur deus? Quid porro prodeſt timor, niſi miſericors det eſcam timentibus? nihil. ſed, Miſericors & miſerator dominus, dedit eſcam timentibus ſe. Eſca eſt panis qui de cęlo deſcendit, quẽ nullus meruit, ſed dei miſericordia dedit. Quod ſi huic vitæ tantũ dedit vt peccator iuſtificandus, verbum carnem factum acciperet: quid in futuro glorificatus accipiet? multum quidem, quia, Memor erit in ſeculum teſtamenti ſui, id eſt prõmiſsionis ſuæ complendæ, In ſeculum, id eſt in ęternum. q.d. nec totum dedit qui pignus dedit, & non contriſtentur ſancti qui audiunt. Ex Caſſ. Ex Aug. Facilius eſt camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem in regnum cælorum: quia, Annunciauit populo ſuo, Iſraeli, vt apoſtolis, Virtutem operum ſuorum, quoniam quæ hominibus difficilia ſunt, deo ſunt facilia, vt & diuites faciat intrare in regnum cælorum. ad hoc vtiq; annunciabit, Vt det illis hæreditatem gentium. Itum eſt enim ad gentes. Multi enim ſunt vocati. Occupata eſt hæreditas gentium, & cameli ſe humiliantes per foramen acus, id eſt per compungentes paſsionis anguſtias intrant. Et opera manuum eius, eſt, Veritas, quam ſancti martyres tenent, pro qua & iudicantur hic Et iudicium, quo in futuro iudicabunt eos à quibus hic iudicantur. Teneatur ergo veritas ab his qui iudicãtur, quo iudicent iudicantes ſe, & etiam angelos, contra quos & hic luctantur, & nihil ſeparet à Chriſto, quia, Fidelia, ſunt, Omnia mandata eius. Non fallit, exhibet quod promiſit, non tamen ſperandum eſt, vt hic habeatur: ſed, Confirmata, ſunt, In ſeculum ſeculi, & ſunt, Facta in veritate & æquitate, id eſt mandant & promittunt quod verum eſt & iuſtum, quia hoc verum & iuſtum eſt vt hic laboretur, quod mandatur: ibi requieſcatur quod promittitur. Et poterimus ibi requieſcere. quia, Miſit populo ſuo redemptionem, à captiuitate huius ſeculi, vt ibi ſit quies, Mandauit in æternum teſtamentum ſuum, nouum, non vetus. dedit quidem olim Iudæis terram promiſsionis, ſed hoc vetus teſtamentum eſt ad veterem hominem pertinens. ſed nouum, Mandauit in æternum, vbi nil carnale ſperetur, cuius hæres quiſquis eſſe volueris, nolo te fallas, non tale aliquid mediteris adipiſci, quale ſoles hic oculus auaritię concupiſcere: ſed quale oculus hominis non vidit. Sed primo pœnas fuge, deuita gehennam, antequam deſideres promittentem deum. Caue minãtem, quoniam Sãctum & terribile nomen eius, prę omnibus autem huius ſeculi delitijs, immortalitatis delitiarum matrem, deſidera ſapientiam, ſed, Initium ſapientiæ, eſt, Timor domini. Intellectus. Illa delectabit caſtis amplexibus veritatis, ſed prius donanda ſunt tibi debita, quam poſtulanda præmia. nec extollaris, quia timor qui intellectus eſt, Initium ſapientię, eſt, Bonus faciẽtibus eum. Hoc ideo ait, quia periculum eſt intelligere, & non facere. Et laudatio eius, cuius timor, eſt initium ſapientiæ, Manet in ſeculum ſeculi. Hoc totum præmium eſt, hic finis, hæc ſedes perpetua, hic mandata confirmata, hæc eſt hæreditas noui teſtamenti.

COLLATIO
In pſalmum 110. Confitebor tibi domine in toto corde meo.

2 EXQVISITA in omnes voluntates eius] Vox hebraïca חֶפְצֵיהֶם hephtzchem, habet ꝓnomen affixum, quod ambiguè poterat verti, eorum, vel ſuas. Idcirco Hieronymus reddidit, Exquirenda in omnibus voluntatibus ſuis. Vbi eodem ſenſu, dicimus in omnes voluntates eius, nempe dei. Conſentit Nebienſis. Alij hebraïcãſes conuertunt ſenſum, Magna opera domini exquiſita, ab omnibus volentibus ea, vt pronomen referatur ad opera dei, quæ homines cum admiratione debent perſcrutari & laudare. Sic autem ſequuntur Kimhi, vt dicunt, qui vult hic חֵפֶץ hephetz, ſubſtantiuum pro adiectiuo accipi hophetz חֹפֵץ.

CXI. PSALM. TIT.
Alleluia reuerſiõnis Aggæi & Zachariæ.

In Hebr. & Græcis ſimplex eſt titulus הַלְלוּיָה ἀλληλούϊα

BEATVS vir qui timet dominum.] Titulus, [ALLELVIA reuerſionis Aggæi & Zachariæ.] Aggæus & Zacharias longè poſt Dauid fuerunt, completis LXX annis transmigrationis: tunc ſub Dario rege Perſarum. Hi duo prophetauerunt, quod ad renouationem templi pertinere videbatur. Et ſicut in Eſdra legitur, ipſi quoq; in templi reędificatione fuerunt coadiutores, de qua tamen reædificatione illius actualis templi, non agitur hic: ſed potius de reformatione ſpiritualis templi, quod nos ſumus. Vnde Apoſtolus, Templum dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Illa enim actualis templi renouatio, ſignificat renouationem noui populi ex ruina Adæ, vt portet imaginem noui hominis, ſicut ante portauit imaginem veteris hominis, & poſt captiuitatem huius ſeculi, quod ſeptem dierum repetitione voluitur, longinquæ peregrinationis miſeriam, quaſi poſt LXX annos non ruitura mole conſtruatur: ſed beata immortalitate æternaliter ſolidetur. Hanc autem ſpiritualem reparationem ſpiritualis templi, prædicti prophetæ intellexerunt figurari in illa actua

Ex Aug. Hiere. 25 Agg. 1 Zachar. 1 1 Eſdræ 5 1 Cor. 3 1 Cor. 15 Ex Aug. & Caſſ.

li,& pro ista magna hilaritate dominum laudauerunt. Ideoque huius psalmi titulus, nomina eorum continet, non quod ipsi hunc psalmum scripserunt, sed quia pro spiritualis templi reparatione, vnde in hoc psalmo agitur, sicut dictũ est, dominum laudauerunt. Et est sensus tituli, hic est [ALLELVIA] id est laus dei. Laus dico, [AGGAEI & Zacharię] cuius rei? [REuersionis] quia prophetę illi laudes dei pro spirituali reuersione Christiani populi cantauerunt, sicut Dauid hic.

Ex Alcu. Vel iuxta interpretationẽ nominum, Aggæus enim interpretatur mõtanus: Zacharias, solennis: quibus significantur fideles, qui sunt montani, id est alti in virtutibus: & solennes, id est in tribulationibus etiam

Ex Cass. gaudentes. Sicut ergo illi prophetæ dominum laudauerũt de hac spirituali reuersione: sic Christiani qui per eos significantur, post absolutionem peccatorum dominum laudant, tanquam à captiuitate liberati, & hilares de bonis quę habent. Ostẽdit enim hic psalmus post liberationẽ peccatorum, quanta sint bona fidelium, & quæ sit retributio perfidorũ. Et est etiam hic psalmus digestus per omnes literas Hebræi alphabeti.

Intentione monet ad laudem. Modus. Tripartitus est psalmus. Primo monet Propheta quid faciat beatus vir, & quanta bona gratis mereatur. Secundo agit de aduentu domini, per quem homines sunt beati, ibi, Exortum est. Tertio impijs aduersa prouenire asserit, ibi, Pecca-

Ex Aug. tor videbit. Perfectio autem huius supradicti ædificij, est illa ineffabilis pax sapientię, cuius initium est timor domini, de quo incipit, dicens,

1 BEATVS vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis.

Ex Cass. BEATVS vir qui timet dominum] nõn mundum, quia timor mundi miseros facit, sed timor domini appetere facit ea: per quæ homo beatus est. [IN mandatis eius volet] vel cupit [NIMIS] vel multum. Hoc facit timor dei, vt velit. Et no-

Ex Alcu. ta quõd non ait, faciet, sed, Volet multum, quia

Ex Aug. sufficit velle si perficiendi mandata desit facul-

Lucæ 2 tas: quia pax est hominibus bonæ voluntatis, & si nõ adeo proficiat homo in eis implendis, quia tentatio est vita ista humana super terram, sicut

Iob 7 ait Iob: & corpus quod corrumpitur, aggrauat

Sap. 9 animam: & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Et inde quia timet dominum, & volet nimis,

2 Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur:

Ex gl. int. POTENS in terra erit semen eius] vt neque mors, neque vita separet eum à charitate dei. A simili messis, quæ nulla tempestate potest deiici.

Ex Cass. Vel de futuro potest accipi. Et quia supra dixit, beatum esse qui timet dominum: ecce hic præmia illius beatitudinis ostendit dicens, quod [SEMEN eius] id est merces boni operis, [ERIT potens in terra] non in hac vbi sancti sunt derisui, sed cælesti, vbi fulgebunt sicut sol. Vel etiam Ex Aug.

hic in isto tempore quo minus videtur. Semen eius, id est opera misericordiæ, vnde messis æterna colligitur, Erit potens, quia re minima etiam vt magna cælorum emitur, ita calice aquæ frigidæ, & duobus minutis viduæ, sicut dimidio bonorum Zachæi. Et [GENERATIO rectorũ] non generatio carnis, sed imitationis, id est imi- Ex Cass.

tatores iustorum. Vel, Generatio rectorum, id Ex Aug.

est opera rectorum [BENEDICETVR] ęterna retributione, recti sunt qui non resistunt patri emendanti, & credunt promittenti, non credunt perisse opera sua, cum eis temporaliter nõ retribuitur. Sunt enim quidam ad terrena curui, qui bona illa agunt, mercedem à deo hic sperantes, vel hominibus placere volentes, quæ nõ facit beatus vir, qui nec gloriam hominum nec terrenas concupiscit diuitias. Et tamen,

3 Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in seculum seculi.

GLORIA & diuitiæ] sunt [IN domo eius] Ex Aug. & Cass.

id est in corde secreto, vbi habitat cum spe vitæ æternæ, vbi diuitiæ sanctæ, & gloria æterna reponuntur. [ET iustitia eius] hæc est gloria eius, hæ sunt diuitiæ eius, quæ tamen habet à deo, [MANET in seculum seculi] id est in æternum reponuntur, quia non temporaliter beatus est.

4 Exortum est in tenebris lumen rectis corde: misericors & miserator & iustus. PARS II

EXORTVM est] Secundo agit de aduentu Ex Cass.

domini, per quem homines ex peccatoribus in ęternum liberati sunt. q. d. hęc omnia inde sunt, quia [LVMEN] id est sol iustitiæ, [IN tenebris Ex gl. int.

exortum est rectis corde] id est exortum est vt & Haym.

tenebras pellat, & rectos faciat. quod est illud lumen? dominus [MISERICORS] natura, & dum expectat, [ET miserator] exhibitione, dum iustificat, [ET iustus] remunerãdo. Vel ita, Exortum est. Supra dixit bona beati, nunc dicit vn- Ex Cass.

de beatus: quia, Exortum est in tenebris. Lux illa gratior est, quæ in tenebris oritur. sed non alijs orta est lux, nisi, Rectis corde. quod lumen? Dominus misericors & miserator, qui pius est confitentibus, & iustus contemnentibus. sed ne Ex Aug.

terreat te iustitia, quia,

5 Iocundus homo qui miseretur, & commodat, disponet sermones suos in iudicio: quia in æternum nõ commouebitur.

HOMO] ille [IOCVNDVS] vel suauis. i. gratus Ex Aug.

est deo, [QVI miseretur] animo cõdonando alijs, quo sibi veniam meretur, [ET commodat] .i. dat alijs cũ spe futuri, vel sumptum pecuniæ, Ex Aug.

vel laboris industriam, quod est commodare, vt & Cass.

ei detur in futuro. Hęc sunt duo officia benigni- Ex Aug.

tatis ignoscendorum peccatorum, & beneficiorum erogandorum. Vnde, Dimittite & dimit- Lucæ 6

tetur vobis:date,& dabitur vobis . Hæc de illo.
superiori versu pendent, Gloria & diuitiæ in
Ex Caff. domo eius.Vel,Miseretur,qui dat egentibus:cō.
modat,qui mutuum præstat, post tantundē re-
cepturus,[DISPONET]vel disponit,[SERMO-
Ex Aug. nes suos] quibus defendatur [IN iudicio] fu-
turo,quia hæc facta sunt quasi sermones, qui-
bus defendetur in iudicio:quod non erit ei sine
misericordia,quia ipse misericordiam fecit . &
Ex Alcu. dicitur hoc à simili alicuius præmeditantis cau
sam suam,vt eam firmis allegationibus in iudi-
Ex Hier. cio muniat.Vel, Disponit, hic, Sermones suos
Ex Caff. in iudicio .i.discretè dicit omnia & disponit:
&gl.int. & verè,[QVIA] in futuro locatus ad dexteram
[IN æternum non commouebitur]id est nun-
quam à gloria domini separabitur, & si cadit
hic vt Petrus cecidit . Dico non commouebi-
tur,sed,

6 In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

Ex Aug. IN memoria æterna erit iustus] vt audiat,
Venite benedicti patris mei &c . quia generatio
rectorum tūc benedicetur,sicut supra dictū est.
Et [NON timebit ab auditione mala] quæ est
damnatis,quibus dicetur,Ite maledicti in ignem
æternum : quod dicetur his qui à sinistris eius
erunt. & quia hic in futuro erunt iusti,itaq; pa
set quod hęc non sua quærit,sed quę sunt Chri
sti: labores patienter sustinet,promissa fidenter
expectat. Vnde subdit,

7 Paratum cor eius sperare in domino,confirmatum est cor eius:nō commouebitur donec despiciat inimicos suos.

PARATVM cor eius sperare in domino]
Ex Aug. nōn in mundo, nec vllis tentationibus frangi-
Ex Alcu. tur,quia[CONFIRMATVM est cor eius]vel
Ab auditione mala nō timebit, id est si quis ma
Ex Caff. la minatur , non timet, quia , Paratum est cor
eius sperare in domino, non in mundo. & quia
sperat,Confirmatum est cor eius , quia nulla re
seculi mollescit.Et [NON commouebitur] vi-
Ex Aug. dēns alios ridere in terra morientium, & se irri
deri. Non commouebitur à spe sua , donec res
veniat.Vnde subdit,[DONEC] existens in ter-
ra viuentium, inde [DESPICIAT inimicos
suos] quoscunque. Et propter hoc futurum.

8 Dispersit,dedit pauperibus : iustitia eius manet in seculum seculi, cornu eius exaltabitur in gloria.

Ex Hier. DISPERSIT]vt multis,&[DEDIT]gratis
& Haym. [PAVPERIBVS] non diuitibus . Ecce iste e-
Ex Aug. mebat quod non videbat:sed iste thesaurum in
Ex Alcu. cælo seruabat,qui esurire & sitire in pauperibus
dignatur in terris. Vel ita continua,alijs nō mu
tatis.Sperat iustus,& non temerè,quia, Disper-
sit &c.Sequitur,&[IVSTITIA]q.d.sua dedit.
Et, Iustitia [EIVS manet in seculum seculi]id
Ex Caff. est ipse iustè & piè vixit. Vel ita,quia dispersit
& dedit,igitur,Iustitia eius est,id est ipse opera-
tur iustitiam, Qui enim dat sua, iustitiam ope-
ratur.Et hæc,Iustitia eius manet in seculum se-
culi,quia deo custode nil perit.[ET cornu eius] Ex Aug.
cuius humilitas à superbis cōtemnebatur,[EX- & Caff.
ALTABITVR in gloria] Qui enim hic hu-
milis fuit, ibi potestatem habebit.

9 Peccator videbit & irascetur dētibus suis, fremet & tabescet: desiderium peccatorum peribit. PERISSE

PECCATOR videbit] Tertio contra hoc Ex Caff.
quod iusto accidet impijs,prouenire asserit. Et
nota quia sicut supra enumerauit bona beato-
rum,ita hic mala iniquorum:bonis beatorū hor
tatur, malis iniquorum terret . Et est iste psal-
mus institutorius fidelium.q.d. Cornu humilis
exaltabitur,& [PECCATOR videbit]hōc sci Ex Aug.
licet cornu humilis exaltari, [ET irascetur]se-
ra & infructuosa pœnitētia,dicens, Quid vobis
profuit superbia & diuitiarum iactantia? Et
[DENTIBVS suis fremet & tabescet]q.d.ma Ex Caff.
lum inuidiæ apud se retinet,nulli tamen nocitu
rus.his se affligit,quibus antè bonos vexauit. Vel
per hoc quod dicit, Fremet, simpliciter signum Ex Aug.
anxietatis notatur. quia secundum illud, Ibi e-
rit fletus & stridor dentium.&, Tabescet, quia
non poterit reuiuiscere per pœnitentiam. quia
[DESIDERIVM peccatorum peribit]nullo
succedente solatio, cum omnia transierint ve-
lut vmbra.

COLLATIO
In psalmum III. Beatus vir qui timet dominum.

7 DONEC despiciat inimicos suos.] Rectè
interpretes reddidere. Alij simpliciter pro despi
ciat,vertunt aspiciat,vt intelligas vltionem, aut
simile quid. Vnde Sanctes dixit, Donec videat
in hostibus suis quod optat: vel, vt Munsterus,
vltionem. Certum est tamen Hebræis quoque
רָאָה raah despicere,sonare, quod & intellexit
Pellicanus,tale subdens interpretamētum, Con
tēpserit omnes dolos, & persecutiones illorum,
quas casso labore intentant.

CXII. PSALM. TIT.
Alleluia.

LAVDATE pueri dominum.] Titulus, Ex Caff.
[ALLELVIA] Eadem voce laudis inti- & Alcu.
tulatur iste psalmus,qua & superior,quia
merito laudandus est,qui merito humilitatis gē
tes assumit: titulum vero psalmus exponit. [AL-
leluia] enim vt diximus, interpretatur , laudate
dominum,qualiter & psalmus incipit. Inten
tio.Monet ad laudem. Modus.Bipartitus est
psalmus.Primo monet Propheta deuotos,vt lau Ex Caff.
dent iugiter, & vbiq; prædicent . Secundo ipse
facit quod alius monet, id est laudat deum, ibi,
Quis sicut dominus.Ad laudem ergo monens
ostendit,qui & quem,& quādiu,& vbi,& qua- Ex Aug.
re laudent,dicens, & Alcu.

AVDATE pueri dominum: laudate nomen domini.

Ex Aug. LAVDATE dominum] ô vôs [PVERI] simplices & puri, quia debēt laudare qui sunt puri, id est paruuli, non sensu sed malitia, maximè
1 Cor. 14 superbia, id est humiles. Vnde Apostolus, Nolite effici pueri sensibus, sed malitia paruuli
Ex Aug. estote, vt mentibus perfecti sitis. Ideòque facta
& Alcu. contentione inter apostolos, quis eorum maior
& gl.int. esset, assumpsit Iesus paruulum, & statuit illum
Matth. 18 in medio discipulorum. Et ait, Qui non humi-
Matt. 7 liauerit se sicut paruulus iste, nō intrabit in regnum cęlorum, quia tales per angustam portam valent intrare. Vos ergo, Pueri, qui assumimini, Laudate dominū, in essentis, [LAVDATE no-
Ex Cass. men domini] Nōmen laudat, qui virtutes eius prædicat. Et hoc faciunt pueri, id est humiles &
Ex Aug. puri, qui intrant per angustam portam. Et idēo nemo nisi puer intrat in regnum cælorum. tales dignè laudant, quibus nō obuiat superbia. Prostrata enim superbia & extincta, ex ore infan-
Matth. 5 tium perficitur laus. Indignè autem cantant ista, qui se magnos putant, qui cognoscentes deum non sicut deum glorificant, aut gratias agunt. Et quia illi soli laudant dignè qui puri sunt, tan
Ex Alcu. quam pueri: idēo post omnia dicit puer, Benedi
Ex Aug. camus domino. Vel, Laudate nomen domini, id est ita operamini, vt alij videntes opera vestra bona, glorificent patrem vestrum, qui in cælis
Ex Aug. est. Eccē dixit qui & quem laudare debeant: deinde subdit, quandiu laudandus sit, scilicet semper, dicens,

2 Sit nomē domini benedictum: ex hoc nunc & vsque in seculum.

Ex Cass. SIT nomen domini] q.d. ne ād horam putetis me imperare laudem: sed [SIT] semper [NO
Ex gl.int. MEN domini benedictum] nōn blasphemetur
Ex Hier. [EX hoc] id est ēx quo incipitis. Et [NVNC]
& Aug. id est in progressu, [ET vsq; in seculum] id est
Ex Aug. in æternum. Ideo dico ex hoc, & subdo, Vsque in seculum, quia incipitis, ex quo vobis dicitur. sed sine fine laudate eum, non vos, etiam cū magni fueritis.

3 A solis ortu ad occasum: laudabile nomen domini.

Ex Aug. A solis ortu] Hīc dicit quod vbique debeat
& Cass. laudari. q.d. non impero laudare ad horam, nec etiam localiter, sed sit [LAVDABILE nomen domini.] etiam [A solis ortu vsque ad occasum]
Ex Cass. id est vbique, non apud Iudæos tantum, per circuitum solis, quasi per quandam lineam, mundū
Ex Hay. significat: in quo toto laudandus est deus. deinde subdit cur sit laudandus.

4 Excelsus super omnes gentes dominus: & super cęlos gloria eius.

Ex Hay. EXCELSVS] q.d. Idēo laudate, quia [DOMINVS] est [EXCELSVS super omnes gentes, & gloria eius] est [SVPER cælos] Pēr gen Ex Cass.
tes omnis terrena, per cælos omnia cælestis notat, vt per hæc duo omnes creaturas indicet sibi subiectas. Vel per gentes, carnales: per cælos, spirituales significat, super quos excelsus est
deus. Vel ita, Dominus est excelsus super omnes Ex Aug.
gentes, idest homines. Et gloria eius est super cęlos, vbi homines vident fulgere deos quos colunt, id est solem & lunam, & huiusmodi. Cæli ergo supra se habēt illum, quem humiles secum
in pectore habent. Vēl cælos apostolos dicit, per Ex Alcu.
quos regnat in gentibus, quas suo nomine significat. Et est, ideo omnes ad laudem inuito, quia super omnes est regnaturus.

5 Quis sicut dominus deus noster PARS SE
qui in altis habitat: & humilia respicit in cælo & in terra.

QVIS sicut] Sēcundo ipse agit quod alios Ex Cass.
monet, vt & facto alios doceat. q.d. Verè dominus est excelsus. [QVIS] enim est [SICVT dominus deus noster?] q.d. nullus, qui per se possit
vt ipse. Ipse est [QVI habitat in altis] id est in Ex Aug.
angelis sanctis, quos exaltat sic, vt non superbos & Cassio.
faciat. & licet sit altus, non tamen despicit humiles. [ET] id est quia [RESPICIT] totniu misericordiæ; [HVMILIA] hi sunt qui dono eius sunt alti, & in eis sedet. Respicit humilia, & quæ sunt [IN cælo] id est humiles angelos, [ET] quę sunt [IN terra] id est humiles sanctos, quos ita respicit: sicut econuerso, odit superbos. Vel
ita ipse est, Qui habitat in altis, id est in sanctis, Ex Aug.
quos sine superbia exaltat. Et respicit humilia, eosdem, scilicet in quibus habitat, quia in carne & in spiritu humilitas eorum respicitur: vnde subdit, In cælo. q.d. Humilia dico, In cælo, propter spiritus libertatem. Et in terra, propter corporis seruitutem. q. d. humilitatem habent in spiritu, & ostēdunt in opere. Vel respicit quosdam, In cælo, id est eos quos vocauit iam: & habitat in eis. Et, quosdam, In terra, respicit eos. s. quos vocat, vt habitet in eis. Illos enim possidet cælestia cogitantes: istos excitat terrena somniantes. Vel potius cæli sunt, qui cum domino iudicabunt: terra cætera multitudo sanctorum, qui cōstituentur ad dexteram, vt recipiantur ab eis in æterna tabernacula, quos sibi amicos fecerunt de mammona iniquitatis. Humiles tamen sunt hi & illi, quia meminerunt vtrique quid per suā fecerunt malitiam: & quid facti sunt per domini gratiam. Et est, Respicit humilia in cælo, id est sanctos, qui cum domino sedebunt iudices aliorum, qui hic cælestia seminauerunt. Et in terra, id est eos qui iudicabuntur, & saluabuntur, qui hic terrena reddiderunt. Merito cęli humiles sunt, quia ipse est,

6 Suscitans à terra inopem: & de stercore erigens pauperem.

SVSCITANS] pēr solam gratiam, [A ter- Ex Aug.
ra] id est de labe corporis, prius [INOPEM] id & Cass.
est illos qui prius inopes erant, & etiam adhuc sunt, quandiu gemunt in corpore. Et est, [ERIGENS pauperem de stercore] carnalis volupta

tis. De stercore enim erigitur, cui carnis vitia dominantur. ad quid erigit?

7 Vt collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui.

Ex Aug. & Cass. VT collocet eum cum principibus] id est cũ angelis, & [CVM principibus populi sui] id est cum apostolis. q. d. ad hoc erigit pauperem, vt addat eum ordinibus cæli, qui sunt ex angelis & hominibus.

8 Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum lætantem.

Ex Cass. Ex Aug. QVI habitare facit] Hic exponit vbi suscitat, & erigit in ecclesia, scilicet quæ ante aduentum sponsi sterilis erat; modo vero est mater Galat. 4 multorum læta & fœta. q. d. non solum erigit Ex Aug. & Alcu. quos locet cum principibus iudices. sed ipse est [QVI facit sterilem] scilicet Saram, id est eccle- Eph. 2 siam gentilem, quæ prius sterilis fuit, vnde per Saram significatur. eam inquam, Facit [HABITARE in domo] id est in ecclesia Iudæorum, Ioann. 10 inter ipsos Iudæos, vt in lapide angulari duo pa- Ex Aug. rietes coniungantur, & vt fiat vnũ ouile. Ipsam Lucæ 16 dico, [LAETANTEM matrem filiorum] id est fidelium per omnes gentes, quia sunt multi filij desertę, qui si non omnia relinquunt, faciunt tamen sibi amicos de mammona iniquitatis, id est per opera misericordię, ex persona quorum hęc Esaiæ 49 dicuntur: de quibus Esaias loquẽs ad ecclesiam, ait, Dicent, inquit, in auribus tuis, filij quos amiseras, angustia est nobis in loco isto, facite itaq; nobis & nunc locum, in quo commoremur: Tu vero dicis in corde tuo, Quis generauit mihi istos? Quis ergo educauit mihi istos? quasi cum sciam me esse sine filijs & viduam?

CXIIII. PSALM. TIT. Alleluia.

Ex Cass. IN exitu Israel] Titulus, [ALLELVIA] Item hic alleluia ponitur ex alio negotio. Sicut enim ex diuersis actibus deus laudatur: ita ex varijs negotijs iste titulus annotatur. Hic enim ab initio Hebræi populi, Propheta incipiẽs per magna miracula illi populo exhibita, Christum mundo datum nuntiat. Per quas similitudines. id est per earum significata etiam quisq; Ex Aug. Christianus liberatur. Erãt enim illa miracula figuræ mysteriorum spiritualium Christi & ecclesię, quod in psalmi expositione clarescet. Hic ergo non narrantur præterita tantum, sed futura prædicuntur, quia in illis gestis futura significabantur. Et ideo, non omnia hic dicuntur, quę ibi gesta sunt. Sed quædã aliter, ne putetur Pro- Ex Cass. pheta recolere tantum præterita. Intẽtio. Ad cultum & laudem veri dei inuitat. Modus. Tripartitus est psalmus Primo dicit propheta, quæ mirabilia dedit deus Hebræis in figura: & Christianis in spiritu. Secũdo, interrogat quare hæc facta sunt, ibi, Quid est tibi mare. Tertio simulachra inania gentium probat, & religionem dei commendat, ibi, Simulachra. Incipiens ergo Propheta à mirabilium narratione, ait,

1 IN EXITV israel de AEgypto: domus Iacob de populo Barbaro.

IN exitu Israel de AE- gypto] scilicet [DOMVS Iacob de populo Bar- Ex Alcu. baro] cum populus Israel de Aegypto, id est de populo Barbaro exiret.

2 Facta est Iudęa sanctificatio eius: Israel potestas eius.

FACTA est Iudæa sanctificatio eius] id est sanctificatus est populus ille in Iudæa, id est in Ex Alcu. terra promissionis colendo verum deum, quæ terra ante erat p idololatriã polluta. [ET Israel potestas eius] facta est, terræ, id est potens factus est in ea. Qui enim in AEgypto fuerant serui, ibi ecclesia facti sunt domini. ergo,

3 Mare vidit & fugit: Iordanis cõ uersus est retrorsum.

MARE] rũbrum, [VIDIT] populum de Ex Hier. AEgypto exeuntem, [ET fugit] id est diuisum est, vt populus pede sicco transiret. [AT Iordanis conuersus est retrorsum] Hõc aliter dicit Ex Aug. quam factum fuerit. Ibi enim legitur stetisse Iordanis ab ea parte qua aquę desuper influebant nec quicq̃ ibi dicitur de gestiẽtibus montibus, de quibus hic dicitur, Montes exultauerunt. Sed tam ibi facta, quàm hic dicta figuræ sunt, ergo per Israel & Iacob, rectè intelligitur popu- Ex Hier. & Aug. lus Christianus, qui prius est Iacob, id est luctator: post Israel, id est videns deum. Per AEgyptum vero, quæ interpretatur afflictio, intelligitur seculum. Sicut ergo populus ille cũ exiret Ex Alc. de AEgypto, sanctificatus & potẽs factus est in Iudęa: ita Christianos exeũtes de peccatis, sanctificat cõfessio. Iudęa. n. interpretatur cõfessio. In Ex Aug. exitu, spirituali, qui fit mente & ope dei, Israel. i. videntium deũ, De AEgypto. i. de afflictione seculi, cui renuntiant. f Domus Iacob. i. ẽcclesia, Ex Hier. quæ est domus luctantium, quod prius sumus, quàm Israel, De populo Barbaro, id est à bla- Ex Aug. & Cass. sphemijs gentium, à quibus mente semoti esse debemus. Vel à turba dæmonum. barbara enim Ex Aug lingua est, quæ deum non laudat. In illius inquã exitu, Facta est Iudæa, id est confessio, Sanctificatio eius, quæ sanctificatio est in corde, quod purgat confessio, & per eam facti Israel, possunt resistere vitijs, & esse filij dei: vnde subdit, Israel. potestas eius. q. d. per confessionem sanctificatus est, & per eam factus est, Israel, id est videns deum. & eius facti Israel, est, Potestas, resistẽdi vi- Ioann. 1 tijs, & vt sit filius dei: secundum illud, Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Et hoc, Mare, seculi, Vidit, id est peccatores seculi. Et fugit, id est retro fit, vt via sine contradictione ad spiritualem libertatem pateret. Et, Iordanis, qui interpretatur descensus, id est humiles baptizati, Conuersus est retrorsum, id est ad eum vnde orti sunt redierunt: bonum ergo est illis vt retrorsum conuertantur, fiatque deus illis ante faciem, quem sibi à tergo

posuerũt,& sic posteriorum obliti in ea quę an-
Ex Cass. te sunt se extendant. Vel quia Iordanis in mare
decurrit,per eum significãtur illi qui varijs desi
derijs rapiunt alios in magnũ mare,id est in hu-
ius seculi amaricantem malitiam:sed hęc in ad-
uentu domini cessant,quasi cõuersa retrorsum.
Et hoc est quod dicit,Iordanis conuersus est re-
trorsum.Et tunc,

4 Montes exultauerunt vt arietes: & colles sicut agni ouium.

Ex Aug. MONTES].i.dispensatores verbi dei.s.aposto
li,[EXVLTAVERVNT]vel gestierũt,qui sunt
Ex Hier. hic & in psalm. 28 & Alcu. [VT arietes] id est vt duces populi,qui corni-
bus vtriusque testamenti hæreticos debellant &
superstitiones diruunt. Vnde alibi,Afferte domi
no filios dei,afferte domino filios arietũ. Et se-
Ex Hier. ad Fabiolã de 42 mã sionibus, & Alcu. xta mansio filiorum Israel de AEgpto venien-
tium fuit Helim,quæ interpretatur arietes, vbi
erant duodecim fontes,& 70 palmæ,quibus si-
gnificantur duodecim apostoli,& septuaginta di
scipuli, quos in sexta ætate elegit dominus, vt
Exod. 15 per quatuor mundi partes Christi victorię pal
mam portarent destruentes gemino cornu v-
triusq; testamẽti omnẽ scientiam aduersus Chri
Ex Cass. stum se erigẽtem. [ET colles] dicti à colendo.
1 Cor. 4 id est mediocres,Exultauerunt, qui semen fidei
Ex Aug. receperunt,qui sunt,[SICVT agni ouium] id
est per euangelium ab arietibus geniti, non inui
di,innocentes: per arietes generati in fide.Non
enim ad literam, hęc tantũ accipiẽda sunt, vnde
per Iordanẽ,id est per antiqua facta hic signari,
non ambigas,quæ hodie spiritualiter fiunt.

PARS II

5 Quid est tibi mare quod fugisti: & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum.

Ex Aug. QVID est tibi mare] Secundo interrogat
quare hęc fiant,vt excitet admirationem,& sol-
uit,ibi,A facie domini.q.d.Mare fugit, & Iorda
nis cõuertitur retrorsum,sed hæc videntes miran
tur,dicentes,[QVID est tibi mare] .i.seculum
[QVOD fugisti?]q.d.quid est ô seculum quod
tua impedimenta cesserunt, vt tot milia homi-
num mũdo renuntiantium ad dominum conuer
tantur? & hoc est quod sequitur,[ET tu Ior-
Ex Cass. danis].s.ô vos qui varijs desiderijs fluitis, quid
est [QVIA cõuersus es retrorsum?] id est à tuo
proposito.q.d. cur vestras consuetudines dimi-
sistis.Item ô vos,

6 Montes exultastis sicut arietes: & colles sicut agni ouium.

Ex Aug. MONTES]quibus dicetur in fine,Euge ser-
Matth. 25 ue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui.
quid est quod[EXVLTASTIS sicut arietes,
&] vos [COLLES]quibus dicetur,Venite be-
nedicti patris mei &c.quid est quod exultastis,
[SICVT agni ouium]ecce cur,

7 A facie domini mota est terra. à facie dei Iacob.

Ex Cass. A facie domini]Ipse qui quæsierat soluit:&
fit duobus prædictis vna responsio, quia vnus
auctor & mare & Iordanem, id est secula fecit
obstupescere, & sua,id est montes & colles gau
dere.Christo enim apparente moti sunt homi-
nes à sua superstitione ad cultum domini. q.d.
ideo hæc facta sunt,quia [TERRA]quæ prius
erat pigra ad bene operandum [MOTA est]vel Ex Aug.
commota est à sua superstitione ad cultum dei
vt solidius firmetur:& hoc,[A facie domini]id
est à præsentia domini,qui dicit, Vobiscum sum Matth. 28
vsque ad consummationem seculi. Vel, A facie Ex Hay.
domini, id est à cognitione domini, quam ha- & gl. int.
bent. Vel, A facie domini, id est à clementia do-
mini,id est ab ira eius quam præuidẽt futuram,
& quasi quis quæreret, Quis est deus? subdit,
[A facie dei Iacob]q. d. dominus à cuius facie Ex Hier.
mouetur terra,est deus Iacob.s.non est deus re- & Alcu.
cens. Vel qui facit suos luctari,ipse etiam est,

8 Qui conuertit petram in stagna aquarum: & rupem in fontes aquarum.

QVI conuertit petram in stagna aquarum, Ex Aug.
& rupem in fontes aquarum] id est se prius du
rum cum ignoraretur, liquefecit ad irrigandos
fideles,vt sit in eis fons aquæ viuæ salientis in Ioann. 4
vitam æternam,quod factum est cum ipse resur- Lucæ 24
gens aperuit illis sensum, vt intelligerent scri-
pturas.Ipse ergo dominus prius erat quasi pe-
tra & rupes,donec aperti scripturis velut fons
influeret,atque inundaret in omnes credentes,
dicens,Si quis sitit, veniat ad me & bibet. Vel Ioann. 7
ita,ipse est [QVI conuertit petram] id est du-
ra corda Iudæorum, [IN stagna aquarum] id Ex Cass.
est ad aquam baptismi [ET rupem] id est gen-
tiles,[IN fontes aquarum] vt & ipsi emanent
irriguos fontes prædicationis.

9 Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam.

NON nobis] cũm dixit deum dare bona,pe- Ex Cass.
tit vt propter nomen suum det ea, quia merita
non videt in hominibus.q. d. ita de petra ema-
nat aqua,& hæc non meritis data est,sed tua mi
sericordia: & hoc est, ô [DOMINE non nobis]
Iudæis, [NON NOBIS] gentibus, id est non Ex Hay.
meritis nostris,[SED nomini tuo da gloriam]
quia est hæc gratia erũpentis aquæ de petra nõ Ex Aug.
pro meritis nostris, sed illo miserante data est. Ex Cass.
vnde non ait,da bona:sed pro eo dicit, Da glo-
riam,quia pro bonis datis, nobis gratis, glorio-
sus apparet.Gloria est enim cum in meritis datur
ergo,Da gloriam nomini tuo,id est da nobis pie
tate tui nominis bona,pro quibus nomen tuum
glorificetur.Gloriam dico procedentem,

10 Super misericordia tua & veritate tua:nequando dicant gentes, Vbi est deus eorum?

SVPER] id est de,[MISERICORDIA
tua] quia impios vocas, & peccantibus parcis.
[ET]de[VERITATE tua]qua non venien-
tes iudicas, & bonis præmia promissa restituis.
In misericordia enim vocat impios, & peccan-

tibus parcit. In veritate, Impios & non venientes iudicat & punit, & præmia promissa restituit.
Ex Alcu. Vel ita, Gloriam, dico, procedẽtem, Super misericordia tua. i. de reparatione humani generis. Et de veritate tua. i. de promissione impleta, qua promisisti aduentum filij. Ideo da gloriam,
Ex Aug. in 2 concione psa. [NEQVANDO dicant gẽtes, Vbi est deus eorum?] Hõc sæpe impij imputant bonis afflictis, etiam hoc solent dicere nobis gẽtes, quę habent visibiles deos, quia inuisibilẽ deum colimus. q̃d
Ex Aug. ne semper dicãt, ait, Nequãdo &c. q. d. da gloriã, Nequando dicãt gẽtes, Vbi est deus eorũ? quod tunc implebitur. Quando. s. signũ filij hominis apparebit in cælo, cum eis adhuc nõ credendus prædicatur, sed iam tremendus ostenditur.

11 Deus autem noster in cælo: omnia quæcunque voluit fecit.

Ex Cass. & Alcu. DEVS autem noster] q. d. gentes quærunt vbi est, nos [AVTEM] respõdemus, [DEVS noster] autẽ [EST in cælo]. i. in Christo homine. secũdum illud, Deus erat in Christo mundum
Ex Aug. & Cass. reconcilians sibi. Vel, In cælo. i. potẽns super omnes creaturas. Vel in cælo sursum, alia litera, quia omnia corpora cælestia & terrestria transgreditur. Et [OMNIA quæcunq; voluit] in corporalibus vel in spiritualibus. [FECIT] per q̃d omnipotens apparet.

PARS III 12 Simulachra gentium argentum & aurum: opera manuum hominum.

Ex Cass. SIMVLACHRA] Tẽrtio, inania gentium simulachra improbat, & religio dei quam sit vtilis
Ex Aug. ostendit. Est hic perfecta demonstratio, in vituperatione & laude. Ostensa enim potentia nostri dei ex operibus, transit ad deos gentium visibiles. q. d. noster deus talis est, sed [SIMVLACHRA gẽtium] nõ vtiq; veri dij, sunt [AVRVM & argentũ] in materia, de qua sunt. gentiles habẽt quidem & lignea & fictilia: sed preciosiora ponit, quibus maior reuerẽtia exhibetur: vt qui in his erubescit facilius in cęteris erubescat. Dico
Ex Alcu. & Aug. sunt argẽntum & aurũ, sed quia hæc fecit deus, inquit, [OPERA manuum hominum] sunt in forma. q. d. hęc venerantur quod inde fecerunt. Materiam nanq; creauit deus, sed stultitia homi
Ex Aug. num formam addidit. Nõli ergo manus addere vt ex eo metallo quod fecit verus deus velis facere falsum deum, imo falsum hominem, quem pro vero venereris deo, quem si quis pro vero homine, etiam in amicitia reciperet, insaniret. Sunt ergo, Opera manuũ hominum, quia manu hominum sunt formata, sed non habent membrorum officia. Vnde subdit,

13 Os habent & non loquentur: oculos habent & non videbunt.

Ex Aug. OS habent & non loquentur.] Hõmo illis melior est, qui loquitur. Hoc est enim propriũ hominis. s. loqui. Cætera vero quæ sequuntur, communia sunt homini cum bestijs, vt non solũ homines, sed & beluas, scias simulachris esse anteponẽdas. Plus autem valet in affectibus miserorum forma, viuenti similis. s. quod, Os, habent &c. quam ad eos corrigẽdos quod non viuit, nec officijs membrorum potest vti. [OCVLOS habent & non videbunt.]

14 Aures habent & non audient: nares habent & non odorabunt.

AVRES habent & non audient, nares habent & non odorabunt] Mãnifesta & euidẽtissima sunt hæc. Ex Aug. Quis enim puer interrogatus nõ hoc certũ esse respõderet quod simulachra, Os habent & nõ loquentur, oculos habent & non videbũt &c. quæ diuinus sermo cõtexit: cur ergo spiritus sanctus à deo inculcat in multis scripturæ locis, quæ sunt omnibus nota, quia effigies viuenti similis homines seducit, vt putẽt in ea esse occultũ numen, & nõ esse sine viuo habitatore: vnde & dæmonia ad possidenda simulachra inuitant, quorũ prępsidentium varia fallacia, mortiferi seminantur, & multiplicãtur errores. Hæc autem alibi damnat Propheta, dicens, Omnes dij gẽtium dæmonia: prudẽtiores vero Psalm. 95 dicunt se nec idola, nec in eis dæmonia colere: sed quæ per idola significãtur, vt per hoc aerẽ, per illud terrã &c. & huiusmodi: hos transeunt & alij dicẽtes se nõ colere ipsa corpora, sed quæ illis regendis præsident numina, vt Iouẽ, Mercurium, & huiusmodi, quæ omnia damnat Apost. dicens, Qui commutauerunt veritatem dei in mendacium, & seruierũt creaturæ potius quàm creatori.

15 Manus habent & non palpabunt: pedes habent & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.

MANVS habent & non palpabunt] hõc & Ex Aug. simiæ possunt, quæ manibus contrectant, meliores itaque illis sunt. [PEDES habent & non ambulabunt, non clamabunt in gutture suo] Melior est bestia, quæ si non loquitur, clamorem habet in faucibus, & notandum quod post loqui, quod est proprium hominis, hoc beluis commune addit: vt pro bestijs intelligas dictũ &c. quæ supra dixit beluis communia, non solum ad homines referas, nam & vident & audiunt, & olfaciunt, & ambulant, vt non solum homines, sed etiam beluas simulachris præponendas cognoscas: vt si pudet adorare bestiam hæc omnia habentem, multo magis pudeat, te adorare mutum & carens vita sensuq́ue simulachrum.

16 Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.

SIMILES illis fiant] q. d. quia talia sunt si- Ex gl. int. mulachra, itaque omnes [QVI faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis] adorantes ea, [SIMILES illis fiant] Videãnt ea apertis & vi- Ex Aug. uentibus oculis, & adorent clausis & mortuis mentibus simulachra non vidẽntia, nec viuentia. Vide ergo erubescibilem culturam, dum ait, Ex Alcu. Similes illis fiant, quod verè sunt, sicut dictum est. Vel, Similes illis fiant, id est similes se eis esse intelligant, vt dissimiles fieri laborent.

17 Domus Israel sperauit in domino:adiutor eorum & protector eorum est.

Ex Cass. & Alc. DOMVS Israel]Hīc cōmendat Christianæ religionis vtilitatem.q.d. gentes confidunt in simulachris,quæ iuuare non possunt.[DOMVS] Ex Cass. & Aug. autem [ISRAEL] id est generalis ecclesia[SPERAVIT]quod non videtur,[IN domino] mūdo abiecto, vt autem perduret vsque in finem patientia,[ADIVTOR &c.] Ex Hay. & Cass. Vel ita continua. Sperauit dico,vnde, Dominus[EST adiutor eorum] in bonis agendis.[ET protector eorū] Ex Aug. contra diabolicas fraudes.Ne autem videatur maioribus iam esse res quæ minoribus est spes, addit,

18 Domus Aaron sperauit in domino: adiutor eorum & protector eorum est.

Ex Cass. & Aug. DOMVS]etiam[AARON]id est ordo etiā sacerdotum [SPERAVIT in domino] & dominus est [ADIVTOR eorum] vt & ipsi perseuerent.[ET protector eorum est]ne eis noceatur,ideo minorum & maiorum est dominus adiutor:quia vtrique timent dominum. Et,

19 Qui timent dominum sperauerunt in domino: adiutor eorum & protector eorum est.

Ex Hay. QVI timent dominum]in omni gēre,[SPERAVERVNT in domino] Ex Cass. Hæc duo.s.spes & timor, beatos faciunt: & dominus adiutor eorum, & Ex Aug. protector eorum est]nōn enim nos nostris meritis præuenimus misericordiam dei,sed,

20 Dominus memor fuit nostri: & benedixit nobis.

Ex Hier. & Haym. & Cass. DOMINVS memor fuit nostri]Vel ita continua.verè adiutor,nā,Dominus, qui diu quasi oblitus videbatur,Fuit memor nostri,vt per filium missum conuerteret nos,[ET nobis]conuersis,[BENEDIXIT]per eundem filium. Et repetit quibus benedixit,

21 Benedixit domui Israel:benedixit domui Aaron.

BENEDIXIT domui Israel]idest ecclesię. [BENEDIXIT domui Aaron].i. pōtificibus,

22 Benedixit omnibus qui timēt dominum: pusillis cum maioribus.

Ex Cass. BENEDIXIT omnibus qui timent dominum]Nullum genus hominum excluditur[PVSILLIS] benedixit [CVM maioribus.]

23 Adiiciat dominus super vos: super vos & super filios vestros.

Ex Aug. ADIICIAT dominus] bēnedictionē[SVPER vos] ô Iudæi. [ET super vos] ô gentes, [ET super filios vestros] Vel ita distinguit inter patres & filios,scilicet inter magistros & discipulos, dicens,O patres, ô magistri, Adiiciat Matth.3 dominus super vos.i.in numero vestro adiiciat alios.& ita factum est,quia creuit numerus magistrorū. Et ādiiciat super filios vestros,quod ita factum est,quia creuit numerus sequacium; cū de lapidibus suscitantur filij Abrahæ. Accessit enim fides omniū gentium, & creuit numerus, non solum sapientium antistitum,sed etiam obedientium populorum,ergo,

24 Benedicti vos à domino:qui fecit cælum & terram.

VOS] vtriq; patres & filij,[BENEDICTI] Ex Aug. estis[A domino,qui fecit] vos [CAELVM] in maioribus,[ET terram] in pusillis: sed quia & hi pusilli crescendo fiūt cæli magni,sic sunt cęlum terræ: quam lacte simplicis doctrinæ nutriunt: vt fiant etiam,

25 Cælum cæli domino: terram autem dedit filiis hominum.

CAELVM cæli] dū eam sperant in cælū cōuerti. Ex Aug. Hoc autē, Cælum cæli, est à [DOMINO]quia illi magni soli domino dociles sunt,quia iam nō ab homine neq; per hominē, sed per ipsum deū capiunt sinceritatem & vbertatē sapiētiæ. Nec tantum cælum cęli sunt,sed etiam filij hominū. quibus[FILIIS hominū terram dedit]in qua operentur.i.subiectos quos excolāt ad fructificandum.Et cū hæc ita sint,ergo vtriq;.s.cęlum & terra.i. maiores & minores viuant ex eo qui fecit ea,& laudent:aliter enim moriuntur, & à mortuo quasi non sit perit confessio.vnde conuerso sermone ad dominum,dicit,

26 Non mortui laudabunt te domine:neque omnes qui descendunt in infernum.

Ex Aug. NON mortui]in pēccatis[LAVDABVNT te domine]Vel ita, Cælum cæli, dicit eos, vt ante diximus,quorū mentes sic sublimauit, vt nulli hominū sed ipsi deo dociles fierēt, quorum cōparatione omne visibile.i.cęlum & terra,dicitur terra,quā, Dedit filijs hominum.i.minoribus, vt eius consideratione cōiiciant creatorem, quem infirmi sine hoc adminiculo adhuc videre non possunt. Et hoc est quod dicit, Cælum cæli, est, Domino,quia illi maiores à solo domino docētur. Idē sensus est cum priori. Terrā autem.i.omnia visibilia, Dedit filijs hominū.i.infirmis, vt per ea cognoscāt inuisibilia dei. Nō mortui & c. Ex Cass. hæc nō mutantur. Vēl ita ab illo loco, Benedicti,q opt auit supra benedici , iam cōfisus dicit, Bendicti.q.d.dixi adiiciat, & sic erit, quia, Vos, eritis, Benedicti, & hoc, Domino .i. honori do- Ex Alcu. mini.Hoc enim ad dōminū pertinet, vt & ei seruiatis. Et est, Domino, datiuus casus. Domino dico, Qui fecit cęlū & terrā.i.omnem creaturam. Ex Cass. Debetis esse domino:quia etiā, Cęlum cęli, idest Christus est, Domino.i.ad honorē domini. Terram autē.i.populum instruēdum, Dedit filijs hominum.i. prædicatoribus . secūdum illud, Sicut Ex Strab. & Bed. in ea.Gen.r. distinct.2 secūdi sententiarū. misit me pater, & ego mitto vos in mundum, Ioan.20 vt eatis & fructum afferatis. Vel ita, dominus fecit cælum & terram, sed, Cęlum cæli.i. ἐμπύριον cælū, quod statim factū sanctis angelis fuit repletū: quod dicitur ἐμπύριον.i.igneū, à splendore, Ioann.15

Ex Cass. nō à calore. πῦρ enim græcè, latinè ignis dici-
Ex Hay. tur: dedit, domino, Christo, secundū qđ homo.
Eccle. 15 Tĕrram autē, istam inferiorē, Dedit filijs homi
num, vt in ea se purificent. Cum hæc ita sint, ô
[DOMINE non mortui] in peccatis, [LAV-
dabunt te] quia non est speciosa laus in ore pec
catoris. [NEQVE omnes] id est aliquis omniū
Ex Hier. [QVI descendunt in infernum] id est in pro-
Prouer. 9 fundum vitiorum, quia peccator cum venerit
in profundum vitiorum contemnet: sicut alibi
Ex Cass. dicit scriptura. Vĕl in infernum, dicit ad literā.
Locū pœnarum accipe generaliter. Lŏcum pœnarum, in quem non tantum impij,
sed etiam sancti ante aduentum Christi descen-
debant. Et ideo non vniuersaliter dicit nulli qui
descendunt, sed particulariter. Neque omnes. f.
Laudabunt te, qui descĕdunt in infernum, quia
& sancti illuc descenderunt, sed non fuerunt in
inferiori inferno. Illi impij non laudabunt.

27 Sed nos qui viuimus benedicimus domino: ex hoc nunc & vsq; in seculum.

Ex Hier. SED nos qui viuimus] vĭta gratiæ [BENE-
dicimus domino] id est laudamus dominū, [EX
hoc] id est ex quo incipimus, & [NVNC] scilicet
progrediendo, [ET vsq; in seculum] sine fine.

COLLATIO
In psalmum 112. In exitu Israel de AEgypto.

26 IN infernum.] Hebræi, In silentium, per quod intelligitur sepulchrum aut infernus, vbi siletur, & hominis memoria in obliuionē abit. דּוּמָה dumah.

27 SED nos qui viuimus.] In Heb. absolutè habetur, Sed nos. Clarum est tamen sic accipi, quum modo præcessisset, Non mortui laudabunt te, intulit statim per aduersatiuam cōiunctionem, Sed nos, nimirum qui viuimus.

CXVI. PSALM. TIT.
Alleluia.

DILEXI quoniam.] Titulus, [ALLE-
LVIA] id est laudate deum. Hĭc titulus
Ex Cass. sæpe iteratur, quia laudatio dei & digni
tas operum & precium laborum, id est & meri-
tum est & præmium. Dĭcit autem hoc Prophe-
ta, quod in hoc psalmo cōtinetur tanquam o-
Lucæ 15 uis quæ errauerat, humeris pij pastoris ad gregē
reportata, & tanquam filius prodigus, post lon-
gam captiuitatem reuersus, adhuc tamen huius
seculi peregrinus. Et ĕst iste psalmus fidelium cō
Ex Cass. solatio, contra dolores seculi. Intentio. Mo-
net ad laudem. Modus. Bipartitus est psal-
mus, Primo peccator de fouea peccatorum libe
ratus, & in petra constitutus gratias agit, quia
exauditus est: & contra omnia pericula inuo-
casse se dicit. Secundo iterum clamat, vt libera-
tus ad requiem veniat, ibi, ô Domine libera.
Ex Aug. Prŏpheta ergo in persona captiui reuersi, gra-
tias agens deo, ait,

DILEXI quoniam exaudiet dominus, vocem orationis meæ.

DILEXI] nō prŏpter Ex Cass.
temporalia bona mihi data, vt & infideles: sed [QVONIAM dominus Ex Aug.
exaudiet] spēs futuri dilectionem accendit. Vel, Ex Cass.
Exaudiuit, alia litera, [VOCEM orationis meæ]
nō parum differt istius dilectio à dilectione in-
fidelium. Diligitur enim deus etiam ab infideli-
bus, quia bona eis dat. Vnde alibi, Confitebitur Psal. 48
tibi cum benefeceris ei. Diligitur autem perfe-
ctè, cum animus aduersis non mouetur, sed spe,
in charitate magis accĕditur. quem modum iste
exponit de se dicens, Dilexi, non quia regem fe-
cit. vel prospera dedit: sed quia, Vocem oratio-
nis meæ exaudiet, vel exaudiuit, in angustijs.
Exaudiet,

2 Quia inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo.

QVIA] iam [INCLINAVIT] ex hoc mi- Ex Aug.
hi est spes, [AVREM suam mihi] dum pro no-
bis filium suum dedit. In hōc indicat iste se cre- Ex Cass.
dere quæ ad salutem sunt. inclinauit autem au-
rem suam, in incarnatione, in passione filij, in
quo ego expertus misericordiam, [INVOCA-
BO] quod non est sine fide. Vnde Apost. Quo- Ex Aug.
modo inuocabunt in quem non crediderunt? Rom. 10
Dum ergo ait, Inuocabo, notat quod non otio-
sus dilector. [ET] hoc [IN diebus meis] id est
in diebus meæ miseriæ, quos mihi feci peccan-
do, qui sunt pleni laboris & doloris, & vetustæ
putredinis. In quibus diebus,

3 Circundederūt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.

CIRCVNDEDERVNT me dolores] vel Ex Aug.
inuocabo in diebus meis, id est in diebus salutis
meæ, tempore plenitudinis. Vnde, Ecce nunc 2 Cor. 6
tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, Cir-
cundederunt [ME dolores] q. d. Dilexi, inuoca- Ex Cass.
bo, & hæ sunt causæ diligendi. Hæc clamare fa & Alcu.
ciunt, quia, Circundederunt me dolores [MOR-
TIS] id est peccata vnde procedit dolor & mors
animæ, vel mors æterna. Et hæc, id est mors æ-
terna erit in inferno. Vnde sequitur, [ET peri
cula inferni] id est debita & reatus pœnarū in- Ex Aug.
ferni [INVENERVNT me] errantem à te, & & Alcu.
expositum malis. non ego inueni ea gaudens in
prosperis seculi huius. suffusus enim carnali vo-
voluptate non animaduerti mala me circun-
dantia.

4 Tribulationem & dolorem inueni: & nomen domini inuocaui.

TRIBVLATIONEM & dolorē] q. d. mă Ex Aug.
la prius inuenerunt me, sed post ego, Tribula- & Alcu.
tionē, quod prius pericula dixit, hic tribulatio-
nem dicit, [ET dolorem] quod prius dixit do-
lores, [INVENI] i. recognoui, quę latent alios.

Ex Aug. Vel, Dolorem & tribulationem, dicit pœnalitatem iſtam, & flagellorum dolorem, quæ deus ad vtilitatẽ infert homini. Vnde, Da nobis auxiliũ de tribulatione, quia per hæc exteriora, cognoſcit homo ſuam interiorem miſeriam .i. dolores mortis, & pericula inferni.. Et eſt ſenſus, Illa me prius circundederũt neſcientem, & inuenerunt: ſed poſt, Inueni tribulationem & dolorem, ideſt afflictionem exteriorem eſſe vtilem. Latebat enim me prius tribulatio & dolor vtilis, vnde nobis eſt auxilium: & tunc vana ſeducebant me. Sed per illum dolorem, inueni miſeriam interiorem, quam neſciens habebam. [ET] ideo [NOmen domini inuocaui] id eſt ſategi, vt liberarer à domino.

PARS II. 5 O domine libera animã meam miſericors dominus & iuſtus: & deus noſter miſeretur.

Ex Caſſ. O DOMINE libera animam meam] Secũdo, item clamat vt liberatus veniat ad requiem, q.d. quia hæc mala ſunt mihi, [O domine libe-
Ex Aug. & Caſſ. ra animam meam] quia ſine deo captiua eſt. De hac captiuitate liberari clamat Apoſtol. Quis
Rom. 7 me liberabit de corpore mortis huius? [MISERICORS dominus] hoc eſt quod idem Apoſt. ſubdit, Gratia dei per Ieſum Chriſtum. q.d. Libera, & nullus dubitet, quia, Dominus, eſt Miſeri-
Ex Aug. cors, quia primo inclinauit aurem ſuam, & me vocauit. [ET iuſtus] quia flagellat. Flagellat enim filium quem recipit. [ET deus noſter miſeretur] iterum, quia recipit ad beatitudinem. nec tam amarū eſſe debet quod flagellat, quàm dulce quod recipit, quia,

6 Cuſtodiens paruulos dominus: humiliatus ſum, & liberauit me.

Ex Caſſ. August. & Rem. DOMINVS] eſt [CVSTODIENS] vt paſtor [PARVVLOS] id eſt humiles, quos grandes quærit hæredes, & experto credite, quia ego [SVM humiliatus] Et ideo [LIBERAVIT
Ex Aug. Ex gl. int. me] q.d. dolor ille non eſt pœnalis, ſed ſalutaris quem ſecando medicus facit. Vel ita continua, Dominus eſt iuſtus & miſericors; & ideo, Humiliatus ſum & liberabit me.

7 Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.

Ex Caſſ. CONVERTERE] Hortatur iſte animam ſuam, vt conuertatur ad deũ, vnde requies est. q.
Ex Aug. d. Et quia dominus eſt miſericors, ergo ô [ANIMA mea conuertere in requiem tuam] id eſt ad deum vbi etiã hic eſt requies mentis, non tamẽ deſidia adſit, vt quis ceſſet operari. Cõuertere dico, nõ meritis vel viribus tuis: ſed [QVIA dominus benefecit tibi] quia dona dedit prius liberato, aliter liberatus non eſſet. Ita benefacit,

8 Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis: pedes meos à lapſu.

Ex Aug. QVIA eripuit] per fidem [ANIMAM meã
Matt. 8 de morte] Mors eſt infidelitas. Vnde dominus in euãgelio, Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos Et illud, Non mortui laudabunt te domi- Pſal. 113
ne. Hoc iam iſte habet, ſcilicet animam ereptam à morte, eo ipſo quod ex infideli, factus eſt fidelis. quia ſicut dominus ait, Qui credit, tranſit de Ioann. 5
morte ad vitam. Et, Eripuit [OCVLOS meos à lachrymis, pedes meos à lapſu] Hæc in ſpe facta ſunt, nondum in re, quia & modo ſunt lachrymæ, dum & lapſus eſt pro carne infirma; & in pedibus, quaſi in extremis animę partibus, id eſt in ſenſualitate lubricum adhuc ſentimus: ſed in futuro,

9 Placebo domino in regione viuorum.

PLACEBO domino] perfectè, quoniam nul- Ex Hier. & Aug.
lus erit lapſus ambulantium pedum, nullum infirmæ carnis lubricum. Et hoc, [IN regione viuorum] qui viuunt æternaliter, quod non fa- Ex Aug.
ciam dum immortali carne viuam. Et notandũ Ex Hier. & Aug.
quod ſupra dixit, Eripuit à lapſu, non eripiet; & tamen non dicit hic non placeo, ſed placebo; ſecurè vtique tunc, quod non modo.

COLLATIO
In pſalmum 114. Dilexi, quoniam exaudiet dominus vocem orationis meæ.

3 PERICVLA] מְצָרֵי metzare. Hieronymus vertit munitiones. Alij obſidiones, vel anguſtias videlicet inferni. Nihil dicitur quin ſonet pericula.

9 PLACEBO domino.] Hebræi, Ambulabo coram domino, אֶתְהַלֵּךְ לִפְנֵי יְהוָה ethhallec liphne adonai. Sed tropus eſt, ambulare coram domino, illi per omnia placere: ſicut Geneſis 5. Enoch ambulauit cum deo.

CXV. PSALM. TIT.
Alleluia.

CREDIDI propter quod locutus ſum.] Titulus, [ALLELVIA.] Voce laudis Ex Caſſ.
congruè titulatur pſalmus iſte, quia in hoc pſalmo verba martyrũ ſunt, qui confeſſione viguerunt, & præmia dei conſecuti ſunt. Intentio. Monet ad laudem. Modus. Bipartitus eſt pſalmus. Primo, memorant beneficia dei, quibus quid dignum redderent cum dubitent, occurrit calix paſſionis, qui à deo datur. Secundo ſeruos Chriſti ſe dicũt, & filios eccleſiæ, ibi, O domine, quia ego ſeruus. Propheta ergo in perſona martyrum commemorans dei beneficia, primum beneficium ponit fidem. Secundo confeſſionem, dicens,

C REDIDI propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Ex Aug. CREDIDI]vérè, scilicet & perfectè [PROPTER quod locutus sum] quia credenti necesse est loqui. Non enim perfectè credit, qui quod credit non loquitur. Piger est seruus iste vel timidus, sed fidelis seruus, quod accepit impendit, & lucratur alios. Et ideo intrat in gaudium domini sui ei dicentis, Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui.
Ex Caſſ. Et hic est verus & congruus ordo. Prius enim est credere, postea loqui, ne nondum credens audeat loqui, sed fidem sequatur cõfessio. Et no-
Ex Aug. & Alcu. tandum quia non ait, Credidi & locutus sum, sed, Credidi propter quod locutus sum, qui nõ tantum credidit cætera, quæ fides exigit: sed & simul cum illis credidit, & quod præmium loquendo speraret, & quod pœnam tacendo, timere deberet. Vnde quidam loquendi immittitur amor ex præmio, & necessitas ex pœna inducitur. [EGO autem] q.d. locutus sum, Ego autē
Ex Aug. & Caſſ. non ipsum verbum quod credidi, nõ sermo quē protuli, sed ego [HVMILIATVS sum nimis] id est passus sum multas tribulationes, propter verbum dei quod fideliter tenebam. Vnde ma-
Ex Caſſ. gis nitet veritas, quod nõ hi passi sunt, qui plus
2 Tim. 2 amant hominum gloriam, quàm dei. Vnde Apostolus, Verbum domini non est alligatum in me. Et ne vera confessio viribus hominis detur, dicit proprium hominis esse quod mendax est, quod non facile sciret, nisi in excessu mentis ad superna vectus esset. Vnde subdit,

2 Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

Ex Caſſ. EGO] autem, non attribuens mihi cõfessionem, [DIXI in excessu meo] vel in extasi mea, id est mente rapta ad æterna. quid? [OMNIS homo mendax] est ex se. Hoc iste in extasi cognouit. Magnum enim est, si quis se imprudente attendit. Et dicitur hic extasis, cum mens non pauore alienatur, sed aliqua inspiratione reuelationis sursum assumitur. Et cum homo nihil boni proprium habeat,

3 Quid retribuã domino: pro omnibus quæ retribuit mihi?

Ex Aug. [QVID] ergo retribuam domino? quod ita dicit, [QVID retribuam domino &c.] vel in extasi dicit, pauor est cruciatus vel mortis, quã cõminantibus persecutoribus, & impedientibus passionibus humana infirmitas patitur. q.d. humiliatus sum; In illa autē humiliatione, Ego dixi in excessu meo, vel sicut alij dicunt, In extasi mea, id est in pauore passionum. Quid? Omnis homo mẽdax, ex se, ex deo verax. Territus enim iste respicit infirmitatem suam, & videt nõ esse sibi præsumendum de se. Ex se enim homo mendax est; vt & Petrus dum præsumpsit de se, inuẽtus est homo mendax: sed virtus dei est, si non cedit. quod vidēs iste factum in se gratia dei, ait, [QVID retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?] pro malis meis? non ait pro omnibus quæ tribuit, sed quæ retribuit. quæ igitur præcesserant hominis, vt omnium donorum dei non tributio, sed retributio vocari possit? quæ præcesserant nisi peccata? Retribuit ergo deus hominibus bona pro malis, passus pro eis, cui homines retribuunt mala pro bonis.

3 Calicem salutaris accipiam: & nomen domini inuocabo.

CALICEM salutaris] q.d. Dico quid retribuam, ecce, Ego dono dei verax [ACCIPIAM] Ex Aug. & Alcu.
in desiderio, [CALICEM] .i. passionē, quę dicitur calix: à simili, quia placita potio est. Dicitur etiã calix, quia sub mensura bibitur. Vnde, Fidelis est Ex Caſſ.
enim deus, qui non permittit vos tentari supra & Alcu.
id quod potestis. De quo calice, dominus à di- 1 Cor. 10
scipulis quærit, Potestis bibere calicem, quem Matt. 20
ego bibiturus sum? Calicem dico, [SALVTARIS] id est Iesu, qui in æternam salutem propinatur. Vel, Salutaris, id est Iesu, qui prior passus est, & Ex Aug.
dat imitari suas passiones. Et ideo preciosa est in cõspectu domini mors sanctorum eius, quod post dicitur. Ecce non inuenit iste quid retribueret, nisi ex eis quæ dominus ipse prior retribuit. [ET nomen domini inuocabo] non mihi, sed deo fisus.

4 Vota mea domino reddam coram omni populo eius: preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.

VOTA] q.d. calicem accipiã, quod est in de- Ex Hier.
siderio. Et postea [REDDAM] ipso actu [VOTA mea domino] Et hoc [CORAM omni populo eius] vt exemplum capiat, cur tu ita facias? quia [PRAECIOSA] id est chara est, [IN conspectu domini] cuicũque sit vilis, [MORS sancto Ex Aug.
rum eius] Vel, Mors sanctorum eius est preciosa, id est mortis eius precio empta, quia emit eã sanguine quem pro eis fudit, ne dubitarent pro eo mori. Hoc ergo precio comparatus, confitetur conditionem suam, dicens,

5 O domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus & filius ancillę tuæ: PARS II

O domine ego seruus tuus] Secundo, seruos Ex Caſſ.
se dicunt martyres & filios ecclesiæ, ne quis pu- & Alcu.
tet hæreticorum martyrium deo placere, quia Ex Aug.
non est locus veri sacrificij extra catholicam ecclesiam. Quia precio nos cõparasti, ergo, O domine, profiteor conditionem meam, scilicet quod Ego, sum, Seruus tuus, id est obediens. Non est, quia, in textu secũdum August. & repetit, Ego seruus tuus, in omnibus, [ET filius ancillæ tuę] id est ecclesiæ, quæ est ancilla dum seruit. Spon- Ex Caſſ.
sa autē dum sponso iungitur, aliter nõ esset martyr, nisi esset filius ancillę .i. Hierusalem cęlestis, liberæ à peccato, ancillæ iustitiæ. Qui autē sunt præter ecclesiam, nõ sunt filij ancillæ, & si seruos se dicũt, & martyres: vt hæretici, quia habẽt nomen Christi. sed verè nõ sunt, quia non ipsi, sed, Ego, sum, Filius ancillę tuę, nõ schismaticus Ex Alcu.
sum, sed doctrinæ ecclesiæ per omnia obediẽs.

Ex Alcui. Vel, Filius ancillæ sum. vt sicũt ancilla non sibi, sed domino parit filios; ita & ego in morte mea aliquos tibi pariam, sicut & in vita, quod totum per te est. quia tu, non mea merita.

7 Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen domini inuocabo.

Ex Aug. Ex Cass. DIRVPISTI] virtute martyrij [MEA vincula] peccatorum, quę vincula rumpuntur: quia omnia sanguine abluuntur. Iste versus tãtę virtutis creditur, vt peccata homini dimittantur: si in fine vitæ trina cõfessione dicatur. Et quia dirupisti, ideo [TIBI sacrificabo,] vt gratus

Ex Aug. [HOSTIAM laudis] scilicet mẽipsum [ET nomen domini innocabn] nõ fretus meis viribus.

Ex Cass. Vel eodem sensu manente, aliter põtest legi litera, & erit ibi, Quia. Quia preciosa est mors sanctorum eius. Ergo, O domine, ego, Sacrificabo hostiã laudis. Loquẽs deo affirmat quod sus pradixerat, & hoc mihi magnũ & mirabile est, quia ego ô domine sum, Seruus tuus. admiratur se talia accepisse, qualia dominus pro redẽptione mũdi fecit. Et vt augeat admirationẽ, repetit, Ego seruus tuus, cætera non mutantur.

8 Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atriis domus domini in medio tui Hierusalem.

Ex Aug. VOTA mea] q.d. Sacrificabo hostiam laudis vtiq; sic, quod [REDDAM domino vota mea,] id est, meipsum qui sum eius imago. Imago e-

Matt. 22 nim dei, deo reddẽda est. Vnde, Quę sunt Cęsaris, reddite Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Sed qa non modo seruus est, sed filius ancillæ; dicit se

Ex Aug. & Cass. reddere vota non vbique, sed [IN atriis domus domini] nõn manufactæ, id est, ancillæ, id est, in catholica ecclesia non hęreticorum. Et quæ sit domus dei exponit, id est populus eius [IN conspectu omnis populi eius] publice enim debet laudari, qui pro omnibus pati voluit, vt plures ędificentur, & apertius adhuc nominat ipsam matrem nostram, dicens [IN medio tui Hierusalem] vbi pax est, & sancti visione dei lętantur. Qui autẽ filii ancillæ eius non sunt, bellũ quam pacem potius amauerũt. Sed ne quis putet Hierusalem dici Iudæos solos, qui hoc nomine gloriantur, audiat psalmum sequentem.

COLLATIO
In psalmum 115, Credidi, propter quod locutus sum.

2 IN excessu meo.] Hieronymus, In stupore meo. Alii in festinatione mea בְחָפְזִי behaphzi, Hanc ecstasin Augustinus intelligit pauorẽ impendentibus passionibus & mortis cruciatibus. Quare festinatio quam cæteri dicunt, trepidationem totam significat. Si tamen vox martyrum sit ad carnis infirmitatem referendũ venit.

OMNIS homo mẽdax.] Hieronymus transtulit mendacium: Et in commẽtariis tradit non esse mendax, sed mendacium כָּזָב cazab, quum tamen omnes nũc legãt כֹּזֵב cozeb, id est, qui mentitur siue mendax, quomodo etiã citat ipse Hieronymus lib. 2. aduersus Iouinianũ. Quin in commẽtario defert ecclesię, quam debes imitari. Ait ergo. Hoc autẽ dicimus secundũ Hebraicam veritatem. Loquamur autem & secundũ Septuaginta interpretes. Dicat enim aliquis, quid ad me, quod habetur in Hebraico? ego ecclesiam sequor, ego dixi in excessu meo omnis homo mendax.

CXVI. PSALMI TIT.
Alleluia.

Ex Cass. LAVDATE dominum omnes gẽtes] Titulus [ALLELVIA.] Breuis est iste psalmus, pro sua enim breuitate partes non recipit. omnium primus atomus, id est sine diuisione, sed tamen omnes cõpendio suæ locutionis superat. Et est, quasi punctus psalmorum. Vnde diuersæ species formantur, & est mira variatio cõtra tędiũ salutaria dicere, modo paucis, modo late. Ne quis ergo pũtaret, vt diximus Ex Aug: per Hierusalem solos Iudęos significari, omnes gentes ad laudem monet, in persona martyrum dicens,

LAVDATE dominũ omnes gentes: laudate eum omnes populi.

LAVDATE dominum omnes gẽtes,] id est, gẽntiles. Et [LAVDATE] vel, Collaudate [EVM omnes populi]. i. Iudęi. Ideo dicit collaudate, vt sit in vnum omnium redacta laudatio, quod est catholicę ecclesię. Ideo vere dicit omnes gẽtes, omnes populi, ne quis prętereatur de toto orbe. Et hæc sunt ãtria illa domus domini, & ille omnis populus. vnde in præcedenti psalmo egit, nõn soli Iudæi qui illa sibi arrogare conantur. Dico laudate, hac causa.

Ex Hier. Ex Aug. Ex Cass.

2 Quoniam cõfirmata est super nos misericordia eius: & veritas domini manet in æternum.

Ex Hier. Ex Aug. QVONIAM misericordia est] Christi [SVPER nos cõfirmata est] dãto spiritu sancto, dum inimici etiam cędunt nomini, propter quod liberati sumus, cui inimicarũ gentium rabida ora cesserũt [ET veritas domini] id est, Christi [MANET in æternum] siue in eis quæ promisit piis, siue in eis quæ minatur impiis. Vel ita, Misericordia, eius dei, scilicet reparatio hominis, misericorditer promissa, Confirmata est super nos, quia quod per pphetas promisit aduẽtu Christi compleuit. Et firmauit misericordiã, vt nũquã moueatur, quia qui dedit, custodit. Et veritas domini, id est, Christus, qui est veritas patris, Manet in æternum. Si quando enim nõ fuit

Ex Cass.

filius, aliquando fuit pater ſine veritate.

COLATIO.

In pſalmum 116, Laudate dominum omnes gentes.

1 LAVDATE eũ omnes populi.] Origenes in ca. Ro. 15. dicit apoſtolum ſcripſiſſe citãtem hunc pſalmum, Magnificate, quemadmodum latina habet editio, & in pſalmo legi collaudate, quum tamẽ vtrobique Græci codices conſtanter habeãt ἐπαινέσατε, vt oportuerit exemplar Origenis habere μεγαλύνατε, in apoſtolo. Cæterum in Hebrę̈o verbum poteſt interpretari, & laudare, & glorificare. Nam & Mũſterus vertit, honorate eum שַׁבְּחוּהוּ ſcabehubu.

2 MANET.] Nõ eſt in Hebræo expreſſum, ſed tantum legitur, veritas domini in ęternum. Septuaginta tamen non ocioſe addiderint, id quod & fecit Munſterus inter Neotericos.

CXVII. PSALMI TIT.

Alleluia.

Ex Caſs. in titul. & concluſ. pſalmi. CONFITEMINI domino quoniam bonus.] Titulus [ALLELVIA] Quintus eſt pſalmus iſte de primo aduentu, multis figuris decoratus. Habet enim quoſdã verſus vnifines, quoſdam vnius principii, quoſdam interſcalares, & huiuſmodi ornatus. Intẽtio.

Ex Caſs. Monet ad laudẽ. Modũs. Quatnor ſunt partitiones, Primo, fidelis populus peccatis ſolutus monet omnes domino cõfiteri: & quia per miſericordiã auditus eſt in tribulatione: ideo hominem dicit non eſſe timendum. Secundo, in ſolo deo dicit eſſe fidendum, ibi, Bonũ eſt confiteri. Tertio, portas Hieruſalẽ aperiri ſibi cupit, ibi, Aperite. Quarto, freqnentari atria dei ſuader, de aduentu Chriſti, gaudẽs, ibi, Benedictus, ad laudem ergo monens, ait,

C ONFITEMINI domino quoniã bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Ex Aug. & Caſs. CONFITEMINI domino,] id eſt, laudate dominum [QVONIAM] ipſe ſolus per ſe [BONVS] eſt, hoc eſt proprium deo, qui per ſe, & ex

Marc. 10 ſe bonus eſt, ſicut ipſe ait, Nemo bonus niſi ſolus deus. In hoc patet quia bonus eſt, [QVONIAM in ſeculum miſericordia eius] quia in ęternum miſericordiæ dona concedit.

2 Dicat nunc Iſrael quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Ex Alcu. DICAT] quaſi mõneo vos cõfiteri, & vt ego vos moneo, ita vos inuicem monete. Et hoc eſt,

Ex Caſs. [ISRAEL,] id eſt, tõtus beatus populus, dicat

Exgl. int. aliis quod ego dico, & hoc, Nunc, quaſi non eſt differendum. Vel dicat, id eſt, confiteatur, quid? [QVONIAM bonus] eſt [QVONIAM in ſeculum miſericordia eius.]

3 Dicat nunc domus Aaron: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Ex Hier.

DOMVS] quoque [AARON] ſacerdotes qui & Caſs.
pro reuerentia ſingulariter memorantur [DICAT nũc] illud idem [QVONIAM in ſeculum miſericordia eius.]

4 Dicant nunc qui timent dominum: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

DICANT nunc] hõc idem [OMNES qui timent dominum] hoc dicit vt includat puſillanimes, cum maioribus de omni gente. Ideo ver- Ex Aug.
sò dicit, Qui timent dominum, quia tales ſunt Ex Caſs.
idonei cõfiteri [QVONIAM in ſeculum miſericordia eius] Ecce quatuor verſus vnifines.

5 De tribulatione inuocaui dominum: & exaudiuit me in latitudine dominus.

DE tribulatione] de ſe ponit exemplum, vt alios ad miſericordiã dei incitet. q. d. Ecce miſe- Ex Caſs.
ricordia dei erga me, quia de tribulatione [INuocaui dominũ] & [DOMINVS exaudiuit me in latitudine] quia de anguſtiis ſeculi liberat, & in latitudine pręmiorũ ponit. & quia exaudiuit

6 Dominus mihi adiutor: nõ timebo quid faciat mihi homo.

DOMINVS mihi adiutor] eſt. Et ideo [NON Ex Caſs.
timebo quid faciat mihi homo,] id eſt, quilibet carnalis inimicus. Deinde reperit,

7 Dominus mihi adiutor: & ego deſpiciam inimicos meos.

DOMINVS mihi adiutor] Ecce idẽ in duo- Ex Caſs.
bus verſibus principium [ET] ideo quia dominus eſt adiutor [EGO deſpiciã inimicos meos] quod plus eſt quam non timere. Vel ſecundum aliam literã, Videbo inimicos meos, in futuro, ſcilicet iudicio, vbi diabolus cum ſuis videbunt deſtructus. Vel, Hic videbo, vt tutior & cautior fiam, Inimicos meos, damnandos.

8 Bonum eſt cõfidere in domi- PARS II.
no: quàm confidere in homine.

BONVM eſt confidere] Secũndo in ſolo deo Ex Caſs.
dicit cõfidendum eſſe, per quẽ inimicitias gen- & Alcu.
tium euadit, & ad veram vitam venit. q. d. quia Ex Caſs.
dominus eſt adiutor, ergo [BONVM eſt cõfidere & Hier.
in domino] contra mala ſeculi, magis [QVAM confidere in homine] carnali, cui ſalus vana eſt.

9 Bonum eſt ſperare in domino: quàm ſperare in principibus.

BONVM eſt ſperare] bõna [IN domino] ma- Ex Aug.
gis [QVAM ſperare in princip.b⁹,] id eſt, angelis qui dicuntur principes. Vnde in Daniele le- Dan. 12.
gitur, Michael princeps videtur in quibus non eſt ſperandum, ſed in domino. Cum enim videtur homo iuuare vel angelis ille per eos hoc fa-

cit, qui eos pro modo eorum bonos fecit.

10 Omnes gentes circuierũt me: & in nomine domini, quia vltus ſum in eos.

[Ex gl.int.] OMNES gentes] tribulationem quam ſuperius commemorauit hic exponit. [Ex Alcu.] Eccẽ vnde liberat, ſcilicet de occulta vel aperta tribulatione. Liberat autem vel non permittendo cadere, vel [Ex Hay.] à caſu releuãdo, quaſi in domino ſperandũ eſt, quis [OMNES gentes circuierunt me] nõn extra explorantes blandis, minis, & aliis occultis. Et hoc in principio eccleſiæ factum eſt [ET in [Ex Caſs.] nomine domini] eſt hõc [QVIA vltus ſum in eis] vel, In eos. alii interpretes dicunt, In nomine domini vltus ſum eos dum ipſi cõuerſi pœnas ſuſtinent pœnitendo, quas aliis ingerebant. [Ex Aug.] Dẽinde quaſi cauſam reddens vnde tanta ſuperare potuit, dicit, quid primo in capite ſuo paſſus ſit, ſubdendo.

11 Circundantes circundederunt me: & in nomine domini, quia vltus ſum in eos.

[Ex gl.int.] CIRCVNDANTES circundederunt me] [Ex Aug.] q. d. In õbſidione in capite ſuo pius populus qui eſt corp⁹ Chriſti, perſecutores ſenſit, & pro eo factum eſt: quicquid interior virtus deitatis per exteriorem carnem peregit. Et notandum quia hic non repetit gentes, quia hoc á ſolis Iudæis factum eſt [ET in nomine domini quia vltus ſum in eos] hoc non mutatur.

12 Circundederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis: & in nomine domini quia vltus ſum in eos.

[Ex Aug.] CIRCVNDEDERVNT me ſicut apes] ãlii dicunt, Sicut apes fauum, quod ab ignorantibus geſtum eſt myſtica ſubtilitate. Prædicit hic ſpiritus ſanctus. Mel quippe apes operantur in fauis, ſed aliis non ſibi: ita neſciẽtes Iudæi rem omnium dulciſsimã ipſa paſsione domini nobis fecerunt, ſicut apes dum ſibi putant reponere, aliis mel faciunt. Et eſt, Circundederunt me, dicit eccleſia in perſona capitis, Sicut apes fauũ, [Ex Caſs.] id eſt, ämaris conatibus ſuis dulcem cibum aliis parauerunt. vel ſecundum literam noſtrã, quæ non habet fauum, lege ſic, Circundederunt me, [Ex Alcu.] dĩxit Chriſtus, Sicut apes, quæ pungendo alios ſeſe euiſcerant, ſic Iudęi occidendo Chriſtũ intus perierunt [EXARSERVNT ſicut ignis in [Ex Caſs.] ſpinis] ſpĩnæ ſunt peccata, quib⁹ incitati ęſtua[Ex Aug. & Alcu.]uerunt contra Chriſtum Iudæi. Vẽl hoc melius de eccleſia accipitur, Exarſerũt, poſt paſsionem nanque domini contra eccleſiam gentes, Exarſerũt ſicut ignis in ſpinis peccatorum. ea enim, id eſt, peccata in fideli populo igne perſecutionis cremauerunt, cui volentes officere profecerũt [ET in nomine domini] eſt hoc [Quia vltus [Ex Aug] ſum in eos] Vel dũm cõuerſi extincta in eis malitia, populo Chriſtiano ſociati ſunt, vel cum in fine iudicati: iudicium veritatis ſine miſericordia ſenſuri ſunt.

13 Impulſus euerſus ſum vt caderem: & dominus ſuſcepit me. [Ex Alcu. & gl.int.]

IMPVLSVS] põſtquam oſtẽdit quod liberat non permittendo cadere, oſtendit etiam quod liberat à caſu releuando. q.d. Vltus ſum in eos, tamen aliquando [IMPVLSVS SVM,] id eſt, vacillaui [ET euerſus] vel, Verſatus, de equo virtutum, ita [VT caderẽ] in æternam mortem, [ET dominus ſuſcepit me,] id eſt, reuelauit à caſu. [Ex Caſs.] Vel ita, Impulſus, vel, Verſatus ſum, hãc intentionẽ, Vt caderem, vt fit quando boni dãtur pœnis, vt à fide cadãt. Et tunc, Dominus ſuſcepit. [Ex Aug.] vnde ſubdit, Et, Dominus ſuſcepit me, qũia tam non cadit cui dominus eſt fortitudo & laudatio, quàm nõ cadit dominus. Illi vero cadũt, qui ſibi volunt eſſe fortitudo, & laudatio. Vnde iſte ſubdit,

14 Fortitudo mea & laus mea dominus: & factus eſt mihi in ſalutẽ. [Ex Caſs.]

FORTITVDO] ẽtiam [MEA & laus mea dominus] eſt [ET] ideo [FACTVS mihi dominus in ſalutem] nõ ſolum facit declinare pericula, ſed etiam ſalutem pręſtat. [Ex Aug.] Nõn ideo factus dicit, quòd ipſe aliquid factus ſit, quod ante nõ erat: ſed quia ipſi cum in eum crederent, quod non erãt facti ſunt. Nõ ergo fit deus quod non erat ſibi, ſed illis. Salus enim cœpit eſſe conuerſis, quod non erat auerſis à ſe. Dico factus eſt in ſalutem, vnde qui videbãtur deficere, exultant in malis.

15 Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum.

[Ex Aug.] VOX exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum,] id eſt, In ſecretis cordium bonorum vbi & ſi extra afflicti ſunt, gaudia habẽt ſpe futuri, quæ neſcientes mali qui in eorum corpora ſæuiebant, eos triſtari putant, non ſentientes eorũ interiora, ſcilicet gaudia. Vnde Apoſtolus, [2. Cor. 6] Quaſi triſtes ſemper autem gaudẽtes: & illud, [Rom. 5] Gloriamur in tribulationibus. [Ex Caſs.] Dẽinde qualiter ſit dominus factus ſibi fortitudo & ſalus, oſtendit dicens,

16 Dextera domini fecit virtutẽ, dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem. [Ex Caſs.]

DEXTERA domini] q. d. Inde gãudiũ eſt, quia [DEXTERA domini,] id eſt, Chriſtus, qui eſt dextera patris [FECIT virtutem] quam? ecce [DEXTERA domini exaltauit me.] [Ex Aug.] Mãgna virtus eſt exaltare humilẽ. Deificare hominem mortalem, prębere de infirmitate perfectionem, de ſubiectione gloriam, de paſsione victoriam, terrenis dare cęlum: quod repetit quaſi mirum, dicens, Dextera domini fecit virtutem non homo ſe exaltauit, non ſe perfecit, non vicit, non ſibi gloriam vel ſalutem dedit. Et cum hoc ſit,

17 Nó moriar, ſed viuam: & narrabo opera domini.

NON moriar] dĩcit eccleſia, vt putas ô perſe- [Ex Caſs.]

cutor[SED viuam,]id est,multiplicata durabo.
Ex Aug. Putat enim persecutor stragē funerum vbique
faciens,se delere nomen Christianum, cum po-
Ex Cass. tius augeat. Vel, Non moriar,mōrte æterna,sed
& gl.int. Viuā vita quam nescis[ET NARRABO] quasi-
dixi hic ero[OPERA domini] vt per hoc augea-
Ex Aug. tur ecclesia. Cūr autem tanta pertulerit sancta
ecclesia populus adoptionis indicat,dicens,

18 Castigans castigauit me dominus:& morti non tradidit me.

Ex Cass. CASTIGANS castigauit me dominus.]hæc
geminatione signatur consuetudo ipsius Dei,
qui cōsueuit,scilicet castigare,vt ibi, Benedicēs
benedicā,quasi hoc permisit deus mihi fieri ad
correctionem. Etiam euersio est ad cautelam.
Ex Aug. Quicqd enim faciūt,castigatio est domini. Ni-
Ioan. 19. hil ergo sibi vēdicent impii. Non haberēt enim
hanc potestatem, nisi eis esset datum desuper
Ex Cass. [AT morti non tradidīt me.] Mōrti enim non
datur:cuius vitia purgantur: Sæpē enim pater
Ex Cass. per nequā seruos emendat filios, cum tamen il-
lis pœnam, istis præparet hæreditatem. Quæ
autem sit hæreditas illa, ex eo potest cognosci,
quod sequitur.

PARS III. 19 Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor domino: hæc porta domini, iusti intrabunt in eam.

Ex Cass. APERITE mihi portas.] Tērtio portas
Hierusalē aperiri sibi cupit, vbi etiam dicit de
Ex Aug. angulari lapide. Et nōta hic tria distingui, sci-
licet qua intretur, & quid intus fiat, & qui in-
trēt.q.d.vt illa hęreditas possit cognosci,ō pro-
Matt. 10 phetę & apostoli,qui portatis claues regni cœ-
lorum[APERITE mihi portas iustitiæ]id est,
Ex Cass. doctrina sacræ scripturæ quæ docet iustitiam.
Ex Aug. Eccē ostendit qua intretur,& quasi,quis quæ-
reret. Quid intus faciet,respondet,[INGRES-
sus in eas confitebor domino,] id est, laudabo.
Ex Cass. Pēr has enim portas doctrinæ ingressi vere lau
dant.extra catholicā ecclesiam non est laus dei.
Hæ autem portæ omnes ducunt ad vnam por-
tam,quę est Christus. Et[HAEC] est[PORTA
Ex Hier. domini,]id est pōrta hęc dominus est,ad quam
Ioan. 10. illæ ducunt, vnde ipse ait, Ego sum ostium, per
Ioan. 14 qđ si quis introierit salu. Et alibi, Nemo venit
ad patrem nisi per me. Hæc porta est per quam
iusti intrant in cælum. Vnde subdit, [IVSTI
Ex Aug. intrabunt in eam,] id est, pēr eam intrabunt in
& Cass. cælum, vbi non iam boni & mali erūt permixti.
Ecce de vtroque seculo mentionē fecit. & quia
hæc porta Christus aperuit,

20 Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

Ex Aug. CONFITEBOR tibi]in laude lętus gratias
Ex Aug. agēs. Ideo[QVONIAM exaudisti me]in aduen
tu filii. priores enim iusti aduentum Christi pe-
rebant[ET]ita[FACTVS est] vel, Es[MIHI in
salutem] & vere in salutem.nam,

21 Lapidem quem reprobauerūt ædificantes: hic factus est in caput anguli.

LAPIDEM quem reprobauerūt.] Eccē per Ex Cass.
per quem factus est in salutem,scilicet per lapi-
dem angularem,id est,Christum. Vēl ita ab illo Ex Alcu.
loco, Aperite,& per portas accipitur mors, per
quam intratur ad dominum. Vnde apostolus,
Cupio dissolui & esse cum Christo. Sācti enim Phil. 3.
per hanc portam mortis vitam inueniunt ęter-
nam.q.d. Et quia dominus nō tradidit me mor-
ti,ergo ō vos persecutores instate, Et aperite
mihi portas iustitiæ .i. portas mortis per quas
iusti intrant ad requiē. Et,ego, Ingressus in eas,
id est,per eas ad vitam, Confitebor domino, in
voce exultationis & confessionis,soni epulātis,
quæ est beatitudo sanctorū: & confitebor,quia
hæc porta domini est .i. hæc porta est,qua itur
ad dominum. Vel qua dominus exiuit de mun-
do. Vnde alibi, Et domini domini exitus mor- Psal. 67.
tis.& iusti imitantes caput Christum, Intrabūt
in eam, id est per eam, ad vitam. Dixi cōfitebor Ex Aug.
& vere, Cōfitebor, inquam, Tibi,ō domine, id
est laudabo te in præsenti, & in futuro, Quo-
niam exaudisti me,& factus est,vel, Es, mihi in
salutem. Quis est salus?ecce lapis,scilicet Chri-
stus [QVEM REPROBAVERVNT ędificā-
tes,]id est, Iudæi. Sōli enim Iudæi vnum deum Ex Cass.
colentes ædificabant se & alios in cultu diui-
no,aliis per idolatriam destructis: sed nō perfe-
cerunt,quia Christum contempserunt. Vēl,ędi- Ex Rem.
ficantes in malo accipiuntur scribæ & pharisęi,
qui volentes iustitiam suam constituere,iustitię Rom. 10
Dei non sunt subiecti Christum reprobando:
& tamen [HIC factus est in caput anguli] vt
dūos parietes Iudæorum & gentium conderet
in se lapide angulari. Et, Ex Hier.

22 A domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris.

A domino factū est istud,]scilicet vt sit in cā- Ex Aug.
put anguli, non est hoc factum ab his à quibus
passus est, quamuis non nisi per passionem fa-
ctum sit; sed,à domino, qui occulte ædificabat.
Vel[a domino factum est hoc,]id est, factus est Ex Cass.
lapis iste,secundū quod homo cui sensu cōcor- & Alcui.
dat litera alia quę est, A domino factus est ei, id
est ad honorē patris.[ET est mirabile]istud,sci- Ex Aug.
licet quod deus homo factus est[IN oculis]in-
terioribus[NOSTRIS,] scilicet credentiū non
carnalium qui reprobauerunt. Et,

23 Hæc est dies quam fecit dominus: exultemus & lætemur in ea.

HAEC est dies] quia factum est hoc[QVAM Ex Aug.
fecit dominus]mei dies sunt veteres,sed[HAEC
est dies quā fecit dominus] id est, qua mihi sa-
lutem dedit. vnde, Tempore accepto exaudiui 2. Cor. 6.
te,& in die salutis adiuui te. Hīc iubileus annus Ex Alcui.
figuraliter sub lege obseruatus, qui dicitur re-
mittens vel initians: quia tunc serui manumit- Leuit. 25.
tebantur,debita relaxabantur,possessiones do-
minis restituebantur: & nos hac die à seruitute
peccati redempti sumus. Quibus etiam est hę-
reditas restituta ęterna: ideoque hāc diem dicit

Ex Caſs. dominum feciſſe: quia & ſi omnes fecit, hãc tamen ſingulariter: nõ quia eã plus aliis, ſed quia in ea pluſquã in aliis fecit, in qua dominus venit, in qua conuenit lætari, ergo [EXVLTEMUS & lętemur in ea,] qa diabolus perdidit ius. homo reuixit, & quia ſalutis eſt dies, ergo,

24 O domine ſaluũ me fac, o domine bene proſperare: benedictus qui venit in nomine domini. PARS II.

Ex Caſs. o domine ſalnum me fac] Eccẽ deſiderium magnæ petitionis [SALVVM me fac] de clade, ſcilicet ſeculi, id eſt à peccatis. Et ô [DOMINE bene proſpare] vt dolores iſti vertantur in ęterna gaudia. Ex Aug. Vẽl ita, loquitur quaſi ꝓdigus filius de exilio longę captiuitatis, ad patrem rediens, Saluum me fac ô domine, hic & in futnto, quia de longa peregrinatione reuertentes ab his ſe iungimur, qui oderunt pacem & impugnant. Et ô domine bene proſperare, id eſt, bene proſpera iter redeũtibus, quia tu nobis factus es via. Vel, PARS IIII Bene ꝓſperare, bis ſaluatis, ſalua alios. ¶ [BENEDICTUS] Ex Caſs. Quãrto frequẽtari atria domini ſuadet, de aduentu Chriſti gandens. q.d. Bene proſperare, quia ad hoc veniſti. Et [BENEDICTUS qui] venturus eſt. Vel, [VANIT in nomine domini] Ex Aug. & Caſs. Ioan. Mãledictua verò qui in ſuo nomine venit, ſicut in Euangelio dominua dicit, Ego veni in nomine patris mei, & non accepiſtis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illũ accipietis q erit maledictus. Et eſt hic laus de aduentu Chriſti. Deinde quaſi in perſona ſacerdotũ minoribus loquitur dicẽs, Et ideo reliqui Chriſtiani, nos maiores quaſi ſacerdotes,

25 Benediximus vobis de domo domini: deus dominus & illuxit nobis.

Ex Caſs. BENEDIXIMVS vobis] qũod multũ prodeſt, quod non eſt dubium, quia [DE domo domini,] id eſt, de catholica eccleſia benediximua, de qua eſt baptiſmus & omnis benedictio. Ex Alcu. Exod. 3. Hæc ẽſt terra ſancta, de qua dominus dicit ad Moyſen, Tolle calciamẽta de pedibus tuis. Terra enim in qua ſtas, terra ſancta eſt. Hęc eſt terra bona in euangelio, quę profert fructum bonũ triceſimum, ſexageſimum, centeſimum: in qna ſtare debemus erecti ad cæleſtia, non iacere granes terrenorũ torpore, ſoluentes calciamẽta de pedibus, id eſt, opera mortua de affectibus noſtris. Exgl. int. [DEVS dominus. q.d. Bẽnediximus vobis: imo, Deus, cui debetur latria, &, Dominus, cui debetur dulia, Benedixit nobis [ET illuxit nobis] fũgãs tenebras peccatorũ. & vos iam benedicti,

26 Conſtituite diem ſolennem in condenſis: vſque ad cornu altaris.

Ex Caſs. & Aug. & gl. int. CONSTSTVITE diem ſolennẽ] Cũſtodientes diem natiuitatis & reſurrectionis dominicę, qui honori dei ſacratus eſt, & hoc nõ tepide vel ſegniter agentes, ſed [IN condenſis] vel, In frequentationibus virtutum vel hominum. Vos dico tendentes [VSQVE AD CORNV altaris] Ex Caſs. ãd literam, vt communicent corpori Chriſti, vt in feſtis fieri ſolet, maxime verò trib' pręcipuis ſolennitatibus, paſcha, pentecoſte, & natali domini: ſicut in veteri lege pręceptum erat, Ex Alcui. Deut. 16. vt in tribus præcipuis ſolennitatibus, paſcha, pentecoſte, & ſcenophegia nemo appareret vacuus in conſpectu domini. Vacuus eſt qui in ſe Chriſtum non habet, qui eſt fundamentũ: quod nemo valet mutare. inde eſt quod illis tribus ſolẽnitatibus fidelis populus nummum offert manuali oblatione, interiorem ſignificãs. In nummo enim nomen eſt & imago regis. Quiſq; ergo ſpiritualiter nummum offerat, vt nomẽ regis, id eſt, Chriſti in ſe habeat: à Chriſto dictus Chriſtianus: & imaginẽ, id eſt, animam lumine vultus eius inſignitã deo exhibeat. Ex Caſs. Vẽl per altare, intelligitur ſacramentum corporis & ſanguinis. Cornu altaris, eſt poteſtas, id eſt, virtus ipſius ſacramẽti. Ex Alcui. Mũlti enim ſumunt ſacramẽtum & non rem, vt mali: boni vero ſacramentum & rem ſacramenti percipiunt, quæ eſt ſpiritualis caro Chriſti, de qua ipſe ait, Ioan. 6. Si quis non manducauerit carnem meã, & non biberit ſanguinem meum, non habebit vitam æternam. Et eſt ſenſus. q.d. Conſtituit diem ſolennem, võs dico tendentes mente, Ex Caſs. & Alcu. Vſque ad cornu, id eſt, poteſtatem & virtutem, Altaris, id eſt ſacramenti, vt non modo ſacramentum, ſed etiam rem ſacramenti ſumatis. Vnde alibi, Introibo ad altare dei. Pſal. 42 & Haym. Egõ autem quicquid alii faciant, pro me dico,

27 Deus meus es tu, & cõfitebor tibi: deus meus es tu, & exaltabo te.

Ex Hay. DEVS meus es tu] & nõn alius, [ET] ideo [CONFITEBOR tibi], id eſt, laudabo te. Ex Aug. Vẽl ita ab illo loco, Benediximus. Vox eſt hic magnorum ad puſillos. Magni enim qui excedunt, qui mente verbum apud deum cõtingunt, paruulis ſe contemperant, vt poſſint ſinceriter dicere, Siue mente excedimus deo, ſiue ſobrii ſumus, vobis eſt. Quid paruulis dicũt, Benediximus vobis de domo domini. Eos enim benedicunt, de interiore domo domini, ſcilicet cæleſti Hieruſalem, à qua deſcendit omne datum optimum, & omne donũ perfectum, vbi laus eſt in ſecula ſeculorũ. Sed quid inde nuntiant? hoc quod Dominus, qui venit in nomine domini, quem ædificantes reprobauerunt, mediator dei & hominum æqualis patri, & illuxit nobis, vt quod credimus intelligeremus, & vobis nõdum intelligentibus, ſed iam credentibus renuntiaremus vt autẽ vos intelligatis, Cõſtituite diẽ ſolennem, id eſt, mentis ſolennitatem. Et hoc, In frequẽtationibus, id eſt, in voce exultationis & cõfeſſionis ſoni epulantis. Cõſtituite dico, ambulando, in loco tabernaculi admirabilis, Vſque ad cornu altaris, id eſt, vſque ad domum dei interiorẽ: de qua vobis benediximus, vbi ſunt altaris excelſa, vbi eſt ſpirituale ſacrificiũ & ſempiternum, id eſt, ſacrificium laudis, & ſacerdos ſempiternus. Et altare ſempiternum, ſcilicet mens ipſa iuſtorũ. Et vt aptius dicamus, horum verborum hic eſt ſenſus, Quicunque deũ verbũ intelligere volunt, non eis ſufficiat caro quæ propter eos verbum factũ eſt, vt lacte nutriten-

turnec in terrs sufficiat iste dies, quo agnus occisus est. sed constituatur in frequentationibus, quo vsque perueniatur mentibus exultantibus,

Ex Aug. Vsq; ad cornu altaris, id est, vsque ad interiorem eius deitatem, vbi laudes cantabimus, ita dicentes, Deus meus es tu & confitebor tibi, deus meus es tu, & exaltabo te. Non strepitu verborum hæc dicantur: sed ipsa dilectio est vox ista.

Ex Greg. li.9 mora. cap.24 Vel ita, Constituite diē solennem, scilicet diem æternitatis. Et hoc, In frequentationibus, id est, eius diei desiderio assidue quisque se affligat, donec perueniat, Vsque ad cornu altaris, id est, in futuro, id est, donec ad superni sacrificii altitudinem, id est, ad gaudia æterna attingat.

Ex Alcu. Exod. 27 Vel per altare intelligitur mēs hominis, vnde in lege præceptū fuit fieri altare quadrangulū & concauum. Ideo quadrangulum, quia mens humana quatuor virtutibus principalibus muniri debet, id est prudētia, iustitia, fortitudine, temperantia. eadem quoque debet esse cōcaua ad recipiendum verbū dei, atque ignem dilectionis. Timor enim infusa repellit. vnde in Leuitico

Leuit.1. præceptum est, Vesiculam gutturis & plumam proiici, quādo turtur vel columba in holocaustū offertur. Vesicula gutturis inflationē superbiæ significat, plumę inanes inquisitiones sublimium. Hæc ergo de holocausto proiice, ne de scientia intumescas vel inquisitionibus sublimium, quæ humanus non capit sensus inaniter des operā, vt ita sit altare concauum. Huius altaris cornu est eminentia mētis, contemplatio supernorum. Et est sensus, Constituite diē solennem, scilicet mētis claritatem, & exultationem, In cōdensis, vel, In frequētationibus, virtutum eundo, Vsque ad cornu altaris, id est, vsque ad eminentiam mentis, quæ est altare, scilicet ad cōtemplationē. nos dico, dicentes, Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te, hęc non mutantur.

28 Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

Ex Cass. CONFITEBOR tibi quoniam exaudisti me, & factus est vel es mihi in salutem] Hīc versus suptapositus est, sed & hic congrue ponitur:

Ex Cass. & Aug. quia læta confessio est, post bēneficia itaque sicut cœpit laudem ita determinat dicens,

29 Confitemini domino quoniam bonus. quoniam in seculum misericordia eius.

Ex gl.int. CONFITEMINI domino] quasi dicat, Sicut ego ago, ita & vos facite, scilicet [CONFITEMINI domino] sicut monui à principio [QVONIAM bonus] & [QVONIAM in seculum misericordia eius]

Ex Aug. ibi desinit psalmus vnde cœpit, quia ab initio quo deseruimus deum vsque in finem quo redimus, non est quod salubrius delectet nos quam laus dei.

COLATIO.

In psalmum 117, Confitemini domino quoniam bonus.

3 & 4 Græci repetunt ὅτι ἀγαθός, quoniā bonus, quod sępe facere dignoscūtur ad causę epitasin Septuaginta interpretes.

10 & 11 QVIA vltus sum in eos.] Gręci codices non habent, quia. Hieronymus autem ad Suniam & Fretellā, vult sub asterisco reponendum. Nam Hebraice habetur כִּי Ki. Cæterum ad integritatem sensus, tum erit quidpiam subaudiēdum. In nomine domini (dixi) quia vltus sum in eos, quod & subindicauit Mūster. vel (vt habet magister) In nomine domini est hoc, &c.

12 EXARSERVNT sicut ignis in spinis.] Hieronymus cū aliis, Extincti sunt sicut ignis spinarum Dicat aliquis, Exardescere & extingui, pugnare conuincuntur. Sed si intellexeris Innui subitam consumptionem, nihil remanet quæstionis. Siquidem ignis cito in spinis exardescens, cōsumit cito & consumitur. Vnde Paraphrasis Campēsis, Extinguuntur tam subito quàm ignis per stipulas volitans. Et Chaldæus, Ardent sicut ignis in spinis. Translator tamē ad Campensem actiue exponit, Cōsumere pergāt, sicut ignis spinas.

13 IMPVLSVS euersus sum vt caderē.] D. Augustinus nescio quid secutus legit, Tāquam cumulus arenæ impulsus sum vt caderem. Nam Hebręi, sic habēt דָּחֹה דְחִיתַנִי daho dehitthani, hoc est impellēdo impulisti me. Septuaginta antē ὠσθεὶς ἀνετράπην. Fortasse in lectione Augustini expressa est vis secundi verbi, quod aliquando ad mare relatum, sonat id quod in imo est sursum emergere & ferri: aut loco ὠσθεὶς legebatur ὡς ἀμμώδης, id est, tanquam arenosus.

22 A domino factum est istud.] Quod quidam legūt ei, dandi casu, nēpe factū est ei, quemadmodū Augustinus, hoc est ob variam lectionem pronominis αὕτη vel, αὐτῇ, quod refertur ad caput in Gręco.

24 O domine saluum fac.] הוֹשִׁיעָה נָּא hoschiah na. Nos & Græci proferimus corrupte hosanna pro hosianna, teste Hieronymo ad Damasum. Ioānes tamē Eckius vir pius & doctus, sentit nos recte secundū artē efferre hosanna, quia Hebręi in imperatiuo quiescentiū in pe iod & coniugatione quam dicūt hiphil vtrunque dicunt, הוֹשַׁע hosca & הוֹשִׁיעָה. Siquidē psalmo 85, Saluum fac seruum tuum, legitur in Heb. הוֹשַׁע עַבְדְּךָ hosca abdeca. Proinde nō recipit eos qui opinati sunt nos corrupte pronūciare hāc voce. Quod tamē Hieron. aperte id proloquitur ad Damasum, demiratur quomodo potuit hoc dicere. Cæterum tamet si הוֹשַׁע sit rectū, tamen si ex tribus vocibus quæ sunt in Hebr. vnā composuerimus, manifesta est elisio, sicut gratia exempli adducit Hieronymus illud Vergilii, Me ne incœpto, vbi scandim', men incœpto. Sic in contextu Hebraico legimus הוֹשִׁיעָה נָּא אָנָּא hosciach na anna. Vnde co-

Hierony. defenditur.

alescit hossanna, in medio facta elisione. Munsterus in scholiis dicit apud Matthęū euangelistam 21. cap. pueros Hebręorum, obuiā Christo procedentes, clamasse more Chaldaico, in quem degenerauerat Hebraismus vulgi אושענא hossanna, quod licet quadret sentētię Hieronymi, in hoc quod corruptū est vocabulū, tamē non perinde respondet quod scribit Hierony. Matthęum qui Hebraico sermone scripsit, ita posuisse הוֹשִׁיעָה נָא hoschiah na. Deinde subaudiendum est populū Israel, vel generaliter mūdū, vbi tamē Munste. testatur, Chaldęis Osanna sonare, salua nos. Denique quod dicimus, O domine saluum fac, Hieronymus dicit esse ex Septuaginta. Symmachus manifestius interpretatus est, Obsecro domine, saluum fac.

26 Constituite diem solennē in cōdensis.] Sic & Pellicanus. Hieronymus, Frequentate solennitatē in frondosis: quem sequuntur Campēsis, & interpretes pro Caietano, aliis verbis. Vertūe enim, Ligate festū in frōdib^9, vel redimire diem festum frondibus. Siue, Colligate sub diem festum ramos. Pratensis, Nebiensis, Sanctes, Munsterus, Ligate agnum seu hostiam funibus. Hæc sermonum varietas, oritur ex homonymia dictionum Hebraicarū. Primum est אָסַר asar & אָסַר isser, quod est vincire & ordinare seu disponere. Deinde חַג hag anceps est ad agnum & festū. Postremo עֲבֹתִים abothim, si deformat à radice עָבָה abah, vere significat dēsasin autem à themate עֲבֹת abath, arborem frōdosam, aut funem dēsum. Porrò quomodolibet trāstuleris, eo tēdūt omnes, licet diuerso sermonis charactere, quo significetur frequens populi fidelis conuentus, in celebrandis cultus domini solennitatibus, ac plenū pietatis studiū, spiritualisque lętitia, in exercēdis certatim sacrorū mysteriis.

28 Cōfitebor tibi quoniā exaudisti me, &c.] qui erat versus 20, hic repetit apud nos & Septuaginta, quod non est in Hebræo, hoc tamen nihil adfert incōmodi: quanquā in quibusdam Græcis exemplaribus non legitur.

ἀλληλούϊα additū à Græcis.

CXVIII. PSALMI TIT. Alleluia Aleph.

Ex Cass. in titul. & conclus. psalmi.
Ex Aug.
Ex Cass.

BEATI immaculati] Titul. [ALLELVIA Aleph] psalmus institutor est fidelium, paradisus omnium pomorum, apotheca spiritus sancti: qui quanto in superficie videtur apertior, tanto mysteriorū altitudine est profundior, vbi generaliter iustus loquitur, modo profitēdo quod accepit, modo tantum sperādo quod meruit. Et est hic psalmus similibus verbis contextus: nulla tamen confusione permixtus, sed nouitate rerum literis mutatis explicatus, totus morali doctrina insignis. Omnis au- Ex Amb. tem moralis doctrina suauis est, in qua hic psalmus eminet. Alii nanque psalmi tanquam stellæ minores, aliquantulū lucent: iste verò quasi sol, pleni luminis meridiano calore feruēs, totus morali dulcedine splēdet. Et est per literas Hebræi alphabeti digestus, vt sicut pueri in primis literis vsum discendi sumunt: ita & nos huiusmodi elementis vsum viuendi vsque ad maturitatem addiscamus. Singulis autem literis versus octoni subiiciuntur, ita vt ab vna litera octo versus incipiant, vt vnitatē deitatis, quæ omnia regit & doceret purgationem legitimę sanctificationis. octaua enim die & circuncisio fit ex lege, & in Christi resurrectione sumus ei conuiuificati. In hōc autem psalmo tot sunt octonarii quot Ex Hier. elementa apud Hebręos. i. viginti duo, & singuli octonarii per omnes versus suos incipiunt à singulis elementis per ordinem, quod in trāslatione seruari nō potuit, per quod innuit quod Ex Cass. hic sunt elementa scholæ Christi, & commoda doctrina & perfecta ad beatitudinem, cuius doctrinæ partes congruis interpretationibus nominum elementorum designantur. Omnia sunt hic elementa, profecto numero iustorum designādo. Partes verò huius psalmi sunt secūdū numerū literarū. Quot enim literæ sunt, tot sunt partitiones, vt in singulis octonariis sint partitionum distinctiones. Octōnarius verò ipse in singulis distinctionib^9 innuit, quod vna quęque Ex Alcui. pars perfecta est & sufficit. vt si quis eam seruet in vita septem dierum, perueniat ad octauā resurrectionis, vel circuncisionem cordis habeat, quam octonarius significat. Singulæ autē literę sunt quasi tituli suorum versuum cōtinentiam eorum declarātes. Huius autē octonarii titulus est, [ALLELVIA Aleph,] alleluia, id est, laus Ex Amb. det, quia in his vere deus laudatur, in quibus est remissio peccatorum, quę nobis perfecta est facta per aduentum Christi, de quo in superiori psalmo egit, qui būc mundum diuisit, vt dignus fieret immaculato corde deum laudare. Aleph, quę est prima litera interpretatur doctrina. Plenos ergo doctrinę sequentes versus sollicite attende. Congrue autem huic octonario præscribitur, Aleph, id est doctrina, quod est commune toti psalmo doctrinā moralē redolenti: quia Ex Alcui. iste octonarius est quasi prologus totius psalmi, breuiter tangens quę in sequentibus continentur octonariis. quia cum cōstet quod omnes volunt esse beati etiam mali his quæ desiderant a- Ex Aug. deptis, docet quod plurimi nesciunt, scilicet quomodo vere beati sint, ne quis iam erret de via beatitudinis. Et hic chorus sanctorū loquitur totus, à primo vsque ad vltimum. q. d. Diuersi Ex Aug. diuersa quærunt, quibus sint beati. Sed hæc est via ad beatitudinem. Illi qui volunt esse

B EATI immaculati in via: qui ambulant in lege domini.

BEATI] sint [IMMACVLATI,] id est, sine cri- Ex Hier. mine: quod sunt, si [IN VIA,] id est, in Chri- & Aug. sto sunt, qui via est, veritas & vita. Vel, In via, id Ioan. 14. est in lege domini, quę est via ad vitam. Pluraliter autem dicit immaculati, vt de fidelibus non de Christo accipiatur. Vel ita continua, q. d. Ex Cass.

Olim, homo miser & pollutus fuit, nunc autem
Ex Amb. ecõtra, Beati, sunt hõmines, & per remissionem
peccatorum, Immaculati. Sed tamẽ hac condi-
tione dico, si, In via, sint, id est in Christo, vel in
lege Dei: & si ambulant. Et hoc est quod dicit
Ex Cass. [QVI] deinde [AMBVLANT] nõn ociosi [IN
LEGE] non carnis, sed [DOMINI] illi qui am-
bulant, non peccant mortaliter, vel si peccant
Ex Amb. pœnitent: proficiunt hi & perseuerant, sed hõc
non possunt perficere nisi scrutẽtur, & cogno-
scant legem dei. Vnde subdit,

2 Beati qui scrutantur testimonia
eius: in toto corde exquirunt eum.

BEATI QVI SCRVTANTVR testimo-
Ex Cass. nia eius,] id est, sacrãs scripturas. Et est hic dif-
& Ambr. finitio, Beati per actus. Beatus enim est, qui est
& Alcu. in via, id est, in Christo sine macula ambulans in
Ex Amb. lege, & sic scrutans ve prouehatur. Aliter enim
non est dignus perquirere, nisi sit probabilis vi-
tæ. Et nota quod prius dixit, Beati immacula-
ti in via, post, Beati qui scrutãtur. Quàm pul-
cher ordo plenus doctrinę & gratię. Ante enim
est vita, quàm doctrina. Ideoq; de Christo dici-
Act. 1. tur, Cœpit Iesus facere & docere. & apostolus
Ex Hier. describens pontificem eligendum, prius dicit de
ad Fabio- vita. Oportet episcopum irreprehẽsibilem esse,
lam de ve sobrium, pudicum, quę pertinent ad bonam vi-
ste sacerd. tam. Deinde adiungit de doctrina, scilicet do-
1. Tim. 3 ctorem, vt prius consuescat bona agere, quam
præsumat docere, inde etiam legalis sacerdos,
prius induebat superhumerale, inde rationale.
Ex Amb. Bõna enim vita etiam sola gratiam habet, do-
ctrina sine vita non est integra, quia in malivo-
lam animam, non introibit sapientia. Vnde di-
citur, Quærent me mali, & non inueniẽt. Prius
ergo corrigenda est vita, inde quęrenda cogni-
tio. Prima ergo sunt moralia, secunda mystica.
In illis est vita, in his cognitio. Sine vtraq; ve-
Ex Hier. ro nõ est perfectio. Ideoque in lege sacerdos as-
ad Fab. de sumebat de hostia pectusculum eleuationis, &
veste sa- armũ separationis: in pectore sapientia, in armo
cerdotal. operę. Inde etiã in extremis oris hyacintinę tu-
Leuit. 7. nicæ summi sacerdotis dependebant tintinna-
Exod. 28. bula, & mala punica, vt sit sonus prædicationis
Ex 2. par cum execution e bonę actionis. Idem õrdo est in
ce pastor. primo psalmo, qui & in isto. Prius enim dicitur
Gre. ca. 8. beatus qui non recessit à via iustitiæ. Deinde
Ex Amb. subdit, In lege meditatur [IN toto corde] quasi
dicat, Beati sunt qui scrutantur, si tamen [EX-
Ex Aug. QVIRVNT EVM] nõn aliud. Propter hoc e-
nim scrutanda erant testimonia, vt deus inue-
niretur. aliter non valuit, vt qui volunt esse do-
cti nõ iusti. Vnde gloria illis apud homines nõ
apud deum exquirunt. Et hoc, In toto corde,
Ex Hila. nõn diuiso, vt heretici, & amici huius mundi,
& Cass. quibus dicitur, Non potestis deo seruire & mã-
& gl. int. monæ, qui non toto corde quęrunt deum. Mĩ-
Matt. 6. rum autem videtur, quod ait. s. Beati, sunt, Qui
Ex Aug. scrutantur, & exquirũt. Hoc enim possunt etiã
Matt. 23 & impii, vt scribæ & Pharisæi super cathedram
Moysi sedentes, qui dicunt & non faciũt: & hę
retici scrutãtur, & exquirunt: nec tamen beati
sunt, quia nõ sunt immaculati, sed iusti iam spe
beati sunt, quia sunt inuenturi quod quærunt.

Non enim quia scrutãtur & quęrũt, ideo beati
sunt: sed propter hoc qđ aderit, vt in Euãgelio
dicitur, Beati qui persecutionem patiuntur, & Matth. 5.
qui esuriunt: nõ tamẽ quia hoc patiuntur beati
sunt, sed propter hoc quod sequitur: quia ipso-
rum est regnum cælorum, & saturabuntur. cui
simile est istud quod hic dicitur,

3 Nõ enim qui operantur iniqui-
tatem: in viis eius ambulauerunt.

NON enim] q. d. Hĩ sunt beati, qui ambulãt Ex Aug.
in lege, qui enim operantur iniqua nõdum im-
maculati ambulant in lege, ac per hoc nondum
beati sunt. Et hoc est quod dicit [NON enim qui
operantur iniquitatem ambulauerunt in viis
eius, id est, in fide, quã plurali numero signifi-
cat, quia omnes vias fides vna cõplectitur, qua Ex Hier.
viuit iust⁹. Vẽl sicut supra via singulariter acci- & Hilar.
pitur Christus, ita hic viæ pluraliter accipiũtur
prophetæ, apostoli & omnes prędicatores. De Hiere. 6
iis viis Hieremias ait, State in viis & interroga-
te vias domini æternales, & quærite quæ sit via
bona. In his ergo non ambulauerunt, Qui ope-
rantur iniquitatẽ. Ita hoc dicit. q. d. Quĩ pecca- Ex Alcu.
tum habet, non ambulet in viis. vel qui ambulãt Ex Cass.
in viis sine peccato sint. Sed nõn dicuntur illi & Alcui.
operari iniquitatẽ: qui & si quotidie fragilitate
carnis, leuiter peccant, non tamen amãt, sed do-
minica oratione & signo crucis destruunt. Pẽc- Ex Aug.
catum quidem iniquitas est, sicut Ioãnes dicit, 1. Ioan. 3
non tamẽ sine peccato est, qui in viis ambulat:
sed non ipse operatur illud, sed quod habitat in
eo peccatũ, cum nõ vult quod agit. fomes enim
qui est languor naturę, commouet illicita desi-
deria: & ita sine peccato nõ sumus. Vnde idem
Ioannes dicit, Si dixerimus quia peccatum non 1. Ioan. 1.
habemus, nos ipsos seducimus: sed nõ operatur,
qui desideriis carnis non obedit: qui vero obe-
dit, à viis deuiat. Si verò confitetur, & hoc ad
vias pertinet, & propter vias peccatũ non im-
putatur. Non ergo ambulat in viis, Qui ope-
rantur iniquitatem. s. ex dilectione, nõ inuiti, vt
ille qui ait, quod odi facio.

4 Tu mãdasti mandata tua custo-
diri nimis.

TV mandasti.] q. d, Hĩ non ambulant in viis, Ex gl. int.
qui operantur iniqua. Et vere, quia [TV man-
dasti, &c.] Vel ita iunge, illi nõ ambulãt in viis,
sed, Tu mandasti, vt ambularent, id est, vt man-
data custodirent, & ideo ambulandum. Vel ita
continua, Bẽati sunt qui sic & sic agunt, & ne Ex Cass.
hæc cõtemnantur, subdit iussionem domini di
dicens, Tu mandasti [NIMIS MANDATA
TVA CVSTODIRI] vel, Tu mandasti man-
data tua nimis custodiri. Nĩmis aliquando si- Ex Aug.
gnificat, plus quàm oportet, quod non hic, sed
pro valde accipitur. Et est, Tu mandasti nimis,
id est, valde. s. per prophetas, & per eosdẽ sæpe, Ex Hila.
Mãdata tua custodiri. Vel, Mãdata tua custodi-
ri mãdasti, ve nẽc vnũ iota præreatur. Vel, Cu-
stodiri ni. s. plũ quã patitur natura carnis. Di-
stĩngue nomina, & prædictorũ nota differẽtias, Ex Cass.
Mẽmorauit enim tria, legẽ, testimõnia, & man- Ex Hilar.

Heb.10. data. Lex est vmbra futurorum, quæ spiritualiter debet custodiri, vt de sacrificiis & huiusmodi figuratiuis. Testimonium verò est, cuidēs res
Gene. 31 quæ commonet alicuius. Vnde Iacob ait, Lapis
Matt.8 iste erit testimonium, & dominus curato lepros so ait, Offer munus tuum in testimonium, sic præcepta dei dicuntur testimonia, quę monent ne peccemus. Mandata sunt sine vmbra, quæ
Matt.22. præsentem habēt operationē. Vt, Diliges deum
Ex Alcui. ex toto corde. Et nōta quia testimonia accipit in prohibendo, & mandata in iubendo.

5 Vtinam dirigantur viç meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

Ex Aug. VTINAM] Vita beati expressa optat eam, & optat contra superbiam liberi arbitrii, cui non est satis doceri, nisi prius dirigatur. Ergo si optat homo quod præcepit deus, vt det ipse quod præcepit, rogandus est, quasi dicat, Te mādante legem accepi, sed nisi adiuues, fit mihi mors. Ad hoc enim sine gratia mihi non sufficio. Et ideo precor [VTINAM DIRIGANTVR, &c.] Vel ita continua, quia mandasti,
Ex Hila. Vtinam, ergo, Dirigantur [VIAE MEAE,] id est, actus huius vitæ, qui per se tortuosi sunt. Dirigātur dico [AD CVSTODIENDAS IVSTIFICATIONES TVAS] Aliter enim non possunt custodiri iustificationes, nisi nostrę viç sint directæ. Iustificationes autem multæ prisco populo fuerūt, scilicet vt famulus Hebræus sex annis tantum seruiat & pater reuerenter habeatur, filius disciplinetur, deus timeatur, & sacerdos honoretur, & his similia. Hę autem pos-
Ex Cass. sunt custodiri, si præ oculis semper habeantur mandata, vt praua mox emendētur per ea. Vnde subdit,

6 Tunc non cōfundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis.

Ex Alcu. & Ambr. CVM PERSPEXERO] quasi dicat, Hās iustificationes custodiam [CVM PERSPEXERO] quasi in speculo [IN MANDATIS] vel, Mādata [TVIS] vel, Tua, & addit [OMNIBVS] vel, Omnia, hoc ideo dicit ne peccando contra vnum fit omnium reus. Vnius nanque peccati
Iacobi 2 reus punitur æternaliter. Vnde Iacobus, Si quis totam legem seruauerit, offendat autē in vno, factus est omnium reus, quod euitat qui perspi-
Ex Cass. cit in mandatis. Qui autem nō perspicit in eis, in quo erret, nescit. Et tunc, scilicet, Cum per-
Ex Amb. spexero [NON CONFVNDAR.] Autē enim
Gen.3 in Adam cōfusus es, & nudus factus, cum operuisti te foliis fici, quia cōfundebaris abscondisti te à conspectu dei, quia erubescebas. Nūc autem venis in conspectu dei per gratiam liberatus. Vel ita, ideo peto iustificationes custodire,
Ex Aug. quia, Tunc, cūm custodiero, Non confundar cum perspexero, quasi in speculo, In omnibus, vel, Omnia, Mandatis, vel, Mandata, Tuis, vel, Tua, quia non auditor obliuiosus est, sed factor operis. Confunditur enim qui inspicit manda-
Iacobi 1 ta, sed nō facit. Vnde Iacobus ait, Si quis auditor est verbi & non factor, hic comparatur viro conspicienti vultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit enim se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit & tunc, scilicet eum custodiero, & perspexero mandata.

7 Confitebor tibi in directione cordis: in eo quòd didici iudicia iustitiæ tuæ.

CONFITEBOR TIBI] Non ero ingratus sed laudabo [IN DIRECTIONE cordis,] quia tu fecisti cor meū directum, ideoque laudabo, quod distortus non potest. Laudabo [IN EO,] id est, prō eo [QVOD DIDICI] à patribus non per me inueni [IVDICIA] quæ sunt abyssus multa. Iudicia dico [IVSTITIAE tuę] Iudicia iustitiæ dicit, quibus nunc & in fine indicatur mūdus. Hęc autem iudicia iustitię sunt, quia per ea famulos liberat persecutione diaboli laborantes. Vel ita ordina literam, Confitebor tibi, id est, laudabo te, In eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ, si tamē, In directione cordis, id est, si dirigitur cor ad custodiendum, quia aliter non inde lætarer, sed accusarer. Nā quid mihi proderit, quod ea didicerim, si corde peruerso vias habeo prauas.
Ex gl. int. & Cass.
Ex Cass.
Ex Aug. in sequēt.
Ex Cass.
Ex Aug.

8 Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaque.

IVSTIFICATIONES TVAS CVSTODIAM,] id est, ōpera iustitiæ faciam [NON ME DERELINQVAS] Iūstificationibus concessis, petit à deo custodiri: quia scit diabolum circuire, q.d. Et vt custodiā, Non me derelinquas, [VSQVEQVAQVE] vel, Valde, quod idem est, & si relinquis ad probationem idem est, vt Iob. Et si dērelinquas aliquando, vt infirmus mihi videar. Et ne de me glorier, Non, tamen, Derelinquas me vsquequaque. Vel, Valde, id est vt peream: & sic gloriabor in te non in me. Vel ita precatur Christi aduētum, ante quem relinquerat mūdum deus pro peccato, sed orat, Ne, iam, Vsquequaque, vel, Valde relinquat, quod iam impletum est, in Christi aduentu, quia deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.
Ex Hay.
Ex Cass.
Ex Amb.
Ex Aug.

COLLATIO.

In psalmum 118, Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini.

א Aleph.

2 QVI SCRVTANTVR.] נוצרי notzere, id est, qui custodiunt. Sed Septuaginta posuerunt ani ccedēs. Hebræus habet cōsequens. Nemo etenim melius dei testimonia custodit, quā is qui solertissima diligentia pius ea scrutatus fuerit, Si ignores quæ agenda sunt, quomodo seruabis?

ב BETH.

IN QVO CORRIGIT] BETH] In prima litera partes beatitudinis exposuit, in quibus
Beth.i. domus secūdū Hiero. ad Paulā vrbicam.
Ex Cass.

precatur se custodiri. In hac secunda tempus
Ex Amb. conuersionis aperit. In quo potissimum à lapsu
& confusione fluxæ ætatis, ad deum quis cõuerti
debet, vnde congrue huic octonario præmittitur,
litera, Beth, quæ interpretatur confusio,
quia hic ostẽdit præcepta dei liberare hominem
de confusione, id est de lapsu peccati, q. d. Iustificationes
tuas custodiam, quæ sunt custodiendæ,
quia, In custodiendo sermones tuos, ô domine,
Corrigit adolescentior viam suam. sed ad
hoc præmittit interrogationem, cum deliberatione
dicens,

1 IN quo corrigit adulescentior viam suã? in custodiendo sermones tuos.

Ex Amb. [IN QVO CORRIGET] Iste enim quasi cõfusus
de errore & lasciuia fluxæ ætatis, iam iuuenis
sobria mente deliberat, quomodo viam
corrigat, quomodo erubescẽda deponat, & plenam
probitatis viam assumat, dicens, [IN QVO
CORRIGET adulescentior viam suam,] id est,
Ex Aug. prauam consuetudinem, Adulescentior, ad literam,
potest accipi, quia hac ætate potissimum
fieri debet, in qua homo pronior est ad peccan-
Eccle.6 dum. Vnde, Fili à iuuẽtute tua excipe doctrinã,
& vsque ad canos inuenies sapientiam. Vel, Adulescẽtior
accipitur, iunior ille filius qui in euangelio
legitur viam suam deprauasse, id est, gentilis
populus. Vel potius, Adulescentior, hic accipitur
spiritualis populus, qui portat imaginem
noui hominis, non veteris. Hæc est spiritualis
adulescentia ætas noui non veteris hominis.
Ecce præmisit interrogationem cum deliberatione.
Et quia post meditationem videntur
meliora & salubriora consilia, subdit propheta
quasi simul deliberans consilium conuerso
sermone ad deum, dicens, O domine, ecce, In
quo corrigit adulescẽtior [IN CVSTODIENDO
SERMONES TVOS] fidei. Hic est finis
deliberantis, & bene cõuersus ad deum. hoc respondit,
quasi prece ad deum delata, hoc consilium
dei inspiratione percepit, non humana
præsumptione. Et reuera in hac ætate criminũ
Ex Amb. nescia potissimum est viam corrigere. Melius est
enim præuenire iuuentutem correctione, quàm
post lapsuum recordationem & deflere, & dicere,
Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas
ne memineris domine. Hoc est enim debilitatis
remedium: illud, robur salutis. Hic res est in periculo,
quia graue est consueta pellere. Magnum
enim in se consuetudo vinculũ habet, ibi in bo-
Ex Hila. no. Vnde dicitur, Bonũ est viro cum tollit iugum
ab adolescentia sua. Facilius enim est retrahi
ab ingressu, quàm arrepto itinere prauę
Ex Aug. consuetudinis reuocari. Attende etiã quod non
ait in legendo vel memorando sermones, sed in
Custodiẽdo, scilicet opere. & ita est senior mente,
vt Daniel. aliter non potest corrigere, quia
frustra custodit memoria, si non custodit & vita.
In peruersa enim vita non est correcta via.
Nam quidam verba dei tenẽdo agunt, ne obliuiscantur:
nec agunt viuendo vt corrigantur.

2 In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me à mandatis tuis.

[IN TOTO CORDE] quasi dicat, Quia Ex Aug.
in his correctio est, ideo [EXQVISIVI TE]
quod est ex dono Dei [IN TOTO CORDE
MEO] qui non toto corde eũ quirit, negligens est Ex Amb.
& repellitur. Et ideo [NE REPELLAS] nõn Ex Aug.
adiuuãdo [ME] quasi indignum, cum toto corde
quæro. Ne repellas dico [A MANDATIS
TVIS,] id est, ab intelligentia legis à qua repel- Ex Cass.
litur, qui à deo non adiuuatur. Mandatis quip- Ex Aug.
pe eius rectis, atq; arduis humana non contemperatur
infirmitas, nisi præueniens eius adiuuet
charitas. Qui ergo non adiuuatur à deo, quasi
flammeo gladio prohibetur ab arbore vitæ, Ex Amb.
quasi indignus. Vel de prælatione ecclesiastica
agit, quam qui neglig ẽter administrat, à deo repellitur.
quod ne sibi fiat ille precatur dicens,
Ne repellas me à mandatis tuis, docendis & annuntiandis
in ecclesia, à quibus negligẽs repellitur,
ne tollat locũ meliori. Et ne sibi plus contrahat
offensionis ipse est tepidus, qui nec calidus
est feruore fidei, nec frigidus algore infidelitatis.
qui nõ rapitur de manu domini, sed eiicitur
vt peior frigido, id est, penitus infideli. vnde
in Apocalypsi, angelo Laodiceę dicitur, Vti- Apoc.3.
nam frigidus esses aut calidus, sed quia tepidus
es, incipiam te euomere ex ore meo. Aperte hic
negligentiam grauiori damnat iudicio, quàm
imprudentiam, & quantum amittit quem euomuerit
de ore suo dominus Iesus, & ex suis visceribus
reiecerit: sed quã propitius est qui & iustos
in ore suo tenet, & iniustos non ante euomit,
quàm denunciet euomendos.

3 In corde meo abscondi eloquia tua. vt non peccem tibi.

[IN CORDE MEO ABSCONDI] quasi Ex Hay.
dicat, Exquisiui mandata, & etiam memorię & Cass.
commendaui. Et hoc est, [IN CORDE MEO
ELOQVIA TVA] recondita [ABSCONDI]
porcis, scilicet & canib⁹ genus enim peccati est
obstinatis prædicare, ideo abscondi [VT NON Matt.7
PECCEM TIBI] qui dicis, Nolite sanctũ dare
canibus, & margaritas ante porcos ponere. Ex Amb.
Vitium enim est secreta mysteria indignis vulgare,
& quasi Babylonis thesauros domus Dei
ostendere. quod ab aliquo fit, vel adulatione
vt placeat ei cui vulgat: vel auaritia, vt aliquid
lucretur: vel iactantia, vt plura scire videatur:
vel loquacitate incauta, dum sine iudicio
volat irreuocabile verbũ. Assumẽda ergo
est disciplina silentii vt prius quis taceat, quàm Iacob.1.
loquatur. Vnde, Sit omnis homo velox ad audiendum,
tardus ad loquendum. Ideoq; Esaias Esa.40
cũ audisset à domino, Clama, non prius clama- Matth.13.
uit, quàm audiret quid clamare deberet, respon- Luc.2
dens, Quid clamabo? Dominus etiam in euangelio,
comparat regnum cęlorum thesauro abs-

condito in agro. Hic est thesaurus sapientiæ & cognitionis quem cum inueuerit homo abscondit in corde suo, non diuulgat: sicut Maria, quę conseruabat omnia verba domini conferens in ea corde suo.

4 Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas.

Ex Cass. BENEDICTUS es] Nē quis sanctam eruditionem suis viribus daret, præmittit [BENEDICTUS] quasi dicat, Quia habeo eloquia, gratias ago dicens, Benedictus, id est, laudatus [ES DOMINE] qui gratis das. Et de reliquo [DOCE me] facere, id est, presta me facere [IUSTIFICATIONES tuas,] id est opera sanctorum, quæ imperat deus, vt factis ostendam quę didici verbis. Frustra enim abscondit in corde eloquia, nisi sequantur opera iustitiæ. Vel ita, Supradixit datam sibi legem, hic petit sibi dari benedictionem, qua lex impleatur. q.d. Qui dedit legem, dabit & benedictionē. Et ô Domine benedict⁹ es, su natura vel in tuis quos benedicis, Et ideo, Doce me iustificationes tuas. q.d. Quia abscondi in corde meo eloquia tua, dedisti legem, da etiam benedictionē gratię, scilicet, Doce me iustificationes tuas, vt faciēdo discam, vel vt secreta legis sciam: & his edoctus,

Ex Amb.

Ex Aug. & gl. int.

Ex Aug.

Ex gl. int. & Aug.

Ex Amb.

5 In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui.

Ex gl. int. IN LABIIS meis] Vel ita cōtinua, Abscondi eloquia tua in corde, & eum tempus gratiæ vidi [PRONUNCIAUI] aliis [IN LABIIS MEIS] cordi concinnis [OMNIA iudicia oris tui] nō dicit omnia iudicia tua, sed omnia oris, id est, quę per eloquia tua mihi dixisti, Iudicia, ergo, Oris, id est, quæ per prophetas, & apostolos locutus es, qui sunt os dei, Pronunciaui omnia, non vniuersaliter, sed quæ scripta vel dicta sunt. Iudicia porro sunt, quibus & nūc & in fine iudicatur mundus, quæ sunt abyssus multa, & inscrutabilia: sed nihil eorum tacui, quæ per eloquia tua mihi innotescere voluisti. &

Ex Aug.

6 In via testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in omnibus diuitiis.

Ex Aug. DELECTATUS sum] In hac vita [IN VIA testimoniorū tuorū] Testimonia dei sunt, quibus quantum nos diligat ostendit, vt natiuitas, passio. Et est [DELECTATUS sum in via testimoniorum tuorum,] id est, in humilitate natiuitatis passionis, quibus etiam futura speramus: & ideo bene dicuntur testimonia. Vel, In via testimoniorum tuorū, id est Christo, in quo sunt omnes thesauri sapiētiæ & scientiæ abscōditi. Et ideo dicitur via testimoniorum. vel via testimoniorū dicitur Christus, quoniam de ipso loquentia ad ipsum ducunt, in quo & impleta sunt. Et accipit testimonia, eloqua scripturarū. [SICUT IN OMNIBUS DIUITIIS] Spirituales accipit diuitias. terrenis enim diuitiis quas sordes computat, non comparat. Vel, Delectatus sum sicut in omnib⁹ diuitiis, temporalibus delectantur homines. Hæ autem diuitiæ temporales non comparantur spiritualibus in gratia: sed quia sunt hominibus suaues.

Coloss. 2

Ex Cass.

Ex Amb.

7 In mandatis tuis exercebor: & considerabo vias tuas.

IN MANDATIS TUIS] q.d. Prōnunciaui & delectatus sum in testimoniis tuis, & adhuc immorabor. Et hoc est [IN MANDATIS tuis exercebor] vsu bōni operis. [ET] sic merito boni operis [CONSIDERABO,] id est, cognoscam [VIAS tuas.] Nemo enim ad penetralia intellectus peruenit, nisi vita pura prius proximus fuerit. Vel ita dico, Doce me iustificationes, & si amplius docueris, In mādatis tuis garriam, alia litera, id est, contra omnes inimicos Christianæ fidei atq; catholicæ copiosis rationibus garrulus disputabo. Tunc autem sius vtiles disputationes, si ibi non considerentur nisi viæ domini. Vnde subdit, Et considerabo vias tuas, quæ sunt misericordia & veritas, quorum duorū plenitudo inuenitur in Christo. & per hanc exercitationē fit etiā istud quod sequitur,

Ex Alcu.

Ex Hilar.

Ex Aug.

8 In iustificationibus tuis meditabor: nō obliuiscar sermones tuos.

IN IUSTIFICATIONIBUS tuis meditabor] obliuioni quæ ex infirmitate originalis peccati venit, opposita est meditatio. Nouerat iste vitiū humanitatis. Et cōtra illud, auxilium reperit. Iūstificationes sunt sicut quod Hebręus puer in lege non plus quam sex annis seruit. In septimo liber egreditur, quia fidelis in mundo, qui sex ætatibus distinguitur, tantum seruit, in resurrectione liber erit. Et his & huiusmodi quę in ęnigmate dicta sunt cōuenit meditatio. Mādatis autem moralibus, quę sunt, Non mœchaberis & huiusmodi, tantum cōuenit operatio. Congrue ergo distinxit verba dicens, In mādatis tuis exercebor, [ET IN iustificationibus tuis meditabor,] Ideo meditabor [UT NON OBLIUISCAR sermones tuos,] id est, ne possim obliuisci, quod expedit retineri.

Ex Cass.

Ex Hila. & Cass.

COLLATIO in ב Beth.

a NE repellas me.] אַל תַּשְׁגֵּנִי al taschgeni, hoc est (vt volunt) ne errare me facias. Eadem est intelligentia: nam repelli à mandatis dei, est ab eo non adiuuari. Citra verò dei auxiliū, nusquam non aberramus. Et hoc est quod præmiserat interprete Augustino, Vtinam dirigantur viæ meæ.

ג GIMEL.

RETRIBUE seruo tuo] GIMEL.] In hāc tertia litera, humanam indigentiam ostendit, & gratiam dei contra eam poscit: humana vero indigētia multiplex est, scilicet infirmitas, ignorātia, exilium, hostes: contra quam auxiliū multiplicis gratiæ quærit. Vnde bene huic octonario præmittitur litera [GI-

Gimel iuxta Hieronymū plenitudo

Ex Cass.

Ex Ambrosio & Augustino. MEL,] quæ interpretatur retributio, quia sibi
mulripliciter gratiã tribui petit. Dixerat enim
supra, in quo corrigit adolescentior viam suam.
Deinde subiũxit, in custodiẽdo sermones tuos,
nunc vt id fiat petit auxilium, dicens,

RETRIBVE seruo tuo, viuifica me: & custodiã sermones tuos.

Ex Cass. RETRIBVE] non vtique pro meritis bonis, quæ
nulla præcesserunt redde, sed, Retribue, id est,
iterum & iterum da. Vel pro malis meis, Retri-
Ex Aug. bue, bonũ, quo etiam ante fidem nõ homini de-
bentur nisi mala pro malis. Retribuit antẽ deus
per indebitam gratiã bona pro malis. Nisi enim
deus retribueret bona pro malis, nullo modo es-
sent quibus retribueret bona pro bonis. Vtique
iũstus est retribuendo bona pro bonis, quia mi-
sericors prius fuit retribuendo bona pro malis:
quanuis & ipsa iustitia qua retribuuntur bona
pro bonis, nõ est sine misericordia. Et nota qđ
quatuor sunt retributiones. Retribuũtur enim
mala pro malis, aut bona pro bonis, vel bona
pro malis, vel mala pro bonis. Duæ priores per-
tinent ad iustitiam, tertia ad misericordiam.
Quartam nescit deus. Retribuit ergo deus bo-
num pro malo, quam retributionem iste rogat,
Ex Cass. dicens, [RETRIBVE SERVO tuo] qui nihil
meritis, sed totũ gratiæ deputat. Quid? hoc, sci-
Ex Aug. licet [VIVIFICA me] per fidẽ ex qua viuit iu-
stus. non est iste penitus mortuus, sed iam habet
initium bonæ concupiscentię, qui hoc potest o-
rare, Viuifica me, prius mortuum & impoten-
tem scire vel operari; sed per fidem viuifica, per
quam [CVSTODIAM SERMONES tuos.]
Ex Amb. Viuus enim custodit, & custodiendo viuit. Vel
nõ hic est vox peccatoris, sed iam correcti & iu-
sti, in processu virtutũ positi, qui bene sibi con-
scius præmia boni operis exposcit. Ideoq; con-
uenieter præscribitur litera, Gimel, quæ inter-
pretatur retributio, quia hic dicitur impletio,
& cognitio legis iam correcto retribui, quasi di-
cat, quia sic correctus sum vt supra ostendi, Re-
tribue mihi seruo tuo. Iam in processu virtu-
tutum positus precatur sibi retribui, secundum
fidei operisque meritum, quod nõ debet arro-
gans vel alienum videri, si remunerationem à
deo pro egregiis laboribus postulet, prærogatiua
enim fidei atq; iustitię est, de domini fauore mer
Matt. 14 cedem sperare. Reprehẽditur enim Petrus, qui
supra fluctꝰ ambulans, vt homo dubitauit, non
vt apostolus præsumpsit. Iubemur quoque in
Euangelio fidem habere & non hesitare de his
quę supra hominem sunt gerendis, apostolus
1. Cor. 15. etiam qui ante dixerat, Non sum dignus vocari
2. Tim. 4 apostolus, postea dixit, Reposita est mihi coro-
na iustitiæ, quam reddet mihi dominus. Inno-
centis ergo conscientiæ est, non insolentis ar-
rogantiæ, ab eo cui seruit quis mercedem pe-
tere, quia desperare segnitiæ materia est. spera-
re autem incentiuum laboris est. pete ergo con-
fidenter, si merita suffragãtur. Et dic, Retribue
seruo tuo, hoc, scilicet, Viuifica me, in præsenti Ex Aug.
& in futuro, Et custodiam seruos tuos. Sed quia
non possunt custodiri per obedientiã nisi prius
videantur per intelligentiam, addit,

2 Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.

REVELA OCVLOS MEOS] interiores, Ex Amb.
quorum velamen in Christo euacuatur. Vide Ex Cass.
humanam infirmitatem & misericordiam Dei,
Homo velo ignorantiæ regitur: Deus tollit vt
videas, quod iste petit, eo se grauari intelligens.
Dico reuela [ET CONSIDERABO mirabi-
lia] quæ? [DE LEGE tua] Lex est vbi vmbra
est, vt de agno paschali, & huiusmodi. Rõgat er- Ex Alcuin.
go vt in his tecta videat. vel nouam legem ac-
cipe, scilicet Euangelium, in qua mirabilia con
siderantur, vt hic, nisi quis renuntiauerit om- Luc. 14
nibus quæ possidet, non potest meus esse disci-
pulus: & illud, Diligite inimicos vestros. Nihil Matt. 5
enim est mirabilius in mandatis, quàm diligere Ex Aug.
inimicos, hoc est dare bona pro malis.

3 Incola ego sum in terra: nõ abscondas à me mandata tua.

INCOLA EGO SVM] Ecce exilium. qua- Ex Cass.
si dicat, Retribue, reuela, & debes. quia [INCO- & Hay.
LA ego sum in terra,] vel, Inquilinus. Non sum Ex Aug.
ciuis Babylonię, cor, & si nõ corpus, habẽs in cę & Cass.
lo. Hoc iustorum tãtum est, quibus promissa est
æterna patria. Vnde alibi, Peregrinus sum, non Psal. 38
sicut omnes homines: sed sicut omnes patres
mei, id est, iusti. Et ideo, quia incola sum [NON
ABSCONDAS à me,] id est, nõ subtrahas mi-
hi [MANDATA TVA] cuius votum scire po-
tes cui famularis. Abscõduntur mãdata his qui
terrena sapiũt, & si ea audiunt & norũt. Man-
data dicit, per quæ ab incolatu liberabitur, in
quibus dilectio præcipitur, vel sola vel maxi-
me. Sed quia nihil diligendum diligitur, si ipsa Ex Aug.
dilectio nõ diligitur, ipsius dilectionis dilectio-
nem iste volens habere, proclamat,

4 Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.

CONCVPIVIT ANIMA mea desiderare Ex Aug.
iustificationes tuas,] id est, õpera iustitię hoc o-
lim concupiuit non modo, quia iam quãdo in-
cola terræ erat, nõ cupiebat desiderare, sed de-
siderabat. olim verò nondũ desiderabat eas, sed
fastidio languebat. Ita verò amanda est dilectio,
qua diligenda diliguntur, sicut illa est odienda,
qua non diligenda diliguntur. Et nota quod
concupiscentia est desiderium, sed non omnis:
quia concupiscentia est & eorum quæ haben-
tur, & eorum quę non habentur. Desideriũ ve-
ro absentium tantũ est in hac vita. Nota etiã ꝗ
ait, [Concupiuit desiderare] nõ ait desiderauit.
Videmus enim ratione nõnunquam quã vtiles
sunt iustificationes dei. i. opera iustitię, sed infir-

mitate aliquando non desideramus, prævolat ergo intellectus, sequitur tardus, vel nullus affectus: scimus bonum, nec delectat agere, & cupimus vt delectet. ita iste olim desiderare concupiscebat quæ bona esse cernebat, cupiens habere eorum delectationem quorum potuit videre rationē. Ostendit itaq; quib⁹ quasi gradibus peruenitur ad eas. prius est enim vt videatur q̄ sint vtiles & honestæ. Deinde vt earum desiderium concupiscatur: postremo vt proficiente lumine atque sanitate delectet earum operatio, quarum sola ratio delectabat. Has ergo concupiuit iste, Desiderare in omni tempore, non ad tempus vt mali, sed semper etiam in aduersis. Ideo vtique concupiuit desiderare, quia,

5 Increpasti superbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.

Ex Aug. Geoe. 3 INCREPASTI superbos] primos homines, quos delectauit illud, Eritis sicut dij. Hos increpasti, dicens, Vbi es Adam? non ignorabat dominus, sed superbū increpabat, quod ad tantam miseriam deuenisset, & tota etiam crumna mortalium hæreditaria est increpatio superborum, & per haoc superbiam declinauerunt. Ec

Ex Amb. [MALEDICTI] sunt ōmnes, non illi soli [QVI à mandatis tuis declinant] quasi à directis ad

Ex Aug. praua. Vide quod nō ait, qui declinauerunt, tanquam illorum tantum primitinorum hominum peccatum in mētem reduceret: sed ait, Qui declinant, per quod non soli illi increpantur, sed omnes eorum exemplo terrentur: ne per superbiam declinent, sed in omni tempore iustitiam diligant, vt hic recipiant quod illi in paradiso perdiderunt. Nota etiam quod non ait, Maledicti qui nō implent mandata, sed qui declinant. Aliud est enim declinare per superbiam, aliud non implere per infirmitatem vel ignorantiam. sed quia superbi, nec in tanta increpatione humiliantur, orat pro eis chorus martyrum, dicens,

6 Aufer à me opprobrium & contemptum: quia testimonia tua exquisiui.

Ex Aug. AVFER] q.d. Et quia maledicti sunt qui declinant, oro, [AVFER à me opprobrium] quod audio, [ET contemptum] quo contemnor. Ideo mihi est opprobrium & contemptus, quia [EXquisiui testamenta tua] quasi de hac re est mihi opprobrium & contemptus, quia exquisiui testimonia tua, quæ græcè dicuntur μαρτύρια, ꝑ his patitur iste. Vnde illos qui pro veritate humiliati, vsq; ad mortem certauerunt, non testes, quod latinè vtique possemus: sed græcè martyres appellamus. Hæc ergo martyres dicunt qui sunt opprobrio, & derisui cōtemnentibus Christi crucem. Et totam Christianam humilitatem quæ sola superbia sanatur, quæ rogant: nō quasi mala auferri sibi cum inde perueniant ad coronam: sed quia noxium est illis qui inferunt, vt etiam illi conuersi martyria ament quod factum est: & iam non est illud opprobrium, sed honor. Non est enim dignus opprobrio, qui testimonia exquisiuit: sed qui talia precabantur, illa patiebantur. Vnde subdit,

7 Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebātur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.

ETENIM] Ecce hostes. q.d. Aufer opprobrium, illud autem multi inferre volunt. [ETenim sederunt principes] mōre iudiciario; quasi ex mora machinantes, [ET] ipsi aperte [ADuersum me loquebātur] iidem accusatores erāt, qui & iudices, quod grauius est. Et sicut isti manifestè, sic & dęmones occultè nocere cogitant. Illi ita, [SERVVS autem tuus] i.ego, [EXERcebatur] non pro crimine, sed [IN iustificationibus tuis] q.d. In his cogitat, vincit, quia ab his retrahere laborat per bella inimicus, q.d. Inter pericula non erat mihi cruciatus, sed proue ctus. Qualiter vero exercebatur, subdit, Ex Alcu. Ex Cass. Ex Amb. Ex gl.int. Ex Cass. & Aug.

8 Nam testimonia tua meditatio mea est: & consilium meum iustificationes tuæ.

NAM & meditatio mea est testimonia tua] id est martyria, quæ meditata dolores mitigant, sic exercebatur iste martyria, scilicet meditatur & amat, respiciens ad coronam: & inimicos diligit. Vnde sequitur, [ET consilium meum] est [IVSTIFICATIONES tuæ] q.d. consilium meum est seruare iustificationes] in quibus est diligere inimicos. Ecce consilium contra consilium. Consilium sedentium principum fuit, innocentes martyres perdere, martyrum patientium fuit consilium illos perditos acquirere. Ex Aug. & Cass. Ex Aug.

COLLATIO
In ג Gimel.

4 CONCVPIVIT anima mea &c.] גָּרְסָה garsah. Sed neoterici vertunt, confracta est. Hieronymus tamen habet, desiderauit: verum exprimitur sensus. Palam est enim animam non posse confringi confractione exteriori. Consequitur intelligi debere, de confractione spirituali, hoc est desiderio ipso, quod dum grande est, penè animam exanimat. Chaldæus est nobiscū, Desiderauit anima mea desiderare.

8 MEDITATIO mea est.] Hieronymus, Voluntas mea est. Cæteri, Oblectationes meæ sunt, vel simile quid, cū paruo impendio conciliantur. Nam quæ placent & delectant iugiter meditamur, & in his est exercitium continuum nostri studij.

CONSILIVM meum iustificationes tuæ.] Hieronymus, Quasi viri amicissimi mei. Pratesis, Viri consilij mei. Ita & cæteri. Verum locutio illa metaphorica erat, eōque LXX tropum dextrè explicuerunt. Siquidem quemadmodum homo agendorum ignarus vel dubius, consilio indiget virorum & piorum & peritorum, quo rogato in viam rectam dirigant errantem, sic nos per nos nescij, inquirimus quæ sunt dei iustitiæ, vt in vera æquitate perducamur ad regnū quo tendimus virtutibus & sanctis operibus,

quæ regulamus secũdum dei iustificationes, ceu viros amicos & boni consilij. אַנְשֵׁי עֲצָתִי anſche atzathi.

ד DALETH.

ADHAESIT pauimento anima mea.] In hãc quarta litera, dicit se corporali necessitate esse constrictum: ita vt tædeat (Ex Caſſ.) eum orare, vel operari. Cõrpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. (Ex Aug. Sap. 9 Ex Caſſ.) Sẽd sola dei pietate se saluãdum dicit. & quia in hac necessitate positus, semper timet relabi, ideo congruè huic octonario præmittitur litera, [DALETH] quæ interpretatur timor. (Ex Alcu.) Hic.u. docetur qđ lex fidei timẽtem relabi, confortat: & ad omnia ei sufficit. Interpretatur etiam Daleth, nõ tantum timor, sed etiam natiuitas, quod bene conuenit. (Daleth iuxta Hier. interpretatur tabulatum.) Natiuitas enim intelligitur hic, non spiritualis, sed temporalis, quę scilicet est eorum quæ in seculo generantur, & sunt corporalia & caduca, ex qua natiuitate est timor, quod hic deplorat homo deiectus in terram de cælo, qui ante beatissimus auram carpebat æthercam. (Ex Amb.) Curas huius vitæ & tędii nesciebat. q d. Mõdo consilium meum est, iustificationes tuæ. (Ex Hay.) Modo me ita habeo, sed olim,

ADHAESIT pauimẽto anima mea: viuifica me secundũ verbum tuum.

ANIMA mea adhæsit] consensu, [PAVIMENTO] id est corpori. (Ex Caſſ.) Vnde mors est. Caro enim cõcupiscit aduersus spiritum, cui olim nõ repugnauit anima. (Galat. 5 Ex Aug. & Haym.) Vel, Adhæsit pauimento, id est terrenis, vt hæc curet, quæ sunt calcanda pedibus velut pauimentum: terra ergo pauimentum est. In mũdo enim vniuerso tanquam in quadam domo, cælum est camera, terra vero pauimentum, quæ teritur feriendo, vt fiat quasi lęue, & nitens, & solidum pauimentum. (Ex Aug. & Alc.) Corpus etiam humanum pauimento comparatur, eo quod simili nitore lęuigatur. (Ex Caſſ.) Huic pauimento, id est corpori. Vel terrenis dicit hic animam adhæsisse, quod non est contarium superioribus, vbi dicit se delectatum in testimonijs, & exercitatum in iustificationibus. (Ex Aug.) Quantuncunq; enim hic aliquis proficiat, habet tamen mortalis carnis affectum circa hęc terrena, & ab hac morte quotidie reuiuiscit. Vnde subdit, sed tu domine, [VIVIFICABIS me] vt in cælo sit mens mea. Et hoc, [SECVNDVM verbum tuum] id est per Christum, qui est verbum patris. (Ex Caſſ.) Vel, Secundum verbum tuum, id est secundum promissionem tuam, ut sim filius promissionis, non filius elationis. (Ex Aug.) qđ non arroganter petit, quia quod per se erat, hic confitetur, dicens,

2 Vias meas enunciaui, & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.

VIAS meas] q.d. Viuifica, & debes. Nam, [VIAS meas enuntiaui] id est peccata mea cõfessus sum. (Ex Aug.) [ET exaudisti me] dimittendo ea. [DOCE me] q.d. Deleuisti vias meas, & doce tuas. Et hoc est, Doce me [IVSTIFICATIONES tuas] hoc dicit volens proficere, qui iam in illis exercetur. Ab istis ergo ad alias proficiendo, velut crescendo desiderat peruenire, vt illas agat non modo sciat. Verè quippe nouit iustificationes qui eas fecit, sicut econtra de domino dicitur, Non nouit dominus peccatum, id est non fecit. (2 Cor. 5) Vel, Doce me iustificationes tuas, id est secũdum spiritualem intellectum figuratiuas obseruantias fac aduertere. (Ex Amb.) Et nota quia pulchro ordine ad iustificationes dei perueniendum putat, vt primum peccata sua fateatur. Ita enim & alibi dicitur, Dic iniquitates tuas vt iustificeris. (Esaiæ 43 Prouer. 18) Et alibi, Iustus in principio sermonis, accusator est sui. Si enim accusauerit se iustus, vocem parati accusatoris excludit, qui solet accusare peccata, & cuiusq; exaggerare supplicia, obstruit os eius, qui ipse de se fuerit confessus. Verecundia enim excusat reum, pudor suum accusat actorẽ. Et ô domine,

3 Viam iustificationum tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.

INSTRVE me viam iustificationum tuarum] quia vias meas damno, ideoq; instrue me viam tuam vt intelligam mystica. (Ex Caſſ.) Alij codices habent, Insinua mihi, quod ex græco συνέτισόν expressius dicitur, fac me intelligere, Viam iustificationum tuarum. (Ex Aug.) Vide ordinem. prius enim est discere iustificationes, quod hic ante petijt. (Ex Amb.) Deinde gradus quosdã & ordinem earum quid prius, quid post esse debeat. Peccat enim qui præpostere agit. Nam scire quid faciat, & ordinem faciendi nescire, non est perfectę cognitionis. Ordinis nanq; ignorantia conturbat negotiorum naturam formámque meritorum. Notis vero mysterijs, [ET] eorũ ordine, ego etiam [exercebor] vsu operis, & spirituali sensu, sicut qui in palęstra exercetur vt roboretur. Et hoc etiã, [IN mirabilibus tuis] quæ in figuris latent. Mirabilia dei vocat iustificationes ipsas, quarum quædam ita sunt mirabiles, vt inexperti credãt ad eas non posse perueniri intelligendas vel faciendas. (Ex Aug.) Vnde iste laborãs, & earum difficultate fatigatus, addit,

4 Dormitauit anima mea præ tędio: confirma me in verbis tuis.

DORMITAVIT] q.d. Dico, doce, instrue: sed quia est petitio dilata, dormitaui vt fessus expectator. (Ex Caſſ.) Et hoc est, [ANIMA mea dormitauit] id est refriguit à spe comprehendi eas. (Ex Aug.) Et hoc, [PRAE tędio] dilationis. Nõta quod nõ ait, dormiuit, sed, Dormitauit. (Ex Caſſ.) Dormire enim est obliuiosi & socordis: dormitatio est fessi expectatoris, quæ dicitur acedia. sed tu [CONFIRMA me in verbis tuis] vt si adhuc petitio differ-

Ex Hay. tur,firmus ftem in meditatione legis tuæ. Vel
ita dico,quod exercebor in mirabilibus: tamen
olim,Anima mea dormitauit præ timore, parū
vel nihil boni operans,& ideo duce me. Et quia
olim dormitaui,nūc cum ad ea perueni,Confir
Ex Aug. ma me in verbis tuis,quę iam teneo ne decidam
Ex Alcu. ab eis,sed inde ad alia tendam. Ecce contra duo
pericula,orat iste in hoc octonario,primo con-
tra necessitates carnis, dicens, Viuifica me, hic
contra tædium,q.d.oro vt viuifices me contui-
tu primi periculi,vnde me liberasti. Oro etiam
vt confirmes consideratione alterius priculi,sci
Ex Aug. licet tędij,quod per te euasi. Deinde quasi quę-
reret, Quid enim impedit? subdit,

5 Viam iniquitatis amoue à me:
& de lege tua miserere mei.

Ex Hay. VIAM iniquitatis &c.] Vel vt possim con-
& Ambr. firmari,ô domine, [VIAM iniquitatis] quæ à
& Cassio. patribus trita est,quæ & imminet,[AMOVE à
Ex Aug. me]hoc in hoc seculo necessarium est. Et quia
lex factorum subintrauit,vt abundaret delictum,
subdit,[ET lege tua miserere mei] scilicet lege
fidei,legis misericordiæ & gratiæ,qua implemus
quod per nos nō possumus. In lege enim facto-
rum dei iubentis, est iustitia. In lege fidei subue-
nientis, misericordia per fidem iste petit, qui
ait, Viam iniquitatis amoue à me: & lege tua
Ex Alcu. miserere mei. ac si diceret, Mala remoue, bona
& Caff. indulge. Petit vero misericordiam, quia per le-
gem nemo iustificatur,sed per fidem Christi.

6 Viam veritatis elegi:iudicia tua
non sum oblitus.

Ex Aug. VIAM veritatis] Cum dixerat, Lege tua mi
sere mei, de beneficijs quæ consecutus est, præ-
scribit: vt impetret cętera.q.d.miserere,quia iam
Ex Caff. [ELEGI viam veritatis] vbi currerem.i. Chri
& Au.g stum,cuius cultum elegit, qui est via veritas &
Ioann.14 vita. Et [IVDICIA tua non sum oblitus] vt
currerem.& cum currerem

7 Adhæsi testimoniis tuis domi
ne:noli me confundere.

Ex Cass. ADHAESI] ô [DOMINE testimonijs tuis]
qui prius adheseram pauimento: adhæret autem
Ex Amb. testimonijs,qui mundo renuntiat,qui curas hu
& Alcu. ius vitæ & tædia spernit,qui luxuriæ studio ac
pecuniç cupiditate,non curuatur. Et ideo [NO-
Ex Aug. LI me confundere] sed fac vt quo curro,pertē-
& Ambr. dam: & quo tendo perueniam. Vnde Apostol.
1 Cor.9 Sic currite vt comprehendatis. Et nota quod
Ex Caff. nō est iste securus,sed humiliter se petit seruari.

8 Viam mandatorum tuorum cu
curri:cum dilatasti cor meum.

Ex Amb. VIAM mandatorum] quę est angusta,[CV-
CVRRI] vt bonus equus. Habet enim equos
Abacuc 3 suos Christus, de quibus dicit Propheta, Ascen
disti equos tuos,& equitatus tuus salus. Et hoc
feci, [CVM] id est quia, [DILATASTI cor
Ex Aug. meum] Nōn enim currerem nisi dilatasses: cor-
dis autem dilatatio,est iustitiæ delectatio, vt nō
Ex Caff. timore,sed delectatione agatur,quod est donum
dei. Vel dilatatio,est scientiæ latitudo, sine qua
non possum currere: hæ sunt aquæ de quibus Ex Aug.
dicitur, Et in plateis tuis discurrunt aquæ tuæ. Proue.5
De quibus dominus clamat, Si quis sitit, veniat Ioann.7
ad me & bibat: & qui crediderit in me, flumina
aquæ viuæ fluent de ventre eius. Et nota quia
hic versus exponit, quomodo superius dictum
sit, Elegi, non sum oblitus, dum ait, Cum dilata
sti cor meum, id est non per me, sed tuo dono
hæc prædicta feci.

COLLATIO
In Daleth.

4 DORMITAVIT] Hebraïcantes dicunt,
distillauit, diffluxit, liquefacta est, agonizauit,
דָלְפָה dalephah, sensus est idem. Etenim ani-
ma defatigata longa expectatione, aut corporis
grauitate, quasi resoluitur extra se & intra se.
5 DE lege tua miserere mei.] Consimiliter
Nebiensis, Pratensis, Interpretes Caietani, &
Campensis, Hieronymus & Sanctes, Legem tuā
dona mihi. Pellicanus & Munsterus, Lex tua sit
grata, aut gratiosa mihi. Licet hæc omnia in v-
num concurrant, tamen חָנַן hanan significat,
misertus est, donauit, gratificauit. Ob idque
חָנֵּנִי honneni pariter diuersum est.
6 NON sum oblitus.] Heb. Proponebam Sic
plerique proposui mihi, quod est ante oculos ha
bere, ergo non obliuisci. Interpretes Caietani
vertunt coæquaui, & Pratensis feci. Siquidem
שָׁוָה schauah & שִׁוָּה schiuah, id interdum so
nat. Eodem denique recidit intelligentia.

ה HE.

LEGEM pone] [HE] In hāc quinta litera He, Hier.
precatur Christo veniente, sibi qui vete- interpre-
rem tenuit, nouam legem constituit, quæ tatur, ista.
semper exquiretur, cum tam ardenter desidere- Ex Caff.
tur. Et quia per eam verum esse habet, ideo huic
octonario congrue pręmittitur litera [HE] quę
interpretatur esse, quia per legem nouam cōfor
tatus, tam verū esse precatur. Interpretatur etiā Ex Amb.
He, est, vel viuo, quod bene cōuenit. Qui enim
est, viuit: & qui viuit, vere est, quod esse vel viue-
re habetur in Christo, qui heri & hodie ipse est Heb.13.
& in secula. Loquitur ergo hic qui viuit in Chri
sto, dicens quomodo viuat, id est velit viuere. q.
d. Noli me confundere, sed

LEGEM pone
mihi domine viā
iustificationum
tuarum: & ex-
quiram eā sem-
per.

PONE MIHI] ô
[DOMINE LEGEM] nōn veterem vt olim Ex Aug.
subditis: sed nouam, vt filijs spiritu sancto scri-
ptam in cordibus, vt intelligant, & ex amore cō
pleant. Qui enim inuitus facit, nollet sibi iube-
ri. & immudus voluntate, non est mundus ope-

Ex Amb. re. Hæc autem lex, est via iustificationum. Vnde
subdit, [V I A M iustificationum tuarum] scilicet
Pone. q. d. lex eundi sit mihi via iustificationum
tuarũ, vt nusquã diuertar: sicut imperator præ-
scribit militibus suis, quò & quà eãt, ne pro suo
arbitrio viam carpant, nec voluntaria captent
cumpendia, nec à signis recedant, declinantes
ad dexteram vel ad sinistram, vt & dominus le
gem viandi filijs Israel commeantibus dedit,
Exod. 13 præcedens eos in columna nubis in die, & ignis
in nocte, quæ cum ante ibat, ipsi sequebãtur: &
cum stabat vel euanescebat, ipsi morabantur in
castris. Lex ergo viandi erat eis, columna ignis &
nubis. [E T exquiram] q. d. Pone mihi legem.
Ex Aug. Et, ego, Exquiram [E A M.] habitam legem ex-
quirit proficiendo in ea. Et hoc, [S E M P E R]. s.
quandiu viuit hic, quia tandiu proficitur. Post
hanc enim vitam qui hic proficiebat, ibi perfi-
citur: vbi perfectus, sine fine consistit. Legem er-
go quam habet agendo, exquirit proficiendo.
Vel semper exquiritur tenendo hic & in futu-
ro. Sicut dicitur, Spiritus scrutatur omnia, non
vt quod nescit, inueniat, sed quia nihil relinquit
quod nesciat: ita hic semper legem exquirit, qui
nunquam relinquit aliquid de lege. Vel de vete-
re lege dicit, Legem pone, quia veterem etiam
legem vult iste scire, quam sibi poni petit, non
vt secundum literam sciat, sed vt intelligat, sci-
licet quid habet vtilitatis, & quare data, scilicet
vt abundaret delictum. Vnde subdit,

2 Da mihi intellectum, & scruta-
bor legem tuã: & custodiam illam
in toto corde meo.

Ex Aug. D A mihi intellectum] q. d. dico exquiram:
& ad inquirandũ, [D A mihi intellectum] quia
non satis est quærere, nisi intelligas quod requi
ris. Da, ergo, Mihi intellectũ, vt ad eius alta per-
ueniam, in quibus tota lex pendet. [E T] habito
intellectu, [S C R V T A B O R legem tuam] quia
aliter nequit scrutari, [E T custodiam illam in
toto corde meo] id est diligam deum toto cor-
de, tota anima, & tota mẽte, & proximum sicut
meipsum. Et quia hoc minus valeo meis viribus.

3 Deduc me in semita mandato-
rum tuorum: quia ipsam volui.

Ex Aug. D E D V C me in semitam] quia arcta est via,
[M A N D A T O R V M tuorum] quæ tamen di-
latato corde curritur, & cur petierit, subdit,
[Q V I A ipsam volui] Ipsa enim noua gratia
per se placet quæ ducit ad cælum. Ideo iste ait,
Volui, sed parum est mihi voluntas mea, nisi in
eo quod volo, ducas. Sed quia ipsa voluntas à te
est, oro,

4 Inclina cor meum in testimo-
nia tua: & non in auaritiam.

Ex Cass. I N C L I N A cor meum] vt plus velim. Et be
ne ait, Inclina, Inclinati enim per humilitatem
melius vident, quàm vanitate supini. Ecce ostẽ-
dit per vniuersas & subtiles minutias omne bo-
num à deo tribui, & per eum seruari, & eius gra
tia semper augeri. Inclina dico, [I N testimonia
Ex Aug. tua.] Testimonijs aliquid probatur, & deus iusti-
ficationes suas, & mãdata suis testimonijs, id est
præceptis & exemplis persuadet, & probat no-
bis, scilicet vt gratis colatur. Testimonijs quip-
pe suis agit hoc nobiscum, vt eum gratis cola- 1 Tim. 6
mus, quod impedit radix omnium malorũ aua-
ritia, de qua subdit, [E T non in auaritiam] vt
gratis, scilicet pro se, deum colat: sicut Iob, Non Iob 1
pro terrenis. Omnis enim à nobis circumciditur
auaritia, si gratis colatur deus. Et quia omnia Ecclesia. 1
sub sole vanitas sunt, ideo addit generaliter, &

5 Auerte oculos meos ne videant
vanitatem: in via tua viuifica me.

A V E R T E oculos meos] cõrporis, quia his Ex Cass.
visa ambimus, [N E V I D E A N T] vel videam,
[V A N I T A T E M.] per oculos enim pecca-
mus, dum cõspecta ambimus. Mors enim intrat Hiere. 6
per fenestras nostrorum sensuum, quod hic no- Ex Amb.
tatur. Hoc ergo nobis magis est in spe quod hic Ex Aug.
petitur, quàm in re, quia & multi sub vanitate Rom. 8
nunc sumus. Precatur ergo quod non hic, sed in
futuro implebitur, cum liberabitur creatura à
seruitute corruptionis, & ipsi veritati adhæse-
rit, veniens in libertatem gloriæ filiorum dei,
vbi iam non videat vanitatem seculi. Et hic est
alius sensus, quem mihi fateor plus placere, vt
oculos interiores accipiamus, quibus contem-
plemur quare faciamus. Quia ergo officium no
strum, id est opus, non officio, sed fine pensatur,
vt scilicet non tantum si bonum est quod faci-
mus, sed præcipue si bonum est propter quod
facimus cogitetur, precatur iste, vt cum aliquid
facit, oculi interiores qui vident quare fit, nõ vi
deant vanitatem: vt propter eam bonum faciat,
in qua vanitate præcipuum locum amor laudis
humanæ habet, quam vbique dominus probi- Matt. 6
bet in euangelio, & ad gloriam dei tantum præ-
cipit bona fieri. Ille ergo non videt vana, qui fi-
xus est in illo mente, qui est super omnia, cuius
mens sursum est. Qui vero hæc cogitat, sub sole
viuit, vbi vanitas. Ideo iste ait, Auerte oculos
meos: mysticos oculos mentis dicit, Ne videant Ex Amb.
vanitatem, id est vana seculi. Christus vero est & Aug.
veritas, qui est via in qua petit viuificari, dicẽs,
[I N via tua viuifica me] id est in Christo, qui
est vita. Deinde per quid à vanitate auertatur,
docet subdens, Et,

6 Statue seruo tuo eloquiũ tuum:
in timore tuo.

S T A T V E seruo tuo eloquium tuum, in ti- Ex Aug.
more] id est da facere, quod eloqueris. Sta-
tuitur enim non nisi facienti, [S T A T V E] ergo
[E L O Q V I V M] immobiliter ne labatur: ad quod
valet timor. Vnde subdit, [I N timore tuo] vbi
nec culpa est nec desidia. Hoc ideo dicit, quia Ex Cass.
multi eloquia dei, & negligenter suscipiunt, & & Hila.
tanquam à fabulis declinant: sed timor dei san- Ex Amb.
ctus, quasi basis est in qua verbum statuitur: & Rom. 10
ipsum verbum disciplina timoris est, ne sit zelus Ex Aug.
dei, & non secundum scientiam. Non est autem Psalm. 18
iste timor seruilis, quo tantum pœna timetur:
sed castus, quo timetur offensa. Aliter enim ti-
met adultera virum, aliter casta: adultera, ne ve-
niat: casta, ne deserat. Hic est timor domini, qui

permanet in seculum seculi, hic auertit à vani-
Ex Amb. tate. In hoc ergo precatur sibi statui eloquium,
Lucæ 8 ne veniant volucres, & auferãt illud de incurio-
si & simulantis affectu.

7 Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum: quia iudicia
Ex Aug. tua iocunda.

AMPVTA]Hic sensus de superiori ducitur, quia cuius oculus videt vanitatem, hoc & de alijs suspicatur, vt propter quod bona agit, credat alterum facere. Quia enim occulta hominum non videntur, datus est locus suspitionibus, vt audeat homo plerunq; falsa, & si vera tamen incognita suspicari: ideoque dominus cum de fine operum præcepisset hominibus, ne scilicet iustitiam suam facerent, propter laudes hominum, vel pecuniam, vel etiam victum & vestitum: quia poteramus alios propter hæc bona operatos suspicari, subdit, Nolite iudicare, quod iste orat à se amputari. Deinde subiunxit, Et nõ iudicabimini, vnde & hic dico, [AMPVTA opprobrium meum quod suspicatus sum] addit, [QVIA iudicia tua iocunda] q.d. Auerte oculos, &, Amputa opprobrium quod suspicatus sum. Suum opprobrium dicit, quod de alijs suspicatur, quia facilius in alio putat, quod in se sentit: precatur ergo auferri opprobrium quod
Ex Cass. in se sentit. & in alijs suspicatur. Maximũ enim vitium humanitatis, est suspitio: quæ aliter putat quam sit veritas, vt de malis bona, de bonis mala dicamus, quæ ducit in opprobrium, aliter putantes quam sit res. quam culpam á se optat remoueri iste amator veritatis, cui placent iudicia dei, cuius verbum verum est & firma sententia. Vnde subdit, Quia iudicia tua iocunda.
Ex Aug. q. d. Egõ suspicor, sed tu verè omnia iudicas. Quia iudicia tua, sunt, Iocũda, id est vera. Vera enim sunt & suauia amatori veritatis: sed iudicia hominum de occultis, non sunt suauia, quia
Ex Amb. temeraria. Vel nomine opprobrij peccatum accipitur, ex quo sequitur opprobrium. Et est sensus, Amputa opprobriũ meum .i. peccatũ meũ, quod, Suspicatus sum, quia & si non habeo, nescio, quod melius tu nosti quàm ego ipse. Vnde
1 Cor. 4 Apostolus, Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, Tibi iudici audeo fateri. Quia iudicia tua, sunt, Iocunda, id est dulcia cõfitenti, non seuera. Et quia dulcia sunt iudicia,

8 Ecce ego cõcupiui mãdata tua: in æquitate tua viuifica me.

Ex Amb. ECCE]ego [CONCVPIVI mandata tua]
Ex Aug. vt dilector diligentis me. Vel secundum primam lectionem sic iunge. q.d. Amputa opprobrium quod suspicatus sum. Quia autem inuidorum est libenter suspicari opprobrium alterius, cum nequeant rodere opus quod eminet, vt & diabo-
Iob 1 lus in Iob, quod non gratis deum coleret, con-
1 Cor. 13 tra hoc charitas est habenda, quæ non æmulatur. Vnde subdit, [ECCE concupiui mandata
Matth. 22 tua] quæ omnia in duobus mandatis charitatis colliguntur, id est concupiui ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente diligere te, & proximum. Et tu, non in mea, sed [IN tua æquitate] vel iustitia, [VIVIFICA me] id est charitate quam concupiui imple me, qui in me morior. Vel, Viuifica me in æquitate tua, vel in iustitia, idest in Christo, qui est deus. Et quia est homo, meus proximus est. Ipse enim est verbum deus, Ioann. 1
& verbũ caro factũ est, vt esset proximus meus.

COLLATIO

In ה He.

ET exquiram eam semper.] Quoniam verbũ hebraicum עקב eqeb, significat calcaneum, finem, & mercedem, diuersam dedit materiam interpretandi, etiamsi haud difficile res ipsa cõcordet. Hieronymus igitur, Custodiam eam per vestigium. Sequitur interpres ꝓ Caietano. Pratensis, Munsterus & Nebiensis, vsque ad calcem seu finem. Consonant editio ad Campensem, & paraphrasis. Sanctes autem, propter mercedem. Porro arbitror Hieronymum accipere vestigiũ, pro perseuerantia, siue, vt vertit Pellicanus, ad vnguem. Merces item est finis laborum & præmium perseuerantiæ.

ו VAV.

ET veniat.] [VAV] In hac sexta litera pre- Ex Cass.
catur vt saluator veniat, qui est misericordia peccatorum, & vita fidelium, vt inimicos cõfundat, & in lege proficiat, id est proficere suos faciat. Et quia dignè petentibus semper præsens adest Christus, quibus adhuc loquentibus dicit, Ecce assum: ideo huic octonario præ- Ex Amb.
mittitur litera, Vau, quæ interpretatur ipse, vel ille, id est saluator Christus, qui adhuc loquentibus nobis dicit, Ecce assum. q.d. In æquitate tua viuifica me,

ET VENIAT super me misericordia tua domine: salutare tuum secundũ eloquium tuũ.

ET] ô [DOMINE veniat misericordia tua] id est Christus: hęc est iu- Ex Aug.
stitia quam dixerat, in qua viuificari petierat.
[SVPER me] id est fiat mihi caput filius tuus, Ex Hay.
assumendo carnem, secundum quod erit caput.
Deinde exponit misericordiam, subdens, Et [SA- Ex Aug.
LVTARE tuum] id est Christus, [VENIAT secundum eloquium tuum] id est secundum promissionem, quia totum est gratiæ. Vel in hac litera, petit vt mandata dei, quæ supra concipiuit, per
misericordiam faciat: quæ quia facere non po- Ex Amb.
test, nisi per auxilium gratię spiritus sancti, con- & Alc.
gruè præscribitur litera vau, quæ interpretatur & Aug.
ipse vel ille, quasi notabilis spiritus, scilicet cuius ausilium petit cõtra inimicos & hæreticos, qui a custodia mandatorum & à vero esse retrahũt. q.d. concupiui mandata tua, & vt ea perficiam,
Veniat super me misericordia tua domine, id est Ex Aug.
auxilium gratiæ tuæ, quam vt cõsequar, Veniat

ſalutare tuum, id eſt Chriſtus . Secundum elo-
quium tuum. hoc non mutatur.

2 Et reſpondebo exprobrantibus
mihi verbum:quia ſperaui in ſermo
nibus tuis.

Ex Aug. ET reſpõdebo]q.d. Dico,veniat ſuper me mi
ſericordia tua,[ET]ſi eris ſuper me,ve ꝓtector,
nõ conterẽs,[RESPONDEBO exprobrãtibus
mihi verbum] Bene ait, reſpondebo, quia parũ
eſt Chriſtum habere in corde,niſi exterius con
Rom. 10 fiteatur ore. Corde enim creditur ad iuſtitiam:
ore autem confeſsio fit ad ſalutem.Et nota non
Ex Caſſ. eſſe nobis tacendum contra malos, qui tamen
poſſunt recipere rationem , ne videantur ſupe-
Ex Aug. riores:ambiguum tamen eſt verum dicatur,Re-
ſpondebo exprobrantibus mihi verbum: vel di-
catur ſic, Reſpondebo verbum exprobrantibus
mihi.ſed quodlibet eorum dicatur,Chriſtum ſi-
1 Cor.1 gnificat.Ipſum enim nobis exprobrãt illi,à qui-
Ioann.1 bus crucifixus eſt, vel quibus ſcandalum eſt, vel
ſtulticia,quia verbum caro factum eſt , quod in
principio erat apud deum: ſed ſi illud ignorant,
qui crucem improperant: quia diuinitas ab eis
non cognoſcitur,cuius infirmitas in cruce con-
temnitur:melius dicitur,Reſpondebo verbum,
ſcilicet quod erat in principio apud deum , de
quo viuitur, Exprobrantibus mihi , exprobra-
tione eorum,nec territus,nec confuſus.Sed quia
non ipſe eſt qui loquitur,ſed ſpiritus dei,addit,
[QVIA ſperaui]q.d.Ideo reſpondebo,[QVIA
ſperaui in ſermonibus tuis] id eſt in promiſsis,
Matth.10 quæ dicunt , Nolite cogitare quid loquamini.
nõ enim vos eſtis qui loquimini,ſed ſpiritus pa-
tris veſtri qui loquitur in vobis , id eſt,Ideo re-
ſpondebo, quia hoc promiſiſti . Sed quia multi
urgentibus malis negant,ſubdit,

3 Et ne auferas de ore meo verbũ
veritatis vſquequaque:quia in iudi-
ciis tuis ſuperſperaui.

Ex Aug. ET ne auferas] id eſt auferri ſinas[DE ore
Ex Amb. meo verbum veritatis] dẽ ore tollitur etiam per
malam conſcientiam . Manentem enim in pec-
cato, prohibet dominus à prędicationis officio,
Pſal. 49 dicens,Quare tu enarras iuſtitias meas? In ipſa
enim obmuteſcit facundia,ſi ægra ſit conſcien-
tia.Caueat ergo ne verbis non congruãt facta, &
ne deforment iniquitatis opera magiſterium di-
ſciplinæ . Tollitur etiam de ore ab auibus cæli,
& multis modis, ſed non de corde, ſi ei infixum
eſt.Et ideo non ait de corde,ſed de ore.Ne aufe
ras dico, & hoc, [VSQVEQVAQVE] id eſt
Ex Aug. ſempẽr,& ſi ad tempus auferas vt Petro,qui &
Lucæ 22 ſi ad horã timore turbatus negauit,tamen flen-
do eſt reparatus. Vel,Vſque valde,ſicut quidam
codices habent, hoc orat corpus Chriſti, id eſt
eccleſia, & hoc impetrat vt non, Vſque valde,
id eſt ex toto deficiat , quia & ſi aliqui de eccle-
ſia negant,fortes tamen remanent. Vel eidẽ re-
parantur,[QVIA in iudicijs] q.d non auferas,
ideo , Quia in iudicijs [TVIS] id eſt flagellis,
quibꝰ corripis,[SVPERſperaui.] Hoc verbum
& ſi minus vſitate compoſitum eſt, tamen im-
plet veritatis interpretandæ neceſsitatem . At-
tentius ergo loci huius rimãdus eſt ſenſus. Qui
enim ante dixerat ſperaui in ſermonibus , hic
quaſi augmẽtum facit, dicens, In iudicijs tuis ſu
perſperaui,id eſt flagella quibus corripis non au
ferunt ſpem,ſed augent. Vel, Superſperaui, di-
cit,qũia pręmium maius merito,& ſupra quam Ex Alcu.
petimus,ſperamus. Vnde, Non ſunt condignæ Rom. 8
paſsiones huius temporis ad futurã gloriam &c.
Vel,In iudicijs tuis,id eſt metu iudiciorum tuo-
rum,Superſperaui. Qui ẽnim veretur pœnam, Ex Amb.
cuſtodit gratiam: Ideoque ait,

4 Et cuſtodiam legem tuam ſem
per:in ſeculũ & in ſeculum ſeculi.

ET cuſtodiam]q.d.Ne auferas verbũ de ore Ex Aug.
meo,[ET] ſi non abſtuleris , [CVSTODIAM
legem tuam] non præcepta legis Moſaïcæ , ſed
charitatem.Et hoc,[SEMPER] Deinde deter-
minat ſemper,ſcilicet [IN ſeculum] .i. in præ-
ſenti,[ET in ſeculum ſeculi]id eſt in futuro. Ple
nitudo enim legis charitas eſt , quæ & in hoc
ſeculo a ſanctis cuſtoditur,& in futuro vbi ange Ex Hilar.
li & ſancti ſuas habent leges laudandi deum.

5 Et ambulabã in latitudine: quia
mandata tua exquiſiui.

ET ambulabam]Hactenus fuerunt verba o- Ex Aug.
rantis,nunc narrantis,nunc petentis: qui quaſi
impetratis peccatis omnibus,cõfitetur in laude
dei, qualem illum fecit deus. Et nota, &, coniun-
ctionem inuſitatam,& quaſi in conſequentem.
Non enim ait ſecundum priorum verborum for
mam, Et cuſtodiam, & ambulabo. Vel nõ ait o-
ptatiue , & vt ambulem ſicut dixerat, & veniat,
& ne auferas, ſed ait, [ET ambulabam] ſic vo-
lens intelligi, quod non dixit, id eſt ſe auditum,
& ſubdit, qualis factus ſit. q.d. hæc prędicta cum
orarem exaudiſti me,[ET] exauditus, [AMBV-
labam in latitudine] id eſt in charitate, in qua to Matth. 22
ta lex pendet & prophetæ: quæ & diffuſa eſt in
cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum. Et ideo,
latitudo dicitur. In hac latitudine , ambulabat 2 Cor. 6
ille qui dicebat, Os noſtrum ad vos patet, ô Co-
rinthij, cor noſtrum dilatatum eſt. Et hoc ideo,
[QVIA mandata tua exquiſiui] Dico ambulabã
in latitudine. Cauſam hic ſubdit, Quia mãdata
tua exquiſiui, petendo, quærendo, pulſando , &
deus dat ſpiritum, quo charitas dei diffuſa eſt in
cordibus noſtris, vt inde bene agatur . Vel ita,
Et ambulabã. q.d. Ita modo fiat vt precor, quia
Et, id eſt etiam iam olim, Ambulabam, nẽ quis Ex Alcu.
modo me cœpiſſe putet: ſed ſicut cœpi, ita mo-
do facere da. Ambulabã dico, In latitudine, ſciẽ-
tiæ, quãm quærendo conſecutus eſt. Patulum e- Ex Caſſ.
nim oportet eſſe cor, quod recipit illum qui cæ
lum & terram implet.

6 Et loquebar in teſtimoniis tuis
in conſpectu regum: & non confun
debar.

ET loquebar]q.d. ſupra petebat, vt reſpon
deret verbum exprobrantibus. Et ne tolleretur
verbum de ore dei, nunc pro eo certat vſque ad
mortem, dicens, [ET loquebar in teſtimonijs

tuis] græcè martyrijs, quo verbo vtimur pro la
Ex Hilar. tino. Et hoc etiam [IN cõspectu regum] qui po
Matth. 10 terant terrere. Vnde, Ante reges & præsides du
Ex Amb. cemini, [ET non cõfundebar] pro scandalo cru
cis, quæ mihi est gloria. Vel, Nõ cõfundebar, ita
vt cederem. Suauis est vox quæ in diuinis testi-
monijs loquebatur: decora facies, quæ in cõspe-
ctu regum non confundebatur, quę nõ erubescit
auctorem, quæ non confunditur redemptore.

7 Et meditabar in mandatis tuis: quæ dilexi.

Ex Aug. ET meditabar in mandatis tuis] cõgitando
& Cass. quid loquerer. Ecce virtus inspectiua, cur in
mandatis? Ecce, [QVAE dilexi] per spiritum
datus est mihi.

8 Et leuaui manus meas ad mandata tua quę dilexi: & exercebor in iustificationibus tuis.

Ex Aug. ET leuaui] operando, [MANVS meas ad
mandata tua] id est operibus quod docebam o-
Ex Amb. stendi. Pulcherrimus ordo est iste, vt primo me-
ditetur: postea operetur. Ex meditatione nanq;
mandatorum cælestium, boni operi vsus molle-
Ex Cass. scit. Et nõtatur hic actualis virtus. ideo autem
Ex Aug. dicit, Leuaui manus, quia supernũ est quo leuã-
tur, enim pro ipso deo fiũt opera: cum autem p
Exod. 17 terrenis, deponitur manus. Vnde, Manus Mosi
Ex Greg. graues leguntur fuisse, quas sustentabant Vr &
homil. 33 Aaron: quia finis operum legalium erat merces
euangel. temporalium. Sed Christus & spiritus sanctus
in spiritualem vsum conuertit. [QVAE dilexi]
Ex Aug. Hic item eadem causa repetitur, quæ supra posi
1 Tim. 1 est. Vtriq; enim addit congruè, quæ dilexi, quia
finis pręcepti est charitas, quãdo eius intuitu fit
mandatum: & tunc verè est opus bonum. [ET
exercebor] q.d. meditabor, leuaui, [ET exerce-
Ex Amb. bor] frequentando, sollicitæ mentis affectu re-
& Aug. uoluendo [IN iustificationibus tuis] id est in v-
troq; s. cogitandi & operandi delectatione.

COLLATIO
In ו Vau.

7 MEDITABAR.] אֶשְׁתַּעֲשַׁע eschtaa-
scha, hoc est delectabor. Sed quod admodũ oble
ctat exercitationem studiosam excitat.
8 EXERCEBOR.] Alij dicunt loquar, alij
meditabor. Siquidem שׂוּחַ schoah, est meditari,
orare, loqui, quæ in vnum consentiunt. Permul
ta sunt eiusdem generis, quæ per se cõsonantiam
suggerunt pio & æquo lectori, quanquam ser-
mo pauxillum distet.

ז Zain.

Ex Cass. MEMOR esto.] ZAIN] In hãc septima
litera agit de spe promissionũ dei, quæ
facit omnia pacificè tolerari, per quã
mens humana eleuatur ab his visibilibus & tem
poralibus, ad inuisibilia & futura bona, vbi re-
Ex Amb. quies vera est. Vnde iste octonarius merito se-
ptimus ponitur. Septenarius enim requiem si- hic, & de
gnificat propter sabbatum in quo requieuit do obitu The
minus. Inde est etiam qood septimus dies pro odosij.
mortuis obseruatur, quia tunc vera requies opta Ex Amb.
tur eis atq; oratur: & quia spes non est de pręsen
tibus, sed de futuris, ideo cõgruè hic octonarius
prætitulatur litera [ZAIN] quæ interpretatur
huc, vel duc te, quia hic agit de spe, quæ nõ est
de pręsentibus, sed ad futura tendit. q.d. huc tẽ-
de, huc dirige iter tuum, tanquam tui ductor &
rector, quo vocat te verbum dei, scilicet ad gra-
tiam, & ad æternitatem: cum ait, Venite ad me Matth. 11
omnes qui laboratis & onerati estis, & ego refi- Hebr. 4
ciam vos. Festinans ergo in illam requiem ingre
di, iste petit eam, dicens,

MEMOR esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spem dedisti.

MEMOR esto verbi
tui] q.d. Ideo sic & sic ago, Ex Amb.
quia deo promittẽte æterna spero, & auxilium
in tribulatione. Et tu domine, Memor esto ver-
bi tui, facti [SERVO tuo] id est promissionis,
qua sæpe me vocas ad te, qui nunquam fallis. Et
nõta quod morali & consueta locutione qua hu Ex Aug.
manus moueatur affectus, ait, Memor esto. Non
enim obliuio cadit in deũ: sed sicut dicitur deus
pœnitere, quãdo præter hominum spem mutat
res consilio non mutato: Ita dicitur & obliuisci
quãdo tardat, & memor esse cum cito dat. Hoc
tamen deus facit certa dispositione, nõ deficiẽte
memoria, nec obscura intelligentia, nec volun-
tate mutata. Et est sensus, Memor esto verbi tui,
id est cito da quod promisisti, Seruo tuo, cuius Ex Cass.
oculi sunt in manu domini sui, verecunde se di- Ex Amb.
gnum ostẽdit. q.d. non vsurpatiuè spero & peto.
seruus sum, expecto alimentum à domino: mi-
les sum, exigo ab imperatore stipendium. [IN
quo] scilicet in verbo promissionis, [MIHI spẽ
dedisti.] Qui enim promisisti, sperare fecisti
æterna, & præsentia despicere. Et nõta quod in Ex Amb.
hoc octonario distinguitur septiforme proposi in poster.
rum sancti viri. propositum nanque sancti viri ver.
est præmium, vt sit memor promissionis, secun-
dum quam viuenti merces debetur. Secundum
est, vt & in aduersis spe consoletur se: de quo cõ
sequenter subiungit,

2 Hęc consolata est me in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.

HAEC] spes, quæ humilibus cõuenit, quę ver Ex Aug.
bo tuo mihi obuenit, [CONSOLATA est me
in humilitate mea] Humilitatem dicit quam si-
bi facit quisq;, cõfitendo peccata, non sibi arro-
gando iustitiam. Vel etiam dicit humilitatem, a-
liquam tribulationem, vel deiectionem, quã su-
stinet à diabolo, quam meruit eius superbia, aut
exercetur probaturq; patientia. Vel etiam hu-
militatem dicit, quod proiectos est in mortem
pro peccato Adæ, quod valde infeliciter in pa-

radisi felicitate cõmissum est. Ideo vero spes cõ solata est me,[QVIA eloquium tuum viuificauit me] Prōmissio enim tanti iudicis firmat animũ,& viuificat afflictum, tẽpore nanq; tentationis de verbo dei viuitur, quo æterna promit
Ex Cass.
Ex Amb. tuntur. Quisquis enim meliora sperat, nunquã leuiorib⁹ frangitur. Humiliatur enim anima nostra, dum traditur tentatori duris examinãda laboribus,& luctetur & certet, congressum cõtrariæ potestatis experiens, sed in his tentationibus viuificatur alloquio dei. Hęc est.n.animę nostrę vitalis substantia, qua alitur,& pascitur,& gubernatur. Sicut ergo augetur sermo dei in anima dum suscipitur, dum intelligitur, dum comprehenditur: ita etiam vita eius augetur, ideoq; in
Lucæ. 11 dominica oratione petimus, Panem nostrum co
Exod. 24 tidianum da nobis hodie. Hoc pane sustẽtatus est Moses quadraginta diebus, quibus cõmoratus est cũ domino in mõte ad accipiẽdam legẽ.
Ex Cass. Deinde prosequitur humilitatẽ, in qua spes est cum consolata, subdens,

3 Superbi iniquè agebant vsquequaq;: à lege autẽ tua nõ declinaui.

Ex Aug. SVPERBI]id est persecutores, quos nec mortalitas ista domuit,[INIQVE agebãt vsquequaq;] vel vsque valde. Magna vis est mali in superbis. Nõ enim satis est eis quod impij sunt, nisi etiam impios faciant, Iniquè, ergo, Agebant vsq; valde, quia non solum impij erant, sed etiam pios persequendo impios esse cogebant. Maximum
Ex Amb. peccatum in homine superbis est, quia inde manauit nostri origo delicti. Hoc telo nos primum diabolus vulnerauit & perculit, nisi enim homo
Esaiæ 14 persuasione serpentis deceptus, sicut deus esse voluisset,& suis non contentus finibus interdicta temerasset: nunq̃ feralis culpæ ad nos trãsisset hæreditas; denique hoc peccato ipse cecidit diabolus, dum enim dicit, Ponam sedem meam ad aquilonẽ,& ero similis altissimi, à consortio cecidit angelico, cuius criminis digna mercede damnatus, hominem sibi participem requisiuit, in quem consortium suæ trãsfunderetur offensæ. Hoc ergo peccato nihil potest esse deterius. Superbia enim à dei cœpit iniuria, quæ natione cœlestis subliminm mentes inhabitat, sub cinere
Ex Amb. latitans & cilicio, cõtra quam specialiter congressus est dominus fortitudine humilitatis præcinctus.[A lege autem]q.d. ita superbi instabãt,
Ex Aug. sed frustra, quia[A lege tua non declinaui]qũod
Ex Cass. cogebãt superbi. Lex enim dei est remedium ecclesię, ita vt non curetur prosperitas superborũ,
Ex Amb. nõ timeatur defectio sanctorũ. Lex igitur dei sola potest superbiæ virus enitare. Et notatur hic tertium propositũ viri sancti, quod tale est, vt si videt impios prosperari, non ideo declinet à lege: sed contagia eorum fugiat.

4 Memor fui iudiciorũ tuorum à seculo domine:& consolatus sum.

Ex Amb. & Aug. MEMOR fui] q.d. Nõ declinaui à lege] sed [MEMOR fui]ô DOMINE iudiciorũ tuorũ] quæ semper vera, quæ & in vasa iræ exercuisti, quod prodest memoriter tenere, quia metus pœnarũ reuocat à malis. Ego dico existens,[A seculo].i.ex quo homo cœpit, ex quo mundus cœpit administrari, quod cõuenit dicere generali
Ex Aug. iusto. Dico, Memor fui iudiciorũ, quæ facis in vasa iræ,[ET cõsolatus sum]quia per hęc quoq;
& Cassio. ostendis diuitias gloriæ in vasa misericordiæ, quia nunq̃ vidi iustos deseri. Vel ita, Memor fui iudiciorum tuorum, quæ fuerũt, A seculo, id est
Ex Amb. quæ à domo tuo in primo iusto cœperũt, Et cõ
August. solatus sum, vel sicut alij codices habẽt, Exhortatus, id est exhortationẽ accepi, intelligẽs eum
& Cass. castigare quos amat. Et notatur hic quartum
Rom. 9 propositum, quod est tale, vt memor sit iudicio-
Ex Amb. rum cælestium: quæ quia vera sunt ab Adam in omnibus temporibus consolantur, aliter declinaret à lege. Mali timent iudicia humana, nedum diuina: sed boni desiderant.

5 Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquẽtibus legem tuam.

Ex Aug. DEFECTIO]q.d. In me consolatus sum, sed [DEFECTIO]vel tędium, alia litera,[TENVIT me pro peccatorib⁹ derelinquẽtibus legẽ tuam]
Ex Amb. Tedet enim eũ, quia cum his cõuersatur, donec area ventiletur. Vel tædium & defectus est ei ꝑ excessibus peccãtium, quia plna grauat sanctum virum culpa tyrannorũ, quàm sua pœna, quorũ dolore iste defecit, tanta est virtus pietatis. Hic notatur quintum propositũ, quod est dolere alienã culpam, non suam cõtumeliam, imo & pro eis orat.

6 Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.

Ex Amb. CANTABILES]q.d. defectio tenuit me,& quanuis hoc sit, tamen[CANTABILES &c.] Vel ita cõtinua, Ideo prędicta omnia mihi sunt, quia[IVSTIFICATIONES tuæ cantabiles mihi erant]assiduè tractando sine cura & amore terrenorum. Et hoc per misericordiam medi
Lucæ 10 cãtis Samaritani, qui vulnerati à latronibus cogit curam. Et ideo bene dicit, Cantabiles, quia
Ex Aug. cantus releuat labores & tollit tædium: ideoq;
Ex Cass. determinans vbi sint cantabiles,[IN loco pere
Ex Aug. grinationis meæ] id est in hãc misera vita, quæ dicitur locus peregrinationis, eo quod deiectus est homo de paradiso, vbi regali honore donatus fuerat in has miserias, pœnam suæ improbitatis fleat. Hæc est illa humilitas, de qua supra di
Ex Amb. xit. Hic notatur sextum propositum, quod tale
Ex Aug. est, quod, Cãtabiles, sunt ei iustificationes. possunt antem isti duo versus ad singulas partes venis superioris aptari, vt ad hoc quod ait, Memor fui iudiciorum, referatur, Tædium, vel Defectio tenuit me: ad illud vero quod ait, consolatus sum, referatur, Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ &c.

7 Memor fui noctẽ nominis tui domine:& custodiui legem tuam.

Ex Aug. MEMOR fui]ô[DOMINE nominis tui]
2 Cor. 10 vt qui gloriatur, in domino glorietur. Et hoc etiam[IN nocte]Nox est de mortalitate & miseria,& de superborum iniquitate, & de tædio peccatorũ, & de loco peregrinationis. Memor,

Ex Amb. ergo, Fui nominis tui in nocte, id est in præsenti
ærumna, vndecunq; sit, vbi magis quàm in prosperis gratiæ sunt agendæ, & magis deo adhærendum est. Non est enim magnum si hoc agas in prosperis. Vel, Memor fui in nocte, ad literã, non solum in die, & hoc est sepeinum propositum sancti viri, quod non solum die, sed etiam nocte, id est omni tempore laudibus dei intendit, quod & omnibus faciẽdum est. Nocte quip-
Matth. 26 pe Iudas tradidit dominum, Petrus negauit. Illo ergo tempore, magis instandum est orationi. Ideo autem, Memor fui, quia ex deo est, quod e-
Ex Aug. tiam [CVSTODIVI legem tuam] aliter non memor essem. Vel ita continua, Memor fui, & sic, Custodiui legem tuam, quã non custodisset si in virtute sua confideret.

8 Hæc facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.

Ex Aug. HAEC facta est mihi] Ambiguum est an dicatur, hæc lex, an hæc nox, quia vtrunque præmissum est: sed græca locutio est, vnde hęc trãslata est, satis indicat non de lege dictum esse.
αὕτη [HAEC facta est mihi] hæc enim pronomen fœ-
νόμος minine dicitur apud Græcos, apud quos lex ma-
νύξ. sculini generis est: & ita cõstat non dici hęc lex, sed hæc nox: hæc est nox, in qua bestiæ syluæ exeunt, & quærunt à deo escam sibi, in qua Satanas petiuit apostolos vexare sicut triticum. Hæc nox mortalitatis & peregrinationis huius humilitas nõ absurdè intelligitur: vbi inuicem latent corda mortalium, vbi innumerabiles & graues oriuntur tentationes. Et est, Merito fui memor, [ET custodiui legẽ tuam] quia hæc nox in qua multæ tentationes oriuntur, Facta est mihi, id est pro me, vt prodessem, vt sic discam non superbire, quo vitio cecidit homo in hanc noctem: vnde post dicit, Bonum est mihi quod humiliasti me, vt discam iustificationes tuas: sed quare hoc? [QVIA iustificationes tuas exquisiui] nõ meas. Iustificatus sum gratis per gratiam. Vel hoc pronomẽ quod est, hæc accipitur, quasi diceretur hoc, vt & ibi fœmininum accipiatur pro neutro, vbi dicitur quod vnam petij à domino, quod vsitatius dicitur per neutrum. Ita ergo & hic eo modo dici potuit, Hæc facta est mihi, tanquam dictum esset, hoc factum est mihi. Et est sensus, hoc, quod supra dixi. s. quod memor fui & custodiui legẽ tuam, factum est mihi .i. quod custodiui legẽ, non per me feci, sed factũ est mihi à te, quia, Iustificationes tuas, nõ meas, Exquisiui.

COLLATIO
In ז Zain.

3 INIQVE agebant.] הֱלִיצֻנִי helitzuni, hoc est irriserũt me. Hæc vox hebræa, est ab eodem themate, à quo particula derisorũ in Hebr. & primo versu primi psalmi, de quo dictum est. Sed & ex Kimhi significat callide machinari, & insolescere contra proximum. Vnde Chaldęus, detrahebant mihi.

8 HAEC facta est mihi.] Faber & Cæcus nolunt dici per fœm. gen. hæc facta est, causantur enim esse locutionem absurdã, nisi aliquid emendices forinsecus, nempe hæc recordatio, aut simile quidplam, quum nihil præcesserit ad quod possit referri, eoq; dicendum cum Hier. Hoc factum est mihi. Certè in Heb. apertissimè vox est fœmin. gen. זֹאת zoth, hæc vel ista, etiam si vsurpetur pro neutro quandoque, & aliqui vertunt hoc modo, alij isto. In græco præterea est fœm. αὕτη. Et quærebas quo referretne, hæc facta est.
Miror Fabrum nõ vidisse versum mox præce- Faber.
dentem, Memor fui nocte nominis tui, & custodiui legem tuam. Quod Cæcus nõ viderit, tolerabile est. Nec possumus tamen referre ad legẽ, teste D. Aug. Nam reclamarent Græci efferẽtes νόμον in mascu. sed eodem indicante, ad noctem pertinebit. Vt sit, Hæc nox facta est mihi, id est mihi profuit. Vel fœmininũ pro neutro, eo genere loquendi quo dicitur psalm. 26, Vnam petij à domino, vt amplius declaratur in expositione. Sed & D. Amb. habet, hæc memoria.

ח HETH.

PORTIO mea domine.] HETH] In hãc octaua Ex Cass.
litera, faciẽ domini videre optat: quia man Ex Amb.
datis eius est obsecutus. Et quia quod desi- & Alcu.
derat habere, sollicitè satagit. Ideo cõgruè præmittitur litera [HETH] quæ interpretatur pa- Heth iuxta Hiero. vita.
uor, & intelligitur pauor recidendi, sed sollicitudo acquirendi illud bonum quod sperat, quod quia in octaua resurrectionis præstabitur, ideo iste octonarius ponitur. q. d. Iustificationes tuas exquisiui, quia ô,

PORTIO mea domine: dixi custodire legem tuam.

DOMINE] tu es [PORTIO mea] portio à parte Ex Amb.
dicitur, vnde quidam libri habent, Pars mea domine. q. d. alij hoc alij illud eligũt, vnde viuant:
sed, Portio mea, vel pars mea, deus est, vnde sem- Ex Amb.
per viuam sine fine. Quam alienus est à vitijs, q̃ segregatus ab omni labe peccati, quàm rarus in terris, qui hoc dicere possit. Nihil enim mundi vel vitij amans. Hoc dicit tãquam Leui, cui non est sors inter fratres, in quo nõ est corporalium portionum cupiditas, quam nõ inflamat libido, nõ stimulat auaritia, nõ effœminat lasciuia, non decolorat luxuria, nõ sternit ambitio, nõ macerat inuidia, nõ aliqua negotiorum secularium cura sollicitat. Et hic est verè leui .i. assumptus, vt mihi sit aduocatus, & ad deũ precator. Talis erat
ille qui dicebat, aurum & argentũ non est mihi, Actu. 3
quod autem habeo hoc tibi do, In nomine Iesu Christi surge & ambula. Vel de præsenti potest
accipi, Portio mea domine. i. particeps eius sum Ex Aug.
ei per fidẽ, spem, & charitatẽ inhærendo. Vnde, Mihi autẽ adhærere deo bonũ est. Nõ enim natura existẽdo fiunt homines dij, sed participãdo illius vnius, qui verus est deus, per hoc est pars mea, quia [DIXI custodire] Vel ita continua, Quia est pars mea, ideo, Dixi custodire [LEGEM tuam] sed quia non custodio nisi spiri-

tus adiuuet, quem litera occidit.

2 Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo: miſerere mei ſecundum eloquium tuum.

Ex Caſſ. DEPRECATVS ſum in corde meo] videre, [FACIEM tuam] id eſt Chriſtum, quem deſiderabat aſpicere, & precatur miſericordiam pri mi aduentus impleri, ſicut per prophetas pro-
Ex Aug. miſſum eſt, vt gratia euangelij abundet, vbi fides impetrat, quod lex imperat, hoc modo precatus ſum, [MISERERE mei ſecundum elo-
Ex Aug. & gl. int. quium tuum] id eſt ſecundum pomiſsionem tuam, cuius filius ſum. & quaſi auditus & adiutus, ſubdit,

3 Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua.

Ex Amb. COGITAVI vias meas] priores malas, vel futuras vias pręcogitaui ſ. quid agendum ſit, & qunmodo & quid nõ. Vnde paratus ſum, quod poſt ſequitur, [ET conuerti pedes meos] à vijs
Ex Aug. meis, quæ malæ erant [IN teſtimonia tua] quæ non ſinunt errare, denique hoc beneficio gratiæ impetrato,

4 Paratus ſum & non ſum turbatus: vt cuſtodiam mandata tua.

Ex Caſſ. PARATVS ſum vt cuſtodiam mãdata tua] id eſt deliberaui pro mandatis tuis cuſtodienis pati. [ET] ideo [NON ſum turbatus] Improuiſa turbant. integrè cuſtodit, qui aduerſa non metuit, & tam paratus ſum, quod,

5 Funes peccatorum circumplexi ſunt me: & legem tuam non ſum oblitus.

Ex Aug. FVNES peccatorum] id eſt impedimẽta inimicorum carnalium vel ſpiritualium, [CIRcumplexi ſunt me] qui carne ſeruio legi peccati, mẽte ſeruio legi dei. peccata ſunt quaſi lõga reſtis, quã trahũt, qui implicare ſanctos volũt: ſed non poſſunt eos qui legis non ſunt obliti, vnde iſte ſubdit, [ET legem tuam non ſum oblitus] Dico non ſum oblitus, ſed,

6 Media nocte ſurgebam ad cõfitendũ tibi: ſuper iudicia iuſtitię tuę.

Ex Aug. MEDIA nocte] id eſt grauiori tribulatione nõ deficiebar, ſed [SVRGEBAM] fortius [AD
Ex Amb. confitendum tibi] grãtiæ nanque ſunt agendæ deo de omnibus quæ accidunt nobis, & ſic poteſt teneri dominus. ad confitendum dico, [SV-
Ex Aug. PER iudicia iuſtitiæ tuæ] id eſt cõfitebor tibi, ſciens, quia & hoc quod funes circumplectũtur me iuſto iudicio dei, eſt, ꝙ incipit à domo eius. Quia vero hęc prędicta bona fiũt gratia dei per Ieſum Chriſtũ, vox ipſius ſaluatoris hic ſuis mẽbris adiũgitur. Hoc enim propriè ad caput pertinet, quod ſequitur ita,

7 Particeps ego ſum omnium timentium te: & cuſtodientium mãdata tua.

EGO] ſ. Chriſtus, [SVM particeps] humana natura & diuina gratia [OMNIVM &c.] Ita hoc di- Ex Aug.
cit, vt Apo. ait ad Heb. Qui ſanctificat & ſancti- Heb. 2
ficatur, ex vno ſunt oẽs, propter quod nõ cõfunditur eos vocare fratres. Et itẽ ipſe cõmunicauit eiſdem, Non enim eſſemus participes eius diuinitatis, niſi ipſe eſſet particeps noſtræ mortalitatis. Per hanc vero participationẽ eius, datur nobis gratia, vt caſtè timeamus, & cuſtodiamus mandata tua. vnde ſubdit, [TIMENTIVM te]
corde, [ET cuſtodientium] opere, [MANDA- Ex Amb.
TA tua] Et eſt ſenſus, Particeps ſum omnium, vt per hoc timeant & cuſtodiant. quæ duo congruè iungit, quia qui timet, cuſtodit. Et quia per Ex Aug.
hoc quod factus eſt particeps fratrum, multum Ioann. 12
fructum fecit granum frumenti, ideo de ipſo fructu ſubdit,

8 Miſericordia tua domine plena eſt terra: iuſtificatiões tuas doce me.

MISERICORDIA tua domine plena eſt Ex Aug.
terra] quia impius iuſtificatur, in cuius gratiæ & Caſſ.
ſcientia vt proficiatur, adiungit, [IVSTIFIcationes tuas] quia terra plena eſt gratia & miſericordia, ideo, Iuſtificationes tuas [DOCE me.]
¶ Aliter ab illo loco, Deprecatus ſum, & agit de Ex Caſſ.
ſecundo aduentu, vbi Chriſtum in maieſtate videre cupit. q. d. quia portio mea es domine, ideo, Deprecatus ſum in corde meo, videre, Faciem tuam. i. maieſtatem diuinitatis: hãc faciem petit videre, nõ hic, ſed in futura reſurrectione: vnde dicit dominus Moſi, Nõ videbit me homo & viuet: ſed quia peccator eſt iſte, petit vt per miſericordiam habeat quod meritis nõ poteſt: vnde ſubdit, Miſerere mei ſecũdum eloquium tuum, quo promittis ſanctis viſionẽ deitatis. & debes miſereri, quia, Cogitaui &c, Vel ita cõtinua, dixi cuſtodire legẽ. Et ideo, Cogitaui vias meas. i. quæ eſſent viæ meæ, Et, habita viſione, Cõuerti pedes meos in teſtimonia tua, hic eſt ordo cõuerſionis, &, Paratus ſum & non ſum turbatus vt cuſtodiam mandata tua, hoc nõ mutatur. Nõ ſum turbatus, etſi, Funes peccatorũ circumplexi ſunt me. tot ſunt laquei, quot ſunt peccata. Hæc ſecundum corpus, quo ſeruimus legi peccati, nos circumplectuntur, ſi animus reluctans legem nõ obliuiſcitur. Vnde ſubdit, Et legẽ tuam Ex Amb.
non ſum oblitus, ſed, Media nocte ſurgebã. Nõn ſatis eſt dies ad prædicãdum, imo & in nocte o- Lucæ 6
rãdum eſt, ne ſomno lentus capiatur. Tũc enim feruet carnis illæcebra, tunc tentator illudit, & ipſe dominus pernoctauit in oratione, vt te ꝓprio ad precandum inuitaret exemplo, tunc enim tentator retia tẽdit. Vẽl iacit, quibus mentem turbare poſsit improuidã. tunc enim ſpirituales nequitię omne nefas ſuadere cõtendunt, quando nullus culpæ arbiter, nullus criminis cõſcius, nullus poteſt eſſe teſtis erroris: tũc varias diſcrepationes peccatori dormienti infundunt. Prouidendum eſt ergo, vt eo tempore quo potes vincere, nequaquam vincendi tempus amittas. Surge igitur ad prædicãdum deum ea hora Ex Amb.
qua tẽtator cõſueuit irruere, qua ſolet aduerſus & Caſſ.
tentationes graues, remedium venire cæleſte. ſ. Exod. 12
Media nocte, quo tempore primogenita Aegy-

Matth. 25 pti percussa sunt: quando etiam sponsus venturus est. Ideo tunc surge, ne inter virgines fatuas remaneas. Ad confitendum. q. d. surgebam. ad hoc vtique, Ad confitendum tibi super iudicia
Ex Hay. & gl.int. iustificationis tuę, id est ad laudādum te, de iudicijs iustitiæ tuæ, quibus flagellas filios quos recipis. Vel ita, Surgebam ad confitendum, ego dico tubians in illud bonum, quod est, Super iudicia iustitiæ tuæ, id est quod non possunt mereri flagella quibus iustificas: & vt breuiter superiora
Ex Amb. concludam, Particeps ego sum omnium. Vel ita continua, Et cum sim talis, nō superbio, sed Par
Ex Cass. ticeps ego sum omnium. membrum enim particeps est totius corporis. Ita enim portio eius est dominus, vt particeps sit, non vnius, sed omniū ecclesiarum. Tāta est virtus vnitatis, cum sit particeps Christi. Humiliter dicitur particeps famulorum, quod est & Christi esse participem. Vnde Apostolus, Participes Christi facti sumus. Ti
Ex Amb. mentium te. Ecce inter rudes humiliter se constituit. Initium enim sapientiæ est timor domini, qui tamen non sunt otiosi. Et custodientium mandata tua, & hoc totum est misericordia tua, sicut omnia: quia ô Domine terra est plena iustitia tua, spirituali, & temporali, quia fidem vbique dilatauit, & solem suum oriri facit super
Ex gl.int. & Cassio. bonos & malos. Et quiā ego sum particeps, & omne bonum est à te, ergo, Iustificationes tuas doce me. Iam se custodisse dixit: sed & hic petit amplius doceri, quia semper quærendæ sunt ad
Ex Amb. prouectum. Nunquam enim est bonæ rei satietas. Ideo autem ait, Doce, quia non est alius qui doceat. Ipse enim solus est magister, sicut ipse ait, Vnus est magister vester.

COLLATIO
In ח Heth.

4 PARATVS sum & non turbatus. Hieronymus & Nebiensis, Festinaui, & non neglexi. Cæteri, Festinaui & non distuli, siue non tardaui. Quantū ad sensum, pusillum distant. Nā qui paratus est, impigrè festinat, & proptè nihil negligēs omnia exequitur, citra vllā interturbationem. In Hebr. est חַשְׁתִּי וְלֹא הִתְמַהְמָהְתִּי hasebti velo hithmahmahti. Etiam si forsan lectum sic quantum ad verbum postremum, הִתְהַמַּהְתִּי hithhamahti, id est turbatus, à radice הָמָה hamah.

5 FVNES.] Hieronymus, Campensis, interpretes pro Caietano. Pellicanus consimiliter, Pratensis, Sanctes, Chaldæus, Nebiensis, Munsterus, vertunt congregationes, siue cateruas. Siquidem חֶבֶל hebel, anceps est vox.

ט TETH.

Ex Amb. & Cass. BONITATEM fecisti.] TETH] lo hāc nona litera, gratias agit deo de humiliatione & patientia sua, per quā venit ad iustitiā. Et quia bonū est humiliari, & patientiā habere, & præstat etiam in tribulationibus iocunditatē: ideo congruè huic octonario præscribitur litera [TETH] quæ interpretatur bonum, vel Ex Hier. exclusio, quia hic de patientia agit quæ exclu- ad Paulā dit tristitiam de aduersis, & facit bonum & to- vrbicam. lerandum pati. Martyres qui verè militant Chri- Ex Amb. sto, persecutiones, gladios, incendia non timen- & Alc. tes, infestis etiam regibus se obtulerunt, atque impatientiæ affectum exclusserunt. q. d. dōce me Ex Hay. iustificationes tuas, quia iam,

BONITATEM fecisti cū seruo tuo domine: secundum verbum tuum.

FECISTI] ô [DOMINE bonitatem] vel iocun- Ex Aug. ditatem, vel suauitatem, [CVM seruo tuo] id est fecisti vt bonum delectet, faciendo filium, qui seruus fuit: & est magnum dei donum, vt bonū opus, non timore pœnæ fiat: sed amore iustitiæ, non seruiliter, sed liberaliter. Seruus enim quod Ioann. 8 prius erat, non manet in domo in æternum: filios manet quod modo est, de seruo enim factus est filius. Vel ita vt etiam modo intelligatur ser- Ex gl.int. uus, scilicet humilis, non superbus. Et est, Fecisti bonitatem, hoc non mutatur. Cum seruo tuo, quod modo sum, qui prius eum liberto amare egisti, eum homo volens se à dei seruitute emancipare, factus est liber suus malā adeptus libertatem. Est enim libertas bona & mala, sicut & seruitus. Fecisti dico, [SECVNDVM verbū tuū] id est secundum promissionem tuam, quæ secū- Ex Aug. dum fidem firma est omni semini. Deinde quod se accepisse confessus est, petit augeri & perfici, dicens,

2 Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.

BONITATEM & disciplinam & scientiam Ex Aug. doce me] Qui iam dixerat bonitatem fecisti: quomodo dicit, [BONITATEM doce me] nisi vt gratia dei magis magisq; ei augeatur? hāc vero docet eum charitatem inspirat, vt non ex timore operetur, sed ex amore, & sit ei boni delectatio. Et est, Doce me bonitatem, id est charitatem inspira, [ET disciplinam] doce, id est patientiam da, quasi à deo sit dulcedo boni, vt amore dei & proximi quaslibet feram passiones, [ET scientiam doce me] id est mentem illumina. Cum enim tanta est charitas, vt tribulatione non possit extingui, tunc scientia, quæ ante inflarat, vtilis est: qua sibi homo innotescit, quia scit quid meruit, & accepit quid possit: vel nō. Et nota quod ait, Doce, aliud est docere, aliud est dicere. Nō est docere vel dicere, vbi nemo discit, nisi doceatur. Ideoq; si discipulus nō capit quę audit, nō potest doctor dicere, ego eū docui, sed ego ei dixi. Et ideo deus quādo vult docere, prius dat intellectū, sine quo nemo disceret. Vnde dicitur, Et aperuit illis sensum, vt intellige- Lucæ 24 rēt scripturas: docet ergo bonitatem inspirādo dilectionem. Hęc enim non docetur, si non detur. doce disciplinam, temperando tribulationem emendatoriam, quæ non audiendo vel le-

Ex Hila. [SVPER milia auri & argenti] super milia dt-
& Caſs. eit iofinite,quia bonitas comparationem ſimi-
lem non poterat inuenire.Hoc autem pręmiſit,
& poſtea adiunxir,Auri & argenti, vt cōpara-
Ex Aug. tio auri & argēti vileſceret,quæ ſunt præcipua
cupidis.Ideo ergo dicit,Super,quia amplius di-
ligit charitas legem dei, quàm cupiditas milia
auri & argenti.

COLLATIO in ט Teth.

2 DISCIPLINAM]Hieronymos & Sāctes, vertunt ſermonem.Pratenſis & Pellicanus,nobiſcum diſciplinam. Tranſlator ad Campēſem, cōſimiliter. Munſterus habet guſtum,ſic tamen vt velit accipi pro recto ſenſu. Interpreres pro Caietano,dicunt intentionē.Porro טַעַם taam Hebræis ſonat rationem, conſilium, eloquium, argumentationem,& huiuſmodi.

3 PRIVSQVAM humiliarer.] טֶרֶם אֶעֱנֶה terem eeneh. Hieronymus traduxit, antequam audirem.Campenſis conſentit,priuſquam diligenter auſcultarem ad mandata tua.Nebienſis, reſponderem עָנָה anah,ambiguum eſt.

5 MVLTIPLICATA eſt ſuper me iniquitas.] Hieronymus & cæteri applicauerunt,ſeu concinnarunt mihi, ſiue aduerſum me mendacium.טָפַל taphal ſignificat addidit applicuit. Qui verò addit multiplicat,vt verſiones in hoc nil diſtēt. Omnis tandem iniquitas,eſt quędam falſitas,vanitas ac mendacium, quod eſt שֶׁקֶר ſceqer.

6 SICVT lac.] Hieronym.ſicut adeps חֵלֶב heleb eſt adeps,ſed חָלָב halab, eſt lac. Senſus non mutatur.

י IOD.

MANVS tuæ] Iod. In hāc decima litera
Ex Caſs. intellectum mandatorum dei dari ſibi
petit,vt vera vita fruatur: quam quia
nemo habere valet,niſi peccata cōfiteatur quod
maxime fit in aduerſis, ideo præſcribitur litera
[IOD]quæ interpretatur confeſsio vel deſola-
Ex Amb. tio,quod bene conuenit.Citius enim confiten-
tentus qui deſolati ſunt in aduerſis. In ſecundis
quippe ſolet homo extolli. Cum enim vrgetur
aduerſis,tūc diuinum implorat auxilium. Cum
ante ſuccedunt proſpera,fit animus elatior. In-
terpretatur etiam Iod, ſciētia vel principium
Ex Alcu. propter quod etiā recte huic octonario præſcri
Iod prin- bitur,quia hic docetur homo creat'eſſe impaſ-
cipium ex ſibilis & immortalis,& in plenitudine ſcientiæ,
Hiero. ad ad quam bonus homo deſiderat reuerti,cuius in
Paulā vr- hac vita initium habet intellectū.q.d. Lex tua
bicam. eſt mihi bonum ſuper milia. Et merito,quia,

ANVs tuæ fecerunt me & plaſmauerunt me:da mihi intellectū, vt diſcam mādata tua.

MANVS tuę fecerunt me] ſecūndum animam ad imaginem & ſimilitudi- Ex Aug.
nem tuam[ET plaſmauerūt me]vel,Parauerūt,
vel,Finxerunt, ſecūdum corpus, ſecundū quod
omnes in Adam fecit. Vel in ſingulos ſi genera-
tione omnes facit.Man' verò dei,accipitur vir-
tus operationis:vel quia pluraliter dicit,Manus
tuę,accipiūtur virtus,& ſapientia,quod vtrun-
que Chriſtus eſt. Vel manus dei patris, ſunt fi-
lius & ſpiritus ſanctus qui cooperantur. Nō eſt
itaque hoc contrarium illi, quod in Euange- Ioan. 1
lio dicitur de verbo dei, Omnia per ipſum fa-
cta ſunt.Idem enim eſt verbū dei, & manus dei.
Nōtandum quippe quod magnę commēdatio- Ex Amb.
nis vſus eſt exordio,cū opus dei ſe eſſe dicit, ſed
vtrāque ſui naturam, quo facilius circa opera
ſui gratiam fauor inclinaretur auctoris, & grā-
dis etiam hominis prærogatiua monſtraretur.
precioſum quippe opus Dei eſt homo. de aliis
namque operib' legitur, Dixit,& facta ſunt.ho-
minē verò manib' figurauit: quaſi ſtudioſius o-
perās in hominis creatione,de qua quaſi quodā
conſilio ante tractat,quàm fiat,& ſpecialis hor
tatus præceſsit, Faciamus hominē ad imaginem
& ſimilitudinē noſtrā. Quaſi hic laboret deus,
vt ſtudioſa operatio in hoc notetur. tāta deni-
que eſt hominis dignitas, quod homo legatur
ſedere ad dexteram dei.non angelus,qui ab an-
gelis honoratur. Ipſe eſt vnigenitus dei, qui eſt
imago Dei genita, non creata ſecundum quod
deus. Nam ſecundū quod homo ad imaginem
dei creatus eſt,ſed iuxta deitatis naturam, geni-
ta imago eſt.Hōmo verò non:ſed tantū ad ima- Ex Amb.
ginem factus,habens aliquid de imagine ſecun-
dū inmateriale: at ſecundū hoc quod plaſma-
tus eſt,de materia puluere eſt.Diſce ergo homo
vbi grandis & precioſus ſis.Vilē quippe de ter-
ra demonſtrat,ſed glorioſum virtus:precioſum
te facit imago.Quid enim tā precioſum quam
imago eſt dei? quam retinens homo iure voca-
ris,hominis nomen non amittis:cū verò eadem
neglecta in vitia cadis,non hominē, ſed aut ſer-
pentem,aut vulpeculam,aut iumentū & huiuſ-
modi,te conſueuit ſcriptura vocare. Vnde,No- Pſal.6.
lite fieri ſicut equus & mulus.Et de Herode ait,
Dicite vulpi illi.Ideoque in Ezechiele dicitur, Luc.13.
nomine geminato, ô homo homo, vt qui exte- Ezec.14.
rius formam hominis habet, intus imaginē dei
ſeruet. Vindicat enim deus imaginē ſuam de eo, Ex Amb.
qui imagini illi fecit iniuriam,vt per malitiā ho
mo quod erat eſſe deſineret, & fieret mulus ex
homine. Poſtquam enim peccaſti,aliud eſſe cœ-
piſti: illūd quod eras eſſe deſiſti. cautus autem
cæleſtis imaginis ornamēto, etiā nomē hominis
amittis,qui gratiā hominis non tenes.Magnum
opus dei,es homo,magnū eſt quod tibi deus de-
dit.hanc hominis dignitatem commemorat hic
dicens,Manus tuę fecerunt me, & plaſmauerūt
me.q.d. Opĕratio tua te moueat,quæ in homi- Ex gl.int.
ne egregia eſt commemorata ſuę originis digni-
tate, intellectum qui per peccatum obſcuratus
eſt,petit reſtitui,dicens,[DA mihi intellectum,]
ab alio non quæro,niſi à te,tu qui feciſti refice, Ex Aug.
Intellectum da mihi, purū, & ſi enim omnibus & gl.int.
eſt purus intellectus per naturā, quo diſcerni- & Caſs.
tur homo à pecore:tamen à peccādo deforma-

tus est, & quotidie renouatur. Vnde apostolus,
Ephe. 4 Renouamini spiritu mentis vestræ. Dari ergo
Ex Aug. sibi intellectum petit, vt magis serenentur oculi
interiores, quod fit per fidem, qua mundantur
corda: quia licet nemo possit credere in deum,
Rom. 10. nisi aliquid intelligat, cum fides sit ex auditu
prædicationis: tamen fide sanatur, vt ampliora
intelligat. Alia enim sunt quę nisi intelligamus,
non credimus: alia quæ nisi credamus, non intelligemus,
ideoque subdit, [VT discã,] ad hoc
Ex Alcu. da intellectum, Vt discam [MANDATA tua]
Si non possum deitatem videre, saltem manda-
Ex Aug. ta discã. Vide quam alte intelligẽda sunt mandata,
ad quę petit iste intellectũ, qui iam custodiuit
ea, cuius nõ omnimodo iste expers est, dum
Dan. 2. à deo petit. Ipse enim solus dat intellectum, &
si aliquando ministro angelo, vt Danieli dedit,
cui dixit angelus, Veni intellectũ tibi dare. deus
tamẽ per seipsum, qui lux est illuminat pias mẽtes,
& si aliquando vtitur angeli ministerio. Ita
enim dicitur angelus intellectum dare homini,
vt quisquam dicitur dare lumen domui cui fenestram
facit, cum eam sua luce non penetret,
& illustret.

2 Qui timent te videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua supersperaui.

Ex Amb. QVI timent te] q. d. Da intellectum, quia si
& Aug. dederis, omnes [QVI timent te, videbunt me]
intus non extra tantum hic, & maxime in futu-
Ex Cass. ro [ET lętabũtur] õmnes qui timent: lætantur,
si vni datur quod petit, & clemens deus libẽter
Ex Amb. facit, quod omnes delectet: timentes ergo vidẽt
iustum & lætantur aliis. inuisus est iustus, & gra
Luc. 8 uis ad videndum, sicut legitur in Euangelio de
plerisque qui dominum videre non poterãt, &
alii quoque transitum ei denegabant. Ideoque
timentes deum dicit videre se & lætari. Magna
enim virtus est in oculis, quod in naturalib⁹ apparet.
Animal enim visum prodest ictericis,
prior vidẽs lupus vocẽ aufert. basiliscus, si prior
videt occidit: si prius videtur, occiditur. Quare
ergo virtus est in oculis iusti, qui eum fide videtur?
qui cum sit imago dei ab hominibus honoratur,
eius vtique oculorũ radii virtutem quandam
videntur infundere iis qui fideliter eum videre
desiderant. Est enim insitum bonis vt virtutes
suas in aliis amẽt. Perfectioribus ergo iusti
aspectus lętitia est, plerisque verò correctionis
admonitio est. Sed quomodo quis debet videre
iustum? non in corpore, non in vestimento,
non in vultu tãtum, sed intus videat. Non enim
illum videt, nisi eius viderit mẽtem, nisi eius intenderit
sermonem. Tunc ergo lætabitur, cum
Ex Aug. ista cognouerit. Et nõta quod posuit, Timent,
verbum pręsentis temporis, Videbunt, autẽ, Et,
lętabuntur, futuri temporis, quia in præsenti timor
vbi est tentatio. Lætari verò & videre in futuro
perfectè. Ideo lætabũtur [QVIA in verba
tua,] id est, in ea quę promisisti [SVPERSPERAVI]
vt sim filius promissionis. Et nõta quod
non ait, simpliciter speraui, sed, Supersperaui,
quia enim deus potest facere supra quam intel-
ligitur: parũ est ea sperare quæ intelligimus, vel
petimus, sed debem⁹ semper sperare. Vel de an- Ex Alcui.
gelus potest accipi, Qui timẽt te videbunt me,
& lætabuntur: quia in verba tua supersperaui.
Angeli enim lętantur de hominibus, si sperãt in
verbis dei. Cõnsiderans autem ecclesia, quæ ad- Ex Aug.
huc timet huius vitæ misericordiã, & quod ca- Ex Aug.
ro cupit contra spiritum inquit,

3 Cognoui domine quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti me.

COGNOVI domine] q. d. Ideo da intelle- Ex Hay.
ctũ, quia iam [COGNOVI domine, quia iudi- & Cass.
cia tua] sunt [AEQVITAS,] id est, iusta est animaduersio
Adæ. Summa enim ęquitas est, vt
qui per superbiam delinquunt, purgẽtur humilitate.
vnde subdit, [ET in veritate tua,] id est,
iusto iudicio [HVMILIASTI me] in mortẽ.
sed nunc,

4 Fiat misericordia tua vt consoletur me. secũdum eloquium tuum seruo tuo.

FIAT misericordia, &c.] primo veritas hu- Ex Aug.
miliauit in mortẽ. Deinde misericordia instaurat
ad vitam, promittente hoc deo. Hæc autem
misericordia est regeneratio, fides, spes, charitas,
quæ de misericordia dei veniũt. Et hęc sunt solatia
in hac miseria, non gaudia beatorum [VT
consoletur me] nõn petit auferri ęrumnas quę Ex Amb.
sunt ad purgationem, sed consolari. Fiat, dico, & Aug.
[SECVNDVM eloquium tuum] factum [SERVO
TVO,] id est, secundum quod promisisti,
Seruo tuo. Vel ita, Cognoui domine. q. d. Ideo
opus est intellectu, quia ex dato intellectu, Cognoui
domine, quia iudicia tua, sunt, Aequitas,
In omnibus quæ fiũt, etiam cum filios flagellas, Ex Amb.
quia per labores præmia dantur. Et nota quod
ait, Cognoui, nõ ait credidi. aliud est enim credere,
aliud agnoscere: fides timentis est, agnitio
sapientis. Qui enim timet, rationem non quęrit.
vbi fides est, non statim cognitio. vbi cognitio
est, fides præcedit. Ita ergo perfectè cognouit
iste vt humiliaretur in veritate, quod est ad
salutẽ humiliari. Sciebat enim prospera vel aduersa
ad tentãdum data. Vnde subdit, Et in veritate.
q. d. Cognoui. Et ideo, Humiliasti me in
veritate tua, vt bene feram prospera vel aduersa.
erectus non videt vera iudicia, sed nunc, Fiat
misericordia tua seruo tuo nõ mutatur sensus,
sed ordo literę. Vt cõsoletur me. In labore enim
perfectus vir, non finem laboris: sed verbũ consolationis
petit, vt bene perferat. Fiat dico, Secundum
eloquium tuum, id est, sicut promisisti.
Sed post hæc, & per hæc,

5 Veniant mihi miserationes tuę, & viuam: quia lex tua meditatio mea est.

VENIANT mihi] In futuro [MISERA- Ex Aug.
tiones tuæ] & per illas [VIVAM] vere, exprimit
quid per misericordiam detur, scilicet vita ęterna,
quę sola est vita sine additamẽto. Quo me-

Ex Aug. riro[QVIA lex tua meditatio mea eſt]hęc meditatio, cogitatio amãtis eſt, qua cogitat, vt per dilectionem operetur, nec refrigeſcat iniquitate ſuperborũ. Hæc ergo meditatio eſt in fide, quæ
Galat. 5 per dilectionem operatur.

6 Cõfundãtur ſuperbi quia iniuſte iniquitatẽ fecerunt in me. ego autem exercebor in mandatis tuis.

Ex Amb. CONFVNDANTVR ſuperbi,] q. d. Mihi veniant miſerationes, ſed [SVPERBI confundantur,]id eſt pudeat eos, quia[FECERVNT iniuſte iniquitatẽ,]id eſt, ſine iudicio[EGO autẽ exercebor]vel, Exercebar [IN mãdatis tuis]
Ex Caſs. vt benefaciam etiã inimicis. Hõc eſt remedium contra inimicos bacchãtes. Ecce quod ſupra dixit, Lex tua meditatio mea eſt.

7 Conuertãtur mihi timentes te: & qui nouerunt teſtimonia tua.

Ex Aug. CONVERTANTVR] hõc proprie caput noſtrum, id eſt Chriſtus dicit, Ipſe enim eſt ad
Ex Caſs. quem conuertuntur timentes. q. d. Sũperbi cõfundãtur: ſed[TIMENTES te,]id eſt, incipientes [CONVERTANTVR mihi & qui nouerunt] quos iam lectio imbuit, & ſi nõdum o-
Ex Aug. peratio [TESTIMONIA tua] dẽ Chriſto per prophetas prędicta, & in eo monſtrata per miracula.

8 Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis, vt nó confundar.

Ex Aug. FIAT cor meum]Põſt omnia non audet dicere quod ſit, ſed petit fieri immaculatus. Et loquitur hic vir iuſtus. q. d. Fiat miſericordia & viuam, quod vt impetrem[FIAT cor meum immaculatum]non in viribus meis, ſed[IN iuſtificationib⁹ tuis] donata enim regeneratione adiuncta cõfeſsione, fuſa oratione, hoc ſit. Ita fiat
Ex Caſs. immaculatũ[VT non confundar]q.d. Cõnfundantur ſuperbi, ad correctionem: ego autẽ non ad pœnam.

In Iod nihil annotandum ponderis deprehendimus.

CAPH.

Caph interpretatur man⁹ ſecũdum Hierony. DEFECIT in ſalutare tuũ] [Caph.] In hãc vndecima litera peregrinus huius mũdi aduentũ domini nimis deſiderat primũ,
Ex Caſs. & Alcu. ſecundũ antiquos patres: ſecundũ, quantum ad modernos dicens, Quanta in hac expectatione tulerit à ſuperbis, appetens vt in mandatis dei perſeueret. & quia in hac expectatione, laſſatus
Ex Amb. eſt ex deſiderii dilatione: Ideõ pręmittitur huic octonario litera caph, quę interpretatur incuruatus, quia feſſus longa militia, cũpit diſſolui, &
Ex Alcui. reuerti ad principium, cuius paulo ante meminit: ſed tamen non recuſat laborem ſi neceſſarium eſt manere in carne. q. d. Veniant mihi miſerationes tuæ, & viuam, quia,

EFECIT in ſalutare tuũ anima mea & in verbũ tuum ſuperſperaui.

DEFECIT in ſalutare tuum anima mea.] Eſt dẽfectus laudabilis & optabilis. Et eſt defectus culpabilis, & damnabi-
Ex Aug. lis. Defectus à bono in malum, malus eſt: à malo in bonũ bonus eſt. Defectus autem ſimpliciter ſine adiectione ſolet accipi in malo, ſicut profectus in bono, niſi addatur aliquid, vt cũ dicitur, proficiũt in peius. Et hic dicitur in ſalutare, nõ à ſalutari. Bõnus eſt ergo defect⁹ iſte. Talis enim defectus, indicat nimium deſiderium boni nondum adepti, ſed auidiſsime cõcupiti, vt Symeon & antiqui qui Chriſtum venire deſiderauerũt.
Ex Alcui. Vndẽ ſunt illę ſacramentales 7. antiphonæ, ante natale, ô Adonai, ô radix Dauid, &c. quibus ſaluatoris aduentus petitur, quæ omnes ſecũdi toni ſunt, quia ille inuocatur, qui eſt deus & homo. & ſunt 7. quia in eo ſeptiformis gratiæ ple-
Ex Aug. nitudo eſt. Et nũnc omnes iuſti eundem venturum deſiderant. neque hoc eccleſiæ deſiderium ab initio ſeculi requieuit aliquãtulũ, niſi quãdiu hic cum diſcipulis in carne conuerſatus eſt, vt totius corporis Chriſti vox ſit hæc, Anima
Ex Amb. mea defecit, id eſt, lãſſata eſt, diutina expectatione, tenẽs affectu & deſiderio, In ſalutare tuũ, id eſt, Ieſum Hebraice. quod enim vehementer eſt deſiderabile, quaſi ipſam animã illius deponit, qui deſiderat: ſi tamẽ ſpes propior aſſurgat, dat vires. Itaque quanto longius eſt illud quod deſideratur, tanto magis deficit ille qui deſiderat. Id eſt ergo deficere, In ſalutare, in id totis deſideriis migrare, etiam quadam animæ defectione trãsfundi. Ecce curuatio humilitatis. Vel ita, Anima mea defecit, à ſe, id eſt, ab animalitatis ſuæ appetitu, tendens, In ſalutare tuũ, id eſt,
1. Cor. 6. in Hieruſalem. Vel ita fit vnus ſpiritus cum deo. Quoniã qui adhęret domino, vnus ſpiritus eſt cum eo. Spiritui ergo adhęrẽs anima, deficit ab eo quod eſt anima, & fit vnus ſpiritus. Itaque quantomagis deſiderat adhærere ſalutari tanto magis à ſe deficit. Iſta ergo defectio imminutionem quidẽ fragilitatis, ſed aſſumptionẽ vir-
Ex Amb. tutis operatur. Et nõta quod hic practicus eſſe oſtẽditur. quia ſicut anima corpus viuificat, ita hic extra agit bona. & ne dubites quid dixit ſalutare, addit[ET in verbũ tuũ,]id eſt, in filium.
Ex Aug. Vel, In verbũ tuum.i. in promiſſum tuum [SVPERSPERAVI]Hæc ſpes facit per patiẽtiam expectare, quod nõ videtur: nec ſimpliciter dicit ſperaui, ſed ſuperſperaui, quia plus futurum eſt, quam dici poteſt.

2 Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicẽtes, Quando cõconſolaberis me?

Ex Amb. DEFECERVNT oculi mei] q. d. Anima mea defecit. Et etiam[OCVLI MEI] interiores, quibus prophetæ dicuntur vidẽtes, qui in-

Ex Aug. terius possunt loquitur deo. Itẽ, Nõn ex infir-
mitate, sed ex fortitudine desiderii [DEFECE-
Ex Amb. runt] à cõtuitu temporalium tendentes [IN
eloquium tuum,] id est, in promissum tuum.
Et attende quod pluraliter dicitur Oculi, cum
tamen vnus sit oculus interior, scilicet men-
tis intellectus, quo videtur deus: sed quia ille v-
nus duobus modis videt deum per .s. mystica &
moralia: ideo duos oculos habere dicitur eccle-
sia. Duo ergo sunt oculi ecclesię mysticus & mo
ralis. Mysticus est acutior, moralis dulcior. Ideo-
Cantic. 4 que sponsus ad sponsam dicit, corde nos cœpi-
sti, vno ex oculis tuis, quia mystico oculo plus
videt sponsa Christum, quam morali. Et fortas-
se isti sunt oculi, quibus Paulus videbat æter-
na, vbi cœpit corporalia nõ videre. Vidit enim
qui dixit, Quis es domine? Videbat vtique
Christum, quem etiam dominũ fatebatur. Istis
Ex Amb. etiam oculis prophetæ dicebãtur vidẽtes, quia
per reuelationẽ ea quæ erant abscondita, mente
cernebant. Hi ergo oculi defecerunt in eloquiũ
nimio desiderio, & cupiditate vehementi, tan-
quam opere lassati. Nõ est enim otiosus qui tan
tum verbo dei studet, nec plutis est qui extra o-
peratur quàm qui studium cognoscendæ diui-
nitatis exercet. Ipsa etiam sapientia maximũ o-
Luc. 10. pus est & antefertur Maria quæ audiebat, Mar-
thæ quæ ministrabat. Et nota quia hic iã theo-
ricus demõstratur, cuius oculi in verbũ dei de-
fecerũt. Oculi dicen [DICENTES, quãdo con-
Ex Aug. solaberis me?] q.d. mõras patior. quod fit vt res
dilata dulcius veniat. Et nota quod ait, dicẽtes.
Lingua enim solet, non oculi loqui. sed vox eo-
rum, est gemitus & oratio. Dum autem ardent
spiritualia desideria, frigescunt carnalia. Vnde
subdit,

3 Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.

QVIA factus sum sicut vter in pruina] Vt
Ex Aug. est caro huius mortis pruina cælesti beneficiũ,
quo quasi gelu concupiscentia carnis torpet &
contrahitur. q.d. Ideo consolare [QVIA factus
sum sicut vter in pruina,] id est, diuino benefi-
cio scilicet gelu continentiæ omnẽ calorẽ cor-
poreum, & carnalis concupiscentię ardorem re-
stinxi. Hæc prũina refrigerat, non adurit: fœ-
Ex Amb. cũdat sata, nõ internecat. Idenque forte in trãs-
formatione cum dominus gloriam resurrectio-
Matt. 17. nis demonstraret in monte, vestimenta eius fa-
cta sunt alba sicut nix, quia non ipse solus erit à
contagione peccati alienus, sed quicunque re-
suscitatur congelatis cupiditatibus resurget fri
Matt. 22 gidus. Vnde, In resurrectione neque nubẽt ne-
que nubẽtur. Boni ergo sunt vtres frigidi, id est,
in gelicidio constricti pruinis, non libidinis ca-
Ex Aug. lore soluti. & sic iustificationes dei à memoria
non labuntur. vnde subdit, [IVSTIFICATIO-
nes tuas non sum oblitus] dum aliunde non co-
gitatur, quia torpet cupiditas, feruet charitas.
Vel ita, Ideo desidero hoc, quia, Fact' sum, cõ-
Ex Rem. paratione futuri, Sicut vter in pruina, id est, vi-
lis & nulli liquori idoneus: & tamen, Iustifica-
tiones tuas non sum oblitus. Vel per pruinam Ex Hay.
intelliguntur mali, qui non feruẽt charitate, sed
algent infidelitate. Et est, ideo consolare, quia,
Factus sum sicut vter in pruina, id est, inter ma
los, mihi commissa retinẽs, Iustificationes tuas, Ex Amb.
quibus plenus est vter. Nõ sum oblitus, vel quia
vter de exuuiis fit mortui animalis, per ipsum
iustus intelligitur, qui castigat corpus cum vi-
tiis & concupiscentiis, qui vt pellis mortui non
sentit frigus peccati, qui etiam non frãgitur ne-
cessitatib', qui mollis est animæ imperiis. Et est,
Ideo consolare, quia, Factus sum sicut vter in
pruina. Pruina sunt peccata seculi quæ vter nõ
sentit, id est, carnalia desideria in me extinxi, vt
ea iam non sentiam tanquam extincta. Et ideo, Ex Cass.
Iustificationes tuas non sum oblitus. Quia vẽ-
rò scit tentationes non esse finiẽdas ante finem
seculi, de ipso quęrit subdens,

4 Quot sunt dies serui tui? quando facies de persequentibus me iudicium?

QVOT sunt dies] q.d. Iã desidero videre sa
lutare, sed [QVOT sunt] in hoc seculo [DIES
serui tui] dies ait non anni, quia nõ sint annuę
morę in hac vita [QVANDO facies de perse- Ex Amb.
quẽtibus me iudiciũ,] id est, quãdo fiet vltio,
De persequentibus me, id est, diabolo & mini-
stris. Hõc de iudicio addit, cũ quęsisset de die-
bus, ne quis ecclesiam aliquo tempore ante iu-
dicium, non futuram putet. Non enim finie-
tur ante iudicium, sed cur de eo quærit cum di- Act. 1.
catur in euangelio, Non est vestrum scire tem-
pora vel momenta. Prophetat autem hic illam
interrogationem apostolorum futuram, in qua, Ex Alcu.
scilicet hæc prophetia impleta est. Idẽn autẽ ait
de persequẽtibus, vt quasi per hoc notet, quod Ex Amb.
vult dies suos claudi, vt ab his liberẽtur. Vel de
præsenti accipitur illud, Quando facies de per-
sequentibus me, id est, dæmonibus, Iudicium, id Rom. 16
est, vindictam. Hic enim conterit deus satanam Ex Alcu.
sub pedibus nostris. Vel ita, vt alterum ad bonos
referatur, alterũ ad malos, Quot sunt dies serui
tui? id est, quãdiu differs facere seruis tuis, quod
expedit. q.d. Fac seruis pro misericordia, quan-
do necesse est. &, Quando facies de persequen-
tibus me iudicium. q.d. Facias & impiis pro iu-
stitia. Nam ad hoc vt persequantur,

5 Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua. Ex Amb.

NARRAVERVNT mihi iniqui] vt fidẽm Ex Aug.
impediãt [FABVLATIONES] scilicet quę in
verba delectant tantum, vnde alii ponunt [OB-
lectationes] quod, id est, quę delectatio est in se-
cularibus literis & in Iudæis, & hęreticis, id est, Ex Amb.
diuersis sectis Iudæorũ & hęreticorũ, qui quasi
cuiusdam fabulę nenias narrant, [SED nõ] sunt
mihi ista [VT lex tua] quia,

6 Omnia mãdata tua veritas: iniqui persecuti sunt me, adiuua me. Ex Aug.

OMNIA mandata tua] sunt [VERITAS]
non vt in illis est vanitas. me ergo in eis veritas,
non verba delectant, cuius est expers vana & er-

rabunda hęreticorũ loquacitas[I N I Q V I]q.d.
Me veritas tua delectat, & propter hoc, Iniqui
Ex Aug. [P E R S E Q V V T I sunt me] vel iniuste, quia in
me, non nisi veritatẽ persequuntur. Ergo[A D-
Ex Cass. I V V A me.] Vel ita continua, Iniqui.q.d. non
modo, Narrauerunt fabulationes, sed etiã, Per-
secuti sunt me iniqui, vt deprauẽt veritatẽ: sed,
Ex Aug. Adiuua me, quasi cõtra beluã, vt contra eos pro
veritate certem. Hoc antẽ eum facit ecclesia pa
situr tormenta, quod & addit,

7 Paulominus consummauerunt
me in terra: ego autem non dereli-
qui mandata tua.

Ex Aug. P A V L O M I N V S] q. d. Ideo adiuua, quia,
[P A V L O M I N V S cõsummauerunt me in ter-
ra] facta multa strage martyrũ, adeo nimia per-
Ex Amb. secutio cõtra carnalem infirmitatem. sed quia
Ex Aug. nõ frustra dicitur adiuua me, subdit, [E G O au-
tem nõ dereliqui mãdata tua] sed vt possit per-
seuerare vsque in finem, subdit,

8 Secũdum misericordiam tuam
viuifica me: & custodiam testimo-
nia oris tui.

Ex Amb. S E C V N D V M misericordiã tuam] nõn me-
Ex Aug. ritum meum[V I V I F I C A me] nẽ amando vi-
tam temporalem negem: & sic perdam vitã spi
ritualem. Dico, Viuifica me[E T] sic[C V S T O-
D I A M testimonia oris tui,] id est martyria.

COLLATIO
in כ Caph.

3 I N pruina.] neoterici hebraicantes, in fumo
בְּקִיטוֹר beqiror. Vocabulum ex Kimhi, signi-
ficat omne quod ascendit instar fumi, vt vapor,
nebula, nec male pruinam, vt habet etiam Hie-
ronymus: ac vtrolibet concupiscentiarũ extin-
ctio probe repręsentatur.

5 N A R R A V E runt mihi iniqui fabulationes,
כָּרוּ לִי זֵדִים שִׂיחוֹת caru li zedim schihoth,
hoc est, Foderũt mihi supbi foueas. Septuagin-
ta sensum expresserũt, qui accõmodatur hęre-
ticis & peruersis sectis, aut dogmatibus vanilo-
quis, quæ incautos huiusmodi fabulationibus
fascinatus, in profunda pręcipitia mittunt. Ad-
de quod כָּרָה carah ex Rab. Abraham, inter-
dum significat inuestigare mendacium. Et שִׂיחָה
siah, per punctum smol locutionem, alias per
iamin foueam שִׁיחָה schiah.

6 I N I Q V I] In hoc verbo potest accusari
vitiũ scriptoris, qui posuerit nomen pro aduer-
bio, iniqui, pro inique. Nam Græce est ἀδίκως,
id est, iniuste. Et ad eum modum interpretãtur
Hilarius, Ambrosius, Augustinus, hunc psalmũ
cõmentati. Quin Hebraice legitur שֶׁקֶר sche-
qer quod Hieronym⁹ & cęteri ferme interpre-
tati sunt falso, impie, frustra, aut gratis, quãquã
potest etiam accipi collectim pro viris menda-
cibus, vt verterunt translator ad Campẽsem &
Pellicanus. Verũ duos cõperimus ex antiquio-
ribus qui legerunt & exposuerunt, iniqui per-
secuti sunt me. Alter est vetustissimus author
Arnobius, interpretatus iniquos, dęmones per-
sequẽtes. Alter satis multo posterior, Cassiodo-
rus interpretatur perfidos. Deniq; siue hoc si-
ne isto modo psallas, nihil est periculi. Hierony. interpre-

ל L A M E D.

I N æternum domine.] [L A M E D] Fessus ex- tatur La-
pectator qui supra cupiebat dies suos claudi; med disci
& esse cum Christo, hic ostendit se non re- plinæ siue
cusare laborẽ; imo est ardens ad seruiendũ ei, cordis.
cui angeli seruiũt & omnes boni & omnis crea- Ex Aug.
tura qui in hac duodecima litera virtutem Dei & Alcu.
& facta describit dicens tẽporalia finiri, sed non Ex Cass.
mandata eius, secundum illud, Cælum & terra Ex Amb.
transibunt, verba autem mea non trãsibunt. Et Luc. 21
quia hæc mandata intelligenda sunt diligẽter &
indaganda. Ideo congrue huic octonario præ-
mittitur litera[L A M E D] quę interpretatur cor
vel sermo, vel cor seruitutis: quia hęc præcepta
prudenter sunt intelligenda, vel sollicite seruan-
da. Cęlestia enim & casta sunt eloquia dei, nihil
in eis adulterina opinione miscẽdum est, sed to-
tum sincera atque spirituali veritate resplẽdeat.
Leuetur ergo cor circuncisum ad ea. decet enim
in te manere, quod in cælo perseuerat & illud
semper meditari. Vnde in sequẽti, Nisi quod lex
tua meditatio mea est. Et illud, In ęternum non
obliuiscar iustificationes tuas. Serua ergo ver-
bum dei, & serua illud diligenter in corde tuo.
Literæ huius sententia sic continuatur ad præ-
cedentia. dixit supra, Paulominus cõsummaue-
runt me in terras sed quia nõ permisit eum deus
consummari in terra, admiratus dei potentiam
exclamat,

1 IN æternum domine
verbum tuum per-
manet in cęlo.

I N ęternum domine ver-
bum tuũ permanet in cæ-
lo.] ad literam, Manet so- Ex Amb.
lennis ordo cęlestium statutorum. Labitur enim
annus per dies & menses, & iisdem vicissitudi-
nibus redit conuersio solis & lunę, & omniũ lex
semel instituta immutabilis manet. Hoc in mẽ-
se tua imitare. de cęlo mentis tuæ imaginẽ cape,
quia satanas in quo non mansit verbum de cę-
lo cecidit in terram, quia non habebat locum in
cælo, vbi vna omnium obediẽtia discretis mu-
neribus indiscretam præscriptæ constitutionis
tenet concordiam: ideo ibi verbum dei perma-
net in seculum. Inde exclusus satanas acrior ad
nos deuenit & tẽtationes solito asperiores tan-
quã iratus exercet, quia huc totus aduenit. Ideo
hic fiunt mala[I N cælo] autem[P E R M A N E T
verbum.] Sed quia & ibi locus est vitiis, quod
& in cadentibus patet, & quia ipsum cęlum mu-
tatur & pręterit non in æternum manet: vide-
tur hoc non de elemẽto cæli dictum, sed de vir-
tutibus cęli. Cæli ergo sunt angeli in quibus ni-
hil lubricũ est. sunt & in terris cæli qui enarrant

gloriã dei.f.sanctl i qui si in terra corpore sunt,
Phil.3. in cælo tamen sunt mente. Vnde nostra cõuer-
satio in cælis est. Magis autẽ in angelis dei per-
manet verbum, quam in hominibus, quia in ho
minibus variabilia est affectus. Iusti tamen affe-
ctum magis quam elementum, hic cælum intel-
ligo. Et est, dico adiuua, viuifica, & custodiã te-
stimonia: quę vtique sunt custodiẽda, quia [I N
Ex Aug. æternum,] id est, sinẽ intermissione, ô Domine
& Ambr. verbum tuum, id est, obseruantia mandatorum
tuorum, Permanet in cęlo, id est, in quocunque
iusto, vel in cęlestibus spiritibus, quia supercę-
lestes, & inferiores rationales creaturæ custo-
diunt ea. Et,

2 In generatione & generationẽ veritas tua. fundasti terram, & permanet.

Ex Hila. I N generatione & generationem,] id est, In
duobus populis, scilicet legis & euãgelii [P E R-
Ex Amb. manet veritas tua,] id est Christus. Prius enim
fuit in fidelibus veteris testamenti: postea in fi-
delibus noui testamẽti. Et hoc ideo, quia, [F V N-
Ex Aug. D A S T I terram,] id est, ẽcclesiam.f. sanctos in
& Cass. fide, in qua permanẽt. Vnde subdit, [A T prima
veritas tua] in ea, vel ecõuerso, ipsa in veritate.
ad literam enim terra mouenda est.

3 Ordinatione tua perseuerat dies: omnia seruiunt tibi.

Ex Amb. O R D I N A T I O N E tua perseuerat dies] Sin-
gulariter ille vnus dies æternus intelligitur: qui
nõ habet noctẽ. Ille dies est cui verus sol Chri-
stus nunquam occidit. Noster enim dies nocte
clauditur, nec inde dubitãdum quin in cælo &
generatione permaneat verbum, [Q V O N I A M
Ex Cass. omnia] & tẽmporalia & æterna [S E R V I V N T
tibi] Omnia enim pro suo num disponit, & si di
Ex Aug. uerso modo, Aliter, In ęternũ. Iũstus qui supra-
dixerat, Persecuti sunt me, & consummauerunt
me in terra, quasi tæderet eum huius mutabili-
tatis & tentationũ, inflammatus desiderio cæ-
lestis Hierusalem, & in eam suspiciens dicit, In
ęternum domine veritas tua permanet in cælo,
id est, in angelis custodiẽtibus æternã militiam:
post cælũ subdit de terra dicens, In generatio-
ne & generationẽ permanet veritas tua. Inue-
nit iste in terra generationes quę nõ sunt in cæ-
lo, cum ait, In generatione & generationẽ. Qua
repetitione vel oẽs successiones notat, à quibus
nunquam deest veritas dei in sanctis, vel popu-
lũ legis & euãgelii. Deinde subdit causam, qua-
re veritas permaneat: quia, Fundasti terram &
permanet, id est, in Christo fundamẽto moran-
tes in terra fundasti: & hi permanẽt in domo in
æternum, quod non filii ancillæ, &, Ordinatio-
ne tua perseuerat dies, quia omnia ista sunt dies
quã fecit dominus. Bene dico, Ordinatione tua,
quoniam omnia seruiunt tibi, scilicet omnia de
quibus loquitur, quę pertinent ad hunc diẽ: im-
pii enim non seruiunt. Vel ita in æternum. q.d.
Ex Amb. In vẽrbũ tuum.i. in filium supersperaui: & me-
& Aug. rito, quia, Verbum tuũ, ô, Domine, id est, filius
tuus Permanet in cælo, id est, in ecclesia, scilicet
in bonis, quod non in terra.i. in malis.f. ecclesia

paradisus est dicta, in quo erat lignũ vitæ. Per-
mãnet dico, In ęternum, secundum illud, Sedes Ex Rem.
tua deus in seculũ seculi. Deinde quia quod di-
xerat exponit subdens, In generatione & gene-
rationẽ, hõc vt supra, Permanet veritas tua, id Ex Aug.
est deus: sed hoc non habet à se, sed à te, quia & gl.int.
Fundasti terram, id est, animam vel corpus, ne
diffluat per concupiscentias. Et, Permanet, in
bõno, nec maiores etiam à se habẽt: quia Dies, Ex Hay.
scilicet maiores qui dicũtur dies, scientia, Ordi- & gl.int.
natione tua perseuerat, quicquid vrgeat. Et meri-
to dies scientia tuę ordinationi subest, Quoniã
omnia seruiunt tibi, hõc in futuro implebitur Ex Amb.
cum omnia erunt ei subiecta: modo multi sunt
serui peccati.

4 Nisi quòd lex tua meditatio mea est: tunc forte periissem in humilitate mea.

N I S I quod lex tua] suprãdixit fundasti ter- Ex Aug.
ram & permanet. Vnde autem liberetur terra,
vt fundata permaneat, subdit. hic [N I S I quia
lex tua] q.d. Tãlis es tu, & lex tua est tam vali- Ex Amb.
da cuius meditatio à tãtis liberat. Nisi enim, &c. & Alcu.
Vel ita iunge, Omnia tibi seruiunt, & merito,
quia, Nisi hoc esset, quia, Lex tua est [M E D I T A-
T I O mea] sciẽdi & faciẽdi, vt fuit Iob [T V N C]
qũando paulominus cõsummauerũt. Vel, Tũc, Ex gl.int.
id est, ideo, quia non meditarer [F O R T E peris- & Ambr.
sem in humilitate mea,] id est, in deiectione &
afflictione. Hæc est lẽx fidei, quæ per dilectionẽ Ex Aug.
operatur, qua impetratur gratia fortea faciẽs na
pereãt in humilitate mortali. In hac iste iugiter
meditatur, ne vincatur. Vnde bene ait, Nisi.
Qui ẽnim nõ ante exercetur in meditatione le- Ex Amb.
gis, in bello ignarus est.

5 In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me.

I N æternum non obliuiscar]. q.d. Nisi mẽ- Ex Cass.
ditarer in lege, periissem: sed quia per legẽ viuo,
nõ potest à memoria elabi. Et hoc est, [I N ęter-
num,] id est, per tõtam vitam. Vel, In ęternum, Ex Amb.
id est, si semper viuerem [N O N obliuiscar iusti-
ficationes tuas,] id est legẽ, quæ à peccato pur-
gat. Vẽl ita, Sicut Israelitæ in terra promissio-
nis suæ memores liberationis ab AEgypto gra-
tias agebant: ita & iste liberaçionis suæ memor,
de spirituali captiuitate dicit, In æternũ, id est
in æterna vita, Non obliuiscar iustificationes
tuas, quasi in vera terra ꝓmissionis erimus me-
mores, vnde liberasti, & agemus gratias, ideo, nõ
obliuiscar iustificationes tuas, quia [I N ipsis vi-
uificasti me. Nihil extra te petentem, quem A-
dam perdidit. Eccẽ vnde fit ne periret in humi Ex Aug.
litate deo.f. iustificante. Et quia viuificasti me,

6 Tuus sum ego, saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui.

T V V S sum ego] Nõn vitiorum, nõ duorum Ex Amb.
dominorum olim meus esse volui, & perii: mo- & Aug.
do tuus suũ, & ideo salua [S A L V V M me fac] &

debes [QVONIAM iustificationes, &c.] Vel ita iūge, hoc modo, Tuus sum, Quoniā nō meas voluntates quibus meus fui, sed, Iustificationes, [TVAS] vt sim tuus [EXQVISIVI.] alij alia quęrunt, Ego, autem, Exquisiui iustificationes tuas. (Ex Amb. & Aug.) Iustificationes dicit, quæ futura signabāt, vt agnus paschalis, &c. quę sunt primordia fidei, sine quibus nemo perfecte nouit gratiam. Nemo ergo putet significantias veteris testamenti esse negligēdas, quas iste tam studiose exquirit. Ideo, Saluum me fac, quia,

7 Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi.

(Ex Aug.) PECCATORES expectauerunt me] quasi in insidiis latitātes expectātes donec trāsiret, vt tunc eum occiderent. [VT perderent me] faciendo cōsentire ad malū: sed inde nō perit, quia [TESTIMONIA tua,] id est, martyria [INtellexi. Nā & si confitentē vrgebāt nō cessi intuens finem sine fine, id est, æternā beatitudinē,

8 Omnis cōsummationis vidi finem: latum mandatum tuū nimis.

(Ex Aug.) OMNIS cōsummationis vidi finē] Intrāuerat enim iste in sanctuarium dei, viderat nouissima, viderat alta dei, quæ non possunt explicari, sed breui sentētia dicenda cōcludit, dicens, [VIDI finem omnis consummationis] Cōsummatio est omnium perfectio virtutum, scilicet pro summo bono omnia facere, vsque ad mortē pro veritate certare, cuius finis est in regno Christi excellere, scilicet ipse Christus quem mēte vidit venturū. q.d. Intellexi testimonia, &, Vidi consummationis omnis finem. i. Christū, qui est retributio & beatitudo nostra. Et ideo [MANDAtum tuū] quod est [NIMIS latum] est mihi, Latum, quasi facile factu. Illud latū mandatum est charitas, sine qua non valeret inter quæcunque tormenta martyria cōfiteri, in qua mille angustię sunt, sed angusta via facit ire, in qua tota lex pendet & prophetę. Latum est ergo mandatum charitatis. Quid enim latius quam vt ibi pendeat tota lex & prophetę? (Ex Alcui.) Vel ita, Dico intellexi testimonia tua, & vere. Nā omnis cōsummationis vidi finem, id est, intellexi, in quo debeat cōsistere finis omnis bonæ actionis. s. vt nemo in se, sed in domino glorietur. Et ita hoc vidi, quod, Mandatū tuū est nimis latū, quia etiā inimicos diligo. Angusta nanque via per gratiā est nimis lata, vt etiā inimicos diligere faciat. Vel, Vidi finē omnis cōsummationis, quia intellexi complenda esse pręcepta dei, nō obtentu terrenorū, sed ęternorū, Latū mandatū tuū nimis. (Ex Amb.) Vel ita est consummatio malitiæ, & est cōsummatio iustitiæ, sed vtriusque finis est Christus: quia cōsumit malitiam, & consummat iustitiā. illā consumit dolēdo, hanc cōsummat remunerādo. In primo ergo aduētu quādo iam mundus in maligno positus consummauerat suā malitiam, fuit Christus finis consummatę malitiæ. In secundo aduentu erit finis consummatæ iustitiæ. Et ideo ait, Omnis consummationis vidi finē, id est, intellexi Christum esse finem, malę & bonę consummationis. Consummata enim malitia seculi venit agnus dei, qui per crucem eam finiret, & consummatæ iustitię finis est Christus: quia remunerat. &, Vidi mandatum tuum charitatis, Nimis latum, hoc vt ante intelligēdum est. (Ex Cass. & Alcu.) Vel ita, Vidi finē omnis consummationis, quia omnibus secularib^9 terminū videt impositū spiritu prophetico, sed mandata tua non habēt finem, quia latissima sunt. Et hoc est quod ait, Mādatum tuum, est, Latū nimis. Et ideo illis temporalib^9 spretis, hæc petātur, Nimis, dicit pro charitate, quæ dicta prophetarū & totā legē cōcludit. Vel ita; & mutatur etiam ordo literę, Mandatū tuum, quod est, Nimis latū. i. dilectionem dei & proximi, Vidi, id est, cognoui esse, Finem omnis consummationis, quia omne bonum opus in charitate radicatur & formatur.

COLLATIO in ל Lamed.

3 ORDINATIONE TVA perseuerat dies] לְמִשְׁפָּטֶיךָ עָמְדוּ הַיּוֹם lemischpateca amedu haiom, permanentia quæ includitur in verbo עָמְדוּ amedu. i. steterūt, potest trifariam referri. Primo ad dierum consistentiam, velut Septuaginta. Vnde ad verbum transferētes Caietani interpretes, iudiciis tuis steterūt hodie, minuscula superposuerunt scriptura (omnes dies.) Quem sensum & Pellicanus secutus est. Singulos dies (inquit) tuos, iudiciis & ordinationibus subsistere fecisti vsque nunc. Secūdo potest respicere superiura, nempe, veritatē, terram, verbum, quod videtur Hieronymus fecisse, iudicio tuo stant vsque hodie. Et Pratensis, iudiciis tuis permanserunt hodie. Item Sanctes, Ad iudicia tua facienda steterunt vsque ad hanc diem. Postremo accipias quasi clausulā respiciat sequentem. Sic enim transtulit Munsterus, Iuxta decreta tua, omnia consistunt hodie. Nam omnia obsequuntur tibi. Paraphrasis Campensis, itidem. Quibus modis vnumquodque subsistere voluisti, vsque in hodiernum diem subsistit.

4 NISI quòd lex tua meditatio mea est, tūc forte periissem in humilitate mea] Particula, forte, non videtur haberi in Hebræo, quū dūtaxat legatur אָז az, quod iuniores oēs vertūt simpliciter, tūc, aut iam. Et in Græco est τότε ἄν. i. tūc vtiq;. Et videtur, forte, sentētię officere. Nec enim dubitandū est, quin pereundū sit, legis diuinæ meditatione sublata. Hinc Ambros. interpretatur, Alioquin periissem in humilitate mea qđ certitudinē indicat ac non dubitationē. Atqui Hiero. manifeste trāstulit forte. Nec est semper nota dubitādi, qn ex quodā tropo loquēdi, insinuat quicquā incōstantiæ volūtatis nostræ. Quasi dicas, Nisi quòd lex tua meditatio mea est, tunc insurgēs fortis tētatio, me debilē & inconstantē, vtpote meditatione legis destitutū, funditus perdidisset. Et hæc est sentētia Hilarii in hūc locū, qui nō semel forsitan repetit. quod ne quis diffidat, ait, Frequēter admonuimus humiliatione id significari, quum tentationibus anima subiecta est, & infirmitati suæ derelicta humilis efficitur. Lex ergo ei meditatio est, & nisi ei meditatio fuisset, forsitan in humiliatione

perliſſet. Nõ eſt ergo meditatio legis, quum tribulamur & anguſtiamur relinquenda, ſed quum variis corporũ infirmitatibus affligimur, quum inter perſecutionum bella vexamur, cõſtans in nobis debet legis eſſe meditatio. Vt ant enim liceat in excidium fidei ignes, lacerent quoque ad periculũ ſalutis flagella, effodiant etiam ad eliciendam impietatis confeſſionem, redempta à deo corpora vngulæ, dicti tamẽ prophetici meminiſſe debemus, vt conſortes ipſius ſimus. Dicamus & nos patientes atque vincentes, Niſi quod lex tua meditatio mea eſt, tũc forte periiſſem in humilitate mea. Hactenus D. Hilarius, Quod ſi fuiſſet aliqua quæſtio de Græca ἄν particula expletiua, quod latinus interpres vertit forte, puto non tacuiſſet Hilarius, præſertim eo quod ſententiã labefactare videbatur. Siquidem paulopoſt in eadem parte pſalmi, alio verſu dicit, Frequenter admonuimus, non poſſe ſatiſfactionem intelligentiæ, ex latinitatis trãſlatione præſtari De hoc etiã vocabulo, alias nonnihil eſt annotatum.

מ MEN.

Ex Caſſ. QVOMODO dilexi] [MEN] In hac tertia decima litera, loquitur vir iuſtus, qui meditatione prophetarum, & euãgelii profecit, dicens ſe ſuper ſeniores intellexiſſe, & ideo eſſe ſcripturas ſibi dulces ſuper mel. Et quia hoc eſt ei per charitatem, ideo cõgrue huic octonatio præmittitur litera, Men,

Ex Amb. & Hier. quę interpretatur viſcera vel ex ipſis, quia agit hic de charitate quæ eſt ex ipſis medullis. Per

Ex Amb. hoc ergo intelligitur multiplex dilectio, quia le-

Ex Alcui. gem ex toto corde amat. Vnde in ea nouum teſtamẽtum inuenit & ſuperat eos qui tantũ veterem prædicant. q.d. Intellexi teſtimonia, vidi finem. Et merito, quia,

QVOMODO dilexi legẽ tuam domine: tota die meditatio mea eſt.

Ex glo.int. QVOMODO] ãdmiratiue dicit [DILEXI] nõ timui [LEGEM tuã domine] Ecce vnde fit ei latum mandatum, oſtendit. Dilectio enim eſt latitudo mãdati. Quĩ autem diligit quod iubet deus, & ipſam iuſſionẽ, qua illud iubetur, quæ eſt lex, diligit. Et nota

Ex Amb. quod dum ait, Domine, ipſum teſtem inuocat: quem diligit, qui vere diligit deũ legem eius diligit. deinde exponẽs qualiter legẽ diligat, ſubiũ-

Ex Aug. dit, [TOTA die, &c.] q.d. Hõc modo dilexi legem tuã, quia [LEX tua meditatio mea eſt] To-

Ex Amb. ta die, id eſt, cõntinue, & ſi cato impediat. Et be-

Ex Amb. ne ait, Die, & nõn nocte, quia ſemper eſt dies meditanti in lege. Qui autem nouum teſtamentum in ea eſſe neſciũt, illis ſemper eſt nox. Bene

Ex Aug. etiam ait, Tota die. Quicquid enim ſanctè agitur, meditari legem eſt. Talis peruenit in legem iuſtitiæ, quia quęrit iuſtificari ex fide, quæ per dilectionem operatur. Vnde habet inimicos, quos? Iudęos, qui ex operibus gloriãtur, de quibus ſubdit,

2 Super inimicos meos prudentem me feciſti mãdato tuo: quia in æternum mihi eſt.

SVPER inimicos] q.d. Tõta die meditabor in Ex Amb. lege. Et ideo [SVPER inimicos meos] ſcilicet Iu- & Aug. dęos, paganos, hæreticos, qui vel non intelligũt vel non operantur [PRVDENTEM me feciſti mandato tuo] quia illi in ſignis, ego in veritate Ex Amb. quieſco: quia illi zelum dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam, quia ſuam iuſtitiam conſtituere volunt, ſed iſte iuſtitiam quærit per fidem Chriſti, quæ eſt ex deo. Ita prudẽtem me feciſti mãdato tuo [QVIA in ęternum mihi eſt,] id eſt ſic Interpretor, vt ipſum mandatum ſit in ęter- Ex Aug. num & ad æternitatem mihi valeat. Illis verò tantum eſt in ſeculum. Illi enim tẽporalia præmia vt filii Agar ſerui ex mandato quærunt, & ideo non eſt illis in æternũ, ſicut huic finito ſeculo. ſecũdum illos nullũ poteſt eſſe legis mandatum, ſecũdum iſtum in tabulis cordis erit dilectio dei in ęternum, & præmium mandati cuſtoditi, erit ipſe deus, qui mandanit, quando erit deus omnia in omnibus.

3 Super omnes docẽtes me intellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.

SVPER omnes docentes] q.d. Sũper inimi- Ex Amb. cos prudentem me feciſti, quia etiam [INTELLEXI ſuper omnes docẽtes me] qui. ſ. erant de & Caſſ. inimicis, id eſt ſuper ſcribas, & phariſęos, & hoc ideo [QVIA teſtimonia tua meditatio mea eſt] in ſpiritu. Nõ enim in litera, ſed in ſpiritu quieſco, quæ meditatio non eſt illorum qui falſa ibi ſentiunt & docent.

4 Super ſenes intellexi: quia mãdata tua exquiſiui.

SVPER ſenes] q.d. Sũper docentes intelle- Ex Amb. xi, quia etiã [INTELLEXI ſuper ſenes,] id eſt & Caſſ. ſuper ſeniores, corpore, non mente, quia melius intelligit nouus populus qui hic loquitur, qui Chriſtũ accepit, quam ille ſenior Iudaicus qui prætripuit benedictionem: & hoc totum ideo [QVIA mandata tua] nõ hõminũ, ſed dei, quæ Ex Aug. illi trãſgredicbãtur [QVAESIVI] interius non exterius accepi. ¶ Poteſt etiã hoc totum accipi ex perſona capitis ab illo loco, Sup omnes docẽtes me intel. Hoc enim ſecundũ caput benedicitur nõ tamẽ vox mutatur. Vnus eſt enim loquens Chriſtus & eccleſia propter illud ſacramentũ, Erũt duo in carne vna: ita ergo & in vo- Ephe. 5 ce vna. ait ergo, Super oẽs docẽtes me intellexi. Alius nõ ſuper omnes docẽtes intellexit, ꝓphetas, ſed Chriſt⁹ ſuper omnes hoĩes, quẽ pater docuit, de ꝗ ipſe ait, Sicut docuit me pater, hęc lo- Ioan. 8 quor, qđ difficillime ex pſona ipſius verbi intel ligitur. Niſi quis vtcũq; capere valeat idem eſſe filiũ à patre doctũ eſſe quod genitũ. Cui enim non eſt aliud eſſe, aliud doctũ eſſe, quod illi eſt eſſe, hoc eſt ei doctũ eſſe. A quo enim ei eſt eſſe, ab illo ſimul eſt et doctũ eſſe. Ex pſona verò hominis vbi formã ſerui accepit, facilius intelligi-

tur à patre didicisse, quę dixit, In qua forma serui constitutū maxime puerū potuerūt homines maioris ætatis docendum putare. Ideo super omnes intellexi, Quia testimonia tua meditatio Ex Aug. mea est. tēstimonia meditabatur quæ melius quam illi de se nouerat. Doctores verò sunt seniores, de quib⁹ dicit, Super senes intellexi. per hoc nota ætatem, qua puer inter senes sedebat, & super illos intelligebat, vt fecit in traditione seniorum de lauandis manibus. Ideo ait, Super senes intellexi: quia mandata tua quæsiui, quia quem dominus docet, facile doctores & senes superat. hęc etiam mēbris quæ ipse docuit, conueniunt sicut ante legimus.

5 Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua.

Ex Cass. AB omni via mala] q.d. Intēllexi mandata & opere compleui, quia [AB omni via] ipsorum seruorum & doctorum. Via dico [MALA,] id est Ex Amb. & Cass. criminali [PROHIBVI pedes meos,] id est, affectus. q.d. Pronos & volentes ire in malum. sed iste prohibuit ne peruersitate eorū subuerteretur, id est seniorū. Ad hoc prohibui [VT custodiam verba tua] quod aliter non poterat.

6 A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi.

Ex Cass. A iudiciis tuis] sic prōhibui pedes meos à via eorum, quod [NON declinaui à iudiciis tuis,] id est ab his quæ constituisti ad regulam viuendi, à Ex Amb. semitis veteris vel nouæ legis: cuius rei est causa [QVIA] tu nō Moyses [LEGEM,] id est, euāgelium [POSVISTI mihi] Vel ita, Ideo prohibui pedes, quia, A iudiciis tuis non declinaui, id Ex Aug. est, semper timui iudicia tua. Vnde alibi, A iudiciis enim tuis timui, & semper eis credidi. Quia tu, intus digito tuo, Legem posuisti mihi, id est, scripsisti in corde, non vt sicut seruus timerem, sed diligerem.

7 Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua? super mel ori meo.

Ex Amb. & Alcu. & Cass. QVAM dulcia faucib⁹] q.d. Intēllexi mente, impleui opere, & etiam annunciaui aliis, & hoc est, [QVAM dulcia] sunt [ELOQVIA tua] in quibus remissio, & vita prædicatur [FAVCIBVS meis] cordis, non carnis ad deglutiendum. [ET ori meo] ad loquendum. Faucibus nanque deglutit, ore loquitur, & loquenti sunt dulcia, & hoc [SVPER mel.] Alii interpretes dicunt, Ex Aug. Super mel & fauū ori meo. Et nōta quod vbique in iis comparationibus nō, sicut, ponit, sed, Super, quia hæc diuinis nō possunt comparari. Ex Cass. Mēl est vetus testamētum: fauus nouum, id est, melli cōparantur eloquia dei, quantum ad vetus testamentum: fauo quantū ad nouum, quod est Ex Aug. dulcius veteri, sicut fauus melle. Vel melli, quod expressum & eliquatum est, aperta doctrina similis est: fauo autē illa quæ de obstrusis sacramentis, quasi cereis cellulis ore mādentis, id est, differentis exprimitur. Cōgrue ergo illa dicuntur in comparatione eloquiorum diuinorum, cum quibus eloquia ipsa similitudines & affinitatem habent.

8 A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnē viā iniquitatis.

A mandatis tuis intellexi] Nōn mandata ipsa Ex Aug. dico me intellexisse, sed [A mādatis] quia faciendo venit iste ad altitudinem sapientiæ, quia nisi per obedientiam mandatorum non venitur ad sapientiam occultiorū. Vnde in libro sapientiæ, Concupisti sapientiā, serua mādata, & dominus Eccle. 1. iuxta Grę cum. præbet illam tibi. Si aliter feceris, dicitur tibi in libro Iesu filii Syrah, Altiora te non quæsieris, vel fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ pręcipit tibi dominus illa cogita semper, quia & antequam percipiatur sapientia & post perceptam sunt cogitanda. Quanto verò magis inflammat eum dulcedo amplioris sapientię, tanto crescit amor iustitię, vnde necessario odit omnem iniquitatē: ideoq; subdit, [PROPTEREA omnem viam iniquitatis, &c.]

In מ Men, si quę minutula sunt, facile conciliantur.

Nun iuxta Hieronymū interpretatur sempiternum.

נ NVN

Ex Cass. LVCERNA pedib⁹ meis] [NVN] In hāc decima quarta litera, qui supra mandata intellexisse & seruasse dixit, lumen verbi pedibus suis radiare gaudet, ex desiderio retributionem petens, & animā de humilitate cōmendans. Hic enim agit de humilitate, quia initium Ex Alcu. boni, & perfectionē Christo tribuit. Et quia eo illuminante & adiuuante mandata intelligūtur & perficiuntur: ideo præmittitur litera [NVN] quæ interpretatur vnicus vel pascua eorum, id Ex Amb. est Christus, quæ est singularis adiutor, & pascua animarum. Recte ergo dicitur Nun, vnicus vel pascua eorum, quia hic agitur de vnigenito dei & æterni luminis claritate, qui est etiam pascua fidelium. Ipse enim nos pascit & reficit. Bona est hæc pascua, quia carpis illic nouū florem, quia resurrectionis dedit bonū odorem: carpis illic lilium ęternitatis, & rosam dominici corporis, & sanguinis. Docet autē humilitatē in hac pascua, id est, in octonario isto, vbi agit de hac pascua, ipse etiā Christus qui est pascua nostra humilitatē in se docuit. Ipse enim verus Dauid humilis & manu fortis, patri obediens: oues patris sui diuina prædicatione pascebat, quib⁹ secundum scripturas certis indiciis suum probabat aduentum. Litera sic continuatur. q.d. Sic Ex Amb. & Alcu. & sic mihi & aliis profeci, & hoc non à me, sed, Verbum tuum, id est, Christus, qui est verbū in principio apud patrem,

LVCERNA pedib⁹ meis verbum tuum: & lumē semitis meis.

LVCERNA pedib⁹ meis] .s. pedib⁹ mētis] quibus lucet in nocte huius seculi, vt lu- Ex Amb. & glint.

nę radius[ET]eſt[LVMEN ſemitis meis,]id eſt,
Ex Amb. ſemitis bonorum operum. Attende quod idem
verbum,id eſt Chriſtus & lumen eſt,& lucerna:
ſed lucerna eſt Chriſtus, dum ore noſtro recen-
ſetur. Lucet enim in nobis tãquam in vaſe fictili
2.Cor. 4 vnde apoſtolus,Habemus theſaurũ iſtum in va-
ſis fictilibus: in ſe verò,lumen eſt inextinguibile
quod illuminat omnẽ hominẽ veniẽ.&c. Mitte
ergo oleũ,ne deficiat tibi umen lucernæ.oleum
inquam miſericordię cœleſtis & gratię,quo vn-
gebantur prophetæ , quo ceruicis noſtræ dura
molleſcunt,quo etiam colliſa ſcopulis peccato-
rum fouentur corpora . Nota etiam congruam
verborum diſtinctionem dum ait , Lucerna pe-
dibus,& lumẽ ſemitis. Lucerna enim ſufficit pe
dibus ad ambulandum . Semitis verò opus eſt,
luce expanſa ad illuminandum. Vel,Verbum,id
eſt Chriſtus dicitur lucerna ſecundum legẽ, vbi
Ex Aug. minus clare lucebat. Lumen ſecundum euange-
lium,vbi aperte irradiat . Vẽl verbũ intelligitur
2 Pet.1. verbum omnis ſanctæ ſcripturæ, quæ eſt nobis
lucerna. Vnde Petrus,Habemus certiorem pro-
pheticum ſermonem, cui intendẽtes benefaci-
tis tanquã lucernæ in obſcuro loco.Et eſt, Ver-
bum tuum, id eſt, omnis ſacrę ſcripturæ, ſcilicet
vẽrbũ, quod à prophetis, vel apoſtolis ſemina-
tur, eſt, Lucerna pedibus meis, mentis,in nocte
huius ſeculi lucens,vbi ſunt laquei,foueæ, quæ
Ex Aug. homo ſua prouidẽtia nõ vitaret. Et,idem,Ver-
bum,eſt,Lumen ſemitis meis,operũ. Lũmen ta-
1.Ioan .1 men proprie quod ex ſe lucet, non eſt niſi deus,
qui illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc
mundum. Vnde, Ego ſum lux mundi . Lucerna
autẽ eſt creatura,quæ participat lumine.Ideoq;
Ioan. 8. de Ioanne dicitur, Paraui lucernã Chriſto meo.
Cum igitur vnigenitum verbum ęquale lumen
gignenti dicatur , & homo ab illo illuminatus
dicatur lucerna, & nec homo ſit verbum, quod
eſt lumen, nec illud verbum ſit lucerna, manife-
ſtum eſt de hoc non hic agi, vbi idem verbum lu
men & lucerna dicitur.Et nota quod prius di-
Ex Caſs. xit,Pedibus,deinde,Semitis, vt nõs prius clari-
ficati corde,poſt rectis greſsibus ambulemus.

2 Iuraui & ſtatui cuſtodire iudi-
cia iuſtitiæ tuæ.

Ex Amb. IVRAVI & ſtatui]q.d. Vẽrbum eſt mihi lu
men.Et ideo præeunte hac luce,quaſi in lumine
ambulans [IVRAVI] alioquin infirmus dicit
Matt.5. Ieſus non eſſe iurandum omnino . Nemo enim
bene iurat,niſi qui poteſt ſcire quod iurat. De-
inde exponit iurare[ET]pro,id eſt [STATVI]
quaſi per ſacramentum, quia ita fixus eſt in eo,
vt ſtatuere habeatur pro iuratione. quaſi dicat,
Ego tanquam bene ambulans ad lucernã, & re-
ctas ſemitas habẽs,Iuraui & ſtatui,id eſt, firmi-
ter ſtatui. Quid?[CVSTODIRE iudicia iuſti-
tię tuę,]inter quælibet pericula,quod ſit per fi-
dem , dum ſub deo iuſto iudice: nec bonum ſine
fructu,nec malum impunitũ credatur. Ideo ait,
Ex Amb. Statui cuſtodire iudicia iuſtitię tuæ, vt crẽdam,
& Aug. ſcilicet cuique retribuendum eſſe ſecũdum me-
rita,& etiam quę hic agitur in bonis & in ma-
lis iuſto iudicio dei fieri, vt à nullo moueatur
perfectus, ſed pro hac fide ſuſtineat grauia.

3 Humiliatus ſum vſquequaq; do-
mine: viuifica me ſecũdum verbum
tuum.

HVMILIATVS ſum]q.d. & ideo quia cu- Ex Aug.
ſtodio[HVMILIATVS ſum vſquequaq;] vel,
Vſque valde,à perſecutore,non dico humiliaui
me, vt humilitatem quæ in præcepto eſt: intel-
ligi ſit neceſſe: ſed, Humiliatus ſum, vehementi
perſecutione,ſed ne fides deficiat,ò[DOMINE
viuifica me ſecundum verbum tuum,]id eſt, ſe-
cundum promiſſum tuum, vt cuſtodiam iudicia Ex Amb.
iuſtitię tuę. Aliter, & ãnima moritur in tribula-
tione, niſi viuifices . Vel de virtute humilitatis
agit, cum ait , Huiliatus ſum vſquequaque hoc
volebar, qui cuſtodit iudicia iuſtitię tuę. Beatus
qui gloriatur humilitate magis quã poteſtate:
poteſtas enim decipit : humilitas non deſtituit.
Ideo ò , Domine viuifica me ſecũdum verbum
tuum, vt ſecundum verbum tuum viuam, & o-
mnia cum ratione faciam. Et ò,

4 Volũtaria oris mei beneplacita
fac domine: & iudicia tua doce me.

DOMINE fac voluntaria oris mei benepla-
cita, id eſt, ſacrificia laudis charitate, non timo- Ex Aug.
re oblata, placeant tibi. ne reprobes, ſed appro-
ba ſacrificia laudis confeſsione oblata charita-
tis, non alio modo. Et ideo bene ait, Volũtaria,
Vŏluntaria enim eſt confeſsio laudis, quam iſte Ex Amb.
inter anguſtias offert, qua oblatione placatus, & Aug.
[ET IVDICIA TVA DOMINE DOCE
me,] qũæ fidelibus aperis, quæ ſæpe dixit ſe ac- Ex Aug.
cepiſſe, ex ardore charitatis iterum petit. Iam & Caſs.
enim nouerat: ſed quærit addi. Ideo doce, quia,

5 Anima mea in manibus meis
ſemper. & legem tuam non ſum
oblitus.

ANIMA MEA] ẽſt[IN MANIBVS meis Ex Aug.
ſemper.] Plures libri habent [IN MANIBVS
tuis] vnde nullus poteſt eam rapere. Vnde, Iu- Eſa.3
ſtorum animæ in manu dei ſunt, in manu cuius
Et nos ſumus, & ſermones noſtri[ET] tuis ma-
nibus adiutus[LEGEM tuam non ſum oblitus]
inde poteſt videri anima in manibus dei locata.
hoc quidem planum eſt, ſed nõnulli codices ha-
bent, Anima mea in manib⁹ meis ſemper, quod
quomodo intelligatur ignoro . Videtur iunior
ille filius animam in manibus ſuis habuiſſe, dum Luc.15
dixit patri , Da mihi portionem ſubſtantię quæ
me contingit vnde perierat. Ideo mortuus erat,
niſi dicatur , Anima mea , eſt, In manibus meis Ex Amb.
ſemper, id eſt, in ŏperibus meis, quia ſemper la- & Aug.
boro pro anima, eo quod eam ſemper offero ti-
bi viuificandã, vt alibi dicitur, Ad te leuaui ani- Ex Amb.
mam meã, Et legẽ tuam nõ ſum oblitus . Nõta
ordinẽ verborũ, & vide qualiter iſte profecit. hu
miliatus enim viuificatur, ſecundũ promiſsionẽ
dei viuificat⁹ ſpiritu volũtarius eſt miniſter, nõ
ex neceſsitate. Deinde talis factus docet iudicia
dei q̃ ſunt inſcrutabilia. Hęc autẽ ſũt vt nõ red-
dat mala pro malis. Hęc autẽ doceri poteſt qui

animam semper intendit ad deum, & legis dei non est oblitus. Vnde iam lętus & securus dicit,

6 Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mãdatis tuis nõ erraui.

POSVERVNT peccatores laqueum] q.d. [Ex Amb.] Nõn sum oblitus legem tuam, sed licet peccatores ponant laqueum, non erraui. Et hoc est, [POSVERVNT peccatores laqueũ mihi, & de [Ex Cass.] mandatis tuis non erraui] Mãndata Dei, sunt cæleste antidotum contra laqueos & venena seculi, quibus non capitur qui à mandatis tuis non declinat, quia iuxta ipsa non in ipsis sunt insidiæ.

7 Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei sunt.

ACQVISIVI hęreditate,] id est, firmã pos- [Ex Amb.] sessione à deo, cuius hæres est iste qui prius fuit hæres Adę. Quid? [TESTIMONIA tua] scilicet vt tẽstis dei, id est, vt martyr essem. Et hoc est mihi [IN ęternũ] quia nõ est in eis gloria temporalis, vana quæsentium, sed æterna gloria ad tempus patientium, & sine fine regnantium. [QVIA exultatio cordis mei sunt] & si afflictio corporis sunt. Et cum sint exultatio, lætus.

8 Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum: propter retributionem.

INCLINAVI cor meum] Vẽl ita cõtinua, [Ex Amb.] per humilitatẽ. superba enim respuit deus [AD FACIENDAS iustificationes tuas in ęternum propter retributionem] Iũstificationes dicit o- [Ex Aug.] pera bona, quę operamur circa necessitates proximorum, quæ nõ erunt ęterna. Quomodo ergo in æternũ facturi sumus iustificationes? Sed ista sine dilectione facta, nõ sunt iustificationes. Ipsa autẽ dilectio æterna est, eiq; æterna parata est retributio: & ipsa in ęternũ diligens, in ęternũ meretur habere quẽ diligit. Quod ergo ait, In ęternum, ad verunque referẽdum est, scilicet ad meritum dilectionis ęternę, & ad præmiũ retributionis ęternæ.

COLLATIO in נ Nun.

ANIMA mea in manib⁹ meis.] Hoc in loco docet Hieronymus codices Gręcos esse falsatos ἐν ταῖς χερσίν σου, id est, in manibus tuis. Quam lectionem habet editio Romana, & quam sequitur Augustinus, licet alteram nõ taceat. Sed sciendum (vt ait Hieronymus) apud Hebræos, & apud Septuaginta, & apud omnes alios interpretes, scriptum esse, in manibus meis, & non, in manibus tuis, quod Hebraice dicitur בְּכַפַּי becapai. Et omnes apud Græcos ecclesiastici interpretes, istum locum sic edisserunt. Et est breuiter sensus, Quotidie periclitor, & quasi in manibus meis, sanguinem meum porto, & tamẽ legem tuam non obliuiscor.

8 PROPTER retributionem.] Recẽtiores, Vsque in finem. Pellicanus tamẽ accipit, vsque in finem, id est, ad vnguem, perfecte. Paraphrasis Campens. Vsque in finem vitę meę. Translator tamen è regione habet non sine causa. Cęterum iam diximus semel עֵקֶב equeb, significare Hebręis, finem & mercedẽ, eo quod est finis laboris. Et Hieronymus vertit, propter ęternam retributionem. Ac interpretes pro Caietano posuerunt, studens æterno fini. Et Nebiensis, Ad æternum finem.

[Samech est adiutorium iuxta Hieronymum. Ex Cass. & Hay.]

ס SAMECH

INIQVOS odio habui] [SAMECH] Qui supra dixit lumẽ verbi pedibus irradiare, in hac decima quinta litera agit de odio iniquorum, qui legi dei aduersantur. Et quia diligẽs cautela est habẽda in odio inimicorũ & in dilectione amicorum, ideo congrue huic octonario præ- mittitur litera [SAMECH] quæ interpretatur [Ex Amb.] audi vel firmamentum, quod cõcurrit: quia nemo firmatur qui nõ audit intus spiritualiter auribus mentis quid sequi debeat. Mysticum verò notat esse quod dicturus est, qui lectorẽ ad auditum vocat: vnde alibi ad mysticum intellectũ, & rem diligenter intelligẽdam inuitans dominus ait, Audi populus meus & loquar Israel. [Lue.8] Et alibi, Qui habet aures audiendi audiat. Hoc modo audiebat propheta, qui alibi ait, Audiam [Psal.84] quid loquatur in me dominus deus. Non ergo ad auditum corporis ociose admonens, qui suppetit vniuersis ipso iure naturę, sed ad auditum spiritualem, vt non vsu corporis, sed intellectu mentis subscriptorũ versuum continentiã non negligenter, sed attẽte audias. q.d. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas.

I NIQVOS odio habui: & legẽ tuam dilexi.

INIQVOS] autẽ, vel, Ex leges, alia litera [ODIO habui] qũicunque sint, quia [Ex amb.] nec amici contra deum audiendi sunt. Hoc autem non ociosis auribus, sed attẽtis audiendum est. Hoc enim videtur consentire illi, quod dominus ait, Qui nõ oderit patrem & matrem, & [Luc.14.] vxorem & filios & fratres propter me, non est me dignus. Dissentire autẽ videtur ab eo quod alibi idem dominus præcipit dicẽs, Diligite ini- [Matth. 5.] micos vestros, &c. Et ab eo quod in lege præcipitur de honorandis parentibus, sed hęc inter se [Deut. 5.] cõtraria nõ esse intelligit, qui causas dilectionis & odii diligenter attendit. Natura enim quam deus creauit in omnibus est diligenda & adiuuãda, iniquitas autẽ odienda & disperdẽda. Sũt ergo diligẽdi qui persequũtur, inquãtum homines: & odiẽdi, quia mali. Aliquos enim pie amare & odisse possumus, vt quos dilexeris odisses & quos oderis amare cõueniat. Similiter amici vitandi sunt, qui mala suadent: qui sępe flectunt quos ferũ nõ vincit, quod audiendũ est & caute agendum. Amandi etiam sunt parentes & amici, sed nõ plus quã Deus. Vnde ipse ait, Qui [Matth.10] diligit patrem & matrem plusquam me, non est

Ex Amb. me dignus. Et est, Iniquos, id est eaortes legis,
Odio habui, non quia homines, sed quia mali.
Non enim Dauid Saulem oderat hominem, sed
persecutorem. Quare odio habui? [E T], i. quia
Ex Aug. [L E G E M tuā dilexi] ita indicat quod non na-
turam odit in hominibus iniquis qua sunt ho-
mines: sed quod legi quam diligit, cōtrarii sunt.
Et quia legem dilexi, ideo tu es,

2 Adiutor & susceptor meus es tu: & in verbū tuum supersperaui.

Ex Aug: A D I V T O R meus] ad bona facienda. [E T
susceptor meus] ad mala euadenda. vel, [T V es]
Ex Amb. Adiutor meus, pēr legem. Et, Susceptor meus,
& Cass. per euangelium, per incarnationem, ne legi car-
nis vlterius iste subsit. de qua susceptione sequi-
tur, [E T I N verbum tuum] nonin legem, non
in prophetas, sed in, Verbum tuum, id est, dei-
tatis præsidium in quo nullus decipitur, in quo
à morte soluimur, Vel, In verbū tuum, id est, in
Ex Aug. prōmissionem tāquam filius promissionis [S V-
& Ambr. persperaui] semper addens spei. ergo,

3 Declinate à me maligni: & scrutabor mandata dei mei.

Ex Amb. D E C L I N A T E à me maligni] Quī in Chri
stum sperat à perfidorum consortio se separare
Ex Cass. debet: sicut iste facit. Hōc autē dicit de perstre-
pentibus, qui contentione scripturas lacerant,
quibus non est votum conuerti, quibus confli-
gentibus non possumus mandata scrutari [E T
Ex Amb. scrutabor mandata dei mei] Vbī enim est mali-
gnitas, non est mandatorum cęlestium custodia.
In maliuolam enim animam non intrat sapien-
tia. vnde alibi, Quærūt me mali & non inue-
nient. Simplicem mentem & defecatū animum
diligit Christus. Non potest immaculatę virtuti
vllum cū maculosis contubernium esse flagitiis.
Et nota quod ait, Serutabor mandata, & nō ait,
Ex Aug. Faciam, quia mali ad facienda mandata nos ex-
ercent: sed à scrutādis reuocāt, modo persequen-
do, modo litigando, vel honorādo nos, vt tem-
pora quæ legi dei debemus terrenis eorū nego-
tiis iuuandis impendamus modo premendo in-
firmos, vt ad nos refugere necesse sit. talium er-
go turbulentorum tædio, & legis dei desiderio,
Clamat iste, Declinate à me maligni & scruta-
bor, quasi muscas irruētes ab oculis abigit: qui-
bus fugatis, ab adiutore suo pcatur suscipi, dicēs,

4 Suscipe me secūdum eloquium tuum, & viuam: & non confundas me ab expectatione mea.

Ex Amb. S V S C I P E me] Illis permixtus suscipi nō po
Ex Aug. terat. Et nōta qd supradixerat, susceptor meus
es tu: hic dicit suscipe, ac si dicat, Tu qui susce-
ptor es, magis ac magis [S V S C I P E] & hoc [S E-
Ex Amb. cundum eloquium tuum,] id est, prōmissum. si-
cut promisit fieri petit sibi, & ideo non est te-
Ex Aug. merarius, si hoc petit. Suscipe dico vt ad futu-
ra veniens, propter quæ omnia tolero, vere vi-
uam. sic de futuro dictū est [E T viuā] q. d. modo
nō iuuatur, quia modo corpus mortuū est pro-
pter peccatum [E T] vt tūc, Viuam [N O N con-
fundas me ab expectatione mea,] id est, largius
da spiritum sanctum, per quem charitas diffusa Rom. 8.
est in cordibus nostris, qua diffusa spes non con Rom. 5
fundit. ac si dicat, non vincātur aduersis, qui in
te sperant. & quasi responsum sit ei in silentio,
si non vis confundi ab expectatione tua, nō in-
termittas meditari iustificationes meas, sentiens
istā meditationem plęrunque impediri languo-
ribus animæ, inquit,

5 Adiuua me & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper.

A D I V V A me] q. d. Nōn confundas, sed ad- Ex Amb.
iuua me, qui sperat præsumit de auxilio in quo
certa salus. Supradixit, Adiutor meus es: hic iu-
uari petit, quia quanuis hic accipiamus, tamen
semper ad rogandum, nequando per negligen-
tiam perdamus. Adiuua dico [E T saluus ero] &
accepta salute [M E D I T A B O R] hoc ideo dicit,
ne aliqui adiuti, in aduersis, postea negligentes
sint in seculis. Meditabor dico [I N I V S T I F I-
cationibus tuis] hoc firmiter tenēs, quod nemo
iustus est nisi à te: & hoc faciam [S E M P E R]
Hoc ideo dicit, vt semper sit homo humilis, con
fitendo peccata, non se iustificās, vt Phariseus. Luc. 18.
ne hic tantum, sed in futuro etiam sit humilis:
non sibi, sed gratiæ dei, attribuens gloriam. O-
mnis enim creatura, quęcunque bona habet, ac-
cepit à Christo, qui est auctor totius creaturæ.
Et est, Meditabor, scilicet, In iustificationibus
tuis semper, vel quandiu viuer, vel quādo cum
angelis laudes dei cantabit. ideo semper, quia,

6 Spreuisti omnes discedentes à iudiciis tuis: quia iniusta cogitatio eorum.

S P R E V I S T I O M N E S D I S C E D E N-
T E S] Vēl ita continua, hoc ideo peto, scilicet vt Ex Aug.
adiuues, quia [S P R E V I S T I] vel ad nihilum,
deduxisti, quod ex Græco habetur [O M N E S
D I S C E D E N T E S A I V D I C I I S tuis] scilicet
qui non cōfitentur peccata. & merito [Q V I A Ex Amb.
I N I V S T A E S T C O G I T A T I O eorum.]
quia forsan se excusant per debilem naturam. Ex Hay.
Vēl ita, ideo discedunt, quia, Iniusta est cogi-
tatio eorum. Iniusta cogitatio est, velle pecca- Ex Cass.
re, & iudici nolle satisfacere. Sufficientem cau-
sam discedendi apposuit cogitationem. Cōgita- Ex Aug.
tatione enim acceditur ad deum, vel disceditur
ab eo, à qua omnia bona vel mala procedunt. Et
ideo spreuisti, quia,

7 Pręuaricantes reputaui omnes peccatores terrę: ideo dilexi testimonia tua.

P R A E V A R I C A N T E S] sunt, quales ego Ex Aug.
[R E P V T A V I] vel, Existimaui, vel, Deputaui,
[O M N E S peccatores terrę] quia & si præuari-
catio non est vbi non est lex, & non omnes ha-
bent legem scriptam per Moysen, scilicet datā:
habēt tamē naturalem, dicentē, Quod tibi non Matth. 7

vis fieri, alij non feceris: contra quod omnes fi-
Ex Amb. cionr,& paruuli ficut in patre sunt peccatores, sic & praeuaricatores. Omnis ergo peccator, est praeuaricator. Et nota quod ait, Peccatores terrę, quia sunt & peccatores cęli. sicut ille qui sic, Peccaui in caelum & coram te, & quicunq; minuit gratiam quam accepit de caelo, quam spiritus sanctus infudit. Peccat ergo in cęlum, qui cęli incola caelum relinquit. Peccator est terrę, qui terrenis inuoluitur delictis. Ideo [D I L E X I] q. d. Et quia lex vel in paradiso data, vel naturaliter insita, vel literis iterata, fecit omnes praeuaricantes, [I D E O dilexi testimonia] quae sunt in
Ex Aug. lege, [T V A] id est de gratia tua, vt non sit in me iustitia mea, sed tua. Lex enim prodest, vt mittat ad gratiam, nō solum attestādo eam, sed timore pręuaricationis quā fecit. Ideo, ergo ait, Dilexi testimonia tua, quia lex ad gratiam ducit, quę so la liberat. Cognita autem gratia dei, quae sola liberat à praeuaricatione legis orat.

8 Cōfige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.

Ex Aug. C O N F I G E] q. d. Dilexi testimonia tua, & tu
1 Ioan. 4 [C O N F I G E timore tuo] casto, qui foras mittit timorem seruilem, quo poena timetur: non a-
Galat. 2. matur iustitia, [C A R N E S meas] vt Christo cōfixus sim cruci, timore. [TI M V I enim à iudicijs tuis] ita imple me timore, & perfice mihi hunc timorem quem habeo, vt sufficiat crucifigendis
Ex Amb. carnibus, id est vt velim & valeā patibulum crucis tuae imitari, carnes pro tuo nomine martyrij clauis configendas tradendo. Vel ita potius, Timore tuo, casto, qui permanet in aeternum, Cōfige carnes meas, id est comprime carnalia desideria, carnales concupiscentias. Ideo dicit, Car-
Ex Cass. nes, quia inde non sciebat praeuaricationem poenitere. Et nota quod ait, Confige, q. d. non solū
Ex Aug. religa vt latronem vel feram, sed, Confige. Qui diligit testimonia, configit carnes suas. Ideo dico timore tuo, quia timor legis hoc non valet efficere. Iam, Enim timui à iudicijs tuis, cum lex minaretur poenam, id est timor legis seruilis pedagogus in me praecessit, qui ad castum ducit. Sed non crucifigit carnem, qua viuit peccandi voluntas: & sequeretur opus si speraretur impunitas. Mallet enim licere, & dolet non licere, quia lex vetat: quia non spiritualiter delectatur eius bono, sed carnaliter malum metuit quod minatur: charitas autem peccare timet, etiam si sequatur impunitas. Et est sensus, Da mihi castū timorem, quo configantur carnalia vitia, ad quē petendum me quasi pedagogus, timor legis perduxit; quo timore, A iudicijs tuis timui.

COLLATIO
In ס Samech.

1 A D I V T O R.] Heb. legitur סִתְרִי sithri, quod quidam vertunt latibulum meum, siue absconsio mea, id certè protectionem & refugium, ac certum auxilium dicit. Vnde Hieronymus transtulit, protectio mea. Similem habet metaphoram, quod continuo sequitur, מָגִנִּי maginni, id est scutum meum.

6 A iustitijs tuis.] Sic enim habent libri correctiores. Et apud antiquos legimus, à iustificationibus tuis. Nempe apud Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Arnobium, Hilarium, Cassiodor. Et est manifestus error scribae. Nam in superiori versu, Meditabor in iustificationibus tuis, habent eadem poenitus verba graecè & hebraicè, quae in hoc praesenti. Hebr. quidem, חֻקֶּיךָ huqqeca, graecè δικαιώματά σου, &, δικαιωμάτων σου. Sciēdum tamen iudicia, dici in scriptura etiam dei praecepta. Nam teste Augusti- Indicia dei praecepta eius sunt.
no in quaestionibus Exodi, q. 88. iudicium sanè solet appellare scriptura, quod iustum est. Rursus in psal. 71. ad illum versum, Deus iudicium tuum regi da, copiosè ostendit idē pollere iudicium & iustitiam. Illud praeterea possemus probare, ex versu superiori in hoc psalm. A iudicijs tuis non declinaui, quia tu &c. vbi indicia accipiuntur dei praecepta, quę sunt eius iustificationes, vt interpretatur Hilarius & Cassiodorus, etiam si possint intelligi iudicia quae vindictam exerceant, aut praemia conferunt. Hilarius, Qualis autem custodia verbi dei esse debeat, sequens versus docet. Sequitur enim, A iudicijs tuis non declinaui, quia tu posuistī legem mihi. Haec est igitur vera custodia, nullam in partem à dei iudicijs deflectere, nec leui saltem declinare decessu, sed intentum semper & immobilem in eo quo institit permanere. Non declinat autem, quia deus legem sibi statuerat. Haec Hilar. Nūc Cassiodorus, A iudicijs ergo tuis dicit, id est quod tua voluntas sancta constituit, & viuendi regulam nobis dedit. Ab eis vtiq; non declinare, hoc est in via recta consistere. Proinde anxiè de hoc digladiari ineptum est. Vera custodia.

C O G I T A T I O eorum.] Nebiensis, Sanctes, Munsterus, Pellicanus, editio sd Cāpensem, vertunt fraudulētiam aut dolum. Hieronymus, Pratensis, Campensis, cogitationem. Interpretes pro Caietano, sapientiam. תַּרְמִיתָם tarmitham.

7 P R A E V A R I C A N T E S.] Omnes vertunt scoriam, scorias, rubigines. Sciendum Lxx, vt apparet, deformasse vocabulum Hebraicum סִיגִים sigim, à radice סוּג sog, id est declinauit, vt intelligas declinantes, qui pręuaricantur legem. Si vero simpliciter סִיגִים sigim, à סִיג sig, sonat scoriam. Chaldaeus tamen habet, Idola confregisti.

R E P V T A V I.] Vel vt habet Hieronymus & Pellicanus sub secunda persona, computasti, vel existimasti. Alij dicunt deleuisti, aut cessare fecisti. Lxx & Hieronymus vehementer in consectationem adducunt nos, quod legerint heth, aspirationem fortem, pro he, aspiratione leui, quum sufficientem habeant communicatē, nec idipsum tacuit Sanctes in radice שָׁבַת sabath. Et enim חִשַּׁבְתָּ hisschbata, est reputasti חִשַּׁבְתִּי hisschabti, reputaui, à radice חָשַׁב hisscheb. At vero הִשְׁבַּתָּ hisschabat, à themate שָׁבַת schabath. In coniugatione quam dicunt hiphil, significat delesti, cessare fecisti. Tandem vtrobique sententia digna est.

CONFIGE timore tuo.] Hieronymus & cæteri legunt indicatiuè horripilauit, siue horrore concussa est propter timorem caro mea. Lxx legerũt imperatiuè seu deprecatoriè סְמֹר semor, & non סָמַר samar, præsertim si non assignantur punctorum notulæ. sic aut sic efferre cuiq; remanet integrũ, nec extra significantiam dictionis verterunt Lxx. Nã nomen ab eo deductum verbo, מַסְמֵר masmar, clauum designat, Esa. 41. Confortauit eum clauis vt non moueatur. בְּמַסְמְרִים bemasmerim, id est in clauis.

ע AIN.

Ex Cass. & Alcu. FECI iudicium] AIN] Qui supradixit se odio habere iniquos, in hac decimasexta litera petit aduentum Christi, quia tempus est superbos destrui. Et quia tunc vigilandum est & sagaciter agendum contra fidei Christianæ aduersarios, ideo cõgruè huic octonario præmittitur litera [AIN] quæ interpretatur oculus. Et intelligitur spiritualis oculus qui prænidet, quid tenendum sit vel nõ, quia hic sagax in discretione legis ostenditur cõtra hæreticos

Ex Amb. & peruersiores. Est & aliter oculus, scilicet corporis, de quo si hoc accipiatur, conuenit alia huius literę interpretatio. Interpretatur enim Ain etiam fons, quod concurrit, quia inde oculis est origo, & quasi quidam fons peccati vel iustitię. si enim vidẽs mulieris pulchritudinem, laudasti artificis opus, oculus tuus fuit fons iustitiæ. Si etiã vidẽs possessiones pupillorũ, inuasores eorũ repulisti: sic quoq; oculus tuus fuit fons iustitię. Si autem aspiciens agrum pupilli vineis consitũ, segetibus lætum, auaritiæ facibus accensus, trãsisti patrum limites, atq; in possessionem indefensam improbus irruisti, oculus tuus fons & origo peccati & mortis perpetuæ fuit. Iste ergo spiritu prophetico præuidens iudicium dei, in quo bonus non perit, malus non eludit, bona fretus conscientia, dicit,

F ECI iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me.

FECI iudicium &c.] q.

Ex Amb. d. cõfige carnes, & confixis carnibus [FECI iudicium] discernendo in iudicijs, [ET iusti-

Ex Aug. tiam] in operibus. Ecce qui petebat supra configi carnea, quæ impediunt iudicium, iam facit iudicium, quod & ipso nomine rectum indicatur, quamuis solet dici cotidiano vsu nostri sermonis, rectum est vel prauum iudicium. Iustitia vero est magis virtus animi: quam qui habet, rectè iudicat. sed quia eam non facit in homine nisi deus, hic non ipsa, sed opus eius signatur nomine iustitiæ, ideo intelligendum est sic, quod ait,

Ex Amb. Feci iustitiam, id est opus iustitię. Et nota quod hoc dicere non est iactantia gloriosi & insolentis, sed assertio vitæ innocentis iure præsumpta,

Ex Aug. ne videatur dignus qui detur nocentibus. Dẽfensio igitur est, non arrogantia. Qui autem cõfixus facit iudicium & iustitiam, debet orare ne timendo pati mala cedat inimicis, vt faciat mala, quia qui dedit vincere carnem, ne voluptate trahatur, dat etiam patientiam, ne dolore frangatur. [NE tradas me] q.d. Feci iudiciũ, & ideo, Ne tradas, deserendo, Me, secundum animam, & si secundum corpus [CALVMNIANTIBVS me] id est illis qui propterea aduersantur, quia feci iudicium & iustitiam. Vt homo timet iste Ex Amb. in bello diaboli, sciẽs bellum impar sibi esse aduersum spiritualia nequitiæ. Et ideo non fisus sibi humiliter petit.

2 Suscipe seruum tuum in bonum: non calumnientur me superbi.

Ex gl. int. SVSCIPE seruum tuum in bonum] q.d. nõ tradas, sed potius [SVSCIPE] vt patronus, [SERVVM tuum] non alterius. Bene nominat se seruum, Ex Cass. quod est liberationis indicium. Seruus dicitur à seruando, eo quod captus ab imminenti seruatur interitu. Suscipe dico, [IN bonum] Ex Aug. quẽ illi impellunt in malum, ac si dicat, prosit Ex Amb. etiam mihi, quod seruus tuus sum, non alterius: preciosa est hæc seruitus quæ virtutum constat expensis. Ideo timeo tradi, quia calumniatores contra meam innocentiam se erigunt & superbi. [NON calumnientur me superbi] Quòd ait, non calumnientur, græca locutio est, minus vsitata nobis. Et est sensus, Non calumnientur me, id est nõ capiant, calumniando. Calumniarum autem maxima est, quod superbi dicunt, à nobis mortuum coli. Superbi vero sunt Iudæi & gentes, hæretici, schismatici: quos omnes superbia de corpore Christi præcidit. Habent autem quique proprias sibi calumnias contra humilitatem Christianam: quarum maxima est illa Ex Aug. quam diximus. Calumniatur etiam diabolus, di Iob 1 cens, Nunquid Iob timet deum frustra? Sed horum omnium calumniæ tanquam colubrorum Ioann. 3 venena vincuntur, si quis fide attendit crucifi- Num. 21 xum, pro similitudine carnis peccati, in æneo serpente præfiguratum, quem Moses in deserto exaltauit, vt percussi à serpentibus eius intuitu sanarentur.

3 Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquium iustitiæ tuæ. Ex Amb. & Aug.

OCVLI mei] interiores, [DEFECERVNT Ex Amb. à se sitienter & ardenter intuendo, [IN salutare tuum] id est in Christum. Isti sunt oculi animæ non corporis, qui in Christum deficiunt, præuidentes futura supplicia, vt peccatorum gerendam annuntient pœnitentiam, vel videntes Christi gratiam, per quam regnum cælorum certissimè sperantibus datur. Et illi sunt oculi pœnæ, isti sunt oculi gratiæ: & imperfectæ fortasse animæ sunt oculi suppliciorum. Perfectę autem oculi gratiarum puriores, & sinceriores. Potest etiam vna & eadẽ anima habere oculum suppliciorum, & oculum gratię, & ille dexter, & ille læuus est. Et ideo pluraliter dixit, Oculi. Hi autẽ oculi istius defecerunt in Christum, dum me- Ex Aug. mor infirmitatis humanę diuinam in Christum

Ex Amb. desiderat gratiam, vt sit iustus, [E T defecerunt
& Aug. in eloquium iustitiæ tuæ] Eloquium iustitiæ di
cit verba euãgelica, quæ Christus dicturus erat,
vt nos iustificaret. Nos enim sumus iustitia dei
2 Cor. 5 in Christo Iesu, vt ait Apostolus.

4 Fac cum seruo tuo secundũ misericordiam tuam, & iustificationes tuas doce me.

F A C cum seruo tuo] q.d. non solum nõ tra-
Ex Amb. das, sed [F A C cum seruo tuo] non secundum
iustitiam meam, sed [S E C V N D V M misericor
diam tuam.] Nõn est fastidium petendi, vbi lar
Ex Cass. giras est datoris. Infinita petit, qui secundum mi
sericordiam quærit. Et nota quod ait, Fac cum
seruo tuo. Ecce in hoc liberum arbitrium indi-
Ex Hilar. cat, quod gratiæ comparatur. Notã etiam quod
Ex Cass. ait, Tuo, quasi non alterius, qui enim alterius ser
nus est, statim cadit, [E T] quid? [D O C E me iusti
ficationes tuas] quibus tu iustos facis, nõ homo
Ex Aug. se. Iustificationes quas iam accepit, semper pe-
Ex Cass. tit, vt & ibi, Panem nostrum cotidianum &c.

Lucæ 11 5 Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua.

S E R V V S] enim [T V V S] non peccari, [S V M
Ex Amb. ego] quia non bene cessit cum fui liber meus.
Ex Aug. Et quia seruus suus sum, ideo [D A mihi intel-
lectum] Iam habet intellectum, sed vberiorem
quærit, vt semper accipiet, & quodammodo
de fonte lucis æternæ semper bibat. Dico da,
ad hoc vtique, [V T sciam testimonia tua] qũia
opus est contra calumniantes. Ideo da intelle-
Ex gl. int. ctum, quia modo est

6 Tempus faciendi domine: dissipauerunt legem tuam.

T E M P V S] sibi, ô [D O M I N E] vel domino, [F A-
C I E N D I] non iam iubendi, qũia legis iussa pro-
Ex Aug. desse non potuerunt. Claudus enim erat mun-
Ex Amb. dus, & titubãte vestigio fidei, fluctuabat omnem
substantiam suam in medicis nihil proficienti-
bus erogauerat mulier illa euangelica. Faciendi,
ergo, Tempus, non iubendi. Est enim tempus ta
cendi, & tempus loquendi. tempus legis dicitur
tempus loquendi, vbi erat vox verborum sine
operatione gratiæ: tempus vero euangelij est
tempus tacendi illa legalia, & operandi spiritua
lia. Tẽmpus ergo plenitudinis, est dies salutis,
Ex Aug. est tempus domino faciendi, hoc est vt pro no-
Ex Amb. bis crucem ascendat, mortem subeat, peccatum
& mortem tollat, vitam reparet. Ideo tempus,
quia superbi Iudęi de se præsumentes, suam iusti
Ex Aug. tiam cõstituere volentes, [D I S S I P A V E R V N T
legẽ tuam] præuaricando, aliter agentes quàm
præceptum foret. Vnde quilibet humiliati, cõfu
gerunt ad gratiam subuenientem, & ita dissipa-
ta lege, tempus erat, vt per Christum misericor-
dia veniret, vt vbi abundaret delictum, supera-
bundaret & gratia.

7 Ideo dilexi mandata tua: super aurum & topazion.

Ex Aug. I D E O] scilicet quia tempus est gratiæ, [D I
L E X I mandata tua] Vel ita prophetico spiri- Ex Alcu.
tu pręuidet iste tẽpora Antichristi, vel Antio- & Cass.
chi, quando erit tribulatio & multorum abun-
dabit iniquitas. Et quia videt illis temporibus
legem dei esse polluendam clamat tempus esse
subueniendi, ne salus populi pereat, dicẽs, ô Do
mine tẽpus est faciendi. i. adinuãdi nõ differen-
di, quod expedit; quia, Dissipauerũt legem tuã.
Et, Ideo, quia dissipant, quantomagis dissipant,
tantomagis, Dilexi mandata tua. Id enim gratia Ex Aug.
fecit, vt ea dilectione impleantur mandata, quę
timore non poterant impleri. Dilexi dico, [S V-
P E R aurum & topazion] Hoc est quod alibi
dicit, Super aurum & lapidem preciosum mul-
tum. Topazius enim dicitur lapis multum pre-
ciosus, olim cum in veteri testamẽto lateret sub
velo gratia, propter terrenã mercedem conabã
tur facere mandata, nec tamen faciebant, quia
non amabãt; sed cum amantur super aurum, o-
mnis terrena merces vilis est, nec illis compara-
tur. Et quia dilexi,

8 Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnẽ viam iniquam odio habui.

P R O P T E R E A dirigebar ad omnia man-
data tua] quibus dilectione cohærebam, vt ex Ex Aug.
rectis rectus fierem. vnde hoc sequitur, quod
[O M N E M viam iniquam] quæ est quasi naufra
gium rectæ viæ, [O D I O habui] Qui enim a-
mat rectam viam, necessario odit iniquam. Ali-
ter enim ad omnia mandata non potest dirigi.

COLLATIO
In ע Ain.

2 S V S C I P E seruum tuum.] Hieronymus,
Pratensis, translator ad Campensem, sponde, si-
ue fidem iube pro seruo tuo. Sanctes, Congruere
fac seruum. Munsterus, Dulce fac seruo tuo, id
quod est bonum. Assonant Nebiensis, Pellica-
nus, & interpretes pro Caietano. Campensis au
tem, Instiga seruum tuum. Quæq; significantia
verbi Hebraïco respondet עֲרֹב arob. Qui ve-
ro spondet pro aliquo, quasi suscipis personam
illius pro quo spondet. Quando præterea ser-
nus suscipitur in bonum, ad illud aptatur, & al-
licitur ipsius boni expetendo dulcore.

T E M P V S faciendi domine,] In Hebræo ad
literam habetur domino, לַיהוָה ladonai, & grę
cè τῷ κυρίῳ. Hieronymus tamen apertissimè
vertit vocandi casu. Tẽmpus est vt facias domi
ne, quasi debeamus clamare domino istud, Tem
pus faciendi, siue vt facias domine. Munste-
rus de suo admiscuit, ad eum modum
transferens, Tempus est vt dominus
iudicium faciat, nec perinde qua-
drat expositioni sanctorum.
Chaldæus sic interpre-
tatur. Tempus est
faciendi volun-
tatem dei.

פ PHE.

Ex Caſſ. — Phe iuxta Hicro. interpretatur os, ab ore, nõ ab oſſe. — Ex Alcu. — Ex Amb.

MIRABILIA teſtimonia tua domine] PHE] In hãc decima ſeptima litera dicit ſe os aperuiſſe,& attraxiſſe ſpiritum,vt eius audiatur oratio, & ploraſſe, quia non eſt à iudęis lex cuſtodita. Vnde cõgruè huic octonario præponitur litera [PHE] quæ interpretatur errauit,quia hic cõdolet his, qui à via veritatis errando calumniantur: quibus proponit quomodo ſeruatur legem,& qualem intellectum habet in ea. Et quia, Phe, interpretatur errauit, merito huic literæ lachrimabilis pſalmus ſubiectus eſt,ſcilicet, Aſpice in me,& miſerere mei, &, Redime me à calumnijs hominũ, Faciẽ tuam illumina. Sed quia tardius venit deſideratus, ſubdit etiam, Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. In Threnis quoque Hieremiæ, lachrymabilior ſeries ſub hac litera eſt, dum ait, Expandit Sion manus ſuas, nõ eſt qui conſoletur eam. Et item, Aperuerunt os in te omnes inimici tui, ſibilauerũt & fremuerũt dentibus. Sicut ergo Hieremias ſub hac litera excidium ſuæ gentis plorabat, ita dolet hic Dauid errorem populi, ſed nõ deſperans. Deſcenſus ad literam talis eſt. q.d. pudet me erroris. tibi deo viuo non audeo loqui, tamen teſtimonijs tuæ miſerationis veniã promittis, atque multarum indulgentiarum titulis ad ſperandam veniam prouocas, nam

IRABILIA teſtimonia tua domine: ideo ſcrutata eſt ea anima mea.

Ex Amb. — Ex Aug. — Ex Caſſ. — Ex Aug.

MIRABILIA] ſunt, [TESTIMONIA tua] dum video quæ olim in Abraham, & in filijs Iſrael,& in cæteris feciſti. [IDEO ſcrutata eſt ea anima mea] Quia mirabilia credit, diligenti indagine quærit. Vel teſtimonia dicit, hęc creata quæ perhibent deo teſtimonium bonitatis & magnitudinis. q.d. Ideo ſecundũ miſericordiã tuam peto mihi fieri, quia, Mirabilia, ſunt, teſtimonia tua, id eſt bonitatis & potentiæ. Perhibent enim teſtimonium deo bonitatis & magnitudinis, cælum, terra, & omnia viſibilia opera eius: quæ omnia & ſi quædam mortalibus vſu viluerunt, tamen ſi bene attendantur, ſunt admiratione digna. hæc autem admiratio non terret, ſed eſt cauſa cur iſte ſcrutetur. Ideo, Scrutata eſt ea anima mea. quaſi factus ſit ipſa inueſtigãdi difficultate curioſior. Quanto enim quæq; res obſtruſiores cauſas habet, tanto eſt mirabilior. Vel, Teſtimonia dei dicit, pręcepta eius. Et eſt, Ideo dilexi mãdata tua, quia, Teſtimonia tua. i. pręcepta, ſunt, Mirabilia. Pręcepta enim dei, ſunt teſtimonia bonitatis eius, & ſunt, Mirabilia. Per ea enim virtus dei, vnde angeli beati ſunt, innotuit hominibus. Et ideo hæc ſerutãda ſunt. Ideo ſcilicet quia mirabilia ſunt, Scrutata eſt ea anima mea. Hæc enim aſsiduè licet ſcrutari, quia eum bonus bona præcepit, etſi tamẽ dedit, quos non poſſunt viuificare, quibus ex bona lege nulla eſſet iuſtitia.

2 Declaratio ſermonum tuorum
illuminat: & intellectum dat paruulis.

Ex Amb. & Caſſ. — Eſaiæ 7. — Ex Aug. — Ex Amb. & Alc. — Matth. 11 — Ioann. 9 — Ex Aug.

DECLARATIO ſermonum tuorum] dico quod anima mea ſcrutata eſt ea, & ſcrutans anima hoc inuenit, quia me ſcrutantem, [ILLVMINAT declaratio ſermonum tuorum] id eſt noua lex declarans figuras veteris legis, & pellens tenebras noſtras, ſcrutans ſic proficit. Sermones autem dicit, quos ſancti prophetauerunt. Vt, Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet, & huiuſmodi, quorum declaratio eſt aduentus Chriſti, & alia quæ manifeſtè completa ſunt in euangelio, ſicut prophetæ prædixerunt. Et hæc declaratio, [DAT intellectum] interiorem, [PARVVLIS] id eſt humilibus. Nõli ergo præſumere de te, & intelligis quare lex bona à bono data ſit, quæ tamen non viuificat: ad hoc ſcilicet data eſt, vt magnos faciat paruos, & diffidentes de viribus ſuis fugiant ad gratiam. Hoc inuenit iſte, quia paruulus eſt. Et hæc ſunt mirabilia teſtimonia, quæ ſcrutata eſt anima paruuli huius. Soli enim paruuli illuminantur. Vnde dominus in euangelio, Confiteor tibi domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Et alibi, Ego in iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Facere autem dei mandata rectè, nemo poteſt, niſi per ſpiritum ſanctum in corde eius dilectio ſit diffuſa. Hoc etiam iſte confitetur, dicens,

3 Os meum aperui, & attraxi ſpiritum: quia mandata tua deſiderabam.

Ex Aug. & Alcu. — Ex Hay. — Ex Amb. — Exod. 14. — Dan. 13 — Ex Caſſ. — Ex Aug.

OS meum aperui] q.d. Cum deſiderarem facere mãdata, nõ erat mihi vnde poſſem. Et ideo, [APERVI os meum] petendo, quærendo, pulſando, Aperui, cõfitendo, rationem ampliando, [AT] ſitiens [ATTRAXI] bonis meritis, id eſt hauſi [SPIRITVM] quo facerẽ mandata, quia poſt intellectum, quem ſibi ſupra dixit datum, ſi quis vult facere mandata, non poteſt ſine ſpiritu ſancto. Et eſt hoc dictũ à ſimili illius qui in æſtu captat auram. Vel per os, hic accipitur os animæ, quod ſub ſilentio clamat ad deum, ſicut Moſes cum taceret voce, clamabat ſpiritu. Suſanna quoque cum oraret, tacita clamabat, ab hominibus non audiebatur, apud deum perſonabat. Hoc ergo os, id eſt mentis introitus aperitur, cum diſcere volumus. attrahit quis ſpiritũ, cum dei firmo deſiderio completur. Aperuit ergo os infirmus, traxit ſpiritũ validus, id eſt virtutem faciendi, quam per ſe habere non potuit. Et quomodo aperuit & attraxit, ſubdit, [QVIA mandata tua deſiderabam] ſcire vel facere. Sẽd quia quanto ſuauia ſentit, tanto ardentius ſitit, adhuc petit, dicens,

4 Aſpice in me & miſerere mei: ſecundum iudicium diligẽtium nomen tuum.

Ex gl. int.

ASPICE in me] q.d. quia deſiderabam mã

data,ergo [ASPICE in me]id est da spiritum
Ex Amb. & quia aliquando aspicit iratus vt perdat, sicut
& gl.int. Sodomam respexit, addit, [ET miserere mei]
Gene.18 siquando labor. Miserere dico, [SECVNDVM
Ex Aug. iudicium diligentium nomen tuum]id est secũ-
1 Ioan. 4 dum iudicium,quod fecisti in eos qui te diligũt;
Ex Caß. quia vt te diligerent,prius eos dilexisti. Vel iudi
cium dei est,vt diligentibus det auxilium miseri
cordiæ, ne sui decipiantur.

5 Gressus meos dirige secundum eloquium tuum:& non dominetur mei omnis iniustitia.

Ex Aug. GRESSVS meos]q.d.ita fac mihi sicut soles
facere eis qui diligũt te. Et [GRESSVS meos diri
ge secũdum eloquium tuũ] id est fac me rectum
secundum promissum tuum. Vel,Gressus meos
Ex Amb. dirige secundum eloquium tuum, id est mõtus
animæ meæ. Dirige, secundum iussa tua,ne vi-
Ex Aug. tijs seducantur. Et quanto plus regnabit chari-
tas,tanto minus dominabitur iniustitia. Vnde
subdit,[ET nõ dominetur mei omnis niustitia]
Ex Hilar. Sciebat enim gradientem tentandum esse. Ideo
non ait,excludatur penitus,sed, Non domine-
Ex Caß. tur,quia non potest penitus excludi. Est enim
peccatum in corpore, sed non regnet. Deinde
addit,Omnis,quia non valet in alijs legem ser-
uasse si in vno offendit Qui enim totam legem
Iacobi 2 seruauerit, offenderit autem in vno, factus est
omnium reus,vt ait Iacobus. Et,

6 Redime me à calumniis hominum: vt custodiam mandata tua.

Ex Aug. REDIME me à calumnijs hominum]id est
dato spiritu sancto,fac ne calumniæ hominum,
id est falsæ impositiones terroribus me vincant,
& à tuis mandatis ad sua malefacta traducant,
Ex Caß. quibus vbique agitantur Christiani. Calumniæ
ergo sunt controuersiæ contra veritatem, quas
precatur auerti vt mandata indagaret. earum er
go est grauior tentatio, id est de illis est tentatio
Ex Amb. illa quæ grauior. Nõn enim omnis tentatio ca-
lumnia est,sed tantum grauior. Siquidem tenta
tio potest esse sine calumnia: calumnia autem
habet in se tentationem. est autem tentatio hu-
mana, quæ leuior est,quam ferre possumus: &
hæc calumnia non est. tentatio autem grauior,
quæ est calumnia,est quæ non solum falsa com-
ponit,verum etiam quæ piè gesta sunt,decolo-
Gene. 39 rat,vt in Ioseph impudica domina fecit. & in
Dan.13 Susanna duo presbyteri, contra has calumnias
Ex Aug. silendum est. Redime dico,quia si hoc mihi data
& Ambr. patiẽtia egeris,inter ipsas calumnias erit mihi li
berum,[VT custodiam mãdata tua.] Qui enim
opprimitur calumnijs, non facile seruat man-
data. Et,

7 Faciem tuã illumina super seruum tuum:& doce me iustificationes tuas.

Ex Amb. ILLVMINA faciem tuam] id est tuã præ-
sentiam manifesta opitulando,[SVPER seruũ
tuum] vt seruus sicut terra sole coruscet, vt si-
cut vsu visibilis solis hæc terra choruscat, sic in
ce inuisibilis solis iustitiæ .i. Christi,mens serui
eius reluceat. Vel ita,Faciem tuã illumina super
seruum tuum,precatur videre faciem, non vela
tam vt Iudæi,sed purè veritatem. Vnde Moses 2 Cor. 13
velamen posuit super faciem suam,in quam non Exod.34
poterant intendere filij Israel, propter gloriam
faciei eius,quę cornuta eis videbatur. quo signi
ficabatur quod Iudæi veram legis claritatẽ sub
velamine figurarum videre nequeunt, quæ est
in intellectu spirituali. Hoc autem velamen eua
cuatum est in Christi passione. Vnde in Christi
passione velum scissum est. Inde est quod in die Matth.27
passiõis crux ante velata discooperitur, quia my
steria in lege operta, & spiritualis intelligentiæ
velo literæ tecta per crucem declarantur. Et est
sensus,Faciem tuam illumina super seruum tuũ,
id est spiritualem legis intelligentiam mihi da. Ex Amb.
Vel aduentum Christi hic precatur,cuius facie Ioann.6
tenebræ illuminatæ sunt. Et est, Faciem tuam
&c.id est filium tuum mitte, cuius refulgente
gratia iusti perfundantur. [ET doce me iustifi- Ex Aug.
cationes tuas] vt faciam eas, quia omnis qui au
dit à patre & didicit, venit ad Christum. Qui
ergo non venit,id est non facit,nõ didicit. Qui
enim audit, licet memoria teneat quod audit,
nequaquam didicisse putandus est, si non facit.
Recolẽs autem iste dolorem pœnitentis pręua-
ricationis suæ, ait,

8 Exitus aquarum deduxerũt oculi mei:quia non custodierunt legem tuam.

EXITVS aquarum] q. d. Ita fac sicut de- Ex gl.int.
precatus sum.& debes,quia[OCVLI mei]quib' & Caß.
& mors ante intrauerat, quæ per fenestras in- Hiere. 9
trat, [DEDVXERVNT exitus aquarum] id Ex Amb.
est effusiones lachrymarũ, hyberbolicè, id est co & Caß.
piosas lachrymas,quasi fluenta fontium pro re-
cordatione peccatorum. Ideo, [QVIA non cu
stodierunt] ipsi oculi,[LEGEM tuam]quibus Ex Aug.
oculis custoditis mandatis esset lætitia. Quod
autem ad oculus referri debeat, Non custodie-
runt. Patet ex eo quod in alijs libris legitur,
Quia non custodiui legem tuam. Vel ad calu- Ex Caß.
mniantes, vt à principio octonarij dictum est,
potest referri.q.d. Ideo plorauí, Quia non cu-
stodierunt, calumniantes Iudæi, Legem tuam,
Vel secundum aliam literam,quæ est, Exitus a- Ex Aug.
quarum descenderunt oculi mei. Qui, Oculi
mei,qui prius per superbiam ascenderunt in vel
per, Exitus aquarum, ita subauditur prępositio
vel in,vel per,vt cum dicitur de aliquo descen-
dit piscinam vel montes,sine in,vel per. & bene
oculi descendunt humilitate pœnitendi,qui per
superbiam prius erant erecti, dum suam vole-
bant iustitiam constituere. Vnde præuaricando
confusi sunt,& ab illa elatione descendunt flẽ-
do,vt iustitiam dei mereantur. Vel secundum
aliam literam, quæ in nonnullis codicibus repe
ritur, Exitus aquarum transierunt oculi mei,
exaggeratiuè hoc dicitur, Exitus aquarũ trãs-
ierunt oculi mei, id est plus fleuerunt quam a-
quæ maneant de suis exitibus. Ideo ita flet, quia
sic flendo impetratur gratia,delens iniquitatem,
& adiuuans voluntatem.

me tabeſcere] hoc eſt id quod alibi de Chriſto
dicitur, Zelus domus tuę comedit me. Hoc zelo
Ex Amb. corpore tabeſcit iſte. Zelus iſte eſt amoris, nō li
Num. 25 uoris: zelus bonus habitus pro domo dei, quam
nō patiebatur à perfidis lacerari. Hoc zelo arſit
Phinees filiꝰ Eleazari, quādo mœchātes interdi
cta ſibi cōſuetudine copulatos interfecit, quo fa
cto oēs à pœna redemit: & indignationē domi-
ni mitigauit. Melius .n. eſt, vt paucorū damna-
tione plurimi liberentur, ꝗ eorum abſolutione
plures periclitentur. Deinde quaſi quis quære-
ret, Cur ita tabeſcis? ſubdit, [QVIA obliti ſunt
verba tua inimici tui] In hoc ſunt inimici, & ſi
ſecūdum ſeculum ſint amici, quos iſte zelat deo.

4 Ignitum eloquium tuum vehe-
menter: & ſeruus tuus dilexit illud.

Ex Amb. IGNITVM eloquium tuum vehementer]
q.d. Ideo zelus iſte eſt mihi, quia [ELOQVIVM
tuum] eſt [IGNITVM] ſpiritu ſancto. Purgat
enim corda vt fornax aurum, accendit ad amo-
rem dei & contra impios, illuminat etiam audiē
Lucæ 12 tes. Hunc ignem venit dominus mittere in ter-
Hiere. 20 ram. Hoc igne calefactus Hieremias dicit, Erat
Exod. 3 ignis flāmigerans in oſsibus meis. Hoc igne vre
batur Rubus quem vidit Moſes, & nō exurеba-
tur. Vrit enim ſermo diuinus vt corrigat, conſci
entiā peccatoris non exurit vt perdat. hoc igne
vaporati Cleophas & alius diſcipulus, dicebant,
Lucæ 24 Nōnne cor noſtrū erat ardēs in nobis? Hic ignis
Actu. 2 ſuper apoſtolos die Pentecoſtes cælitus deſcen-
dit: quia hoc igne exardere debent qui eloquia
dei annuntiant. Inde eſt quod fila rubea depen-
dent ex duabus linguis mitræ pontificalis. Sicut
Matth. 13 enim per duas linguas ſignificatur, quod noua
& vetera de theſauro cordis ſui proferre debēt:
ita in rubeo colore filorū figuratur ignis chari-
tatis quem in ſe habere, & in alijs accendere de-
bent. Vnde Petro poſt trinā dominicę dilectio-
nis profeſsionem paſtoralis cura creditur. Inde
etiam eſt quod Romanus pōtifex cappa rubea
induitur, quia totus igne charitatis ardere de-
bet, & omnia ex charitate facere, animo quoq;
martyrio nō deeſſe, Chriſti perſonā gerēs: cuius
veſtimētum eſt ſicut calcātium in torculari, qui
Eſaiæ 63 ait, Torcular calcaui ſolus. Deinde addit, [VA-
Ex glo. int. hementer] q.d. Ignitum eſt, Vehementer, vt etiā
corpus vrat, [ET] ideo [SERVVS tuus] qui-
Ex Aug. cūq; [DILEXIT illud.] Merito zelat iſte obli
tos verba dei, quia ad hoc flagrabat eos adduce-
re, quod ardentiſsimè diligebat. Et cum hoc ſit,
& ſi,

5. Adoleſcentulus ſum ego & cō-
temptus: iuſtificationes tuas non
ſum oblitus.

Ex Aug. EGO adoleſcentulus ſum & contemptus]
id eſt iunior & deſpectus, [NON] tamen [SVM
oblitus iuſtificationes tuas] vt illi maiores .ſ.
Ex Amb. inimici mei. Iūſtificat deum qui ſe accuſat, quod
fit per humilitatem, quæ humilitas mirabilior
eſt in iuuene. Hoc autem ad literam multis ſan-
ctorum poteſt conuenire, & ſpecialiter popu-
lo gratiæ. Multi enim ſanctorum à prima ado-
leſcentia laboribus exercitati ſunt, contempti à
ſuis, vt Ioſeph inter fratres, & Dauid inter fi- Gene. 37
lios. Sic nouus populus gratiæ, qui ætate ſequi- 1. Reg. 16
tur populum legis: ſed fide præcedit. Iſte eſt con 1 Cor. 2
temptus, & ideō maior, quia contemptibilia e- Ex Aug.
legit deus. Reprobat autem illos qui iuſtitiam Rom. 10
ſuam volunt conſtituere. Iſti ſunt duo populi, Geneſ. 25
qui in vtero Rebeccæ luctabantur, de quibus di
citur, Maior ſeruiet minori. Iſte minor non eſt
oblitus iuſtificationes dei, cum inimici maiores
ſint obliti: quod merito, quia neſcientes iuſti-
tiam dei, ſuam quærebant: iſte non eſt oblitus,
quia nō ſuam, ſed dei iuſtitiam quæſiuit, de qua
etiam nunc dicit,

6 Iuſtitia tua, iuſtitia in æternum:
& lex tua veritas.

IVSTITIA tua] q.d. merito non ſum obli Ex Amb.
tus, quia, Iuſtitia tua, ô deus, eſt [IVSTITIA & Caſſ.
in æternum] Iuſtitia ſolius dei eſt æterna: homi
num iuſtitia temporalis eſt, ſed dei æterna, quia
quiſquis eam ſequitur, in æternum gaudebit,
quod non eſt de iuſtitia Iudæorum, [ET lex
tua veritas.] Lex dei per moſen data vera per o- Rom. 7
mnia, quia per eam eſt cognitio peccati, & per- Rom. 3
hibet teſtimonium iuſtitię dei. Vel, Lex, illa, eſt, Ex Aug.
Veritas, id eſt ſpiritualis, & ſi nō Iudæis. Vel de Ex Amb.
lege euangelij poteſt accipi, Et lex tua, ſcilicet
euangelij, Veritas, eſt, non vmbra, non figura,
ſicut Moſaïca, ſed res. Vel per legem accipiun-
tur generaliter mandata eius. Et eſt, Lex tua, eſt, Ex Caſſ.
Veritas, quia qui legem ſequitur, veritate imple Ex Aug.
tur, quæ eſt Chriſtus. propter hanc vero legem
patitur minor à maiore. Vnde ſubdit,

7 Tribulatio & anguſtia inuene-
runt me: mandata tua meditatio
mea eſt.

TRIBVLATIO &c.] q.d. Lex tua eſt ve- Ex Amb.
ritas, pro qua lege, [TRIBVLATIO & angu- & Caſſ.
ſtia] quæ ſunt munera iuſtis ad pondera pecca-
torum deponenda, [INVENERVNT me] ex-
pectantem & paratum, & quantumcunq; ſęuiāt,
tamen [MANDATA tua meditatio mea eſt]
hoc eſt remedium contra tribulationes: & vt in
tribulatione non deficiam, ideo, Da mihi, in ea,
Intellectum. In tribulatione poſcit iſte intelle- Ex Aug.
ctum, vt ſciat quam nihil eſt quod perſequētes
tollunt, quia & ſi vitam finiunt, viuet in æter-
num. Vnde ſubdit, Et viuā, verè & merito, quia
iuſtitiam quæ manet in æternum pręponit tem
poralibus.

8 Aequitas teſtimonia tua in ęter
num: intellectū da mihi & viuam.

AEQVITAS] vel iuſtitia. q.d. & merito vi-
uam, quia mihi eſt [AEQVITAS] vel iuſtitia, Ex Aug.
manens, [IN æternum teſtimonia tua] in tribu
tione. q.d. Iuſtitia tua in tribulatione eſt marty-
ria, id eſt teſtimonia, id eſt iuſtitia tua æterna
cauſa eſt, cur in tribulatione ſeruem teſtimonia, Ex Hila.
.i. martyria. Vel ita, vt ſecundum ſeriem legatur
litera. q.d. Tribulatio & anguſtia inuenerūt me,
& mihi poſito in tribulatione, Teſtimonia tua,
ſunt, AEquitas, vel iuſtitia, vel iuſta in ęternū. i.

sunt mihi causa æternæ iustitiæ. Talis spes est
Ex Cass. isti cōtra tribulationes, quæ sunt tēporales. Et
in his tribulationibus, Da mihi intellectū & vi-
uam. Eo.i.intellectu superat seniores. Et nota
quia qui supra iunior dicebatur, nunc maturior
senibus inter aduersa petit intellectum, vt sciat
hæc esse trāsitoria, & inde vitam mercari sciat,
quam lubrica sit hæc vita, & sit pius errāti sciat
Ex Amb. communia bona seculi, sciat miserias vt portū
quęrat. Perfecta virtus est intellectus, si quia qđ
sensu capit, factis exequitur.

COLLATIO
In צ Sade.

4 IGNITVM eloquiū tuum.] Quod Hier. & alij transferūt probatum, vel examinatū, aut depuratum, צְרוּפָה tzeruphah. Lxx cōcinnè sua interpretatione declararunt hanc examinationem igne spiritus sancti fieri eo fine, quo accenderet ac enflammaret.

Quoph iuxta Hie. interpretatur vocatio.

ק QVOPH.

Ex Cass. CLAMAVI.] QVOPH] In hāc decimanona litera iustificationes dei promittit se exquirere, adiiciens se scire testimonia dei
Ex Aug. sermo.85. de tēpore. in æternū fundata esse. Et quia quanto quis bonis vult insistere, tantomagis diabolus conatur seducere, & in malis ne respiret cōcludere, cōtra
Ex Alcu. quod opus est ad deū clamare: Ideò post errorē accepta superius consolatione, iste cōclusus asperius, clamat hic studiosius. Vnde cōgruè huic o-
Ex Amb. ctonario præmittitur litera [QVOPH] quę interpretatur cōclusio. Vel aspice, quod idē est in sensu, quia conclusus debet circunspicere se, & causam periculi non dissimulare. Concluditur quis, quādo tumescentibus visceribus interclusos spiritus comeatu spirādi ac respirandi cōmertia coarctātur: ita etiam qui animo angitur, & quibusdā aduersis perurgetur, concluditur, de qua cōclusione hic agitur. Conclusio vero hęc est in angustiis mētis, quasi quis respirare clauso meatu non possit. Noxia enim conscientia premit, morbi vis vrget sensum mētis, intercipit angustia. Orationis ergo quærēda est medicina. Clama ergo ad medicū, qui de cęlo descendēs ægrotos sanat. ne differas, quia nō est apud eum vlla cōperendinatio sanitatis. Neq; timeas, quia verbo, non ferro consueuit sanare. Vnde hic ait,

C LAMAVI in toto corde, exaudi me domine: iustificationes tuas requiram.

Ex Amb. CLAMAVI] q.d. vndique sunt hostes, nō solum visibiles, sed quod grauius est spirituales. Vocādus ergo est qui sit auxilio.
Ex gl.int. Ideoq; [CLAMAVI in toto corde &c.] Vel ità cōtinua, q.d. Da intellectū, & debes, quia, Clamaui in toto corde. Clamor cordis silente corporis
Ex Amb. voce, à deo semper auditur, clāmor autē cordis, est magna intentio cogitationis. Iste clamor fit cogitationū sublimitate, cōcentúq; virtutū, ad-
dit, Toto, quōd est quando nō aliunde cogita- Ex Aug.
tur. Mēns enim diuisa nō impetrat in tali peten & Cass.
tia affectu, siue in silentio habeatur, siue cū voce, Ex Aug.
si opus est propter homines, nō desperatur effectus. [EXAVDI me domine] Deinde ad quid proficiat suus clamor, adiungit, [IVSTIFICATIONES &c.] q.d. ad hoc clamaui, vt, Iustificationes [TVAS requirā] ad hoc profuit clamor, hoc clamauerat, hoc addit, quia nō est satis clamare ad deū: sed & iustitias eius exquirere oportet. Et nota quod ait, Requirā, quoniā longè est adhuc à faciēte qui requirit, quia nō consequitur, vt qui quærat inueniat, & qui inuenit, faciat: Sed tamen aliter nō venitur ad facere, nisi exquirātur. boni autē si quærunt, vt in euāgelio promittitur, inueniunt: secūdum illud, Quærite & inuenietis. Sed & mali quærētes, inueniunt: qui tamen nō oderunt sapientiā, quæ est deus in qua sunt omnia quæ quærūtur ab his qui volūt esse
beati. De malis vero qui oderūt, dicit sapientia, Prouc.1
Quærēt me mali, & nō inuenient, oderūt enim iuxta Lxx
sapientiam. Sed si oderunt, quōmodo quærunt? Quærunt, nō propter ipsam, sed propter aliud quod amant. Quærunt enim dicta sapientię, vt habeāt in doctrina, nō in vita, non vt per mores ad ipsam perueniāt: sed per sermones eius ad vanam gloriam verbis eius inflati sunt, & ita ab ea magis alieni. Iste autē ad hoc requirēs vt habeat in vita, ait, Iustificationes tuas requiram, vtiq; faciendas, non modo sciendas.

2 Clamaui ad te, saluum me fac: & custodiam mandata tua.

CLAMAVI] Et exponens quid sit in toto Ex Cass.
corde clamare, addit, [AD te] hoc est toto corde clamare. Nō enim toto corde clamat, qui ad eū suam petitionē non dirigit. quid autē petat, ad- Ex Aug.
iungit, [SALVVM me fac]. s. in ānima, quæ custodiet mandata, [ET custodiā mandata tua.] Vbi enim est salus animę, efficit vt facienda fiāt, & vsq; ad mortē, si opus est, certetur. vbi nō est Ex Amb.
salus ista, succumbit infirmitas. In eo quod ait, Clamaui, Nota promptum affectum. In eo vero quod ait, Custodiam mandata tua, nota sedulitatis obsequium.

3 Pręueni immaturitate & clamaui: quia in verba tua supersperaui.

PRAEVENI intēpesta nocte] vel sicut plu- Ex Aug.
res codices habent, [IMMATuritate.] Idē tamen sensus est. Vix inuenitur in aliquo libro, In immaturitate. Immaturitas est nox intempesta .i. inopportuna actionib⁹. Tempestiuū enim hoc dixerūt antiqui, oportunum à tempore. dicit autē secundum literam, quod noctis tēpore vigilet in eo amor dei magno orādi affectu. Et est, [PRAEueni immaturitate & clamaui.] Vel, Intempesta nocte, & clamaui .i. magno orandi affectu, quasi quodam clamore mentis præueni horā opor-
tunā humanis actionibus. [ET in verba] vel ver- Ex Amb.
bis, [TVA] vel tuis, [SVPERsperaui] semper crescens in spe, etiam in aduersis. Et,

4 Præuenerunt oculi ad te dilucu

lum:vt meditarer eloquia tua.

Ex Rem. OCVLI mei]directi,[AD te præuenerunt
diluculum] à simili strenui operarij,qui ante lu
cem surgit ad bene operãdum. Deinde ad quid
agẽdum vigilauerit,subdit,[VT meditarer elo-
Ex Aug. quia tua] Vel itã, Præneni intempesta nocte.
Nox est totũ seculum in quo clamamus prçue-
nientes diẽ,in quo merces dabitur:vnde,Prçue-
niamus faciem eius in cõfessione.Et est,Præue-
ni intempesta nocte,& clamaui.i. toto hoc secu
lo,quod est quasi nox,clamãdo præueni diẽ iu-
dicij,&,In verba tua supersperaui,nõ mutatur.
Ex Amb. Et,Oculi mei,directi,Ad te præuenerũt dilucu
& Rem. lum.i.diluculũ æternitatis labore vineæ præue-
Ex Aug. ni.Vel ita legatur,Oculi mei,directi,Ad te,dilu
culo virtutũ,Præuenerũt,diem.s.retributionis:
Vt meditarer eloquia tua,nõ mutatur. Vel ita,
Præueni immaturitate,vel intẽpesta nocte.Im-
maturũ tempus noctis fuit,anteq̃ tempus gratiç
venisset.i.ipsa maturitas.s.plenitudo temporis,
quo Christus venit,nec tamen tunc ecclesia ta-
cuit , sed prophetando clamauit. Vnde hic ait,
Præueni immaturitate, vel intempesta nocte,&
clamaui i.in tempore noctis,quod fuit ante ad-
uẽtum Christi,de ipso venturo prophetãdo, Cla
maui,& ipsa eadẽ ecclesia,sperauit in verbis po-
tentis facere quod promisit. Vnde subdit,&,In
verba tua supersperaui.ipsa etiam ecclesia dicit,
Præuenerunt oculi mei,directi, Ad te diluculũ,
vel matutinũ.Matutinum est,quãdo sedentibus
in tenebris lux orta est,ad hoc oculi sanctorum
Ex Cass. præuenerũt,præuidẽtes hoc futurũ.Isti sunt ocu
li cordis,qui ante credũt Christo,q̃ eius aduen-
Ex Aug. tu irradientur.Diluculum enim,initiũ lucis est,
quãdo post tenebras seculi Christus emicuit.Ad
hoc præuenerunt oculi, vt meditarẽtur eloquia
dei in lege & prophetis , quæ de Christo futura
nuntiabant. vnde subdit, Vt meditarer eloquia
tua. Vel ita,Præueni immaturitate. Vel sicut in
Ex Amb. græco est,Præueni ante horã,Nullum enim tẽ-
Eccle. 3 pus ad hoc eligẽdum est,sed semper est hoc agẽ-
dũ,vt semper sit Christus in corde nostro, sem-
per in ore & opere.Et si enim omnis rei quç sub
cælo est,tẽpus est,sed tamen nõ est etiã super cç
lum,nõ super dominũ tẽpus.Neq; enim opus est
supra auctorẽ, sed auctor supra operis exordiũ.
Sed quia sequẽs versus tẽpus precãdi exprimit,
hic magis actiuũ,q̃ orationis tẽpus intelligitur.
Et est sensus,Prçueni ante horã,& clamaui.i.o-
perãdo pro æternis,Præueni, horã aliarũ actio-
nũ,Et clamaui,corde,Et in verba tua superspe-
raui,hoc nõ mutatur . Deinde subdit de tẽpore
precãdi.Præuenerũt oculi mei, vt meditarer elo
quia tua mane.i.ante diẽ. Supra.i.in præcedenti
versu,dixit,Ante horã,secundũ illud,Media no-
cte surgebã &c.Hic dicit,Mane,significãs aliud
tẽpus orãdi,vt sit illud prius. Hoc autẽ iuxta il-
lud,Præueni orientẽ solem.Pudor est enim si ra
dius solis in strato ociosum te inueniat . Primi-
tias ergo cordis & vocis, cotidie deo sacrifica,
Cant. 3 tunc & nox vertitur tibi in lucẽ, nõ tẽporis,sed
gratiæ:vnde sponsa ait,Per noctes quçsiui illum
quẽ diligit anima mea. Vel ita, secũdum moralẽ
intellectũ,Præueni immaturitate.i.in ætate im-
matura.Prçueni maturitatẽ.i.senilem çtatẽ.Prç-
currit enim vel præuenit in immaturitate æta-
tem maturitatis,qui puer senilem induit grauita
tem,qui in annis puerilibus senectutẽ anticipat,
vt grauitas sit in mente,licet sit vaga & mollis
ætas. Nõ enim magnũ est si defecto corpore &
gelu senectutis frigido,à voluptate quiescũt.Nõ
enim est corona,nisi fuerit difficilioris certami
nis lucta.Magnũ vero est & laudabile,si in feruo Thre. 5
re ætatis sunt temperati, vt reluctãtem carnem
rationis coherceãt imperio, parcáq; frugalitate
castigent,& in seruitutem redigãt, ne effrenatæ
libertate luxuriæ luxurient. Bonũ est enĩ viro,si
portauerit iugũ ab adolescẽtia sua: hoc de çtate
hominis sicut dictũ est exponitur : deinde non
mutatis his,Clamaui, & in verba tua superspe-
raui,subdit de hora diei,dicẽs,Præuenerũt ocu-
li mei,directi,Ad te,laudãdum, In diluculo, vel Ex Cass.
mane,qua hora Christus resurrexit,quia resur-
rectio Christi mane facta est: ideo mens dilucu-
lo surrexit.Ad quid? Vt meditarer eloquia tua,
quæ adeo sunt suauia.

5 Vocem meam audiui secũdum
misericordiam tuam domine:& se
cundum iudicium tuũ viuifica me.

VOCEM meam]q.d. quia ita studiosè ad te Ex gl. int.
vigilo.Ideo,ò[DOMINE vocẽ meam audiui
secũdum misericordiam tuã,& secundũ iudiciũ Ex Aug.
tuum viuifica me.] Cõgruus ordo quod prçmit
titur misericordia,& sequitur iudiciũ. Prius e-
nim deus secũdum misericordiam aufert pœnã
à reis,& eis postea secũdum iudicium dabit vi-
tam;quia nõ frustra hoc ordine misericordiã &
iudicium cãtabo tibi domine, licet nũc tempus
misericordiæ nõ sit sine iudicio: nec tẽpus iudi
cij post,sine misericordia. Vel ita secundũ præ-
cedẽtem illam sentẽtiam, vbi de ætate egit. Vir Ex Hilar.
nanq; sanctus,& si ætatem vincẽs,mane surgit,
nõ tamen in operibus suis , sed in misericordia
dei cõfidit,dicens,Vocẽ meam audiui secũdum
misericordiam tuã domine,& secundũ iudicium
tuum: nõ quo in futuro iudicabis, sed quo sup- Ex Cass.
plicibus parcis,& se damnãtes absoluis. Viuifica
me,mortuum lege peccati . & necesse est vt vi-
uifices,quia,

6 Appropinquauerunt persequẽ-
tes me iniquitati:à lege autem tua
longè facti sunt.

PERSEQVENTES me approp.&c.]qñ iã cor- Ex Aug.
pus perimũt. Vnde alibi,Tribulatio ꝓxima est, Psal. 21
nõ vtiq; illa quç adhuc imminet,hic proxima di
citur, quia iã erat ei præsens passio: sed quæ fit
in carne,qua nihil ꝓpius est animæ.hoc modo,
Appropinquauerũt,huic[PERSEQVENTES ini- Ex Aug.
quitati]vel iniustè,alia litera,sic distingue.Perse- & gl. int.
quẽtes dico,Iniquitati,in hoc seruientes. Vel,
Persequẽtes [ME] iniustè.hoc ideo addit,quia & Ex Cass.
aliqui pro criminib° puniũtur,Mihi appropin-
quauerũt,à lege autẽ tua longè facti sunt. Quo Ex Aug.
magis huic appropiant, tãtomagis à iustitia lon Ex Cass.
ge facti sunt.Hoc ideo dicit,vt causa sua melior,
quàm illorum videatur.

7 Prope esto domine : & omnes

viæ tuæ veritas.

Ex Aug. & Caſſ. PROPE eſtu domine] q. d. illi appropinquauerũt, ſed nõ nocuerũt, quia [TV] ô [DOMINE prope es] intus adiuuãs prope ad remediũ, Ex Amb. & Aug. nec te latet quod agimus, [ET omnes viæ tuæ] Ex Aug. ſunt [VERITAS] etiam quod patimur nõ eſt immerito. Hoc non poteſt verè dicere Iudæus, ſed fidelis q credit veritati. Quæri poteſt quomodo hic dicantur omnes viæ tuæ veritas, cũ alibi legatur, Vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas. Sed ſciendũ quod erga ſanctos omnes viæ domini ſunt miſericordia, oẽs veritas, quia & in iudicãdo ſubuenit, & ita non deeſt miſericordia, & in miſerãdo id exhibet quod promiſit, ne deſit veritas. Erga omnes autẽ, & quos liberat, & quos damnat, omnes viæ ſunt miſericordia & veritas, quia vbi nõ miſeretur. ſ. ad ſalutẽ vindictæ veritas datur, quia nullũ immeritũ damnat, ſed multos immeritos ſaluat & liberat.

8 Initio cognoui de teſtimoniis tuis: quia in æternum fundaſti ea.

Ex Aug. INITIO] vel ab initio, [COGNOVI &c.] Si in libro habetur initio, aduerbialiter ponitur, ſicut ſolemus aduerbialiter dicere, aliàs hoc faciam. Et eſt, omnes viæ tuæ ſunt veritas, & [INITIO] i. initialiter dicit eccleſia, quæ ab initio generis humani fuit, [COGNOVI de teſtimonijs tuis] quibus promiſiſti te daturũ regnũ æternum filijs, [QVIA fundaſti ea] i. in Chriſto fundamento mõſtraſti ea vera. Et hoc [IN æternũ] quia id quod per ea promiſiſti, æternũ eſt. Initio dicit ſe noſſe eccleſia, quod teſtimonia ſunt in æternũ fundata, nec aliunde nouiſſe q̃ de ipſis teſtimonijs. Teſtimonia ſunt quibus promiſit deus verbo vel actu ſe daturũ regnũ æternum filijs. Et quia in filio cuius regni non erit finis, ſe daturũ teſtatus eſt, fundata ſunt in æternũ, non quod ipſa ſint neceſſaria, quãdo ipſa res dabitur: ſed quia id quod per ea deus promiſit, æternum eſt. Fundata vero dicũtur, quia in Chriſto vera mõſtrantur, qui eſt fundamentũ, quod nemo poteſt mutare. Initio autẽ nouit, quia hoc dicit eccleſia, quæ ab initio generis humani non defuit terris, cuius primitiæ fuit ſanctus Abel, qui in teſtimonium Chriſti immolatus eſt, & ab initio dictum eſt, erunt duo in carne vna, quod ſacra-
Ex Alcu. mẽtum magnum eſt in Chriſto. Et in eccleſia, vt ait Apoſtolus, Ecce duo teſtimonia, quorũ alterum in actu, alterũ in verbo eſt exhibitũ. Vel teſtimonia dicit præcepta, quæ dicuntur fundata in æternũ, quia pro eis neglectis vel ſeruatis merces æterna, vel pœna æterna redditur. Et eſt, E-
Ex Hilar. go cognoui de teſtimonijs tuis, quia in æternũ fundaſti ea. Cognoui dico, Initio, vel ab initio, .ſ. in Adam, qui pro neglectis punitus eſt, vel per antiquos patres, qui ea tenendo venerunt ad æternitatem.

COLLATIO
In ק Quoph.

2 PRAEVENI in maturitate.] Hier. Surgebam adhuc in tenebris. Vel, vt alij volũt, Præoccupaui crepuſculũ. בַנֶּשֶׁף banneſcheph, in græco, ἐν ἀωρίᾳ i. ante horã, ante tẽpus. Vnde D. Auguſt. habet intempeſta nocte, qui propterea cõcludit legendũ eſſe vnico verbo immaturitate, vel in immaturitate. Sed & vehemẽti admiratione cœpi fluctuare, quomodo Hier. in commẽtarijs legerit & expoſuerit in maturitate ſub duobus verbis. ait enim ſic, Vetera vitia pudicitia iuuenili præuenit, qui per maturitatem viuacis animi, ſpem ſuam nunquam à verbis dei remouit. Et ante D. Hiero. Arnobius, licet diuerſo ſenſu, Præueni in maturitate & clamaui, Fui puer, præterea adoleſcens. Itemq; iuuenis, nunc ecce iam ſenui, & vitæ meæ finẽ attendẽs: in hac maturitate poſitus clamo. Tandẽ ex interpretatione D. Amb. depræhẽdimus dici maturitatem & immaturitatem, diuerſa cõſideratione. Ex verbis enim eius colliges, ætatẽ adoleſcẽtiæ, ad tẽpus collatã adhuc immaturã, ad mores vero cõpoſitos, maturã haberi. Dicit ergo, Sed quia ſequens verſiculus, de tẽpore precãdi euidẽter expreſſit, in iſto verſiculo actuũ magis operúmque arbitror q̃ orationis intelligendũ. Præcurrit ætatis maturitatẽ, quiſquis in adoleſcẽtia poſitus, ſe- Coronanda ſenect⁹ adoleſcentia cana.
nilem grauitatẽ induit, & iuueniles annos, veterana quadã continentia regit, feruorémq; vigentis corporis in cana morũ maturitate cõponit. Nam quid poteſt habere laudis, ſi effœtum corpus voluptatibus, & iam ſenectutis gelu frigidũ, ad ſera deuotionis officia, depoſito iam ſenior vigore cõuertat? Nõ eſt corona, niſi vbi fuerit difficilioris lucta certaminis. Et per pauca, in hora eſt ergo ſenex, ſi omnia ſobriæ maturitatis exerceat, ante horã præcurrens iuuenis, ſi ſenili pondere incentiua cõprimat voluptatũ, ac feruentes illecebras cupiditatis extinguat. Et rurſus, Qui enim iugũ a iuuẽtute portauerit, & habenis maturi moderaminis teneriora volens colla ſubdiderit, ſedebit ſingulariter remotus a ſtrepitu interpellantiũ paſſionũ, & quietus ſilebit. Hæc D. Amb. Recordare nunc quid ſit in cana maturitas, & maturũ moderamen in adoleſcentia quæ eſt ætas immatura, & tum peruidebis hoc & alterũ non malè pronunciari. Præueni in maturitate, & præueni immaturitate. Ad poſterius tamen magis nos cogit lectio hebraïca & græca, quanq̃ trãſlator ad Campẽſem vertit, propero maturrimè, eo forſan genere loquẽdi quo loquitur poëta, Maturate fugam.

6 APPROPINQUAUERUNT &c.] Conſimiliter D. Hiero. Neb. Prat. & ſatis accedit Camp. Alij ſic reddũt, vt particula, iniquitati, non reſpiciat verbũ, appropinquauerũt, ſed participiũ perſequẽtes. Pellicanus enim dicit, Appropinquauerũt perſecutores ſceleris. Sãctes, Appropinquauerunt ſequẽtes malam cogitationẽ. Et ita Mũſterus, Acceſſerunt hi qui exequuntur nefarium cogitatũ. Interpretes pro Caietan. Cogitauerũt ſequaces cogitationis. קָרְבוּ רֹדְפֵי זִמָּה qarbu rodphe zimmah. In vno pũctulo tota diuerſitas ſedet, רֹדְפֵי rodphe enim ſimpliciter ſignificat perſequẽtes ſine pronomine. Sed רֹדְפַי rodphai i. perſequẽtes me. Denique ad ſententiam parui refert. Sed & Chaldæus habet, Appropinquauerunt perſecutores mei adulterio,

ר RES.

Ex Caſſ. VIDE humilitatem.] [RES] Quī ſupra-
Ex Amb. dixit ſe clamaſſe, in hac viceſima litera, [RES] petit viuificari, quia mandata dei ſummo ſtudio quæſiuit, quod longè eſt à malis, quia ſimiliter nō egerunt. Et quia nemo viuificatur niſi per humilitatem, quæ eſt caput omnium virtutum: ideo huic octonario pręmittitur litera, Res, quæ interpretatur caput, id eſt humilitas, quæ eſt caput virtutum, quam concluſus ſeruat, vt ſerpens caput corpore expoſito. Attende ergo quod hæc litera, Res, interpretatur caput vel primatus, quo intelligitur rationabilis ſenſus qui regit omnia membra, ſicut caput totum corpus dirigit, & ſenſibus implet: vnde qui turpiter & beſtialiter agit, capite damnatur, vt forma hominis priuetur, qui ſapientiæ rationem non tenuit. Myſticè caput noſtrū Chriſtus eſt, ſine quo viuendi vſus haberi nō valet. ſicut ergo caput coluber ſeruat: ita ſerua & tu caput.i. Chriſtum, quo viuimus, ex quo ſunt omnia bona. Moraliter caput eſt humilitas, ſicut
Coloſſ. 2 prædictum eſt, quæ totum noſtrorum actuum fouet corpus. Inflatus hoc caput non tenet, id eſt humilitatem quæ eſt caput omnium virtu-
Eſaiæ 9 tum. Primatus eſt dominus etiam Chriſtus, qui ablatus maiori populo datur minori Iacob, id
Apoc. 1 Chriſtianis. Vnde in Eſa. legitur, Auferā à Iuda caput & caudā, id eſt Chriſtū, qui eſt initium & finis, alpha & ω. q.d. Prope es tu domine, ergo,

VIDE humilitatem & eripe me: quia legem tuam non ſum oblitus.

Ex Amb. VIDE humilitatem meam] quæ eſt in ſtudijs noſtris, & tentationibus, qua ſuperbia vincitur, quæ omni Chriſtiano eſt neceſſaria. Hoc autem non dicit, niſi qui ſe ſcit placere deo. Et eſt, [VIDE humilitatem] id eſt placeat tibi humilitas mea, & iudica mihi ſecundum eam. Alij in alijs gloriantur, iuſtus in humilitate, bona gloria eſt Chriſto ſubiici, quo merito eripitur quis à gla-
Ex Aug. dio flammeo, id eſt morte æterna. Vnde ſubdit, [ET] etiam [ERIPE me] Superbus malis innectitur vt humilietur, humilis eripitur vt exal-
Lucæ 18 tetur. Ideo eripe, [QVIA non ſum oblitus legem tuam] quæ dicit, Qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.

2 Iudica iudiciū meū & redime me: propter eloquium tuū viuifica me.

Ex gl. int. IVDICA iudicium meum] q.d. dico, Vide humilitatem meam, ſic inde, Iudica iudicium meum] id eſt cauſam meam, quia contra diabolum cauſam agit. [ET redime me] à malis, [ET propter eloquiū tuum] i. propter illam prædictā legem, quam iſte nō eſt oblitus, ſ. vt ſe exaltādum humiliaret, [VIVIFICA me] hæc ēſt exal-
Ex Aug. tatio ſanctorū ſ. æterna vita, Vel, Eloquium, di-
Ex gl. int. cit generaliter verbū dei, Et eſt, Propter eloquiū tuū. i. vt ego videam & ſeruē illud, Viuifica me.
Ex Amb. Vel ita, Iudica iudiciū meum, de iudicio futuro agit, ad quod innoxius & propriæ innocētiæ arbiter, feſtinat. Iuſtus enim apud deū ſciens etiā eum miſericordē, non timet iudicium ad ſui damnationem, in quo abſoluitur. quod etiā incipit hic à ſanctis, nō in æternum puniendis. Ideo dominus ait per Ezechielem, ad angelos vltionis miniſtros, A ſanctis meis incipite. Et alibi ſcriptura ait, Tempus eſt vt incipiat iudicium à domo dei. Ideo iſte apud redemptorē ſuum ſperans, & volēs maturè abſolui, ait, Iudica iudiciū meum. i. matura facere iudicium. & ibi, Redime me, à malis. Et propter eloquium tuum viuifica me. Verecūdè hoc dicit, vt qui diffidit de meritis propter verbū dei, ſperet clemētiam. Et hoc eſt illud verbū, quod Simeon videre expectauit.
Vel ita, Iudica, de pręſenti iudicio, Iudiciū meū, Ex Caſſ.
.i. examina diſcretionē fidei meæ Nō enim per arrogātiam petit iſte iudicari in futuro, ſed vult a deo examinari ſuum iudicium quo deum credit, & incarnationē Chriſti, de quo .i. pro quo iudicio, Omnes ſancti ſecuri ſunt, nec timēt diē iudicij, quia in his qui bene iudicant credendo, ſciunt ſe glorificandos ſancti, quia tales ſanguine Chriſti redimendi erant. Et redime me ſanguine paſsionis. Et viuifica propter eloquium tuū. quod dicit, Qui credit in me nō morietur, ſed habebit vitam æternam. Me viuifica, ſed,

3 Longè à peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas nō exquiſierūt.

LONGE] eſt [A peccatoribus ſalus.] Nō Ex Aug.
a me, qui iuſtificationes exquiſiui. Hoc ſpeciali- Ex Amb.
ter de Iudæis dicit, qui latronem elegerūt, ſalua-
torem reppulerunt. In hoc tamen omnes deuo- Ex Caſſ.
tos animos, perfidos terret. Ideo, Longè eſt ab eis ſalus, quia longè ſe fecerunt ab ea. quod ita dicit, quia [IVSTIFICATIONES tuas non exquiſierunt] quod iſte ab eo ſe accepiſſe vidēs, ſcilicet vt cuſtodiret iuſtificationes, dicit,

4 Miſericordiæ tuę multæ domine: ſecundū iudiciū tuū viuifica me.

MISERICORDIAE tuæ] Vel ita continua, Et ſi longè a peccatoribus ſit ſalus, tamen Ex Amb.
nemo deſperet, quia ô [DOMINE miſericordiæ tuæ multæ, ſunt. Qui enim ſuo peccato pereūt, miſericordia domini liberātur: palam apparuit nō quærētibus, vocauit refugiētes, cōgregauit ignaros, pro omnibus ſe obtulit, [ET ſecūdū iudiciū tuū viuifica me] de futuro iudicio dicit hoc, quia ſcit quod iudiciū dei nō erit ſine miſericor- Ex Aug.
dia, ſuper eū qui fecit miſericordiā. Vel de iudicio pręſenti quo parcit pœnitētibus hic agit. Et Ex Amb.
eſt, Viuifica me ſecūdum iudiciū tuū. Nō ſecū- Pſal. 142
dum illud quod omnes timēt. de quo alibi, Nō intres in iudiciū cū ſeruo tuo. ſed ſecūdum illud quo parcis cōfitentibus. Ideo poſt miſericordiā ſubdit de iudicio, quia non eſt miſericordia ſine iudicio. Ideo viuifica me, quia,

5 Multi qui perſequuntur me, & tribulant me: à teſtimoniis tuis nō declinaui.

QVI perſequūtur me & tribulant me multi] ſunt, quibus adiuncti ſunt & mali ſpiritus. Ex Amb.

Per hoc notatur & grauis persecotio, quæ fit à
Ex Aug. multis in vnum, implĕtum est hoc in ecclesia,
quæ tot habuit persecutores martyrum. Præpa
rata enim est vniuersa terra sanguine martyrũ,
floret cælom coronis martyrum, ornatæ sunt
ecclesiæ memorijs martyrum, signata sunt tem-
pora natalibus martyrum, crebrescunt sanitates
meritis martyrum. Et licet sint multi, ramen,
Ex Caſſ. [NON declinaoi à testimonijs tuis] Grãtius est
Auguſt. hæc inter pericula seruari, quod est nobis à deo.
& gl. int. Vnde sequitur in alio psalmo, Nisi quia domi-
Pſal. 93 nus adiuuit me, paulominus habitasset in infer-
Pſal. 123. no anima mea. Sequitur in alio psalm. Nisi quia
dominus erat in nobis, forte viuos deglutissent
nos, ego non declinaui.

6 Vidi præuaricantes & tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt.

Ex Aug. VIDI] ãnte [PRAEVARICANTES] id est de-
clinantes à testimonijs, quia non seruant tribula
Ex Caſſ. tiones. Alij codices habent, Non seruantes pa-
ctum, quod idem est, pactũ dicitur à pace, quasi
pacis actum, id est inter dissidentes affectu gra-
tiæ diffinita conditio, quæ conuenit vtrique le
gi. s. vt pactum appelletur, quę statuta est, vt ho
mo in gratiam, & pacem dei reuocaretur: quod
pactũ. i. vtranq; legem debiles non seruant, ce-
dentes persecutoribus, pro quibus amissis socijs
dolẽt sancti. Vnde subdit, hic [ET tabescebam]
Ex Aug. zělo amoris. Vel pactum dicit, quod Iudæi pepi
Ex Hilar. gerunt, dicentes, Omnia quæcunque dixerit do
Exod. 24 minus, hæc faciemus: sed post coluerunt idola,
Ex Amb. quos ciues & parentes suos lugent sancti: vnde
ait, Et tabescebam, zělo charitatis. Beatus qui
Ex Aug. in charitate dei tabescit. Deinde exponens in
quo sunt præuaricantes, subdit, [QVIA elo-
quia tua non custodierunt] sed in tribulatione
negauerunt. In hoc sunt præuaricantes, sed ego
ab eis differens,

7 Vide quoniam mandata tua dilexi domine: in misericordia tua viuifica me.

Ex Aug. DILEXI] ô [DOMINE mandata tua] vn-
de scilicet ex dilectione est fructus omnium pas-
sionum. ideo ait, Dilexi, non tantum nõ negaui
quod martyres facere cogebantur, & non faciẽ-
tes intolerabilia patiebantur. Et ô [DOMINE
Ex Amb. vide] hõc, scilicet [QVONIAM dilexi manda-
tua] id est placeat tibi, & remuneretur à te dile-
Ex Caſſ. ctio mea. Vĕl ita cõtinua. q. d. Vidi præuarican
tes & tabescebam, & ideo, ô Domine vide quo-
niam dilexi &c. illo merito dixit, scilicet qoa ta-
bescebam. hoc merui, scilicet à te conspici; supra
dixit, Vide humilitatem, hic item dicit, Vide,
Ex Amb. addens, Quoniam dilexi mandata tua, secundũ
legem veterem hoc dicitur, quæ præcipit vt v-
nusquisque ter in anno non vacuum se offerat
in conspectu dei. Sanctus vero cotidie non va-
cuum se offert quidem, quoniam dicit, Mandata
tua dilexi. In hoc se offert qđ diligit. Ipsa enim
dilectio, oblatio est. Vnde alibi, In me sunt deus
vota tua. Et nota quod ait, Dilexi, quod plus
est q̃ seruare. quia hoc est charitatis, illud necessi
taria vel timoris. Ideoq; in Exodo, illi solt præ-
cipiuntur offerre ad construendum tabernacu-
lum, qui spontanea voluntate, & hilari animo
accedunt. [IN misericordia] q. d. Dilexi manda Ex Aug.
ta, vnde hoc præmium postulo, [VIVIFICA & Haym.
me in misericordia tua] non in in meritis confi-
do, sed si misericordia est in præmio, quod de-
bet reddere iustitia: quantõmagis impensa est
misericordia, vt obtineretur victoria. cui debe-
tur vtique pręmium in victoria, manifestior est
misericordia. Et, In misericordia, ergo, Viuifica
me, quia isti mortificant. quod vtrq; facies, quia Ex Aug.
dixisti hoc in scripturis: quæ verè sunt, & quæ & gl. int.
dicis vera sunt, nam

8 Principium verborum tuorum veritas: in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

PRINCIPIVM verborum] est [VERITAS] Ex Caſſ.
id est à principio verborum tuorum vera dixi-
sti, principium verborum est principium scriptu
rarum, vt Genesis, à quo principio vera dixit
deus, & vsq; in finem veritatis verba seruat. Vn-
de, Cælum & terra transibunt, verba autẽ mea Lucæ 21
non transibunt. Et quia tetigit quod in princi
pio gestum est, addit quod post finem seculi fiet,
subdens, [IN æternum] durabunt, [OMNIA
iudicia iustitiæ tuæ] Iudicia iustitiæ perpetuo
stabunt, quia sententiam de bonis vel de malis
datam, nec tempus, nec vlla res, subuertet. Vel
ita, Principium. q. d. verè viuificabis me, qui ꝓ- Ex Aug.
misisti. Et principiũ verborum tuorum est veri-
tas, id est à veritate tua verba procedũt. Et ideo
vacua sunt, & neminem fallunt, quibus prænun
tiatur vita iusto, pœna impio. Hęc sunt quippe,
In æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ, quia iu-
dicium dei de omnibus in ęternum manebit.

COLLATIO
In ר Res.

2 IVDICA iudicium meum.] Sic omnino
& Sanctes. Et hic accipitur iudicium pro causa,
vt habes in expositione. Posset quis hæsitare de
fidelitate scriptoris ex versione Munsteri, Vin-
dica causam meam, ceu scriba posuisset hic, iu-
dica pro vindica, sed hoc non ita est, quia verbũ
hebraïcum vtriq; accomodum est. Hier. habet,
Iudica causam. Pratensis, Decerta cõtentionem
meam, siue, vt habent interpretes pro Caietano,
Litiga litem meam. Quod exposuit Campensis,
Suscipe patrocinium causæ meæ. רִיבָה רִיבִי
ribah ribi, græcè κρῖνον τὴν κρίσιν.

ש SIN.

PRINCIPES persecuti.] SIN] Qui supra Ex Caſſ.
humilitatem deo obtulit, in hac vicesima- & Alcu.
prima littera, gratas sibi dicit persecutio- Pſalm. 59
nes, quibus tanquam emplastris vulnera pecca- Deute. 32
torum curantur. Vnde, Da nobis auxilium de
tribulationibus. Et alibi dominus ait, Ego occi-
dam, & ego viuere faciam: percutiam & sanabo.
Ideoque huic octonario congruè præmittitur

Ex Amb. litera [SIN] quæ interpretatur super vulnus, quasi emplastrũ. Dicit enim quod tribulatio curat vulnera peccatorum: & dat salutem. Vulnus ergo est peccatum, super vulnus tribulatio, vel vulnus intelligitur ipsa tribulatio, super vulnus cõsolatio eloquiorum dei medicamentũ cælestium præceptorũ. Istud est spirituale malagma, quo omne nequitiæ virus aboletur, quo nõ aduruntur, sed magis fouentur atque liberantur collisi. Ad hanc ergo diuinæ gratiæ medicinam iste quasi à latronib⁹ vulneratus, exultans vero Samaritano vulnera sua detegit curanda, dicẽs,

PRINCIPES persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.

Ex Amb. & gl. int. PRINCIPES, &c.] q.d. Viuifica & necesse est, quia [PRINCIPES] huius mundi rectores tenebrarum, nõ quilibet, sed multi, quod supra in alio octonario dixit [PERSECUTI sunt me] hoc est vulnus, [GRATIS] qũia nihil suum in me habent, nõ gratis persequuntur eum qui se eorum dederit potestati. In suos enim iure vendicant sibi dominatum, à quibus mercedẽ iniquitatis efflagitant. Alii libri habẽt,

Ex Aug. Non ingratis quod idem est. Vel, Principes terræ, scilicet hõmines regnis terrenis præsidẽtes, Persecuti sunt me gratis, id est sine causa. Christiana enim religio non læserat reges terræ, quia & si liberi sint Christiani, & si habentes regna cęlorum: tamen reddunt quæ sunt Cęsaris Cęsari. quorum etiam rex. s. Christus tributum de ore piscis persoluit. Et licet persequãtur, tamen [COR meum formidauit à verbo tuo] quib⁹ dixisti, Nolite timere eos qui occidũt corpus, potius timẽtes eum qui animam & corpus potest mittere in gehennam. Timor tuus excludit timorem eorum. Licet enim expellar, proscribar, occidar, vngulis torquear, ignibus torrear, mẽbris dilanier: tamen plus timui tua verba, quam eorum minas. Et sic vici, vnde multa spolia inueni. Et ideo,

Matth. 10

2 Lætabor ego super eloquia tua. sicut qui inuenit spolia multa.

Ex Amb. LAETABOR EGO] victor quod non est ille, qui non patitur. Lætabor dico [SVPER ELOQVIA TVA] iste qui prius timet à verbis dei, postea lętatur in verbis Dei. Bona ergo trepidatio verbi dei, quę exultationem generat. Et hoc est super vulnus, quia eloquiis dominicis vulneris curam⁹ dura. Lætabor dico [SICVT qui inuenit spolia multa.] Spolia sunt æterna, quæ diabolus conatur auferre, & cõuersio persecutorũ, quæ inuenta sunt quãdo patientiam mirati martyrum, etiam persecutores crediderunt. Et est hic similitudo à victorib⁹ qui victis spolia detrahunt. Vel spolia multa dicit scripturas, sapientiam, iustitiam, resurrectionem. Et omnia in Christo quæ iste à Iudæis abstulit, & quasi sine labore inuenit, quę ante nõ habebat.

Ex Alcu.

Ex Amb.

3 Iniquitatem odio habui & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.

INIQVITATEM, &c.] Ita construe. q.d. Lętabor super eloquia tua [ET dilexi legẽ tuã, iniquitatem autem] non hominem [ODIO habui, & abominat⁹ sum] Lõnge faciẽs à me. Amor bonorũ, odio malorum probatur. Legẽ ergo dicit veterẽ, quæ significãtiam habet noui testamẽti, ne quis putaret negligendã. Vel ita supra dixit se formidasse, à verbis dei, ne autẽ ex formidine quã dixit putes odisse verba dei, addit, Iniquitatẽ. q.d. Formidaui à verbis tuis. &, Iniquitatem odio habui: legem autem tuam dilexi, timore casto, nõ perit amor. Illa ergo formido nõ facit odium verborum dei, sed integram charitatem, vt ametur deus, cuius verba timẽtur. Si enim patres à piis filiis timentur & amantur, & pudica coniunx virum, & timet ne ab illo deseratur, & amat vt fruatur: multomagis pater qui est in cælis qui à nullis diligitur, nisi à quib⁹ lex eius diligitur. Ideo iste ait, Dilexi legẽ tuam, & si aliquãdo corripit, tamẽ dilexi: vnde subdit, &

Ex Cass.

Ex Amb.

Ex Aug.

4 Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ.

SEPTIES,] id est sempẽr [IN die] in hac vita [LAVDEM dixi tibi] numerus iste vniuersitatem indicat, quia septem diebus omnia tẽpora agũtur, vnde recte pro vniuersitate ponitur: sicut ibi, Septies cadit iustus, & resurgit: cadit quidem nõ peccat pręuaricãdo, quia tunc non iustus. Sed cadit omnib⁹ modis tribulationum. Humiliatus resurgit, id est nõ perit, sed proficit econtra hoc subditur de malis, Impii infirmabuntur in malis, id est in tribulationibus. Vel, Septies in die, id est septem dierum toto tẽpore, Laudem dixi tibi, vel, Septies. i. septẽformi spiritu plenus. Vel, Septies, id est septem vicibus, vt mos est religiosis, In die laudem dixi tibi [SVPER iudicia]. i. flagella, [IVSTITIAE tuę,] id est, quibus corrigis & iustificas filios quos recipis. Dilexi legem tuam, & merito, quia iam,

Ex Aug.

Prou. 24

Ex Alcu. & Cass.

Ex Hay.

5 Pax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scandalum.

PAX multa] ẽst in mente, & si non est omnimoda. Vel, Pax multa, erit in futuro, vbi vere multa [DILIGENTIBVS legem tuam] Charitas enim pellit omnes tribulationes [ET non est illis scandalum] & si inquietudo. i. non offendunt in petram scãdali, vt Iudæi & hęretici. Illi qũi diligũt, non scandalizantur, quia nõ sunt pusilli, de quib⁹ dominus dicit, Quicũque scandalizauerit vnũ de pusillis his, &c. pusillorum est scandalizari. Vel, Nõ est illis scãdalum, Ipsa lex, quia qui diligit legem, si quid in ea nõ intelligit, honorat: & quod absurde sonare videtur, iudicat esse magnum, & se nescire. Et ideo, lex, Non est ei scandalum, vel nullum vndecũq; est ei, Scandalum, quia fides eius ex ipsa lege pendet, nõ ex hominum motibus, ne aliquibus cadentibus qui magni habebantur ipse scandalo pereat. Securus verò legem diligit, & est ei pax, & nullum scandalum. in qua lege etiam si multi

Ex Amb. & gl. int.

Ex Amb.

Ex Cass. 1. Pet. 1.

Ex Amb. Matt. 18.

Ex Aug.

peccant, ipsa non peccat, nec peccare nouit.

6 Expectabam salutare tuum domine: & mandata tua dilexi.

Ex Aug. EXPECTABAM] Ecclesia est quæ loquitur. q.d. Dilexi legem. & ô [DOMINE EXPECTABAM salutare tuum] antiqui iusti primũ aduentum expectauerunt, nos secundum, pro quo & illi & nos mandata diligimus, nec profuisset antiquis dilexisse mandata, nisi Christus qui est salutare dei eos liberasset [ET mãdata] q.d. Expectabam, & ideo [DILEXI] mandata tua per quæ habeo salutare. Dico dilexi mãdata tua, &

7 Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.

Ex Aug. CVSTODIVIT anima mea testimonia tua] Custodit testimonia, qui non negat, quod est
Ex Amb. martyrum. sed quia nil valet pati sine charitate, addit, [ET dilexit ea vehementer] quod plus
Ex Cass. est quã custodire. Quod ait, Custodiuit, hoc ad tolerantiam pertinet, ne amitteret quod habet religio. quod ait, Dilexit, hoc ad charitatẽ tormentis fortiorem. Et quia dilexi mãdata & testimonia, ideo,

8 Seruaui mãdata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in cõspectu tuo.

Ex Alcui. SERVAVI mãdata tua & testimonia tua,] Mandata in iubendo, testimonia in prohibendo accipe. Vel mandata, præcepta, testimonia,
Ex Aug. martyria. Et nota quod supradixerat mandata dilexi, & post, testimonia custodiui, & dilexi: nunc simul vtraque ponit, vt vtraque custodita scires, cum ait, Seruaui mandata tua & testimonia tua. Qui enim diligit ipsa veraciter & libenter seruat, sed quia modo inimici sunt mali, cõtra quos fortiter sunt custodienda testimonia, quod fecit vtraque seruans, deo tribuit dicens [QVIA omnes viæ, &c.] q.d. Per hoc potui custodire, Quia omnes viæ [MEAE] sunt [IN conspectu tuo,] id est, quia deus dignatus est intendere, qui illuminat, & errores fugat. quod si faciem auertisset, fierem turbatus, nec ea custodirem. Ideo ait, Omnes viæ meæ sunt, In cõ-
Ex Amb. spectu tuo, quia aliter nulla via bona est, nisi quam deus illuminat.

COLLATIO.
in ש Sin.

6 MANDATA tua dilexi.] Hebrai. עָשִׂיתִי asitha, hoc est feci. At qui mãdata dei procul du bio ex charitate fieri debent. Rom. 13. Plenitu-
Thau interpretaturiuxta Hierony. signa. do legis est dilectio. Vt quisquis mãdata dei efficaciter dilexerit, iam ea fecit.

ת THAV.

Ex Cass. APPROPINQVET] [THAV] Qui supra gratas sibi fore tribulationes dicebat, in hac postrema litera Christo desiderat proximare, precãs vt veniat, & ouẽ perditam reuocet, studiosius se purgãs, quãto fruitur vicinitate virtutis. Et quia Christus veniens consummationem æternæ beatitudinis cõtulit, & ab errore ad patriã reduxit, ideo huic octonario recte præmittitur litera [THAV] quæ in-
Ex Amb. terpretatur errauit vel consummauit, quia hic dicit se habere consummationem, id est, vitã æternam. Vel iam olim se errasse dicit, non modo nũc autem dicit se reportandũ ad patriam, à pio pastore. Ideo interpretatur congrue errauit, & non errat. Errasse enim præteriti temporis est, errare præsentis. Qui errauit, desinit errare, & veterem condẽnat errorem. De eo enim dicitur errauit, qui in errore iam non fit. Quod si est, non errasse, sed errare dicitur. Errare enim est permanentis in vitio: errasse corrigẽtis et lapsum. Nõ est autem vitii, sed profectus, renuntiasse errori, est etiã in hoc consummatio, vt altera docet interpretatio, id est, disciplinæ perfectio, quia plus est à vitio se reuocasse, quã prope vitia ipsa nescisse. Imbutos enim à vitiis animos exurere atque emendare non solum perfectæ virtutis, sed cælestis est gratiæ. quasi dicat, Quia sic & sic egi,

PPROPINQVET deprecatio mea in cõspectu tuo domine. iuxta eloquiũ tuum da mihi intellectum.

Ex Amb APPROPINQVET] tibi ô [DOMINE DEPRECATIO mea] Peccator longe est. hoc dicit vir perfectus. hæc enim confidentia, non est nisi viri cõsummati. vel vox est hic viri nõ perfecti. Et ideo non ait, ego appropinquẽ, sed deprecatio mea appropinquet. Et si nõ ego, quod dicere perfectorũ est. f. appropinquare deo: De-
Ex Aug. precatio dico facta [IN conspectu tuo] quæ est illa deprecatio? ista [DA mihi intellectum iuxta eloquium tuum,] id est, promissum tuum, quia dixisti supra, Intellectũ tibi dabo. Vel, Eloquiũ dicit legem dei. Et est, Da mihi intellectũ, quo
Ex Amb. sapiam, Iuxta eloquium tuum. Iuxta eloquium dei perit, vt sapiat, ne per humanam prudẽtiam euanescat.

2 Intret postulatio mea in cõspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.

Ex Amb. INTRET] etiã ad te [POSTVLATIO mea] facta [IN cõspectu tuo.] Gradatim ascẽdit. Prius enim dixerat appropinquet. Hic dicit, Intret
Ex Alcu. quod plus est Ecce orationis virtus. Nõta etiã quod deprecatio hic est de adhibendis bonis, postulatio de remouendis malis. Vnde subdit,
Ex Amb. & Aug. [SECVNDVM eloquiũ tuum,] id est, prõmissum [ERIPE me] Grauia est enim tãdiu inctari hic. Vel eloquium dicit legem dei. Et est, Eripe me, à lãbe carnis scilicet, Secundũ eloquium

Ex Caſs. tuũ,id eſt per eloquia tuæ legis. Nota quia qui
ſupra ſecundum eloquium petit intellectũ,vt ſu
perna videat: hic per idem eloquiũ vt à concu-
piſcētię labe purgetur petit, Vtrunque enim fa-
cit eloquium dei,& bene hæc duo petit,Da mi-
Ex Aug. hi intellectum & eripe me, Accipiendo quippe
intellectum eripitur,qui per ſeipſum non intel-
ligendo,decipitur.Da intellectum,quia tunc,

3 Eructabũt labia mea hymnum,
cũ docueris me iuſtificationes tuas.

Ex Amb. & Hilar. ERVCTABVNT labia mea]quaſi de plēno,
quia plenus eſt pane cæli.pane.ſ.qui de cęlo de-
ſcēdit[HYMNVM,]id eſt,laudem dei.Intus de-
liciis dei ſaginatus,hymnum eructat, quaſi lin-
gua nō humano ſenſui,ſed diuino famulatur ſpi
ritui. Eructabunt dico, [CVM docueris me iu-
ſtificationes tuas] aliter non eructabũt, niſi ipſe
doceat,quia vnus eſt magiſter,qui docet,ſcilicet
Ex Aug. deus.Dōçet verò deus quando qui audit,& di-
ſcit venit ad eum,vt non ſolũ memoria teneat
ſed & faciat iuſtificationes: & ſic nō in ſe,ſed in
in domino glorians,hymnum eructat. Qui au-
tem didicit & doctorē ſuum laudauit,iam vult
docere. Vnde ſubdit,

4 Pronuntiabit lingua mea elo-
quium tuum: quia omnia mandata
tua æquitas.

Ex Aug. PRONVNTIABIT lingua mea] vt ſim mĩ-
niſter verbi,eloquium tuum non ocioſum ver-
Ex Amb. bũ. Vnde rēddenda eſt ratio,ſed eloquiũ tuum.
& Caſs. vnde eſt ſalus,quod decet pronunciari:quia æ-
quitate fulget,vnde ſubdit[QVIA omnia man-
Ex Aug. data tua æquitas,]id eſt,æquitate plena. Sciens
Ex Amb. autem iſte, quæ pericula ſequantur docentem à
contradicentibus addit,

5 Fiat manus tua vt ſaluēt me:
quoniam mandata tua elegi.

Ex Aug. FIAT manus tua,] id eſt, adiumētum tuum
Ex Hila. & Aug. [VT SALVET] vel, Saluet [ME] dē manu a-
liena, ne timeam:ſed vt pronuntiem, quod hac
fiducia peto[QVONIAM mandata tua] de o-
mnib⁹ aliis[ELEGI] & timorē amore cōpreſsi. &

6 Concupiui ſalutare tuum do-
mine. & lex tua meditatio mea eſt.

Ex Amb. CONCVPIVI ſalutare tuũ] ô [DOMINE]
Alii alia quærunt,ego autē non niſi ſalutare tuũ.
Et ideo[LEX tua meditatio mea eſt] Qui enim
cupit ſalutem dei,meditatur in lege nec inde a-
uertitur aliqua cura huius ſeculi. Iugis eſt ei
meditatio diuinorum decretorum.

7 Viuet anima mea & laudabit
te: & iudicia tua adiuuabunt me.

Ex Caſs. VIVET anima mea]q.d. Fiāt manus,& ſic
[VIVET] in futuro [ANIMA mea] ad ipſum
loquitur, quem deſiderat promittens animā in
æternũ viuere,quæ credit[ET]tūe plene[LAV-
DABIT te]nouo cantico[ET iudicia tua]qui-
bus iudicabis, vel iudicabit,in futuro quādo di-
Matth.25 cet, Venite benedicti,&c. non perdēt,ſed[AD-
Ex Amb. IVVABVNT me] pērfectē, quia qui credit in
me non damnabitur. Proderit enim illi fides,&
ſuffragabitur ad veniam etiam ſi quam offen-
ſam habet. Vel ita, Fiat manus, aduentũ domi- Ex Amb.
ni orat , quia manus patris eſt Chriſtus . Vnde & Aug.
Eſaias, Et brachium domini cui reuelatum eſt? Eſa.53.
Et alibi, Dexterā domini fecit virtutē,&c. q.d. Pſal.117
vt hæc prædicta impleantur, Manus tua,id eſt,
filius tuus, Fiat, ēx ſemine Dauid,vt q eſt crea- Ex Aug.
tor ſit ſaluator. Vnde ſubdit, Vt ſaluet me.quod
hac fiducia peto, Quoniam mandata tua elegi;
& vere,quia, Cōcupiui, videre, ô, Domine ſalu-
tare tuum, id eſt Chriſtũ, quem antiqui cupie-
runt naſciturum, ipſum eccleſia concupiuit. de
viſceribus matris venturũ , ipſum eccleſia cupit
ad dexteram patris vēturum. Sālutare ergo di- Ex Caſs.
cit Chriſtum nominando ſalutare.aperte dicit,
quod prius in ænigmate dixerat,quem qui cu-
pit ex ſcripturis habet . Et hoc eſt quod ſequi-
tur, Lex tua meditatio mea eſt,quia perhibet te- Ex Aug.
ſtimonium Chriſto,& licet occidatur caro,quę
te prędicat: Viuet,tamen, Anima mea & lauda-
bit te,& iudicia tua,quæ incipiunt à domo dei,
Adiuuabunt me. Sanguine creuit eccleſia.

8 Erraui ſicut ouis quæ periit:quę-
re ſeruum tuum domine, quia man
data tua non ſum oblitus.

ERRAVI]Nōuiſsime aperitur quę ex per- Ex Caſs.
ſona per totum pſalmũ loquebatur, ſcilicet ge-
neralis iuſtus. Dicō adiuuabũt,& viuam: ſed o- Ex Caſs.
lim ab Adam[ERRAVI]lege peccati,quia de-
clinaui à via ad vitia. Erraui dico[SICVT O-
VIS.] Eccē comparatio euangelica vbi dicitur,
quod paſtor relictis nonaginta nouē ouibus in Luc.15.
deſerto,iuit quęrere centeſimā ouem perditam.
vnde hic ait[QVAE periit]quę ſcilicet lupis ex- Ex Caſs.
ponitur quā nec fuga nec ſua vis liberet . Dicit
autem, Periit, nōn perit, quia iam ex parte re- Ex Aug.
dempta:quod vt perficiatur orat ſubdēs, O do-
mine Chriſte, [REQVIRE ſeruum tuum] tũ Ex Amb.
Chriſte require, quia infirmus homo te non po & Aug.
teſt quęrere quaſi vt cœpiſti, Perfice dico quęre,
quod ideo debes[QVIA] & ſi erraui[MANDA-
TA tua non ſum oblitus] quaſi quære me, quia Ex Aug.
quæro te , ex hac parte qua dicit , Mandata tua
non ſum oblitus. Erat ouis inuenta, ſed adhuc
ex alia parte quęritur, & perfuſum ſanguinē pa
ſtoris iudaicis vepribus lacerati in omnibus gen-
tibus inuenitur. Cōngrue verò poſt prædicto- Ex Alcui.
rum meritorũ gradus, veteres recolit collunio-
nes,vt de ſua perfectione non ſuperbiat;ſed hu-
milis deo tribuat totum , quia non ex operibus
iuſtitiæ quæ fecimus nos:ſed ſecũdum ſuam mi-
ſericordiam ſaluos nos fecit, vt cum omnia be-
ne fecerimus dicamus, Serui inutiles ſumus,quę Luc.17
debuimus facere fecimus. Hac humilitatis pro-
feſsione liberari meremur . Vnde in Ezechiele,
Illi ſoli liberantur, in quorum frontibus Thau Ezech. 9
reperitur ſcriptum,quia aliter humana cōditio
laſſa nō recreatur , niſi abdicatis veteris vitæ
erroribus, frons vitæ innouata virtute humili-
tatis inſigniatur. Inde eſt quod paruulo poſt o-
mnia dicenti, Benedicamus domino, ſeniores a-
lia voce idem reſpodent, deo gratias, vt quan-

to perfectiores, tãto humiliores, ad deum omnia referant, se velut paruulos æstimantes, & puerili simplicitate, deo post omnia gratias agẽtes. Ideo post omnia ponitur Thau.

COLLATIO in ת Thau.

5 APPROPINQVET.] Sic Chaldæus, Nebiensis, Pellicanus, Pratẽsis, Sãctes, & interpretes pro Caietano. Hieronym. ingrediatur. Munsterus præueniat. Translator ad Campẽsem penetret. Paraphrasia huius, admittatur. Hebraice תִּקְרַב tiqrab, simpliciter ad verbũ est appropinquabit. Sed ponderando affectum precantis, eundem sensum licet variis verbis efferre.

DEPRECATIO mea] רִנָּתִי rinnathi. Hieronymus, Nebiensis, Laus mea. Itidem Pellicanus, Chaldæus & editio ad Campensem, similiter nobis. Cęteri, clamor meus Radix à qua deformatur dictio præscripta רָנַן ranan, est laudare, cãtare, lamẽtari, precari. Ob idque appropinquet deprecatio flebilis gratiarum actionis & laudis in conspectu tuo.

4 PRONVNCIABIT.] Sunia & Fretella, quia legerant in Græco φθέγξεται, dicebant esse simpliciter, nunciabit. Respondet Hieronymus, Illud verbum, siue dicas pronũciabit, siue effabitur, siue loquetur, idipsum significare. Deinde subdit quomodo ex Hebręo verterit. Loquetur lingua mea sermonem tuum. Nunc tamẽ inuenio in Gręcis codicibus φθέγξαιτο pronunciet. Ad sensum nihil interest.

CXIX. PSALMI TIT. Canticum graduum.

Ex Cass. AD dominum cum tribularer.] Titulus [CANTICVM graduũ] Bẽatitudinem quam superior psalmus vnita meritorũ varietate cantauit, isti sequẽtes psalmi ordinatis 15. gradibus, tam psalmorum quam meritorum in sacramentum veteris & noui testamẽti
Ex Alcu. explicant. Sẽptenarius enim ad vetus refertur,
Leuit. 23. octonarius ad nouum. Patres nãque veteris te-
Leuit. 25. stamenti ebdoadi, id est, septenario seruiebant: obseruabãt enim septimũ diem, vel sabbatum, septimam septimanam, septimũ mensem, septimum annum, & septimũ annũ septimę decadis, qui iubileus dicitur. Patres verò noui testamenti ogdoadi seruiunt, id est octonario, quia seruant octauũ diem quæ dominica dicitur, & octauas martyrum, & octauã resurrectionis expectant. Ideoque per octonarium & septenariũ duo te-
Eccle. 11 stamenta signantur. Vnde Salomon, Da partes
Ex Hila. septẽ, necnon & octo. Quĩndecim graduum sic distinctio, vt per hæc significetur duorũ testamentorum doctrinam in his gradibus contineri. Et sunt hic quindecim gradus, sicut in templo Salomonis totidem erant gradus, quibus ascendebatur in templũ quod est figura cælestis
Gen. 28 templi, ad quod his gradibus ascenditur. hęc est scala Iacob. In scãlis enim vidit Iacob angelos Ex Aug.
ascendentes & descendẽtes. Hi sunt spirituales doctores, qui per hos meritorũ gradus quasi per quædam interscalaria ascendẽdo proficiunt vsque ad intellectum spiritualium, & quasi descendentes paruulis se contemperant non cadentes. Cadit enim qui deficit, descendit qui se cõtemperat paruulis. cecidit Adam per superbiam intumescẽs. descẽdit Christus per misericordiam paruulis condescendens. sic & sui per humilita-
tem descendunt, non per superbiam cadũt. Vn- 2 Cor. 5
de Apostolus, Siue enim mente excedimus deo, siue sobrii sumus vobis. His ergo gradib⁹ inoffenso pede mentis ascenditur atque descẽditur. Graduum autẽ nomen ambiguum est apud nos, quia gradus dicimus ascendẽtium & descẽden-
tium. Apud Grecos certum est, quod ascenden- Ex Aug.
tium tantum sunt gradus. Est autem hic ascen- & Cass.
sus, qui fit nõ pedum passibus, sed promotione affectuum, vt de virtute in virtutem ascẽdatur, vbi charitas mouet pedem. Ideoque quãto quis plus diligit, tanto magis ascẽdit, & ideo cõgrue præponitur canticum, quod est exultatio mẽtis habita pro æternis. Et est sensus, hic est [CANTICVM graduum,] id est, mentis exultatio de ascensu spirituali, quia spirituales gradus sunt
isti. Ascẽndens ergo hic loquitur, sed vidẽdum Ex Aug.
est quis ascendat, vbi & vnde, & in quid ascendat, & per quem. Quis? vir iustus? vbi fit ascensus? in corde. Vnde alibi, Ascẽsiones in corde suo disposuit. vnde ascendit? A cõualle plorationis. In quid? in illud, quod oculus non vidit, nec in cor hominis ascendit. Per quem ascendit? per
verbum incarnatũ, quod descẽdit vt per ipsum 1. Cor. 2
nos ascenderemus. Verbum enim caro factũ, calicem bibens passionis, factum est nobis conuallis plorationis. Manẽs verò apud deum est mõs ascensionis. Sic enim descendit ad te, vt maneret in se: descendit ad te, vt fieret tibi conuallis plorationis: mansit in se, vt esset tibi mons, ad quem ascenderes. Ab exẽplo ergo humiliationis ciua ascendatur ad voluntatem, & altitudinem deitatis ipsius. Primus autem gradus est à malis
seculi exire, & vniuersæ vanitati renũtiare. Inĩ- Ex Cass.
tiũ enim profectus est carnalia vitia relinquere,
& domino supplicare. Vnde in veteri lẽge quã- Ex Alcu.
do emebatur mancipiũ gentile radebantur vn- Deut. 21.
gues eius, & capilli tondebantur. Quia oportet veterẽ vanitatẽ quenq; exuere, vt domini obsequio mancipetur. Hĩc ergo à renunciatione seculi, quibusdam gradibus meritorũ, ad æternam & perfectam peruenitur charitatẽ, quæ in sum-
mo gradu locata est. Intentio. Nõs monet a- Ex Hilar.
scendere, quę eadem est in omnibus, sicut & v-
nus titulus. Modus. Bipartitus est psalmus. Prĩ- Ex Cass.
mo ascendere incipiens, quia multos inuenit obsistentes à linguis eorum cupit liberari. Secundo, de permixtione malorum cõqueritur, ibi, Heu mihi. Iustus ergo volens exire de malis seculi, quibus premebatur, dicit se clamasse ad dominum sic,

A D dominum cũ tribularer clamaui: & exaudiuit me.

Ex Hila. C V M tribularer]pēccatis [C L A M A V I] intensione cordis[A D dominũ]vt me
Ex Aug. educeret[E T exaudiuit me] cõstitnẽdo ād gradus ascendendi, vbi orat contra linguas detrahentium,dicens,

2 Domine libera animam meam à labiis iniquis: & à lingua dolosa.

Ex Aug. D O M I N E libera] Cũm enim incipit homo ascendere,id est, cogitat perficere cõtempto seculo soli deo hærens incipit pati linguas aduersantium,id est detrahẽtium,& quod grauius est, quasi consulendo à salute auertentium.Has ergo qui non patitur,nondum proficere conatur. ascensurus ergo primum contra eas precatur; q.d. Quia me in gradu constituisti, iam ergo ô
Ex Cass. [D O M I N E libera animã meã à labiis iniquis] quę iniqua suadẽt[E T à lingua dolosa]quę specie consulendi plus nocet. Hæc talia conuerso mox occurrũt, vnde primus homo corruit. Labia enim iniqua fuerunt quibus expressum est,
Gen.2 Comede. Lingua dolosa,qua palliato fine cõsilii dictũ est, Eritis sicut dii. Sed dominus quasi exercens istum dicit ei,

3 Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam.

Ex Aug. Q V I D detur tibi] q.d. Tũ dicis libera, sed [Q V I D detur tibi aut quid apponatur tibi,] quo te munias [A D]id est contra[L I N G V A M
Ex Alcui. dolosam]quę iniqua suadet. Dũo verba posuit, dari & apponi: quia sagittæ dantur in arma, & carbones apponũtur quasi in cõsolatione. Vn-
Ex Aug. de domin⁹ respõdẽs subiicit suę interrogationi.

4 Sagittæ potẽtis acutę: cum carbonibus desolatoriis.

Ex Aug. S A G I T T A E P O T entis acutæ] dãbuntur [C V M carbonibus desolatoriis] vel,vastatoriis, quod idem est. Sagittæ acutæ sunt verba Dei, quia verbis dei sagittatur cor ad amorem dei,vt fiat in eo vulnus amoris non liuoris. Vnde in
Cantic.4 Canticis,Vulnerasti cor meum charitate. Carbones verò sunt exempla iniquorũ cõuersorum ad deũ,qui bene dicũtur carbones, qui de mortuis reuiuiscũt, quando accendũtur & adhibiti mortuis eos accendunt. Ita qui se conuertũt ad dominum de mortuis,reuiuiscunt igne charitatis calefacti, & suo exemplo alios accendunt vt viuant. Hi bene post sagittas exponuntur: quia pòst exhortationem verborum exemplis agendum est, vt quod verbis accepit quis, credat se posse. cũ multi delicati, etiã fœminæ, vt Agnes, Agathes,iam illud impleuerunt: & si multi peccauerũt vt Paulus & Maria, eo amplius amauerunt. Hæc exempla dicũtur carbones desolatorii vel vastatorii, quia vastãdo ad desolationem ducũt carnales cogitationes, & seculares amores,qui male fronduerant,vt ita fit locus purus ædificio dei. Et est,[S A G I T T A E potẽtis acutæ]dabũtur[C V M carbonibus desolatoriis,] id est,cũm exemplo conuersorũ ad deũ. Vel verba Ex Cass.
ipsius iusti sunt, qui more nimis cogitantis hęsitat,& quærit remedium, dicens, Quid detur, aut quid apponatur tibi ad linguã dolosam. Sẽsentia horum verborũ non mutatur,deinde interrogationi suæ respondet, vel deus dicẽs, Sagittæ potentis acutæ,&c.non mutatur sensus,

5 Heu mihi quia incolatus meus PARS II.
prolõgatus est, habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.

H E V mihi] Secũndo de incolatu & permi- Ex Cass.
xtione malorum cõqueritur. q.d. Accẽpi sagittas & carbones, sed adhuc inter malos sum. Et ideo[H E V mihi] Acceptis enim sagittis & carbonibus iam factus triticeum nõdum est in horreo, sed in area, vbi palea multa premitur. Videns ergo multa mala quæ ante nõ viderat, clamat, Heu mihi. Nulli homini apparent mali, nisi factus sit bonus. Hoc enim dominus docet
in parabola euangelica, qua dicitur, quod cum Math 13
creuit herba & fecit fructum, apparuerunt zizania.Inde,Heu mihi [Q V I A incolatus meus,] id est,peregrinatio huius seculi[P R O L O N G A-
T V S est,]quia & si breue sit tempus,tamen de- Ex Hila.
siderio nimio longum videtur.Cur inde gemis? quia[H A B I T A V I[non cum bonis, sed[C V M habitantibus]vel, Tabernaculis[C E D A R]Ce-
dar fuit filius Ismaelis. Vnde Sarraceni descen- Ex Hier.
derunt, qui verius ab Agar dicerẽtur Agareni, in cap.E-
sed à Sara digniori & libera nomẽ sibi vendica- zechi.25.
uerunt,quorum vterque in tabernaculis legitur
habitasse. Tabernacula ergo Ismael,recte Cedar Ex Aug.
sunt dicta: quia Cedar ad Ismael pertinet, sicut
in Genesi habetur. Per Ismael autẽ siue Cedar Gen.25
significantur mali, sicut per Isaac significantur boni. Isaac ergo modo est cũ Ismael, id est, spirituales cum carnalibus filiis ancillę, à quib⁹ & patiuntur sicut Ismael persequebatur Isaac. Et est,Habitaui cum habitãtibus Cedar. vel,Cum tabernaculo Cedar, id est,cum malis qui signi-
ficantur per Cedar. Vẽl secundũ interpretatio- Ex Hier.
nẽ nominis.Cedar enim interpretatur tenebræ. Et est,Cum habitantibus Cedar,id est cum habitantibus tenebras,sed nõ est obscuratus ab eis,
& est idem sensus cum pręcedenti.Per hõc nota, Ex Aug.
quia non est dimittenda vnitas corporis Christi,id est ecclesiæ non præcidenda ecclesia,quia si mali nunc à bonis non possunt separari,ferendi sunt.Dico habitaui cũ malis, & diu. Et hoc est quod subdit,[M V L T V M incola,&c.]Vel ita continua,cur cum illis dolea esse?quia,Multum incola[F V I T anima mea] ideo dicit animã incolam, ne putes corporalem peregrinationem, sed spiritualẽ. Sicut enim corpus peregrinatur locis:ita anima peregrinatur affectibus. Si enim deum amat anima, ascendis ad deum: Si autem terram amat, à deo anima peregrinatur.

6 Cũ his qui oderunt pacẽ, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Ex Cass. CVM his] q.d. Mūltū incola fuit anima mea: & non solum lōgus, sed & grauis, fuit incolatus, Ex Aug. quia [CVM his qui oderunt pacem] Vēl sic iunge, Habitaui cum habitātibus, vel cum tabernaculis cedar, &, Cū his qui oderunt pacem, id est, Ex Cass. qui conscindunt vnitatem catholicam [ERAM pacificus,] id est seruans vnitatē, nō iratus, non turbulētus. [ET cum loquebar illis,] id est cum prohiberem à malis. Bona loquens, ipsi obstinati [IMPVGNABANT me gratis.]

COLLATIO
In psalmum 119, Ad dominum cum tribularer clamaui, &c.

3 QVID detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam.] Iuniores vertunt actiue Quid dabit, & quid apponet tibi lingua dolosa? Hieronymus tamen per omnia sequitur Septuaginta. Ex quo rursus trahitur argumētum præter infinita alia, hic non fuisse punctorū ad scriptionem notatam. Nam istæ tres literę יתן Hieron. nō nouit puncta possunt legi sic יִתֵּן liten, qđ est dabit, vel יֻתַּן iutan, dabitur in cōiugatione hophal, quam dicunt. Alterum verbum, apponatur, Hebraice est hiphil יֹסִף iosiph, quod proprie etiā includit aliquam personam patientem.

4 CVM carbonibus desolatoriis.] Hierony. ac cæteri traducūt, cū carbonibus iuniperorum seu genistarum, רְתָמִים retamim. Dicit Munster. Quū carbones iuniperi incenduntur, ignē diu retinent, & quando foris videntur extincti, intus adhuc ardēt. Itaque per carbones iuniperorum, nihil aliud intelligemus, quam carbones vehementer ignitos, qui recte dicuntur desolatorii, ea ratione quā tradit Hieron. in cōment. Pro desolatoriis (inquit) carbonibus, in Hebręo ἐρημικοῖς habet: desolatorē puto & in Esa. asse carbonem, qui ad labia eius defertur, vt purget vitia quæ loquēdo, siue optima quæque tacendo cōtraxerat. Et hoc itaq; carbonem similem deprecatur, vt detur ei carbo de altario dei, qui in eius labiis peccatorum solitudinem faciat, id est à vitiis eum præstet alienum.

5 INCOLATVS meus prolongatus est.] Et Hieronymus similiter. Pratēsis, Incola fui Hetruriæ. Sāctes, Mūsterus, Cāpensis ac Pellicanus reliquerunt ipsum Hebraicum מֶשֶׁךְ meschec, quāquam Pellicanus dicit, mosoc, exponens capadoces. Interpretes pro Caietano, p mescher habent propagatim. Translator tamē ad Campensem ponit nobiscū, prolongatur. Cæterum מָשַׁךְ maschah citra cōtrouersiam, hebræis sonat prolongauit. Vnde Septuaginta deflexerūt participium מָשׁוּךְ maschuc, prolōgatus est, & sensus longe melius quadrat.

CXX. PSALMI TIT.
Canticum graduum.

Ex Aug. LEVAVI oculos meos.] Titulus [CANTICVM graduum] Idēm titulus, qui supra. Et idem sensus, id est, cāticum ascensionis, ascēdere autē est in deum proficere. Profectus ergo gradus est. Secundus verò gradus est Ex Alcui. petere diuinam defensionē, cui nil posse obuiare monstratur, qui congrue prēmissum gradum sequitur. Cui enim de mundo exeunti pericula occurrunt, exposcere debet diuinum auxilium. Cōgrue ergo qui supra gemebat inter malorum insidias, hic cōtra eos orat iuuari. Nōn enim est Ex Aug. imperitus & improuidus, sicut ille paterfamilias, qui in euāgelio nescit quando fur venturus Matt. 24 sit, & dormit. Et ideo ipsam subito occupat hora, per quem significantur illi, qui presumentes da cupiditatib⁹ suis & deliciis huius seculi diffluentes tument & erigūtur aduersus humiles. Hi sunt qui in diebus Noe nubunt, ducunt, & ædificant, id est qui præsumunt de his, qui hæc deo præferunt. Et ideo eos comprehēdit hora, sed filios lucis non comprehendit, quia semper vigilat expectātes dominum suum quando reuertatur. talis est iste, qui oculos ad deum leuat. Intētio nos ad idem monens. Modus. Bipar- Ex Cass. partitus est psalmus. Primo leuat oculos & orat. Secundo quod orauit affirmat, ostendens virtutem auxilii impetrati, ibi, Dominus custodit. Qui ergo supra, quasi inclinatus clamauit, iam respirans oculos ad intercessores sanctos eleuat dicens,

LEVAVI oculos meos in mōtes: vnde veniet auxilium mihi.

LEVAVI oculos meos] interiores [AD montes] spirituales. i. ad sanctos, qui prius illuminati sunt sole iustitię, per quos apertæ sunt scripturæ [VNDE veniet auxiliū mihi] quia de scripturis eorū in hac vita auxilium habemus, sed non est præsumendum de illis imo de domino suo, quia, Ex Hier. & Aug.

2 Auxilium meum à domino: qui fecit cælum & terram.

AVXILIVM meum] ēst [A domino] per eos, Ex Aug. quia & hi de plenitudine eius accipiunt: in Ioan. 1 quos tamen nisi leues oculos per scripturas non admoneberis, vt ab eo illumineris. Illi ergo, ministri: Deus autem auctor est illuminationis, qui est lux vera, illuminās omnem hominē venientem in hunc mundum, qui potest auxiliari. Ipse est enim [QVI fecit cælum & terram.]

3 Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.

NON det] Lætūs iste de tali auxilio sibi ipsi Ex Cass. loquitur. q. d. Quia auxiliū est domino, vt ergo firmus sis in gradib⁹, [NON det dominus pedem tuum,] id est, cōgitationē [IN commotio- Ex Aug. nē, vt cadas per superbiā, qua cecidit angelus, & de angelo factus est diabolus. Sic enim ad perficiendū non mouet pedem nisi charitas: ita ad cadendū superbia. Charitas enim ad celsitudi-

nẽ humiles prnnchit superbia,elatos in ruinam
vergit. Dico, Non det pedẽ in cõmotionẽ[NE-
que etiã dormitet,quod minus est[QVI custo-
dit te].i.nõn sinat te pigritari in fide,qa si dor-
mit in te fides,dormit in te Christ⁹. Fides enim
in corde tuo,Christus est in corde tuo. Et dici-
Ex Cass. tur hõc ab humana consnetudine, vt quãdo fes
Ex Hilar. sus custos dormitat,furtũ patitur. Dõrmitat ve-
rò Christus,quando in fide tepescimus. talis est
ipse nobis quales nos ei. Deinde his duobus duo
alia reddit,dicens,

4 Ecce nõ dormitabit neque dor miet qui custodit Israel.

Ex Aug. ECCE non dormitabit] Ad hõc enim quod
dixit non dormitet,refert[NON dormitabit]ad
aliud verò quod dixit,nõ det in cõmotionẽ,re-
Ex Aug. fert[NEQVE dormiet[q.d. Vt ãutem tibi non
dormiat,esto,Israel,quia, Ecce non dormitabit
neq; dormiet[QVI custodit Israel].i. Christus
qui custodit primo p fidẽ, põst videtes p speciẽ.
Si ergo per speciem nondũ potes,per fidẽ vide:
si faciẽ eius videre nõ vales, quoniã ibi species,
Exod. 33 posteriora eius vide. Hoc enim dictum est Moy
si à domino,quęrenti faciẽ eius videre. Non po-
tes videre faciẽ meã, sed sta in foramine petræ,
& protegã te dextera mea,& posteriora mea vi-
debis cum pertrãsiero. Qui ergo nõ potest vi-
dere faciẽ,posteriora videat cũ transierit. Per-
trãsiuit enim Christus per passionẽ à morte ad
vitã,qui transitus Hebraice dicitur pascha. Pa-
scha quidẽ putatur Grẹcũ,quasi passio:sed vere
Hebræũ est.i.transitus. In hoc voluit Christus
videri.i.credi,nõ modo in eo quod mortuus est,
vt & iniqui credũt,sed quod resurrexit. Primũ
Ioan. 1 ergo est,In principio erat verbũ:posterius,ver-
bum caro factũ est. Qui ergo credit,quod pas-
sus est & resurrexit,Israel est.& huic nõ dormit
Ex Cass. Christus, Vel ita, Nõ det in cõmotionẽ. Lõqui-
tur vir iustus sibiipsi dicens,Non det in cõmo-
tionẽ pedẽ tuũ, Non mutatur sensus horũ ver-
borum. Deinde ipse dominus respõdet ei dicẽs,
Ex Aug. Neq; dormitet.q.d. Orãs nõ moueri pedẽ tuũ.
Vt autẽ non moueatur pes,elige tibi homo,cu-
stodẽ qui nõ dormit. Et hoc est quod ait,Neq;
dormitet qui custodit te. deinde quęrit vir iu-
stus, quia est custos qui nõ dormit? cui respõdet
dominus,Ecce,qui nõ dormit,ille.s. Qui custo-
dit Israel nõ dormitabit neq; dormiet. Dormi-
tat Christus, adhuc mortalis: dormit moriens,
quod nõ iam Christus. Christus enim resurgẽs
Rom.6 à mortuis iam nõ moritur,mors illi vltra nõ do.
Ipse est ergo qui vigilat,& nunquã dormit. Vn-
Hiere.1. de dicitur ad Hieremiam, Quid tu vides Hie-
remia? & ait, Virgam vigiliarum ego video,quia
Ex Alcu. ego vigilo super populũ meũ dicit dominus. Et
dicitur hoc à simili virgæ,quã fur tenet,vt po-
ma vel vestimenta alterius rapiat. Si dormierit
ille cuius sunt vestimẽta fur,cũ virga vigilat. Si
autẽ vigilat ille,fur dormit, & nõ rapit. Simili-
ter si homo custodit vestimenta sua, ne ambulet
nudus in via.i.bona opera sua,Christus dormit,
id est nõ punit. Si verò dormit homo, Christus
vigilat.i. corripit & verberat. Hic est custos, de
Esa.21. quo in Esaia dicitur,Ad me clamat ex Seyr,cu
stos qui de nocte. custos qui de nocte? & dixit
custos, venit mane & nox, si quæritis quærite.
Conuertemini & venite. Hic ergo, Nõ dormi-
tabit neque dormiet. Sẽd ne adhuc putes de a- Ex Aug.
liquo hominũ hoc accipi,subdit,

5 Dominus custodit te: dominus protectio tua, super manum dexteram tuam. PARS II.

DOMINVS custodit]Secũda pars,vbi quod
oraueras affirmat.& quasi quis quęreret,quis est
ille custos?subdit,[DOMINVS custodit te]quo-
modo?ecce[DOMINVS] est[PROTECTIO
TVA]vel,Protegit te,alia litera[SVPER MA-
NVM DEXTERAM tuã] Vẽl sic alii transfe-
runt,Super manum dexteræ tuæ. Non sine cau
sa est quod non simpliciter dicit protegit te,
vel dexterã tuam, vel manum dexteram tuam:
sed transitiue ait,Manũ dexteræ tuæ. Et non ait
sinistræ,cum ipse nos totos fecerit,& dexteram
& sinistrã dederit. Aliqd ergo hic occultũ abs-
cõditur,ad quod pulsando peruenitur. Sinistra
ergo est quidqd tẽporaliter habemus, qđ etiã à
deo est,dextera æternũ. Illa ergo, est,cõsolatio: Cantic. 2
hęc,beatitudo:secundũ illud,Leua eius sub capi-
te meo, & dextera illius am. &c. & in puerbiis, Prou.3
Lõgitudo dierũ & anni vitæ, in dextera eius, &
in sinistra eius diuitiæ & honor. Dextera ergo
dei est æterna fœlicitas: sinistra mũdana, quę &
à deo. Ideoq; ad dexterã eius locãdi dicitur,qui
æterna quæsierunt: ad sinistrã,qui terrena. Sed
quidã errãtes, hæc alternãt habẽtes sinistrã pro
dextera,& dexterã pro sinistra,sicut illi qui di-
xerũt, Beatũ populũ cui hęc tẽporalia sunt.cõ-
tra quos dñs dicit, Nesciat sinistra tua, quid fa- Matt. 6.
ciat dextera tua.i. p terrenis bona nõ facias,sed
pro æternis. Ideo ait, Nesciat vt nec saltẽ se ad-
misceat,partim cęlo,partim mũdo seruiẽs. Eccẽ Ex Aug.
quid est dextera. per manũ verò accipitur pote-
stas,sicut ibi,Mors & vita in manib⁹ linguę. Ma Prou. 18
nus ergo dexteræ potestas est, quam deus dedit
credẽtibus vt sint filii, vt sint ad dexterã secun-
dum illud,Dedit eis potestatẽ filios dei fieri,his Ioan. 1.
qui credũt in nomine eius. Est ergo sensus, Do-
minus, est, Protectio tua super manũ dexteram
tuã .i. super potestatẽ quã dedit tibi deus, vt sis
ad dexterã, vt sis filius, quæ potestas est per fi-
dem: sed non valet,nisi deus protegat. Vel ma-
nus est ipsa fides. super ergo, Manũ dexterę tuę,
id est, super fidẽ qua fiunt filii, dominus prote- Matt.22.
git, vt non sinat tẽtari supra quam possint. Sed
quare oportet vt protegat? propter scãdala,quę
sunt de duobus, quia & duo sunt pręcepta cha-
ritatis,in quib⁹ tota lex pendet & prophetę, sci-
licet dilectio dei & proximi.

6 Per diem sol non vret te: neque luna per noctem.

PER diẽ sol nõ vret te neq; luna per noctẽ.]
Dẽus est sol: dies,sapiẽtia dei: luna,ecclesia: nox, Ex Aug.
caro Christi. Qui ergo errat in deo, à sole vritur
& per diem, quia in ipsa sapientia errat, de qua
dicitur, Dies diei eructat verbũ.i. perfecti sapien Psal.18.
tiam perfectis. nox verò nocti indicat scientiam
id est paruulis pręedicatur humilis Christi passio

quæ est quasi nox: sed non relinquuntur in nocte, id est, in carnis humilitate: sed ad altiora diuinitatis prouehũtur, quia lucet & luna in nocte, id est, per carnem Christi prædicatur ecclesia & proficit: quia caro ipsa Christi caput est ecclesię. Qui ergo in ecclesia .i. in carne Christi scandalizatur à luna vritur. Et est sensus, Ideo oportet vt protegat, quia si te protexerit [SOL
Ex Aug. non vret te per diem,] id est, nõ errabis in diuinitate, siue in dei sapientia [NEQVE luna vret te per noctem] .i. non scãdalizaberis in ecclesia, vel in carne Christi. Vel secundũ literã nostrã, Dominus protectio tua super manũ dexteram
Ex Hier. tuam .i. bonam operationẽ proteget: & non solũ operationẽ ꝓteget, sed & te intus. ita quod,
Ex Alcui. Sol non vret te per diẽ, id est, ita proteget te, vt Christus non scandalizet te in cognitione deitatis suę. Neque luna per noctẽ .i. ipse idem non scãdalizet te in cognitione humanitatis suę, vel vnitatis ecclesiæ. Vel, Luna .i. ecclesia, Non vret te per noctẽ .i. non permittet te vri nocte tribu-
Ex Hier. lationis. Vel per diem, accipiũtur prospera. per solem elatio, quæ ex prosperis venit. per noctẽ, aduersa. per lunã depressio, quæ ex aduersis aliquãdo prouenit. Et est, Sol nõ vret te per diem, id est, non vreris elatione prosperitatis. Neque luna per noctem, id est nõ depressione aduersi-
Ex Hila. tatis succũbes. Et est hoc dictũ à simili beneficii collati antiquo populo, quia vt olim in colũna nubis & ignis pręcedebat Iudæos, ita nũc in prosperis & in aduersis nos seruat. Et quare sol & luna non vret te? quia,

7 Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animã tuã dominus

Ex gl. int. DOMINVS custodit te] Vel ita cõtinua, & vt breuiter de omnibus cõcludam [DOMINVS
Ex Aug. custodit te ab omni malo] à scãndalis in sole & luna positis, & à persecutionibus. Et [CVSTODIAT dominus animã tuã] ne cedat, & si corpus occiditur: quia martyres occidi queũt, flecti nequeunt. Deinde cuncta concludit, dicens,

8 Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nũc & vsque in seculum.

DOMINVS custodit introitum tuum & exitum tuũ] .i. bonis initiis. bonos exitos adiũgat,
Ex Cass. Ex Aug. Sed quis est introitus, quis exitus noster? ecce, quando tentamur intramus. Vnde vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis, quando vincimus eximus, intrãtes custodit, vt sana fide intremus & humiles, ne vero superbiæ crepemus, & etiam dum non sinit tẽtari supra vires. exitum vero custodit [EX hoc] instanti, quod [NVNC] est [ET vsque in seculũ] quia & nunc facit cum tentatione prouentum, & cum exierimus, ab omni tentatione, iam in ęternum nihil nocebit.

COLLATIO.

In psalmum 120, Leuaui.

5 PROTECTIO tua] Sicque Hieronymus, Quod recentiores vertunt vmbra tua, hoc est ad literam צִלְּךָ tzilleca. Est enim sole clarius, scripturam accipere vmbram, pro protectione, vt est illud, Sub vmbra alarũ tuarũ protege nos.
6 NON vret te] לֹא יַכֶּכָּה lo iakecah, hoc est non percutiet. Sed quid tandem esset, solem non ferire, nisi intelligatur de eius feruẽti ardore? Ac sępius ipsi Septuaginta tropos metaphoricos, eadem opera explicãt. Vnde Chaldæus, In die quando dominator sol, non nocebunt tibi diurni.

CXXI. PSALMI TIT.

Canticum graduum.

LAETATVS sum] Titul. [CANTICVM graduũ] Patet. Tertius gradus est magnũ gaudiũ, quod habet vir sanctus, eo quod se & alios videt in ecclesia publice pura mente cõuersari, atque digne deo in hac peregrinatione militari. Vnde suspiramus ad cęlestem Hierusalẽ ad quam duabus alis dilectionis leuamur. amor nanque qualiscunque sit vacare non potest. Nam si terrenus est animã ad cõcupiscẽda terrena inclinat. Si verò cælestis est ad cælestia subleuat, & ad ęterna inflammat. Obligata enim anima terreno amore, viscũ habet in pẽnis, volare nõ potest: sed amor sanctus ab hoc visco solutam ad superna leuat ad cęlestem Hierusalem, scilicet vbi sunt conciues nostri angeli. Intentio. Monet ad desideriũ illius. Mõdus. Bipartitus est psalmus. Primo gaudet se admonitũ ire ad cælestem Hierusalem, vbi sancti securi sunt, & cum domino iudicabunt. Secundo, ascensuris optat abundantiam pacis, ibi, Rogate. Quia ergo iste de cęlesti ciuitate, iam à multis multa audierat, ipsum ad eam velut ad solennem festiuitatem ire monẽtibus exauditis admodum lętus ait, Ex Alcui. Ex Aug. Ex Cass.

LAETATVS sum in his quę dicta sũt mihi: in domũ domini ibimus.

LAETATVS sum,] id est, spẽm habui & gaudiũ [IN his quę dicta sunt mihi] à spiritu sancto, & à prophetis & ab apostolis, qui priores viderunt patriam, & inuitant vt curramus ad eã. Quot sunt illa? quod .s. [IBIMVS in domũ domini] nõ manufactam. & cum hæc dicerentur, Ex Hila & Aug.

2 Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem.

PEDES nostri] .i. affectus] ERANT stantes in atriis tuis] ô Hierusalem. Hæc est domus domini, in qua iam stabant pedes. Qui currit ita cogitet. q. d. Iã ibi sis spe, & ibi stet. Stãtes; ideo dicit, quia omnia ibi stãt. Nihil trãsit vel cadit, ibi nõn transit Belial, ibi nõ est macula, ibi Rachel nõ dolet vel timet. Vnde alibi, Qui posuit fines tuos pacẽ. Et nota quod ait, In atriis, à parte totum accipit. atria quidẽ sunt introitus, sed Ex Aug. Ex Alcui. Psal. 147. Ex Cass.

etiam hic pro penetralibus accipiũtur. In atriis
Ex Aug. cuius? [Hierusalē]nõn illius quę prophetas occidit, quæ seruit cũ filiis suis, quæ corporeis parietibus erigitur, sed illius

3 Hierusalē quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

Ex Aug. HIERVSALEM]quæ ædificatur] nõn saxorum molibus, sed diuinis lapidibus quæ virtutum soliditate consurgit, & sanctorũ societate nunquam dissoluenda extruitur[VT ciuitas] id est, ad similitudinem ciuitatis. Non enim est corporalis ciuitas, sed ei similis [CVIVS participatio eius]est[IN idipsum]quod de nulla car
Ex Hsy. & gl. int. nali potest dici. Hic enim habēt homines diuersa bona & deficientia: ibi verò bonũ quod fuerit singulorũ erit omniũ. Ideo ait, Participatio
Ex Aug. eius, est, in idipsum. Quid est idipsum? Idipsum est quod semper eodem modo est, id est, æternũ. Non potuit expressius dicere. Stabilitatis ergo particeps est illa ciuitas, quæ non est hic in aliqua creatura. Deus ergo est idipsum qui ait, Ego sum qui sum & vnde scis quo ibimus?

4 Illuc enim ascenderunt tribus, tribus domini: testimonium Israel ad confitendum nomini domini.

Ex Hay. ENIM]hõc est quia[ILLVC ascenderũt,] id est, ascēdit tribus, nõ omnes, sed [TRIBVS] quæ sunt[DOMINI]quę sunt domini? in quibus est [TESTIMONIVM Israel] .i. qui se testātur Israel, per bona opera. Vel ita, ascenderũt trib⁹ in quibus .s. quæ ascēderũt, est, Testimoniũ Israel .i. in quibus cognoscitur, quia vere Israel sunt. Quãdo enim grana sunt cũ palea, totũ palea putatur: sed cũ separabũtur, Tũc erit testimoniũ Israel. Et quia ascenderũt[AD cõfitendũ nomini domini]nõ sibi, sicut supbi. Vt enim superbia de se præsumit, ita humilitas cõfitetur deo. Et vere ibimus in domum domini, quia,

5 Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum Dauid.

Ex Aug. ILLIC sederunt] .i. sedēbunt[IN iudicio sedes] .i. iusti in quibus deus sedet, & inde iudicat
Sapien. 7 quicquid iudicat. Vnde in libro Sapiētiæ, Anima iusti thronus est sapientiæ quæ sunt hę[SEDES]quæ sunt[SVPER domũ Dauid] quia &
Matth 19 hi sedebũt cum Christo super duodecim sedes, vt iudicent domũ Dauid .i. familiam Christi, cui
Matt. 24 dederunt cibũ in tempore. Iudicabunt autē illi,
Luc. 16. qui omnia reliquerũt Christũ sequẽtes, qui fiũt amici de mãmona iniquitatis vt recipiãt dantes in æterna tabernacula. Et hæc est pax Hierusalem, dãdo & accipiendo, vt opera misericordiæ corporea iungãtur operib⁹ prędicationis. Vnde
1. Cor. 9. apostolus, Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnũ est si carnalia vestra metamus? Et hęc est æqualitas quam Paulus dicit, qua qui multũ habuit nõ abũdauit: & qui modicũ, nõ minorauit.
Ex Aug. Subueniũt enim spirituales hic & in futuro carnalibus, à quibus sumũt tēporaliom fœnũ. Vnde iste conuertit verba ad iudices, dicens,

6 Rogate quę ad pacē sunt Hierusalem: & abundantia diligētibus te.

ROGATE]Secũnda pars vbi loquitur ad iu Ex Cass. dices optans eis abundãtiam pacis, quam pacem prædicauit amore fratrũ. q. d. Et quia sedebitis, ergo ô sedes domini, qui sedetis, vt iudicetis, [ROGATE,]id est, Interrogate. Iudicium enim Ex Aug. est interrogare iudicandos, quia iudicans debet Ex Cass. omnia rimari. Interrogate dico, qui feceruut [QVAE ad pacem sunt Hierusalem,]id est, ôpera misericordiæ, quæ qui fecerunt, sumunt ad Ex Aug. Hierusalem, alii nõ, quia iudiciũ sine misericordia fecit illi qui non fecit misericordiã. Caueant Iacobi 2 ergo sibi omnes interrogandi[ET]quæ sunt ad pacē, ea per quæ[ABVNDANTIA]est in æternũ. Hic enim sunt pauperes omnes, ibi diuites, quia hic dederunt sua. Sed quibus est abundãtia? [DILIGENTIBVS te.] nõ dicit multa dantibus, sed, Diligentibus. Qui enim in alio amat bonũ quod ipse nõ potest habere, imputatur ei quasi haberet: vnde si charitas non habet quid det, det calicem aquę frigidæ, & tantũ im- Matt. 10 putatur ei, quantũ Zacheo multa, qui dimidiũ Luc. 19 patrimonii sui donauit pauperib⁹. Quare hoc? ille tam modicũ dedit, ille tam multum dedit, & tantum illi imputabatur, tantum plane. Impar enim facultas, sed non impar charitas. Et iden, ô Hierusalem,

7 Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.

FIAT pax in virtute tua,] id est, in chāritate. Charitas enim est virtus fortis vt mors, cui Ex Aug. nil resistit, cum venit: cum regibus & ignibus & aliis posit resisti, quæ & occidit quod sumus, vt aliud simus. Et ideo cõparatur morti. hęc sic occidit, vt viuificet, vnde apostolus, Viuo ego, iam Galat. 2. non ego. Per hāc regũtur infirmi, à firmis, ideo ait, Fiat pax in virtute tua]& per hāc virtutem & pacem, Fiat[ABVNDANTIA]in numero, & in præmio[IN turribus tuis] vel in excelsis tuis. pauci quidem sunt iudices, sed multi ad singulos pertinebunt, quos recipient in ęterna tabernacula, & tũc erit abundãtia in turrib⁹ tuis, deus autem erit tota abundãtia eorum, tam recipientium quam receptorum. Sed quia charitas est, non nostra, sed quæ aliorum sunt quęrere: Ideo cum de charitate diceret, subdit,

8 Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te.

PROPTER fratres]q. d. Fiat pax, & ego iam Ex Aug. [LOQVEBAR,]id est hic prædicabã aliis[DE & Cass. te pacē] ô Hierusalē & hoc nõ propter me sed [PROPTER fratres meos & proximos meos] id est, vt fratres & primi vinculo charitatis astringantur.

9 Propter domũ domini dei nostri, quæsiui bona tibi.

PROPTER domum dei nostri] .s. nõ pro- Ex Aug. pter me, sed propter ecclesiam, propter peregrinos vt & ipsi ascendant[QVAESIVI bona ti-

bi,]id est,prędicaui de te bona ô tu cęlestis Hierusalem,quia domus dei es:& ita in hoc quod te
Ex Alcu. diligo,deum diligo. Vel ita lege,vt hic versus sit expositio praecedentis.q.d. Loquebar pacem de te.propter ꝓximos & fratres,scilicet,Quęsiui bona tibi propter domū domini dei nostri.Sententia borum verborum non mutatur.

COLLATIO.

In Psalmum 121, Lætatus sum in his quę dicta sunt mihi: in domum, &c.

1 LAETATVS sum in his quę dicta sunt mihi]Pratensis,Sanctes & Munsterus,sic reddunt vt significetur communitas lætātium & dicentium. Septuaginta autē & alii, vt lætitia ostendatur dictorum. Etenim illi hoc modo, Lætatus sum cum dicētibus, aut cum his qui dicūt mihi Hieronymus autem, Lętatus sum, eo quod dixerunt mibi. Diuersitas suboritur, ex litera beth, quæ modo notat in, modo cum.
2 I N atriis tuis] בְּשְׁעָרָיִךְ bischearaiic, hoc est in portis tuis. Septuaginta respexerunt sensum,quū atriū sit prima pars & introit⁹ domus.
3 C V I V S participatio eius in idipsum.]Pratensis & Sanctes aliam lectionem reddunt satis (vt puto)obscuram:ille,quæ cōiuncta est simul. Clarius habet Munsterus,quæ coniuncta est sibiipsi pariter. Vel(vt habet Hieronymus) Cuius participatio eius simul שֶׁחֻבְּרָה לָהּ יַחְדָּו chehuberah lah iaebdau, quia tamen sancti solent etiam idipsum interpretari de Christo,cōmodior est(quantum arbitror)nostra lectio.
7 I N virtute tua.] Vertunt in muris tuis,vel antemuralibus בְּחֵילֵךְ bebeleca. Septuaginta probe figuratam locutionem aperuerūt,etiam si חַיִל hail,hebræis significet fortitudinē ac exercitū.Non enim perpetuo metaphoras, ad planum conuertunt,sicut quod sequitur,In turribus tuis, siue vt alii volunt, In palatiis tuis בְּאַרְמְנוֹתָיִךְ bearmenothaiic.
8 P A C E M de te.] שָׁלוֹם בָּךְ schalom bac. Hieronymus dicit, Pacem tibi, plęrique pacem in te. Sāctes stat à nobis,pacem de te. Siquidem hoc vel aliud libere sonat Hebræis.

CXXII. PSALMI TIT.

Canticum graduum.

Ex Cass. AD te leuaui]Titu. [C A N T I C ū graduū] Quartus gradus est inter quaslibet angustias cōstāter de domino præsumere, donec misertus exaudiat. Intētio. Mouet ascēdere. Modus. Bipartitus est psalmus. Primo, vox est tribulatorum deum respicientium,non ad alia patrocinia. Secūdo, precatur misericordiam contra insultātes,ibi, Miserere nostri,&c. & attende progressum ascēdētis, vnde gradus cātici dicitur. Qui enim supra ad mōtes,nūc ad ipsum deū,qd maius est,oculos leuat dicēs,ô tu

D te leuaui oculos meos:qui habitas in cælis.

Q V I habitas in cælis].i.in iustis, qui propter iustitiam cæli di- Ex Aug.
cuntur, ego affectu dilectionis ascēdens[A D te leuaui oculos meos] scilicet oculos fidei & charitatis, vnde se mūdat iste, vt cælum fiat. Ascensus ergo est in affectu. Desiderio enī bono leuamur ad cælū sicut desiderio malo ad ima præcipitamur,& sicut affectu ascendit aliquis ita & cęlum in quo habitat deus est in iustitia.i.per iustitiā. Et bene ait,Leuaui oculos ad te. Quo enim leuaret,nisi quo ascendens tēdebat? Non se attendit iste vt superbus qui placet sibi,& ideo displicet deo.deo placet,cui deus placet:cui verò deus placet,ipse sibi displicet. Attende etiā quia cū multi hoc dicant,non pluraliter,sed singulariter,quasi vnus homo loquitur dicēs, Ad te leuaui. Per charitatem nāq, multi vnus homo sunt, qui à finibus terræ clamat, & per eandē Christo vnimur, vt cū ipso quasi vnus Christ⁹ simus,secundū quod ipse dicit in euangelio, Nemo ascēdit in cælum Ioan. 3.
nisi qui descēdit de cælo, filius hominis qui est in cælis.descēdit quidē caput,ascēdit idem cum corpore .s. ecclesia vestitus, quam sibi exhibuit sine macula & ruga.Solus ergo ascēdit,qui nobiscū vnus est & solus. Vnitas enim nos cōpaginat vni,cum illo ergo ascēdit,qui cū illo vnus esse voluit per charitatē.nobiscū est in terra,per charitatē cū illo sumus in cælo. ille deorsum est cōpassione charitatis,nos sursum spe charitatis. Omnes ergo in Christo sumus vnus homo, qui non angitur de terrenis vt mali,sed quia peregrinatur & desiderat patriā. Cum ergo singuli dicim⁹,quia omnes vnū sumus in Christo,vnus homo illud dicit, Ad te leuaui,nō leuauimus, Oculos meos qui habitas in cęlis. Et quasi aliqua quæreret,quomodo leuasti?subdit per simile,

2 Ecce sicut oculi seruorū in manibus dominorum suorum.

E C C E sicut oculi seruorum] qūi iubentur Ex Aug.
cędi sunt [I N manibus dominorū suorū] vt iubeant parcere. Seruus enim leuat oculos in ma Ex Cass.
nus domini, quando eget, vel quando vapulat: quia vtrunque est in domini potestate. Et

3 Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ:ita oculi nostri ad dominum deum nostrum,donec misereatur nostri.

S I C V T oculi ancillæ] sūt [I N manibus do- Ex Cass.
minæ suæ:ita oculi nostri]omnium,etiā in prosperis sunt [A D dominum deum nostrū] quare? [D O N E C]id est,vt[M I S E R E A T V R nostri;] Ex Aug.
id est,liberet ab omni tentatione & opprobrio, quia tota vita super terrā tentatio est: tota plagæ. clamandū est ergo quod sequitur, Miserere nostri domine. Nota cōgruam cōparationem,&

Ex Aug. mysterio seruientē. Seruus enim est populus fi-
delis, dominus, Christus: ancilla, ecclesia: domi-
na dei, virtus, & dei sapiētia. Et si iā filii, & ami-
ci sumus per gratiā: serui tamē sumus per crea-
turā: quia omnis creatura deo seruit. per manū
domini potestatē accipe, quam boni attendunt
qui sentiunt se cędi. Qui enim apponit scien-
tiam, apponit dolorē. Mali verò perdiderūt sen
sum doloris, & eo ipso grauius vapulāt atq; cę-
duntur. Boni ergo in flagellis manū domini, id
est potestatē attendūt, quoadusq; dicat, Parce,
ex cuius iussione cędimur de paradiso eiecti.
Ex Cass. Dāt autē similitudinē de seruo & ancilla, & do-
mino & domina, ne fœmineus & debilior sexus
se exceptū putet. Nam & hic per iustitiam cę-
ditur, & huic per misericordiā parcitur. Seruus
ergo qui vapulat, oculis leuatis ad deum erum-
pit in necessariam vocem, dicens,

PARS III. 4 Miserere nostri domine, mise-
rere nostri: quia multum repleti su-
mus despectione,

Ex Cass. MISERERE nostri domine, &c.] Secūnda
pars, vbi precatur misericordiā contra insultan-
Ex Aug. tes dicēs, ô [DOMINE miserere nostri] hę sunt
voces vapulantis, & geminat [Miserere nostri]
Ex Cass. hōc ideo geminat, quia corpus passionib⁹, & a-
nima opprobriis laborat, & necesse est vt mise-
rearis [QVIA multū repleti sumus despectione]
Ex Aug. id est, abūndant passiones, in quibus despecti su
mus. Irridetur enim. à tenente quod amat, qui
sperat nō visa: & ei dicitur, Quid credis insa-
ne? vides, qd credis? Reuersus est aliquis ab infe
ris, & retulit tibi, qd ibi agitur? ecce quod ego a-
mo, video & fruor. Deinde exaggerādo subdit,

5 Quia multum repleta est anima
nostra: opprobrium abundantibus,
& despectio superbis.

Ex Cass. QVIA multū repleta est] despectione [ANI-
MA nostra.] Nulla pars est immunis. deinde à
quib⁹, & quare despiciatur, subdit, [OPPRO-
Ex Aug. BRIVM] sumus, quia pauperes [ABVNDAN-
tibus] s. diuitibus qui hic fœlices sunt. Abūdan-
tes ergo dicit, qui abundant pecunia, putata in-
stitia & nequitia. Iustus autem dicit, Egenus &
pauper sum ego. Pauper enim in corpore est in-
firmo, pauper est in iustitia, dum tētationi sub-
est [ET despectio] sumus [SVPERBIS] quia
humiles sumus.

COLLATIO
In psalmum 122, Ad te leuaui oculos meos, &c.

5 QVIA multū repleta est anima nostra, op-
probrium abundantibus & despectio superbis.]
Linguę quę gaudēt varia casuum terminatione,
facile indicant constructionis statū & ordinem,
Hebręa autē laborans inopia diuersę inflectio-
nis, sępe relinquit constructionem ambiguam,
vt vnusquisque quod sibi consequentius vide-
tur trāsferat. Ideo לַעַג laag, potest esse casus re-
ctus, aut ablatiuus i. oppobriū aut opprobrio.
Deinde שַׁאֲנַנִּים schaanannim, abundantibus
vel abundantium. Postea בּוּז buz, despectio vel
despectione Postremo לִגְאֵיוֹנִים ligeionim su-
perborum aut superbis. Proinde poterat sic vti,
Repleta est anima nostra opprobrio abundan-
tium, & despectione superborū, quo modo trās-
tulit Hieronymus, similiter & alii.

CXXIII. PSALMI TIT.
Canticum graduum.

NISI quia dominus erat in nobis] Titu-
lus [CANTICVM graduum] Quintus Ex Cass.
gradus est vt liberati à periculis non sibi
sed domino tribuant. Et notādum quod Ex Aug.
aliquando vnū, aliquādo inducit plures: vna ta-
men est ecclesia, quia in omnib⁹ membris est v-
nitas, per quā multi homines vnus homo sunt.
Cantant ergo fideles hoc exultantes, quia eua-
serunt: quod est in spe cantare si sunt in corpo-
re vel in re, si iam ex corpore exierunt, omnium
tamen simul vnus est cantus. Intentio. Monet
liberationem nostram deo ascribere. Modus.
Bipartitus est psalmus. Primo, sancti memores Ex Cass.
quāta euaserunt soli misericordię ascribūt. Se-
cundo gratias agūt, quod liberati sunt, ibi, Be-
nedictus. Hi ergo non dicto vnde euaserūt, cœ- Ex Aug.
perunt sic cantare.

NISI QVIA dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia dominus erat in nobis.

NISI quia dominus] Tānta est eorū exul- Ex Aug.
tatio, vt antequam exponant pericula, dicāt se
liberatos, & per quem, sic, [NISI quia dominus
erat in nobis. Iam securi hoc dicunt respiciētes
quę passi sunt, & quot transilierunt, & quo ve-
nerunt. Et hoc est quod dico. [DICAT nunc]
mecū [Israel] quia iam euasit. Hoc. s. dicat [NI-
SI quia dominus erat in nobis.]

2 Cum exurgerent homines in
nos, forte viuos deglutissent nos.

HOMINES cum exurgerent] pērsequendo Ex Aug.
[IN nos] in quib⁹ deus erat. Quid ergo possunt
cōtra dominū in nobis? nisi inquam hoc esset,
[FORTE deglutissent nos] viuos. i. scientes ma
lū & tamē facientes: vt qui thurificat sciēs ido-
lū nihil esse. Viuūt enim qui sciunt idolū nihil
esse. Mortui sunt, q illud putāt aliqd esse. Ergo
mortui absorbētur qui putant malū faciendum
quod faciunt. Viui autē, qui quidē sciūt malum
esse quod faciūt, sed persecutione superati in so-
cietatē trāseunt impiorū, & deo huius vitę dul-
cedinē pręferunt, sicut quidā qui timore mortis
idolis thurificauerūt. Attēde etiā quod Petr⁹. i.
ecclesia absorbet multos, sed nō viuos: cui dici-
tur. Macta & māduca. Nullū enim manducat. i.
mēbris inserit, nisi mactatū. i. renūciantē diabo-
lo. Mactatur ergo in malo, sed viuificatur in bo-
no qui manducatur à Petro. econtra accidit illi,
quem deglutit diabolus.

3 Cum irasceretur furor eorũ in nos, forsitan aqua absorbuisset nos.

Ex Aug. CVM irasceretur furor eorũ] Vt supra vicit
linguas dolosas, per verba dei & exẽpla de mor
te viuificatorũ: sic si dominus adest, vincit iam
Ex Cass. minãtes de quibus ait [ET cũ furor eorum] qũi
est sine ratione, quia ira & inuidia iudicio ca-
Iob 5 rẽt. Vnde Iob, Stultum occidit iracũdia, & par-
uulum inuidia. [IRASCERETVR in nos] nisi
quia domin⁹ erat in nobis [FORSITAN absor-
Ex Aug. buisset nos aqua] .i. peccator populus. & est à
similitudine AEgyptiorum dictum, quos aqua
maris absorbuit. ac si diceret, Nisi esset dominus
in nobis, moreremur more Aegyptiorum, non
transiremus exemplo Israelitarũ. Sed qualis est
ista aqua? torrens est, fluit cum impetu, sed cito
transit.

4 Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

Ex Aug. TORRENTEM pertransiuit] q.d. Nisi do-
minus esset, aqua absorbuisset nos, sed per do-
minum [ANIMA nostra pertransiuit torrentẽ]
Psal. 109 de quo & caput bibit in via. & transit, nõ hæsit,
quia passus est, sed resurrexit, & ascendit. per
quod & nobis trãsire dedit [FORSITAN per-
transisset] vel, pertransiit, &c. forsitan posuit la-
tini, vt ponunt pro Græco ἄρα dubitationis ver
bo, quod intelligibilius dicitur putas, Pertransi-
uit [ANIMA nostra.] Et est sensus, quasi nos
per dominum pertrãsiuimus. Et forsitan, id est
an putas, Pertrãsiit anima nostra [AQVAM in-
tolerabilem] vel, Sine substãtia, quasi magnitu-
do periculi vix sinit hoc credi. aqua autem sine
substãtia sunt vitia, & peccata, & dulcedo huius
vitæ, quæ inopiam habent, non substãtiam: ege-
statem, & non subsistentiam: quia hęc vere non
sunt, sed transeunt omnia sine fructu. Nã & qui
peccando lucratur aurũ & huiusmodi sine sub-
stantia est, quia & hi fidem amittit, & in infer-
num descendens, hæc non secum portat. Maius
ergo amisit, vt minus lucraretur, pecuniã auxit,
fidẽ neglexit, vel extinxit. Abundat nescio quid
in arca, sed multomagis quiddã diminutum est
in corde, de arca gaudes, de corde non plangis.
In hac aqua sine substãtia perdidit ille filius iu-
nior substantiã quam accepit à patre, & adhæ-
Ex Alcu. sit vni ciuium regionis illius, id est, diabolo, pa-
scens porcos, id est, terrenis & immũdis actibus
delectatus, desiderans manducare siliquas por-
corum, quæ implent ventrem, & non satiant. ita
& peccata & si ad horã delectãt, verã tamen sa-
tietatẽ nõ præstant, sed totius boni indigẽtiam
ingerũt. hæc est ouis errabunda, quam pius pa-
stor in euãgelio legitur quęsisse relictis nonagin
tanouẽ in deserto, sed antequã reduceret à lõ-
ge est cõminatus baculo Mosaicę legis, vt ouicu
la se errasse cognosceret, & vltra errare pertime
sceret, atq; per se redire nõ valẽs reductorẽ hu-
militer expectaret & desideraret: qui eam viui-
fica baptismi aqua lotam, siccata aqua sine sub-
stantia, consortio angelico redderet, prodigum
filium necessitate longa confectum ad patrem
reducẽt. Vel ita secundũ literã nostrã, Forsitã,
quasi per dominũ trãsiuit, sed, Forsitã, & si do-
minus nõ esset in nobis, dices tu aliquis, Anima
nostra pertrãs. aquam intol. quod omnino non
esset in nobis.

5 Benedictus dominus, qui non dedit nos in captione dẽtibus eorũ. PARS II.

BENEDICTVS] Sẽcunda pars, vbi sancti Ex Cass.
gratias agũt, quod liberati, & quod laqueus est
cõtritus, quasi & quia transiuit [Benedictus do-
min⁹ qui nõ dedit nos in captione] vẽl, in vena- Ex Aug.
tione [DENTIBVS eorũ] quasi more ferarum Ex Cass.
sitientium sanguinem nostrum. Dico nõ dedit,
sed potius,

6 Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.

ANIMA nostra erepta est] & si cõrpus pas- Ex Aug.
sum [DE laqueo] vel, muscipula [Venãtiũ,] quia
non capitur dulcedine præsentis vitæ, vnde se-
quitur occisio. Venantes sunt, persequẽtes: esca
in muscipula, dulcedo huius vitæ est. Esca ergo
in muscipula ponitur, cũ per huius vitæ dulce-
dinem, in nequitiam trahere contendunt. Dico
erepta est anima nostra, quę prius erat, Sicut pas
ser, quia incante instabilia ceciderat. sed sicut a-
liquo faciente strepitum magnum passer volat
de muscipula venãtium: sic anima nostra, quæ
antè vitę dulcedine tenebatur, domino faciente
maximũ strepitũ gehennarũ, eruta est de musci
pula. Vel modo, Anima nostra est sicut passer,
quia sicut passer vitat laqueũ: sic sancti dulcedi-
ne huius vitę, quę est quasi laqueus. Et iste,

7 Laqueus contritus est: & nos liberati sumus.

LAQVEVS contritus est] qũia occisis mar- Ex Aug.
tyribus non restat dulcedo huius vitę, qua pos-
sint iterũ capi: sed ipsi nõ simul cõtriti sunt, imo
liberati [ET nos sumus liberati] qui hęseramus
ante in muscipula. Et nota quod ait, Laqueus
contritus est, qũasi qui ferreus erat. non ait ru- Ex Cass.
ptus, vt stupa rũpitur: tãta fortitudo mali, tan-
ta potẽtia liberãtis. Quare cõtritus est laqueus,
& nos liberati? quia,

8 Adiutorium nostrum in nomine domini: qui fecit cælũ & terrã.

ADIVTORIVM nostrum in nomine do- Ex Cass.
mini] cõntra quem nullus præualet [QVI fecit
cęlum & terram] .i. omnia cælestia & terrestria.

COLLATIO.

In psalmum 123, Nisi quia dominus erat in nobis.

4 TORRENTEM pertrãsiuit anima nostra]
Hieronymus & cæteri, Torrens pertransiit su-
per animam nostram. Quod est melius ait Hie-
ronymus in commẽtario istius loci, quod intel-
ligo quantum ad literam. Siquidem quãtum ad
sensum attinet, tribulationem quæ per torren-
tem accipitur pertrãsit anima nostra, dum for-
titer resistendo vincit. & eadem super animam

pertransit, dum affligit quidem, sed non absorbet: quin potius quasi superficietenus träscurrendo tangit.

AQVAM intolerabilem.] Hieron. Transissent aquæ superbæ: & penè ad idē cæteri. Huiusmodi aquæ superbæ, seu, vt vertit Munsterus, Intumētes, energiam suam retinent in aqua intolerabili. Non pigebit addere quid in hoc sit commentatus D. Hieron. Verbum ἀνυπόστατον apud Græcos ambiguum est, & potest sonare quod non subsistat, & quod intolerabile sit, hoc est quod nemo ferre queat. Pro quo & Aquila & Symmachus, & Theodotio, & omnes interpretes pari voce consentiunt, superbas aquas & arrogantes, pro ἀνυπόστατον transferentes. Hactenus ille. Hebraicè est הַמַּיִם הַזֵּידוֹנִים bammaim hazzedonim.

CXXIIII. PSALM. TIT. Canticum graduum.

Ex Cass. QVi confidunt in domino.] Titulus,
Ex Aug. [CANTICVM graduum.] Sextus gradus est confidentia fidelissimi Christiani, solidissimis montibus comparata, quam habet in domino, ne zelet felices in hoc seculo, ve eos imitemur. Hic nanq; psalmus docet nō intendere in prosperantes in hoc seculo: de qua prosperitate, superbia euenit, vt se præferant omnibus hominibus per superbiam, quibus sunt inferiores per iniquitatem. Inde etiam eor durum fit contra imbrem gratiæ dei, ne fructū ferat: quos attendentes infirmi nutant, qualiter supra infirmi cuiusdam pacem peccatorum videntis, moti pedes leguntur: sed credendū est sapientiæ dei, quod omnia bene facit, & si non videamus quomodo. Et ita crit rectum cor, vt confidamus in domino, & nō mouebuntur pedes nostri. Intentio. Monet confidere in domino.

Ex Cass. Mōdus. Bipartitus est. Primo asserit non posse moueri eum, qui confidentiam in dei virtute ponit. Secundo precatur vt bonis prosperitas, malis veniat vindicta, ibi, Benefac. Ostendens ergo fidentem in deo non posse moueri, ait,

VI confidunt in domino sicut mōs Sion: non commouebitur in æternū, qui habitat in Hierusalem.

Ex Aug. QVI confidunt in domino] & qui sunt isti? [QVI habitat in Hierusalem] spirituali, id est in ecclesia Christi, [NON commouebuntur] alia litera, [IN æternum] Terrenæ Hierusalem

Ex Cass. ciues, sæpe sunt spirituati; non spiritualis, quæ sursum est. Non commouebuntur dico, [SICVT mons Sion non commouebitur in æternum] id est Christus in quo fundata est ecclesia. Mons enim ille in fine seculi mouebitur. Vel ita secundum aliam literam, Qui confidit in domino, est, Sicut mons Sion, id est illi solidissimo monti cō-

parabilis est. Et, Qui habitat in Hierusalem, nō Ex Aug.
commouebitur in æternum, sicut passet, qui in sequentibus.
instabilis est, & cito volat hinc inde. Vel secū-
dum literam nostram, vt partim pluraliter, par- Ex Cass.
tim singulariter, legatur sic, Qui confidunt in domino, sunt, Sicut mons Sion, ad literam, id est illi monti comparabiles. Non commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem. prius dicit, Confidunt, pluraliter: post, Nō commouebitur, singulariter: quia numerosa est vnitas huius populi, quia & multi sunt, & vnum sunt. Dein- Ex Aug.
de qualis est ista Hierusalem breuiter describit, subdens,

2 Montes in circuitu eius: & dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsque in seculum.

MONTES in circuitu eius] q. d. Non cōmo- Ex Aug.
uebitur qui habitat in Hierusalem, quia [MONTES] id est angeli, prophetæ, & angeli sunt, [IN circuitu eius] quasi murus, & antemurale. sed ne in montibus remaneas, addit, [ET dominus] qui habitat in montibus: est [IN circuitu populi sui] ne ergo spes sit in montibus, sed in vertice montium. Vnde Esaias, Erit in nouissimis diebus, mōs domus domini in vertice montium. Hic ergo mons, magnus est, [IN circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsque in seculum.] Quos enim assumit vt sint populus suus, constringit in vnum vinculo charitatis & pacis, vt in æternum non moueantur. Et verè nun com mouebuntur,

3 Quia non derelinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

QVIA non relinquet dominus virgam pec Ex Alcu.
catorum super sortem iustorum] id est supēr iu & Cass.
stos sorte electos, vel qui sunt sors & hæreditas dei super hos, [NON relinquet dominus virgam] id est dominium, [PECCATORVM] Do Ex Aug.
minantur enim aliquādo propter disciplinam bonorum: sed semper non erit hoc, vt hic apertè dicit Propheta. Et quare non relinquit? [VT non extendāt iusti ad iniquitatem manus suas.] Intelligentes hoc pondus tribulationum ad tempus esse, & ideo patienter ferant. Si enim sic semper esse videretur, desererēt iustitiam: sed ideo non deficiunt, quia sciunt tempus futurum quō Christus in claritate sua apparens, congregabit ante se omnes gentes, & diuidet eas, sicut pastor Matth. 25
diuidit hœdos ab ouibus: ouēq; ponet à dextris, hœdos autem à sinistris.

4 Benefac domine: bonis & rectis corde. PARS II

BENEFAC domine] Secunda pars, vbi cō Ex Cass.
firmato populo, precatur quod scit futurum, scilicet vt bonis prosperitas, malis vindicta veniat. quasi dicat, Et quia sic placet eis deus Ex Hier.
per omnia, [BENEFAC domine rectis] opere, & Aug.
[ET RECTIS corde] qui nolunt perire, sed sequi.

5 Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem: pax super Israel.

Ex Aug. DECLINANTES autem] à iussis dei qui scandalizātur in vijs domini, [ADDVCET dominus cum operantibus iniquitatem] quorum facta imitati sunt, quorum præsentes lætitias amauerūt. Adducet deo, [IN obligationes] Ex Cass. culpæ & pœnæ. Iniquitas enim obligat eos malis, nec finit eos liberos. Ecce pari sententia pereunt, qui declinant iussa principis, & qui eos operari velle mala contendunt, id est deficientes cum cogentibus deficere. Sed quid erit rectis Ex Aug. corde? ecce, [PAX] erit [SVPER Israel] vno verbo omnia bona dicit. Vno enim nomine qđ Eph. 2 est pax, patria hæreditas dicitur, quæ est Christus. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, qui pacem super pacem dabit nobis.

COLLATIO
In psalmum 124. Qui confidunt in domino sicut mons Sion.

1 Hebræi finiūt primum versum, in eo quod est, qui habitat, ac mox exordiūtur alterum versum, Hierusalem montes &c. Hieronymus sic vertit, Qui confidunt in domino quasi mons Sion immobilis, in æternum habitabilis. nec respexit verborum regulas. Munsterus enim eo qđ admiscuit, satis apertum reddidit sensum, Qui confidunt in domino, immobiles erunt sicut mons Sion, qui non nutat, sed stat in seculum. Frequentius dictum est Lxx passim, distinguentes sententiarum ordinem, versuum periodos secus assignare quàm in Hebræo, vbi metricè scripta sunt. Et si verbum verbo reddens hunc versiculū vix posset intelligi הַבֹּטְחִים בַּיהוָה כְּהַר צִיּוֹן לֹא יִמּוֹט לְעוֹלָם יֵשֵׁב habotehim badonai kehar tzion lo iimmot leolam iescheb.

CXXV. PSALM. TIT.
Canticum graduum.

IN conuertendo dominus.] Titulus, [CANTICVM graduum.] Ex Cass. in concl. Sēptimus iste gradus, in figura veteris testamenti, quod per septe- Ex Alcu. narium significatur, per vēturum Christum reuersionem fidelium de captiuitate vitiorum, quę Babylonia prophetat: pro qua reuersione, iam consolatio est, & seminatio est in operibus Ex Hilar. & Aug. misericodiæ, vt plus metatur. & loquitur hic Propheta de illa reuersione velut præterita, etsi tamen esset adhuc futura prophetali certitudi- Ex Aug. ne, in persona eorum qui fuerunt vel sunt redēpti sanguine Christi, & conuersi à captiuitate spirituali, secundum mentem qua seruiunt legi dei, qui hæc cantant dum peregrini & gementes sunt in via, redemptionē corporis expectantes. Ex parte ergo iam sunt redēpti, & ex parte adhuc redimēdi. Intētio. Monet ad gaudium Ex Cass. pro spirituali liberatione. Modus. Bipartitus est psalmus. Primo magnitudo facti cum magnitudine gaudij ostenditur. Secundo precatur cōuersionem à captiuitate, quia adhuc futura, ibi, Conuertere domine. In persona ergo redemptorum quasi redeuntium de Babylonia, ait,

1 IN conuertendo dominus captiuitatem Sion. facti sumus sicut consolati.

IN conuertendo capti- Ex Aug. uitatem Sion] vt redeuntium de Babylonia, quam conuersionem [DOMINVS] fecit, [FACTI sumus &c.] Vel secundum aliam literam, Cum conuerterit dominus captiuitatem Sion, quæ eadem est & Hierusalem, quæ in angelis est æterna, in hominibus captiua. [FACTI sumus sicut consolati] & si nondum securi, id est gauisi sumus, tanquam cōsolationem accipientes. Consolatio non est nisi miserorum, gemimus in re, consolamur in spe: cum transierit res, de gemitu gaudium veniet æternum, vbi non erit necessaria consolatio, quia miseria nulla sauciabimur. Et nota quod non ait, consolati, sed, Sicut consolati, per quod videtur non esse vera consolatio, sed quædam similitudo consolationis. Sed sciendum, quia, Sicut, non semper ad similitudinem ponitur, sed ad proprietatem exprimendam refertur, vt hic ad proprietatem relatum est, & exempla de communi locutione hominum danda sunt, vt facile intelligamus quando dominus sicut vixit pater, ita & filius ad similitudinem refertur. Item cum dominus sicut pecus moritur, ita moritur homo, ad similitudinem dicitur, ad proprietatem refertur: vt cum dicitur, fecit sicut iustus in quo non iustus negatur, sed quod verè nō ostenditur: quę sit eius proprietas monstratur: ita facti sunt isti, sicut consolati, id est gauisi sunt, vt consolationem animæ accipientes, in resurrectionem Christi qui præcessit vt nos sequamur: per cuius resurrectionē, nostrā speramus. Attende etiam qđ ait per prçteritum, Cum conuerterit, quasi enim de præterito loquens, futura prænunciat.

2 Tunc repletum est gaudio os nostrum: & lingua nostra exultatione.

TVNC repletum est] q. d. Dominus conuer- Ex Aug. tit, & [TVNC] in illa conuersione, [OS nostrū repletum est gaudio] nō mundi, sed redemptionis, quod in spe gaudet. Os, accipitur cordis arcanum hic, hoc est os cordis, vnde procedit bonum vel malum, quod nos mundat vel coinquinat. De quo in euangelio dominus dicit, Quod Matth. 15 procedit de ore, inquinat hominem: non de ore carnis, sed de ore cordis. Non enim si nominas furta & alia mala, immundus es, sed dum cogitas, etiam si sileas. Et ne quis illud acciperet de ore corporis, ibidē dominus quasi exponendo

fubiunxit, De corde exeunt cogitationes malæ.
Ex Caſſ. Os ērgo cordis eſt, vbi gaudia primum conci-
piuntur, quæ poſt officio linguæ erumpunt:
[ET lingua noſtra]ſcilicet corporis, repleta eſt
Ex Aug. [EXVLTATIONE] vēl potius de lingua in-
teriori, quę intus clamat ad dominum, accipiē-
Exod. 14 dum eſt, qua Moſes tacens clamabat, & Suſan-
Dan. 13 na. Vel ſecundum pro eodem accipitur, os & lin
gua: & vt figura præteriti futura ſe cogitare o-
ſtendat. ait,

3 Tunc dicent inter gentes: magni
ficauit dominus facere cum eis.

Ex Aug. TVNC dicent] quod iam de futuro eſt. vnde
etiam & poſt, vt hæc fiant, orat cum ait, Cōuer
te domine captiuitatem noſtram. q. d. quando
fiet conuerſio, [TVNC dicēt inter gentes] Hoc
fit enim de toto orbe ad eccleſiam curritur. Non
Ex Caſſ. ait, dicent gentes, quia non omnes credent, ſed
aliqui inter omnes. Quid dicent?, [MAGNIFI
CAVIT dominus facere cū eis] fidelibus. Hoc ideo
dicunt, quia vident eos etiam virtutes operari,
& eſt firmum teſtimonium ab aduerſario. ita
dicent. Et verè,

4 Magnificauit dominus facere
nobiſcum: facti ſumus lętantes.

Ex Aug. MAGNIFICAVIT dominus facere nobiſ-
cum.] Nos nobis malefecimus, qui ſub peccato
nos vendidimus. Vnde redemptor nos liberans
benefecit. Hoc ideo dicit, ne dubites de verbis
gentium. Dico quod dominus benefecit. Vnde,
[FACTI ſumus lætantes] qui prius eramus
captiui.

PARS II 5 Conuerte domine captiuitatem
noſtram: ſicut torrens in auſtro.

Ex Caſſ. CONVERTE domine.] Sěcunda pars, vbi
precatur cōuerſionem, quia futura erat, in qua
fieret ſeminatio ſpe gaudij. Aduētus nanq; do-
mini redemptione ſuperius prædicta, dimitti
peccata ſua iterum precātur. In generali remiſ-
ſione gaudent, & ſibi veniam precantur. q. d. do
minus ſoluet captiuitatem, & miſſo redempto-
re, ô [DOMINE conuerte captiuitatem no-
Ex Aug. ſtram] qua captiui ſub diabolo tenemur. Capti-
uitas enim nulla in diebus Dauid facta eſt, ſed
ſub diabolo mundus captiuus erat. Conuerte di
co, [SICVT Torrens] cōuertitur [IN auſtro]
id eſt auſtro flante, qui eſt calidus ventus, quo
ſoluuntur torrētes, vt currant, per quem ſignifi
Cant. 4 catur ſpiritus ſanctus, ſicut per Aquilonem fri-
gidum ventum diabolus. Vnde in canticis, Sur-
ge Aquilo, & veni Auſter, & perfla ortum ſpon
ſæ, vt fluant aromata illius. Ideoq; ſcriptura mo
nens de bonis operibus, ait in libro Ieſu filij Sy-
Eccle. 3 rah, Sicut glacies in ſereno, ita ſoluuntur pecca-
ta tua. Peccata enim ligant nos, ne bene opere-
mur, vel ad patriam curramus, vt frigus vel gla-
cies aquam ne currat. Quando autem flat cali
dus vētus auſter, liqueſcit glacies, implentur tor
rētes: ſic flante ſpiritu ſancto, ſoluimur à pecca
tis, & currimus ad patriam. in quo curſu labor
eſt. Sed non ideo deſiſtendum, quia,

6 Qui ſeminant in lachrymis: in
exultatione metent.

QVI ſeminant in lachrymis] id eſt in hāc vi Ex Aug.
ta plena lachrymis, [IN exultatione metent] fru
ctum æternę beatitudinis, quem colligunt ex his
quæ ſeminant, ſed quid ſeminant? opera bona,
opera miſericordiæ, ad quæ ſufficit voluntas, ſi
deſit facultas. Noli ergo eſſe triſtis, ſi eſt tibi bo Lucæ 19
na voluntas, vnde metitur pax. Num enim dici-
tur pax in terra eſſe diuitibus? non, ſed ſolis ho-
minibus bonæ voluntatis. hāc habuit Zacheus,
& in hac ſeminauit, non minus q̄ in opere, qui
deū gaudēs hoſpitio ſuſcepit, & dimidiū patri-
monij ſui pauperibus daturū ſe promiſit, dicēs,
Dimidium bonorum meorum domine do pau- Matth. 19
peribus, & ſi quem defraudaui, reddo quadru-
plum. Ad hoc retinuit dimidium, non vt habe-
ret quod poſſideret, ſed vt haberet vnde red-
deret debita. Magna voluntas multum ſemina-
uit. In hac etiam voluntate illa vidua quæ duo
minuta miſit, non parum ſeminauit, imo tātum
quantum Zacheus. Minores ferebat facultates,
ſed parem habebat voluntatem. Si attēdas quid
dederunt, diuerſa inuenies: ſi attendas vnde de-
derūt, paria inuenies. Sed eſt & aliud vilius, quo
ſeminato metitur illa meſsis, ſcilicet calix aquæ
frigidæ. Vnde dominus, Qui dederit calicem a-
quæ frigidæ, non perdet mercedem. Si ergo ille
qui illud habet, det illi qui non habet, tantum
dedit, ſi de plena charitate dedit, quantum illa
vidua in duobus minutis: & quantum Zacheus
in dimidio rerum ſuarum. quod ſi nec homo ali
quis habet, ſecurus tamen ſit, ſi adſit voluntas.
Tantum illud timeat, ne habeat & non faciat. Si
enim habet & non facit, intus gelauit, quia vo-
luntas frigida eſt, nec ſeminat ille in lachrymis.
Et idēo non metet in exultatione. Et nota quod Ex Caſſ.
ait, Seminant in lachrymis. Spiritualis enim ſe-
minatio ſemper fit in lachrymis. Vnde, Beati Matth. 5
qui lugent. Qui vero ſeminant in carne, cum lę
titia ſeminant: ſed poſt ſequetur fletus, quia ex- Proue. 14
trema gaudij luctus occupat.

7 Euntes ibant, & flebant: mitten
tes ſemina ſua.

EVNTES ibant] q. d. & quia qui ſeminant Ex Aug.
in lachrymis metent. Ideo & ſi cum fletu ſemi- & Caſſ.
nant, tamen exultabunt. Et hoc eſt quod ait, hi
tales qui ſeminant in lachrymis, [EVNTES ibāt]
prouectu melioris vitæ, [ET flebant] quia mi-
ſeri erant inter miſeros. Mēlius eſt enim vt nul- Ex Aug.
lus ſit miſer, quàm vt tu facias miſericordiam.
Qui enim vt faciat miſericordiam optat eſſe
miſeros, crudelem habet miſericordiam, ſicut
crudelis eſt medicus, qui vt exerceat artē ſuam,
optat multos ægros. Ibant dico, & flebant, [MIT
TENTES ſemina] q. d. ante ſe præmittentes in
illo ſeculo futuro. Semina, ſcilicet miſericordiā
& bona opera, hinc aſcenditur. Semina dico,
[SVA] ſcilicet non de rapina, ſed de prōprio la- Ex Caſſ.
bore facta. Iſti in via flebant,

8 Venientes autem venient cum
exultatione: portantes manipulos
ſuos.

Ex Caſſ. VENIENTES autem] ād iudicium, quod erit commune omnium. [VENIENT cum exultatione, & hoc tantum bonorū, quod ad gaudium non niſi boni veniēt. Venient dico, [POR-
Ex Aug. TANTES manipulos ſuos] fiūctum ſeminis, ſcilicet coronam gaudiorum, & exultationis. Tunc erit triumphus lætantium. Et ipſi morti inſultantium, in qua hic gemebatur.

COLLATIO

In pſalmum 125. In conuertendo dominus captiuitatem Sion.

1 IN conuertēdo dominus.] Hebraiſmos eſt, בְּשׁוּב beſchub. Similiter & græcanica locutio, quanquam græcè eſt, ἐν τῷ ἐπιστρέψαι κύριον.

SICVT conſolati.] D. Hieronymus, & omnes alij, Sicut ſomniantes. חֹלְמִים holemim, à radice חָלַם halam, quæ etiam interdum pingueſcere ſignificat, vt ſatis cōgruat conſolationi, quanquam ſomnium probè innuat quietem conſolationis. Vnde translator ad Campenſem dixit, Quieti reſtituti ſumus. Et Chaldęus, Erimus veluti infirmi qui conualuerunt. Cæterum D. Hieronymus in commentarijs, hunc locum conciliat, dicens, Pro conſolati, omnes pariter editiones ſomniantes tranſtulerunt. Et pulchrè ſomniantes, nondum eſt enim plena lætitia in captiuitate conſtitutis.

5 SICVT torrens in auſtro.] Sanctes, Sicut torrens in arido. Cōſentit Nebienſis, quod idē valet. Etenim נֶּגֶב negeb, ſignificat meridiem, ſiue auſtrum ventum calidum. Alij fermè trāſferunt, ſicut torrentes aut riuos, ſub accuſandi caſu. Vtrunque fuerit aliquid commodum ſubaudiendum eſt. Conuerte captiuitatem noſtrā ſicut torrens aut torrentes in auſtro. Hinc Chaldæus paraphraſtes, Conuerte deus captiuitatē, ſicut conuertitur terra, quando abundant fluēta aquarum, tempore ſiccitatis.

CXXV. PSALM. TIT.

Canticum graduum Salomonis.

NISI dominus ædificauerit domum.] Ti-
Ex Aug. tulus, [CANTICVM graduum Salo-
Ephe. 2 monis.] Iſte eſt octauus gradus in figura noui teſtamenti, quod octonario numero ſignatur, vbi agitur de ædificatione domus dei, id eſt eccleſiæ per verū Salomonem facta, id eſt per Chriſtum, qui eſt verus pacificus, qui fecit vtraque vnum, & in ſe lapide angulari eccleſiam de duobus parietibus Iudæorum & gen-
3. Reg. 6 tilium conſtruxit. In cuius rei ſignificatione, Salomon templum ædificauit, vnde congruè hic additur, præter ſolitum [SALOMONIS] quia is ædificauit templum in figura veri pacifici, ſcilicet Chriſti, qui ædificat eccleſiam, vt dictū eſt, de duobus parietibus. Ne ergo acciperes illum Salomonem, ideo pſalmus ait, Niſi dominus ædificauerit domum. In hoc ſpes ponenda, non in vllo hominum: quia & ille Salomon cecidit, qui templum ædificauerat. Ille enim Salomon vehemens amator fuit mulierum, & uſqueadeo 3. Reg. 11
laqueus fuit illi illa cupiditas, vt idolis à mulieribus ſacrificare cogeretur. Es eſt ſenſus tituli, hic eſt [CANTICVM graduum Salomonis] id eſt lætitia de aſcenſu, ſcilicet de ędificatione & prouectu eccleſiæ, quam Chriſtus ędificauit.

Intentio. Monet aſcendere. Mōdus. Bipartitus eſt pſalmus. Primo dicit quomodo aſcendētes ſe habere debeant, id eſt vt diſcant, quod ædificatio non niſi à deo eſt, & exaltatio in futuro non eſt niſi poſt humiliationem. Secundo dicit quæ ſit hæreditas, & quomodo collecta, ibi, Ecce hæreditas. Ne quis ergo alium ędificatorem acciperet, niſi dominum, ait, Ex Caſſ.

ISI dominus ędificauerit domum: in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

NISI dominus] q.d. Iam venit Ieſus, iam de captiuitate nos reduxit, Ex Hila.
iam ciuitas ædificatur Hieruſalem: ſed diſcant aſcendentes, quod ædificatio & cuſtodia nō eſt niſi à deo, & exaltatio in futuro nō erit niſi poſt humiliationem. Et ſi enim læti de gratia noui teſtamenti, tamen in tanto munere non eſt præſumendum alicui, quia [NISI dominus] id eſt Chriſtus, [AEDIFICAVERIT domum, in vanum laborauerunt &c. Dominus Chriſtus ædi- Ex Aug.
ficat ſine cooperante interius, fruſtra laborant prædicatores foris loquentes taquam miniſtri ædificationis, & cuſtodes ædificatorū. Domus eſt populus, ciuitas dei, ad hanc aſcendit omnis qui proficit: cadit ab hac omnis qui deficit. amādo deum aſcendis: amando ſeculum cadis. Sūnt Ex Caſſ.
enim iſta cantica amantium, & quodam deſiderio ſancto flagrantium. Niſi, ergo, Dominus ędificauerit, hanc, Domum, in vanum laborauerūt qui ædificant eam, quia neque qui plantat aliquid eſt, neque qui rigat: ſed qui incrementum 1. Cor. 3
dat deus. Omnes autem in hac ædificatione la- Ex Aug.
borant, qui in eccleſia prædicant verbum dei, miniſtri ſacramentorum dei. Poſtquam egit de ædificatione, ſubdit de cuſtodia, dicens,

2 Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.

NISI dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam] Ecce de domo Ex Caſſ.
tranſit ad ciuitatem, quæ plures habet domos, vt nec in ſingulis, nec in munita collectione ſit præſumptio, & quamuis domus & ciuitas ſecundum metaphoram, quæ de diuerſis inducitur, Ex Alcu.
ſint diuerſa, vna tamen eſt eccleſia, quam vtraq; ſignificant. Deinde ne aliqui velint exaltari, an- Ex Aug
te humiliationem conuerſus ad illos, ait,

3 Vanum eſt vobis ante lucē ſur-

gere: ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.

Ex Aug. VANVM eſt]q.d. Vãnus eſt labor & cuſtodia ciuitatis, niſi dominus operetur, & etiã [VANVM eſt vobis ſurgere ante lucem] id eſt Chriſtũ. Surgere eſt exaltari, & ſecuros eſſe. q.d. Vanum eſt vobis, ſi ſurgitis antequam lux ſurgat. Ioann. 1 Lux Chriſtus eſt, qui illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum, poſt quem ſurgendum eſt non ante, vt ille facit qui ſe ei præponit, volens hic eſſe altus, vt ille humilis fuit, vt filij Zebedæi voluerunt: qui antequam humiliarentur ſecundum paſsionem Chriſti, ſibi loca eligebant, vbi ſederent in regno dei, vnus ad dextram, alius ad ſiniſtram. ante lucem volebant iſti ſurgere, ſed ſurrectio, id eſt exultatio, ſequitur ſeſsionem, id eſt humiliationem, vt lux noſtra ſit Chriſtus. Poſt mortem ſurrexit altius. Ideoq; ſubdit, [SVRGITE] autem [POSTQVAM ſederitis] ſcilicet peracta ſeſsione, id eſt poſt humiliationem. Dico, poſtquam ſederitis, non dico ſedere ad iudicandum vel gaudẽdum, ſed ad humiliandum. Vnde ſubdit, [QVI manducatis panem doloris.] Seſsio enim aliquãdo humilitatem ſignificat, aliquando honorem iudicandi. Hic autem humiliationem deſignat, qđ oſtenditur per hoc quod ait, Qui manducatis panem doloris. Manducat panem doloris, qui gemit in hac peregrinatione, qui in valle plora- Pſal. 41 tionis de afflictione ſe reficit, dicens, Factæ ſunt mihi lachrymeę panes die ac nocte. Et quaſi quis diceret, modo ſedere iubemur, modo ſurgere ꝓmittitur nobis: ſed quando hoc erit? ſubdit,

4 Cum dederit dilectis ſuis ſomnum.

Ex Aug. CVM dederit ſomnum] id eſt mortem temporalem, in qua eſt ſecura pauſatio. Dederit, dico, [DILECTIS ſuis.] Poſt mortem enim ſurgent dilecti. Dominus enim poſt mortem exaltatus eſt: ergo & tuam exaltationem poſt mortem ſpera. Sede ergo prius, & ſic ſurges.

PARS II 5 Ecce hæreditas domini, filii, merces fructus ventris.

Ex Caſſ. Ex Aug. ECCE hæreditas domini] Secundo dicit quæ ſit hæreditas, & quomodo collecta. q.d. Dilecti poſt ſomnum ſurgent. Et qui ſunt dilecti? [FILII] qui filij? qui ſunt [FRVCTVS ventris.] & iſtis quid erit? Ecce, his erit tunc, Hęreditas domini. quæ eſt illa hæreditas? ecce, [MERCES]. i. vita ęterna. Attẽde quod ait, Fructus vẽtris. Non omnes filij eccleſiæ, quæ quaſi quædã mulier, in dolore parturit, ſunt fructus ventris, Geneſ. 25 ſed ſoli boni. Venter enim eccleſiæ, vt Eua, in dolore parturit filios bonos, & malos, vt Rebecca geminos inter ſe diſsidentes vtero geſtabat, quos cum partus apparuiſſet, diſcernit & dilexit Iacob. Ita & eccleſia in cuius figura dictum Gene. 3 eſt, In dolore paries filios, bonos parit & ma- Galat. 4 los. Vnde Apoſtolus, Filioli mei, quos iterum parturio. Boni vero ſunt fructus ventris, vt Iacob dilectus matri, horum eſt merces, ſurgere poſt ſeſsionem: lætari poſt panem doloris. Modo ergo dolor & gemitus eſt eis, ſed in reſurrectione hæreditas tunc apparebit partus eccleſiæ, tunc videbitur qui ſint. ſed per quid acquiſiti ſunt hi filij? per ſagittas, quia,

6 Sicut ſagittę in manu potentis: ita filii excuſſorum.

SICVT ſagittæ in manu. &c.] Vel ita, ecce Ex Hilar. & Caſſ. hæreditas. q.d. qui ſunt dilecti? Ecce hæreditas domini, ſcilicet filij, renati ex aqua & ſpiritu ſancto. Iſti ſunt hæreditas, qui tales ſunt, Merces fructus ventris, id eſt ſunt merces reddita homini Chriſto, qui eſt fructus vteri virginalis, qui eos acquiſiuit per obedientiam paſsionis. Vnde, Po- Pſal. 2 ſtula à me, & dabo tibi gẽtes hęreditatẽ. Et nõta Ex Aug. qđ ſecundũ hanc lectionẽ eſt hic pſalmi partiſio. [SICVT ſagittę] q.d. Sed vnde facta eſt tanta hæreditas? per ſagittas. quia [SAGITTAE in manu potentis] ſunt, Excuſſæ, id eſt apoſtoli excuſsi per manum Chriſti, vſque ad fines terræ ierunt: quia potens dominus dum fortiter de arcu ſacræ ſcripturæ ſagittas excuſsit, vſque ad fines terræ peruenerunt illæ excuſſæ. Apoſtuli autem dicuntur ſagittæ, quia ſunt miſsi à domino, velut ſagittæ celeriter omnia tranſeuntes, & ſine errore ferientes. ſic ſunt autem & filij excuſſorum excuſsi, quomodo & illæ excuſſæ. [ITA & filij] q.d. Et, Sicut ſagittæ in manu potẽtis, ſunt excuſſæ, [ITA filij excuſſorũ]. i. apoſtolorum, ſunt excuſsi. i. miſsi, & ſic acquiſita eſt hęreditas. Dicuntur ergo apoſtoli, quia miſsi à ſimili ſagittarum. Vel excuſsi dicuntur apoſtoli, quia ipſi ſunt, quibus dictũ eſt à domino, Cum exieritis de ciuitate in qua non audierint Matth. 10 vos, excutite puluerem de pedibus veſtris. Sed dicet aliquis, quod propter hoc videntur dicendi excutientes, non excuſsi: & ſecundum hoc melius deberent dici filij excutientium, quàm filij excuſſorum, ad quod reſpondemus, quod propter hoc bene poſſunt dici excutientes. Verum & quod excutitur, vt puluis, excuſſum dicitur, & vnde excutitur aliquid vt veſtis, & ſecundum hoc bene dicitur apoſtoli excuſsi. Vel potius alia ſententia eſt hic, quam prætermittere minimè debemus. Ideo cum forte obſcurius poſitum eſt, vt multos intellectus generet, & diſcedant ditiores homines, quia clauſum inuenerunt, quod multis modis aperiretur, quam ſi vno modo apertum inuenirent. Sciendum ergo filios excuſſorum dictos eſſe apoſtolos, filios ꝓphetarum, qui dicũtur excuſsi. Excuti enim aliquid dicitur, vt ſaccus, vt exeat qđ intus latebat clauſum. Prophetæ ergo clauſa continentes ſacramenta, excuſsi ſunt à prædicatoribus, accedente eorum diligentia & domino aperiente, & quæ abſcondita erant, prodierunt aperta: ſicut Eſaiæ 1 illud Eſa. obſcurũ erat, Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuum, & aſinus præſepe domini ſui. Iſrael autẽ me nõ cognouit, hoc inuolutũ aliquis prædicator excutiens dixit, Venit bos triturans de gente Iudęorum, quia inde triturantes apoſtoli, Omnis enim qui prædicat verbũ dei, monet, obiurgat, terret, triturat areã, bouis implet officiũ. Aſinus vero eſt populus veniens de gentibus, vt inſidat ei Chriſtus, ſignificatus in euangelio

Matth.11 per pullum aſinæ, cui nullus inſederat, quia ad eum nec lex miſſa, nec Propheta. Vtrique populo Chriſtus eſt in præſepi, vtrique cibus eſt in altari. Ecce qualiter illud inuolutum excuſſum eſt. Ideoque prophetæ dicuntur excuſsi, quibus excuſsis generati ſunt apoſtoli. Vel ita, apoſtoli ſunt excuſſorum filij, qui à manu dei ſunt miſsi, vſq; ad fines terræ. Et eſt ſenſus literæ. q.d. quomodo collecti ſunt filij? ecce, quia, Sicut ſagittæ, ſunt, In manu, alienius, Potẽtis, hominis, vt eas mittat ad feriendum: Ita filij excuſſorum, id eſt apoſtoli filij prophetarum, ſunt miſsi à manu dei. Et,

7 Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta.

Ex Aug. BEATVS vir] eſt ille, [QVI impleuit deſiderium ſuum ex ipſis] prædicatoribus, quod facit qui non amat ſeculum. Qui enim deſiderio ſeculi plenus eſt, non eſt quo intret, quod illi prædicauerunt Funde ergo quod portas, & ſic fies capax ad id quod non habes. Et verè beatus eſt qui implet, quia [NON confundetur cum loquetur in porta] id in Chriſto, [INIMICIS ſuis] quia nõ erubeſcit qui in Chriſto loquitur, & eius honorem quærit, non ſuum. Vel non cõfundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta, id eſt in communi, vt omnes nouerint quid loquatur.

COLLATIO
In pſalmum 126. Niſi dominus ædificauerit domum.

3 VANVM eſt vobis ante lucem ſurgere, ſurgite poſtquam ſederitis.] In D. Hier. non eſt, ſurgite, Fruſtra eſt vobis de mane conſurgere poſtquam ſederitis. Pratenſis aliter, Vanum eſt vobis diluculo præuenientibus ſurgere, retardantibus ſedere. Et ad conſimilem modum pene cæteri. Tranſlator tamen ad Campenſem, quaſi accedit ad D. Hiero. Fruſtraneum eſt ſi poſtquam quieueritis, quàm maturrime ſurgatis. Porro in Hebræo eſt vna particula, quæ per ſe ſignificat mane ſurgere, ac mox ſequitur altera ſignificãs ſimpliciter ſurgere, מַשְׁכִּימֵי קוּם maſckime qum, quod eſt ad verbum mane ſurgẽtes, ſurgere. Lxx ſenſum tenuerunt. Deinde poſtquam ſederitis, nõ eſt ab Hebra. alienũ מְאַחֲרֵי שֶׁבֶת meahareſchebeth. q.d. à poſt ſedere, quam locutionem non agnoſcit latina conſuetudo.

PANEM doloris.] D. Hiero. ad Marcellam, de hoc loco diſceptat in hæc verba, Inueni pro pane doloris, ſcriptũ לֶחֶם הָעֲצָבִים lehem haatzabim, quod Aquila interpretatus eſt, ἄρτον διαπονημάτων, id eſt panem elaborationum. Symmachus, ἄρτον κακοπαθουμένων, quod exponunt panem ærumnoſum. Quinta editio & Theodotion, qui in cæteris cum Lxx tranſlatoribus facit, panem idolorũ. Sexta, πλάνης, id eſt erroris.

Nec mirandum eſt de Aquila, ſi διαπονήματα pro idolis ponat, quum opera manuũ hominis ſint, & prophetice populus arguatur ad templũ diluculo fruſtra conſurgere, & poſt quietem ad ſanctuarium feſtinare, quũ idola dei honore venerẽtur, ſecũdum quod Ezechiel ſcripſit in ipſo templo, ſacrificare idolis ſacerdotes. Vt autem plenius addiſcaris, pro dolore in heb idola poſites, hoc ipſum verbũ, hoc eſt, עֲצַבִּים atzabim etiam in 103 pſalmo ſcriptũ eſt. Lxx quoq; idola tranſtulerunt. Nã & in eo loco vbi legimus, Idola gẽtium argentum & aurum, opera manuũ hominum, in Heb. habetur, עֲצַבֵּיהֶם atzabehem, quod Aquila interpretatur, elaborationes eorum. Vnde quũ ita veritas ſe habeat, nõ fruſtra quidã laboris panẽ, aut hæreticorũ intelligunt ſacramẽta, aut vitæ iſtius miſerabilis & ærumnoſæ interpretãtur laborem, apud quam in ſudore faciei comedimus panem noſtrum, & inter ſpinas & tribulos, breuis vitæ alimenta naſcuntur.

4 MERCES fructus ventris.] Ex Heb. videtur quod fructus ſit nominandi caſus, eo quod ſcribitur שְׂכַר פְּרִי ſacar peri. Alioqui iuxta hebraiſmi proprietatẽ, dicendum foret שְׂכַר ſecar, vt eſſet in ſtatu cõſtructionis. In græco tamen manifeſtè eſt caſus paternus, quomodo etiã interpretatur Auguſt. ὁ μισθὸς τοῦ καρποῦ τῆς γαστρός. Igitur iuxta rectũ caſum, Chriſtus fructus ventris, eſt merces filiorum, qui dilecti ſunt hæreditas domini. Iuxta vero poſſeſsiuũ, mater eccleſia parturit filios vẽtre charitatis & fidei, ac merces huius fructus ventris, erũt filij in reſurrectione particulari.

5 ITA filij excuſſorum.] Hier. & penè cæteri, Filij iuuentutis aut adoleſcentiæ. Cæterum נָעַר naar, ſignificat excutere. Hinc paſsiuum נְעוּרִים neurim. i. excuſsi. Eſt præterea quandoq; nomen adoleſcẽtiam ſonans, quomodo acceperũt alij interpretes. Excuſſos autẽ D. Hier. ad Marcellã atteſtatur Lxx tranſtuliſſe pro iuuenibus, vt intelligamus robuſtos, vegetos, ac expeditos. Et in corroborationẽ eius adducit Neem. cap. 4. vbi legimus, Media pars iuuenũ eorum faciebat opus, & media pars parata erat ad bellũ, & lanceæ & ſcuta, & arcus, & loricæ. Lxx dixerunt, Medij excuſſorũ faciebant opus, & medij eorũ, habebant haſtas & ſcuta, & arcus & thoraces. Alterã quoq; tranſlationem proſecutus eſt, vt intelligas adoleſcentiæ populos, Chriſtianos exacuti ſenſus.

7 DESIDERIVM ſuum.] Omnes alij habẽt pharetrã ſuã, ex Heb. אַשְׁפָּתוֹ aſchpatho. Sed Lxx per metaphoram intellexerunt recõditum gaudiũ, ſpeiq; plenitudinem, qua homo ſpiritu intentus, quaſi ſagitta directa cœleſtia penetret, Noſtra etenim cõuerſatio in cælis eſt, Philip. 3. Cur vero in Heb. pro deſiderio pharetra poſita ſit, explicat D. Hieron. in commentarijs &c. Vt quia ſagittas præmiſerat, in cõparationem ſanctorum, conſequenter pharetram ſagittis inferat explendam. Chaldæus ἀφ᾽ ἀσπίδος interpretatur ſcholas.

CXXVII. PSALM. TIT. Canticum graduum.

Ea Caſſ. BEATI omnes qui timent dominum.] Titulus,[CANTICVM graduum] Nonus gradus eſt vt pacificus caſtè timeatur, qui ſolus ædificat, cuſtodit, eaaltat. Intentio. Monet caſtè timere. Modus. Bipartitus eſt pſalmus. Primo bona timentis enumerat. Secundo optat bona timenti, ibi, Benedicat tibi. Ad timorem ergo dei monens ait,

BEATI omnes qui timent dominum: qui ambulant in viis eius.

Ex Caſſ. BEATI] ſunt [QVI timent dominum.] Miſeri ſunt qui mundana timent. Sciendum eſt quatuor eſſe timores, præter naturalem, quæ omnibus ineſt, ſcilicet, mundanum ſiue humanum, ſeruilem, initialem, caſtum vel filialem. Humanus timor eſt, quando timemus pati pericula carnis, vel perdere bona mundi, propter quod delinquimus. Hic timor malus eſt, qui in primo gradu cum mundo deſeritur. Sed diuinus ti- Ex Aug. mor comes eſt per omnes gradus. Timor ſeruilis eſt, cum propter timorem gehennæ, continet ſe homo à peccato, quo præſentiam iudicis & pœnas metuit, & timore facit quicquid boni facit, nō timore amittendi æternum bonum, quod nō amat, ſed timore patiendi malum, quod formidat. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi ſponſi, ſed timet ne mittatur in gehennam: bonus eſt iſte timor & vtilis, per quem fit paulatim conſuetudo iuſtitiæ, & ſuccedit initialis timor, quando incipit quod durū erat amari, & ſic incipit excludi ſeruilis timor à charitate, & ſuccedit. Deinde caſtus timor, quo timemus, ne ſponſus tardet, ne diſcedat, ne offendamus, ne eo careamus: timor iſte de amore venit. Ille quidem ſeruilis, vtilis eſt, ſed non permanens in æternū, vt iſte de quo hic dicit Propheta, [BEATI omnes qui timent dominum] caſto, ſcilicet timore. & qui ſunt iſti? [QVI ambulant in vijs eius] Ex Caſſ. id eſt in fide, in bonis operibus. Hoc ideo ait, vt non tantum a malis ſeparemur, ſed etiam in fide Ex Aug. ambulemus. Et nōta quod a pluribus cœpit, dicens, Beati. Sed quia omnes vnum ſunt in Chriſto, ſingulariter loquitur.

2 Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Ex Aug. LABORES manuum tuarum mādncabis] q.d. Ita beati ſunt qui timent, [QVIA manducabis, labores &c. Vel ſine, Quia, lege. q.d. Beati ſunt qui timent, & ô vos qui timetis, vel ô tu qui times: vtrunq; enim bene dicitur, quia omnes vnus homo ſunt. Tu, inquam, Manducabis, labores manuū tuarum, vel fructuum tuorum, alia litera. Labores fructuum dicit, cum deberet dicere, fructum laborum. ſed quia labores cum gaudio ſumuntur, propter ſpem, & ipſi iocundant, & modo ſunt cibus: ſed iocundior eorum fructus erit, quando ſancti venientes cum exultatione, portantes manipulos ſuos: poſtea de vtroq; ſubdit, [BEATVS es] iam in præſenti de labore, [ET bene tibi erit] in futuro de fructu, & tunc verè bene, vbi bene eſt, omnia bona tibi confluunt ad gaudium ſuauitatis. Deinde qualiter beatus ſit ſubdit,

3 Vxor tua ſicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ.

VXOR tua &c.] Etſi ad literam hoc accipi Ea Alc. poſſet, tamen nec omni timenti deum cōuenit, nec ſoli, ſed myſticè bene accipitur, & omni timenti generaliter conuenit. q.d. ita beatus es, ô tu timens, quia [VXOR tua] id eſt ſenſualitas, eſt [SICVT vitis abundans in lateribus domus tuæ] id eſt bene eſt ſubdita rationi, & ſic manēs in paradiſo, id eſt in quiete, abundat in bonis operibus. Et,

4 Filii tui ſicut nouellæ oliuarū: in circuitu menſæ tuæ.

FILII tui] id eſt opera, ſunt [SICVT no- Ea Hilar. & Caſſ. uellæ oliuarum] quia virent oleo charitatis inuncta, & ſunt [IN circuitu menſę tuæ, quia qui talia opera faciunt, pane cæleſti reficiuntur. Vel vxor dicitur ſapientia viri, de qua Salomon, Sapien. 8 Ama ſapientiam tanquam ſponſam, & ipſa amplexabitur te: quæ vt vitis vuas, iocundos fructus bonorum operum dedit. Domus ergo eſt cogitatio, cuius parietes ſunt duo teſtamenta, in quibus mens vt in lateribus domus ſolidatur. Et eſt, Vxor tua, id eſt ſapientia, eſt, Sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ, id eſt abūdat fructibus bonorum operum, quæ procedunt ex bona cogitatione informata, & munita doctrina duorum teſtamentorum. Et de ſapientia vxore nati ſunt, Filij tui. Non dicit filiæ, fœminino genere, ſed filij, pro firmitate, id eſt imitatores tui. Et hi ſunt, In circuitu menſæ tuæ, id eſt circundant menſam, id eſt altare, quando pane ſatiantur cæleſti, ſcilicet dominico corpore, & ſpiritualí doctrina: & iſti ſunt, Sicut nouellæ oliuarum, id eſt, iſti comparantur nouellis oliuis, quæ Ex Caſſ. viridiores, & fortiores, & vberiores ſunt in fructu. Vnde & lumen eſt, & feſſorum leuamen. Et notandum, quia hic vitis & oliua memorantur, ſicut in vulnerato à latronibus infunditur vinū Lucæ 10 & oleū. In vino, auſteritas iuſtitiæ eſt: in oleo, lenitas miſericordiæ. Illud ād vetus, hoc ad nouū Ea Aug. teſt. pertinet. Vel per vxorē intelligitur eccleſia, & dirigitur ſermo ad Chriſtū caput, cū dicitur Tua, &, Tui: nec tamē mutatur vox vel perſona, propter vnitatē capitis & corporis. Vnus enim homo Chriſtus caput eſt & corpus, & in capite quiſq; fideliū hęc habet. Dicit ergo Chriſto, Vxor tua, eſt, Sicut vitis abūdans. Vxor Chriſti eſt eccleſia, quæ eſt fertilis vinea, quæ nō in omnibus fertilis eſt & abūdans, vt in paleis. Sed in lateribꝰ domus tuæ. i. in illis, qui tibi ô Chriſte adhærēt, qui latera tua ſunt. Sicut enim dicimus de aliquo q malis cōſilijs vtit, mala habet latera: & ita de illo qui bonis cōſilijs vtitur, dicimus, bona

latera habet. Ita ergo latera domos Christi dicū tur qui ei adhęrēt. Et, Filii tui. Idē sunt filij Christi, qui & vxor.i.ecclesia. Ipsa enim est coniunx Christi, & ipsa est filii. Hi filij sunt, Sicut nouellę oliuarū, quia pacifici sunt. Oleū enim pacē significat, quia charitatē, sine qua nulla est pax: & hi filij sunt, In circuitu mēsę tuę, quia satiantur mē sa cælesti. Deinde sequitur conclusio beati,

5 Ecce sic benedicetur omnis homo: qui timet dominum

Ex Aug. ECCE sic]q.d. Sēd quare hoc?[ECCE] ex timore dei, [SIC] enim [BENEDICETVR omnis homo qui timet dominum.]

PARS II 6 Benedicat tibi dominus ex Siō: & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Ex Aug. BENEDICAT tibi dominus.] Sēcunda pars, vbi ex pietate postulat benedici timētes. Optat enim hic bona timenti, sed quæ non sunt malis communia.q.d. Benedicētur timentes dominū, sed ô timens, ne quæras has benedictiones quæ non sunt ex Sion, quæ etiam in malis sunt: sed potius, Benedicat tibi dominus, benedictione, quæ est [EX Sion] cælesti, id est æterna benedictione, [ET] ibi positus nunc spe, postea re, [VT

Ex Cass. DEAS bona &c.] Vēl, Dominus, progressus, Ex Sion, Iudæorum, Benedicat tibi. Et, ita, vt Videas bona, non quæ transeunt, sed [BONA Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ] id est æterna, quę videbuntur semper, quod nō ista possunt. tumulos bonorum, est æternitas.

7 Et videas filios filiorū tuorum: pacem super Israel.

Ex Aug. & Cass. ET videas filios filiorum tuorum] id est fructum bonorum operum, vel eos qui de doctrina tua generantur. Et vt breuiter omnia cōcludam vel comprehendam. [VIDEAS pacem super Israel] omnia illa bona nominantur pax.

In psalmum 127. nihil est annotandum.

CXXVIII. PSALM. TIT.

Canticum graduum.

SAEPE expugnauerunt.] Titulus, [CANTICVM graduum.] Decimus gradus est, vt qui castè deum timet, pro eo omnia patienter ferat: quod tunc expedit ecclesiæ inter malos. Mali enim & si audiunt verbum dei, tamen turbant ecclesiam cotidie scandalis & tribulationibus, qui in euangelio comparantur petrosis locis, vbi semen arari, quia non habent radicem. Hos tales ab Abel ecclesia tolerauit.

Ex Cass.

Ex Aug.

Lucæ 8 Intentio. Monet ad patientiam. Mōdus Bipartitus est psalmus. Primo ostendens quæ tulerit, consolatur infirmos. Secundo agit de reprobatione persequētium, ibi, Dominus iustos.

Ex Cass. Ecclēsia ergo quasi respondeat querelis infirmorum murmurātium: quod tot malos ferant, incipit, O filij, nolite mirari ad ista, quasi noua, quę

Ex Aug. iam diu sustinui, & ne turbemini, quia,

SAEPE expugnauerunt me à iuuentute mea: dicat nūc Israel.

EXPVGNAVERVNT me] matrem, [SAEPE] hoc dicit pro frequentia passionū. Et hoc, [A iuuentute mea]. i. à primo tēpore ætatis ab Abel. Aliquando enim in solo Abel ecclesia erat, & expugnata est à fratre malo, & perdito Chaim. Et istud, [DICAT Israel nunc] dum licet vt alij instruantur. Istud ergo dicat, & nō timeat istud, cum senectus expugnatur, consolator se de præteritis. Quid dicat? Ex Aug. Genes. 4

2 Sæpe expugnauerūt me à iuuētute mea: etenim nō potuerūt mihi.

SAEPE expugnauerūt me à iuuentute mea] Et quare expugnauerunt? quia nō consensi eis, quod ita ait, [ETENIM non potuerunt mihi] scilicet præualere, vt me traherent in consensum peccati. quod cum non possem, Ex Aug.

3 Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerūt iniquitatem suam.

SVPRA dorsum] q.d. quia nō potuerunt sa... cere, vt eos sequerer, fecerunt vt portem ipsos, & fero vsq; in finē. Vēl ita, Etenim q.d. expugnauerūt me, sed mihi non nocuerūt. Etenim.i. quia, Non potuerūt mihi, præualere, vt me finirēt & cōsumerent, quia & si quidam sanctorū ad cęlū missi sunt, tamen ecclesia nō potuit finiri. Ideo ait, Non potuerunt, quia ecclesia crescit aduersis. Et cum palam non possent nocere, [SVPRA dorsum meum fabricauerunt peccatores] id est conati sunt occultè mihi nocere: quia qđ mali nequeunt publicè omnibus, occultè singulis tētāt suadere: vt qui à facie venientes viderētur, à tergo nō sentiātur. Et sicut sępe expugnauerūt, ita & diu: quod ita dicit, [PROLONGAVERūt iniquitatem] vel iniustitiam [SVAM] quia non sunt momentaneæ eorum insidiæ, sed diutinæ. Vēl ita, Sæpe expugnauerunt, tamen, Prolongauerunt iniquitatem suam, id est longè fecerunt à me iniustitiam suam, quia & si mali cum bonis sint in seculo, si etiam in ecclesia sint, ne quis tamen putet iniquitatem iuxta iustitiam. Et si eos portο, tamen longe est à me iniquitas eorum. Ne quis ergo timeat mixtos sibi malos qui longè sunt. Ex Aug. Ex Cass. Ex Aug.

4 Dominus iustus concidet ceruices peccatorum: confundantur & conuertātur retrorsum, omnes qui oderunt Sion.

DOMINVS iustus] Sēcunda pars, vbi agit de reprobatione persequentium.q.d. Expugnauerunt me peccatores, sed hoc non semper erit, quia [DOMINVS concidet ceruices peccatorum.] In hoc superbos & ceruicosos peccatores notat. In ceruice enim notatur superbia. [ET

confundātur]ipsi, quod erit cum viderint se damnari, [ET conuertantur retrorsum] id est inefficaces appareant, [OMNES qui oderūt Sion]
Ex Aug. id est ecclēsiam, quam nō tantum manifesti persecutores, sed etiam qui fictè intrant, oderunt. Qui enim nolunt obseruare verbum dei, oderunt ecclesiam.

5 Fiant sicut fœnum tectorum: quod priusquam euellatur exaruit.

Ex Aug. FIANT]etiam [SICVT fœnū tectorum] quod est herba quę in alto nascitur, sed sine radice. Fœ
Ex Cass. no ergo tectorum cōparantur mali, quia in culmine superbiæ nascūtur, vbi nō solidè stant quæ sæpe disperennt, anteq̃ de vita tollātur. [QVOD
Ex Aug. priusquā euellatur exaruit] quia mali ante sicci sunt, quam de vita abeāt. Nondum enim finiti sunt in iudicio dei, & iam non habent succum viriditatis.

6 De quo non impleuit manum suam qui metet: & sinum suum qui manipulos colliget.

Ex Aug. DE quo].s. fœno, id est de malis & aridis, [NON impleuit manū suam qui metet, & sinū suū qui manipulos colliget.] Angeli sunt messo
Matth.13 res, qui bonos fruct⁹ colligēt, vt offerāt deo: qui grana separabunt à paleis, sed hi de malis nō im-
Ex Hsy. plebunt manū vel sinum.i. nō colligēt ex eis bonā operationē, vel bonā cogitationem: quia nul
Ex Hila. lus in talibus fructus comperietur, qui manu vel sinu ab angelis portetur. Manus, ad opera: sinus ad conscientiā refertur, sed in neutro fructus est malis.

7 Et non dixerunt qui præteribant, Benedictio domini super vos: benediximus vobis in nomine domini.

Ex Alcu. ET non dixerunt]q.d. quos nō colligent angeli, quibus non prædicauerunt apostoli. Et hoc
Ex Aug. est quod ait, & illi nō colligentur, quibus[NON
Ruth 2 dixerunt] illi [QVI præteribant].s. apostoli & prophetæ, [BENEDICTIO domini] sit [SVPER vos.] Maximè Iudęis mos erat, quibuscūque operantibus hoc dicere, Benedictio domini super vos. Hic enim mos inter Hebr. erat, vt maior operātibus benediceret. Vnde hic dicitur ecōtrario, quia inaniter operātibus nulla benedictio datur. Illi ergo qui præteribāt, sunt qui per vitam istā currendo trāseunt ad patriam, vt prophetę & apostoli, qui radicatos charitate benedicūt. Superbis vero dicunt, Benedictio domini super vos, sed quod futuri sunt.s. miseri, & nō dixerunt talibus, [BENEDIXIMVS vobis in nomine domini.] Bonis benedicitur. Si ergo bene viuis, vide te benedictū. Omnes enim viuentes benedicūt, non vtiq; in suo nomine, sicut hæretici: sed in nomine domini, à quo omnia bona dicunt esse, nō ab eis. Qui enim dicūt, non sanctificat nisi deus, nec quisquā bonus est, nisi dono dei. Ipsi in nomine domini benedicūt, nō in suo, quia amici sunt sponsi, nec volunt esse adulteri sponsæ.

COLLATIO
In psalm.128. Sępe expugnauerunt.

3 SVPRA dorsum meum fabricauerūt peccatores.] In Heb. est arauerūt, arantes, siue aratores, חָרְשׁוּ חֹרְשִׁים harschu horeschim. Lōga & diuturna persecutorū molestia hoc & illo modo significatur, veluti & quod statim sequitur, Prolongauerunt iniquitatem suā הֶאֱרִיכוּ לְמַעֲנִיתָם heerieu lemaanitham, hoc est, prolongauerunt sulcū suū. Perseuerat enim in metaphora, quā semel cœperat. Et LXX sensum erueerunt, qui decebat.

4 CERVICES peccatorū.] Heb. habēt pro ceruicibus funes. Sciendū autem quod si עֲבֹות aboth, sit plurale huius nominis עָב ab, rectè sonat res densas & incrassatas, quibus significatur more scripturę superbia, etiā ceruice pingui designata. Vnde Deut. 32. vbi arguitur duritia & obstinatio filiorū Israel, dicitur עָבִיתָ abita' incrassatus fuisti. Si autem aboth fuerit ab עֲבֹת abath, sunt funes fortes, & densa vincula, quemadmodum accipere volunt Hebræi. Vtrobique sententia digna est.

CXXIX. PSALM. TIT.
Canticum graduum

DE profundis.] Titulus, [CANTICVM Ex Cass.
graduū.] Vndecimus gradus pœnitētialis supplicatio, qui cōgruè post prędictos gradus ponitur, quia nec timēs tantum deū, nec omnia ferens dignū se pœnitus sentit Christo, quia in corpore nullus sine peccato est. Et ideò
vna securitas est precibus inclinari. Et est iste Ex Alcu.
sextus psalmus in ordine pœnitentialium psalmorū, & vndecim⁹ in ordine canticorū. Per se-
narium notatur perfectio, quia sex diebus perfe Ex Aug.
cit deus mūdum. Per vndenarium notatur trās- 15. de ciui
gressio, quia & denarium excedit, & ad duodena tate dei,
rium nō peruenit. Vnde & vndecim erant vela cap.20.
capillacia in tabernaculo domini, & vndecim Exod. 26
sunt psalmi Asaph, & in vndenario fuerunt apo Ex Alcu.
stoli, semoto felicissimo Iuda: sed ad duodenariū redierūt, substituto Matthia. In his ergo datur intelligi, quod quantęcunq; perfectionis sit aliquis, nō tamen sine peccato est, pro quo necessaria est pœnitētia, quia est senarius cū vnde-
nario. Intētio. Monet ad pœnitētiam. Modus. Ex Cass.
Bipartitus est. Primo pœnitēs captat à sua persona misera, & à misericordia iudicis, vnde sperat magna. Secūdo ponitur lęta cōclusio, cū certitu
dine veniæ, ibi, Speret Israel. Hīc ergo pœnitēs Ex Aug.
sciens se esse in profundo, à simili Ionæ clamat,

DE profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

DE profundis clamaui ad te domine.] Hæc

Ex Aug. est vox ascendentis. Attēdat ergo quisq; in quo
Ioo. 2 profundo sit, de quo clamet ad deum. Clamauit Ionas de profundo, s. de ventre ceti, quia nec vēter belnæ potuit tenere vocem precantis, quæ omnia penetrauit & ad dei aures vsq; peruenit: ita & iste de hac vita mortali clamat, quæ est nobis profundum. Qui enim sentit se fore in profundo, vbi fluctibus interioris & exterioris miseriæ atteritur, imago dei gemit, clamat donec eā liberet deus, ita vt renouetur & reparetur à deo, qui illam impressit, cum hominem formauit: sed cum de profundo clamat, surgit de profundo: & ipse clamor, non tum sinit multum in imo esse. Valde enim in profundo sunt, qui nec clamant cum videant se cotidianis peccatis obrutos, & aceruis quibusdam & molibus iniquitatū pressos: sed potius illos irrident, qui eos deum rogare monent. Hoc est profundum in quo peccator contemnit, sicut dicit scriptura, Peccator cū
Ex Cass. venerit in profundum malorū contemnit. Deinde subdit quid clamauerit, [DOMINE exaudi vocem meam.] Deinde alijs verbis idem repetit, dicens, &

2 Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Ex Aug. FIANT aures tuæ] id est auditus elementiæ [INTENDENTES in vocem deprecationis meæ.] precibus deum placat, vt clementer audiat. Deinde ostendens de quo profundo clamet, ait,

3 Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?

Ex Aug. SI iniquitates] Hoc est profundum de quo clamat, sub molibus nanq; & fluctibus suarum iniquitatum clamat. Circunspectis enim omnibus nullum bonum videns, sed vndique mala & cateruas scelerum suorum cernens, quasi expanescens exclamat, ô [DOMINE si iniquitatē] vel iniquitates, [obseruaueris] id est ad vindictam æternam seruaueris, [DOMINE quis sustinebit?] te iudicem? nullus. Non tantum ego. non dixit, ego nō sustinebo, sed, Quis sustinebit? quia prope omnis humana vita peccatis suis circunlatratur, omnisq; conscientia suis cogitationibus accusatur, & non est castum cor, quod præsumat de iustitia sua. Præsumat ergo de dei misericordia, scilicet quod apud eū est propiciatio.

4 Quia apud te propiciatio est: & propter legem tuam sustinui te domine.

Ex Aug. QVIA apud te propiciatio est.] q. d. Quia spe clamat, quia est in eo misericordia, quod ita ait, [QVIA apud te &c.] Vel ita iunge. Nullus potest sustinere, si obseruaueris iniquitatem: sed tamen non despero, Quia apud te [PROPICIATIO EST.] In hoc mihi est spes, quia apud te propiciatio, scilicet sacrificium quod pro nobis oblatum est, quo peccata soluit, scilicet innocens sanguis Christi, pro nobis fusus & oblatus, quo delentur omnia peccata nocentium: quo captiui de manu captiuantis inimici redimuntur. In hoc ergo mihi spes est. Nam si iudex solum esse velles, & misericors esse nolles, omnes iniquitates obseruares. Et quis ante te staret in iudicio tuo? Vna ergo spes est, Quia apud te propiciatio est, [ET propter legem tuam] scilicet misericordiæ, cum olim premeres sub lege veteri, reos faciēte, [SVSTINVI te domine] scilicet propter legem misericordiæ & charitatis quæ viuificat, sustinui: quæ peccata condonat, & de cætero monet, ne offendat homo. Et si titubaui, remedium dat orandi, Di- Matth. 6
mitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et quia hanc legem dedisti in ipsa necessitate, Sustinui te, expectans quando venias, & liberes ab omni necessitate. Si ne hac igitur lege misericordiæ & charitatis, qua alter alterius onera portat, nullus sustinet, vel frustra sustinet. Deinde quasi quis diceret, Est ne verum quod propter illam legem sustinueris? conuersio fit ad auditores, & ait, vtique, Ex glos.

5 Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea ī domino.

SVSTINVIT anima mea in verbo eius] quod non fallit, quod regnum promisit post veniam. Accepimus quidem veniam peccatorum, sed æternam vitam nondum tenemus. debita sunt deleta, sed merces est adhuc futura, quam speramus in verbo eius. Si verbum nostrum esset, deberemus timere. sed quia verbum dei est, non fallit. Securi ergo speremus in eius verbum, quod fallere nō potest, propter quod subdit, [SPERAVIT anima mea in domino.] Ex Aug.

6 A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in domino.

A custodia] vel vigilia, [MATVTINA vsq; ad noctem.] Ideo dicit à vigilia matutina, quæ est finis noctis, quia dominus tunc surrexit, qd & in nobis speramus. Et ex tunc hoc cœpit sperare anima nostra, & sperat vsque ad noctem, id est vsque quo non moriamur. Aliter non valet, quia qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit tantū. Inde in lege caput & cauda hostiæ domino offerebatur. & quia ea hora Christus immortalis surrexit. Ille ergo sperat à vigilia matutina, qui non aliud à deo quàm immortalitatem sperat. Ex Aug. Ex Alc. Matth. 10 Leu. 3 Ex Aug.

SPERET Israel &c.] Secunda pars, vbi est læta conclusio, vbi de se securus, prædicat alijs vt semper sperent in domino. q. d. sicut anima mea sperauit, similiter, Speret Israel [IN domino] à custodia matutina vsq; ad noctem. Sed quomodo sperat peccator quod habuit ille, qui sine peccato transijt, PARS II Ex Cass. Ex Aug.

7 Quia apud dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

QVIA apud dominum] est [MISERICORDIA] quia ille qui sine peccato præcessit, deleuit peccata sequentium, [ET apud eum] est [COPIOSA redemptio] scilicet sanguis preciosus, qui totius mundi peccata redemit. Ex Aug.

8 Et ipse redimet Israel ex omni-

bus iniquitatibus eius.

Ex Aug. ET] adeo copiosa, quod [IPSA] qui sine peccato præcessit, [REDIMAT Israel] Israel se vẽdere potuit, & non redimere: ille qui sine pecca

Ex Cass. to est, potest redimere. Hic iam dicit, quid sit facturus ille, quem dixit misericordem esse & copiosum, scilicet quod, Redimet Israel [ex omnibus iniquitatibus eius.]

COLLATIO In psalmum 126. De profundis clamaui ad te domine: domine &c.

4 PROPTER legem tuam.] Hunc locũ diligenter examinauit D. Hier. ad Suniam & Fretellam, ex cuius pertractatione palam aduertimus ipsum legisse biblia hebraica absq; pũctorum distinctione, simul & iod, vbi legimus vau, quod vau, & quosdã interpretes prius tenuisse describit, à quibus nostram lectionẽ habemus in vsu, sed præstat eum audire loquentem. Dicitis in Græco vos legisse, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, id est propter nomẽ tuũ, & nos cõfitemur plura exemplaria sic reperiri: sed quia veritati studemus, id quod in Heb. sit, simpliciter debemus dicere. Pro nomine enim sine lege apud eos legitur thira, quod Aquila interpretatus est φόβον, hoc est timorem. Symmachus & Theodotion νόμον, id est legẽ, putãtes תּוֹרָה thorah, propter literarũ iod & vau similitudinẽ & formam, quæ tamen magnitudine distinguũtur. Quinta editio terrorẽ interpretata est. Sexta verbum. Hactenus D. Hier. Cæterum nõs eum pũctis legimus, תִּוָּרֵא tiuare, id est timeberis.

6 A custodia matutina vsque ad noctem.] מִשֹּׁמְרִים לַבֹּקֶר שֹׁמְרִים לַבֹּקֶר misshomrim laboqer sebomrim laboqer, quod interpretatur D. Hiero. A vigilia matutina, vsq; ad vigiliam matutinã. Pratensis, Supra obseruantes mane, supra obseruantes mane. Sãctes, Magis quàm custodes mane, custodes mane. Munsterus, Ante custodes matutinos, ante custodes, inquam, matutinos, ac cæteri pari forma. Quæ translatio eò tendit, quo insinuetur perfecta, indefessa, & iugis in deum fiducia. Vbi ergo sensus tenetur, verborum cacozelia aspernanda est.

CXXX. PSALM. TIT. Canticum graduum.

Ex Cass. DOMINE non est exaltatum.] Titulus, CANTICUM graduum] Duodecimus gradus est humilitas, quam intus & extra hic se habere ostendit. Intentio. Monet ad humilitatem. Modus. Bipartitus est psalmus. Primo proponens se humilem, pœnam indicit non humili. Secundo suo exemplo ad spem monet, ibi, Speret Israel. Ostendens ergo se humilem intus & extra, ait, ó,

DOMINE nõ est exaltatũ cor meũ: neque elati sunt oculi mei.

DOMINE non est exaltatum] intus, [COR meum] per hoc nota cõtrarium, id est humilatum est cor meũ, quod est sacrificium deo, [NEQUE] iam [ELATI sunt] extra, [OCULI mei] quia signum superbiæ exterius non ostendi. Ex Hay. & Cass. Ex Aug. Ex Hay.

2 Neq; ambulaui in magnis: neq; in mirabilibus super me.

NEQUE ambulaui] superbiendo, [IN magnis, neq; in mirabilibus super me] id est nõ sui superbus, nolui quasi in mirabilibus innotescere hominibus, non quæsiui aliquid supra vires meas, vnde apud imperitos iactarem me, vt qui mirabilis sibi optant: sicut Simon Magus in mirabilibus voluit supra se ire, delectatus potentia apostolorum, non iustitia: talia voluit facere, qualia apostoli faciebant: sed non talis esse. Ideo supra se, id est supra vires suas erat quod volebar, sed potius quærendum est ne quis discordet in corpore Christi, quod est ecclesia, nec maiori inuideat: sed in alterius bono, vt in suo gaudeat. Et qui in gratijs abundat, magis se humiliet: secundum illud, Quanto maior es, humilia te in omnibus. Ex Aug. Actu 8 Eccle. 3

3 Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam.

4 Sicut ablactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea.

SI non humiliter] q. d. Non ambulaui in magnis, sed [HUMILITER sentiebam] beneficia à deo mihi data, [ET NON exaltaui animam meam] superbiendo. Totum repete seriatim. Et si nõ humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam, [ITA] fiat [RETRIBUTIO in anima mea] ita per eam ego [SICUT] aliquis incumbens [SUPER matrem suam] id est indigens foueri sinu matris, perit, si sit [ABLACTATUS] id est à lacte matris separatus, obstringit se iste maledicto. Hõc autem solemus dicere, quando de causa bene confidimus. Vel ita, Si non humiliter. Vtitur similitudine, ablactati in maledicto, agens de ecclesia in figura lactantis matris. Sicut enim quinque tempora notantur in carnali procreatione & alitione: ita in spirituali. Prius enim concipimur in vtero, deinde ibidem alimur, donec in lucem edamur: deinde manibus matris gestamur, & lacte nutrimur quousque ablactati ad mẽsam patris accedamus. Primum ergo tempus est conceptionis, secundum alitionis in vtero: tertium emissionis: quartum portationis & lactationis: quintũ ablactationis, ita & in vtero matris ecclesiæ, primo cõcipimur, dũ fidei rudimẽtis instruimur. Inde quasi in eisdẽ vtero alimur, in eisdẽ primordijs profitẽtes: deinde in lucẽ edimur dũ p baptismũ regeneramur. Deinde quasi manibus ecclesię portamur, & lacte nutri- Ex glin. Ex Aug. Ex Cass. Ex Alcu.

mus, cum post baptismũ in bonis operib⁹ infor
mamur, & lacte simplicis doctrinæ proficiendo
nutrimur, donec iam grandiusculi à lacte ma-
tris separati ad mensam patris accedamus, id est
à simpliciori doctrina, vbi prædicatur verbum
caro factum, accedamus ad verbum in princi-
Gene. 21 pio apud deum. Inde est quod Abraham non in
natiuitate Isaac nõ in circuncisione, sed in abla
ctatione magnum conuiuium legitur fecisse. Hęc
quinq; tempora sancta obseruat ecclesia. Dum
enim in quarta feria quartę hebdomadę militię
Christianæ, agonistæ Christi vocantur, quasi ec
clesiæ infantia cõcipitur. Tunc enim per exor-
cismum & cathecismum rudimẽtis Christiani-
tatis imbuuntur. Deinde quasi in vtero ecclesię
aluntur, vsque ad sabbatum sanctum, in quo per
baptismum ad lucem generantur. Deinde quasi
Ex Alcu. manibus ecclesiæ gestantur, & lacte nutriuntur
vsque ad pentecosten: quo tempore nulla diffici
lia indicuntur, non ieiunatur, non media nocte
surgitur. Soror nanq; nostra parua est, & vbera
Cant. 8 non habet, ideo paulatim nutrienda. Vnde tunc
illud Petri in ecclesia cantatur, Quasi modo ge
2 Pet. 2 niti infantes, rationabiles sine dolo &c. Postea
spiritu paracleto confirmati, quasi ablactati in-
cipiunt ieiunare, & alia difficilia seruare. Multi
vẽro peruertunt hunc ordinem, vt hæretici &
Ex Aug. schismatici, se ante tempus à lacte separantes, vn
de extinguuntur: hic vero seruasse se dicit, obstrin
gens se maledicto, sic. q. d. Nõ modo in alijs fui
humilis, sed etiam in sciẽtia, quia humiliter, Sen
tiebam, prius nutritus in lacte, quod est verbum
caro factum, vt sic crescerem ad panem angelo-
rum, scilicet ad verbum quod erat in principio
apud deum. Nam ipse est panis de quo infans
pascitur, panis enim de mensa traiiciturper ma
tris mamillam, vt sic perueniat idem alimentum
ad paruum infantem: sic Christus cum esset ver
bum in principio apud patrẽ, qualem pro mo-
do suo angeli capiebant, vt panem angelorum
manducaret homo, ipsum verbum caro factum
est, vt per carnem panis cælestis transiret ad in-
fantes. Et secundum hoc ipsum verbum crucifi-
xum est, sed non est mutatum in hominem: ho-
mo mutatus est in illo, vt melior fieret q̃ erat,
non vt ipsa substãtia verbi conuerteretur. Per id
quod homo erat, mortuus est deus, & per id qđ
deus erat, homo excitatus est & resurrexit.
Quicquid passus est homo, non potest dici non
passus deus, quia deus erat homo. sed nemo mu
tatus in hominẽ Quomodo nõ potes dicere nõ
te passũ in iniã? Si vestis tua cõscindatur, quan
uis vestis tua non sis tu, multomagis ergo quic-
qd patitur caro Christi vnita verbo, debet dici
pati deus: quanuis verbum nec mori potuerit,
nec corrumpi, nec mutari. Sed quicquid horum
passus est, in carne passus est. Dominus ergo
Christus, panem angelorũ fecit nobis lac incar-
natus, apparens mortalibus. Et non exaltaui a-
nimam meã, vt hæretici, qui si vtcunq; aliquid
ceperint, vel visi sunt capere, inde superbiunt:
& cũ adhuc teneri super matrem suã sint, & por
tentur manibus ecclesiæ, vt crescunt qui porta-
ti fuerũt in vtero vt nascerentur, à lacte matris
ante tẽpus separãtur, vnde extinguuntur, quod
ego nõ feci. Et, Si nõ, feci, Sed exaltaui animam
meam, ante tẽpus discedẽs à lacte, [ITA retribu
tio in anima mea] sicut fit illi qui, Ablactatus
est, habens adhuc necesse incũbere, Super matre
sua, obstrĩgit se esse maledicto. q. d. Ita fiat mihi
vt illi, qui supra matrem incũbens, & nõ gran-
diusculus ablactatur. Vel ita, egit de humilitate
qua paruulus est malitia, nõ altus superbia. Hic
agit de exaltatione, qua altus est secũdum scien
tiam nõ humilis. Est enim altitudo bona & ma-
la: similiter & humilitas. Humilis enĩ debet esse
homo propter superbiam, nõ secũdum scientiã.
Altus propter sapientiam, nõ superbiam. Vnde
Apost. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia 1 Cor. 14
paruuli estote, vt mẽtibus perfecti sitis. Bonum
est ergo humilẽ esse propter superbiam cauen-
dam: altũ secũdum sapiẽtiam. Sed quidã ne sint
superbi, diminuũt se, nihil volũt discere, & rema
nent in lacte: quos redarguit Apost. dicens, Fa- 1 Cor. 3
cti estis, quibus opus est lacte nõ solido cibo. La
ctare ergo vt nutriaris & crescas, & ablactat⁹ pa
nem comedas. Dicit ergo, Si non humiliter sen-
tiebam, sed exaltaui animam meam, id est si non
mente, sed malitia paruulus fui: Ita fiat retribu-
tio in anima mea, sicut fit illi qui grandiuscu-
lus & adultus est, id est retribuatur mihi, quod
retribuitur puero, qui ablactatur à matre, vt
iam sit idoneus panem comedere. nec obstrin-
git se hic maledicto, sed asserit sibi bonum red-
di. Et est sana sententia, sed discordat quod ad-
dit, Super matrem, non dicit à matre, vel à lacte
matris. Quod si diceret, planus fieret sensus, sed
ait, Super matrem, quod non bene conuenit.
Infirmus enim qui super matrem est, vt prædi-
ctum est, si ablactatur, extinguitur. Bonum est
ergo adulto ablactari, sed ei qui super matrem
est, perniciosum est. Ne ergo ablacteris quousq;
super matrem es, sed si adultus cecat, redeat ad
lac matris: & sic reuelabit ei deus, quod aliter sa Philip. 3
pit: quia superbis resistit deus, humilibus dat Iacobi 4
gratiam. vt hæc sententia stet, littera legi sic po-
test. Ita fiat, Retributio in anima mea, sicut, sic
illi, qui prius incumbens, Super matrem suam,
postea grandiusculus adultus factus est, Ablacta
tus, id est à lacte matris separatus, vt valeat ac-
cedere ad mensam patris. Vel si sunt in littera
ablatiui casus, idem sensus manifestus est, vt di-
catur sic, Ita, fiat, Retributio in anima mea si-
cut, illi, qui est, Ablactatus super matre sua, id est
a matre sua.

5 Speret Israel in domino: ex hoc PARS ca
nunc & vsque in seculum.

SPERET Israel.] Sẽcunda pars, vbi est con
clusio psalmi, vbi suo exemplo cæteros monet. Ex Cass.
q. d. Et quia ita ago, ergo meo exemplo, [SPE-
RET Israel in domino] quia sic mala seculi to
lerare poterit. Speret dico, [EX hoc nunc & Ex Aug.
vsque in seculum] id est semper sine fine, quo-
usque ad æternitatem veniat, quia postea non
erit spes, sed res.

COLLATIO.
In psalmum 130, Domine non

3 SI nō humiliter sentiebā: sed exaltaui animam meam.] In versionibus alia ponūtur verba, nihil tamē sonant, quam ex tenore modestiæ nihil sibi tribuere. D. Hieronymus, Si non proposui, & silere feci animā meam. Pratēsis, si non posui & humiliaui animā meam. Sanctes, Nisi posui & silere feci animam meam. Munsterus, Si non posui & compescui animam meam. Pellicanus, Si nō modestiæ studui & silui. Interpretes pro Caietano, Si nō æquaui, & silere feci animā meam. Translator ad Campensem, Sed pono & cōpesco animam meam. Ecce clare vides, quod intelligentiam assecuti sunt.

SICVT ablactatus est super matre sua: ita retributio in aīa mea.] Quia in Hebr. ponitur ablactatio animæ ad infantis ablactationē, quo significetur mutua collatio similitudinis: ideirco LXX. apte posuerūt secūdo loco, ita retributio in aīa mea. pro eo q̄d est, Ita ablactata ad me anima mea, sic enim fit vicissim vtrinq; mutua redditio כְּגָמֻל עֲלֵי אִמּוֹ כַּגָּמֻל עָלַי נַפְשִׁי Kegamul ale immo cagamul alai naphschi. Diuus Augustinus ad eum modum interpretatur, Sicut ablactatus ad matrem suam, ita ablactata ad me anima mea. Pratēsis, Sicut ablactatus super matrem suam, Sicut ablactatus super me anima mea. Sanctes quidē de suo addit, Sicut ablactatum super matrē suam, sicut ablactatum eam quæ est in me animā meā, hæc faciat mihi deus, & hæc addat. Reliqui in commemoratis ferme leguntur.

CXXXI. PSALMI TIT.
Canticum graduum.

Ex Aug. MEMENTO DOMINE Dauid] Titulus [CANTICVM graduū.] In hōc decimo tertio gradu, iam humilis & mansuetus satagit de ædificatione spiritualis domus dei, vt & Dauid ad literā fecit, qui domū deo ędificare voluit. Et cōgrue post gradū humilitatis agit de ędificatione domus, quia per humili-

Esa. 66. tatem efficitur aliquis domus dei. Vnde, Super quē requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos?

Ex Cass. Intētio. Mōnet vt & nos & alios ædificemus domū deo. Modus. tripartitus est psalmus. Primo ostendens votum ædificandi domum, precatur vt impleat. Secundo, ostēdit domum ædificatam, & vbi, ibi, Ecce audiuimus eā in Ephrata. Tertio, dicit promissiones Dei factas, ædifi-

Ex Aug. catę Siō, ibi, Iurauit dominus Dauid. Vōlēs ergo ędificare domum domino, ait in persona totius Christi, ô,

MEMENTO DOmine Dauid, & omnis māsuetudinis eius.

Ex Aug. DOMINE] pāter [MEMENTO Dauid] spiritualis manufortis, qui in mansuetudine diabolū vicit, [ET omnis māsuetudinis eius] ad literam, Dauid rex ille filius Iesse, valde māsuetus fuit, adeo vt Sauli malū pro malo non redderet, quādo in spelunca ad quam diuertit Saul causa purgandi ventrem datus est in manus eius: cui pepercit Dauid, nolens eum occidere: erga quem tātam seruauit humilitatem, vt illum regem, se verò canem aut pulicem fateretur. Sed nō de illo hic agitur, imo de eius significato. Per illū enim typice significatur ille vnus homo, cuius vox sæpe in psalmis auditur, scilicet totus Christus caput & corpus: cuius humilitas & mansuetudo commendatur hic. 1.Re.24.

2 Sicut iurauit domino, votū vouit deo Iacob.

Ex Aug. SICVT iurauit] q. d. Ad hōc memēto vt impleat [SICVT iurauit & votum vouit]. i. sicut firmiter promisit, & ex voto volūtaria [DOMINO deo Iacob]. i. futura attendentium. i. ita memēto Dauid vt impleat quod ꝓmisit deo. Nemo præsumat viribus suis, reddere quæ vouit, Qui enim te hortatur vt voueas, ipse te adiuuat vt reddas. Vouit autem ecclesia in mansuetudine, vt sit dom⁹ dei, quo nihil gratius potest deo offerri. domus autē est si sua nō quærit, sed gaudet de cōmuni. De propriis enim fuerit mala.

3 Si introiero in tabernaculū domus meæ, si ascendero in lectū strati mei.

Ex Alcu. SI introiero in, &c.] vsq;, Donec inueniā locum domino, tabernaculū deo Iacob, hucusque litera suspenditur. Et est aposiopesis, ac si diceret, si hoc vel illud fecero, nūquā de cętero mihi credatur. q.d. Iūrauit Dauid domino dicēs, [SI

Ex Aug. introiero in tabernaculum domus meæ,] id est, si quæsiero quę mea sunt, nō quæ dei, q.d. non quæram. Sciebat enim se proprio impediri, ne fiat locus deo [ET si ascendero in lectum strati mei]. i. si acquieuero carni, quasi non acquiescā. Ideo dicit ascendero, quia res priuata superbos facit. Et,

4 Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem,

Ex Aug. SI dedero somnū,] id est, cārnalem delectationem [OCVLIS meis] mentis. q.d. nō dabo. terrenæ fœlicitates somnia sunt dormientium, quæ cito transeunt. Quomodo enim qui videt thesaurus in somnis dormiēs diues est, sed euigilans nil reperit: sic qui dormiunt torpentes in diuitiis & voluptatib⁹ seculi, cum euigilauerint post hanc vitam, nihil inuenient in manib⁹ suis: quod iste se nō fecisse qui vult inuenire locum domino dicit, Si dedero somnum oculis meis, [ET] vt plus dicam, Si dedero [PALPEBRIS meis dormitationē] quod minus est quam dormitio. q.d. Nō dabo, est qui nō dormit, sed dormitat. Modo enim retrahitur à terrenis, modo reuoluitur, illò crebro inclinat caput tanquam qui dormitat. Dū ergo quod minus est, à se remouet, de se plus dicit,

5 Et requiem tẽporibus meis: donec inueniã locum domino, tabernaculum deo Iacob.

Ex Aug. ET] vt ẽtiam minus dicã, id est. quod minus est à me remoueam, Si dedero [REQVIEM temporibus meis]q.d. Non dabo. à requie temporum somnus venit ad oculos, quia dormientis tempora grauari incipiunt, & cum senserint sibi grauari tẽpora iam imminet somnus. Cum ergo aliquid temporale te incipit delectare ad peccatũ, iam grauãtur tibi tẽpora: sed ne des te illi delectationi, & somnus nõ venit ad oculos. Ista cogitatione quasi cõfricans frontẽ excutis somnum, & speras locũ domino [DONEC inueniam]q.d. Nõn introibo in tabernaculũ, non ascendam in lectum, nec cætera quæ sequuntur faciam, Donec inueniã [LOCVM domino, non quod post illa faciat, sed in loco parato in se & in aliis requiescit deus. ac si diceret, Nõ illa faciam, sed istud ideo dicit inueniã, quia diu quæsiuit. Locũ enim domino in se quęrebat, qui su- Esa. 66 per humilem & quietũ requiescit. Locus autem dei est, si sua deserit te, vel saltem amorem. si se non amat, sed deum. Deinde quod dixerat locũ, dicit tabernaculum, subdẽs, [TABERNACVLVM deo Iacob.] Tabernaculũ dicitur secũdum præsentem statum, in quo militatur. In futuro erit domus pacis, vbi pausabitur. in tabernaculo adhuc gemimus, in domo laudabim⁹, quia gemitus est peregrinantiũ laudatio, iam in patria cõ- Ex Cass. morãtium. Et nõta quod deo Iacob dicit se soluisse, sicut supradixit promisisse. Vel ex persona Christi capitis potest legi ab illo loco, *Si in-* Ex Hila. *troiero*. q.d. Iũrauit Dauid, id est Christus, dicẽs, *Si introiero* in tabernaculum domus meæ, scilicet cęlestis habitationis. Tabernaculũ enim cęlestis est habitatio. Et, *Si* ascẽdero in lectũ strati mei, id est ad dexteram patris, vbi est requies & finis laborum. Et, *Si* dedero somnum oculis meis, id est requiem mortis triduanę. Deinde aliis verbis idem repetit, Et palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis: donec inueniam locũ domino, tabernaculum deo Ex Alcu. Iacob, id est ẽcclesia sancta prædicatione donec fundata sit. aposiopesis. q.d. non amplius credatur mihi.

PARS II. 6 Ecce audiuimus eã in Ephrata: inuenimus eam in campis syluæ.

Ex Cass. & Alcu. ECCE audiuimus] Secũnda pars, vbi ostenditur ædificata domus, & vbi: & precatur vt exaltetur, & ne Iudæi penitus, sint alieni. q.d. hoc promisit Dauid & impleuit. Nã [Ecce au- Ex Hay. & gl. int. diuimus eam] nẽutraliter, scilicet locum, sedem, domum. Vel, Eum, scilicet locũ vel deum. vel, Eam, quã eam: scilicet sedẽ domini [IN Ephra- Ex Aug. ta] Ephrãta enim interpretatur speculum. Domus ergo dei futura in lege & prophetis prędicata est, in quibus fuit imago & vmbra. Inuẽta autem est in gentibus, vnde subdit, [INVENIMVS eum,] vel [EAM in campis syluę,] id est, in gentibus incultis, vbi erant vepres idololatriæ, quia quod in imagine, id est in figura prædicatum est Iudæis, in fide gentium manifestatũ est. Vnde misit Dominus verbum in Iacob, & ce- Esa. 9. cidit in Israel. Vẽl ad literam ita, Ecce audiui- Ex Hila. mus eum, scilicet dominũ nasciturũ, In Ephrasa. Hęc est Bethleem vbi natus est dominus. Ec, inuenimus eam in cãpis syluę. auditum quippe est nasci in Bethlehem, sed propter fidem Gentium in campis syluæ cõpertus est, & vt amplius confirmet: dicit se introisse, subdens,

7 Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.

INTROIBIMVS]q.d. Nõs quoque perse- Ex Aug uerando in militia, non tantum inuenimus, sed [INTROIVIMVS] vel, Introibimus [IN tabernaculum eius] dei Iacob: qui intrat vt habitet ipse, à deo habitatur, ad hãc domum pertinet: qui aliis tanquam viuis lapidibus charitate compaginatus est. Intrat ergo qui diligit: & qui intrat, domus dei efficitur. Et etiam [ADORAbimus in loco vbi steterũt pe. eius] domini. Domus dei, est, vbi debet adorari, prçterquam non audit deus ad vitam æternam. Ille ad domũ dei pertinet qui charitate cõpaginatus est aliis. Et est sensus, Adorabimus in loco vbi steterũt pedes eius, dei, id est ita quod de eis erim⁹, in quibus stant pedes eius. Hi sunt qui perseuerãt vsque in finẽ. Vel ita, vt ad ipsam domũ referatur eius, Adorabimus in loco vbi steterũt pedes eius, scilicet domus dei. locus vbi stãt pedes domus domini, Christus est, in quo perseuerant. Deinde conuersus ad dominum ait,

8 Surge domine in requiem tuã: tu & arca sanctificationis tuæ.

Ex Aug. EXVRGE domine] el dicitur hoc qui dicit, Psal. 56. Dormiui cõturbatus. q. d. vt hęc prędicta fiant, ô [DOMINE surge] à morte [IN requiẽ tuam] vt iã nõ cõturberis, quia mors illi vltra nõ do- Rom. 6. minabitur. Et ñ domine te prius exaltato, exaltetur postea ecclesia [TV & arca] q.d. surge, Tu, Ex Cass. prior & arca. non arca Noe vel testamenti, quæ figura fuit: sed, Sãctificationis tuæ, id est, ẽcclesia surgat quam sanctificasti. Hæc sibi resurre- Ex Aug. ctionẽ nõ promitteret nisi prius resurgeret caput. & te eunte ad patrem,

9 Sacerdotes tui induantur iustitia: & sancti tui exultent.

SACERDOTES tui induantur iustitia,] id est, rẽgale sacerdotium induatur fide, quia iu- Ex Aug. stus ex fide viuit. Vnde Petrus ait, Vos estis ge- Abac. 2. nus electum, regale sacerdotium, gens sancta, & 1. Pet. 2. populus acquisitionis [ET sancti tui] id est, mẽbra tua, accepto pignore spirit⁹ sancti [EXVLTẼT]. i. lętẽtur, spe resurrectionis. Et accepit eosdẽ sacerdotes & sanctos, scilicet, omnes fideles. Vẽl per sacerdotes significat prælatos ecclẽsię: Ex Alcu. per quos, subiectos fideles: arcam verò quam surgere precatus erat, per partes ipsius ecclesiæ distinguit dicens, Sacerdotes tui, id est prælati, induantur iustitia, & aliis virtutib⁹. Vt enim in veteri testamento sacerdotes diuersis ornamentis vestium vtebantur: ita hi euãgelici sacerdo-

tes diuersis virtutibus adornantur. Hęc sunt orna-
méta quæ deus exigit. Quę enim legales pō-
tifices in vestibus gestabant, illa euãgelici sacer-
dotes in cordibus habere debent, Et sancti tui,
Ex Alcui. id est minores & subditi exultēt. Deinde ex per
sona ipsius Dauid rogãtis deum patrē, subditur,

10 Propter Dauid seruum tuum: non auertas faciem Christi tui.

PROPTER dauid seruum tuum non auer-
Ex Aug. tas faciē] penitus à Iudæis ô deus pater faciem
[CHRISTI tui] quia enim Christus à Iudæis,
à quibus crucifixus est, faciem suam auertit ad
gētes, rogatur pater propter reliquias Israel, vt
saluæ fiant, quod in apostolis & in pluribus aliis
impletū est. Et nota quod ait, Propter Dauid,
ac si diceret, mei etiam memento, vt propter me
Iudęos funditus non repellas.

PARS III. 11 Iurauit dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Ex Cass. IVRAVIT dominus] Tertia pars, vbi dicit
promissiones dei factas ędificatę Sion, id est, ec-
clesię. Et loquitur Dauid in sua vel totius Chri
sti persona. q. d. Bene dico propter Dauid, quia
[DOMINVS iurauit veritatē Dauid] illi actua-
li filio Esai, [ET non frustrabitur eum] Dauid.
Ex Aug. Vel secundū aliā literam, Non pœnitebit eum,
scilicet dominū. Pœnitere dicit dominus, non
propter cōsilii sed operis mutationē. Non enim
pœnitētiam patitur deus aut in aliquo fallitur,
vt velit corrigere in quo errauit. Sed quomodo
homo qui pœnitet mutare vult quod fecit, sic
vbi audis, quia pœnitet deum, mutationē ipsam
intellige. aliter facit illam deus, aliter tu. Tu e-
nim facis, quia erraueras: ille facit quia vindicat
vel liberat. Iurauit dico, dicēs, [DE fructu vētris
tui ponam super sedē tuam] Poterat dicere, de
fructu femoris tui, sed significantius ait, De fru
ctu vētris tui, quia de fœmina tantum natus est
Christus, quā. i. ad quam fœminā vir nō acces-
sit. Vnde & illud, ex cātu ecclesię, Et exiuit per
clausam portā lux & decus. Christus positus est
super sedē Dauid patris sui: iuxta illud, Et dabit
Luc. I. illi deus sedē Dauid patris sui. quia quod Dauid
Ex Alcu. tēporaliter rexit, Christus spiritualiter. Et nō
modo illum ponā super sedem throni, sed etiā,

12 Si custodierint filii tui testamentum meum: & testimonia mea hæc quæ docebo eos.

SI custodierint filii tui testamentum meum]
Ex Aug. tunc &, Filii eorum sedebunt. Meritum videtur
facere parentes filiis suis, per hoc quod dicit, Si
custodierint filii tui, & filii eorum sedebūt. Sed
sciendum est quod homines spem suam dicunt
filios generare & relinquere, filii spes eorū sunt.
Ideo filiorū nomine spem posuit, per filios au-
tem filiorū fructus spei accipitur. Et est sensus,
[SI filii tui,] id est, spes filiorū suorū [CVSTO-
Ex Rem. DIERINT testamentum meum,] scilicet pā-
& Hay. ctū baptismi, id est, si filii tui bene sperantes cu-
stodierint pactū baptismi, [ET testimonia mea,]
id est, præcepta vitæ, scilicet [HAEC quæ doce-
bo eos] non quę ipsi sibi constituunt.

13 Et filii eorū, vsque in seculum sedebunt super sedem tuam.

ET filii eorum] id est fructus eorū [VSQVE Ex Aug.
in seculum,] id est in ęternū [SEDEBVNT su-
per sedem tuam, id est tales fructus habebūt, vt
spes eorū non fallat: sed veniat, quo sperat. Vel
ita, Per filios accipe homines, per filios eorū imi
tatores. & est, Si custodierint filii tui. i. homines
ex te nati, Testamentum & testimonia mea hęc
quæ docebo eos, hoc nō mutatur, Et, etiam, Fi-
lii eorum, id est sequaces eorum, Si custodierint,
Et distingue, & postea inferas, Vsque in seculū,
id est, quandiu durabit hoc seculum, Sedebunt, Ex Alcui.
filii tui, & filii eorum, Super sedem tuam, id est,
spirituales reges sui & aliorum erunt vt tu tem-
poralis, si custodierint sedebunt. Quid ergo si Ex Aug.
non custodierint, perit promissio? nō, quia si in
te nō impletur, impletur in alio. Nā & filii Da-
uid sunt non stirpe, sed cultu dei & fide: si ergo
non custodiunt testamētum meum, non sunt fi-
lii. Non ergo glorieris de carne. Vel ita, vt per Ex Alcu.
Dauid intelligatur Christus, & agit de promis-
sione facta Christo hoc modo, Iurauit dominus,
pater, Dauid, id est Christo, Veritatem, & non
frustrabitur, vel, Pœnitebit eum, dicens, De fru-
ctu vētris tui ponam super sedem tuam, id est,
illos quos paries ad fidem, O tu Christe, faciam
reges, sed non tamē omnes, sed custodientes te-
stamentum: Si, tamen, Custodierint filii tui te-
stamentum meum, & testimonia mea hæc quæ
docebo eos, hoc non mutatur. Et filii eorum si
custodierint sedebunt super sedem tuam, id est,
participes erūt tuæ beatitudinis, vt sicut es re-
gię potestatis, ita & ipsi pro modo suo. & hoc,
Vsque in seculum, id est in æternum. hoc est il-
lud seculū, cuius nō erit finis. ac si diceret, non
est temporale præmium, sed ęternum.

14 Quoniā elegit dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi.

QVONIAM elegit dominus] q. d. Hōc pro- Ex Hila.
misit Deus, & gratis, non pro meritis [QVO-
NIAM elegit dominus] sola gratia [SION,] id
est, ecclesiam: ad quid [ELEGIT eam? in habi-
tationē sibi] vt spiritualiter habitet, qui vbiq;
est. Elegit, dicens,

15 Hæc requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam.

HAEC est requies mea] Vērba dei patris sunt Ex Aug.
hæc, quia sic amat nos deus, vt dicat se requie-
scere in nobis, si nos requiescamus in illo, Non
enim ipse aliquando turbatur aut requiescet in
se; sed dicit se requiescere in nobis, quia nos in
illo requiē habemus. [Hæc] est ergo [REquies
mea] vbi scilicet requiesco. Et hoc [IN seculum Ex Hila.
seculi,] quia durat in æternum. Hoc ad literam
non posset dici, cum sæpe sit euersa illa terrena
Hierusalem [HIC] id est in ecclesia [HABITA-
BO] nō merito suo, sed [QVONIAM elegi eam]

dans benedictionem.

16 Viduam eius benedicens benedicã: pauperes eius saturabo panibus.

Ex Cass. ET benedicens benedicam]iũgi benedictio-
Ex Aug. ne[VIDVAM eius]Vidua est anima omnis quę intelligit se desertã omni auxilio,nisi solius dei, Et ego [SATVRABO panibus,] scilicet cælesti pane. Deus enim est panis qui in carne se lac fecit. quos saturabo? [PAVPERES eius] Sion, scilicet non præsumẽtes de se, sed de deo,
Psal.21. Vnde alibi,Edent pauperes & saturabũtur.Superbi verò saturati sunt in se,nec saturabuntur: sed humiles quãto plus esuriunt, tãto plus mãducãt: & tanto plus esuriunt, quãto magis inanes sunt à seculo.Plenus fastidit,& quicquid illi daturus est respuit.

17 Sacerdotes eius induam salutari:& sancti eius exultatione exultabunt.

Ex Aug. SACERDOTES eius,] id est, genus electũ, scilicet omnes fideles[INDVAM salutari]id est
Galat.3. Christo,secundum illud, Quotquot in Christo baptizati estis Christũ induistis[ET sancti eius] idem qui & sacerdotes [EXVLTATIONE exultabũt]quia induti sunt salutari. Non enim in
Ex Alcu. se lux sunt, sed in domino. Vẽl distingue inter sacerdotes & sanctos,sicut supra. Et est, Sacerdotes eius,id est prælatos,Induam salutari,id est Christo vt honesti sint ad ducẽdum [ET sancti eius,]id est,subditi[EXVLTATIONE exultabunt]de Christo.

18 Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo.

ILLVC]vel,Illic,vel,ibi[PRODVCAM]vel,
Ex Aug. Suscitabo[CORNV Dauid]id est Christum,vt de Christo præsumatur. Ipse est enim altitudo quam significat cornu nõ carnalis,sed spiritualis. Ipse est qui baptizat potestate & auctoritate,ergo secure in eo exultant,qui bene per cornu significatur:quia cornu carnẽ excedit,& ecclesiæ altitudo spiritualis, quæ carnem excedit Christus est, qui per gratiã nobis carnem vin-
Ioan. 5 cere prestat, cui Ioannes lucerna paratur, vnde subdit,[PARAVI lucernam Christo meo]Hęc
Ioan.1. lucerna est Ioannes qui illum ostendendo præ-
Ex Alcu. dicat dicens, Hic est qui baptizat, qui Ioannes pręcurrens Christũ nuntiat,homines baptismo assuefaciẽs viam præparat verbo. Ipse enim est pręco verbi, paranymphus spõsi,lucerna Christi. Inde est, quod in diebus quibus festum non celebratur, vnus cereus ante euangeliũ defertur. Hic est Ioannes qui Christum præcessit prædicando,baptizãdo. In festiuis autem diebus duo
Luc.10 cerei præcedunt,quia bini & bini sunt missi apostoli ad prædicãdum in Iudæam ante Christi mortem & resurrectionem.

19 Inimicos eius induã confusione.super ipsum autẽ efflorebit sanctificatio mea.

INIMICOS autẽ eius,]id est,Christi[IN- Ex Cass.
DVAM confusione] hoc faciet filius, cui omne iudicium datũ est. Sed nõta patrem qui hic lo- Ex Aug.
quitur facere quod filius facit [SVPER ipsum autem]Christum [EFFLOREBIT sanctificatio mea.] non tãtum erit,sed & efflorebit, quia ipse solus sanctificat & nemo alius. In eo floret ad gloriam sanctificatio, à simili arboris, quæ quum floret pulchrior est.Floret ergo ad gloriam sanctificatio in Christo,in quo est potestas Esa.40.
sanctificationis.In homine autem qui fœnũ est, cuius omnis claritas est, vt flos fœni, non posset florere.

COLLATIO.

In psalmum 131,Memento domine Dauid,&c.

1 MANSVETVDINIS eius.] D.Hieronymus & alii transferunt afflictionis eius. Et licet afflictio quam patiẽter perpessus est Dauid,eius mansuetudinem plus satis patefecerit, veruntamẽn apud Hebræos quoq;,qui hic legũt ענותו vnnotho, ענו anau,significat mãsuetum & humilẽ à themate ענה anah , hoc est humiliauit, oppressus est.

5 ET requiem temporibus meis.] Istud non habetur in Hebręis codicibus.Multa autem(vt manifestum est) à Septuaginta viris,hebraicę lectioni nõ ociose addita comperimus(inquit D. Ambrosius) ac superius multo pluribus ostensum est. Sciendum tamẽ hic non accipi tẽpora, pro ætatũ spatiis,sed pro capitis lateribus,quod apertius liquet ex Græco τοῖς κροτάφοις.

6 ECCE audiuimus eam in Ephrata:inuenimus eam in campis syluæ.] Faber cõtendit debere legi eum in masculino, quia præcessit, locum. quod si in fœminino legeretur, non haberet quo referretur,nisi foris emẽdicetur,quẽadmodũ D. Augustinus subaudit sedem. Et recte tamen ex Hebræo,tum ex Gręco שמענוה schemaanuha audiuimus eam מצאנוה meizanuha inuenimus eam , Græce αὐτήν. Verum est tamen D.Hieronymũ,bene vertisse sub masculino. non enim debet (vt ipse sæpius admonet) reddi verbum verbo.

7 IN loco vbi steterũt pedes eius.]Hebraice legitur להדם רגליו lahadom raglau, hoc est, scabellum pedum eius , quod & eodem recidit. Nam & locus vbi pedes stant,scabellum vtique solet esse,ac vtrobique humilis prædicatio apostolorum, & fidelium perseuerantia cõgruenter insinuatur.

8 SANCTIFICATIONIS tuæ.]Hebraice dicitur עזך vzeca , homo est fortitudinis tuæ. Atqui sancti sunt, qui amore dei firmiter roborati sunt: & sanctum, firmũ sane dicitur. Vnde Chaldæus paraphrastes , Et arca in qua est lex tua.

11 NON frustrabitur eum.] In fœminino genere legitur in Hebr .in Gręco similiter ממנה mimmenah, αὐτήν. Cæterum legunt diui Hila-

rius & Augustinus sub masculino. Ille refert ad Dauid, hic ad Deum, quia legit, Nō pœnitebit eum. Qui verò sub fœminino, respiciunt veritatem, à qua deus non auertetur. In sensu nulla est discrepātia. Nec magni negotii est, mutuum transitum fieri in quauis lingua similitudinis cognatione.

16 VIDVAM.] D. Hieronymus vertit venationem, & cæteri viaticum, escam, victum aut quid simile. At Græci trifariam variant. Quidam codices habēt θύραν, id est, ianuā, alii θήραν, hoc est venationem, sed obtinuit vsus (inquit Hieronymus in commentariis) & ex parte tangit in quæstionibus, vt vnius literæ demutatione, diceretur χήραν, id est, viduam. Sed Faber & Cæsus admodum suadēt, vt in posterum psallatur visticum eius, &c. Reclamat D. Hilarius, qui nec ignorat translationem venationis. Ait enim, Quidam translatorum interpretatus esse ita repertus est. Captionem eius benedicēs benedicam, tanquam venatoribus & piscatoribus hominum effectis apostolis, hæc eorum benedicta sit captio, maxime quod Bethsaida ex qua apostoli sunt, per interpretationem linguę Hebraice, domus venantium nuncupatur. Sed nobis sequēda est prima illa, & sub Iudęorū tēporibus, ante domini aduētum, ad ecclesię doctrinam, cōsignata trāslationis authoritas, viduam eius benedicēs benedicam. Ita Hilarius. Quod autem D. Augustinus legerit & capofuerit viduam notius est. Denique in Hebræo legitur צידה tzedah. Quod si inclinetur à radice צוד tzod significat venationē, vel cibum : si à radice צדה tzadah, quod interdū denotat desolari, præsertim in passiuo, vt est illud Sopho. 3. Desolatæ sunt ciuitates נצדו nitzdu, haud absurde significabit viduam desolatam atque derelictā. Vidua (inquit D. Augustinus) est anima quæ se intelligit desertam omni auxilio, nisi solius dei.

19 SANCTIFICATIO mea.] Hebr. נזרו nizro, cōsecratio, diadema, corona, sāctificatio, Sed vbi legunt Hebręi per vau, corona eius, Septuaginta legerunt per iod, notam pronominis primæ personæ, quod frequentissime fit. Vnde Hieronymus in commentariis, de hoc loquens simpliciter retulit citra quodnis pronomē. Scribit ergo, Pro sanctificatione נזר netzer, In Heb. habetur, quod Aquila consecratum interpretatur, & significat laminam ex auro, quæ in frōte pōtificis ligabatur sculptū habēs nomē domini.

Hilarius.

CXXXII. PSALMI TIT. Canticum graduum.

Ex Cass. ECCE quàm bonum.] Titulus [CANTICVM graduum.] Quartus decimus gradus est charitas proximi, quę facit fratres habitare in vnum. Vnde est benedictio & vita. Et est hic psalmus atomus, id est, sine diuisione, vbi charitas proximi commendatur, quæ nullam admittit alienationem mentis seu diuisionem. Hic ergo vir iustus de fratrū cohabitatione exultans, ait,

CCE quàm bonū & quàm iocūdum habitare fratres in vnum.

ECCE] quod ostendētis est, quasi plus ostēsione quàm lingua explicetur, quod dicturus est [QVAM bonum,] id est, vtile [ET quàm iocundū,] id est, delectabile. hoc ideo subdit, quia sunt bona quæ non delectant. Quid est bonum, Et iocūdum? [FRATRES habitare in vnum.] Recte tamen dispositis singulorum officiis quod nō impedit vnitatem, sed facit quæ vnitas erat inter illos, de quibus dicitur, Erat illis cor vnum, & anima vna. Hōc autem quod hic dicit, scilicet habitare in vnum, omnibus Christianis conuenit, qui in vnum debent habitare mente & fide: sed proprie conuenit monasteriis & fratribus in vnū cohabitantibus, non modo corde, sed etiam corpore: vt & illis fratribus de Iudęa, qui omnibus suis positis ad pedes apostolorum, in vnum habitabant: de quibus dicitur, Erat illis cor vnum, & anima vna, & erant illis omnia communia. Iste namque versus velut dulcis sonus & suauis melodia, toto orbe notissimus, vt tuba spiritus sancti, diuisos corpore cōgregauit in vnum, & monasteria plurima peperit, à quibus tamen benedictio ad cęteros descēdit: qui si non corpore in vnum habitant, mente tamen. Et quia ostendendo dixerat, Ecce, ostēdit quàm bonū sit & quàm iocundum, subdens,

Ex Cass.

Ex Hila.

Ex Aug. Act. 4.

2 Sicut vnguentū in capite, quod descendit in barbam, barbā Aaron.

SICVT vnguentum] q. d. Ita est bōnū & iocundum habitare fratres in vnū. [SICVT vnguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron.] Dicunt quidam hic fieri comparationem inter cohabitationē fratrum & actualē vnctionem Aaron, & rorem Hermon, sed nihil est, cum hoc magnum non sit, & illi mōtes magno interuallo diuisi sint. Spiritualiter ergo intelligēda sunt. Aaron sacerdos est, qui seipsum obtulit, id est Christus, qui intrauit in sancta sanctorū, qui fuit & victima & sacerdos: qui cū in mundo non inueniret mundum quod offerret, seipsum obtulit: qui cum ecclesia est vnus & totus Christ⁹. In capite eius est vnguentū, quia in eo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, cui non est datus spiritus ad mēsuram: sed à capite Christo ascendente ad cælos, venit spiritus sanctus in barbam eius, id est in fortes, strenuos, alacres: quos barba significat, quæ est indicium virilitatis. Ideoq; cum fortem aliquem describimus dicimus barbatus est. Descendit ergo vnguētum in barbam, primum in apostolos, & in illos qui primos impetus sustinuerunt: sed vinci non potuerunt, & ab illis descendit etiam in orā vestimēti. Vestis Christi est ecclesia, quæ est sine macula & ruga: ora vestis finis est, in quo vestis perficitur. Hi sunt perfecti qui in vnū habitāt, qui Christi legē implent, quę est, Alter al-

Ex Aug.

Ex Aug. & Alcu.

Colos. Ioan. 3

Ephe. 5

Galat. 6.

terius onera portate. Et est sensus, Ita est illud bonum & iocundum[SICVT vnguentum],id
Ex Hier. est, vnctio spiritus sancti, quæ fuit prius[IN capite] Christo. Et dicitur hoc à similitudine regum & sacerdotum, qui in veteri testamento in figura Christi inungebantur, quod vnguentum
Ex Aug. postea[DESCENDIT] à capite Christo[In barbam,]deinde determinat in cuius barbam, subdens,[BARBAM Aaron,] scilicet Christi veri sacerdotis. Ecce determinatio, id est in apostolos,& alios primitiuos sanctos, qui primo pro fide certauerunt: sed vinci non potuerunt, quia iam caput ipsum præcesserat, à quo descēdit vnguentum præcedente tali exemplo qui vinceret barbam. Dico descēdit in barbam vnguentum.

3 Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Ex Hila. QVOD vnguentū. postea[DESCENDIT in oram vestimenti eius,]id est Christi, id est, in illos perfectos, qui in vnum habitant. Et fit cōparatio inter cohabitationem fraternam & spiritualem vnctionem, scilicet inter causam & effectum.
Ex Aug. Vēl ora ad quam descendit vnguētum accipitur non illa, quæ est in lateribus vestis, sed quæ capitii vestis est. Tales sunt qui habitant in vnum. Sicut enim per istas oras intrat caput hominis vt vestiat se, sic per fraternam concordiam intrat Christus, vt ab ecclesia vestiatur. & significatur idem per oram vestis, qui & prius, sed iuxta aliam proprietatem. Vel per oram quę est finis vestis, intelliguntur sancti, qui erunt in nouissimis temporibus ecclesiæ, scilicet tēpore antichristi. Est est sensus, Descendit in oram ve-
Ex Cass. stimenti eius, id est, vsque ad extremitates ecclesiæ in fine mūdi, quę est tunica indiuisibilis. Deinde aliis verbis diuersa notantibus idem dicit,
Ex Aug. [SICVT ros] q.d. Itā bonū est & iocundū habitare fratres in vnū[SICVT]bonus est & iocuncundus[ROS Hermon]Ros de cælo veniēs, gratia est, qua fratres in vnum habitant, nō suis viribus vel meritis. Hermon ad literam, mons est trās Iordanem. Si ergo hoc ad literam accipiatur, mirum est, quod ab eo ros descēdit in Sion, imo impossibile sed spiritualiter intelligendum est. Hermon enim dicitur lumen exaltatum, id est Christus prius in cruce, postea in cælo exaltatus, à quo ros gratię descendit, In Sion, id est, in ecclesiam. Et est sensus. Ita est illud bonū[SICVT ros Hermō], id est gratia Christi, prius in cruce, postea exaltati in cęlo[QVI]ros[DESCĒDIT in montem Sion,]id est in ecclesiā. Nō enim in vno est ecclesia, nisi eius dono & gratia. Idem igitur significat hic Sion, quod supra barba & ora vestimenti. Idem verò ros Hermon, quod supra vnguētum.s. gratia, per quā fit cohabitatio. Qui enim in vno sine rore charitatis sunt, sunt inquietum iumentū in iūctura, quod non trahit, sed turbat. Odiosi enim sunt, molesti sunt, & turbulenti sunt, anxietate sua cæteros turbant, & quęrunt quid sinistri de aliis dicant. Hi etiam murmurant, de quibus dicitur etiā in libro Iesu filii Sirach, Pręcordia fatui, rota carri fœnū portat, & semper murmurat. Hi tales sunt qui relinquuntur in mola, in agro, in lecto, qui Matt. 24
in vnum corpore solummodo sunt: cæteri verò assumuntur qui in vnum sunt corde. Vel ita, Hermon mōs pascualis est, sicut & mons Sion. Ex Hay.
Per Hermon ergo significantur gentes, quę pabulum receperunt verbi. Et est, ita est hoc bonū, Ex Hilar.
Sicut ros Hermon, id est, grātia quam gētes acceperūt. Qui, prius, Descendit in montē Sion, & Cass.
id est, super Iudęos. Vel per Hermon, qui interpretatur anathema, accipiuntur peccatores: per Siō ecclesia. Ros est tenuis aqua, vnde terra germinat: & significat gratiam, qua peccatores conuertuntur. Ros ergo eius, id est, Hermon est ros gratię, qui peccatores nutrit in bono. Qui, ros, Descendit in montem Sion. Quando illi hoc rore rigati conuertuntur ad ecclesiam, quæ eos recipit. Et est sensus, Ita est etiam illud bonum, Sicut Ros Hermō, id est, gratia nutriens peccatores. Qui descēdit in mōtem Sion, id est, quo illi conuertontur ad ecclesiam.

4 Quoniam illic mādauit dominus benedictionem: & vitam vsque in seculum.

QVONIAM illic] q.d. Ideo bonū est, & iocundum habitare fratres in vnū,[QVONIAM illic,] id est, in fratribus qui habitant in vnum, Ex Aug.
[MANDAVIT dominus benedictionē,]id est, hic præcepit, vt hic benedicerent deum. Concordes enim benedicunt Deum: discordes non. Nam in discordia non est vera benedictio: quia si lingua sonat, cor silet[ET]Mandauit.i. promisit[VITAM] in futuro, duraturam[VSQVE in seculum,]id est, in æternum.

COLLATIO
In psalmum 132, Ecce quàm bonum & quàm, &c.

2 SICVT vnguentum.] Dicunt Hebræi oleum optimum, quia שמן schemen, significat oleum, & adiiciendo particulam optimum, fiet vnguentum odoriferū. Et Chaldæus habet vnguentum bonum.

CXXXIII. PSALMI TIT.
Canticum graduum.

ECCE nūc benedicite dominum] Titulus. [CANTICVM graduū.] Décimusquintus gradus, est charitas dei. Et est iste psalmus tertius de charitate Dei, de qua hic agit: Ex Cass.
sicut supra de charitate proximi, non quod alia gratia sit qua diligitur deus, & alia qua proximus: sed quia diuersos actus habet ipsa virtus, Ex Alcu.
& diuersa diligūtur ea. Intentio. Mōnet ad diligēdum deum. Modus. Bipartitus est psalmus. Ex Cass.
Primo, inuitat pluraliter benedicere deum. Secūdo, optat benedici, ibi, Benedicat. Monens ergo ad benedicendum, ait,

CCE nűc benedicite dominű omnes serui domini.

Ex Hier. ECCE] dẽmonstrantis est & quibus faciat hãc demonstrationem determinat, vos[SERVI DOMINI omnes] adunati in vnum [NVNC] .s. tõt gradibus conscẽsis. Vel, Nunc, id est in hoc tẽpore in aduersis [BENEDICITE dominum] vos dico, (Ex Hila.)

2 Qui statis in domo domini: in atris domus dei nostri.

Ex Cass. QVI statis,] id est, perseueratis [IN domo domini, id est, in penetralibus, id est maiores & perfectiores in ecclesia, & vos etiam, Qui statis, [IN atriis domus dei nostri,] id est in ingressu, Ex Hier. scilicet incipientes. Sunt enim in hac domo diuersi statium ordines. Et nota quod ait, Statis, Ex Aug. nõn sedetis, quia seruorum nõ est sedere in domo domini. Vel de eisdem accipitur, & per domum intelligitur ecclesia, per atria latitudo charitatis. In charitate enim extenditur vsque ad inimicos latitudo est. In odio, angustia. q.d. Vos benedicite, Qui statis, id est perseueratis, In domo domini, id est in ecclesia, &, Qui statis in atriis domus dei nostri, id est in latitudine charitatis, vbi nullus angustiatur. &,

3 In noctibus extollite manus vestras in sancta: & benedicite dominum.

Ex Aug. IN noctibus] id est, In aduersis, non solum in diebus prosperitatis [EXTOLLITE manus vestras] cõrporis & operis, sicut Moyses manus Ex Hila. Exod.17 suas leuauit pugnante populo Israel contra Amalech. Extollite dico [IN sancta] vt intentione æternorum, bonum operemini, aliter enim non valet [ET benedicite dominum] nil boni vobis tribuentes, sed totum deo.

PARS II. 4 Benedicat te dominus ex Sion: qui fecit cælum & terram.

Ex Cass. & Alcu. BENEDICAT te] Secũnda pars, vbi optat benedici fideles. q. d. Dixi benedicite & vt hoc possitis [BENEDICAT te dominus] benedictione quę est [EX Sion] qui potest, quia ipse est Ex Aug. [QVI fecit cælum & terram] Nõta quod supra hortatur plures benedicere vni, ipse verò vnum benedicit tantũ, id est benedici hortatur, & precatur quod notat, dicens singulariter, Benedicat te, quia & si plures sint, tamen in vnũ sunt, & vnitati benedictio conuenit. Vnde vnus in Ioan.5. piscina sanabatur, qui prior descendebat. Esto ergo in vno & peruenit ad te benedictio. Attẽde etiam, quia vir iustus qui tot gradibus conscendit benedictionem supernam loco remunerationis accipit: quia omne munus ascendentium, benedictio est.

COLLATIO.

In psalmum 133, Ecce nunc benedicite dominum omnes serui domini.

2 IN atriis domus dei nostri.] Adiectum est à Septuaginta emphaseos gratia, id enim non est apud eos insolitũ, ac cur quædã addiderint vel omiserint, satis multis superius ostẽsum est. Sed quid de hoc sentiat D. Hilarius dicamus. Reperi quosdam ambiguos circa hoc, In atriis domus domini, fuisse, dicẽtes, Idcirco hoc à translatoribus primis adiectum esse, quia sub iisdem versibus sequenti psalmo continetur, opinantibus ipsis, scriptorũ vitio in libris Hebraicis fuisse pręteritum. Sed noui interpretes, quæ volunt tractent, nobis vero obsequendum est, authoritati translationum & vetustati. Hęc ille. Deinde in noctibus reuocant Hebræi ad præcedentem versum, sed stare in domo dei in noctibus, & attollere manus in noctibus, vtrunq; idipsum designat. Aduerte.

CXXXIIII. PSALMI TIT. Alleluia.

LAVDATE nomẽ domini] Titulus [ALLELVIA] Põst gradus qui ducunt ad ęternitatem, congrue ponitur alleluia, vt ecclesia fruatur laudibus dei, cui tale munus paratum est. Intentio. Monet ad laudẽ. Modus Tripartitus est psalmus. Primo demonstratiua oratione vtens propheta, monet deum laudare, propter eius potentiam enumerãs eius magnalia. Secũdo idolorum cultores redarguit, ibi, Simulachra. Tertio, omnes ordines monet ad laudes, ibi, Domus Israel, propheta ergo quasi intentionem suam aperiẽs, post gradus prædictos stantes in domo alloquitur, vt post beneficia deum laudent, dicens, Ex Cass.

LAVDATE nomẽ domini: laudate serui dominum.

LAVDATE nomẽ,] id est, põtẽtiam [DOMINI] Vnde vos meliores estis, nõ ipse. Deus enim nec melior fit, si laudaueris, nec deterior, si vituperaueris, sed tu laudãdo melior eris, vituperando deterior. Bonus autem ille manet vt est, deinde qui & quare laudare debeant, subdit, [LAVDATE serui dominum] q.d. Quis diceret, Qui debent laudare, & quare? ecce vos, Serui, estis, & quia serui estis, Laudate dominũ, alioquin, id est, nisi laudent offendunt, cum ipsi serui sint. Et ipse dominus, deinde addit, Ex Aug.

2 Qui statis in domo domini: in atriis domus dei nostri.

QVI statis] q.d. Võs serui laudate [QVI statis] nõn titubantes, non ruitis vnde eum laudare debetis. Statis dico [IN domo domini in a- Ex Aug. & Cass.

triũs domus dei noſtri,]id eſt qui ſtatis,vel in ſecretario,vel in ingreſſu,deinde repetit,

3 Laudate dominum quia bonus dominus,pſallite nomini eius,quoniam ſuaue.

Ex Aug. LAVDATE DOMINVM]propter hoc laudate[QVIA BONVS eſt dominus]proprie à quo ſunt omnia bona vno verbo laudis cauſa explicata eſt. Si enim omnia laudantur,quia bona ſunt:precipua cauſa laudis eſt,quia bonus eſt ex ſe,& in ſe cuius bonitas, non qualitas ſed natura eſt.Ille bono ſuo, bonus eſt. nõ aliunde participato bono.Ille ſeipſo bonus,non adhęrendo alteri bono qui nõ eguit aliquo vt fieret bonus: ſed eguerũt illo cętera,vt fierent bona.Sed quia ipſe à nobis non poteſt videri qualiter in natura ſit bonus, vel,id eſt, ſaltem opera videamus. [PSALLITE NOMINI EIVS quoniã ſuaue] vel,Suauis, dũ dedit ſe poſſe guſtari carnem factum.vt de pane angelorũ viuat homo, quod eſt præcipuum inter alia opera.Et ideo ante alia hic ponitur. Et eſt, Pſallite nomini eius, id eſt,Landate eũ,eo quod hoc fecit,quod res nominis ſui exigit, cũ ſe incarnatũ dedit hominibus guſtari,& hoc ideo,Qunniam ſuaue eſt,nomen guſtanti, id eſt,res nominis. Et notandum quod ita temperatur laus dei in hoc pſalmo,vt & firmorũ ſit & infirmorũ Sicut per Moyſen, quãdo mitteret eum ad filios Iſrael, cũ dixiſſet, Ego ſum qui ſum, hęc dices filiis Iſrael, Qui eſt miſit me ad vos: quod nõ capit homo,ideo cõtinuo temperauit & dixit, quod poteſt capi ab homine, ita ego ſum deus Abraham,deus Iſaac, & deus Iacob. Quod nomẽ propter hominem ne videretur temporale addit,hoc nomen mihi eſt in æternũ, non quia illi ſint æterni,ſed quia illos fecit æternos poſtea ſine fine. habuerunt quippe initium,ſed finem non habebũt,in quibus tota eccleſia intelligitur,totum ſemen Iſrael cogitatur.

4 Quoniam Iacob elegit ſibi dominus: Iſrael in poſſeſsionem ſibi.

Ex Aug. QVONIAM Iacob elegit]q.d.Ideo pſallite, quia iſta quæ ſequuntur fecit,quæ capere valetis.dico, ſcilicet [QVONIAM dominus elegit] gratia non merito[IACOB,] id eſt, Iudaicum

Ex Caſs. populũ qui intelligitur per Iacob qui interpretur luctator,& ſignificat illos qui contra ſpirituales nequitias luctantur. aliis verbis idem repetit[ISRAEL elegit ſibi in poſſeſsionem] ad

Ex Aug. literam.Cæteras gentes poſuit dominus cuſtodiendas ſub angelis.Iacob verò id eſt Iudaicum populum,ſibi elegit,quem vt agrum coleret,ſeminaret, poſſideret, ſeruaret. Et quaſi aliquis quęreret,vnde ſcis hoc?ſubdit,

5 Quia ego cognoui quod magnus eſt dominus: & deus noſter præ omnibus diis.

Ex Aug. QVIA EGO]raptus ad ſuperna[COGNOVI]quod magnus eſt dominus]in ſe, quod non omnes poſſunt ſcire, ſed credant noſcenti, qui intrauit in ſanctuarium dei,& forte audiuit arcana verba & ineffabilia,quæ non licet homini 2 Cor. 12 loqui:qui dixit quod poſſet hominibus dici: & tenuit apud ſe,quod nõ poſſet dici. Si enim diceremus illi,rogamus te, explica magnitudinem illius, nonne forte reſponderet nobis, Non eſt valde magnus quem video, ſi à me poterit explicari? [ET DEVS noſter] eſt[PRAE omnibus diis,] id eſt, ſuper omnes deos, qui ſunt in cælo & in terra.quia eos fecit.

6 Omnia quæcunque voluit dominus fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyſsis.

OMNIA quæcunque] Hĩc redit ad opera Ex Aug. quæ capiantur.q. d.Magnus eſt in eſſentia. magnus quoque in operib⁹,quia[DOMINVS fecit in cælo & in terra omnia]viſibilia & inuiſibilia[QVAECVNQVE voluit]brẽuiter concludit omnia,& bene ait, Quæcunque voluit, Ex Caſs. cãuſa enim omnium quæ fecit voluntas eius eſt, Ex Aug. & nulla neceſsitas, & non tantum in cælo & in terra,ſed[IN mari]quod commeát ui[ET in omnibus abyſsis]id eſt,in profunditate ignoti oceani, quod firmiter credendum eſt. Si ergo omnia opera eius comprehẽdere non poſſumus, hoc de eis firmiter teneamus quod omnia facta ſunt.

Ex Caſs. Ex Aug.

7 Educẽs nubes ab extremo terræ:fulgura in pluuiam fecit.

EDVCENS nubes]Quæ fecit narrat ad literã ſecreta naturæ deum dicit miniſtrare.q. d. Ex Caſs. fecit quæ voluit. Ipſe dico[EDVCENS nubes ab extremo terræ,id eſt, ſiue ab imo terrę, vnde educẽs: ſiue à circundatione finium terræ ,vnde educit eas ad mediũ terrę,vt ibi pluãt.Et[FVLGVRA fecit in pluuiam]quia fulgura ſine pluuia terrerent,& nihil darent:fulgura terrorem, pluuia gaudiũ facit. Qui ergo terruit fulgure, reficit pluuia.Ipſe eſt etiam

8 Qui producit ventos de theſauris ſuis: qui percuſsit primogenita AEgypti ab homine vſque ad pecus.

QVI producit ventos de theſauris ſuis]i.dẽ Ex Aug. occultis cauſis.neſcis vnde veniat,ſed ſcis,quod iuſſu dei flat. Quod enim flat ventus,ſentis:ſed qua cauſa flat,vel de quo theſauro rationis eductus ſit,neſcitur. Ipſe eſt [QVI percuſsit, &c.] hæc quę ſequuntur in hominibus fecit,propter populum ſuum. Si dixit quæ amares in ereaturis,audi quę timeas. Ipſe eſt enim[QVI percuſſit primogenita AEgypti ab homine vſque ad pecus] Hõc ſæpe repetit ad indicãdam potentiam dei,vt non hęc caſu facta putarẽtur,ſed in magnæ futuri ſignificantia.

9 Et miſit ſigna & prodigia in medio tui AEgypte:in Pharaonem & in omnes ſeruos eius.

ET miſit]vel,Emiſit[SIGNA & prodigia in Ex Aug.

medio tui AEgypte in Pharaonem & in omnea seruos eius.] Hæc ita manifesta sunt, vt expositione magis obscurētur. dū verò audis, quę facta sunt in impios, Caue ne & in te fiant. Ideo hæc vtilia sunt cū legūtur. dēinde quæ dominus fecerit, postquam populus eductus est de Aegypto, subdit,

10 Qui percussit gentes multas, & occidit reges fortes.

Ex Aug. QVI percussit gentes multas] qlię possidebant terrā, quam populo suo dare volebat [ET occidit reges fortes.

11 Seon regem Amorrhæorū, & Og regem Basan, & omnia regna Chanaan.

SEON regem Amorrhæorum, & Og regem Basan] Hōc sub Moyse factū fuit. de his in libro
Ex Aug. Numeri legitur, quod cū prohiberent filios Is-
Num. 21. rael per fines suos transire, percussi sunt ipsi ab eo & possedit Israel terram eorū. [ET omnia regna Chanaan] percussit sub Iosue, mortuo iam Moyse. hæc patent.

12 Et dedit terrā eorū hæreditatē: hæreditatē Israel populo suo.

Ex Aug. ET DEdit terram] q.d. Illos impios expulit [ET dedit terrā eorū hæreditatē, hęreditatē Israel populo suo] pro his factis sequitur exultatio laudis.

12 Domine nomē tuum in ęternum: domine memoriale tuum in generatione & generationem.

Ex Aug. DOMINE nomen tuum] q.d. Cūm hęc feceris impletum est os meū laude, & dixi [DOMINE nomen tuum, &c.] Hæc quidē ad literā quomodo sunt scripta vidimus, sed & aliquid significāt quod explicari oportet. ¶ Repetamus ergo ab illo loco, Omnia quæcūque voluit dominus fecit in celo & in terra, &c. Typice hæc in hominib⁹ possumus accipere, & agnoscere: cęlū enim sunt spirituales, terra carnales. ex bis duobus tanquā cęlo & terra cōstat ecclesia, in his facie quæcūq; vult. Et etiam, In mari, facit, quod vult, id est, in infidelibus, in quibus nihil fit sine iussu dei, nec sæuiunt, nisi permittantur à deo, nec vindicatur in eos, nisi deus iussit. Et in omnibus abyssis quę voluit fecit. Abyssi sunt latentia corda mortalium, profundę cogitationes hominum: & ibi facit deus quod vult, quia interrogat iustum & impium, latet cor bonum, latet & cor malum, & in vtroque est abyssus: sed deus hoc videt, quem nihil latet, & consolatur
Esa. 5 cor bonum, & torquet malum. Et ipse est, Edu-
Esa. 60. cens nubes ab extremo terræ. Nubes sunt prædicatores, vnde, Mādabo nubibus meis, ne pluāt super eam imbres. & item, Qui sunt isti qui vt nubes volant, quas nubes non tantum de filiis Israel misit, sed ab extremo terræ excitat, & in fines orbis terræ mittit. Sed quid de ipsis nubi-
Ex Alcui. bus facit? Fulgura in pluuiam fecit, id est minas

ad misericordiam flexit, de terroribus irrigauit.
prædicatores nanque & terrent, & blādiuntur.
terrent comminando æterna supplicia. mulcēt,
promittendo ęterna gaudia. Ideoque de manna
legitur quod liquescebat ad solem & indurabatur ad ignem. Manna enim cęlitus datum figura Exod. 16
est diuini eloquii quod liquescit ad solem dum Matth 13
mentes fidelium futuræ claritatis promissione
lætificat: vt cum ait, Fulgebunt iusti sicut sol in Matt. 3
regno patris eorū. Induratur autem ad ignem,
dum peccātium conscientias futuræ pœnę cōminatione adurit, vt illud, Omnis arbor quæ Exod. 28
non facit fructum bonum extinguitur & in
ignē mittitur. Ideo in veteri lege, In veste summi pontificis erat coccus bis tinctus, qui habet
speciem ignis. Ignis verò duo facit, vrit, scilicet
& lucet, quia prædicator peccantium cor adurere debet fulgure, id est, terrore cōminationis,
& piorum mentes confouere, & promissione æ- 1. Cor. 9
ternę lucis. Inde est etiam quod baculus ponti-
ficalis ex inferiori parte pūgitur, superius in an- Prou. 16
teriora extenditur, quia prædicator pūgere debet vitia carnis, & mentis vires in anteriora di-
rigere Ita tamen, vt ad sui considerationē sem- Luc. 6
per redeat, ne cū aliis prædicauerit, ipse reprobus efficiatur. Et in principio sermonis sui accu-
sator fit sui, ne videat festucā in oculo alterius, Ex Aug.
gestans trabem in suo. Ideo dicitur. Fulgura in pluuiam fecit, sequitur. Qui producit ventos de thesauris suis. Idem prædicatores & nubes sunt & venti. Nubes sunt propter carnem, vēti propter spiritum. Nubes videntur, vēti sentiuntur, & non videntur. Et quia caro de terra est, ideo dicitur, Nubes excitat ab extremo terrę, sed spiritus hominis ignoratur vnde veniat. vnde secte dicitur, Qui producit ventos de thesauris suis, vel propter aliud, venti dicuntur apostoli, sed totum mūdum velociter percurrerūt. Qui percussit primogenita AEgypti. Primogenita fides est, vnde incipimus bonū, qua via proficit homo in melius. AEgyptus interpretatur afflictio. Percussit ergo primogenita Aegypti. Quia quicunque affligit ecclesiam & scandala facit, & si Christianus dicitur, perdit fidem. Percussit dico, Ab homine vsque ad pecus, id est, à docto vsque ad indoctum. Homo enim doctum significat, qui & post se trahit indoctas turbas, id est pecora. Et misit signa & prodigia in medio tui AEgypte: in Pharaonē & in omnes seruos eius. Pharao interpretatur dissipatio, AEgyptus vt diximus afflictio. Dissipatio ergo, præcedit vt rex, & sequitur afflictio. Dissipati enim affligūt ecclesiam vt enim affligant dissipantur. Qui percussit gentes multas, & occidit reges fortes. quas gentes & quos reges? Seon regem Amorrhęorum, occidit. audi nomina sacramentis grauida. Seon interpretatur tentatio oculorum, & Amorrhęi interpretantur amaricantes. Amaricantes ergo regē habēt tētationē oculorū: tētatio oculorū non est nisi in mendacio oculorum. putat habere rem, veritatē nō habet. retur enim quod non est, nō intuetur quod est. Tentatio ergo oculorū, i. fallacia & simulatio, vt rex pręcedit, & sequitur amaricatio. Inde enim amaricāt, quia fingūt. Occidit deus in homino il

lum regem cum populo suo, quando homo damnat simulationẽ & diligit veritatẽ, & desinit amaricare. Occidit etiam alium regem, scilicet Og regem Basan. Og interpretatur conclusio, per quod significatur diabolus, qui intercludit Ex Aug. viam ad deum, ne credatur in eum: sicut Christus aperit, & ipse Christ⁹ est via. Cui ergo clauditur via, ne credat in deum Christum: cum venerit Christus, confundetur. ergo Basan, id est, cõfusio, quia cõfusio cõclusionem sequitur. Et omnia regna Chanaan. Chanaan interpretatur paratus humiliationi, & intelligitur hic humiliatio, non quæ virtus est, sed quæ pœna est. de qua dicitur, Qui se exaltat humiliabitur. Chanaan ergo est omnia superbus, qui modo exaltat Luc.18. cor suum, qui in die iudicii humiliabitur: modo autem nõ humiliatur, sed paratur humiliationi, id est dãnationi. Et dedit terrã eorum hæreditatẽ: hæreditatem Israel populo suo. Per terram eorum significãtur omnes gentes, quæ sunt hę-Ex Alcu. reditas Israel. i. fidelis populi, quam pascũt tribulatione docentes patientiã. Et ideo dicũtur hęreditas Israel, quia eas Israel excolit cõformando sibi. ¶ Aliter ab illo loco, Percussit primogenita Aegypti ab homine vsque ad pecus. Aegyptus mũdus est iste, primogenita sunt principalia mundi vitia, quæ destruit in prudentibus Ex Hila. & Cass. & in idiotis. Et misit signa & prodigia in medio tui AEgypte, quia palam & visibiliter signa fecit in mũdo, vt in passione terra tremuit: & sol obscuratus est. &, In pharaonẽ & in omnes seruos eius, misit signa cõtra diabolũ & malos homines. Qui percussit gẽtes multas. i. innumera vitia. Et occidit reges fortes. i. dominantia vitia. Vel reges sunt immundi spiritus, qui sunt occisi dũ nequeunt in nobis quod volũt. Seon regẽ Amorrhęorũ. Per Amorrhęos intelligũtur vitia. Amara enim sunt qui tollũt beatitudinẽ, quorũ rex, diabolus est, q dicitur Seon, qui trãsfigurat se in angelum lucis. Seon interpretatur tentatio oculorũ, qui etiam est rex confusionis qui intercludit viam ad deũ. Et Og regẽ Basan, & omnia regna Chanaan, id est omnes illos qui male humiliãtur. Chanaan enim dicitur humiliatio mala, quãdo ab honore sancto decidunt. Et dedit terrã eorũ hęred. hæredit. Is. pop. suo. i. cælestẽ beatitudinẽ, quam dæmones per superbiã deseruerũt, dedit fidelibus. Hęc est vera terra promissionis, quæ verius dicitur hæreditas, quę in pace est, quã illa actualis, quam sępe amiserũt filii Israel. Ita hæc prędicta spiritualiter sane accipiũtur, cũ tamẽ ad literã factitata sint. Si ergo corporaliter tunc illos occidit deus, modo Ex Aug. etiã non cessat manus eius. Et ideo ne putares hęc tunc pacta cessasse, inquit, [DOMINE nomen tuũ]. i. operatio potẽtiæ tuæ est [IN æternum]. i. nõ cessat manus tua facere hæc in seculo, quę tunc pręnũtiasti in figura. Et ò [Domine memoriale tuũ] est [IN generatione] prędenti [Et generatione] futura. Generatio vna est, qua renascimur per baptismũ, altera qua resurgemus, In vtraque est memoriale dei, quia nõ est oblitus deus in hac vocare, & in illa coronare.

14 Quia iudicabit dominus populũ suum: & in seruis suis deprecabitur.

QVIA iudicabit] causa laudis hic ostẽditur, q. d. ideo laudabilis est, quia dominus [IVDICAbit populũ suũ] iudaicũ, cui tot fecit prophetas Ex Hila. & Cass. missis, post etiã filium propriũ: sed quia duri fuerũt, [IVDICABIT] eos in futuro: [ET in seruis suis,] id est in fidelibus, [DEPRECABITVR] vel, Consolabitur, cum pręmia æterna eis restituet. Ecce gradatio laudis vsque ad iudiciũ perducta est. Vel ita vt de præsenti accipiatur, Iudicabit. q. d. ideo est laudandus, quia præter iudicium futurum, Dominus iudicabit, in pręsenti, Populum suum, id est, Iudæorũ. hoc iam com- Ex Aug. pleuit, quia iam iudicauit dominus Iudęos alios assumendo, alios reprobando, quia separati inde sunt iusti & remanserunt iniusti, hoc est iudicium discretionis de quo ipse ait, In iudicium veni in hunc mundũ, vt qui non vident videãt, Ioan. 19 & qui vident cęci fiant, Et, illis iudicatis, In seruis suis deprecabitur, vel, aduocabitur. Nõ enim Rom. 11 repulit deus plebẽ suam, quam præsciuit. habet & suos de omnibus gentibus, vnde conuertit se propheta ad exprobranda idola, quæ iam à suis cultoribus irridentur, dicens,

15 Simulachra gentium argentum & aurum: opera manuum hominum. PARS II.

SIMVLACHRA] Secũnda pars, vbi postquã Ex Cass. se laudibus dei expleuit, idolorum cultores, irri-dendo redarguit, quia perfecta laus veritatis est Ex Alcu. destruere falsitatem. Supra in alio psalmo fuerũt eadẽ dicta, sed repetita verecundiã augent. q. d. Deus noster est magn⁹ [SIMVLACHRA gentium] autẽ sunt [ARGENTVM & aurũ] quantum ad materiã [ET opera manuum hominum] quantum ad formam.

16 Os habent & non loquentur: oculos habent & non videbunt.

17 Aures habent & nõ audient: neq; enim est spiritus in ore ipsorũ.

OS habent & non loquentur, oculos habent & non videbunt.]

AVRES habent & nõ audient] deinde cõclu- Ex Cass. dit omnia ostendẽs quod nec hominib⁹, nec pecoribus possunt cõparari, cũ ait [NEQVE enim est spiritus in ore ipsorũ]. i. illa exteriora artifex Ex Aug. potuit facere, sed nõ spiritũ dare, nec auditũ auribus, nec lucẽ oculis, nec vocẽ ori. Hoc sciẽtes, irrident idola, sed quid nescientes?

18 Similes illis fiant qui faciũt ea: & omnes qui confidunt in eis.

SIMILES illis fiant] interius [QVI faciunt Ex Aug. ea, & omnes qui cõfidũt in eis] & ita procul dubio fit. Exprimitur nãq; in eis quędã similitudo idolorũ: non quidẽ in carne eorum, sed in interiori hoĩe. Aures enim habẽt, nec audiũt deũ ad ipsos clamantẽ. Oculos habẽt, nõ vidẽt fide. nares habẽt nec sentiunt bonum odorem Christi.

19 Domus Israel benedicite do- PARS III.

mino: domus Aaró benedicite domino.

Ex Caſs. DOMVS Iſrael] Tĕrtia pars, vbi poſt irriſa idula laudes dei celebrare omnesmonet ordines
Ex Aug. q.d. Culiores idolorũ ſimiles illis fiant, ſed vñs qui eſtis domus Iſrael, ſcilicet domus quæ quo-
Matt. 3. tidie ſuſcitator de lapidibus, de quibus potẽs eſt deus filios Abrahæ ſuſcitare[BENEDICITE domino]& vos qui citis [DOMVS Aaron] ſcilicet præpoſiti [BENEDICITE domino] & vos qoi eſtis

20 Domus Leui benedicite domino:qui timetis dominum, benedicite domino.

Ex Aug. DOMVS Leui,] id eſt, miniſtri] Benedicite domino]præpoſiti & omnes[QVI timetis dominũ.Cões populi[Benedicite dominn]præpoſiti, ſuut domus Aarõ:miniſtri, domus Leoi. populi omnes qui timent, omnes generaliter ſunt domus Iſrael. Omnes ergo vna voce dicamus,

21 Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Ieruſalem.

Exgl.int. BENEDICTVS dominos] & lõquitur in
Ex Caſs. perſona omniũ fideliũ, vĕl in propria perſona dicit hoc propheta, & facit quod alios facere docuit. q. d. Benedicite domino: & ego ex parte mea dico[BENEDICTVS]ſit [DOMINVS] qoi venit[EX Sion]homo factus[QVI habitat in Hieruſalẽ] vbi ad literã prędicauit, & multa
Ex Aug. miracuia fecit. Vĕl ioxta interpretatinnes nominũ, Siõ enim interpretatur ſpeculatio. Hieruſalem viſio pacis. Nunc ergo, Ex Sion benedictus eſt. i. à nnbis, qui quãdio in ſpe viuimus, ſumus in Siõ, qnia ſpeculamur qnoad veniat. finita vita erimos cũ illo in ęterna ciuitate. quia ipſe eſt, Qui habitat in Hieruſalẽ:cæleſti, quæ nũquam ſutura eſt, vbi videbimus eum io æterna pace.

COLLATIO.

In pſalmum 134, Laudate nomen domini, &c.

14 IN ſeruis ſuis deprecabitur.] Iuxta Heb. יִתְנֶחָם ithuecham, caperetur paſsiue, hoc eſt placabilis erit, vt vertit D.Hieron. Aut (vt alii volũt) cõſolabitor vel ignoſcet, hoc tamẽ eſt inuſitatũ apud Latinos, vt deprecatur ſumatur in paſsiua ſignificatione. Et D. Auguſtin. legit aduocabitor. Hilarius, & Arnobius conſolabitur, quẽadmodũ etiã habet pſalmodia Romana. In Græco eſt vox paſsiua, quãquam interdũ ſignificantia ſit actiua παρακληθήσεται. Deniq; mos ſcripturæ eſt vſurpare ſicut interdũ verba actiua, vt tamẽ actio ſit, in altero paſsio. Exẽpli gratia Rom. 8, Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, hoc eſt poſtulare nos facit. Sic accipiẽdo deprecari actiue, ſenſus erit quod deus faciat ſuns ſeruos deprecari, vt quocũque verteris, eodem conſpiret intelligentia rei.

CXXXV. PSALMI TIT. Alleluia.

CONFITEMINI domino] Titul.[ALleluia] pſalmũs iſte laudem dei continet, Ex Aug. vbi & ſi multa in laudibus dei dicantur: maxime tamen hic miſericordia dei cõmendatur, vnde & diuerſa initia verſuum in vnum finem conueniunt, quia quicquid hic dicitur, ad miſericordiam dei refertur, ſine qna nõ ſubſiſtitur, quæ omnia operatur. In miſericordia ergo Ex Caſs. perſeuerare mnnemur. Magna virtus huios pſal in cõeloſ. mi in Paralipomenon oſtenditor, vbi legitur pſalmi. quod cnm cepiſſent filii Iſrael, deũ laudare & 2. Paral. 5 dicere, Cõfitemini domino quoniã bonus, qooniam in ſeculũ miſericordia eius, ſtatim impleuit gloria dei templũ dei. Ita præſto eſt diuinæ gratiæ præſentia, ſi pure cãtator. Intẽtio. Monet ad laudẽ. Modus. Tripartitos eſt pſalmus. Primn, magnificentiã dei, & totios orbis cõditiooem exponit. Secundo, dicit quæ in AEgypto & in gẽte Iudęorũ fecit, in figura noſtri, ibi Qui percuſsit. Tertio agit de Chriſtianis, ibi, Et dedit terrã eorũ. Ad laudẽ ergo dei inuitãs, ait,

C ONFITEMINI domino quoniá bonus: quoniam in æternum miſericordia eius.

CONFITEMINI] laudes & peccata[DOMINO, quoniam bonus] eſt, quia laudes aodit, & Ea Hila. peccata dimittit: ideo omnes & ſemper laudare Ex Alcu. debemus:modn laudemns, vt cũ angelis laudare mereamur. Ipſa laus eſt noſtra refectio, vt nulla videatur ſimilis delectatio. Ipſa eſt remuneratio, quę & operatio. Ergo[CONFITEMINI domino]ideo[QVONIAM in æternũ]. i. hĩc & Ex Caſs. in futuro eſt[MISERICORDIA eius]qoia hic parcit, ibi coronat. Vel, in æternũ. i. in ſeculũ præſens eſt, Miſericordia eius, per quam à miſeria peccatorũ nos liberat. Vel ita, dico, Cõfitemini, nec pro hac confeſsione eſtis aliquid temporale Ex Aug. ſumpturi. Quoniã in ęternũ. i. poſt iudiciũ, eſt, Miſericordia eius. i. beneficiũ quod miſericorditer pręſtat, ęternũ eſt: quia beatitudo per miſericordiã data æterna erit. Deinde oſtẽdens excellentiam illius cui confiteri nos monet, ſubdit,

2 Cõfitemini deo deorum: quoniam in æternũ miſericordia eius.

CONFITEMINI deo deorum] dĕos dicit Ex Aug. homines, ad quos ſermo Dei factus eſt in alio Ioan. 10. pſalmo, vbi ait, Egn dixi, dii eſtis. Et nõ ideo di- Pſal. 81. cũtur dii quod omnes ſint boni. Si enim omnes boni eſſent, non diceret in eodẽ pſalmo, In medio autem deos diiudicat, vel diſcernit de quibus etiam ſubdit,

3 Cõfitemini domino dominorum: quoniam in æternum miſericordia eius.

CONFITEMINI domino dominorum,] Plũraliter dicit deos & dominos. Siquidem ſunt Ex Aug.

dii multi, & domini multi (vt ait apostolus) super quos ipse est,

4 Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in æternũ misericordia eius.

Ex Aug. QVI facit] Sciendũm, quod sicut in fine versuũ ponitur vbiq; [QVONIAM in æternũ misericordia eius] sic in capite omniũ (licet nõ sit positum) subaudiendum est, Cõfitemini, quod apertius est in Græco: vt si diceremus facienti mirabilia, vel ei qui facit mirabilia, vbi necessario subaudiretur, Confitemini quod nostra locutio in his omnibus seruare nõ potuit. Et ideo latino sermone dici non potest, nisi in quibusdam subaudiatur hoc totum, ei qui facit, vel fecit: vnde obscurum est quod hic dicitur, ita vt possit putari sententia siciungi, [QVI facit mirabilia] Qui fecit cælos, &c. Quoniam in ęternũ misericordia eius. q. d. Ideo fecit ista, quia in æternum est misericordia eius, cum potius pertineãt ad misericordiã hi quos à peccatis mundat, & de miseria liberat. hoc autem ad bonitatem, quod cęlum, terram, & omnia valde bona creauit vt essent. Dicendum est ergo, & si positũ non sit, confitemini ei qui facit vel fecit, hęc vel illa, ideo, quia eius misericordia est vobis æterna, vt finis singulorũ versuum referatur ad principium, hoc modo, Confitemini ei qui facit mirabilia magna solus, ideo confitemini, Quoniam in æternũ, &c. ita & in cæteris. Solus deus dicitur mirabilia facere, quia quæ per homines vel angelos fiunt, ipse facit, & quędã magna, ipse solus sine ministerio hominis vel angeli facit quę exequitur dicens,

5 Qui fecit cælos in intellectu: quoniam in ęternum misericordia eius.

Ex gl. int. QVI fecit cęlos in intellectu]. i. Intelligibiles, scilicet empyreũ: quod & si sit corporeum, tamẽ tãtæ est tenuitatis vt à mortali videri nõ possit,

6 Qui firmauit terram super aquas: quoniam in æternum misericordia eius.

Ex Aug. QVI firmauit terram super aquas] Vniuersam creaturam ergo per se non per creaturã fecit, cuius aliquas excellẽtiores partes posuit, ex quibus omnia cogitentur. s. intelligibiles cælos, & visibilem terram. Sed quia sunt & visibiles cæli, per eorũ luminaria totum cæleste corporeum intelligere nos admonet, subdent,

7 Qui fecit luminaria magna: quoniam in æternũ misericordia eius.

Ex Aug. QVI fecit luminaria magna]. s. solẽm & lunam & stellas. Vel per cælos cęlestem machinam accipiamus. Et est sensus, Qui fecit cælos, non alterius opera secutus, sed, In intellectu suo, id est, in sapientia sua. Vnde omnia in sapientia fecisti. quod dictum est de cælis, de omnibus aliis
Psal. 103. debet intelligi hoc modo, Qui firmauit terram super aquas, subaudi intellectu. Sed & quomodo grauior terra, ab aquis leuioribus portatur? Sed siue ita, siue aliter sit, ne aduersus eos qui se putant ista certis rationibus comperisse cõtentiose agere videamur, habemus quod de proximo intelligamus. Dicitur enim terra super aquas fundata, eo quod aquis circũfluentibus supereminet: sicut dicitur illa vel illa ciuitas super mare fundata, nõ quod mare sub ea sit, sed quia mari supereminet, sicut dominus super puteum Ioan. 4
sedit, id est iuxta puteum sedit. Quę fecit luminaria magna?

8 Solem in potestatem diei: quoniam in æternũ misericordia eius.

SOLEM IN POTEstatem diei] Hęc solũt Ex Aug.
per se facit, Sol est potestas diei, quo omnia de- & Cass.
clarantur.

9 Lunã & stellas, in potestatem noctis: quoniam in æternum misericordia eius.

LVNAM & stellas] fecit [IN potestatem no- Ex Aug.
ctis,] id est, vt sint lux noctis. Vel typice hęc accipi possunt. Fecit ergo in intellectu, Cælos, id est, spirituales sanctos, quibus non modo credere, sed diuina intelligere dedit, simplices autem qui solem fidem tenent, quasi infra cælos terra dicuntur, qui quia in baptismo quem acceperũt, firma fide cõsistunt, quasi, Super aquas terrã firmauit. Qui fecit luminaria magna, id est, dona gratiarum suis fidelibus contulit. Quæ? Solem in potestatem diei, Lunam & stellas in potestatem noctis. Per solem accipitur donum sapientiæ, quod datur diei, id est spiritualibus, vt possint lucere. Per lunã, spiritus sciẽtię. Per stellas, alia minora dona, quæ dantur nocti. i. minoribus, vt & ipsi possint lucere in nocte huius secu-
li, hoc est qđ apostolus ait, Alii ꝑ spiritũ datur 1. Cor. 12
sermo sapiẽtiæ, hic est sol: alii sciẽtia, hęc est luna: alii fides, curatio, &c. hę sũt stellę. nihil enim horũ est, quod in nocte huius seculi, non sit necessarium: postea cessabunt, cum transierit nox ista, & venerit dies. Hęc autem fecit, In potestatem diei, vel, Noctis, id est, vt potestas sit diei, lucere, vel noctis. Distat autem sapientia à scientia testante sancto Iob, qui quodammodo sin-
gula diffiniens ait, Sapientia est pietas, id est dei Iob 28
cultus, quæ est in cognitione & delectatione eius, quod semper est & incommutabile manet,
quod deus est, sciẽtia verò est abstinere à malis, Phil. 2.
id est, in medio prauæ nationis, quasi in nocte huius seculi prudẽter versari, vt abstinẽdo quisque ab iniquitate nõ cõfundatur tenebris proprii muneris luce discretus. aliter etiã potest dici mystice, ab illo loco. Qui fecit lumi. magna. i.
cælẽstes spiritus, qui sunt ante omnia lucentia. Ex Cass.
Et, Fecit solẽ. i. sapiẽtes, In potestatẽ diei, vt per eos maiores luceãt. Et lunã. i. ecclesiam, Et stellas. i. diuersos ordines, In potestatẽ noctis, vt per hęc quoque minores luceant.

10 Qui percussit AEgyptũ, cum primogenitis eorũ: quoniã in æternum misericordia eius. PARS II.

Ex Caſſ. QVI percuſſit.] Secunda pars, vbi dicit
quæ in AEgypto fecit, & in gente Iudæorum
Ex Aug. ſub figura noſtri. Et nŏtandum quod ſupra di-
xit quæ ſolus fecit, hic iam incipit oſtēdere quæ
per angelos vel per homines fecit. q.d. Confite-
mini ei, [QVI percuſsit AEgyptum cum pri-
mogenitis eorum.] Typicè ita percuſsit & ſecu
lum, cum his quæ præcipua putantur in ſeculo.
Ex Caſſ. Primogenita nanq; AEgypti percuſsit, quan-
do gloriam ſeculi damnauit, quæ putabatur
præcipua. Luxus enim, ſuperbia, auaritia ſunt,
quæ primo generat venter, & vt charos filios
amplectitur: ſed deus à ſe excludit.

11 Qui eduxit Iſrael de medio eo-
rum: quoniam in æternum miſeri-
cordia eius.

Ex Aug. QVI eduxit Iſrael de medio eorum.] ſic &
ſanctos de malorum conuerſatione educit. Edu
xit dico,

12 In manu potenti, & brachio
excelſo: quoniam in æternum miſe
ricordia eius.

Ex Caſſ. IN manu potenti & brachio excelſo.] Mă-
nus dei eſt inuincibilis actio, quæ à brachio ve-
Ex Aug. nit, id eſt ab omni potētia ſingulari. Hŏc eſt bra
Eſaiæ 53 chium de quo dictum eſt, Et brachium domini
cui reuelatum eſt?

13 Qui diuiſit mare rubrum in di
uiſiones: quoniam in æternum mi-
ſericordia eius.

Ex Caſſ. QVI diuiſit mare rubrum in diuiſiones] ad
literam, In diuiſiones duodecim, pro numero tri
buum, vt ſingulæ tribus ſuas vias meandi habe-
rent. Typicè, ſic per varias vias de mundo ad
deum tranſitur; per mare quippe rubrum, ſeculū
Ex Aug. accipitur. Vĕl per mare rubrum intelligitur ba-
ptiſmus, quem nunc diuidit deus, vt vnus & idē
baptiſmus alijs fit in vitam, alijs in mortem.

14 Et eduxit Iſrael per medium
eius: quoniam in æternum miſeri-
cordia eius.

Ex Aug. ET eduxit Iſrael per medium eius] ſic etiam
reducit innouatum populum per lauacra rege-
nerationis.

15 Et excuſsit Pharaonem, & vir
tutem eius in mari rubro: quoniam
in æternum miſericordia eius.

Ex Aug. ET excuſsit Pharaonem & virtutem eius in
mari rubro] ita interimit peccata ſuorum per
Ex Caſſ. baptiſmum. Vel, Pharaonem & virtutem eius
in mari rubro, id eſt diabolum cum miniſtris
eius, celeriter in baptiſmo, Excuſsit, vt puluerē,
qui celeriter excutitur. In hac celeritate & vir-
tus deitatis oſtēnditur, & illi terrenæ ſordes eſſe
Ex Orig. indicantur, quas ſolemus excutere. Et congruè
hom. 2. in per Pharaonem diabolus intelligitur. Pharao e-
Exodum. nim maſculos necat, & fœminas ſeruat: ita diabo
lus virtutes præfocat, & cōcupiſcentiam nutrit.

16 Qui trāſduxit populum ſuum
per deſertum: quoniam in ęternum
miſericordia eius.

QVI tranſduxit populum ſuum per deſertū] Ex Aug.
Ita & nos per hoc ſeculum tranſduxit, ne in eo
pereamus vel adhæreamus.

17 Qui percuſsit reges magnos:
quoniam in æternum miſericordia
eius.

18 Et occidit reges fortes: quoniā
in æternum miſericordia eius.

QVI percuſsit reges magnos.] ET occi- Ex Aug.
dit reges fortes.] Ita & in fidelibus ſuis diaboli-
cas & noxias poteſtates percutit & occidit.

19 Seon regem Amorrhæorum:
quoniam in æternum miſericordia
eius.

SEON regem Amorrhæorum] ſic germen Ex Aug.
inutile, vel calentem tentationem amaricātium
occidit.

20 Et Og regem Baſan: quoniam
in æternum miſericordia eius.

ET Og regem Baſan.] Ita & coaceruantem Ex Aug.
diabolum regem Baſan, id eſt cōfuſionis. Quid
enim coaceruat diabolus, niſi confuſionem?

21 Et dedit terram eorum hære- PARS III
ditatem: quoniam in æternum mi-
ſericordia eius.

ET dedit terram eorum hæreditatem.] Tĕr- Ex Caſſ.
tia pars, vbi deſcendit ad Chriſtianos, exponens
beneficia eis data, vt ſic auctorem omnium v-
num ſcias.

22 Hæreditatem Iſrael ſeruo ſuo:
quoniam in æternum miſericordia
eius.

HAEREDITATEM Iſrael ſeruo ſuo] q.d. Ex Aug.
Ita percuſsit prædictos reges, Et dedit terram
eorum hæreditatem, [HAEREDITATEM
Iſrael ſeruo ſuo] ſic & quod poſsidebat diabo-
lus hæreditatem dat ſemini Abrahæ, quod eſt
Chriſtus. Et accipit per Iſrael ſeruum, Chriſtū.
Vĕl per Iſrael ſeruum accipit Chriſtianus, qui- Ex Caſs.
bus data eſt promiſsio Iudæorum Et eſt ſenſus,
Prædicta beneficia ad literam contulit Iudæis,
Et dedit terram eorum hæreditatem. Hæredita
tem Iſrael ſeruo ſuo, id eſt promiſsionem eis ſub
figura factam, dedit Chriſtianis. Et ſi enim hoc
videatur de Hebræis dici, ad Chriſtianos tamē
propriè pertinet, quibus datur promiſsio illis fa
cta, ad quos propriè pertinet humilitas, quam
Chriſtus docuit.

23 Quia in humilitate noſtra me
mor fuit noſtri: quoniam in ęternū
miſericordia eius.

QVIA in humilitate noſtra] ſcilicet in inte Ex Caſſ.

riori, quæ est propria Christianis. Vel, [IN humilitate] id est in deiectione [NOSTRA memor fuit nostri] quando aduenit.

24 Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam in æternum misericordia eius.

Ex Aug. & Cass. ET redemit nos ab inimicis nostris.] Hoc propriè de Christianis, quos redemit sanguine vnigeniti filij. Pro Hebræis enim nullum precium dedit AEgyptijs.

25 Qui dat escā omni carni: quoniam in æternum misericordia eius.

Ex Aug. Ioann. 6 QVI dat escam] spiritualē, de qua dicitur, Caro mea verè est cibus. [OMNI carni] id est omni generi hominum, Israel, scilicet & gētium, non sicut manna soli Iudæo dedit. Et quia sic facit, ergo,

26 Confitemini deo cæli: quoniā in æternum misericordia eius.

Ex Aug. CONFITEMINI deo cæli. Hoc est quod supra dixit, deo deorum: vnde & hic repetit qđ ibi subiunxit,

27 Confitemini domino dominorum, quoniam in æternum misericordia eius.

CONFITEMINI domino dominorum.] Ideo confitemini, [QVONIAM in æternum misericordia eius.]

COLLATIO

In psalmum 134. Confitemini domino quoniam bonus &c.

Pro titulo in Græco ponitur, alleluia. In Hebræo est finis versus vltimi in superiori psalmo. Illud est perpusillum. Cætera satis conciliata sunt.

CXXXVI. PSALM. TIT.

Psalmus Dauid propter Hieremiam.

Ex Cass. SVPER flumina Babylonis.] Titulus, [PSALMVS Dauid propter Hieremiam.] Tertius psalmus de lamentatione Hierusalem est hic, de hoc quia à Babylonijs destructa est.
Psal. 73 præcedunt alij duo, scilicet, Vt quid deus repu-
Psal. 78 listi. vbi agitur de captiuitate facta à Romanis.
1 Mach. 1 4. Re. 25. Et, Deus venerunt gentes, vbi agitur de vastatione facta sub Antiocho. Hic autem agitur de captiuitate facta à Nabuchodonosor, quam Hieremias quadruplici alphabeto deplorauit, propter quod titulus huius psalmi nomen eius continet. Et est sensus, [PSALMVS] iste, est
Ex Aug. [DAVID] prophetæ, ens vel compositus, [PROPTER] id est iuxta [HIEREMIAM] quia agit de captiuitate Iudæorū, quam defleuit Hieremias in figura nostri, qui spiritualiter captiui tenemur. Sicut enim duæ fuerunt ciuitates, Hierusalem & Babylonia, quarum altera afflixit alteram, atque captiuauit: ita modo duæ ciuitates sunt, vna bonorum, altera malorum, permixtæ corpore, separatæ corde, scilicet Hierusalem & Babylonia. Tenetur ergo Hierusalem captiua in Babylonia, sed non tota. Ciues enim eius, sunt angeli, omnis miseriæ exortes, sed tenetur captiua secundum homines prædestinatos ad gloriā, qui per peccatum capti sunt, & à patria peregrini. De ea igitur captiua per peccatum hic agitur: de reditu supra egit, in psalmo illo, Te decet hymnus deus in Sion: hic, Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus. Si enim ciues sumus de Sion, in atrijs Hierusalem stamus spe: sed hic in ista Babylonia, id est in confusione huius seculi, non ciues habitamus, sed captiui tenemur & sedemus humiles, pœnitendo, confitēdo. Sunt autem & alij futuri Hierusalem ciues mente, qui iam sunt prędestinatione: sed adhuc corpore & corde sunt ciues Babyloniæ, eiq; seruiunt. Habet enim Babylonia amatores suos cōsulentes paci temporali, & nihil vltra sperantes, totúmque gaudium suum ibi figentes, & videmus eos pro republica terrena plurimum laborantes. Sed quicunq; in ea non superbè, sed fideliter versantur, vt quantum intelligunt, fidē exhibeāt, quam possunt, & quibus possunt, eos non sinit deus perire in Babylonia. prædestinauit enim eos ciues Hierusalem. Intelligit enim captiuitatem eorum, & ostendit eis aliam ciuitatem pro qua laborent, cui suspirent, ad quam & & alios adhortentur. Vnde dicit Iesus, Qui in modico fidelis est, & in magno fidelis est. Et rursus, Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis? de talibus tamen nō agit hic psalmus, sed de illis qui mente & desiderio sunt ciues Hierusalem. Intentio. Monet non conformari Babyloniç, sed in supernā Hierusalem suspirare. Mōdus. Bipartitus est psalmus. Primo captiuandos longè post per Nabuchodonosor (quos defleuit Hieremias) hic sua mala flere, nec inter mala obliuisci Hierusalem, inducit in figura nostri. Secundo contra hostes ad deum fit conuersio, ibi, Memor esto. Propheta ergo in persona captiui qui quasi laudibus stantium in domo excitatus est, lamentationem hanc profundit desiderio patriæ, dicens,

Psal. 64

Lucæ 16

Ex Cass.



SVPER flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus: dū recordaremur tui Sion.

Ex Aug. SVPER flumina Babylonis illic] scilicet in tam notabili loco, [SANIMVS] humiliati, non erecti per superbiam, non iacentes per ruinam. Flumina Babylonis sunt omnia quæ hic amantur & transeūt. Quod attendentes sancti, non se eis amore immiscent, sed supra sedent contemnendo & flent. Vel eos qui rapiuntur. Vel se qui captiui ibi sunt. Vnde se-

qoitor,[ET fleuimus] scilicet incolatom nostrum. Sedimus dico,& fleuimus,[DVM recordaremur tui Sion] vbi nihil fluit. Non de alia re fleuimus nisi pro Sion, vt multi faciunt. Multi enim flent fleto Babylonio, qui & gaudent gaudio Babylonio: quia gaudent lucris,& flent pro damnis temporalibus. vtrūq; de Babylonia est; Flere vtiq; debet quisque, sed recordando Sion. (Ex Cass.) In hostili enim terra, dulcis est recordatio patriæ. Et,

2 In salicibus in medio eius suspēdimus organa nostra.

(Ex Aug.) IN salicibus] id est in malis quæ sunt,[IN medio eius] Babylonis, quæ scilicet rigantur fluminibus Babylonis, sed steriles sunt in bono opere,& sunt in medio Babylonis, id est multum mali, scilicet cupidi & auari. Sunt enim aliqui in exterioribus partibus Babylnois, id est non sic cōcupiscentijs obruti. In illis itaquam salicibus, quæ sunt in medio babylonis, id est ab illis valde malis,[SVSPENDIMVS] id est distulimos,& subtraximus [ORGANA nostra] id est scripturas & promissa dei. Ab his enim porcis & canibus scripturas auertimus, non eis inserendo (Ex Cass.) alligamus, sed differendo suspendimus. Et sciēdum quod vis doloris exaggeratur, quando delectatio qua se consolari solebant, suspenditur. Et quia suspendimus organs.

3 Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos: verba cantionum.

(Ex Aug.) QVIA illic] id est in Babylonia[INTERrogauerūt nos] tentantes, nō proficientes,[QVI captiuos duxerunt nos] scilicet diabolos & angeli eius, qui interrogare dicuntur, dum illi interrogant in quibus operantur. Quid interrogauerunt?[VERBA cantionum] vel canticorum, id est rationes aggratulationis & professionis nostræ, vt cum quærūt huiusmodi, Quid prodest Christus? vel quæ est alia vita? Nonne ex quo venit Christus, peiora sunt in rebus mūdanis, quàm fuerūt antea? & feliciores erant tūc humanæ res quàm modo? Dicant nobis Christiani, quid boni attulit Christus? Quare mihi imperas vt credam de Christo & de alia vita quam non video?

4 Et qui abduxerunt nos: hymnū cantate nobis de canticis Sion.

(Ex Aug.) ET qui abduxerunt nos] à societate angelorum scilicet, vel adduxerunt, alia litera, ad has miserias, subaudi interogauerunt nos, verba cantionum dicentes,[HYMNVM cantate nobis de canticis Sion] Cantate nobis, sed his respondemus, Babylonia vos portat, Babylonia vos continet, Babylonia vos nutrit, non nostis capère, nisi quod fulget in tempore, æterna meditari ignoraris, pleni estis cupiditatibus malis. His autem qui sunt malis pleni, non debemus organum percutere vt sonet, sed suspendere. Diabolus enim asturè quærit per suos vt irrideat, vnde est respondendum eis sic,

5 Quomodo cantabimus canticū domini in terra aliena?

Quomodo cantabimus] q.d. Ita ipsi dicunt, (Ex Aug.) sed nos respondemus eis, [QVOMODO cantabimus canticum domini in terra aliena?] Cauēdum est ne quis timens talibus displicere, affectet amicitias eorum,& incipiat delectari in Babylonia. Passus autem iste vndiq; interrogatores adulantes, irrisores, reprehensores, quasi inter eos periclitans, animum erexit ad recordationem Sion,& constrinxit se iuramento, dicēs,

6 Si oblitus fuero tui Hierusalem: obliuioni detur dextera mea.

SI oblitus fuero] q.d. Illis non cantaui, sed (Ex Aug.) [SI] inter verba illorum,[OBLITVS fuero tui Hierusalem] vt illis placere velim,[OBLIVIONI detur vel oblimicator me, alia litera,[DEXTARA mea] id est vita æterna, quæ est dextera nostra: vnde alibi, Leua eius sub capite meo,& dextera illius amplexabitur me. Sinistra no- (Cant. 2) stra est vita temporalis. Quicquid ergo facis ꝑ vita æterna, dextera operatur: si & alio intendis, sinistra se immiscuit,& in ea delectatos, quasi in dextera perdit æternā. Nota quod conditionem ponit, quam necesse est fieri, vt scilicet oblitus Hierusalem detur obliuioni. Item ait,

7 Adhæreat lingua mea faucibus meis: si non meminero tui.

ADHAEREAT lingua mea faucibus meis, (Ex Aug.) si non meminero tui] id est obmutescam & mutus fiam in laudibus dei, si nō fuero tui memor, quod est cōsolatio fletus & miseriarum: sic contingit vt pronuntiat. Mutus enim fit, qui memor eius non est, quia vt quid sonat, vt quid loquitur, qui canticum Sion non sonat? Cāticum Hierusalem nostra lingua est, scilicet lingua fidelium: cāticum delectationis seculi huius, lingua barbara est. Mutus est deo qui oblitus est Hierusalem. vnde bene ait, Si non meminero tui, scilicet cum amore. Vnde subdit,

8 Si non proposuero tui Hierusalem: in principio lætitiæ meæ.

SI non proposuero tui] vel te, ô [HIERVSA- (Ex Hila. & Haym.) lem in principio lætitiæ meæ] id est si nō est mihi præcipua lætitia de te,& in te ô Hierusalem. (ἐὰν μὰ) Ibi est enim summa lætitia, vbi deo perfruemur, (προανατά) vbi de fraternitate cohærente securi sumus vel (ξομαι τὴν) erimus. Nihil enim ibi delectabit nisi bonum. (Ιερουσαλὴμ) morietur omnis necessitas,& orietur summa fe- (Ex Aug.) licitas.

9 Memor esto domine filiorum (PARS II.) Edom: in die Hierusalem.

MEMOR esto.] Secunda pars, vbi cōtra ho- (Ex Cass.) stes ad deum fit cōuersio. q.d. Ego ita me habeo, (Ex gl.int.) sed ô [DOMINE memor esto filiorum Edom: (Gene. 36) in die Hierusalem.] Edom idē est qui & Esau. di- (Ex Alc.) ctus enim Edom, Esau,& Seyr. Filij autē Edom, id est Idumæi impedimento fuerunt Iudæis reædificantibus Hierusalem post reditum de Babylonia, vel in destructione Hierusalem fuerunt coniuncti Babylonijs. Vnde postea dicit, Filia

Babylonis.Et est sensus,Memor ero,illorum,id est puniá eos,pro eo quod fecerũt,in die restitutionis,Hierusalem,quam impediunt. Vel, In die,quo euertere volũt Hierusalem,adiuncti Babylonijs.Ecce qui faciunt,

10 Qui dicunt,Exinanite,exinanite vsque ad fundamentum in ea.

Ex gl.int. QVI dicunt,Exinanite exinanite]quicquid est[IN ea vsque ad fundamentum]id est nec vnus remaneat in Hierusalem.

11 Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam,quam retribuet nobis.

Ex gl.int. FILIA Babylonis]q d. illi ita, sed ô, Filia
Ex Aug. Babylonis,vel, Tu etiam filia Babylonis,[MI-
Ex Alcu. SERA]es in tua exultatione & præsumptione. & dicit filiam Babylonis,Idumæam, quæ Babylonijs se addidit: sed [BEATVS qui retribuet tibi retributionem tuam, quã retribuisti nobis.] deus,scilicet retribuet.quam retributionem?

12 Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram.

Ex Aug. BEATVS]scilicet[QVI tenebit & allidet
Ex Aug. paruulos suos]vel tuos[AD petram.] ℂ Vel
Genes.25 mysticè potest legi. Esau enim omnes carnales significat,Iacob spirituales. Esau autem appellatus est Edom à cibo quodam lenticulæ rubro, pro quo vendidit primogenita sua minori fratri suo Iacob. Ille autem concessit cibum voluptatis,& sumpsit honorem dignitatis. Ita factus est ille maior dignitate,qui erat minor tempore. Maior itaque est carnalis homo: minor spiritualis,quia prius est quod animale est, postea quod
1 Cor. 15 est spirituale. Omnis enim homo qui nascitur, carnalis & animalis incipit esse.Si autem à captiuitate conuertitur,in reditu Hierusalem renouatur,& fit renouatio quędam secundum interiorem hominem. Et sicut ille maior frater Esau inimicus fuit Iacob:ita omnes carnales inimici sunt spiritualibus.vnde ait,Memor ero domine filiorum Edom, id est carnalium qui sunt inimici sanctorum, id est libera nos ab illis, In die,sequestrationis,Hierusalem,id est quando se questrabuntur à Hierusalem, id est vt ipsi mali puniantur,& boni coronentur.Qui dicũt,Exinanite exinanite vsque ad fundamentum in ea, Hierusalem,scilicet in ecclesia.Dicitur hoc à simili cisternæ,vnde si aqua hauritur, ad fundamentum peruenitur:sed quid prodest etiam vitam talibus tollere,quibus in fundamẽto,quod est Christus,vita æterna est?dum putãt mali no
Ex Aug. cere,coronas dant. Deinde conuertens sermonem ad ipsam ciuitatem malorum ait,sed ô,Filia Babylonis misera,es ipsa exultatione tua, & ipsa præsumptione tua,& inimicitijs tuis.Nota quod ciuitas malorum Babylon dicitur, & filia Babylonis:quomodo dei ecclesia Sion, & filia Sion:sed per successionem & immutationem facta est filia Babylonis, sicut per successionem ecclesia fit filia Sion. Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, scilicet allisionem spiritualẽ pro allisione carnali. Quam retribuisti nobis, scilicet odium pro dilectione nostra.quam retributionem? Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram,id est Christum, qui reducet ad viam veritatis ciues tuos. qui dum paruuli sunt,possunt reduci,non omnino in malitia obdurati. Vel secundum moralem sensum totũ potest accipi. Edom enim qui interpretatur terrenus vel sanguineus,carnalitas est, quæ per illicitos motus tanquam per illicitos suos nos seducit. Et est,Memor esto domine filiorum Edom, id est illicitorum motuum carnis, vt allidas eos In die Hierusalem,id est in bonis, qui sunt dies Ex Hilar.
ecclesiæ. Vnde,Dies diei eructat verbum. Qui Psalm.18
dicunt,Exinanite exinanite vsq; ad fundamentum in ea.Coaceruatione enim vitiorũ subrepit diffidẽtia,sed,Filia Babylonis misera.Filia Babylonis est caro quę confusionẽ peccatorũ ingerit, cui digna compensatio datur: vt sicut concitat ad vitia.ita repressa subdatur virtutibus, Beatus qui retribuet tibi retributionẽ tuam, quam retribuisti nobis,quod carni retribuere. Beatorum est,qui etiam paruulos qui ex carne nascuntur,id est malos motus antequam crescant,retinent,ne sint liberi,& allidunt ad petram Christum,vt confracti dispereant.Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos,vel suos,Ad petram. Ec Ex Aug.
ce digna retributio. Vt ẽnim Babylonia natos in mundo dum parui sunt,parentum & seculi huius suffocat erroribus:ita qui iam iuuenes sunt, data agnitione dei paruulos Babylonis allidunt, nascentes cupiditates,antequã robur accipiant: sic facilius vincitur,scilicet dum paruulæ sunt, sed & petram ad maiores occidendæ sunt.

COLLATIO

In psalmum 136. Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus.

3 QVI abduxerunt nos hymnum cantate.] D.Hieronymus,Qui affligebant nos læti.Pratensis,Deridentes nos lætitiam.Pellicanus,Qui rapuerunt nos lætitiam.Interpretes pro Caietano,Eiulatus nostros lętitiam,vt hæc referantur ad verbum quod præcesserat, nempe interrogauerunt. Campensis,Qui insultabant manifestè nobis,iubebant nos signa lætitiæ edere. Secus autem Sanctes & Munsterus. Ille, Citharis suspensis verba lætitiæ.Hic,Quum suspendissemus instrumenta lætitiæ. Porro omnes in hoc conueniunt,quod שִׂמְחָה schimcah.i. lætitiã, vbi dicimus hymnũ copulãt superiorib⁹,& nos posterioribus.Quia quãdo legimus,hymnũ cantate,hi dicunt simpliciter,cãtate,propterea quod iam particulam hymnum aut lætitiam denotantem,ionxerant, vt dictum est, antecedentibus.De alio vocabulo,תּוֹלָלֵינוּ tolalenu, est cõtrouersia, etiamnum testante Munstero apud Heb. Quidam enim deriuant à radice ילל ialal,id est vlulauit, Vlulatus autem denotat satis aut afflictionem,aut derisionem,aut insultationem. Alij volunt esse תְּלָיֵנוּ hoc est suspendi-

mus, à themate תָּלָה talah. Nos autem sequimur quod certius est.

6 OBLIVIONI detur dextera mea.] Sanctes & Munsterus addiderunt de proprio operis sui, quod merè est voluntarium. Id fecisse videntur, eo quod obliuisci in Hebr. est actiuum, vt aliquid cōmodum subaudiendum fuerit. Cæterum actiuum & passiuum, nihil distant supra apicū affixionem תִשְׁכַּח potest legi תִּשְׁכַּח tischcah, vel תִּשָּׁכַח tischacah, rursus si quicquam subaudiendum erat, poterat id fieri, Vt habet translatio Romana, quum persequuntur diui Hilarius & Augustinus, vtpote obliuiscatur me dextera mea, cuius sensus idem erit cum eo, quod est obliuioni detur dextera mea, id & quod attestatur D. Hilarius his verbis, Sed id quod ait, obliuiscatur me dextera mea, obscurū est per conditionem latinitatis. Nam secundum græcitatis proprietatē, qua dictum est, ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου, non, vt ipsa obliuiscatur, sed ne obliuio eius fiat ostenditur. & magni periculi rea est, si dexteræ nostræ fiat obliuio. Denique D. Hiero. Pratensis & Pellicanus, consentiunt nostræ lectioni. Similiter Chaldæus & Nebiensis.

12 ALLIDET paruulos suos ad petram.] Hebraïcè græcè & latinè habetur tuos, & sic legerunt omnes antiqui, עֹלָלַיִךְ olalaic. Verum si exponamus tropologicè, quemamodum faciūt D. Hier. in commentarijs, & ad Eustochiū de custodia virginitatis, Augustinus, Hilarius, & Arnobius, idem sensus erit, Beatus qui allidet paruulos suos, hoc est qui cohibebit concupiscētiarum suarum primas titillationes. Et beatus qui allidet ô filia Babylonis, paruulos suos ad petram, vt alloqui intelligamur nostrum hominē exteriorem Secundum historiam vero non perinde quadratet, quod hic prædicitur vindicta exercenda in Babylonios ab alijs, iubente deo, vt beatus sit futurus qui paruulos Babyloniæ, alliserit ad petram, quasi in repensationem malorum, quæ ipsi Babylonij dura captiuitate egerant in paruulos Iudæorum. Idcirco vitio librariorum videtur factū, vt legamus suos pro tuos, nisi velimus abuti pronomine reciproco, pro non reciproco, ac si esset, Beatus qui allidet paruulos eius ad petram. Tamen, vt prædixi, secundum intelligentiam, quam tradunt sancti, nihil est scrupuli.

Paruulos ad petram allidere.

CXXXVII. PSALM. TIT. Psalmus ipsi Dauid.

Ex Alcu.

CONFITEBOR tibi domine in toto corde meo.] Titulus, [PSALMVS ipsi Dauid.] Captiuus qui supra fleuerat, sedens super flumina Babylonis, iam quasi reędificata Hierusalē, & templo restituto, & quasi factus conciuis illi parti Hierusalem, quæ non fuit captiua, id est angelis exultat & laudat Christum, cui sit hic psalmus. Et hoc est, [PSALMVS] iste, sit [IPSI Dauid] id est Christo, cui sit huius psalmi tota confessio. Intentio. Monet ad laudem. Modus. Bipartitus est psalmus. Primo commendat beneficia sibi data. Secundo dicit quomodo hæc ad omnes dilatentur, ibi, Cōfiteantur &c. Ex voce igitur ecclesiæ quæ in superioribus est spe, expectans ibi esse in re, ait,

Ex Cass.

Ex Aug.

CONFITEBOR tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti omnia verba oris mei.

CONFITEBOR tibi domine.] id est laudabo te, [IN toto corde meo] Totum cor in aram tuæ confessionis impono, totum accende flamma tui amoris. Ideo confitebor, [QVONIAM audisti verba oris mei] interioris, cui prope est deus, longè à deo non facit, nisi iniquitas sola, cui adhærens intus non clamat ad deum, & si extra vociferetur.

Ex Aug.

2 In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

IN conspectu angelorum psallam tibi.] Cōram angelis enim psalterium & gaudium mecū est, quod est de superioribus, non coram hominibus, qui de inferioribus gaudentes nesciunt gaudium iusti, sed putant miserum quem vidēt flagellari. Vel ita, In conspectu angelorum psallam tibi, id est laudando propono mihi angelos vt imiter eos, quibus æquari sicut laude nunc, ita dignitate post expecto. Hi autem in laude dei nihil aliud sibi proponūt, quàm ipsum deū. In conspectu, ergo, Angelorum .i. in ea puritate, qua te angeli cōspiciunt & laudāt. s. vt in te solo sibi acquiescant, ego, Psallam tibi. Inde & Moses iubetur construere tabernaculum domino, secundum exemplum quod ei monstratum est in monte. Et [ADORABO ad templum sanctum tuum] id est in templo sancto tuo. Intra nos enim est quo adoremus. Vnde Apostolus, Templum dei sanctum est, quod estis vos. Templum enim dei, est sedes dei, porro sedes dei, est anima iusti, tamen & angeli templum dei possunt intelligi: quia & in angelis habitat deus, angeli sursum: fideles deorsum sunt. Ecclesia ergo sursum, ecclesia deorsum. Sed si gaudent de spiritualibus non de terrenis, ad illud templum angelicū, vbi angeli sunt adorant futuri socij eorum, pro quibus venit dominus angelorum. Et est, Adorabo ad templum sanctum tuum, id est adorabo pro æternis, scilicet vt sim socius angelorum. Et [CONFITEBOR nomini tuo] id est laudabo te.

Ex Aug.

Ex Alcu.

Exod. 25

1 Cor. 3

Sapien. 7

Ex Aug.

3 Super misericordia tua & veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.

SVPER] id est de, [MISERICORDIA tua] qua vocas, qua peccatorem respicis, [ET veritate tua] qua remuneras, qua promissiones reddis Hæ sunt vniuersæ viæ domini, misericordia scilicet & veritas, quia non sunt aliæ viæ,

Ex Aug.

Psal. 24

num. Quanta ira inimicorum sæuiebat, quando sanguis martyrum fundebatur: sed ecce illi qui martyres persequebantur, memorias martyrum inquirunt. Vel ita, Et super iram inimico-
Ex Alcu. rum meorum extendisti manum tuam, id est hoc ipsum quod irascuntur mihi. Tua est in illis animaduersio, idest punitio. Est enim irasci eis pœna, non tantum culpa. Dum ergo hoc promittis, super eos vindictæ manum extendis. [ET sal-
Ex Aug. uum me fecit dextera tua] nō sinistra, quæ temporaliter saluat. Et est quædam salus in dextera, est alia in sinistra. Salus temporalis in sinistra est: salus æterna in dextera. Non habet deus in se dexteram vel sinistram, sed dextera dei dicitur felicitas æterna: sinistra felicitas temporalis. Aliquando ergo non saluas in sinistra sanctos suos, sed semper saluat eos in dextera: impios autem plerúmque saluat in sinistra, non autem in dextera. Et quasi quis diceret, Quare tu non vindicas? respondet,

9 Dominus retribuet pro me, domine misericordia tua in seculum: opera manuum tuarū ne despicias.

Ex Aug. DOMINVS retribuet] vel retribues, vel retribue alia litte. q. d. Ego nō retribuo, sed [DOMINVS retribuet pro me] quia ego non possum, nec debeo. Vnde Apostolus, Non vosmetipsos defen-
Rom. 12 Deut. 32 dentes charissimi, sed date locum iræ. Vnde, Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Vel hic est alius intellectus non negligendus, & forte magis est intelligendus, tangit illud quod in euangelio legitur de Christo, qui cum vellet
Matth. 17 soluere censum pro se & pro Petro, illis qui tributum exigebāt, dixit Petro, Vade, & mitte hamum in mare, & piscem qui primo ascenderit tolle, & aperi os eius, & inuenies staterem, id est duas drachmas. Stater enim genus est ponderis habens quatuor drachmas. Et addidit, Da il-
Collo. 's lis pro me & pro te. Hoc specialiter fecit Christus, qui quod nō rapuit, pro nobis soluit. Christus ergo primus piscis, hamo mortis captus, primus surgens de mari: quia primogenitus à mortuis, in cuius ore inuenimus duas didrachmas, id est quatuor drachmas, scilicet quatuor euangelia, quib' à vexationibus huius seculi liberamur, ne iam debitores remaneamus. Ibi enim omnia
Ioann. 14 peccata nostra soluuntur. Pro nobis ergo reddidit, qui pro se nihil debuit, in quo princeps mūdi peccatum non inuenit quare occideret. Ideo iste humiliter ait, Domine retribue &c. q. d. saluasti me, & hoc gratia tua, qua, Retribues pro me, precium redēptionis. Et ô, [DOMINE misericordia tua [est [IN seculum] id est in æternum. Et ideo nolo diem hominis, qui temporalis est: sed æternum per misericordiam tuam. Et ô, Domine [NE despicias opera manuum tuarum] id est ne despicias nos quod homines sumus, quod creati à te sumus, vel quod iustifi-
Eph. 2 cati à te sumus, & creati in bonis operibus. Opera ergo tua in nobis videas, quia opera nostra si videris, damnas: tua si videris, coronas.

COLLATIO
In psalmum 137. Confitebor tibi domine in toto corde meo &c.

1 QVONIAM audisti verba oris mei.] Hæc clausula non habetur in Hebr. à Lxx est addita non continuo post ea verba, Confitebor tibi in toto corde meo, sed interiecto versiculo, In conspectu angelorum psallam tibi. De ratione huiusmodi, affatim dictum est. Et veteres manifestè legerunt, & interpretamentis suis ornarūt, Quoniā audisti verba oris mei. cuiusmodi sunt Arnobius, D. Augustinus & Hilarius. Hieronymus quidem indicat non haberi in Hebræo, nihilóminus interpretatur.

3 MAGNIFICASTI super omne nomen sanctū tuum.] In Heb. pro eo quod est sanctum tuum, habetur verbū tuum. Sed & quidam ex iunioribus censent faciendā esse diastolen post illam particulam omne, ac inter nomē & verbū tuum, coniunctionē copulatiuam insulciendam. Quod si verū sit, ipsi viderint. Igitur vt res dilucidior fiat, referamus in medium multorū versiones. D. Hier. Magnificasti super omne nomē, eloquium tuum. Praté sis, Magnificasti super omne nomen tuum, eloquium tuū. Pellicanus & Sanctes consimiliter. Sed Munsterus, Magnificasti super omnia, nomen tuū & eloquium tuum. Nec ab eo recedunt interpretes pro Caietano. Translator ad Cāpeosem, Eloquium tuum secundum nomen tuum magnificas. Paraphrasis multo nanq; plura, q̄ in verbis tuis promiseras, prestitit nobis augustissimum illud nomen tuū. Quid circa hoc nobis sentiēdum sit, audiamus Hieron. ad Suniam & Fretellam. In græco reperisse vos dicitis, ὑπὲρ πάντας, id est super omnes. Sed in Lxx legitur, ὅτι μεγάλυνας ὑπὲρ πᾶν τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου. sicut & nos in latinū vertimus. Cæterum apud Heb. ita esse cognoscite, Quoniam magnificasti super omne nomen, verbum tuum. Iuxta editionem autem latinam, hic sensus est, Quoniam magnificasti super omne nomē; hoc est quod in cælo & in terra, dici potest sanctum, filium tuum. Hactenus ille. In Hebræo est, אִמְרָתֶךָ imrateca, verbum tuū. Et psal. 2. legitur super filio dei, dominus dixit ad me, vt magnifico illo sensu interpretatur Apo. Heb. 1. Ac in Heb. legis verbum אֹמֶר amar. Vnde deflectitur, quod hic dicunt verbum tuum, siue eloquium tuum.

9 RETRIBVET pro me.] Sic Sāctes. D. Hier. Operabitur pro me. Alij, Perficiet pro me. Mūsterus admiscuit quod placuit, nempe pietatem suam. יִגְמֹר iigmor, hoc est retribuet, perficiet, operabitur. Id valet & vocabulū significat. D. Hilarius interpretatur de vindicta soli deo seruanda. Et August. itidem, alteram nihilóminus superaddens interpretationem, quod soluendo nō eramus, adeoq; oportuerit Christum pro nobis miseris satisfacere. Chaldæus priorem modum de vindicta sequitur.

CXXXVIII. PSAL. TIT.
In finem psalmus Dauid.

Ex Aug. DOMINE probasti me & cognouisti me.] Titulus,[IN finem psalmus Dauid]iste
psalmus profunditate mysteriorum plenus est, vnde & obscurissimus est. Hæc
autem obscuritas mysteriorum ex peccato pri-
Gene. 3 mi parentis accessit, cui dictum est, In labore &
sudore vultus tui vesceris pane tuo. Ex primo
igitur peccato, hanc pœnam subimus, quod in
sudore vultus nostri & labore manducamus pa-
Ioann.6 nem, qui est Christus, qui ait, Ego sum panis vi-
uus qui de cælo descendi. Hic panis in prophe-
tis est velatus, in euangelio reuelatus. Subest ta-
men labor, etiam nunc ad percipienda myste-
ria eius. Loquitur autem in hoc psalmo totus
Christus, tanquam vnus & integer vir, propter
nimiam vnionem capitis & corporis, quæ vnio
Genes.2 significata est in primorũ parentum conditione,
quia & fœmina de viro facta est, & dictum est,
Eph.5 Erunt duo in carne vna. Quod exponens Apo.
dicit magnũ sacramentũ hoc esse in Christo &
in ecclesia. Vnde verè dicitur, quod iam nõ duo
sunt Christus & ecclesia, sed vna caro, quia Chri
stus de nobis carnẽ suscepit, nõ vna diuinitas no-
biscũ est: quia ille creator, nos creatura. Quic-
quid ergo hic loquitur ex persona susceptæ car
nis, & ad caput pertinet, quod iam ascendit in
cælum, & ad membra, quæ adhuc perigrinantur
in terra, vt sint duo in voce vna, sicut sunt duo
in carne vna. Quantum vero ad membra, lo-
quitur in persona superioris captiui, qui iam spe
in Hierusalem restitutus, memor discessionis
suæ, in qua deum latere non potuit, in qua &
eum secuta est manus domini. Deliberat non
esse vlterius ab eo fugiendum, sed ad eum per
eũ, & ab irato ad placatum. Vnde sibi magna bo
na dicit esse, & quod non nocent sibi mala secu
Lucæ 15 li. Et hoc dicit ex persona totius humanæ na-
turæ reuertentis ad deum, tanquã ex voce pro-
digi filij de longinqua regione redeuntis ad pa
trem. Sensus tituli talis est,[PSALMVS]iste, di-
rigens nos [IN finem] id est Christum, attri-
buitur [DAVID] id est toti Christo, in cuius
persona loquitur hic Propheta. Intẽtio. Mo
net non fugere à deo, sed ad eum per eum. Mo
dus. Quatuor sunt partitiones. Primo agit de
notitia dei, quæ comprehendit omnia opera, &
reuersi, & exulantis, quæ cogit eum qui latere
non potest reuerti, maximè cum manus dei ibi
eum tetigerit. Secundo dicit non esse à deo fu-
giendum, sed ad ipsum, ibi, Quo ibo. Tertio
quanta sit exultatio reuertenti ad deum,
dicit, ibi, Confitebor tibi. Quarto,
quomodo ei mali non noceant,
aperit, ibi, Si occideris. Ait er-
go Propheta ex persona
capitis loquentis
ad patrem,

6,

OMINE probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã, & resurrectionem meam.

DOMINE]q.d. Hoc dicit Christus patri se- Ex Aug.
cundum quod homo. Non enim dominus eius
est pater eius, nisi quia dignatus est nasci secun
dum carnem: pater est dei, dominus est hominis:
ergo quia pater & dominus est, pater est formæ
dei, dominus est formę serui; vnus tamen & idẽ
dei & hominis filius: qui secundum quod ho-
mo, ad patrem ait,[DOMINE probasti me]ex-
perimentis vt in passione, [ET cognouisti
me]vt in resurrectione. Non dicit eum nouisse
tunc, quod ante non nouerat: sed alijs tunc no-
tum fecit, quem ante non fecerat: ita & proba-
tum alijs ostendit.[ET tu domine cognouisti]
id est voluisti, approbasti, secũdum voluntatem
tuam factum est. Quid cognouisti?[SESSIO-
nem meam]id est humilitatem in passione,[ET
resurrectionem meam] id est glorificationem in
resurrectione. Potest & hoc accipi ex voce mem
brorum. Vt enim Christus caput sedit, & resur-
rexit, sic & sui sedent. Humiles in patientia, sur-
gent erecti in spe vitæ æternæ. Item, Sedent
confitẽtes peccata sua: surgent iustificati gratia.
Dicamus ergo & nos, Domine probasti me &
cognouisti me, quod postea exponit, scilicet, Tu
cognouisti sessionem meam, quod in humilitate
patientiam habeo, & peccata confiteor. Et re-
surrectionem meam, scilicet quod per gratiam
iustificatus surgo, & in spem vitæ æternæ e-
rigor.

2 **Intellixisti cogitationes meas de longè: semitam meam & funiculum meum inuestigasti.**

INTELLEXISTI] Hoc prius ex persona Ex Aug.
membrorum, vbi incipit agere de exilio suo, sub
similitudine prodigi filij. q.d. Probasti me, & co
gnouisti me. Et etiam,[INTELLEXISTI co
gitationes meas de longè]vel de longinquo, cũ
adhue in perigrinatione sum, anteq̃ ad patriam,
veniam vt filio minori redeunti occurrit pater,
quia intellexit eius cogitationes de longinquo, Lucæ 15.
qui apud se dixerat egestate confectus, Surgam,
& ibo ad patrem. Hanc cognitionẽ præcogno-
scens, pater ei occurrit,[ET intellexisti semitam
meam]scilicet malam, quam tanquam occultus
iui, patrem meum deserens.[ET inuestigasti fu-
niculum meum] vel limitem, scilicet quousque
perueni, longè quidem ieram: sed tu ibi eras, à
cuius oculis longè non eram, vt deprehensus fu
gitiuus loquitur sequente se legitima vindicta
dei vindicantis.

3 **Et omnes vias meas præuidisti: quia non est sermo in lingua mea.**

ET omnes vias meas] id est opera [PRAE- Ex Aug.

uidisti] autequam irem eas,& permisisti ire in la borem, vt redirem si noliem laborare. hoc modo fateor,[QVIA non est sermo] sine veritate, scilicet: vel, Dolus, alia litera,[IN lingua mea] id est in lingua mei, iam gratia tua iustificati. Et ve rè præuidisti omnes vias meas, quia,

4 Ecce tu domine cognouisti omnia, nouissima & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Ex Aug. ECCE tu domine cognouisti omnia] scilicet [NOVISSIMA] mea, quādo poenas paui,[ET antiqua] quando partem substantiæ petij. Hoc secundum parabolam, sed mysticè antiqua nostra fuerunt, quando per antiquum peccatum lapsi sumus. Nouissima est hæc poena, scilicet quando in hanc mortalitatem venimus, scilicet quæ est vltima si redire velimus, alioqnin restat æterna,[TV formasti me] ad istos labores, ad quos omnes nati sumus.[ET posuisti] vel grauasti,[SVPER me manum tuam] vindicē grauantem, superbum, salubriter vt erigat humilem. & in grauata manu,

5 Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.

Ex Aug. MIRABILIS facta est scientia tua ex me] id est ex peccato meo, mira & incomprehensibilis facta est mihi scientia tua. Mihi enim non facilè est contemplari te, quem superbus reliqui, vt prius erat cum essem apud te: quando dixi, Da mihi portionem substantiæ meæ.[CONFORTATA est] vel inualuit, adeo quod,[ET] ego[NON potero ad eā] attingere ex me. Ecce in his verbis gētilis populus suæ cęcitatis recordatur, quę nō solum super Iudæos, sed etiam super gentes olim inualuit. vnde & eadem verba, quę io eodo Iudæorum cæcitatem significant, ponit hic, scilicet, Posuisti super me manum tuam. In Exodo enim legitur dominus dixisse Mosi, Nō poteris videre faciem meam, sed ponam te in foramine petræ, & protegam te dextera mea donec transeam, tollámq; manum meam, & cum trāsiero, posteriora mea videbis. Moses est Iudaicus populus, manus domini super eum, vt nō videat faciem transeuntis: cæcitas est in Iudæis, vt non cognoscant diuinitatem Christi, donec per passionem pertransijt de hoc mundo ad patrem, post transitum tollit dominus manum suam, & vidit Moses posteriora sua, quia post resurrectionem ablata est cæcitas eorum, qui crucifixerant dominum. Sicut ergo super gentilem populum posita manu dei, incomprehensibilis facta est scientia dei. Ita grauata manu super Mosen, id est Iudæos non potuerunt videre Christum esse deum, donec transijt ad patrem. Tunc enim prædicante Petro multi de illis conuersi sunt. Conclusit ergo deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur.

Exod. 33

Rom. 11

6 Quò ibo à spiritu tuo: & quò à facie tua fugiam?

Ex Aug. QVO ibo.] Secunda pars, vbi iam deliberat non esse à deo fugiendum, sed ad eum, ab irato, ad placatum, quod erit per ipsum: q.d. Et cum fugitiuus te non fateo, cuius limitē vides,[QVO ibo à spiritu tuo] quo plenus est mundus. Spiritus enim domini repleuit orbem terrarum, sicut legitur in libro qui sapientia Salomonis inscribitur,[ET quo à facie tua] id est ab ira tua vel præsentia[FVGIAM?] Se vertit hac & illac, quasi quærens locum fugæ, & dicens, Sapien. 1

7 Si ascēdero in cælum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades.

Ex Aug. SI ascendero] q.d. Quò fugiam te iratum? nusquam, quia[SI ascendero in cælum, tu illic es] id est si me superbiendo extulero, inuenio te repressorem: si iustitia mea superbiero, tu ibi es ad percutiēdum, cuius est vera iustitia. Item, [SI descendero ad infernum] id est si peccando venero in profundum malorum, & nolens confiteri dicam, quis me videt? etiam, Illic[ADES] vt vindices. Quo ergo securus sum, vt faciem tuam fugiam? id est te iratum non sentiam? inuenit iste consilium.

8 Si sumpsero pennas meas diluculo: & habitauero in extremis maris.

Ex Aug. SI sumpsero pennas meas] q.d. quæro quo fugiam, sed sic potero fugere iratum, scilicet[SI sumpsero pennas meas] id est duas alas charitatis, quas perdideram. Et hoc[IN diluculo] virtutum. vel, In directum, alia litera, scilicet vt nec erigar superba præsumptione, nec mergar desperatione.[ET] si[HABITAVERO] mente, non in medio, vbi mergerer, sed[IN extremis maris] id est in fine sęculi, non vt seculum amem, sed eius finem, in quo sit mihi requies. Illuc ergo iam volemus spe & desiderio, habentes alas geminæ charitatis: sed & ipse illuc nos ducit. Vnde subdit,

9 Etenim illic manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.

Ex Aug. ETENIM illuc] q.d. & potero habitare,[ETENIM illuc manus tua deducet me] vt erigar, quasi in aëre, non tangēs cælum per elationem, nec terram per desperationem.[ET tenebit me] ne recidam, sed perseuerem,[DEXTERA tua] id est gratia tua. Considerans autem longinquitatem viæ, & qualiter abundante iniquitate refrigescit charitas, subdit, Matt. 24

10 Et dixi, forsitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in delitiis meis.

Ex Aug. ET dixi, forsitan] q.d. Ita cogitaui volare &c. Et cum cogitarem,[DIXI] mihi,[FORSITAN tenebræ] scilicet tot mala seculi,[CONCULCABUNT me.] Abundat enim iniquitas seculi, qua pennæ charitatis refrigescere possunt. Et quia in nocte desperaui transire mare, id est per

me. Ideo [ET nox] facta est [ILLVMINATIO mea] .i. hęc tota misera vita, facta est mihi illuminacio. Et hoc, [IN delitijs meis] id est per delitias meas. Nostrę delitię Christus est, de quo exultamus. Venit enim mulier, scilicet sapientia dei, quæ drachmam, vbi est imago regis, id est hominem factum ad imaginem dei perdiderat, & accēdit de se lucernam, quæ de luto est, id est carnem luce diuinitatis repleuit, noctémq; illuminauit: & nocte illuminata inuenit drachmam. Vel ita, Nox, quæ prius erat horror, est, Illuminatio mea in delitijs meis. i. illuminata est delitię meæ. Et bene dico quod a te est illuminata,

Lucæ 15

11 Quia tenebræ non obscurabūtur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.

Ex Aug.

QVIA tenebrę] .i. peccata & homines mali, qui cū peccāt, vtiq; sunt tenebræ. [NON obscurabūtur à te] sed flagellando erudis homines, vt confiteantur peccata, & confitentes vera luce illuminas. Qui enim non confitetur peccata, tenebras suas tenebrat: sed si confitetur, deus illuminat. [ET] ô domine, [NOX] huius noctis, [ILLVMINABITVR] à te, [SICVT] & [DIES] eius noctis. Notādum quod nox illa quā supra posuit, id est hæc vita misera, & noctem habet & diem. Huius enim nostræ noctis, id est humanæ vitæ miseræ nox, est seculi aduersitas: dies eiusdem prosperitas. Sed si deus inhabitat in anima promittens aliam lucem, illuminat noctē huius noctis sicut diem docens, scilicet non lætari prosperis, vel frangi aduersis. Et tunc incipit homo his indifferenter vti. Et sic est ei nox huius noctis, vt dies eius: & in omni tempore benedicit deum, vt Iob. [SICVT tenebræ &c.] q. d. & cum hoc sit, [SICVT tenebræ eius] noctis, sunt mihi, id est aduersa, [ITA] indifferēter, [ET lumen eius] id est prospera. & si hoc est, tenebrę non conculcabunt me, quem lumen non extollit. Et quasi quis diceret, vnde hæc differentia est tibi? respondet,

12 Quoniam tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris meæ.

Ex Aug. & gl. int.

QVONIAM tu] ô domine, [POSSEDISTI renes meos] q. d. hæc indifferentia est mihi, quia interior possessor nō solū cor. i. cogitationes tenet, sed etiā renes. i. delectationes: vt nō delectet me lux noctis, sed lux sapientię. Dico possedisti, [AT suscepisti me] Præposterè hic dicit. Prius. n. est suscipere, q̄ possidere. Suscepisti inquā, [DE vtero matris meæ] id est consuetudine ciuitatis meæ Babyloniæ. in qua prius sum natus, sum captiuus: vbi non indifferenter habebam lucem & tenebras noctis. ¶ Aliter ab illo loco, Si ascēdero: & legitur similiter in persona mēbrorum. q. d. nescio quo fugiam à facie tua, quia, Si ascendero, mente, In cælum. i. ad supercælestes angelos. Tu illic es, quia quod perstitit angelus, tuum est. Et, Si descēdero ad infernū. i. ad eos angelos, qui nō perstiterunt, Illic etiam, Ades, per vindictā. &, Si sumpsero pēnas meas. i. si bona facere volo, In diluculo, virtutum. Et si habitauero, In extremis maris. hoc nō mutatur. s. Ades. q. d. nō sine te possum hoc facere. & verè, Etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. hoc nō mutatur: Et dixi. i. deliberaui, etiam sic, Forsitan tenebræ cōculcabunt me. Tenebras dicit illam inferiorē partem rationalis creaturę, nobis cōtrariam insistētem. s. iniquos homines, vel carnem, vnde timet. Et est, Tenebræ cōculcabunt me. i. inferior rationalis creatura, tenens sinistram viam, Forsitan cōculcabunt me. Ita timebam, sed, Et nox, facta, Illuminatio mea, erit, In delitijs meis. i. illi etiam qui prius nox erant Illuminati, erunt, In delitijs meis. Bene dico illuminati, quia, Tenebrę, id est peccatores, nec obscurabuntur à te, sed illuminabuntur. Et nox, id est peccator de gentibus, illuminabitur à te sicut dies, id est sicut sancti de Iudæis. Dico quod nox illuminabitur a deo. Et sicut sunt, Tenebrę eius, noctis, ita & lumen eius, dei. Quatenus nāque agnoscis tenebras tuas, tatenus deus ignoscit. Sed vnde hæc prædicta mihi? Quia tu possedisti renes meos, suscepisti me de vtero matris meæ. hæc non mutantur.

Ex gl. int.

Ex Aug.

Ex Alc.

13 Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua: & anima mea cognoscet nimis.

PARS III

CONFITEBOR tibi] Tertia pars, vbi dicit quāta est exultatio & multiplicatio reuolansi ad deū, deo illuminante, & renes possidente. q. d. Quia suscepisti me, ideo, [CONFITEBOR tibi] id est laudabo te, [QVIA terribiliter magnificatus es, vel mirificatus es, id est eo ipso quo te miramur terribilis es, & ita cum tremore gaudemus, quia timemus ne superbi perdamus quod humiles percipimus, [ET mirabilia] sunt [OPERA tua] non modo tu es mirabilis, [ET anima mea non cognoscet nimis] vel valde. Iam cognoscit anima mea valde, ante erat mira scientia tua ex me, nec poteram ad eā, sed modo possum, quia noctem illuminasti, renes possides, de vtero suscepisti, idest quia venit mihi gratia tua, & illuminauit me. Et merito cognoscit, quia,

Ex Aug.

14 Non est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ.

OS meum quod fecisti in occulto, nō est occultatum a te.] Os hic dicitur ab osse, non ab ore, est ergo quædam firmitas interior, quæ est abscondita hominibus: sed tu qui fecisti eam, vides quæ frangi non potest. Occidi enim possunt sancti, sed flecti nequeūt. Vnde hominib⁹ tristes esse extra videbantur: deo autē, qui intus videt, gaudent. Vnde Apost. Quasi tristes, semper autem gaudentes. [ET substantia mea] est [IN inferioribus terræ] id est ego subsisto in carne corruptibili, & tamen os non cedit malis huius regionis inferioris. non ita mirum est si angelus est fortis, quoniam si caro est fortis, quod est ex osse occulto.

Ex Aug.

2 Cor. 6

15 Imperfectum meum viderunt

oculi tui: & in libro tuo omnes scri bentur: dies formabuntur & nemo in eis.

IMPERFECTUM meum.] Qui hucusq;
Ex Aug. locutus est ex persona corporis : hic iam loqui-
tur in persona capitis in eadem voce. q.d. Mihi
fecisti os occultum , sed quid de his fiet in qui-
bus non est hęc fortiendo? Christus qui ab initio
psalmi cœpit loqui, post interposita membro-
rum verba , item dicit patri ex persona sua. Et
[IMPERFECTUM meum viderunt oculi
tui] quia etiam titubantes respicit deus miseri-
corditer, vt Petrũ, ne pereant. [ET in libro tuo]
scilicet in me, quem dedisti formam iustitiæ ho
minibus, [SCRIBENTUR] id est instruentur,
& nominabuntur, Omnes, non modo perfecti,
sed & imperfecti. Non ergo desperent. ¶ Ali-
Ex Hil. ter ab illo loco, Intellexisti, & legitur ex perso-
na capitis, scilicet Christi, qui secundum quod
homo loquitur ad patrem, sicut in primo versu
cœpit. q.d. Probasti me & cognouisti me, Intel-
lexisti, etiam, Cogitationes meas de lõgè, pręsciẽ
tia deitatis hic ostenditur, quæ de longè intelli-
git, nõ loco, sed tempore: quia omnia antequam
fiant videt. Intellexisti cogitationes meas, semi-
tam meam, & funiculum meum inuestigasti. Se-
mita ad tacitas cogitationes pertinet , directio
Ex Cass. ad iusta iudicia. Vel semitam dicit arctiora pręce-
Ex gl. int. cepta, quæ seruare docuit: funiculum hæredita-
tem æternam, quam pro illis obseruatis promi-
sit. Et omnes vias meas præuidisti. Viæ perti-
Ex Hilar. nent ad humanos actus, quibus in mundo con-
uersatus est. Hæc omnia dico te nouisse, Quia
dolus non est in lingua mea, vt in lingua Adæ,
& filiorum eius: ego autem non nisi veritatem
loquor, quamuis dixerim quædam quæ viden-
tur sibi aduersa, vt illud, Pater maior me est. &
Ioann. c4 illud, Ego & pater vnum sumus , quæ non esse
Ioan. 10 contraria ei aduertit , qui quid secundum quid
dicatur, animaduertit. Secundum humanitatem
nanq; pater maior filio: secundum diuinitatem
æqualis est patri filius, & cum eo vnum Et verè
non est dolus, quia, Ecce domine tu cognouisti
omnia nouissima, de incarnatione: Et antiqua,
Ioann. 1 scilicet quæ sunt de æterna diuinitate. Nouissi-
Esaiæ 9 mum est, verbum caro factum , scilicet puer na-
Ioann. 1 tus est nobis. Antiquum, In principio erat ver-
bum, & verbum erat apud deum. Hæc sunt no-
Ex Alcu. ua & vetustissima, de quibus in Leuitico Moses
Leu. 26 ait, Vetustissima veterum comedetis , & nouis
superuenientibus vetera abiicietis. Alia sunt ve
tera, alia sunt noua, alia vetustissima. Vetera sunt
Ex Hilar. promissiones legis & prophetarum de venturo
& Cass. tunc Christo. Noua sunt promissionum imple-
tio, veritatis exhibitio. Vetustissima, quę ad di-
uinitatis æternitatẽ pertinent. Nouis ergo su-
Ex Alcu peruenientibus vetera sunt proiicienda, sed ve-
tustissima seruanda: quia exhibita veritate do-
minici aduentus, figura & promissio cessare de-
bent. Inde est quod tres missæ in natali celebran
tur. In prima de æterna filij genitura cantatur,
Dominus dixit ad me. In secũda de promissio-
ne aduentus, Lux fulgebit &c. In tertia de im-
pletione promissionis, Puer natus est nobis. Et
quia idem ille qui est dei filius, factus est homi-
nis filius, ideo in illo missæ officio vbi cantatur
de æterna genitura , Dominus dixit ad me &c.
legitur euangelium de tẽporali Christi natiui-
tate, Liber generationis: & in missa vbi cãtatur
de tẽporali Christi natiuitate, legitur euangeliũ
agens de æterna verbi genitura. Cantatur enim,
Puer natus est nobis, & legitur, In principio e-
rat verbum. Et quia veritate exhibita figurę ces
sare debent, ideo officium missæ ad promissio-
nem pertinẽs sequentibus diebus nõ repetitur,
sed illud quod pertinet ad promissionis comple
tionem, scilicet, Puer natus est nobis. Hæc ergo
sunt nouissima Christi, & antiqua, quę nouit pa
ter, & cui filius reuelat: quæ abscõdit à sapienti
bus & prudẽtibus. i. de scientia intumescentibus
Scribis. s. & Pharisęis omnibúsq; hæreticis, qui
nouissima & antiqua in Christo recipere refu- Matth. 11
giunt. Tu formasti me, secũdum hominẽ, Et po Ex Hilar.
suisti sup me manũ tuã, vt iuuares me. Vnde, Ma
nus enim mea auxiliabitur eũ, quam manũ non Psalm. 18
posuisti super primũ hominem. Et scientia tua Ex Cass.
ex me. i. per meam prædicationẽ, Facta est mira- & gl. int.
bilis, hominibus. Scientia enim patris per Chri
stũ prædicata facta est mirabilis hominib⁹, qui-
bus tot arcana patuerunt. Per illum vero. s. per
primũ hominem despicabilis fuit, &, Conforta-
ta est, in pectoribus hominũ, cum firmiter cre-
diderũt: sed per illũ, scilicet Adam, infirmata est.
Et, tamen. Nõ potero ad eã. Ex eo quod homo,
veritas humanæ conditionis ostẽditur, cum ait, Ex Hilar.
Nõ potero ad eam, quia homo assumptus diui- & Cassio.
næ substantiæ non potest æquari in scientia vel
in alio. Deinde ostẽdit pręsentiam dei nihil pos-
se latere, subdens, Quo ibo à spiritu tuo, & quò
fugiam à facie tua? id est à pręsentia tua fugiamẽ
nusquam, quia, Si ascendero in cælũ, vt in ascen
sione fecit, Tu illic es, vbi sum locãdus ad dexte
ram tuã. Et, Si descẽdero ad infernũ, vt fecit cũ
expirauit, Ades, cuius virtute debellauit aëreas
potestates. Et, Si sumpsero pẽnas meas, quæ po-
testatis meæ sunt. i. efficaciam deitatis, qua cor-
pus de sepulchro leuauit, & hoc, Diluculo. i. an-
te lucẽ, Et habitauero in extremis maris. i. Super
finẽ seculi, tu ades. Has vtiq; pẽnas sumpsit Chri
stus ante lucẽ. i. tempore resurrectionis, & habi-
tauit, In extremis maris, super seculi amplissimũ
finẽ. Et verè ades, Etenim illuc manus tua dedu
cet me, & tenebit me dextera tuã. i. filius tuus. s.
verbũ mihi vnitũ, Et dixi, hoc, Forsitan tene-
bræ conculcabunt me. Ironia est, & irrisio opi-
nãtium hæc, quod ipse qui est lux mũdi cõculce
tur à tenebris. Nõ ergo dubitatiuè hoc dicit, sed
ad irrisionẽ illorũ qui hæc opinantur: ac si dice-
ret, Vtiq; hoc nõ facient, sed ego potius eas cõ-
culcabo, quia auferã cæcitatẽ. Et. i. quia, Et nox,
erit, Illuminatio mea i. illi qui prius erant nox,
Illuminabũtur à me: & illuminati erunt, In deli-
tijs meis Et verè nox est illuminatio, quia, Te-
nebræ, id est mystica scripturarum, Non obscu-
rabuntur à te, & nox. i. tenebrosus & obscurus ser Ex Cass.
mo, Illuminabitur sicut dies, id est patebit sicut
apertus sermo, & , Sicut , sunt, Tenebræ eius,
scripturæ, Ita & lumen eius, quia in verisq;, scili-

Ex Hilar. cet In apertis & In opertis, similis veritas est, &
& Cass. vtraq; per Christum reuelata sunt. Ideo tene-
bræ non conculcabunt me, Quia tu possedisti re
nes meos, vt sine peccato fieret conceptus meus
& ortus. Et suscepisti me de vtero matris meæ,
virginis, tua enim operatione totũ factũ est hoc.
Ideo, Cõfitebor tibi, id est laudabo te, Quia ter
ribiliter, per me, Magnificatus es, per illum, scili
cet Adam, decidit homo. Per me eminuit quàm
sis magnificus. Et, Mirabilia, sunt, Opera tua, cir
ca me, vt patuit in passione, & in resurrectione,
Matth. 11 & in cæteris. Et anima mea cognoscet nimis,
Ex gl.int. quia nemo nouit patrem nisi filius. Et, Non est
occultatũ os meum, id est diuinitas à te, Quòd
fecisti in occulto, id est fecisti malis occultum.
Et substantia mea, secundum hominem est, In
inferioribus terræ, id est de de fragili terra. Ille
Ex Aug. primus homo inter angelos creatus fuit, nec ta-
men stetit. Ego inter peccatores natus non pec
caui. Et ideo, scilicet propter prædicta, Oculi tui
viderunt, misericorditer, Imperfectum meum,
Ex gl.int. id est imperfectos, non modo perfectos. Et in li-
& Haym. bro, scilicet in me, Omnes scribentur, hoc non
mutatur. Et, Dies, id est maiures, vt apostoli, sci-
Psalm. 18 licet de quibus dicitur, Dies diei eructat verbũ,
Formabuntur, in me, à quo perfectionem gra-
tiæ sumunt. &, Nemo, meorum formabitur, In
eis, quia non dicuntur esse Petri vel Pauli, sed
Christi, à quo Christiani dicuntur. Sed tamen,

16 Mihi autem nimis honorifica
ti sunt amici tui deus: nimis confor
tatus est principatus eorum.

Ex gl.int. MIHI autem nimis] id est vălde [HONO-
rificati sunt] quia sunt [AMICI tui] ô [DEVS
& principatus eorum confortatus est nimis] vl-
Ex Aug. tra quam dici possit, vel nimis ponit pro valde.
Vel ită, vbi habetur, Dies formabuntur, secun-
dum aliorum editionem legitur alia litera, scili-
Ioann. 12 cet, Per diem errabunt, & nemo in eis. Dies hic
manens adhuc Christus erat, vnde dicebat, Am
bulate dum lucem habetis, qui inter suos multa
Matth. 26 mira fecerat, & tamen imperfecti trepidabant,
vt Petrus, ne in morte eum perderent. Et hoc
est quod hic ait, Omnes scribentur, sed tamen,
Per diem errabunt. Imperfecti adhuc, id est de
Christo non recte sentientes errabunt. Et ne-
Matth. 26 mo, prorsus fuit, In eis, qui non erraret, nec etiã
ille qui dixerat, Tecum ero vsque ad mortem,
scilicet Petrus, qui illum confessus fuerat dei fi-
lium, sed tunc timuit, ne sicut hominis filius mo
reretur, & non resurgeret vt dei filius. Erat vtri-
que filius dei, erat & filius hominis. Filius dei e-
rat in forma dei, patri æqualis, filius hominis in
forma serui, in qua patre minor est. Timuit er-
go Petrus, ne in forma serui periret forma dei,
& non potius præsumpsit, quia ex forma dei re-
uiuisceret forma serui. Per diem ergo errauerũt,
cum hic positum dominum non intellexerunt:
sed non perierunt, quia imperfectum meum vi-
derunt oculi tui. Et scilicet errabunt, Mihi ta-
men, Nimis honorificati sunt. Idem ipsi qui er-
rabunt, & ipsi in quibus nemo fuit, qui non er-
raret. Amici tui facti sunt, ô deus, & mihi ho-
norificati sunt nimis, quia factum est in illis os
in occulto post resurrectionem, quando sunt in-
duti virtute ex alto. Quo confirmati verbum
dei vbique prædicauerunt, & pro eius nomine
passi sunt, in cuius passione trepidauerunt, [ET
nimis confortatus est principatus eorum] quia
facti sunt apostoli duces, & greges, & pastores
ecclesiæ.

17 Dinumerabo eos, & super are
nam multiplicabũtur. & surrexi, &
adhuc sum tecum.

DINVMERABO eos] q.d. merito eos con Ex Aug.
fortaui, quia ego, non aliquis homo, Dinumera-
bo eos, quos in fide genuerunt, [ET] ipsi enu-
merati [SVPER arenam multiplicabuntur]
q. d. tam innumerabiles sunt nati per illos qui
per diem errauerunt, quàm innumerabilis est a-
rena. Dum ait, Dinumerabo, ostendit quod deo
numerabiles sunt: subdens vero, Super arenam
multiplicabuntur, ostendit nobis innumerabiles
esse. Vel ita dico, Confortatus est principatus Ex Hilar.
eorum, & putásne paucos bonos per eos esse na Genes. 22
tos? ne putes, quia, Dinumerabo eos, qui sunt
stellæ, scilicet bonos. Et multiplicabuntur super
arenam, id est super Iudæos, qui propter steri-
litatem arena dicuntur. Vnde in promissione
dictum est Abrahæ, Multiplicabo semen tuum,
sicut stellas cæli, & sicut arenas maris: per stellas
populus Christianorũ intelligitur, qui nume-
rosior est populus Iudæorum, qui arenæ compa
rantur propter sterilitatem. Et hoc totum ideo,
[ET] id est quia [SVRREXI] à morte [ET ad- Ex Aug.
huc sum tecum] nondum cum ipsis per noti-
tiam, quia nondum agnoscunt, quia non mox
post resurrectionem Christum agnouerunt, si-
cut in euangelio legitur. Vel ita, Surrexi, & ad-
huc, id est toto tempore vitæ præsentis, Tecum
sum, id est occultus ad dexteram tuam, donec o-
mnibus videar in iudicio. Toto enim hoc tem-
pore Christus in occulto est ad dexteram patris
antequam reueletur in ea claritate in qua ven-
turus est. Vel ita, Surrexi, à morte: hoc non mu- Ex Alcu.
tatur. Et adhuc, id est post mortem, Sum tecum,
sicut ante mortem, quod putauerunt se tulisse
Iudæi. Vel ita, &, Adhuc, scilicet in ipsa morte,
Sum tecum, quod non videtur de mortuo. Vel
ita, Ego surrexi, Et, licet resurrectio sit signum
diuinitatis, tamen, Adhuc sum, occultens pluri-
bus, Tecum, id est vt tu. Deinde subdit ea per-
sona membrorum, quid interea patitur, per com
mixtionem malorum in ecclesia, & per separa-
tionem hæreticorum, dicens,

18 Si occideris deus peccatores: vi
ri sanguinum declinate à me. PARS IV

SI occideris.] Quărta pars, vbi dicit quo-
modo à malis nõ noceatur ei. Ordo verborum Ex Aug.
talis est. q.d. tecum sum, sed tamen adhuc pa-
tior ab hæreticis in corpore meo, quod est eccle
sia, quia ô [DEVS si] id est quando [OCCIDE-
RIS peccatores] id est hæreticos, qui fastu su-
perbiæ se ab alijs corporaliter diuidunt: qui oc-
ciduntur, cum per superbiam qua tumescunt,
amittunt gratiam. Accipiant, vel accipient, ipsi
occisi, In vanitate ciuitatem suas, id est populos

suos vanos, eorum vanitatē sectantes, qui ipsos
nomine iustitię inflatos sequūtur, dirupta vni-
tate. Est autem occasio inflatis hæreticis sedu-
centibus populos, separandi se & illos ab vni-
tate: talis. s. quia mali ibi, id est in ecclesia sunt,
quibus nolunt misceri. Et sunt vere in ecclesia,
non modo boni quos infamāt: sed & certe mali.
Et hac occasione, se & alios à bonis diuidunt
corporaliter. Et etiā ideo, quia deus monet bo-
nos, vt à malis se separent. Ideoque interponit
[VIRI sanguinum declinate à me.]

16 Quia dicitis in cogitatione: ac-
cipiant in vanitate ciuitates suas.

QVONIAM dices] alia litera [IN cogitatio-
Ex Aug. ne] q. d. Ideo [ACCIPIENT] hæretici [IN va-
nitate ciuitates suas,] id est, ideo seducent in se-
paratione propria populos, Quia, tu ô, Deus
dices, id est immittes, In cogitatione, iusti, vt di
cat malis. hoc, Viri sanguinum declinate à me,
id est, quia mones bonos vt à malis se separent,
non vtique loco, nō corpore: sed mente, non a-
petere adhuc, ne & bonos deserant: sed puritate
vitæ. quod autem modo dicit deus malis in co-
Matth. 7. gitatione bonorum, in iudicio dicet aperte, A-
men dico vobis, nōnoui vos. Hæretici ergo qui
innocentes sæpe infamant, quos tanquam ma-
los se fugere simulant, vidētes malos inter quos
triticum gemit, vsurpant hanc auctoritatem, &
dicunt imperitis vt separent se à malis corpora-
liter, qui cum bonis sunt, quia deus monet iu-
stos, vt dicant, Viri sanguinum declinate à me.
Et ideo nisi id fecerint quod deus monet eos,
non esse, iustos dicūt: sed non sicut hęretici pu-
tant, illud monet deus. Nō enim monet vt ante
nouissimam ventilationem, vt putant hæretici,
se corporaliter diuidāt à malis, sed per vitæ dis-
similitudinem se seiungant à viris sanguinum.
Viri autem sanguinum sunt, qui oderūt fratres,
sicut Ioannes dicit, Qui odit fratrē suum, ho-
1. Ioan. 3 micida est.

20 Nonne qui oderunt te domi-
ne oderam: & super inimicos tuos
tabescebam?

Ex Aug. NONNE qui oderūt te] q. d. Hęrētici non in-
telligentes accusant in bonis cōmunionem ma-
lorum. Sed quid mihi calumniantur, dicit cor-
pus Christi de commistione malorum? Nonne
etiā mixti illis separati sumus ab illis? quod ita
ait, [NONNE] ô [DOMINE oderā] illos [QVI
oderunt te] Cur exigūt à me corporalem à ma-
lis ante tēpus messis separationē vt ante tēpus
ventilationis perdā tolerantiam sustinendi pa-
Matt. 13. leam? vt anteqnā omnia genera piscium ad fi-
nem seculi, tanquam ad litus separanda perue-
niant, retia pacis vnitatisque dirumpam? [ET]
nonne [SVPER inimicos tuos] quos videbam
præterire legem tuam [TABESCEBAM] vti-
que zelo domus tuæ vidi insensatos. Et, Tabe-
scebam. q. d. sacramentis malorum, non factis
communico. Et zelo domus tuæ super eos ta-
besco, sed tamen,

21 Perfecto odio oderā illos: ini-
mici facti sunt mihi.

PERFECTO odio oderam illos] id est, ini- Ex Aug.
quitates eorum odi, non naturam. hoc est perfe
cto odio odisse, vt nec ꝓpter vitia homines o-
deris, nec propter homines vitia diligas. Quo-
modo ergo cōmixtione malorum contaminor,
sicut calumniātur mihi hæretici? de quibus ad-
iungit, & [INIMICI facti sunt mihi] non tan-
tum dei, sed & mei inimici sunt, in quo illos o-
dio habeo.

22 Proba me deus, & scito cor
meum: interroga me, & cognosce
semitas meas.

PROBA me deus] hūcusque egit de hæreticis Ex Aug.
& aliis eos sequētibus ab ecclesia separatis, nūc
etiam agit de malis vel fictis sibi cōiunctis, quos
patitur ecclesia, & gemit. q. d. hęretici se & alios
separāt, ergo cum separatis hæreticis, & suis se-
quacibus restent mali inseparati, inter quos ge-
mit ecclesia, quos & patitur, quid ait ipsa? Vide
quid, ô tu deus [PROBA me, &] ꝓ id est [SCI-
to cor meum] quia non consentio factis malo-
rum, tu deus proba. tu scito, quod nō potest ho-
mo, non hæreticus, qui nec probare nouit nec
scire cor meum: sed tu solus qui rimaris occulta
cordium. Ecce quid ait proxima Christi inter
filias. Hæ sunt voces eius, [PROBA me deus, &
scito cor meum.] Hęc conscientia munda est, &
species filiæ regis intrinsecus est, quæ est inter Cantic. 2
filias, vt lilium inter spinas. q. d. Illi sunt inimi-
citu verò deus, Proba me, & scito cor meū [IN-
TERROGA me] vt negare nōn possim. q. d.
quęstionibus interrogatus, non potest negare
quę gesta sunt [ET cognosce semitas meas] id est
perscrutare cōsilia & cogitationes. vt quid? ecce

23 Et vide si via iniquitatis in me
est: & deduc me in via æterna.

ET vide si via iniquitatis in me est] faciendo Ex Aug.
vel cōsentiendo. si quid autem inueneris in via
mea, quod oculis tuis displiceat, quia via mea,
mortalis est. Tu [DEDVC me in via ęterna] quę
est Christus. Christus enim æternus est, qui di-
xit, Ego sum via veritas & vita. In hac ergo via, Ioan. 14
nulla est iniquitas, quia si quis peccat, aduoca- 1. Ioā. 14.
tum habemus apud patrem Iesum Christum.
¶ Vel ex persona capitis potest accipi ab illo Ex Hay
loco [SI occideris] q. d. Et quia surrexi & tecum & gl. int.
sum, ideo ô Deus, pater, Si occideris peccato-
res, in futuro, dicens, Viri sanguinum declinate
à me. Ideo, Quia dicitis, de præconibus meis, In
cogitatione, quod peius est quā dicere ore. hoc
inquam dicitis, Accipiant in vanitate ciuitates,
non quidem in æternitate, Ciuitates suas, id est
populos suos. Si inquam occideris, Nonne qui
oderunt te domine oderam? vtique. i. si occide-
ris, & ego occidam. Et, nonne, Super inimicos
tuos tabescebā? irascēdo peccatis eorum? vtique.
Et, Perfecto odio oderā illos, non mutatur sen-
sus. Et, Inimici facti sunt mihi, nec hoc mutat.
Proba me deus, quam libere cuncta egerim. Et Ex Hier.
scito cor meū: interroga me & cognosce semi- & Cass.
tas meas, quibus mundum pertransiui. Et vide

si via iniquitatis in me est. Hoc secure dicit, in quo princeps mũdi nihil inuenit, vel habuit. Et deduc me, hominem ad dexteram tuam, In via æterna, id est, per verbum tibi coæternum.

COLLATIO
In psalmũ 138, Domine probasti me, & cognouisti.

2 COGITATIONES meas.] Heb. רֵעִ rei. D. Hieronym. Inclinauit id vocabuli a רוֹעַ roa, quia vertit malũ meum. Sic & Interpretes pro Caietano. Pellican. Deformauit à radice רָעָה reah, id est sociauit, vertit enim amicum meum. Videtur secutus Chaldæum interpretem, qui habet vestigantes sum quo sim in societate ecclesiæ tuæ. Translator ad Cãpensem à themate רָאָה raah, quia trãstulit prospicis victui meo. Septuaginta quibus astipulantur Pratensis, Nebiensis, Sanctes, Munsterus, & Campensis ab eodẽ themate, secundum aliam significantiam.

PVNICVLVM.] D. Hieronymus & cæteri iuniores traducũt accubitionem, seu accubitum meum. Cæterum dicitur deus cognoscere funiculum meum, quando nouit quousque peruenturus sum, vt illic conquiescam, quod est accubare, sicque id sensus emergit, quanquam fortasse Septuaginta acceperint vocabulũ per metathesim, quod aliquoties solitũ est fieri, vt sit עִרְבִּי irbi, pro רִבְעִי ribei. Siquidẽ עֵרֶב ereb. interim notat tegmen seu filum quod staminí subtexitur.

INVESTIGASTI.] D. Hieronym. & nõnulli alii, ventilasti. Pratensis & Munsterus, circundedisti זֵרִיתָ zeritha. Sed euẽtilare & inuestigare ad propositũ idem valent, ac rursus hoc & illud prouidẽtiam dei circa peccatores reuocandos insinuant.

3 NON est sermo.] Romana psalmodia, quam D. Augustinus imitatur, habet non est dolus. Et ita nunc Græci codices habẽt οὐκ ἔστι δόλος. Atqui D. Hieronymus ad Suniam, censet esse de sexta editione. Apud septuaginta & omnes alios interpretes secus dicit haberi.

4. TV cognouisti omnia.] Hic faciunt distinctionem Heb. ac iuniores transferũt totũ ipsum D. Hieronymus, & Nebiensis, omnia. Chaldæus paraphrastes, cogitationes cordis mei omnes. Deinde quod sequitur nouissima & antiqua copulatur verbo subsequẽti, & dicũt, Retrorsum & ante formasti me. Tota diuersitas pendet ex hoc quod Septuaginta אָחוֹר ahor, & קֶדֶם quedem, acceperũt sub significatu nominis. q. d. Tu cognouisti omnia quæ sunt nouissima, & quæ fuerunt ante, eoque sensu facienda erat altera periodus in altero ordine. Non enim distinctio pausarum, in Hebr. semper facit distinctionem sententiarũ. Si Septuaginta sequimur authoritatẽ ex visione qua dicitur, ante & retro, cabalistæ somniãt hominem fuisse creatum cum duobus vultibus, anteriori & posteriori.

8 SI sumpsero pennas meas diluculo.] Ac ad eum modũ D. Hieronymus pluraliter meas. Cæterum alii vertunt diloculi sine auroræ, quia in Hebræo est status regiminis כַּנְפֵי שָׁחַר canpeschahar. Nõ dubito Septuaginta legisse aut extulisse כְּנָפַי cenaphai. i. pennas meas. Sic enim & Græci reddũt. In Heb. autem hæ literæ כנפי, possunt hoc aut illo modo dici. Idcirco frustra causatur ac rhetoricatur Faber, quod hic meas superfluũ sit, imo absordum. Siquidẽ D. Hilarius putat grande esse mysterium. Interpretatur enim de Christo, qui propria virtute ad immortalitatẽ euolauit. D. Augustinus pro diluculo, legit in directum, quod est de veteri trãslatione.

Christus ꝓpria virtute immortalis.

IN extremis maris.] Pro mari, Sãctes & Cãpensis, ponunt occidentem יָם iam, mare & plagam occidentalem significat, eo quod mare magnum (inquit Sanctes) est in occidẽte ad respectum terræ Israel. Omnes alii stãt à vulgata lectione. Deniq; sensus ne tãtillũ quidẽ variatur.

10 ET nox illuminatio mea in deliciis meis.] In Hebræo nõ videtur esse, in deliciis meis. Sed sciendum quod dictio hic posita, si simpliciter scribatur non signata pũctulis, manifeste poteris inuenire hoc, in deliciis meis. בעדני Nam pronũciando בַּעֲדָנַי baadanai, litera num erit essentialis à radice עָדַן adan, quod est delectari voluptate. Nec dubito Septuaginta hoc pacto accepisse, alioqui quid somniassent? Nũc autẽ legunt Hebræi בַּעֲדֵנִי baadeni, vbi litera, num, seruilis est, ac vertit D. Hieronymus circa me, vel (vt alii plerique volũt) pro me. Quin & Sanctes addidit de suo, verbũ, occultabit. Nox (inquit) occultabit lucem pro me. Alii nõ sic accipiunt, sed vt nihil deum latere possit. Vnde D. Hieron. in hũc locum, In Heb. sensus iste est, Et dixi forsitan tenebræ conculcabunt me: econtrario autem nox ipsa apud te lumen fuit, quia nihil celare te potest. Quod Symmachus melius interpretatus est, &c, Et nox lux circum me sedet.

Nox apud deũ dies est.

11 Sicut tenebræ eius ita & lumen eius.] Hic aduertendum quod pronomen eius, vtrobique est fœmininum, ac refert noctem quæ mox præcesserat. Id claret ex Græco ὡς τὸ σκότος αὐτῆς, οὕτως καὶ τὸ φῶς αὐτῆς. Cæterum magis arridet D. Augustinus, qui vtrunque censet pertinere ad noctem, quam Faber qui vult prius, referre noctem, sed posterius diem. In Heb. nũc non leguntur hæc relatiua, verũ Septuaginta acceperunt aspirationem, he, pro relatiuo fœminino, quod solent facere Hebræi, quando addũt punctum, quod vocant mappic, Hebraicantes autẽ sumũt illud, he, tanquã paragogen כַּחֲשֵׁכָה cahaschecah, כָּאוֹרָה caorah, vel sic כָּאוֹרָהּ כַּחֲשֵׁכָהּ.

13 TERRIBILITER magnificatus es.] In Heb. obscurum est, si ad verbum reddas נוֹרָאוֹת נִפְלֵתִי noraoth niphlethi, hoc est terribiliter mirificatus sum. D. Hieronymus legit sub actiua significatione, & vt iod sit nota ꝓnominis primæ personæ, aut duo iodim legerat. Dicit enim, Terribiliter magnificasti me, nisi quod sensum

aliter expressit, quam litera sonaret. Siquidē alii eandem intelligentiam quasi sequuntur verbis accommodatis. Pratensis ita, Terribiliter & mirifice formatus sum. Et ad eūdem modum Munsterus, & Campensis. Sanctes paulo aliter. Terribilia sunt opera tua, mirabilis sum. Tantum testat Septuaginta legisse נִפְלֵיתִי niphleta, diminutione iod. Nebiensis, & latina versio respondens chaldæo, sunt cum Hieronymo.

14 NON est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto.] Omnes interpretes pene conueniunt. Sanctes tamen & Munsterus, pro osse meo posuerunt corpus meum, vel substantiam corporis mei. Et Nebiēsis essentiam meā. Asserit autē Mūsterus, id se fecisse ex opinione Kimhi, qui accipit עָצְמִי atzam, pro גוּף guph, id est pro corpore. Sed eodem tendit intelligentia de plasmatione corporis humani, quod non subsistit nisi in ossib⁹. Vnde Chaldęus, Nō sunt abscondita ossa mea à te.

ET SVBSTANTIA mea in inferioribus terræ.] Propter verbum רֻקַּמְתִּי ruqqamti, quod est ꝓpeie distinguere variis colorib⁹, metaphoram diuersis modis extulerunt. Eō tandem veniunt, vt mirabilis significetur hominis formatio in vtero matris. Sic ergo D. Hieronymus, Imaginatus sum in nouissimis terræ. Pratensis, Formatus sum in inferioribus terrę. Pellicanus, Ingeniosissime cōtextus sum in inferioribus terræ. Sanctes, Variis membris decoratus fui instar operis phrygionici in vulua, quę est veluti pars inferior terræ. Munsterus, Variis distinctus mēbris in inferioribus terrę. Interpretes pro Caietano & Nebiensis, Acu pictus sum in inferioribus terræ. Paraphrasis Campensis, Veluti tapetum è neruis & venis, contextus sum in vtero matris, loco magis abdito, quàm vllum antrum terrę.

Mirabilis formatio hominis in matris vtero.

15 IMPERFECTVM meum] גָּלְמִי golmi, omnes interpretantur massam rudem & informem, seu fœtum in vtero incompositum. Vnde D. Hieronymus in commētariis, imperfectū hic pro incomposito posuit, quod etiam elementa hominis antequam formentur in vtero, cognoscat deus. Interim nescio quid secutus verterit translator ad Campensem, errores meos. Nec enim respondet ei paraphrasis, sicut nec sæpe alibi. Dicit tamen Sāctes in suo thesauro, quod eo nomine appellatur homo rudis, qui est absq; sapientia.

IN libro tuo omnes scribētur.] Quia ex Hebræo potest indifferenter verti omnes, vel omnia sub masculino & neutro. Et rursus, omnes, potest referri, vel ad homines, aut dies, aut oculos: ob id consequitur diuersitas interpretationum. D. Hieronymus lectionem nostram prorsus sequitur, ac exponit quod nullus nascatur absque volūtate dei, nec quisquam eius subterfugiat notitiam. Munsterus, Sanctes, Campēsis, referunt ad membra corporis, quorū omnium deus rationem habeat. D. Hilarius vult omnes, dici de oculis, quos interpretatur apostolos. In Hebręo habetur כֻּלָּם kullam, id est omnes illi, vel omnia illa.

DIES formabūtur & nemo in eis.] Hic locus varie redditur ex Hebręo, variat in Gręco, & dissimilis est apud Latinos. Pratensis & trāslator ad Campensem, assonant Septuaginta, & sensus est dies formatos esse, priusquā aliquis nasceretur, quanquam à deo præsnosceretur nasciturus. Si tamē altiorem sequamur intelligētiam secūdum Septuaginta interprete. D. Hieronymo, sic exponitur, Tu omnes in die formas, tu cūctos vis esse filios diei: sed nullus est in hominibus, qui nō peccato obnoxius fiat, & per hoc filius noctis esse incipiat, nec quisquā eorū luce ipsius diei toto vitæ suæ tempore digna perficiat. Vnde & apostol⁹ ad eos qui filii noctis esse cessauerāt loquitur, Nos autem fratres non sumus filii noctis, sed filii diei. Ex hoc arguitur quod nunc dixeramus in Græco variare. Siquidem colligitur ex verbis his D. Hieronymi Septuaginta vertisse ἡμέρας, hoc est die, eo quod carent Græci sexto casu, & ita comperimus plures codices habere, secundum quos quātum ad hanc partem, diui Augustinus & Hilarius, suos habēt cōtextus. Alii codices plane habēt ἡμέραι, hoc est dies, quos sequitur Arnobius vetustus author. Vnum tamen adnotādum est, quod eis, quando dicitur nemo in eis, non debeat referri ad dies, sed ad homines: dico si Græcos ac Septuaginta placet tenere. Nam constat apud eos esse masculini generis ἐν αὐτοῖς. Secus autē heb. quātum ad dies. Hinc D. Hieronymus hoc pacto reddidit, dies formati sunt, & non est vna in eis. Quæ quem sensum habeant in commentariis explicat, &c. Hunc locū Symmachus transtulit, dies quibus formati sunt, ne vna quidē ex eis deest. Et est sensus, Omne tempus ætatis, cui iam ab exordio vitæ istius sunt curricula deputata, certo fine decurrit. Nec vna dies aut plus aut minus est quantū conditor esse voluisti. Pellicanus non longe est ab hac sentētia. Dies (inquit) obseruabuntur, & non vnus in eis, scilicet est nobis assignatus ad nostrum arbitrium. sed statuta Periodus vitę à deo, præteriri nō potest à nobis. Sanctes & Munsterus, aliam faciunt intelligentiam in qua duo concordant. Ille dicit, Diebus multis membra formata sunt, nec fuit vnum ex eis tibi incognitū. Hic autē, Quę per dies formata sunt, cum adhuc nullū eorū extaret. Paraphrasis Campensis secus aliquanto, Quę etsi nō nisi multis diebus ad iustā magnitudinē excrescere possint, apud te tamen ô domine non est ea dierum varietas, sed vnus perpetuus dies. D. Hilarius legit, Die replebuntur, indicans quosdā codices habere, die formabuntur. D. Augustinus, omnino aliam habet lectionem. Per diem errabunt. In secunda tamen parte conueniunt, Nemo in eis. Iuxta Hilariū, die, id est Christo replebuntur apostoli, & nemo in eis præter diem, iuxta Augustinū. Per diem errabunt, scilicet infirmi relinquentes diē Christum, & nemo in eis, quia omnes fugerūt. Chaldęus paraphrastes, aliū refert sensum, In die qua creatus est mundus, à principio creatæ sunt omnes creaturæ, & non in vno die, vnico in illis.

Deus homine filios diei vult esse

Vita Periodus à deo statuta.

Dies vnicus apud deum.

16 MIHI autē nimis honorificati sunt amici tui deus] Omnes fere accedūt præter Sāctem,

Munsterum, Cāpensem, ac Nebiensem. Et mihi (aiunt) quam preciosę fuerūt cogitationes tuę. Alteram tamen interpretationē non tacet nec improbat Munsterus in scholio רֵעֶיךָ reeca, præceps est, cōmune cogitatinnib^9 socijs vel amicis.

NIMIS confortatus est principatus eorum.] Qui vertunt pro eo quod est principatus, capita, aut principes, paululo distāt. Qui vero trāstulerāt cogitationes in præcedēti clausula, perseuerātes in illo modo dicunt summæ earū, videlicet cogitationum, vel secūdum Nebiensem, computatio earū. Solus Hieronymus tradnxit, pauperes. Ex quo arguitur manifeste, ipsum legisse sine aleph רָשֵׁיהֶם raschehem, vbi habemus רָאשֵׁיהֶם raschehem, id quod & tetigit Eugubinus. Sed quū interpretatur de apostolis, eodem recurrit sensus, vt qui fuerint principes, & paupertatis primarii duces.

17 DINVMERABO eos & super arenā multiplicabuntur. Nulla est dissonātia apud translatores, nisi quod qui in superiori versu dixerāt cogitationes, ad eas hunc versiculum adaptant, tantum mutato genere rc re subiecta.

18 SI occideris deus peccatores: viri sanguinum declinate à me.] Solos inuenio Sāctem & Campensem, quibus placuerit distare à lectione vulgatæ, ad hoc tamē non cogebat Hebraismus. Itaque dicunt, Si occideris deus impium, & viros sanguinolētos, quibus dico, Recedite à me.

19 QVIA dicitis in cogitatione.] Pratensis, Quoniam loquentur de te in scelere. Sanctes, Qui dixerūt contra te abominationem. Munsterus & Campēsis, itidem. Sed fortasse D. Hieronymus, Pellicanus, translator ad Campēsem & Nebiensis acceperūt יֹמְרֻךָ iomeruex à radice מָרָה marah, id est rebellis fuit, quia vertūt, contradicent tibi scelerate, aut rebellāt per audaciā, quanquam regula exigit יֹמְרֻךָ iimreca. Alii autem ducunt ab אָמַר amar, deficiente aleph. Deinde לִמְזִמָּה limzimmah, à themate זָמַם zamam, quod est cogitare scelus. Et cogitatio de qua in nostra lectione, intelligitur secundum Cassiodorum deprauε. Quod autem habemus sub secunda persona, & si sensus nō lęditur, eo quod dirigebatur superior sermo ad viros sanguinum, & cōgrue subdebatur, quia dicitis, &c. Veruntamen colligimus Græcos codices variasse, & ex verbis D. Hilarii, & ex lectione quam cōperimus nunc in Græcis exemplaribus. Interpretatus proinde hunc locum D. Hilarius, ait, Latina translatio dum virtutē dicti ignorat, magnam intulit obscuritatem, non discernēs ambigui sermouis proprietatē. Quod enim nobiscum scribitur, quoniā dices in cogitatione, cum Græcis hoc modo est ὅτι ἐρεῖς εἰς διαλογισμόν. & illud, ἐρεῖς pronunciatione distinguitur, vt aut dicis intelligatur, aut cōtentio. vtrūque enim sub iisdem verbis significatur hoc dictū. Sed hi qui Hebraici sermonis scientiam consecuti sunt, non dicis, sed cōtentiones in eo quod ἐρεῖς, translatum esse prodiderunt. Et sane ita esse ratio & intelligentia mōstrabit. Viri (inquit) sanguinum declinate à me, ac paucis

Latinus interpres ob ignorātiā Hebræi sermonis obscurus.

interiectis. vt igitur viri sanguinum sunt, quorum adulans doctrina est, ita & viri sanguinum, quorum dolosa est doctrina. Dolosa autem doctrina hæreticorum, sub nomine Dei blasphema, sub prætextu religiouis impia, sub veritatis specie fallax. Quorum in animo & cogitatione, solum contentionis studium persistit, nihil ad salutem hominum laborant, nihil ad spem acquirunt, nihil pacificum cogitātes, vt omnibus his in cogitationibus labor sit, & pugnā meditentur. Hæc D. Hilarius. Cæterum alia est lectio apud exēplaria Grçca quæ licuit videre, tametsi eodem tēdat ὅτι ἐρεῖς εἰσι εἰς διαλογισμούς, hoc est quoniam litigiosi sunt in cogitationibus, vel vt alii habent ἐστε, hoc est estis. Deniq; cōtextus quo vtitur D. Augustinus est, Dices in cogitatione. Et in bonam partem refert, iuxta quod adducit magister.

Viri sanguinū hæretici q̄ rū dolosa doctrina.

ACCIPIANT vel accipient in vanitate.] נָשׂוּא לַשָּׁוְא nasu laschaue, A diuersis varie redditur. D. Hieronymus, Eleuati sunt frustra. Pratensis similiter ac Nebiensis. Pellicanus vertit sub nomine, eleuatio inanis. Interpretes pro Caietano, actiue ad verbum, sumpserunt, eleuanerūt frustra. Sed Sanctes, Mūsterus, Campēsis addiderunt quod eis videbatur, vtpote nomen tuum, assumpserūt in vanum nomen tuum dicit Sanctes. Munsterus, Assumiturque nomen tuum frustra. Campensis, Vsurpabant contemptim nomen tuū. Chaldæus, Qui iurant in vanum patroni inimicitię tuę. Denique nostra lectio respondet veritati Hebraicę, quanquā non seruatur verbi tempus. Cæterum, vt dicit Sanctes, potest esse hic נָשׂוּא nasu, pro נָשְׂאוּ nasu.

CIVITATES suas.] Omnes translationes præter eam quę est Pellicani, habent hostes vel aduersarios tuos, in eatu conuenienti regimini. Certe עָרֶיךָ areca, potest esse ab עָר or, quod est inimicus, vel ab עִיר ir, quod est ciuitas. Pellicanus quidem habet ciuitates, sed pronomen tuas, non suas, vt in Hebręo. Verū sicut in Gręco oportuit variare exemplaria, quum nūc legamus τὰς πόλεις σου, veteres autem latini cuiusmodi sunt D. Augustinus, Hilarius, Arnobius, Cassiodorus legerūt ciuitates suas: sic non minus probabile est contigisse Hebręo.

22 INTERROGA me.] Interpres Latinus videtur legisse in Græco αἴτησον, id est pete, pro ἔτασον, id est, examina, scrutare. Heb. בְּחָנֵנִי behoneni. Sed Hilarius & Arnobius, scribunt, interroga me, cum vulgata lectione.

SEMITAS meas.] שַׂרְעַפָּי sarcapai, hoc est cogitationes meæ. Et hæ profecto sunt mentis institutiones, quæ non absurde semitę cordis dicuntur. Affectibus etenim quasi quibusdā pedibus ingreditur anima. Vnde Chaldæus interpres, Cognosce affectus meos.

Sermitę cordis, affectus.

23 IN via æterna.] Ita D. Hieronymus & aliquot alii. Pratensis, Sanctes, & interpretes pro Caietano, vertunt per viam seculi, aut mūdi, quum tamen testificetur D. Hierony. ad cap. 1. ad Gal. עוֹלָם olam, maxime quum vau dici de

æternitate. Denique haud scio, quid sibi velit Paraphrasis Campensis, Patiar æquo animo, vt more aliorum impiorum occidas me. Verum Eugubinus docet esse Hebraicam dialecton, vt sit imprecatio. Si eum impiis sentio, duc me in viam mũdi, id est, in mortẽ ad quam totos mundus cõtendit. Et hoc est quod dicit Chaldæus, Dedoc me in via rectorum mundi. Hæc tamen non satis quadrãt sentẽtię Hieronymi, nec sanctorum expositioni.

CXXXIX. PSALMI TIT. In finem psalmus Dauid.

Ex Aug. ERIPE me] Titulus [IN finẽ psalmus Dauid] Pēr Dauid hic intelligitur ecclesia, quæ est corpus Christi. Et est hic cõquestio & gemitus & oratio corporis Christi inter malos constituti, nondum habentis in re, sed in spe bonum, vbi est plena exultatio. In hoc ergo psalmo sonat vox corporis Christi: hæc est vox nostra, si tamen sumus in corpore Christi vbi quisquis non fuerit in eis erit, inter quos illud corpus gemit, aut membrum Christi, aut hostis Christi erit. Et est sensus tituli, [PSALMVS] hic, dirigens nos [IN FINEM,] id est in Christum, est [DAVID,] id est ecclesiæ, quæ hic loquitur.

Ex Cass. Intentio. Mõnet vt cõtra mala seculi ad deum oremus. Modus. Tripartitus est psalmus, prius proponit qui hostes, quæ mala mouẽt, opponẽs eis preces. Secundo dicit, quod auxilium habeat contra mala, ibi, Dixi domino. Tertio, quæ fine mala inimicorũ aperit, ibi, Capur circuitus, &c. Ecclesia ergo inter malos laborans, clamat ò

RIPE me domine ab homine malo: à viro iniquo eripe me.

Ex Aug. DOMINE eripe me ab homine malo] nõn ab vno, sed à toto genere malorum, cum principe suo diabolo, qui & homo

Matth. 13 dicitur in figura. Vnde, Inimicus homo hoc fecit, qui superseminauit zizania: & vir dicitur, quia fortis ad nocendum, vnde subdit, [A viro iniquo eripe me.] Vir iniquus est qui nocet, omnis autẽ malus nocet. Vnde cum dixisset, Ab homine malo, quasi exponens subiunxit, A viro iniquo, volens significare, quod omnis malus iniquus sit qui nocet sibi vel alii. Alii quidem nocet, vel mox vt malus est vel postea. Sũt enim quidam mali, qui non vidẽtur iniqui, quia non sunt sæui, non sunt asperi, non sunt persequentes, & pressuras hominibus non facientes, sed tamẽ luxuriosi, ebriosi, voluptatibus dediti: qui & si aliis nocere non videantur, sibi tamen nocẽt, & ita non sunt innocẽtes. Innocẽs enim est, qui nec sibi, nec alii nocet. Si quis tamen alte cõsiderer, etiam aliis nocet, saltem exẽplo, quia viuit tecũ. & ad id quod agit te inuitat. postea verò nocebit, & opere. Cum enim quod habet voluptuose viuẽdo cõsumpserit: postea rapit aliis, quod effundere possit. Ex voluptate ergo & luxuria, quibus aliis nocere non videbatur. procedit quo te pũgit, sicut spinę in radice sunt lenes, sed inde procedit quod pungit. Incendatur ergo radix, & non est vnde procedat spina, ita dum aliquis voluptuose viuit, nulli nocere videtur. sed post rapit, quod effundit. Corrigatur ergo voluptas tãquam radix, & non nascetur rapina quæ pũgat velut spina. Deinde qualiter mali persequuntur, exequitur. Impũgnant Ex Alcui. tribus modis, scilicet lingua, manu, corde, & de corde præmittit dicens,

2 Qui cogitauerũt iniquitates in corde tota die cõstituebant prǫlia.

QVI cogitauerunt] q.d. Eripe me à populo Ex Aug. malorum, qui & si in labiis plerũque bona prętendãt, tamen [COGITAVERVNT iniquitates in corde] ab his maxime eripe. facilius enim vitaretur aperta inimicitia quam occulta. Ille enim difficile vitatur, qui in labiis bona portat, & in corde mala occultat, quia nulla pestis efficacior quã familiaris inimicus, & hi tales [TOTA die,] id est, cõtinue [CONSTITVEBANT prælia,] id est, schismata & hæreses, contra quæ pugnarem. de cordibus enim talium, bella semper perueniunt, & si verba sint pacata, per hoc quod ait, Tota die, cõntinua eorum nequitia Ex Cass. ostenditur, non lassata per moram. deinde qualiter lingua persequantur, ostendit.

2 Acuerunt linguã suam sicut serpẽtes: venenum aspidum sub labiis eorum.

ACVERVNT linguas suas,] id est, vẽrba nequitię suæ polluerunt. addit [SICVT serpẽtes.] Ex Cass. Congrue comparat eos serpentibus. In serpẽnte enim astutia & dolus nocendi est. Ideo & serpit, non habẽs pedes vt audiatur dum venit. In Ex Aug. itinere lenis est tractus, sed non rectus. Sic ergo mali serpunt ad nocendũ, sub leni cõtactu verborum habentes occultum venenum [VENENUM aspidũ,] id est venenũ insanabile. est [SVB labiis eorũ] In labiis alia habẽt. Deinde de persecũtione quæ fit manu. i. opere, subdit dicens, Ex Hila.

4 Custodi me domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.

CVSTODI me domine de manu peccatoris,] id est diaboli, quia validus est ad nocẽdum, Ex Cass. vnde princeps mũdi dicitur. Ideo, iste petit cu- Ioan. 12 stodiri ab eo, quia per multa diabolus fallit, quæ iste per se nequit præcauere [ET ab hominibus iniquis] id est, à mẽbris eius, per quos conatur, quod per se nequit [ERIPE me] vt non noceant. Nõ dico in causis seculi, sed in via domini vnde subdit,

5 Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi.

QVI cogitauerũt supplãtare gressus meos] id est, decipere à via Dei, scilicet retrahere, per Ex Cass.

Ex Caſſ. hoc quod ait, Supplantare, nõta quod vicinas
Ex Aug. viç dei foueas parãt. Deinde qui ſunt inimici oſtendẽs ſubdit, [ABSCONDERVNT ſuperbi laqueum [vel, muſcipulam [MIHI] ſuperbi hoc nomine breuiter totum corpus diaboli oſtendit & explicauit. Inde ſcilicet ex ſuperbia eſt, quod & iuſtos plerũque ſe dicunt, cum ſint iniqui. Inde eſt quod nolunt cõfiteri peccata. Inde etiam eſt, quod inuident veris iuſtis. Omnis enim ſuperbus & inuidus eſt, ſicut diabolus qui inuidit homini quod perdidit. Quia enim amiſit regnum, hominem illuc peruenire noluit, & non vult, & id agit nunc, vt homo illuc non perueniat, vnde ille eiectus eſt.

6 Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter ſcãdalum poſuerunt mihi.

Ex Aug. ET] illi ſuperbi quid fecerũt? ecce [EXTENDERVNT funes] vel reſtes [IN laqueũ mihi,] id eſt, peccata ſua, quæ mihi ſuadent facere, de quibus
Eſa. 5 dicit Eſaias, Vę his qui trahũt peccata, ſicut reſtem longam. Reſtes dicuntur peccata, quia in peccatis perſeuerantes addũt peccata peccatis: & cum deberent accuſatione peccati ſui corrigi, defenſione duplicant, vt qui defendit quod male egit, & plærunque aliis peccatis vult eſſe munitus propter illa quæ commiſit, fecit adulterium: & ne occidatur parat homicidiũ, addit peccato peccatum, ſcilicet adulterio addit homicidium, & pro illo rurſus forte veneficium, & ita producitur reſtis: nõ vtiq; de rectis, ſed de tortis filis, vt ſit ei vnde in fine ligentur manus & pedes, & mittatur in tenebras exteriores. Hos igitur funes, Extenderũt mihi, dicit vir iſte iuſtus. vbi extenderũt? ecce [Iuxta iter] vel, Semitas [Scandalũ poſuerunt mihi] Iuxta dicit iter, non in itinere. Iter ſunt præcepta dei. Non ergo exeas à via Dei, id eſt à pręceptis Dei, & non ruis in ſcandala.

διάψαλμα. PARS II. 7 Dixi domino, Deus meus es tu: exaudi domine vocem deprecationis meæ.

Ex Aug. DIXI domino] Secũda pãrs, vbi dicit quod auxilium ſit contra prædicta mala. q. d. Tot modis mali impugnant, & quod remedium eſt tibi inter tot mala, quid reſtat in his periculis? clamare ad dominũ. Ideoque ego clamans [DIXI domino Deus meus es tu] illi homines ſunt, & non mei: Tu verò es deus & meus. Magna fiducia hoc dicit, & ſi omniũ ſit deus, per recreationẽ. ꝓprie tamẽ eſt deus eorũ qui eo fruuntur, deinde petit dicens [EXAVDI domine vocem deprecationis meæ] non aliud quæro. Vocẽ deprecationis meę, non ſimpliciter dicit deprecationem meam, ſed quaſi euidentius exprimens, affectũ animi ſui, ait, Vocẽ deprecationis meæ. Sunt enim depręcationes malorum ſine voce, quia ex bono cordis affectu nõ proueniunt: deprecatio iuſtorum verò vocem habet, quia ex medulla dilectionis procedens digna eſt auditu. Vox enim propriæ hominum eſt & animatorum, Sonus verò cęterorum eſt. Qui ergo precantur deum, & non de deo bene ſentiunt: ſonum habent, & non vocem. quia & ibi vita non eſt, id eſt, affectꝰ charitatis. Qui verò de deo bene ſentiunt eorũ deprecatio habet vocẽ, quę eſt vita & anima deprecationis. Talis itaq; dicit ô,

8 Domine domine virtus ſalutis meæ obumbraſti ſuper caput meũ in die belli.

DOMINE domine,] id eſt, vẽriſsime domine, non vt homines domini ſunt, qui emunt ſacello, tu verò ſanguine tuo. Tu inquam exaudi, Ex Aug.
qui es [VIRTVS SALVTIS MEAE,] id eſt, qui das vires ſaluti meæ, id eſt, perſeuerantiam, qua ſim ſaluus. hoc dicit iſte, quia videbat pericula, videbat mala abundantia. pro quibus refrigeſcit charitas, & abundat iniquitas. ſed & Matt. 14
vidit ſolatium, ſcilicet quod qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. perſeuerantia igitur ad virtutẽ pertinet, Quia ergo difficile eſt, in lõginqua via perſeuerare, ait, Tu es virtus ſalutis meę, id eſt, tu das vires perſeuerãdi, vt perſeuerãdo ſim ſaluus. Et vnde ſpero, quod eſt virtus? quia [IN DIE belli] ſcilicet dum pugno contra filios & cõtra legẽ mẽbrorum [OBVMBRASTI ſuper caput meum], id eſt, in pugna qua luctor foris contra fictos, & intus contra legem mẽbrorum gratia tua me refrigeras. Ad hoc autem valebit mihi hoc obumbraculum, vt

9 Non tradas me domine à deſiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur.

NON tradas me domine peccatori] i. diabolo [A deſiderio meo,] id eſt, vt æſtum non patiar à me ipſo à deſiderio meo, quo locus ſit diabolo, ſine quo nihil facit quantumcunque ſæuiat hoſtis, quod vt exemplo clarius fiat, ecce diabolus proponit lucrũ, vt trahat te ad fraudẽ: non habebit lucrũ, niſi fraudes. Lucrũ eſca eſt: fraus laqueus eſt, quo capiaris ſi fraudẽ feceris. Quẽ ergo vicit deſiderium, cadit in laqueum, ſed æſtum deſiderii, contemperat vmbraculum Dei, & nuſquam eſt locus diabolo, niſi ex tuo deſiderio. Ideo iſte ait, [NON tradas me domine à deſiderio meo peccatori,] id eſt, non ſinas me tradi, per meum deſiderium diabolo. Taliter dicitur hic tradere quãliter apoſtolus dicit, tradidit Ex Ex Aug.
illos deus in deſideria cordis eorum. Tradidit quidem relinquẽdo, ſinendo tradi nõ malitiam impertiendo. Hoc autem ne fiat, ſcilicet ne tradatur à deſiderio ſuo peccatori, probabilis res ſequitur: vt ſicut illi faciũt in malum cõſilium, ita virtus dei det auxilium [COGITAVERVNT] inimici [CONTRA ME] & tu ô [DOMINE NE derelinquas me, ne forte] illĩ [EXALTENTVR,] id eſt, ne de me victo triumphẽt & gaudeant. Seducto enim homine gaudet & triumphat diabolus & ſui. Vnde alibi, Exultabunt ſi Pſal. 12.
motus fuero.

10 Caput circumitus eorũ: labor labiorum ipſorum operiet eos. διάψαλμα. PARS III.

Ex Aug. CAPVT circuitus]Tertia pars vbi dicit quæ
sint mala inimicorum.q.d. Me tegit vmbra tua
in die belli, sed illos tegit [CAPVT circuitus eo-
rum,]id est,superbia,mali eunt in girum erroris,
vbi est iter sine fine.Huius circuitus superbia est
caput, quia initium omnis peccati superbia est.
Et quia omnis superb⁹ fictus est, & omnis fictus
mendax,ideo subdit,[LABOR labiorũ ipsorũ,]
id est,mendacium[OPERIET eos] id est pro-
teget eos & defendet. Mendacium recte dicitur
labor.laborat enim qui fingit quid dicat:veritas
autem facile dicitur. Vel,Labor labiorum ipso-
rum,id est,falsa & mendax assertio eorũ, Ope-
Ex Cass. riet eos,quia de sua falsa assertione superantur.
Vel ita,Tu domine es mihi vmbraculũ,sed Ca-
put eorum,scilicet qui cogitant contra me ma-
la.est,Circuitus,id est diabolus qui nunquã re-
cte incedit,& error & temporalia. Et,Labor la-
biorum ipsorum operiet eos.hoc non mutatur.
& præterea,

11 Cadent super eos carbones,in ignem deiicies eos, in miseriis non subsistent.

Ex Hay. CADENT super eos]Hic in terra,antequam
veniat ignis æternus [CARBONES,]scilicet ignis
concupiscentiæ iræ & luxuriæ.[ET in ignem,]
idest,in illos carbones[DEIICIES eos].i.per-
mittes deiici.Et dicit idem carbones & ignem.
Ex Aug. Vel secundum aliam literam,Cadent super eos
carbones ignis in terra, & deiicies eos, id est, in
hac vita,antequã veniat ignis æternus.Cadent
Ephe.5 super eos carbones ignis,scilicet sancti, qui ex
mortuis reuixerunt: qui cum essent tenebræ a-
liquãdo,nũc sunt autẽ lux in domino: qui cum
alios accendũt,alios deiiciunt. Et, Deiicies eos,
scilicet malos.Cum enim vident mali sanctos lu
cere inuident eis, & sic sancti super eos cadunt,
quia ex bona vita,& prædicatione ipsorũ, mali
2.Cor.2. ruinas incurrunt. Vnde apostolus, Aliis sumus
odor vitæ in vitã, aliis odor mortis in mortem.
& hi tales[IN miseriis] huius seculi [NON sub-
sistent,] quia in his miseriis impatientes cadũt,
id est,deficiunt,quas boni patienter transeunt.
Vere non subsistent,quia,

12 Vir linguosus non dirigetur in terra:virum iniustum mala capient in interitu.

Ex Aug. VIR LINGVOSVS]cũi voluptas est loqui,
nec attẽdit quid dicat,[NON dirigetur in ter-
ra] hac,id est in hac vita. Vir linguosus nanque
amat mendacia, non cauẽs quid loquatur. Ideo-
que nõ potest fieri vt dirigatur. Quisquis ergo
Iacob.1. vult dirigi ,magis oportet audire quam loqui:
sicut Iacobus ait,Sit omnis homo velox ad au-
diendum, tardus autem ad loquendum . Nam si
quis vera dicat,sed præter necessitatem,vir lin-
guosus est . Perfectius igitur esset omnes audire
sponsum,vt Ioannes qui non tantum gaudebat
quod docebat,quãtum quia audiebat,ait,Ami-
cus spõsi stat,& audit,& gaudio gaudet propter
Ioan.3. vocem sponsi : sed propter imperitos necesse est
loqui aliquãdo vt doceantur. Qui ergo semper
vult docere,semper vult imperitos habere quos Ex Aug.
doceat.Gaudiũ ergo sit taciturnitatis,& spon-
sum audiendi in voluntate vox doctrinæ sit in
necessitate,& ita nõ erit vir linguosus,qui nun-
quam dirigitur.Intus audiendum est à veritate,
vt intremus in gaudium domini, sicut dictũ est
seruo fideli,Intra in gaudiũ domini tui. Quem
vero delectat loquendo foras exire tumidus est;
& quia foris est qđ amat , mittetur in tenebras
exteriores. de interioribus ergo sit gaudium,de
exterioribus,necessitas,non volũtas. [VERVM
iniustum] q.d. Non modo nõ dirigetur vir lin-
guosus,sed &[MALA capient virum iniustum]
etiam & iustũ.Sed iniustum capient[IN interi-
tu]q.d. Omnes volũt se abscõdere à malo,quod
etiam & boni fugiunt : sed malum capit omnes
bonos,non ad interitũ:quia modo & anima co
ronatur,& in posterum caro reparabitur.malos
verò capit ad interitũ,quia in miseriis non sub-
sistent, quod nõ fit inopi, qui & si capitur ma-
lis,non tamẽ in interitum. Flagellat enim deus Hebr.12.
omnem filiũ quem recipit.hęc mala modo sunt
malis,sed & de futuro,

13 Cognoui quia faciet dominus judicium inopis:& vindictam pauperum.

COGNOVI]ẽgo quod illi non præuident, Ex Cass.
scilicet quia dominus tandem [FACIET] & si
non modo facit.Faciet dico[IVDICIVM ino-
pis]qui esurit iustitiã,quęrit & pulsat.[ET] fa- Ex Aug.
ciet [VINDICTAM] vel, Causas, alia litera
[PAVPERVM]spiritu.

14 Veruntamen iusti confitebũtur nomini tuo:& habitabunt recti cum vultu tuo.

VERVNTAMEN iusti] Hic est conclusio Ex Aug.
psalmi,vbi dicit,quod si boni liberati sunt,& de
inimicis vindicati,nõ sibi dant, sed deo,vnde &
habitabũt cum eo.q. d. Et licet boni modo sint Ex Cass.
afflicti[VERVNTAMEN iusti confitebuntur]
hic inter grauia, quod laudabilius est: & maxi-
me in futuro,dum & causas eorum & iudicium
facies.Cõfitebũtur dico[NOMINI tuo]quia Ex Aug.
meritis suis nihil tribuent,sed tuę misericordię.
Vel ita sunt,[RECTI] Qui enim ad se flectit
cor,torquet:Qui verò intẽdit in deum,dirigit.
Et ideo ibi in eis requies, vbi cor habent. Vnde
addit,[ET habitabunt] Hi quibus male erat in
vultu suo, in cuius sudore panem ederunt. Ha-
bitabũt [CVM vultu tuo]quia deũ trinũ prout
est videbunt, & tunc deterso sudore, finitisque
laboribus,perenni lætitia implebuntur. Et ideo
nihil timetur ab eis in mundo.

COLLATIO

In psalmum 139, Eripe me domine ab homine malo:à viro,&c.

9 NE tradas me domine à desiderio meo pec-
catori.]D.Hieronymus & fere cæteri,vertunt,
ne des domine desideria impii, aut ne perficias
domine desideria impii . Sed quia Septuaginta

subaudiri voluerunt pronomen, me, quod non raro fit Hebręis, aut aliud si commodū est, ob id paulo diuersum reddiderūt sensum. Pellicanus est cum Septuaginta, Non des me domine desiderio impii. Sed & Septuaginta vidētur in voce מאויי accepisse men seruile in principio, & iod in fine, vbi legimus מַאֲוַיֵּי maauaie, à radice אָוָה iua, desiderauit.

CONGITAVERVNT cōtra me.] D. Hieronym. Scelus eius. Vel vt alii habent, nefarium cogitatum eius, seu quid simile. Certe Septuaginta videntur legisse זְמָמַי zemamai, quod potest esse cogitationes contra me. Sed habemus nunc per vau, literam forma paulo distātem ab ipso iod, זְמָמוֹ zemamo,

NE derelinquas me.] Hebr. אַל תָּפֵק al tapheq, vbi quoquomodo vertere volueris, iuxta diuersam vocabuli significantiam in cōiugatione hiphil, aliquid conueniens foris emendicandum est. D. Hieronymus vertit, Ne effundas siue ne effundātur, scilicet in opus. Et Sāctes traduxit ne perficias. Pratēsis, Ne cōsummes. Mūsterus, Non permittas progredi. Et quia id verbi in coniugatione quam dicunt Cal. significat quādoque impingere, idcirco recte ad verbum hic verteris, ne facias impingere, videlicet me, quod idem valet, Ne derelinquas me.

10 CAPVT circuitus eorū.] Recētiores vertunt, caput aut principē circundantiū me, sicq; sunt cum sensu nostræ lectionis. D. Hieronym. aliud sequutus est, quum ait, Amaritudo conuiuarum meorum. Siquidem ראֹשׁ roseh, homonymum est, ad caput, principem, & amaritudinem. Quod siue intelligas de superbia, siue de ipso diabolo, nihil nō quadrat. Deinde si מְסִבַּי mesibai, traxeris à themate סָבַב sabab, recte est circundantium me. Si autem a סָבָא. significat iuxta Hieronymum, conuiuas meos.

11 IN miseriis non subsistent. Alii in foueas, vt referatur ad verbū superius, deiicies. Deinde dicunt non resurgēt, aut vt non resurgant, Non variatur intelligentia, qua indicatur desperabilis miseria, per foueas profundas, à quib' nemo potest exurgere. בְּמַהֲמֹרוֹת בַּל יָקוּמוּ bemahamoroth bal iaqumu.

Foueę profundę miseria desperabilis.

12 VERVM iniustū mala capiēt in interitu.] Sic etiam ad verbum Hieronymus. Alii verbis mutatis eundē sensum referunt. Virū iniquum malum venabitur in expulsiones seu præcipitationes. Venatio est capio pręcipitationis dānatio ęterna. Hinc Chaldęus paraphrastes, Virum prauum & malignum venabitur angelus mortis, & detrudet in gehennam.

Venatio, dānatio æterna.

CXL. PSALMI TIT.
Psalmus Dauid.

Gi.

Ex Aug.

DOMINE clamaui] Titulus [PSALMVS] iste subobscurus est. Sunt enim in scripturis sanctis profunda mysteria, quę ad hoc abscōduntur, ne vilescant: ad hoc quęruntur, vt exerceant: ad hoc aperiuntur, vt pascant. Scriptura enim sacra si nusquā aperta esset, non te pasceret: si nusquam occulta, nō te exerceret. Hic tamen non alia dicuntur quā in aliis psalmis dicta sunt, sed eadem, licet diuerso modo. Ideo eadem, quia oportet sæpius commemorari, quod cogit mundus obliuisci. Ideo etiam diuina multipliciter dicta sunt, vt varietas locutionis, fastidium tolleret veritatis. Illud autē de quo hic & in aliis psalmis tractatur, est charitas. charitas vero & amor est, sed non quilibet. Est enim amor æthereus: est & amor tartareus. Amant enim se inuicem mali, sed iste amor, tartareus est. alia est charitas Christianorū qua deum propter se, & proximos propter deum diligunt, quam Paulus diffinit dicens, Finis pręcepti est charitas, de corde puro & cōscientia bona, & fide non ficta. Alibi verò quasi scientibus loquens dicit, Finis legis est charitas. Et nō dicit ibi quę charitas, quia alibi dixit. Non enim omnia vbique dici, aut possunt, aut debēt. Ideoq; ibi non dixit, qualis charitas, sed ibi determinauit vbi addidit, de corde puro, & cōscientia bona, & fide non ficta. Purum autem cor in charitate habes secundū deum, quando diligis hominē qualiter & te ipsum debes diligere, quod nō est inter malos. hæc autē charitas nos Christo cōpaginat. Per charitatem namque, quasi vnus homo est caput & corpus: propriū verò capitis est loqui pro omnib' mēbris, sicut lingua nostra personam omnium membrorū suscipit. Ipsa enim, pro omnib' verbo fungitur, dicēs pro pede calcas me, & pro manu vulnerasti me. Ita & Christus, qui est caput pro mēbris loquitur, cū quibus est vnum. Charitas enim vnū facit nos cum Christo. Siue ergo caput loquatur siue membra, siue quod dicitur capiti conueniat, siue mēbris Christus loquitur, sed in voce eius quisque agnoscat suam, tanquam hærens in Christi corpore. Aliquādo enim dicit, quod sibi soli competit, non tamen separat se à verbis nostris: sed à suis proprijs ad nostra redit, & à nostris, interdum ad sua propria trāsit. Christus ergo per totum hunc psalmum loquitur siue in sua, siue in persona membrorū. Intētio. Mouet ad deum clamare. Modus. Bipartitus est psalmus. Primo, sciens propheta hominem implicari peccatis, orat vt audiatur subdens à quibus maxime vult liberari. Secundo dicit quod à iusto correptus, spernet falsos laudatores, ibi, Corripiet, &c. In persona ergo hominis peccatis circumuente, ait ô,

Phil. 1.

Rom. 13.

Ex Cass.

DOMINE clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ, cū clamauero ad te.

DOMINE clamaui] iām diu AD TE] quid clamaui? [EXAVDI me] & item adhuc clamo [INTENDE voci meę] quando? [CVM CLAMAVERO ad te] intētione cordis. Nōdum enim finitus est clamor, quia nondum finita est tribulatio. Si finita est tribulatio, finitus sit & clamor. Si vero manet vsq; ad finem seculi, nunquam cessit clamor ô domine,

Ex Cass.

Ex Aug.

2 Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio

manuũ mearũ ſacrificium veſper-
tinum.

Ex Caſs. ORATIO mea]igne charitatis incẽſs[DIRIGATVR in cõſpectu tuo ſicut incenſum,]
id eſt, ſic tibi incẽſum,id eſt bon⁹ odor, in cuius
figura in veteri lege incenſum dicebatur offerri
Exod.29 in odorem ſuauitatis Deo.[ET ELEVATIO
manuum mearum,] id eſt, õperatio mea bona,
Ex Alcu. quæ fit pro æternis, ſit tibi[SACRIFICIVM
VESPERTINVM,] id eſt, placeat tibi, vt ſa-
Num. 28 crificium quod in veteri lege efferebatur, quod
erat acceptabilius, quia figura erat illius veteri
ſacrificii,quod in fine mũdi in cruce eſt oblatũ.
In lege nanque ſacerdos iugiter & mane & ve-
Ex Caſs. ſpere offerebat, ſcilicet quod in veſpere offere-
batur dignius erat, vel quia veſpera noſtra finis
eſt vitæ:poteſt ſacrificium dici veſpertinũ pœ-
nitentia,quia in fine mundamur. Et eſt, Eleua-
tio manuum mearũ,ſit tibi,Sacrificium veſper-
tinum,id eſt, opera mea bona ſic tibi ſint acce-
pta, vt pœnitentia quę agitur in veſperam,ſcili-
cet in fine vitæ,in quo ſi perfecte offerimus re-
cte purgamur. Hoc dicit,vt nemo deſperet,qui
Ex Aug. in fine pœnitet. Vẽl de Chriſto poteſt accipi
hoc. Hoc enim de capite omnes intelligũt, qui
ad veſperam animam poſuit recepturus, non a-
miſit inuitus: ſed tamen nos ibi figurati ſumus.
Quod enim illius pependit in ligno,de nobis
accepit. Veſpertinũ ergo ſacrificium eſt paſsio
Chriſti,oblatio victimæ ſalutaris, quod fecit in
reſurrectione munus matutinum. Oratio ergo
pure directa de corde fideli, tãquam de ara ſan-
cta incenſum ſurgit. Et,Eleuatio manuũ mea-
rum in cruce expanſarũ eſt ſacrificium veſper-
tinum,quia tunc animã depoſuit. Deinde ſub-
dit ex voce corporis.Et ô,

3 Pone domine cuſtodiã ori meo:
& oſtium circũſtantiæ labiis meis.

DOMINE pone cuſtodiam ori] vel, Cordi
Ex Caſs. [MEO]nẽ iniqua cogitet[ET]pone[Oſtiũ cir-
cunſtantiæ labiis meis]ne ſtulta promat.Et di-
Ex Alcu. citur hoc à ſimili illius qui circunſtat oſtium,
vt non intret vel exeat, cui nõ licet. Dicit enim
Hiere. 9. Hieremias, Mors intrauit per feneſtras noſtras.
1.Pet.5. Et Petrus ait, Aduerſarius noſter diabolus tan-
quam leo rugiens circuit quærens quem deuo-
Ex Caſs. ret. Et nõta quod & cordi & ori petit apponi
cuſtodiã. Duplici enim munimine opus eſt,vt
nec cogitatio iniqua ſapiat, nec praua voluntas
in fatua verba erũpat. Vel ita, Pone cuſtodiam
ori meo, ne incongrua verba exeant, Et oſtium
cõtinentię,alia litera, Labiis meis,nõ dixit clau-
ſtrum continẽtię,ſed, Oſtium. Oſtium & clau-
ditur & aperitur: ita & oſtium labiorũ aperia-
tur ad confeſsionẽ peccati,& claudatur ad excu-
ſationẽ,& ita erit oſtium continentię non rui-
nę.Ad quid prodeſt hoc oſtium?ad hoc,vt,

4 Non declines cor meũ in ver-
ba malitiæ, ad excuſandas excuſa-
tiones in peccatis.

NON declines cor meum]ô deus. hoc Chri-
Ex Aug. ſtus dicit ex perſona eccleſiæ.Cũm enim vnum
ex mẽbris hoc orat, ipſe orat,vt cum alibi dicit
in perſona mẽbrorũ, Saule Saule, quid me per- Act.9.
ſequeris? Et item, Eſuriui, & non dediſtis mihi
mãducare:ita & hic,[NON declines cor meum]
id eſt,meæ eccleſię,cor vtique corporis mei[IN
verba malitiæ] ſcilicet [AD excuſandas excuſa-
tiones in peccatis] quaſi omnia caſu agantur.

5 Cũ hominibus operantibus ini-
quitatem:& non cómunicabo cum
electis eorum.

CVM HOMINIBVS OPERANTIBVS Ex Caſs.
iniquitatem,]id eſt, ſicut excuſant homines qui
operantur iniquitatẽ. Et eſt ſenſus,Ad hoc po-
ne oſtium vt nõ excuſem peccatum meũ, quod
ſummũ vitium dominatur hominib⁹, vnde tar- 1.Reg.15.
dius pœnitẽt. Vnde in libro Regũ dicitur,Qua-
ſi peccatũ ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſce-
lus idolatriæ eſt nolle acquieſcere. Nota quod
ait,Ad excuſandas excuſationes in peccatis.Hęc
eſt cõſuetudo imprudentiũ,vt deprehenſi pri- Ex Aug.
mum per aliqua falſa ſe excuſent, & inde con-
uicti alia quærant,tempori, vel neceſsitati ma-
la imputantes,nequãdo veritati cedãt.[ET non
communicabo]q.d. Non declines cor meum. &
ſi hoc fuerit,ego[NON communicabo,vel,Cõ-
binabor[CVM electis eorũ]non dei, id eſt, non
ero ſocius eorũ. Electi eorum ſunt, qui ſe iuſti-
ficant cæteroſque deſpiciunt. vt Phariſæus qui Luc.18.
dicebat,Nõ ſum ſicut cęteri hominum, &c. qui
peccata defendunt,quibuſcunque modis. Cum
talibus nõ vult iſte combinari, id eſt, ſociari, ne
impediatur ab eis.Cõmbinati enim proprie di- Ex Caſs.
cuntur,quãdo duo rei ſimul vno vinculo ligan-
tur,vt alter alterum impediat,ne ſit fuga libera.

6 Corripiet me iuſtus in miſeri- PARS II.
cordia & increpabit me:oleum au-
tem peccatoris non impinguet ca-
put meum.

CORRIPIET me]Secũnda pars,vbi fidelis Ex Caſs.
iſte iam econtra à iuſto correctus,ſpernit falſos
laudatores,malis verbo & moribus profuturus,
in qua parte etiã cuſtodiri petit.q.d.Nõn com- Ex Aug.
municabo cum illis, vt defendã peccata: ſed po
tius[Iuſtus corripiet me,& increpabit me in mi
ſericordia]Non enim odit qui arguit,& eo ma-
gis arguit,quia non odit.Iuſtus iſte Chriſtus eſt
vel quilibet frater,vel ipſe idem ſecũdũ interio-
rem hominẽ corripit ſe ſecundũ carnem, quaſi
vxorem[OLEVM autem peccatoris] id eſt,fal-
ſa laus adulatoris & ſimulata dilectio,quę men-
tes à rigore veritatis emollit ad noxia[NON im-
pinguet]vel,Impinguabit[CAPVT meũ]id eſt,
mentẽ meam,id non creſcit caput meũ,de adu-
latione falſa, nõ me delectat oleum peccatoris.
Inde eſt quod & homines cũ falſa laude aliquẽ
irriſerint,de illo dicunt, Vnxi illi caput. Amet
ergo fidelis argui à viro iuſto in miſericordia,&
non laudari à peccatore cum irriſione. habeat
ſecum conſcientiæ oleum, quod illę prudentes Matt. 25.
virgines ſecum portabant, non quæras oleum
peccatoris.

7 Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis corú : abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum.

Ex Rem. QVONIAM adhuc]q.d.Nõn impinguet caput meũ,& ita vere erit,[QVONIAM adhuc] futurum eſt hoc qnod dicã [AT] quid eſt illud? ecce,& [ORATIO mea] erit [IN beneplacitis eorum,]id eſt illi peccatores orabunt pro æter-
Ex Aug. nis vt ego. Vel ita coniunge,Nõn cõmunicabo cum malis:corripiet me iuſtus, Quoniã adhuc, expecta,Et oratio mea,erit, In beneplacitis eorum. primis temporibus vituperabantur Chriſtiani, ſed adhuc expecta. Et oratio mea,erit,In beneplacitis corũ,id eſt veniet tẽpus,quo placebit eis oratio mea,vt dicant, Dimitte nobis de-
Matt.6 bita noſtra,ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et item, Habemus apud patrem aduo-
1.Ioan. 2 catum Ieſum. Et oratio mea,id eſt,mei capitis, ſcilicet oratio quã ipſe docuit, vel qua ipſe interpellat pro nobis,erit,In beneplacitis eorum, id eſt,beneplacebit eis. Et etiã [IVDICES eorum]id eſt,potentes,docti,qui de moribus iudicãt, vt Plato,Ariſtoteles,Pythagoras[ABSORPTI ſunt iuncti petrę,]id eſt, comparati Chriſto crucifixo. Vel,Abſorpti ſunt iuxta petram, alia litera. Idem ſenſus eſt,id eſt iuxta Chriſtum, id eſt, comparati Chriſto , per ſe videntur aliquid dicere,ſed iũge,id eſt,compara illos Chriſto, & nihil ſunt. mortui iacent:ſtulta ſapientia
Ex Orig. corũ eſt. Surrexit enim Chriſtus, & omnes eum
homil. 14 colunt.Chriſtus vincit,Chriſtus regnat, Chri-
in Exod. ſtus imperat, in cuius rei figura ſerpens Moyſis
1. Cor. 1. dracones magorũ deuorauit,quia ſapiẽtia Chri
Ex Aug. ſti,ſtultam fecit ſapientiam huius mundi. Quid ergo de eis erit?ecce ipſi tandem.

8 Audient verba mea quoniã potuerunt : ſicut craſsitudo terræ erupta eſt ſuper terram.

Ex Aug. AVDIANT VERBA mea]quare audient? [QVONIAM]ipſa verba [POTVERVNT] vel, Præualuerunt,id eſt,potentiam habent,& prę-naluerunt verba mea verbis eorum . Si enim illi locuti ſunt diſerte,ego vere. Aliud eſt laudare loquacem, aliud commendare veracem: præterea verba mea prædicãt,qui pro eis nec mori timẽt:
Matt. 10 ſecundũ illud, Ecce ego mitto vos ſicut oues in medium luporum. Et nolite timere eos qui occidunt corpus , &c. acſi diceret, Nolite timere mortem . Quid ergo mortes illorum fecerunt? ecce[SICVT craſsitudo terræ,&c]q.d.Proſunt verba mea eis,proſunt etiam mortes:& hoc per ſimile oſtẽdit,quia,Sicut craſsitudo terrę[ERVPTA eſt] vel,Dirupta eſt[SVPER terrã] vnde prouẽtus fertilitatis euenit,licet vilis ſit res:ita,

9 Diſsipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernũ : quia ad te domine, domine oculi mei: in te ſperaui, non auferas animam meam.

Ex Aug. OSSA noſtra,] id eſt,cõrpora teſtium Chriſti[DISSIPATA ſunt.i.ex diſsipatione oſsium noſtrorũ ſumma vtilitas venit.Et eſt cõgrua cõparatio. Craſsitudo enim terræ eſt,quædã contemptibilia , vnde terra tamẽ accipit pinguedinem:ſic ex eo quod contempſit mũdus, accepit pinguedinem,vnde ſeges eccleſiæ feracius pullularet. Hęc eſt mors ſanctorum,quæ contẽptibilis eſt ſeculo,ſed precioſa agricolę,id eſt,Chriſto,qui nouit ibi vtilitatem , & vberem ſuccum, 1.Cor.1
vnde creuit eccleſia.Cõtemptibilia enim mundi elegit deus,& ea quæ nõ ſunt,vt ea quę ſunt euacuentur ex illis.modo iam ſaginata eſt terra, exurgente ſegete eccleſiæ. Vide ſane quomodo nobile & præcipuum mundi humiliatũ eſt. Imperator venit Romã,quo feſtinat?ad palatium imperatoris,an ad memoriam piſcatoris?vtique piſcatori hominũ ſupplicat.[SECVS infernũ,]
quaſi dicat , Diſsipata ſunt oſſa noſtra, & hoc, Exgl.int.
Secus infernum, id eſt,pro velle profundorum, id eſt pro voluntate eorum, qui ſunt infernus,
id eſt,profundi in vitiis. Vel, Secus infernũ,di- Ex Caſs.
cit,nõ in inferno, quia & ſi communi ſorte moriuntur,non tamen deſcendunt in infernum vt mali,ſed vita æterna datur illis. Vel ita ab illo loco,Abſorpti,vbi agit de cõtradicẽtibus Chriſto & eccleſię,ſcilicet de hæreticis & ſchiſmaticis.q.d.Oratio mea placebit eis.quod ſi qui ſunt qui contradicant abſorbentur . Et hoc eſt quod ait , Iudices eorum , ſcilicet doctores hæretici, Abſorpti ſunt à profundo vitiorũ entes , Iuxta petram,id eſt iuxta Chriſtum, & non ſuper petram , quia communicant ſacramẽtis, nõ tamen in Chriſto ſunt. Et ideo merguntur in profundum peccati.& merito,quia, Aũdiẽt verba mea, nec corrigẽtur: quod mirũ eſt, quoniã ipſa verba,Potuerunt,vel,Præualuerunt, omnibus aliis verbis . Et ideo magis rei ſunt, quia cõtendunt. Et, Sicut craſsitudo terræ erupta eſt ſuper terram,vnde fit morbus in corporib⁹:ſic tabe malitię eorũ,Diſsipata ſunt oſſa noſtra,id eſt corpora martyrum Chriſti. Craſsitudo enim terrę quando eructat,aẽrem corrumpit, & tunc lues in hominibus late diffunditur: ſic ſuperbia eorum tabe malitię ſuę corpora martyrum ſauciat, qui ſunt oſſa & firmamenta fidelium. Vel ita ab
illo loco, Aũdient,aliis quę præcedunt non mu Ex Alcui.
tatis,quaſi adhuc placebit illis oratio mea,& vere[QVIA]ipſi[VERBA MEA AVDIENT] aure obedientiæ , non ſicut Adam qui audiuit
dominum dicentem, De ligno ſcientiæ boni & Gen. 2
mali ne comedas; ſed non obediuit.prædeſtinati autem ad vitam audient aure audiendi verba mea. Quoniã ipſa verba mea[POTVERVNT] id eſt potentiam habent vt penetrent corda. Et ideo audient ea, & recurrẽtes ad Adam, eiuſque exceſſum recolentes:dicent,Adam fuit perditio noſtra,qui nõ ſtetit:ſtemus nos,vt reparemus: & dicent, Adam eſt, Sicut craſsitudo terræ erupta eſt ſuper terram. quia ſicut craſſa terra præ abundãtia germinat ſpinas, ita Adã prę diuitiis liberi arbitrii , quaſi luxurians terra, lignũ vetitum vſurpauit : ſed ſicut agricola eam proſcindit,ne vltra luxuriet,ita, Diſsipata ſunt oſſa noſtra, à deo, id eſt, Deus diſsipauit interiora noſtra,vbi oſſeos.i. firmos nos eſſe oportuit,id eſt, infirmos & incõſtantes nos fecit deus . Nos di-

eo profectos, Secus infernũ, id est, maledictioni

Ex Cass. proximos. [QVIA ad te] Dicta fragilitate homi nis, ad diuina remedia confugit. q.d. Hæc prædicta sunt in nobis, sed ô Domine non auferas, id est, nõ auferri finas à bonis tuis, Animã meã,

Ex Aug. & si corp' perimitur. Hõc ideo petit, quia sciebat multos cedere aduersis. Ideo non auferas, quia [OCVLI mei] sunt, Ad te domine, non ad minas persequutorum. Noui enim quid pro me passus sis, quid pmiseris, & per hoc secure [SPE-

Ex Cass. RAVI in te] & ideo [NON auferas à me] à bõnis tuis, sed spes mea semper sit in te, & oculi mei semper te intendãt. Nõ enim petit iste cõtra hoc, quod sancti volunt, scilicet de seculo eripi & esse cum Christo.

10 Custodi me à laqueo quẽ statuerunt mihi: & à scandalis operantium iniquitatem.

Ex Aug. CVSTODI me].q.d. Nõn auferas animam, sed potius [CVSTODI me à laqueo] vel muscipula [QVEM] vel, Quã [STATVERVNT mihi] mali à deceptione vbi esca ducit ad laqueũ. [ET A scandalis operantium iniquitatem,] id

Ex Cass. est, à manifestis perturbationibus inquietorum. Per laqueos & scandala totius mundi mala breuiter notat. Laquei enim sunt blandi nexus decipere volentium, & carnis desideria. Si per hos diabolus non perficit nititur scandalis, quæ per inquietos mouet.

11 Cadẽt in retiaculo eius peccatores singulariter sum ego donec transeam.

Ex Cass. CADENT] q.d. Mẽ custodi, sed [PECCATORES] ruentes de vitio in vitium [CADENT in retiaculum] vel, Retiaculo [EIVS] iniquitatis, dicendo, Cadent in retiaculũ peccatores, aperta verba comparationi ponit. Nam quasi quadam circuitione peccatorũ claudũtur, dum de vitio in vitium corruunt. cum istis talibus non vult iste combinari. vnde addit, [SINGVLARITER sum] q.d. Illi cadent, sed [EGO] singulariter, vel, Singularis sum, quia cum pessimis non ambulat, neque consensum cum eis habet. Singulariter sum dico, [DONEC] vt viator [TRANSEAM] viã huius mundi, quam inoffenso gressu transit, quia nulla voluptate capi-

Ex Aug. tur. ¶Vel aliter ab illo loco, Custodi me. Et dicit statuẽres laqueũ persequutores manifestos, operantes autem iniquitatem, cõsentientes illis, qui timore persecutionis deficiũt. Et est, Ne auferas animam meam, sed potius custodi me à laqueo persequutionis, Quem statuerunt mihi. hoc faciunt persequutores, qui escam viræ hominis quasi in muscipulam ponunt. Si amat auis hanc escam, cadit in muscipulam, quia timore mortis persecutioni succumbit. Et custodi me à scandalis operãtibus iniquitatem, id est, à scandalo eorum, qui illis consentiendo labuntur: & ita iniquitatem operãtur. Hoc ergo de eis dicitur, qui consenserunt illis, qui apostatauerunt. ex vtrisque vult iste custodiri, id est, à terrenti-bus & à lapsis. acsi diceret, Custodi me à persecutoribus qui terrẽt: & à lapsis, qui territi sunt, vt nec illos timeam, nec istos imiter. Et nõ modo alii operãtur iniquitatem: sed etiam ipsi primi, scilicet apostoli herentes ori eius, defecerũt. Et hoc est. Cadẽt in retiaculũ eius, scilicet iniquitatis, Peccatores, id est apostoli, qui vsq; eo fuerunt peccatores, vt sic amarent vitam istam, vt eam præponerent æternę. Nondum enim eis factũ erat quod in alio psalmo dicitur, Ego confirmaui columnas eius. deinde ex persona capitis subditur, Singulariter sum, &c. nec mutatur vox propter vnitatem capitis & corporis. quasi dicat, Quare est hoc? scilicet quod defecerunt, quia, Singulariter, vel, Singularis sum ego, id est, quia solus sum in tempore passionis, quia nullus eum eo vel ante eũ pro nomine eius passus est, & apostoli defecerũt, & in cruce pendẽs vnum solum latronem comedit. Singularis sum dico, donec transeam de mũdo ad patrem. tunc cõfirmabo columnas, quia in resurrectione Christi didicerunt mortem non timere. Singularis ego sum, Donec transeam: cum verò transiero, multiplicabor. Hoc est illud idem quod in euangelio ait, Nisi granum frumenti cadens in terra mortuũ fuerit, id est solũ mortuum: si autem mortuum fuerit, multũ fructũ affert. Et item, Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. ergo solus erat antequã esset mortificatus, & à terra exaltatus. propterea nondum habebãt apostoli tales vires, acceptori erant vires sequendi, quia non habebant vires præcedendi. Nemo enim ante Christum occiditur propter Christum, id est propter confessionem nominis Christi, qui pro nomine Christi moriendo antecederet Christũ. Etsi enim multi mortui sunt martyres sunt. Et licet pphetæ multi talia passi sunt, non tamen ideo moriebantur, quia prænuntiabant Christum: sed quia peccata hominum dicebãt in eos, & eorum iniquitatibus resistebant, & habẽtur eorum quidam inter martyres. Nec etiam Ioannes quo maior non surrexit inter natos mulierum, pro Christi testimonio occisus est: sed pro Herodis adulterio, quia dicebat, Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Pro lege veritatis verò mortuus est, pro iustitia martyr fuit, non pro nomine Christi. Sic & alii antiqui, proprie tamen martyres dicuntur, qui pro confessione nominis Christi patiuntur.

Ioan. 12. Matth. 11. Matt. 14.

COLLATIO

In psalmum 140, Domine clamaui ad te, exaudi me, intende voci meæ, &c.

3 OSTIVM circunstãtiæ labiis meis] Ferme omnes vertũt, serua ostium labiorum meorum, quod idem pollet. Sed Hieronymus transtulit, serua paupertatẽ labiorum meorum, Siquidem דל sine punctis potest efferri דַּל per kametz, & est pauper sine paupertas, aut דֶּל dal, per pa-

tha deficiente than in fine, & est ianna, ostium. Interpretes pro Caietano dixerunt clarionem.

4 AD escusandas excusationes in peccatis.] D. Hieronymus, Voluere cogitationes impias. Munsterus, Ne occuper in operibus impietatis. Et alii fere ad consimilem modū. Pellicanus tamen accedit ad sensum vulgatæ lectionis. Ve non adinueniam studia in impietate. Nam עָלַל alal, est adinuenire לְהִתְעֹלֵל lehitholel, ad inueniendum. Deinde עֲלִילוֹת aliloth, adinuentiones, recte excusationes in peccatis indicant.

5 NON communicabo cum electis eorum.] D. Hieronymus, Neq; comedere in deliciis eorum. Cæteri etiam ad cōsimilem modum. Verbi gratia, Sanctes, Non comedam cibū voluptatum eorum. Munsterus, Non comedā de his quę sunt eis iucunda. Verum eodem recurrit sensus si dixeris, Nō communicabo cum his quæ sunt electa, & non communicabo cum his quæ sunt eis iucunda, vel non communicabo cum his qui sunt eis ēlecti, & cum his qui sunt eis incūdi siue deliciosi. Nam expositio sanctorū, est de ipsis hominibus, non item de rebus.

6 OLEVM peccatoris.] D. Hieronymus, Oleum amaritudinis. Alii oleū capitis, alii oleum primum seu præcipuum. Dictum est in superiori psalmo רֹאשׁ rosch, anceps esse. Et quia interim designat fel. Septuaginta & Hieronymus pro peccatore aut peccato accipiunt, quo quid amarius?

NON impinguet caput meum אַל יָנִי רֹאשׁ aliani rosch. D. Hieron. est nobiscū, vbi verbum redditur iuxta rei cōmoditatem. Alii enim vertunt, ne frangat, vel ne prohibeat, siue non prohibebit caput meum. Sit autē est sententia ambigua. Siquidem potest accipi, ne delitiæ peccatoris turbent caput iusti, aut sensu conuerso, vt oleum primum, quod dicunt, sit habitum à viro pio loco beneficii, quanquam re vera, foret durū vulnus. Tantū abest vt iniuriā retaliet, quin quod est per se molestū cādido pectore amplectatur. Quantū verò ad nostrā lectionē, nihil magis turbat aut demētat caput. i. mētem hominis, quam fallax adulatio, vt apposite versum sit secundum proprietatem intelligentiæ, non impinguet caput meum.

Adulationis oleum homini noxium.

ORATIO mea in beneplacitis eorum.] D. Hierony. Oratio mea pro malitiis eorū. Et cæteri eodem tendunt. Pratensis, Inter mala eorū. Sāctes vertit paraphrasticos, Vt eruat me à malis eorū. Munste. Contra mala eorū בְּרָעוֹתֵיהֶם beraothehem. Si eliciatur à radice רוּעַ roa, proculdubio significat malitias eorum. Si à רָעָה raah, aut sit plurale, interim designat volūtates, quæ sane beneplacita sunt.

ABSORPTI sunt.] D. Hieron. Sublati sunt. Pratensis, distrahātur. Sanctes & interpretes pro Caietano, Derelicti sunt. Alii, præcipitati sunt, aut simile quid, quod respondet nostrę lectioni. Cęterum נִשְׁמְטוּ nischmetu, à themate שָׁמַט schamat, quod est deiecit, dimisit, præcipitauit, excussit, potest varie reddi.

IVNCTI petrę.] Pratensis, Super cacumina lapidum. Sanctes & Mūsterus, In locis petrosis. Ad literam dicendū foret, In manibus rupis seu petræ בִּידֵי סֶלַע bide sela. Sed iuxta phrasin hebraicā יַד iad, id est manus cuiq; rei pro commoditate officii accommodatur. D. Hieronymus dixit iuxta petram. Consentit Nebiensis.

AVDIENT VERBA mea quoniā potuerunt.] Alii transferunt pro eo quod est potuerunt, iucunda, dulcia, aut decora fuerunt, quia Hebręi dicūt נָעֵמוּ naemu. Certe vbi verba placent, ibi efficaciam suam obtinēt, quod est verba posse & præualere. Recte admonet Sanctes interpretem latinū legisse in Gręco ἐδυνάσθησαν, pro ἡδύνθησαν

SICVT crassitudo terræ erupta est super terram.] D. Hieronymus in eundem sensum, Sicut agricola, quum scindit terram. Siue cōuertas ad superiora, siue referas ad sequētia, scilicet vel quod audientur verba dei, sicut pinguescit aut fructificat terra, vel quod ossa martyrū instar terrę discissę contēptim dispergentur. Sanctes & Munsterus admiscuerunt quod tantum libuit, & sequitur Campensis, Sicut qui frangit & dissecat ligna in terra. Alii non addentes ligna, videntur etiam secūdum accipere sensum, quem modo indicauimus propter aliam distinctionem versiculorum. כְּמוֹ פֹלֵחַ וּבֹקֵעַ בָּאָרֶץ

Ossa martyrum dispersa.

11 SINGVLARITER sum.] Sic & Pellicanus post Chaldæū singularis sum. Cęteri vertunt simul יַחַד אָנֹכִי iahad anochi, indifferens est, tamen transferēdo simul, ambiguum erit: an simul respiciat superius, vt pote cadēt simul, an inferius, simul transibo, quandoquidē in Hebr. est pausę membrum in רְשָׁעִים reschaim.

DONEC transibo.] Sanctes & Mūsterus dicunt, In seculum transibo. D. Hieronymus neutrum ponit, sed tantum, simul autem ego transibo. Vnum tamē est quod עַד ad, anceps est, donec, siue seculum. Hinc Chaldæus, Donec tempus transeat. Et Nebiensis, Donec transeam.

CXLI. PSALMI TIT.
Intellectus Dauid cum esset in spelunca, oratio.

VOCE mea.] Titulus [INTELLECTVS Dauid cū esset in spelunca oratio.] Psalmus iste quintus est eorum, qui nomine orationis intitulantur, vbi non alia dicuntur, quam quę in aliis psalmis dicta sunt, sed eadem quia repetitione cōmuni consulitur infirmitati, non superuacue iterantur, vt repetita melius memoriæ commēdentur. vnde scriptum est in prouerbiis, Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapiētis: vir autē stultus glutit illum, quia sapiēs quę audierit cogitat, & retractādo ruminat: stultus verò glutit, id est nō cogitat, obliuioni dat. Et hęc sunt illa mūda animalia in lege, quæ ruminant, & ista immunda quę non ruminant. Quod verò ait, [CVM esset Dauid in spelunca] ad literam manifestū est. Dauid enim fugiens Saulem in spelunca latuit, de quo tamen

Ex Aug.

Prou. 21

Ex Alcu.

non hic agitur, sed de significato. Dauid enim significat Christum: spelunca vero carnem, vel seculum, vel sepulchrum. Dauid ergo in spelunca, Christus cum membris est in seculo, vel Christus in carne, vel in sepulchro. Et est sensus tituli, Hic est [INTELLECTVS Dauid] .i. totius Christi, quẽ habuit [CVM esset in spelunca] id est in seculo, vel in carne, vel in sepulchro. Et est hic

Ex Cass. [ORATIO.] Intentio. Monet nos orare. Modus. Bipartitus est psalmus. Primo ponitur oratio contra mala. Secundo agit de fine malorum, ibi, Clamaui. In persona ergo totius Christi, quasi de spelunca ad deum clamantis, ait,

VOCE mea ad dominũ clamaui: voce mea ad dominũ deprecatus sum.

Ex Aug. VOCE mea] interiori, non strepitu labiorum. [CLAMAVI ad dominum] Deinde hoc quod dixerat exponit, subdens, [VOCE mea ad dominum deprecatus sum.] quod enim dixit, Clamaui, dicit, Deprecatus sum. Quod ideo adiunxit, quia clamant ad dominum etiam qui blasphemant. ac si diceret, clamor meus deprecatio est, non murmur, non blasphemia. Et adhue

2 Effundo in conspectu eius orationem meã: & tribulationem meã ante ipsum pronuncio.

Ex Cass. EFFVNDO] copiose vt purum fontem, [ORATIONEM meam] factam [IN conspectu eius] id est videt deus, scilicet in abscondito cõscientiæ, vbi solus videt ille qui reddet. Ibi ergo effunde precem tuam: si homines reddunt, ante eos effunde. Si vero redditurus est deus, in occul

Matth. 6 to ora, sicut præcipit in euangelio, Tu autem cũ oraueris, intra in cubiculũ tuum, & clauso ostio ora patrẽ tuũ, & qui videt in abscõdito reddet tibi. [ET tribulationẽ meam] id est orationem quæ fit in tribulatione. [ANTE ipsum pronuntio] id est intus de conscientia. Vel innocentia securus in occulto ad eum dirigo. Et hoc facio dicit ecclesia,

3 In deficiendo ex me spiritum meum: & tu cognouisti semitas meas.

Ex Aug. IN deficiendo ex me spiritum meum] vel, Dum defecit à me spiritus meus, alia litera, id est dum ex me virtus defecit: quod fit, ne de viribus suis præsumat, ne virtutem quam habet, sibi arroget, & sciat quod alius in eo operatur: secun-

Matth. 10 dum illud, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Si ergo tuus spiritus deficit, loquitur in te spiritus dei. & forte quia homines audientes, Defecit spiritus meus. Putãt eum deiectũ. Et addit, [ET tu cognouisti semitas meas] id est semitas iustitiæ & præceptorum, quas illi non vident, qui me captiuum putant, per quas illis cadentibus, securus ambulo,

4 In via hac qua ambulabam: absconderunt superbi laqueum mihi.

IN via hac] q. d. Si illi putant me deiectum quia spiritus meus defecit, tu me stantem vides, cuius spiritus me viuificat, & illi qui pro Christo me persequuntur [ABSCONDERVNT mihi laqueum in via hac qua ambulabam] id est in Christo. Hoc enim zelãt, quòd Christi sum. In hac via ponunt laqueum, non secundum rei veritatem, sed quantum ad se, id est quantum ad opinionem suam, quia in via ponere intendunt: sed extra viã ponunt sicut hęretici, nõ in via vt volũt, sed extra abscõdunt laqueũ. Vnde alibi Iuxta iter scandalum pone mihi. In via ergo secũdũ votum eorũ ponitur laqueus: sed iuxta viam, secundum rei veritatem. Christus enim est via, qui non sinit eos laqueum ponere in via, vt nõ sit nobis quà eamus. Sinit tamen ponere iuxta viam, ne à via declinemus. In via se putat ponere scãdalum, qui dicit, Colis deum crucifixum. Reprehendit enim crucem Christi, quoniam nõ intelligit. hoc enim intelligenti non est scandalum, sed gloria. Vel via hic accipitur charitas. Nota quod pluraliter dixit supra, Semitas meas, hic singulariter via, quia multæ sunt viæ, & vna: multæ sunt viæ, quia multa sunt præcepta: vna est via, quia omnia ad vnum, id est ad charitatem rediguntur. In via, ergo, Hac, id est in charitate, quæ in me omnia tolerat, Qua ambulabam, pro te patiendo, Absconderunt persecutores, iuxta opinionem suam, Laqueum mihi. Illis autem vndique frementibus, & crebris exultationibus exprobrantibus, ego contemnens præsentia,

Ex Aug.

5 Considerabã ad dexterã, & videbã: & non erat qui cognosceret me.

CONSIDERABAM ad dexteram] id est ad æterna respiciebam, [ET videbam] ipsam dexteram, quam mali non videbant. Qui enim in dexteram attendit, videt: Qui vero in sinistrã attendit, excęcatur. Ideoque mali sinistram attendentes, dexteram nõ vident. Et hoc est quod sequitur, [ET non erat qui cognosceret me] cũ enim pateris omnia, quis nouit quid attendas, vtrum in dexteram aut sinistram oculum dirigas? Ex Aug.

6 Periit fuga à me: & non est qui requirat animam meam.

PERIIT fuga] q. d. persecutores absconderunt laqueũ mihi, sed tamen non fugi, imo [PERIIT fuga à me] à duobus perit fuga, scilicet à concluso vel à forti. Conclusus enim fugere non valet: fortis nõ vult. Et duplex est fuga, vna quæ fit corpore, quam dominus permittit di- Ex Aug. Matth. 10
cens, Si vos persecuti fuerint in vnam ciuitatẽ, fugite in aliam. Altera quæ fit animo, quam do- Ioan. 10
minus in euangelio vituperat, dicens, Mercenarius autem & qui non est pastor, videt lupum venientem, & fugit. talis quidem fuga ab isto perit. Ideoque ait, Perijt fuga à me, id est non fugi. Ab illo enim perijt fuga, qui non fugit, quasi circũclusum se dicit, quia sicut circunclusus non fu-

gis corpore, quia non potest: ita iste non fugit
mense, quia non vult. Perijt ergo fuga ab illo,
quia nunquam fugit animo, licet corpore ali-
quando. [ET non est] de illis persequentibus,
[QVI requirat animam meam] nō dico ad per-
sequendum, sed ad imitandum. Quæritur e-
nim anima duobus modis, aut à persecutoribus,
aut à dilectoribus: sicut fuga perit duobus mo-
dis, & à capto, & à forti.

PARS II 7 Clamaui ad te domine, dixi tu
es spes mea: portio mea in terra vi-
uentium.

Ex Cass. CLAMAVI] Secunda pars, vbi agit de fine
malorum. q.d. Ita mihi. Et ideo, [CLAMAVI
Ex Aug. ad te domine, & dixi, tu es spes mea] hic ideo
omnia tolero, [ET portio mea] tu es, non hic,
Ex Hilar. sed [IN terra viuentium] vbi seipsum vidēdum
& Cass. dabit. Vel in persona Christi potest accipi ab il
lo loco, Considerabam, qui in passione etiam à
discipulis derelictus ait, Considerabam ad dexte
ram. ad literam, Et videbam, si essent ibi aposto
li mei. Et non erat, ibi, Qui cognosceret me. A-
postoli enim non stabant ad dexteram vt sole-
bant, quia carnali timore dispersi sunt: sed ego
perstiti. Vnde sequitur, Perijt fuga a me, fuga,
scilicet tam corporis quàm animi. Et non est
qui requirat animam meam, quia nulla consola-
tio ei data est, sed solus ad passionem relictus est.
Vnde alibi, Et sustinui qui cōsolaretur, & nō in-
Lucę 23 ueni. Et ideo, Clamaui ad te domine, &, Dixi, tu
es spes mea, quia ex omnibus te eligo, & tu es,
Portio mea in terra viuentium. Humiliter dicis
& communiter portionem sibi esse in terra vi-
uentium, cum tota sit sua. Hoc patet ex hoc
quod dixit latroni, Hodie mecum eris in para-
diso, qui est terra viuentium æternaliter. Dein-
de sequitur ex persona totius Christi.

8 Intende ad deprecationem meā:
quia humiliatus sum nimis.

INTENDE] q.d. quia tu es spes mea, ideo
Ex Aug. [INTENDE ad deprecationem meam] & ne-
cesse est, [QVIA humiliatus sum nimis.] Hu-
milio enim me intus inuisibiliter, & humilior à
persequentibus extra visibiliter. Et,

9 Libera me à persequētibus me:
quia confortati sunt super me.

LIBERA me à persequentibus me] non vt
Ex Aug. corpus non ruat, sed anima. Ad hoc enim dia-
bolus per vasa sua, id est per filios diffidentiæ a-
git persecutionem corporis, vt intus fiat cordis
ruina. Si ergo cadente corpore stat anima, muscі
pula est comminuta Et necesse est vt liberes,
[QVIA confortati sunt super me.] Creuit e-
Matt. 24 nim numerus persequentium, abundat iniqui-
tas, refrigescit charitas. Deinde ex persona eccle
siæ loquens, exponit vnde sis liberandus, dicēs,

10 Educ de custodia animam
meam ad confitēdum nomini tuo:
me expectant iusti donec retribuas
mihi.

EDVC de custodia] vel carcere, alia litera, Ex Aug.
[ANIMAM meam] Hæc custodia, vel hic car-
cer forte est spelunca illa, quam titulus dicit. Hic
autem carcer mundus potest dici, vbi omnia va
na sunt, quia omnia sub sole vanitas, vnde iste
rogat educi animam, quæ inde multa patitur,
id est, orat educi de hoc mundo, de sub sole, vbi
omnia vanitas. Vel carcer dicitur corpus huma
num, sed non est magnū de corpore exire, quod
& mali habent, & omnes cito vel sero hoc ha-
bent: nec est charitas, si iustus ad hoc nimis festi
nat. Debet enī velle manere in carne, si necesse
est propter fratres. Vel potius corpus est carcer,
non vtique secundum id quod deus fecit ipsum
bonum, sed secundum id quod corrumpitur &
aggrauat animam, id est corruptio eius, quæ ve-
nit ex peccato carcer est: de qua corruptione
iste vult educi, vt fiat incorruptibilis, & in incor
ruptibili carne quiescat anima, quæ nūc in cor-
ruptibili carne gemit & angustiatur. nunc ergo
corpus animę carcer est, propter corruptionem:
in futuro erit domus propter incorruptionem
& libertatem. Merita enim carcerem faciunt si-
cut vnum habitaculum, incluso carcer est, custo
di domus est: libertas domum facit, seruitus car
cerem. Ita ergo non caro, quam deus fecit, sed
corruptio & tentatio carcer est, de quo precatur
educi, dicens, [EDVC animam meam de custo
dia] vel carcere, id est de corruptione corporis,
quia in corruptione quæ est pœna corporis an-
gustiatur, post quas angustias in domo dei tota
vita erit confessio, id est laus dei. Vnde subdit,
[AD confitendum] id est vt confiteatur [NO-
MINI suo] modo impedit carcer confiteri.
[ME expectant iusti.] Hoc ex capite, id est ex
persona capitis subdit, non muta voce, quale
fuit illud quod supra in fine præcedentis psalmi
dixit, Singulariter sum donec transeam. Vel to- Ex Cass.
tum ex persona capitis potest accipi ab illo lo-
co, Libera me à persequētibus me, Iudęis, Quia
confortati sunt super me, me occidendo. Et ô
domine, Educ de custodia, vel carcere, sepulchri
scilicet, Animam meam, id est carnē animæ red-
dendam. Ad quid? Ad cōfitendum nomini tuo,
vt pariam confitentes tibi. Et debes educere,
quia, Me expectant iusti [DONEC retribuas mi
hi] suscitādo me tertia die. Dico retribuas mihi,
resurrectio enim ipsa, passionis est retributio.

COLLATIO

In psalmum 141. Voce mea ad dominum clamaui. voce mea &c.

6 PERIIT fuga à me.] D. Hieronymus, Ne
biensis, Pellicanus, & Sanctes, itidem reliqui
transferentes, Perijt refugium à me. Expositio-
nem sanctorum labefactant, & oppositum sta-
tuunt, quia sancti interpretantur de Christo aut
iusto, qui non fugit, sed sponte se offert pro ve-
ritate defensanda, & tamen non est qui requirat
animam eius, aut imitando aut attingendo. Si
autem dixeris, perijt refugium à me, nihil magis

abest à Christo vel iusto. Cæterum מָנוֹס manos est refugium vel fuga.

so ME expectant iusti donec retribuas mihi.] In Heb. ponitur כָּתַר kiter, quod frequētius lonat cinxit, aut coronauit. Et quæ illi iungūtur, variè reddunt, iuxta hanc vel illam rei consequē tiam. D. Hieronymus ait, In me coronabuntur iusti, quum retribueris mihi. Itaque ferme Nebiensis & interpretes pro Caietano, Pellicanus, In me circundabunt iusti, quia retribues super me. Pratensis, Me circundabunt iusti, quum retribueris mihi. Sanctes, Propter me coronabunt se iusti, quum retribuas mihi. Munsterus, Me cingens iusti, eo quod retributionem facturus sis mihi. Translator ad Campēsem, Quod si mihi dones, iusti sociabunt se mihi. Paraphrasis, In modum coronæ iusti cingent me, vbi senserint se vltum iniuriam meam. Porro quum כָּתַר kiter, significet interim expectauit, vt Iob 36. vbi circa initium capitis legimus sustine. In Hebreo habetur כָּתַר katar, & Munsterus expecta. Idcirco probè reddiderunt Lxx.

CXLII. PSALM. TIT.

Psalmus Dauid, quando persequebatur eum filius suus Absalon.

Ex Cass. in concl.

DOMINE exaudi orationem meam] Titulus, [PSALMVS Dauid, quando persequebatur eum filius suus Absalon.] Psalmus iste septimus est pœnitensialium psalmorum, qui ideo sunt septem, vt eodem numero quo peccamus, peccata diluamus. Sicut enim in hebdomada mundi huius peccamus: ita hoc numero psalmorum, remedium pœnitentiæ peccatis opponitur. In quibus psalmis talis est forma, quia a lachrymis incipitur, & in gaudio finis est,

Ex Aug.
2 Reg. 15

ne quis de venia desperet. Historia vero quam titulus tangit, ex libro etiam Regum nota est, vbi legitur Absalon inimicus patri suo extitisse, & gessisse contra eum, non solum ciuile, sed etiam domesticum bellum: de quo tamen nō agit psalmus, sed de significato. Dauid ergo Christum significat, & corpus eius. Absalon vero Iudam vel persecutores, vel prauos motus. Sicut ergo Absalon Dauid, sic Iudas persecutus est Christum, & falsi fratres persequūtur corpus eius, quod est ecclesia, vel ipsi illiciti motus & carnia desideria, & praua operatio vnumquodq; fidelem. Et est sensus tituli, [PSALMVS] iste, [DAVID] agis de hoc quod significatum est, tunc [QVANDO PERsequebatur eum filius suus Absalon.]

Ex Cass. & Alcu.

Intentio. Monet ad pœnitentiam & orationem. Modus. Quatuor sunt partitiones. Primo captat per exordium. Secundo narrat mala sua. Et quid contra egerit, ibi, Quia persecutus est. Tertio ponitur deprecatio carnis confirmata, ibi, Velociter exaudi me. Quarto ponitur læta conclusio, ibi, Spiritus tuus. Ad orandum

Ex Aug.

ergo mouens in persona totius Christi, dicit,

DOMINE exaudi orationē meam, auribus percipe obsecrationē meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia.

DOMINE exaudi orationem meam.] Deinde alijs verbis idē repetit, dicens, [AVRIBVS] id est auditu clementiæ tuæ, [PERCIPE obsecrationem] vel deprecationem, [MEAM] & itesum reperit, quia repetitio, cōfirmatio est, [EXAVDI me in veritate tua] id est vt verax & iustus videaris, qui promisisti [IN iustitia tua] id est propter tuam iustitiam, quæ in me est quam per fidē passionis filij tui à te habeo. à te enim est homini iustitia. Et est hic gratiæ commendatio, cum ait, In tua iustitia, non in illa quæ est ex lege, quam quidam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Vel iustitiam & veritatem dicit, qua parcit pœnitensibus, & se damnantes absoluit, & accipit pro eodem veritatem & iustitiam. Et est sensus, Exaudi me in veritate tua, in iustitia tua, id est secundum iustitiā & veritatem, qua pœnitentibus & se accusantibus indulges. non est hoc contra humilitatem qua petebat audiri, sed veritas & iustitia dei est, ne eum rogante disceptes, ne eum qui se damnat iudicet. Vnde subdit,

Ex Aug.
Ex Greg.
Ex Aug.
Rom. 10
Ex Cass.

2 Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

ET nō intres in iudicio] vel iudicium [CVM seruo tuo] id est non districtè mecum agas in furore, quia seruus tuus sum. Indignum est enim cum seruo intrare iudicium, ne dicam cum amico. & si tu dicis me amicum, ego seruum: misericordia indigeo, fugitiuus ad te redeo, pacē quęro, non sum dignus vocari filius tuus: non ergo intres mecum in iudicium, quia nec ego volo intrare tecum. Intrant iudicium cum domino, qui iustitiam suam constituunt, quod non iste humilis facit. de illis dicit Propheta, Quid mecum vultis contendere in iudicio, omnes dereliquistis me, dicit dominus. Ecce per hoc quod hic dicit, Non intres in iudicium, patet quod supra non petiuit iustitiam iudicij futuri, dicēdo, Exaudi me in tua iustitia, cur hoc times? [QVIA] & si apud se, [NON] tamen [IVSTIFICABItur in conspectu tuo] id est intus, vbi vides, [OMNIS] homo [VIVENS.] Hic in carne, quia & si qui ab hominibus sancti videntur, non tamen deo qui intus videt, vbi nemo hic viuens, plenè est mundus. Ideo Salomon ait, Ante mortem nō laudes hominem: nec Paulus se perfectum ait, dicens, Nihil mihi conscius sum, non tamen in hoc iustificatus sum. Et nota quod ait, Omnis viuens. Per hoc enim generaliter intelligitur omnis homo, etiam infans, qui originali peccato tenetur. Nemo ergo per se, nisi per gratiam potest liberari. Vel ita, Non iustificabitur in con-

Ex Rem.
Ex Aug.
Hiere. 2
Ex Cass.
Ex Aug.
Eccle. 11
1 Cor. 4
Ex Cass.

Ex Hilar. ſpectu tuo, id eſt tui comparatione. Omnis vi-
& Hiero. uens, non dicit omnis homo, ſed, Omnis viuens,
ſcilicet non apoſtolus, non propheta, non ange
li, non throni, non cæteræ virtutes. Solus enim
deus eſt, in quem peccatum non cadit, id eſt nō
poteſt cadere. Cætera cum ſint liberi arbitrij, in
vtranq; partem poſſunt flecti, in cuius conſpe-
ctu aſtra non ſunt munda.

PARS SE 3 Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Ex Alcu. QVIA perſecutus eſt] Secunda pars, vbi eſt
narratio malorum, quæ patitur & dicit, quid
Ex Aug. contra egerit. q. d. Exaudi, libera. & neceſſe eſt di
cit eccleſia, [QVIA inimicus] id eſt diabolus,
vel quicunque, [PERSECVTVS eſt] apertè,
vel occultè [ANIMAM meam] hoc non dici-
mus, hoc caput pro nobis dicit, [ET humiliauit]
quantum in ſe eſt, [IN terra] id eſt in terrenis,
[VITAM meam.] Hoc enim agit quicũq; per-
ſequitur, vt relicta ſpe cæleſti terram ſapiamus,
quãtum in ſe eſt, hoc agit, ſed non mihi hoc cō-
tingit. Sequitur ex perſona corporis prius. Et,

4 Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi: & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.

Ex Hier. COLLOCAVIT me] inimicus, quãtum ad
ſe, [IN obſcuris] id eſt in tenebris vitiorum,
[SICVT mortuos ſeculi] id eſt cæteros deſpe-
Ex Caſſ. ratos, [ET ſpiritus meus anxiatus eſt] vicinita-
te periculi. Spiritus dico extẽſus, [SVPER me]
Ex gl. int. viſa miſeria, apud deum quærens refugium. Vel
quaſi extra me factus, [ET cor meum turbatum
Ex Caſſ. eſt] id eſt ſapientia cōfuſa eſt, [IN me] vel, Tur
Ex Hier. batum eſt cōr meum ad pœnitentiam. Quare
turbatum? quia,

5 Memor fui dierum antiquorũ, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.

Ex Caſſ. MEMOR fui dierum antiquorum] quibus
punitus eſt Adam, vnde mihi timor eſt. Recolẽs
autem iſte quod deus fecit cælum & terram, &
omnia, & quod bene fecit antiquis patribus,
quaſi obliuiſcitur miſeriarum mundi: & ex his
quæ fecit deus ſe conſolatur, dicens, [ET medi-
tatus ſum in omnibus operibus tuis] & non de-
ſiſtens, [IN factis manuum tuarum meditabar]
attendens enim quæ in naturalibus feciſti, &
quanta bona contuliſti antiquis, cōſolationem
habeo ex tua bonitate, ſpem veniæ aſſumens.
Ex Aug. Vel ex perſona Chriſti poteſt accipi ab illo lo-
co, Collocauit me in obſcuris &c. Nam & Chri
ſtus in obſcuris fuit collocatus, ſcilicet in paſ-
ſione, in ſepulchro: ſed non vt mortuus ſeculi,
quantum ad ſe, quia cur moreretur non habuit,
ſed iuxta opinionem crucifigentium. Colloca-
tus eſt ſicut mortui ſeculi, quia eum in morte de-
tinere putauerunt. Ex eiuſdem perſona, Et an-
xiatus eſt, vel, Tædium paſſus eſt in me ſpiritus
meus, ſecundum illud, Triſtis eſt anima mea vſq;
ad mortem. Et item, Cœpit Ieſus pauere & tæ-
dere: in quo nos figuramur. Trãsfigurauit enim
in ſe corpus humilitatis noſtræ. Et nota quod
non ait ex me, ſed, In me. q. d. non in alijs, quia
omnes deſeruerunt eum: & illi qui inhæſerant,
receſſerunt. Et quia eum mori videbant, aliud
aliquid putauerunt, & victi ſunt à latrone, qui
tunc confeſſus eſt, quando ipſi defecerunt. Me-
mor fui, hoc dicunt mẽbra, nō caput in ſua per-
ſona. quomodo enim memor eſt dierum, per
quem factus eſt omnis dies, & qui nũquam ob-
liuiſcitur? corpus ergo loquitur inhærens illi
in charitate & deuota humilitate. Et ait, Me-
mor fui dierum antiquorum, quibus bona face-
re, ſed non eſſe cœpiſti. Et meditatus ſum in o-
mnibus operibus tuis, quia vtique omnia bona
ſunt in quo percipit, quod quicquid in ſe boni
eſt, à deo eſt. Et, In factis manuum tuarum me-
ditabar. ac ſi diceret, Quæſiui in opere artificẽ,
& in condictis omnibus conditorẽ, creatura tua
facta mihi ſpectaculum, & cum viderem omne
bonum eſſe à te, dicit eccleſia,

6 Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Ex Caſſ.

EXPANDI] in oratione, [MANVS meas
ad te] formam crucis ſignificans, quæ eſt ſalus. Ex Rem.
Vel, Expandi manus meas ad te, id eſt dilataui
affectus vel opera, quæ prius erant contracta, Ex Aug.
[ET anima mea] quæ eſt per ſe, [SICVT ter-
ra ſine aqua tibi] hæret tibi, non mihi, qui eam
rigare non poſſum. Tu ergo complue eam, vt fru
ctum faciat.

7 Velociter exaudi me domine: PARS III.
defecit ſpiritus meus.

VELOCITER exaudi me] Tertia pars, vbi Ex Caſſ.
ponitur deprecatio caritis confirmata. q. d. quia
ſic ſitio, ideo [VELOCITER exaudi me domi Ex Aug.
ne] id eſt cito audi. Quia differebat deus ad in-
flammandum deſiderium, ac ſi differretur plu-
uia ad inflammandam ſitim. Si ergo ideo diffe-
rebas, iam da, quia ſitit anima in te. Ideo audi,
quia [DEFECIT ſpiritus meus.] Ideo impleat
me ſpiritus tuus, quia defecit meus. Iam enim
ſum pauper ſpiritu. In quo enim viuit ſpiritus
ſuus, ille ſuperbus eſt, ſpiritu ſuo extollitur con-
tra deum. Vnde alibi, Auferes ſpiritum eorum, Pſal. 103
& deficient. Et quia defecit ſpiritus meus, id eſt
quia non ſum ſuperbus.

8 Nō auertas faciem tuam à me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

NON auertas faciem tuam à me] iam humi- Ex Aug.
li. Auertiſti olim à ſuperbo, & factus ſum cōtur
batus. quod ideo feciſti, vt probarem, quid erat
eſſe à te: quod ergo abſtuliſti ſuperbo, iam redde
humili. Ideo non auertas, [ET] id eſt quia ſi a-
uerteris [SIMILIS ero deſcendentibus in la-
cum] id eſt in profundum peccati, in quo con-
temnunt homines, & perit confeſſio. Ille enim

descendit in profundum, qui etiam confessionē perdit, vt qui proponit sibi licentiam peccandi siue spe veniæ, habenis iniquitatis effusis: talis
Malach 3 non audit deum dicētem, Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos. Dico non auertas, sed potius,

9 Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.

Ex Cass. FAC mihi auditam misericordiam tuam.] & hoc [MANE] id est post noctem peccatorū.
Ex Aug. Mane ěnim est, cum peccata laxantur. Vel, Mane, id est post finem seculi, cum videbimus, quod modo credimus. Ideo fac misericordiam, [QVIA in te speraui] in nocte quidem sumus, sed, In te speraui, donec transeat iniquitas nocturna. Nox quærit patientiam in expectando. Lęticiam vero dabit dies. Et quia non satis est in hac nocte sperare, sed opus est aliquid agere, quod per me non possum, ideo precor,

10 Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animā meam.

Ex Aug. NOTAM fac mihi viam in qua ambulem] hoc fecit deus, cum propheticum sermonem
2 Pet.1 accendit. cui sicut Petrus ait, Debemus intēdere tanquam lucernæ in caliginoso loco, donec dies illucescat. Ideo etiam & se lumen in testa carnis posuit, ad quod lumen ambulemus, & ad formā serui ambulando, perueniemus ad formam dei, ad lumen purum, scilicet ad verbum in principio apud deum. Et qua fiducia hoc petat, subdit, quia & [ANIMAM meam] ad mundum non declinaui, sed [AD te leuaui] non cōtra te, quia apud te est fons vitæ, vt vas ad fontem attuli. Imple ergo illud. Et ideo,

11 Eripe me de inimicis meis domine: ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia deus meus es tu.

Ex Aug. ERIPE me de inimicis meis domine] scilicet à diabolo, & à suis quos implet. Non enim in solum Iudam intrauit, imo multi sunt Iudæ, quos implet Satanas, in quibus ipse Satanas expugnatur, illum non visum expugno, illos visos patior. Ideo eripe me, quia nonā te, sed [AD te confugi] à te fugit Adam, & abscondit se inter
Iob 7 ligna paradisi: de quo dicit Iob, Tāquam seruus fugiens dominum suū, & consecutus est vmbrā. Ad vmbram enim à te fugit, ego vero ad te. Et ideo, [DOCE me facere voluntatem tuam, quia deus meus es tu.] Si enim me non doces, faciam volūtatem meam, & deserēt me deus meus. Ergo doce me, Quia deus meus es tu. Ad aliū currerem, si ab alio factus essem. tu es totū meum, nō solum dator hæreditatis, sed ipsa hæreditas. tu me creasti per verbum domini manentem apud te, etiam recreasti per verbum carnem factum propter nos. Tu ergo, Es deus meus. Et ideo, Doce me, vt magister meus.

PARS IIII 12 Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua.

SPIRITVS tuus] Quarta pārs, vbi est læta conclusio. q. d. Doce me, quod vtique facies, Ex Alc.
quia [SPIRITVS tuus bonus deducet me in terram rectam] non spīritus meus malus, qui duxit in terram peruersam. sed deducet nullo modo merui, quia ô [DOMINE] non propter merita Ex Aug.
mea, sed [PROPTER nomen] tuum, id est vt rem nominis tui impleas, quod est Iesus, [VIVIficabis me] ego me occidi. sed tu, Viuificabis me, & hoc [IN æquitate tua] non mea. Gratia dei hic commendatur, quia non ex meritis, sed ex nomine quod est Iesus se viuificandum dicit. Sed cum hac gratia ęquitatis meminit, quia licet deus omnia gratis faciat, iustitiæ tamē eius est supplices viuificare, quos dęmones videt impetere. Vel ita, Viuificabis me in æquitate tua. Ex Hay.
hoc non mutatur. Propter nomen tuum domine, Ex Cass.
id est vt inde lauderis. Vnde alibi, Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Ex Aug. Psal. 113

13 Educes de tribulatione animā meā: & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

14 Et perdes omnes qui tribulāt animam meam: quoniam ego seruus tuus sum.

EDVCES de tribulatione] huius seculi, [ANIMAM meam] hoc fit quando data venia de seculo iubet exire quasi de carcere, [ET in misericordia tua] non in merito meo, [DISPERdes omnes] hic [INIMICOS meos] quia nihil poterunt contra me, [ET] in iudicio futuro [PERDES omnes qui tribulant animā meam] id est diabolum, & omnes obstinatos. Dico tribulant, [QVONIAM ego seruus tuus sum.] Vel merito perdes me tribulantes, Quoniam ego seruus tuus sum. Ex Cass.

COLLATIO
In psalmum 142. Domine exaudi orationem meam, auribus percipe.

4 SICVT mortuos seculi.] D. Hieronymus, Sicut mortuos antiquos. Accedit & Munsterus, Sicut qui ab olim mortui sunt. Nec abhoret Cāpensis. Alij autem nobiscum sunt. Et vtroq; modo potest reddi, ex Heb. כְּמֵתֵי kemethe, quāquam sententia parum aut nihil distet.

CXLIII. PSAL. TIT.
Psalmus Dauid ad Goliam.

BENEDICTVS dominus deus meus.] Titulus, [PSALMVS Dauid ad Goliam.] Ex Aug.
Psalmi huius titulus breuis est numero ver

1 Reg.17 borum,sed grauis pondere mysteriorum, sumptus de historia libri Regum, vbi legitur quod cum Philistæi dimicarent aduersus populum dei,egressus est de castris Philistçorum quidam nomine Goliat,qui improperans Israelitis dicebat, Eligite ex vobis virum vnum, qui mecum ineat singulare certamen.& si vicerit me,erimus vobis serui: si autem ego vicero, vos nobis seruietis. Quod cum audisset Saul & viri Israel,timuerunt valde. Tunc forte Dauid pascens gregem patris sui, missus est ab illo portare panes, & quædã alia fratribus suis,qui erant in exercitu Saul. Qui cũ venisset Dauid,audiuit Philistçum præfata dicentẽ,& circunstantibus dixit, Quid dabitur viro qui percusserit hunc Philistçum? & auditis his verbis adductus est ad Saul,dixitque ei, Ego seruus tuus pugnabo contra Philistæum hunc. Cui cum dixisset,non poteris,quia puer es,& ille vir bellator fortis: ait Dauid, Ego seruus tuus leonem & vrsum interfeci:& dominus qui eripuit me de ore leonis & vrsi,ipse liberabit me de manu Philistæi. Tunc dixit Saul, Vade, dominus sit tecum, & tradidit ei arma sua, quæ quia nimis grauia erant,Dauid deposuit,& assumpsit quinque lapides de torrente,quos posuit in peram pastoralem, & fundam tulit in manu:& sic armatus processit contra Philistçũ. Quem cũ vidisset Philistæus,contempsit. Cũq; iret contra Dauid, festinans Dauid, misit manũ in peram, & tulit vnũ lapidem,quem funda iecit:
Ex Alcu. nec primo Philistæum percussit,nec secun-
in Mat.4 do: sed tertij lapidis iactu percussit eum in fron
Ex Cass. te,atque deiecit. Cúmq; cecidisset, Dauid currens stetit super eum, & accipiens gladium eius abscidit caput eius:& ita victor extitit. De qua victoria non superbiuit,sed totum deo tribuens,
Ex Aug. in hoc psalmo gratias agit: & in illa figurali vi-
1 Cor.10 ctoria spiritualem Christi & fidelium cõtra diabolum victoriam significari intellexit: quia omnia in figura contingebant illis, & de vtraque victoria in hoc psalmo gratias agit. Dauid ergo totus Christus est, scilicet caput & corpus. Golias,diabolus. Arma Saul,legalia sacramẽta sunt, quibus oneratus erat Iudaïcus populus, scilicet circuncisio,sacrificia,& alia visibilia sacramẽta. Sed quia lex non potest viuificare,vt prementia non adiuuantia, in tempore gratiæ Christus & caput & corpus, legis deposuit sacramenta. Et quinq; lapides, id est ipsam legẽ,scilicet quinq; libros Mosi tulit de flumine.i. à populo illo, qui per flumen significatur,quia labitur omne seculum. Per flumen enim seculum. Ergo in illo flumine,id est illo populo lapides vacabãt inutiles. Sed vt lex esset vtilis, Dauid accepit vas pastorale,id est gratiam,sine qua lex non poterat im-
Rom.13 pleri,quia plenitudo legis est charitas, quæ est ex spiritu sancto. Hoc est ergo lapides mittere in vase pastorali, quo lac mulgere solebat legi, scilicet admiscere gratiam. Sic armatus procedit totus Christus aduersus superbum, vnum lapidem misit, quo deiecit: quia vnitas diabolum vincit: percussit in fronte, quia ex eo loco corporis sui cecidit, id est in illis membris vbi signum Christi non habuit. Deinde illo percusso atque deiecto: gladio eius caput abscidit, quia quando magni eius credunt, quos ille in manu habebat,& de quibus animas trucidabat, cõtra eum loquuntur. Et sic caput eius suo gladio inciditur. Sicut ergo Dauid paruus superbũ Goliam de se præsumentem superauit: ita Christus superbum diabolum occidit,id est humilitas superbiam. Deus enim fit humilis, vt diaboli superbiam sternat,& vt superbi qui humiles sanctos dedignarentur sequi, hũc saltem velint imitari. De hac ergo victoria agitur hic. Et est sensus tituli,[PSALMVS] iste, est [DAVID] prophetæ,qui hic loquitur in sua vel totius Christi persona. Psalmus dico, habitus [AD Goliam] Ex Cass.
id est contra Goliam figuralem & spiritualem, quia hic agit Dauid de sua figurali, & mystica Christi victoria, ex qua & sua processit. Agens ergo gratias deo de sua victoria vt solet homo, precatur etiam vt ille veniat qui diabolum vincat, & fideles liberet. Non insolescit Dauid de victoria vt solet homo, sed virtuti dei dat. Et est iste triumphalis psalmus. Intentio. Monet ad gratiarum actiones pro victoria, scilicet qđ Dauid figuraliter vicit Goliam. Modus. Bipartitus est psalmus. Primo agit de victoria, scilicet quod Dauid figuraliter vicit Goliam, spiritualiter ipse cum alijs sanctis diabolum, quæ tota victoria inde esse dicitur, quia Christus de eius semine veniet vincere superbiam mundi. Vnde aduentũ eius precatur. Secundo promittit se victori cantare in nouo & veteri testamẽto,precans eum per eum liberari, ibi, Canticum nouum. Dauid ergo non insolescens de victoria,sed humiliter gratias agens deo,ait,

BENEDICTVS dominus de⁹ meus qui docet manus meas ad prælium: & digitos meos ad bellum.

BENEDICTVS] sit [DOMINVS deus meus, Ex Hay.
qui docet manus meas ad prælium] quod de prope fit, [ET digitos meos ad bellum] quod de longe fit. Deinde ostendens sibi hoc esse ex gratia, subdit,

2 Misericordia mea & refugium meum: susceptor meus & liberator meus.

MISERICORDIA mea & refugiũ meũ] Ex Hay.
Vnde hoc mihi? à deo meo, quia ipse est, [MISERICORDIA mea & refugium meum: & susceptor meus & liberator meus.] Et,

3 Protector meus, & in ipso speraui: qui subdit populum meum sub me.

PROTECTOR meus] quia prolixum est mul Ex Cass.
tas causas plenè explicare breuiter singulas singulis verbis tangit. Misericordia ei fuit quando vltimus fratrum in regem vnctus est. Refugium fuit ei,quando contra Goliam consilium dedit ei,vt petra deiiceret eum,cum quo non poterat

pugnare. Susceptor fuit eius quando fecit eum generum regis. Liberator, quando à periculo regiæ iræ liberauit eum: Protector eius fuit, quando Dauid in spelunca ius in Saulem accepit.[ET in ipso speraui] vel sperabo, [QVI subdit] vel subdis &c. Post tanta beneficia sibi collata, scit Dauid à tali spe non esse cessandum. Et ideo post enumerata beneficia cõgruè hoc addit.q.d. hæc bona fecit mihi dominus, Et ideo, ego, Sperabo in ipso qui subdit, vel quia tu es, Qui subdis,[POPVLVM meum sub me.]Hoc vel ad literam de futuro accipitur, quia imperaturus erat populis vel semini suo Christo, populos subdendos prædicit. Deinde post tot beneficia non solum se fatetur exiguum, sed etiam totum genus humanum beneficijs dei indignũ, dicens, Domine quid est homo &c. Vel ex perso-

Ex gl.int. na corporis Christi totũ accipi potest. Et quasi humilis Dauid, ait, Benedictus, sit, Dominus deus, omnium, sed, Meus, propriè, cur me subieci & dedi, Qui docet manus meas ad præliũ. Congruus ordo est hic, dum prius ait, Deus meus,

Ex Aug. deinde subdit, Qui docet &c. Si enim primo das te deo, tunc & illo docente & iuuante pugnabis. Et digitos meos ad bellũ. Nõ sine causa manus & digitos posuit. Sicut enim in vna manu multi digiti sunt, ita in vno spiritu diuisiones gratiarum sunt. In digitis ergo notatur diuisio operationis, quæ est in radice vnitatis, vt Apo-

1 Cor. 12 stolus ait, Alij datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ per eũdem spiritum, alij fides, alij hoc, alij illud, sed in vno spiritu. Omnia enim operatur vnus & idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Ecce radix vnitatis. His ergo digitis pugnat corpus Christi, & in bellum doctè procedit. Et est sensus, Qui docet manus meas ad pręlium, & digitos meos ad bellum, id est per spiritum sanctum dat mihi dona gratiarũ, quibus me facit & docet pugnare, & procedere ad bellum contra principes tenebrarum, & contra carnẽ, cuius desiderijs & illi mala proponunt: sed vincit ille qui lapidem immittit in lactis exceptorium, id est qui gratiam attendit, qui spiritu dei ducitur. Et quia in pugnando periclitaris, idest periculum pateris, ne vincaris dic quod sequitur, Tu es, Misericordia mea, id est tu das vt misericors sim, & sic vincam, quia de nullo sic vincitur diabolus inimicus, vt de misericordia, quæ in duobus consistit. s. in dando & in dimittendo: qui enim dimittit, etsi peccauit, dimittetur ei: qui dat, datur ei. De hac dicit Iaco-

Iacobi 2 bus, Superexaltat misericordia iudicio, vel iudiciũ.i. supponitur iudicio, quia in quo fuerit inuentum opus misericordiæ, & si habuerit forte in iudicio quo puniatur, vnda misericordiæ quasi aqua peccati ignis extinguitur, in quo nõ est iniustus deus, nec iudicij veritatẽ deserit, cũ talib⁹ ignoscit, quia iustitia est vt secundũ quod quis fecit alijs, fiat ei. Vnde dominus ait, In qua

Matth. 7 mensura mensi fueritis, remetietur vobis ac si diceret, Si ignoscis, ignosco. Si est apud te mensura veniæ dandæ, inuenies apud me veniæ accipiẽdę. Si est apud te mensura tribuendi quod habes, inuenies apud me mẽsuram accipiendi quod nõ habes. Dimitte ergo, & dimitto: da, & do. Et, Tu es refugium meum, quasi turris in tribulatione, Et liberator meus, ne cadam: Et susceptor meus, ne in via hæream, Et protector meus, ne feriar. Deinde conuertens sermonẽ ad alios ait, Et in ipso speraui, in omnibus laboribus & prælijs. Deinde ex persona capitis, Qui subdit &c. Ecce caput loquitur nobis, vel patri loquitur, dicens, Qui subdis populum meum sub me. Dein-

de ex persona Dauid & ipsius ecclesiæ coniun- Ex Cass.
ctim fatentis genus humanum beneficijs dei indignum, cum despectu & admiratione subditur,

4 Domine quid est homo quia innotuisti ei: aut filius hominis quia reputas eum.

DOMINE quid est homo] q.d. hæc benefi- Ex Aug.
cia das. Et ò,[DOMINE, homo] qui per se fragilis est & peccato,[QVID est] id est quam magnum. quid est per hoc? quia [INNOTVISTI ei] per assumptam humanitatem. q.d. per se nihil est, per te dignũ quid est. Totum enim quod est, inde est, quia innotuisti ei. Deinde quasi exponens cui quis innotuerit, subdit,[AVT] idest & [FILIVS hominis] quid est per hoc, etiam [QVIA reputas] vel extimas [EVM] alicuius precij? Quid est quod eũ tanti facis? preciosum vtique quiddam eum ostendis. Magnum est enim quod deus extimat, & tantum facit vt pro eo mittat filium, vel dederit, cui sit panis, qui est panis angelorum. Nõ enim sic extimat deus hominem vt homo, qui carius emit equum quàm hominem.

5 Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra prætereunt.

HOMO vanitati] q.d. Quem ita extimas il- Ex Aug.
lum qui per se similis est vanitati & vmbræ? Homo, enim qui prius fuit veritati similis, postea peccando [FACTVS est similis vanitati.] Quãdo enim homo conditus est, veritati similis factus est, sed peccando similis factus est vanitati. Vana enim sunt omnia transitoria in comparatione semper manentis deitatis. Et quamuis talis sit factus, tamen innotuisti ei, & extimas eũ. Ecce hic dicit quid per se homo est, dum dicit, Similis vanitati. Vanum est quod de sua substantia cadens vanescit, vt fumus, vmbra: ita & ipse homo tabescit.[DIES eius] id est vita eius motoria,[PRAETEREVNT sicut vmbra.] Videtur quidem, sed non habet firmitatem manendi, vt vmbra. & dum est, in nocte est.

6 Domine inclina cælos tuos, & descẽde: tange mõtes & fumigabũt.

DOMINE inclina cęlos] Hoc prius ex per- Ex Cass.
sona Dauid precantis pro incarnatione accipitur, qui hic iam aperit quod supra dixit, innotuisti ei, quia tunc innotuit deus homini, quãdo incarnatus apparuit. q. d. talis per se est homo, sed vt per se reformetur, ò [DOMINE inclina cælos tuos & descende] ad nos, quia hæc nisi inclinata deitate fieri nõ poterant. Inclinati sunt cæli, quãdo virtus & honor supernorũ ad hominem descẽdit, & forma dei formã serui suscepit. Ex Aug.
Vel ex persona ecclesiæ potest hoc dici. Humi-

lis enim Dauid plenus gratia, id est corpus Christi præsumens de deo pugnans, hic inuocat adiutorium dei. q. d. in lucta sumus, sed vt non deficiamus, ô, Domine inclina cælos tuos, id est cōtempera hominibus apostolos, vt humiles dicant alijs excellētiam tuam. Et, per eos, Descende, in notitiam aliorū, [ET tange] de tua gratia [MONTES] id est elationes terræ, tumidas grāditates, id est superbos, [ET fumigabunt] id est fatebuntur peccata: contra eos autem qui conspirauerunt contra te,

7 Fulgura coruscationem: & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & cōturbabis eos.

Ex Aug. FVLGVRA] vel fulgora, vel corusca. i. clarifica [CORVSCATIONES] vel coruscationē, id est crebresce miraculis, & soluetur cōspiratio eorū: quia crebris miraculis territi nil audebunt. [ET dissipabis eos] ab inuicē Ecce bellū Christi contra diabolū. & de eodē subdit, [EMITTE sagittas tuas]. i. verba tua, [ET conturbabis eos] ad
Ex Cass. pœnitētiam. Deinde Propheta aduētum Christi precatur, & ad patiē verba conuertit, dicens,

8 Emitte manū tuam de alto, eripe me: & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum.

Ex Cass. EMITTE manum] q. d. vt hæc fiant, [EMIT
Ex Aug. TE manū tuam]. i. Christū, [DE alto] vbi cum patre est, vt induat carnē. Vel de secūdo aduētu agit ex persona ecclesię. q. d. fac ita modo. In fine autem, [EMITTE manū tuam de alto]. i. Christū
1 Thess. 4 de cælo ad iudicium. Veniet enim ipse dominus in voce angeli, & in tuba dei descendet de cælo. Deinde ex persona ecclesiæ subdit, [ERIPE] q. d. Emitte manū, & per eam manū, [ERIPE me, & libera me de aquis multis]. i. de populis multis, foris vel intro pugnātibus. Hæ sunt aquæ cōtradictionis, à quibus eruit deus humilitatē Dauid. Et quid est de aquis multis? ecce. s. [DE manu filiorū alienorum] qui. s. de auerso patre diabolo nati sunt. Qui sunt illi?

9 Quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.

Ex Hilar. QVORVM os locutū est vanitatem] exaggerat eorū malitiā. Vnde addit, [ET dextera eorū dextera iniquitatis]. i. dextera eorū est sinistra.

PARS II 10 Deus canticum nouum cantabo tibi: in psalterio decacordo psallam tibi.

Ex Cass. DEVS canticum] Secūda pars, vbi quasi ille quē precabatur victor & liberator iā venerit, ei se cantare in nouo & vet. test. promitit, & per eū precatur liberari ab his qui beatitudinē
Ex Aug. putant in terrenis. q. d. dicis quod os eorū locutum est vanitatē. Quid ergo tu inter eos in vase pastorali habens quinq; lapides agis? quomodo contra eos te habes? Ecce quomodo, ô [DEVS] ego [CANTABO tibi] inter verba illorum [CANTICŪ nouum] i. noui hominis. s. canticū noui testamēti, cāticum de noua gratia. Strepitus enim aquarū contradictionis nō facit me obmutescere. Postquā dixit quid cātet, subdit, in quo instrumento cantet. s. & [IN psalterio decacordo psallam tibi] hoc alio nomine significat legē quam per quinq; lapides designauit. Et est sensus, [IN psalterio decacordo psallam tibi]. i. in lege decē præceptorū tibi psallā, tibi gaudebo, tibi cātabo canticum nouū. quia plenitudo legis est charitas, qua qui caret psalterium portare potest, cantare non potest. Rom. 13

11 Qui das salutem regibus, qui redemisti seruum tuum: de gladio maligno eripe me.

QVI das salutem] q. d. tibi cantabo, [QVI das salutem regibus] id est montibus iam fumigantibus, [QVI redemisti Dauid seruum tuum] s. totū Christum caput & corpus, & tu qui hæc facis, [ERIPE me de gladio maligno] ideo addit maligno, quia est benignus gladius quo deus loquitur veritatē. de quo dominus ait, Nō veni pacē mittere, sed gladiū. Hic est gladius bis acutus, vtroq; acumine præpotens. s. veteris & noui testamenti, quo omnis putredo à membris Christi absciditur. Benignus ergo gladius est iste. Malignus vero gladius est, quo illi loquūtur vanitatem. Vnde alibi, Et lingua eorū gladius acutus. Quas ergo superius aquas dixit, ipsum hic dicit gladium. Vnde & hic addit quod ibi dixit, Ex Aug. Matth. 10

12 Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os loquutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.

ERVE me de manu filiorum alienorum] hac repetitione reddit iniquos detestabiliores, [QVORVM os locutū est vanitatem] scilicet quod terrena sunt beatitudo. [ET dextera eorum est dextera est iniquitatis] quia terrena habēt pro dextera. Deinde qui sunt alieni, & quæ eorum dextera, quæ dicitur iniquitatis, & qualiter locuti sunt vanitatem exponit, dicens, Ex Cass. Ex Aug.

13 Quorū filij sicut nouellæ plantationes: in iuuentute sua.

QVORVM filij &c.] Hic felicitatē eorū enumerat. hæc est dextera eorū, hęc est vanitas quā loquūtur, dū hęc dicunt esse beatitudinē. Primo ergo ostēdens quæ sit eorū dextera, ait, [QVORVM filij] sunt [SICVT nouellæ] vel nouella, [PLANTATIONES] vel plantationis, vel nouellæ constabilitæ [IN iuuentute sua] alia litera. Et, Ex Aug.

14 Filiæ eorum compositæ circūornatæ, vt similitudo templi.

FILIAE eorum] sunt [COMPOSITAE] & [CIRCVMORNATAE vt similitudo templi.] Et, Ex Aug.

15 Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.

PROMPTVARIA eorum] vel cellaria, [PLENA eructantia ex hoc in illud.] Et,

16 Oues eorum fœtosæ abundantes in egressibus suis: boues eorum crassæ.

Ex Aug. OVES eorum] sunt [FOETOSAE abundantes in egressibus suis: boues eorum crassæ] vel crassi. Et,

17 Non est ruina maceriæ, neque transitus: neque clamor in plateis eorum.

Ex Aug. NON est ruina maceriæ] vel sepis, [NEQVE transitus] vel exitus, [NEQVE clamor in plateis eorum] id est nullus tumultus, sed pax quieta est, [IN plateis eorum.] Ecce quæ est eorum dextera. Deinde ostendit quam vanitatem loquuntur, sobdens,

18 Beatum dixerunt populum cui hæc sunt: beatus populus cuius dominus deus eius.

Ex Aug. BEATVM dixerunt] q!. d. non hæc quæ habent, arguo tanquam sint mala: sed inde arguo eos, quia [BEATVM dixerunt populum cui hæc sunt.] Illud quod est in sinistra, ponentes in dextera. Felicitas quidem est habere filios incolumes, & filias ornatas, & cætera temporalia; nec præcipitur iustis eam fugere, sed nõ dexteram putare. Non enim inde reprehẽdit istos quia his abundant, sed quia pro dextera habent, id est pro beatitudine. Et hæc est vanitas quam locuti sunt his Abraham & Iacob abũdauit sine amissæ iustitiæ damno, felicitas est in his vt dictum est: sed sinistra, id est temporalis, mortalis, corporalis. Ita hæc ad literã accipi possunt, vt dictũ est.

Ex Hier. Vel mysticè possunt accipi ab illo loco, Quorũ filii, & agit de errorib⁹ malorũ, & pessimis cogitationibus, ostendens eos esse hæreticos, de quibus etiam quædam ad literam exponũtur. Quorum, scilicet prædictorũ, Filij, sunt, Sicut nouellæ plantationes: in iuuentute sua, id est filij eorum sunt nouella plantatio, qui non de apostolis sunt fundati, sed de peruersitate nouitatis generati. Ecce post mala ipsorum enumerata supra, nunc etiam bona eorum accusat, dicens quod filij prauo dogmate sunt generati, qui non antiquis ritibus patrum viguerunt, sed nouis erroribus pullulauerunt. Et, Filiæ eorum, quæ non habent vires constantiæ sunt compositæ, quia non natura sunt pulchræ, sed ab hominibus compositæ. Et, Circumornatæ vt similitudo templi. Hæ filię sunt cogitationes vel prędicationes eorum, quæ non habent veram ecclesiam, sed similitudinem. Et, Promptuaria eorum, id est corda, sunt, Plena, id est diuersis rebus farcita. & sunt, Eructantia, quia de illis pessimas eructationes exhalãt quę fœtent, & simplices corrumpunt. Eructantia dico, Ex hoc in illud, quia in vno victi fugiunt ad alium instabiles, quia non habent radicem veritatis. Et, Oues

Ex Cass. eorũ fœtæ, sunt. Hæc ad literam accipi possunt, quia vult eos ostendere caducis rebus hærere. q. d. Peculium eorum fœtosum est, cum ipsi fide sint steriles. Vel mysticè, Oues eorum, sunt discipuli eorum. Hę oues sunt fœtosę, quia ipsi alios plures in errore generant. Abundantes in egressibus suis. non ait in ingressibus suis, quia totũ qđ habere videntur, ab eis egreditur cito periturus. Et, Boues eorũ, sunt, Crassæ, ad literam. Boues eorum non sunt labore macri, sed ocio pingues, vt his qui affluunt diuitijs, cũ ipsi sint à veritate ieiuni. Vel mysticè, Boues eorũ, sunt magistri, qui sunt crassi, quia terrenis affluũt. Nõ est ruina maceriæ, neq; trãsitus, neq; clamor in plateis eorum, ad literã. Maceria est quæ de solis saxis, in hortis, vel i. vineis fit. Sed nec illa ruit illis, adeo prosperi sunt, nec transitus, nec clamor turbidus interrumpit quietem eorum. Vel mysticè, Maceria, est ara philosophorũ, quæ non potest in eis destrui, vt iusti facti transeant ad Christũ. Ex Hier.

Neq; clamor dei, qui est in angusta via quæ ducit ad vitam, est, In plateis eorũ. i. in lata via eorum, quę ducit ad mortẽ. Hęc prędicta sunt eis. Ex Cass.

Et, Beatũ dixerunt populum cui hæc, prædicta, Sũt, filij alieni hoc dixerũt. Sed tu Dauid, quid dicis? quid dicis tu corpus Christi? quid vos nõ filij alieni? ecce, Beatus, est, Populus cuius dominus, est volũtate, ille qui est, Deus eius, potestate. Sciendũ est quod de hac victoria quam psalmus iste triumphalis decãtat, quasi terminũ omnium mũdanarum rerũ sibi fecit Propheta. Non enim post hãc aliquid dicturus est, vel de ecclesię persecutoribus, vel de ærumnis seculi, vel de pœnitẽtia, vel de lamentatione pia, vel de Antichristi elatione; sed septem reliqui diuinis pręconijs & cęlesti lętitia pleni sunt, vt quasi repulsis nubib⁹ peccatorũ, serenis mẽtibus ad laudes dei veniatur. Ea quasi cõpletis omnibus quibus humana ignorantia fuerat instruenda, nunc ad sola præconia dei vacandum est. Vnde specialiter sequens psalmus intitulatur laudatio.

COLLATIO

In psalmum 143. Benedictus dominus deus meus qui docet &c.

4 INNOTVISTI ei.] Heb. cognouisti eũ, ותדעהו vatedachu, idem est sensus. Nam & deus cognoscit nos, & cognoscimus eum per sua beneficia. Deus nos cognoscit & cognoscitur per sua beneficia.

13 A 13 versu vsq; ad penultimũ inclusiue, vbi legimus pronomẽ relatiuum tertiæ personę, translationes habẽt per pronomen nos aut noster, iuxta exigẽtiam regiminis, vt sic accipiẽdo cõtrarius fit sensus. Nam secũdum nos hi versus dicũtur in deteriorẽ partem, quasi mali suã felicitatẽ collocent in huiusmodi terrenis. Secundum alios dicerẽtur ceu bonis omnia prospere succedant. Diuersitas oritur ex duobus. Prius est qđ in primo versu omnium illorũ de quibus loquimur, ponitur אשר ascher, quod D. Hiero. Neb. Sanctes, & Munst. Interpretãtur per, vt, alij per, quia, quoniã, aut quomodo, & Lxx per relationem, quorũ. Id enim particula illa sępissimè designat, ac singulo quoq; versu retinuerunt illius vim. Id est enim filiæ eorum, & quorum filiæ, promptuaria eorum, & quorum promptuaria,

& cætera. Deinde vbi legitur pronominis nota נו nu, hoc est nuster, secundum diuersos casus iuxta exigentiam, apparet Lxx legisse נו cũ pũctulo dagesch, quod est, ei, eius, eum. Et quãquam sit singularis numeri, tamen potest accipi pro eorum quoq; illorum. Talem igitur videtur sequuti fuisse intelligẽtiam. Nũc ad singula quæ singularem faciunt difficultatẽ, descendamus.

14 FILIAE compositæ circumornatæ vt similitudo templi.] Lxx metaphoram quæ erat in Heb. ad ipsum sensum accommodarunt. Sic enim habet D. Hier. Quasi anguli ornati ad similitudinem templi. Pratensis, Velut anguli tessellati &c. Sanctes, Sicut anguli incisi palatij. Paraphrasis, Veluti angulares columnę, summo studio exornatæ, quales in templis & regum domibus cõspiciũtur. Ac cæteri ad cõsimilem modũ.

15 PROMPTVARIA plena eructantia ex hoc in illud.] Similiter D. Hier. Pratensis, Anguli pleni redundantes è victu in victum. Sanctes, Anguli pleni, educẽtes de specie in speciem. Munsterus, Penuaria plena sint, vt efferãt de specie in speciem. Sic fermè cæteri. Quantum ad primum vocabulum conuenimus. Nam quod aliqui vertunt angulos, intelligunt domus latebras ac penuaria. Sed differimus in nouissima parte. Quod enim dicimus, ex hoc in illud, posuit de victu in victum, aut de specie in speciem. Licet autem non dissideat sensus, hoc aut illo modo, quoniam omnis generis annona vtrobique significatur, tamen Lxx & D. Hieron. זו zu, pro זן zan, id est hoc, pro victu aut specie. Siquidem citra punctorum distinctionem, nõ longè distant litera nun finalis & vau. Pellicanus quoque sic legisse videtur. vertit enim, Expensas facientes ea hoc in illud.

16 OVES fœtosæ, abundãtes in egressibus.] Interpretes nostri sententiam tenuerunt, corticem verborum reliquerunt. Dicit D. Hiero. Pecora in milibus, & innumerabilia in compitis nostris. Et alij eodem recurrunt.

BOVES crassæ.] Ad cõsimilem modum D. Hiero. Alij interpretantur fortes ad portãdum. מְסֻבָּלִים mesubalim, i. ad verbum onustos, vbi subaudiendum est carne, & sic pingues. Id quod Sãctes indicauit. Nec tamen dissident qui vertunt aptos ad onera portanda, quanquam magis quadraret, fortes ad labores sustinendos, quũ boum sit potius agriculturæ deseruire, aut plaustra trahere. Vtcunque fuerit, bona habitio iumentorum significatur

17 NON est ruina maceriæ neque transitus.] אֵין פֶּרֶץ וְאֵין יוֹצֵאת en peretz veen iotzeth, ad verbum, non fractio, nõ exitus. Potest intelligi quod nulla sit captiuitas, in qua vrbiũ & ædificiorum materies cõquassatur. D. Hiero. penè idem. Nõ est interruptio, & nõ est egressus. Vnde Munsterus addidit, ad captiuitatem, alij referunt ad sterilitatem, quæ non sit. Hinc Sanctes vertit, Non est sterilis, neq; quæ egrediatur. Pratensis, Non est fractio, & non est faciens abortiuum.

18 BEATVM dixerũt populũ cui hæc sunt] Hebræus habet אַשְׁרֵי הָעָם שֶׁכָּכָה לּוֹ aschre haam schecacha lo, Beatus populus cui sic ipsi. Hoc videtur firmare veram fœlicitatem, quam nostra lectio solum fucatam innuit, & ab hominibus deprędicatam. Quod si intelligatur de rebus ipsis temporalibus, vt sonat litera, nõ est dubium Christiano contra fidem esse, si beatitudinem constituas in diuitijs transitorijs. Debuit ergo subaudiri, vt sane interpretati sunt Lxx verbũ dixerunt, quod & frequentius fit Heb. Vnde Mũst. psalm. 117. Omnes gentes circuierunt me. Deinde in sequenti clausula vult subaudiri, & dici, In nomine domini, quia vltus sum in eos. Consimiliter in alijs duobus versiculis sequentibus. Item Sanctes psalm. 9. vbi dicimus, Quęretur peccatum illius, & non inuenietur, vertit, Quæres impietatem illius, quam dixit quod non inuenies. In Heb. non habetur quam dixit.

CXLIIII. PSAL. TIT.
Laudatio ipsi Dauid.

EXALTABO te.] Titulus, [LAVDATIO ipsi Dauid.] Breuiter continet hic psalmus quæ in diuinis scripturis ad laudem dei pertinentia latè diffunduntur, in quo nouẽ loci laudis distinguuntur, ex quibus omnia laus dei sumitur. Vbicunque enim de laude dei agitur, legitur vel opera, vel potẽtia, vel aliquid cæterorum. Ad huius autem psalmi præconia, sequentes psalmi pertinent, qui cum isto septem sunt. Vt enim septem sunt psalmi pœnitentiæ, ita & septem sunt psalmi laudis, quibus in die laudãdus est deus. Sicut Propheta dicit, Septies in die laudem dicam tibi. sicut & septem sunt spiritus gratiarum, qui laudes dei concinunt, sicut legitur in Apocalypsi. Iuxta hoc sacramẽtum præcepit deus Mosi in tabernaculo septem lucernas ponere, perpetuo lumine lucentes. In his septem psalmis sufficienter deus docuit quomodo laudari velit, ne quis in eius laude errare possit. Ad hoc enim spiritu sancto deus implet sanctos vt laudent eum, & ne erremus in laudando iter laudis in scriptura constituit, qui vt bene laudaretur ab homine, seipsum laudauit, vt inueniat homo qualiter laudet eũ Nõ enim potest hoc dici deo, quod dictum est homini, Non te laudet os tuum. Si enim se laudat homo, arrogantia est: si deus se laudat, misericordia est, quia laudando se amabilem facit, & nos amãdo meliores sumus, non ipse. Ideoq; spiritus eius in seruis suis laudat eum, & tunc seipsum laudat, quia laudari se facit. Et est sensus, hæc [LAVDATIO] sit [IPSI Dauid] id est Christo, qui de semine Dauid natus est. Intentio. Monet ad laudem. Modus. Tripartitus est. Primo præmittit Propheta infinitam laudem. Secũdo omnes perfecturos dei laudem nouẽ modis dicit, ibi, Generatio &c. Tertio eadem latius explicat, ibi, Miserator &c. Propheta ergo in persona ecclesiæ septiformi spiritu plenę, laudem promittit dicens, ⁊,

Ex Cass. in præfatione & concl. ps.

Exod. 37.

Apoc. 5

Ex Aug.

Prouc. 27.

Ex Cass.

EXALTABO te deus meus rex: & benedicam nomini tuo in seculũ, & in seculũ seculi.

REX] Christe, qui de Ex Aug. & Cass. Iuda natus es, vnde reges erant in veteri testamento, qui es etiam [DEVS meus] scilicet creator & recreator, ego [EXALTABO te]. i. te notum faciam prædicãdo, quod es, [ET benedicã nomini tuo]. i. laudabo te, [IN seculum]. s. hic, [ET in seculum seculi]. s. in æternũ. Qui enim hic non incipit, in futuro mutus erat. Deinde quod dixerat, exponit, dicens,

2 Per singulos dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuum in seculum, & in seculum seculi.

Ex Aug. BENEDICAM tibi per singulos dies] Ecce quid dixerat, In seculum seculi, sine intermissione in lætis vel tristib⁹, [ET] per hoc, [LAV- Ex Cass. dabo nomẽ tuũ in seculũ, & ĩ seculũ seculi] Qui enim hic per singulos dies deũ laudat, in æterno Ex Alcu. die merebitur laudare, cõtinua exultatione. De qua laude alibi dicitur, In secula seculorũ laudabunt te, quia semper amabunt, quẽ semper vide- Ex Aug. bunt, qua visione nihil est delectabilius. Benedicam, ergo nunc, Per singulos dies, vt cũ venerit vnus sine fine dies, eas ex laude in laudem, sicut ex virtute in virtutem. Deinde quasi causam laudis subdit, quia,

3 Magnus dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis.

Ex Aug. MAGNVS] est [DOMINVS] in essentia, [ET laudabilis nimis] vel valde. Hoc vno verbo dedit cogitare quod non potest capi plenè. Et nunquam cesses à laudibus. Ideo valde est laudabilis, [ET] id est quia, [MAGNITVDINIS eius non est finis] quia incomprehensibilis est cogitatione vel loco. Et quia nõ est finis magnitudinis, ideo non potest laudem eius finire.

4 Generatio & generatio lauda- PARS II bit opera tua: & potentiam tuam pronuntiabunt.

Ex Cass. GENERATIO] Secundo omnes perfecturos laudẽ dei nouem modis promittit. Nouem sunt modi laudis. s. opera, potẽtia, magnificentia, sanctitas, mirabilia, virtus terribilium, magnitudo, memoria, iustitia, quæ post explicabũtur. Ex his quasi ex locis & seminibus omnis trahitur laus, ad quẽ modũ omnia argumenta de paucita- Ex Aug. te locorum sumuntur. q. d. Laudabo ego, [LAVDABIT] etiam generatio & generatio. i. omnis generatio. Repetitio enim dicentis in infinitũ missi animũ cogitantis. Vel duæ generationes hac repetitione insinuãtur. s. generatio qua in præsenti nascitur filij dei: & generatio futura, qua Matth. 2 filij resurrectionis erunt. De qua dicitur in euangelio, In generatione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ. Regenerationẽ vocauit resurrectionẽ. Generatio, ergo, Et generatio laudabit [OPERA tua] quę licet intueri, vt tu lauderis qui talia operaris. Si ergo in magnitudine defecimus, cuius nũ est finis. Vel, id est saltẽ, de operibus laudemus operantem, de cõditis conditorẽ, de creatura creatorem. Videamus quæ hic fecerit, quæ nobis nota sunt. [ET potẽtia tuã.] Hic est secũdus locus laudis. q. d. laudabunt opera. Et, in illis laudandis, [PRONVNCIABVNT potentiam tuam] Non enim opera laudant, nisi vt virtutem operantis annuntient. sed quidam eloquentes laudant creaturã obliti creatoris. Sãcti vero laudatores, si opera amant, laudant magis operatorem, & hæc propter illum amant & laudant, quod vtque faciendum est. Si enim in rebus factis sentitur aliqua species, vel vtilitas, vel virtus. Et laudatur magis in illo qui fecit, quid enim pulchrius est eo qui omnia fecit? quid vtilius, quid potentius? lauda ergo facta propter facientem. Sed si opera laudas, & te qui es opus dei laudas, & occurrit illud, nõ te laudet os tuũ, Proue. 27 & arrogãs videris. Sed nõ est arrogãtia, quia deũ in te non laudas. Sequitur tertius locus laudis.

5 Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur: & mirabilia tua narrabunt.

MAGNIFICENTIAM gloriæ.] Deinde Ex Cass. quartus locus. Et, Magnificentiam gloriæ [SANCTITATIS tuæ loquentur] alij libri apertius habẽt, Magnificẽtiam maiestatis tuæ & sanctitatis tuę loquentur. Sequitur quintus locus laudis, [ET mirabilia tua narrabũt] Deinde sextus,

6 Et virtutem terribilium tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabunt.

ET virtutem terribilium tuorũ dicent] Nõ Ex Aug. enim tantum blanditur, sed etiã minatur. Blãditur, vt exhortetur: minatur vt terreat & corrigat. Si enim nõ minaretur, nulla esset correctio: Si non blandiretur, nulla esset exhortatio. Est itaque amabilis & terribilis. Dicent ergo virtutẽ disciplinantis & punientis. Si prædicant regnum æternum, nõ tacent ignem æternum. Sequitur septimus locus laudis, [ET narrabũt magnitudinẽ tuam] cuius nõ est finis, sed narrabũt ea, eum talem esse laudabunt. Sequitur octauus locus laudis. Et,

7 Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt: & iustitia tua exultabunt.

MEMORIAM suauitatis tuæ eructabunt] Ex Aug. foris, intus ea pleni sunt. Memoriã abundantiæ suauitatis dicit, quod deus non est oblitus, nos oblitos esse, & non oblitus facit nos reminisci sui. Ipse enim per abũdantem suauitatẽ suam, prius nostri memor est vocando, gratia sua nos præueniendo: inde nos eius. Et nota quod nõ ait manducabunt, sed, Eructabunt. Manducat enim qui discit, eructat qui docet, hoc tamen eructat qđ manducauit. Hæc ergo memoria, quia valde

dulcis eſt, manducãda eſt & eructãda. Sic ergo mandoca vt eructes. Sequitur nonus locus laudis, [E T exultabunt iuſtitia tua] non ſua, quam ſcilicet memores tui acceperunt à te. Cui ergo debent quia ſunt, illi debent, quia iuſtificati ſunt. Nemo ergo deo tribuat quia eſt, & ſibi tribuat, quia iuſtus eſt. Melius eſt enim quod ſibi vult tribuere, quàm quod illi. Totum illi da, in toto ipſum lauda.

PARS III 8 Miſerator & miſericors dominus: patiens & multum miſericors.

Ex Caſſ. M I S E R A T O R] Tertio latius explicat, quę ſecundo breuiter propoſuit. q. d. merito in his laudabunt, quia [D O M I N V S] eſt [M I S E R A T O R] effectu, [E T miſericors] natura. partes laudis ponuntur hic, quæ ſuperius poſitæ ſunt, ſed non ſingulæ poſſunt explicari plenè. Quis enim opera vel potentiam eius ad plenum explicaret? & ſicut ſupra, ita & hic ab operibus incipit, vt Miſerator, dicatur, dum cadentes reſtituit. Miſericors natura, & dũ creat. Et ipſe eſt, [P A T I E N S] Hoc ſumitur de ſecundo loco laudis, ſcilicet de patientia quam hic laudat, non quod terras ſuſpendit, & maria coercuit, & cælum ſtellis depinxit &c. ſed quia tolerat peccantes vt cõuertantur. Vel ita, vt miſericors & miſerator pro

Ex Aug. eodem accipiatur. q. d. hæc prædicta laudant & annuntiant, & quod de his laudant & exultant, tu domine feciſti. merita illorum tua dona ſunt, quæ per miſericordiam eis præſtantur. Nã, Dominus, eſt, Miſerator & miſericors, his quibus iam veniam dedit, per quod laudant & exultant. Et eſt, Patiens, his ſcilicet quibus nondum dedit, ſed expectat vt det. Repetit de miſericordia. [E T multum miſericors] & generaliter.

9 Suauis dominus vniuerſis: & miſerationes eius ſuper omnia opera eius.

Ex Caſſ. S V A V I S eſt dominus vniuerſis] ſcilicet bonis & malis, & maximè guſtantibus ſe. Hoc de magnificentia ſumitur, quia nil magnificentius eſt quàm ſuauem eſſe guſtantibus, & miſericordiam omnibus ſuis impendere operibus: non autem his quæ diabolus facit, ea enim potius damnat,

Ex Aug. ſed ſuis miſericordiam præſtat. Vnde ſubdit, [E T miſerationes eius] ſunt, [S V P E R] vel in, [O M N I A opera eius] quia ipſe eſt qui

Matth. 5 ſuum ſolem facit oriri ſuper bonos & malos, & in huiuſmodi. & in hoc quod expectat in peccato manentes & monet cõuerti, bene omnibus facit, & miſerationes omnibus exhibet. quod ſi punit, ſeueritas eſt, non in eius, ſed in tua opera. Si enim tollas opera tua mala, & non in te remaneant niſi opera eius, non te dimittet miſeratio eius. Si autem tu nõ dimittas opera tua, erit eius ſeueritas in opera tua cum dicet, Ite maledicti

Matth. 25 in ignem æternum. Et quia miſeratio tua eſt ſuper omnia opera tua,

10 Confiteantur tibi domine omnia opera tua: & ſancti tui benedicant tibi.

Ex Aug. D O M I N E confiteantur tibi opera tua] id eſt laudent te, omne quod eſt confitetur vel per ſe, vel per rationales creaturas, ſicut ea quæ nõ habent ſenſum laudandi, quæ ſunt materia laudis: quia dum inquiris, inuenis magnam vim in eis quæ à deo eſt, [E T ſancti tui] id eſt angeli & homines in confeſſione operum tuorum inſpicientes, [B E N E D I C A N T tibi] vel te. Inſpiciant creaturam tuam confitentem, & benedicant te, hoc de ſanctitate ſumitur. Ipſa enim eſt ſanctitas dei, id eſt hoc exigit. Sanctitas dicitur, vt ei ſancti debeant confiteri. Deinde quid in confitendo dicant, ſubdit,

11 Gloriam regni tui dicent: & potentiam tuam loquentur.

G L O R I A M regni tui dicẽt &c.] q. d. Quid enim dicunt? [G L O R I A M regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur] id eſt dicent quam potenter & mirabiliter quidque facis & diſponis in regno. Dicent enim, Quàm glorioſus & mirabilis eſt deus qui fecit cælum & terram, & diuerſis bonis impleuit: quàm potens eſt deus qui fecit hæc & continet. & ſumitur hoc de mirabilibus. Ex Aug.

12 Vt notam faciant filiis hominum potentiam tuam: & gloriam magnificentiæ regni tui.

V T notam faciant] q. d. Loquentur ad hoc vtique, [V T notam faciant filijs hominum potentiam & gloriam] vel ſicut alij dicunt, Decorem [M A G N I F I C E N T I A E regni tui] vel gloriam magnitudinis decoris regni tui. Hoc ſumitur de virtute terribilium. Sanctis enim prędicantibus nota facta eſt potentia dei, qua vindicabit in malos. Et gloria regni qua coronabit bonos notificata eſt, ne ignorata minus quæreretur. Nota etiam facta eſt, quando apoſtoli virtutes fecerunt, & per notitiam vtriuſq; quidam timore pœnæ, quidam ſpe gloriæ cõuertuntur. Et nota quod poſt potentiam commendat decorem regni: quod ideo facit, vt potentia nominata amantem non terreat. Habet enim regnum quo delectemur, & illud regnum habet decorem cui magnifice nil comparetur. De cuius regni magnitudine ſubdit, Ex Aug. Ex Caſſ. Ex Aug.

13 Regnum tuũ regnum omnium ſeculorum: & dominatio tua in omni generatione & generationem.

R E G N V M tuum &c.] q. d. Cuius regni decorem prædicabunt? non huius ſeculi. Regnum prædicari ab eis dico, quod & decorem habet: ſed non eſt ibi magnitudo decoris, ſed tuũ, quia [R E G N V M tuum] eſt [R E G N V M omnium ſeculorum] id eſt æternũ, [E T dominatio tua] eſt [I N omni generatione & generationem] per ſucceſſionem. Vel in hac generatione & futura, per quod oſtenditur regnum eſſe forte. Laudat enim regnum de perpetuitate & dominationis effectu, & ſumitur hoc de magnitudine. Si enim magnum eſt ad tempus imperare, maius eſt dominationis terminum non habere. Ex Aug. Ex Caſſ.

14 Fidelis dominus in omnibus

verbis ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis.

FIDELIS eſt dominus in omnibus verbis ſuis] quia aduentus dona compleuit, & quicquid promiſit dedit, & per data fecit fidem cęteris daudis quæ promiſit & quaſi chirographo ſcribi fecit. & ſumitur hoc de abundanti ſuauitate. Vnde ſupra dixit, Memoriam abundantię ſuauitatis tuæ eructabunt. [ET ſanctus in omnibus operibus] vt verax eſt in promiſsis, ita ſanctus in operatione. Ex Aug.

15 Alleuat dominus omnes qui corruunt: & erigit omnes eliſos.

DOMINVS alleuat omnes qui corruūt] ſcilicet qui nōdum corruerunt, ſed qui corruere incipiunt. quos omnes alleuare dicitur, nō quod omnes alleuet, ſed quia quicunque alleuantur, hoc eſt per eū [ET erigit omnes eliſos,] ſcilicet qui ruinā peccati, & lapſum paſsi ſunt iā. Corruentes ergo dicit incipientes labi: & eliſos, iam lapſos. & hoc ad abundātiam quoque pertinet, ſcilicet quod eleuat ruentes, & erigit eliſos, vnde recordatio ſuauitatis habetur, & in laudibus eius eructatur. Ex Caſs.

Vel aliter ſecundum aliam literā, Alleuat dominus omnes qui deciderūt, à malis ſuis, id eſt, à vitiis & à peccatis, quos omnes alleuat dominus. & accipitur hoc in bono. vel non de caſu à vitiis, ſed de eo quod cadūc homines ab his temporalibus hic agit. Sancti enim vt Iob qui in hoc ſeculo aliquid perdunt, & abiecti fiunt, decidentes ſunt: qualiter Iob decidit à gloria priſtinę lucis temporalium rerū, quibus nitebat ad tēpus. decidit à gloria domus ſuæ, & in ſtercore ſedebat. Ita & alii ſanctorum multi, ſed hos omnes alleuat Deus & confirmat, quia ſepties cadit iuſtus in die, & reſurgit. Impii autem infirmantur in malis. Et erigit omnes eliſos, ad ſe, ſcilicet pertinentes, quia ſuperbis reſiſtit. Et quia hæc facis, Ex Aug. Prou. 24

16 Oculi omniū in te ſperant domine: & tu das eſcam illorū in tempore oportuno.

OCVLI,] id eſt, intētiones [OMNIVM in te ſperāt domine] Hic de iuſtitia latius agit vt qui miſericordem audit, iuſtum timeat, & iuſtitia eſt vt ſperantes ſatiet corporaliter & ſpiritualiter. vnde addit, [ET tu das eſcam illorum] corporalem vel ſpiritualem; non paſsim, ſed [IN tēpore oportuno] Non enim ſemper danda eſt eſca, ſed in tempore oportuno. Multis enim petentibus ſalubriter differtur. Dat ergo quaſi medic° ęgro quod conuenit: & quando cōuenit non vt homo deſiderat & petit, ne obſit ſi det. Petiit enim apoſtol° de angelo ſathanę, vt auferretur ab eo, & non accepit, ſed propter perfectionem ſuam: quia tempus adhuc erat exercēdæ infirmitatis. Petiit diabolus ad tentationem Iob, & accepit, ſed ad damnationem ſuam. Ipſe Chriſtus mori venerat, & tamē trāsfigurans in ſe infirmos ait, Pater ſi fieri poteſt, trāſeat à me calix iſte. Et licet non acciperet quod petere videbatur ait, Non quod ego volo: ſed quod tu vis, Benedicens in omni tempore. Ex Caſs. Ex Aug.

17 Aperis tu manū tuam: & imples omne animal benedictione.

APERIS tu, &c.] q.d. Quam eſcā das? ecce [APERIS tu manū tuam] id eſt, benignitatem potētiæ tuæ, quia omnia in poteſtate eius ſunt. [ET imples benedictione omne animal] rationabile. ſ. quod poteſt benedici. q.d. Etſi nōn das aliquando, das tamen, In tēpore oportuno. differs quidem, ſed non aufers. Ex Caſs. Ex Caſs.

18 Iuſtus dominus in omnibus viis ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis.

IVSTVS] ēſt [DOMINVS] Ipſo nōmine iuſtitiam aperit, vt manifeſte oſtendatur hic laus eſſe de iuſtitia. Iuſtus dico [IN OMNIbus viis ſuis] Viæ ſunt diſpoſitiones & voluntates quæ omnes iuſtę ſunt, etiā ſi verberat. Iūſtus ergo eſt & quando cędit & quando curat. Sic confeſsi ſunt Daniel & omnes ſancti in tribulationibus, ſcilicet quod iuſta ſunt iudicia dei [ET ſanctus in omnibus operibus ſuis] Pius, patiens, dator omnium bonorū. Sciendum quod vię ad diſpoſitionem pertinēt, opera ad effectum. hęc ſecundum nos diuidentur: ſed apud illū, hoc eſt velle quod facere, quia ex eius voluntate res habent eſſe. Et, Ex Caſs. Ex Aug. Ex Caſs.

19 Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate.

DOMINVS] quī vbique eſt [PROPE eſt] id eſt, propitius [OMNIBVS inuocātibus eū,] & ſi nō facit ſtatim eis quod petunt. ideo enim magis non facit, quia proprie eſt. & hoc de iuſtitia ſumitur. Sēd quibus inuocātibus? Omnibus inuocantibus eum [IN veritate] non ſecundum vana deſideria, quæ aliud quærunt quam ipſum deum. & ipſe, Ex Caſs. Ex Aug.

20 Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorū exaudiet: & ſaluos faciet eos.

FACIET] aliquando, & ſi nō mox vt petiit [VOLVNTATEM timentium ſe] Si tamē ideo timent, vt eius faciant voluntatem [ET deprecationem eorū] de ſalute [EXAVDIET & ſaluos faciet eos] deinde cōcludit de iuſtitia dicēs, Ex Aug.

21 Cuſtodit dominus omnes diligētes ſe: & omnes peccatores diſperdet.

CVSTODIET dominus omnes diligentes ſe: & omnes peccatores diſperdet,] id eſt, qui perſeuerant in peccatis, Diſperdet. In vtroq; enim eſt ęquitas. Aequū eſt & diligentes cuſtodire, & peccatores perdere. Et nota per hoc quod ait, Cuſtodit, oſtēditur apud eum eſſe ſuauitas: per hoc quod ait, Diſperdet, monſtratur apud eum eſſe ſeueritas. Ex Aug.

22 Laudationem domini loque-

tur os meű: & benedicat omnis caro nomini sancto eius in seculű & in seculum seculi.

Ex Cass. LAVDATIONEM] Expositis omnibus locis laudis sequitur breuis conclusio, qua cőcludit quod nő potest explicari. q. d. Quoniam omnia ita se habent [LAVDATIONEM domini loquetur os meum] Ecce concludit in laude [ET] in eo exẽplo [BENEDICAT omnis caro,] id est homo, scilicet conuersus ad deű [NOMINI sancto eius] & hoc [IN seculum,] id est, in pręsenti [ET in seculum seculi] in futuro.

COLLATIO.
In psalmum 144, Exaltabo te deus meus rex, &c.

5 MAGNITVDINIS eius non est finis] itaque Chaldęus D. Hieronym. pro eo quod non est finis, dicit, non est inuestigatio. Et ferme alii חֵקֶר heqer, sensus est idem. Nam tanta est dei magnitudo, vt quanto plus inuestigaueris, tanto magis inueniendum sit. In aliquot versiculis vbi habemus tertiam personã vbi pluralẽ Heb. habent primam singularem sensu illæso, vt exempli gratia, est illud, Mirabilia tua narrabunt. D. Hieronymus loquar, alii meditabor ac id genus. Certe psalmista narrabat Dei mirabilia, vt & nos postea narrabimus. quin in Hebr. modo ponitur singulare, modo plurale intercise, vt palam sit idem esse.

Dei magnitudo non inuestigabilis.

8 EXVLTABVNT] D. Hieronymus & alii laudabunt, siue cantabunt יְרַנֵּנוּ ierannenu, vel iubilabunt. Hæc profecto exultationem in Dei laudibus aperte demonstrant.

14 FIDELIS dominus.] Hic versiculus non est in Hebr. Existimo à Septuaginta repositum esse, eo quod hic psalmus scriptus est ordine alphabetario, & si non hic versus poneretur, deficeretur litera nun. Siquidẽ per id elementi, Hebraice fidelis incipitur נֶאֱמָן neeman.

CXLV. PSALMI TIT.
Alleluia.

Ex Cass. LAVDA ANIMA mea] Titulus [ALLELVIA.] Vox ista est quasi musica salutaris, harmonia cælestis, quæ nő solum homines, sed etiam angelos delectat, laudem Dei

Ex Aug. exprimens, quę congrue huic psalmo pręscribitur, vbi vir iustus exhortatur animam suam ad

Psal. 41. laudem dei: quia aliquãdo in aduersis velint nolint perturbatur anima. vnde supra dixit, Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? sed vt auferat ei perturbationem suggerit gaudium de spe, si non de re, animæ perturbatæ, & mœrenti dicens, Spera in deo quoniã adhuc con-

Ex Cass. fitebor illi. Hac igitur spe erecta anima deű laudat hic. Intentio. Mőnet ad laudem. Modus. Tripartitus est. Primo, propheta sibi quasi omnibus consulit laudare, ne in vanis ocietur, & quasi acquiescens cősilio, asserit se laudaturum, ibi, Vbi poterit plene. Secűdu, alios monet non sperare in homine, ibi, Nolite confiteri. Tertiu, docet omnem spem, in omnipotenti ponẽdam, ibi, Beatus. Vir itaque iustus animam suam ad laudem exhortans ait,

LAVDA anima mea dominum, laudabo dominű in vita mea, psallã deo meo quandiu fuero.

Ex Aug. LAVDA ANIMA mea dominum] q. d. Quid dẽ aliis satagis? Sta mecű in laude dei. Sed quare, à quo, & cui hoc consulatur. Si caro dicitur cősulere animę, non videtur esse verű, cum à meliori & digniori soleat inferiori dari consilium. Caro autẽ inferior est anima. Anima enim licet vituperabilis, quia peccatrix, tamẽ melior dicitur per naturã corpore laudato in suo genere, quia spiritualis natura præstat corporeę quam mouet, regit, sensificat, & caput ipsa spiritualis natura infinita vicina est substantiæ Dei. Sic aurum vituperatum, quia sordidum est præest plumbo in puritate laudato: sic & malus homo optimo equo, Non ergo datur animę cősilium à carne, quanuis domita valde & pacata, quæ tamen mortua est propter peccatum. nunc etiam immortalis facta consulit animæ: quia semper in terra anima est, sed purior pars animę, scilicet mens, quę cogitat sapiẽtiam diuinam illi inhęrẽs, & in illam inspirans videt quasdã animę partes. s. sensualitatem perturbari motib⁹ seculi, & cupiditate terrenorum ad exteriora rapi: à quibus ad superiora & interiora reuocat eam. Se ergo secundum inferiorem partem exhortat anima, secundum rationem dicit, [LAVDA anima mea dominum] quid enim tibi placet in hoc seculo quæ diuisa es per tot secularium rerum amores? Quid te occupat mortalium rerum cura? colligẽ te ad actorẽ. Hic tibi pax & securitas. Sta ergo mecum, & lauda dominum. Deinde respődit anima menti, quasi hic prægrauata, & non valens ita consistere vt dignum est [LAVDABO] perfecte [IN vita mea] ęterna, quę est vere vita, scilicet cum perfecte ei inhæsero, à quo separari vt modo fit, mora est. hic in morte ista laudo tenuiter .i. exiliter, quia corpus animã aggrauat, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Sed hic spes cősolatur & pascit, in qua quodammodo viuẽs laudat. Vita erit in futuro. Ideo hic gem, ibi plene laudabo. Et quomodo laudabis? sic laudabo, quia tunc [PSALLAM deo meo quandiu fuero] vel, Sum. Hic est homo & aliis intentus. Et ideo nő semper psallit & perfecte, sed in æterno est. Non sic, Psal-

Ex Cass. lam, imo, Quandiu fuero, vel, Sũ, nõn ideo hoc dicit quod aliquando non sit: quia in æternum erit, & ideo vere diu. vel de pſenti potest accipi, Psallã. q. d. in futuro pfecte laudabo, & etiã hic, vbi nő semp ero, Psallã deo meo quãdiu fuero,

PARS II. 2 Nolite cõfidere in principibus: in filiis hominum: in quibus nõ est salus.

Ex Aug. NOLITE cõfidere] Secũda pars dato consilio & affirmato quod laudabit vbi plene poterit, quasi longe remotos interim dũ mala sunt quibus turbatur anima monet hic non sperare in homine, sed in deo. q.d. Ego laudabo & psallam: vos autem pusilli, qui nõdum vel.i. etiã de deo speratis, interim dũ mala sunt in deo, nõ in homine speretis: quod ita ait, [NOLITE cõfi- Ex Cass. & Aug. dere in principib⁹] tenebrarũ .i. in dæmonibus. Ex Aug. Et [IN filiis hominũ, id est in baptistis [IN quibus non est salus] In vnõ filio hominis est salus, & in ipso sperate: nõ quia filius hominis est: sed quia filius dei est: nõ propter illud quod suscepit ex te, sed propter illud quod seruauit in se, quia domini est salus. Et in alio psalmo dicitur. non principum seculi, non baptistarum, qui iactant se dare sancta, quorum tãtum sunt instrumenta. Si enim homo aliquid dare posset, minus à deo peteretur. Ex Cass. Vel ita, Nolite. Respicit propheta ad nouissima tempora consummationis seculi, & quasi in fine seculi mente positus cito finienda docet, non amare pro æternis. q.d. Ita me habeo vt dixi, & meo exemplo, Nolite, vos alii maxime nouissimi, Confidere in princi- Ex Cass. pibus & in filiis hominũ, id est, In illis qui maxime temporalia amare suadẽt, prius vt salutaris medicus mundat corda prohibẽdo à noxiis, vt post salutaria infundat monendo salubria. In quibus, id est, in filiis hominũ, Non est salus. Vide enim quid sint,

3 Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Ex Aug. SPIRITVS] i. ãnima [EIVS,] id est, hominis [EXIBIT] subito, quãdo non vult vel scit [ET] exeunte spiritu [REVERTETVR] caro [IN terrã suam] Vnde cepit initium [ET in illa die] mortis, scilicet [PERIBVNT,] id est frustrabuntur [OMNES cogitationes eorum] quæ in diuersos seculi ambitus tendebant.

PARS III. 4 Beatus cuius deus Iacob adiutor eius, spes eius in domino deo ipsius: qui fecit cælum & terrã, mare, & omnia quæ in eis sunt.

Ex Cass. BEATVS cuius] Tertia pars, vbi docet omnem spem in omnipotenti ponendã, quem ex factis describit, vt gentilitas tam freqnẽter vi- Ex Aug. cta quiescit. Et nõtandũ quod supra remotis noxiis docet: hic quod salutis est. s. in quo sperandum sit. & quasi quis quæreret, In quo ergo est sperãdum? Respondet, in domino, quia [BEATVS] est [CVIVS deus] est, non angelus vel homo. Sed, Deus [IACOB,] id est, qui sperat in illo, qui fuit deus Iacob. Ipse dico [ADIVTOR eius] Iacob, id est adiutor huius viri Iacob, sicut fuit adiutor illius actualis Iacob. Ipsius Iacob sic fuit adiutor, vt de Iacob faceret Israel, qui iam videret adiutorium, scilicet, Israel videret Ex Aug. deum qui est adiutorium, sic, Si hic non vides, sed habes adiutorem Deum, eris tandem de Iacob Israel, & vidẽt. & cessabit omnis gemitus & dolor. Dicit ergo, Beat⁹, est ille, Cuius, deus, Est deus Iacob adiutor eius, id est huius viri Iacob, sicut illius. Cur est beatus? quia [SPES EIVS] est [IN DOMINO deo ipsius] Et quia etiam cultoribus dæmonum spes est in deo suo, determinat in quo debet esse spes, dicens, [QVI FECIT] q. d. In quo domino deo? in illo, Qui fecit [CAELVM & terram, mare] id est in Christo, & Ex Cass. hoc vsque in finẽ psalmus ostendit, describendo eum per opera. Nam & si sunt dii multi & domini, nobis tamen vnus est deus, ex quo omnia. Ex Aug. Et est hic laus ab operib⁹, quia & si nõ eius substantiam, tamẽ actus eius aliquatenus nostra capit notitia, de quibus subdit, [ET omnia] fecit [QVAE in eis sunt,] scilicet in cælo & in terra, in mari. ita curat & de te inter alia. Omnia, dicit, ne quem alium putes creatorem. Vel, id est, etiã & minorũ. & præter cetera addit, hoc aliud ad nos pertinens. Ipse est,

5 Qui custodit veritatem in seculum, facit iudiciũ iniuriam patientibus: dat escam esurientibus. Ex Cass. Ex Aug.

QVI custodit veritatem in seculũ,] id est, In æternũ. Hic est Christus qui est veritas, Omnis homo mendax. his verbis & amãdum prędicat, & timendũ in quo custodit veritatem, ecce [FACIT iudicium] quibus? [PATIENTIBVS iniuriam] non omnis molestia est iniuria, quod enim iure pateris, nõ est iniuria, vt quod patitur latro & alii scelerati. Aliud est ergo pati iniuriam, aliud pati supplicium. Suplicium enim iure quis patitur: Iniuria autem iuri contraria est Matt. 5 [DAT] etiam [ESCAM] vtranque scilicet corporalem & spiritualẽ [ESVRIENTIBVS] de quibus dicitur, Beati qui esuriũt & sitiũt iustitiam. Nõ ergo homo se iactet. q.d Etenim solus deus dat hæc duo, scilicet quod facit iudiciũ & dat escã, hoc ad iustitiã pertinet. Christus enim iustus iudex, vindicat patientes propter nomen suum: & dat escam diligentibus se.

6 Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cæcos. Ex Aug.

7 Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos.

Ex Cass. DOMINVS soluit cõpeditos] mortali corpore. Hos soluit ex mortalibus faciens immortales. Vel, Compeditos, culpis [DOMINVS soluit] à peccatis. Et [DOMINVS illuminat] sa- Ex Aug. pientia [CAECOS] ignorãtia, id est, eos qui cęci sunt, facit sapientes. hęc ad abundantiam suauitatis pertinẽt. [ET elisos] per superbiã [DOMINVS erigit] per humilitatem. quos enim diabolus elidit, deus dirigit. Et [DOMINVS diligit iustos] quos locat in æterna beatitudine. Et quia diligit, ideo facit iudiciũ eis iniuriã patiẽtibus. Qui sunt iusti? & quomodo diligit? ecce, Iusti sunt pupillus & vidua: diligit hos custodiendo. Et hoc est quod ait,

8 Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet: & vias peccatorum disperdet.

Ex Aug. DOMINVS custodit aduenas,] scilicet eos qui dicunt, Nō habemus hic manentem ciuitatem[PVPILLVM & viduam suscipiet,].i.omni ope & auxilio destitutos in hoc seculo,vt sperēt in deum,& etiam qui habēt terrena, & non in eis cōfidunt,pupilli & viduę sunt dei. Vel per aduenas ecclesia intelligitur gentium. Omnis enim ecclesia gentium aduentitia est ad patres, quorum nō carne,sed imitando est filia. Pupilli sunt omnes fideles in hac peregrinatione, quibus absens est pater: & omnis fidelis anima, est vidua spōso absente.i.quādiu spōsus abest. Vnde magis patrē & spōsum desiderant. & hos oēs deus protegit,nō visus sed desideratus[ET]ipse [DISPERDET viā]vel, vias latas[PECCATORŪ] qui hic nostrā arctam,viam irridēt, quorum via exterminata nobis quid restat? vtique regnum,de quo supponit,

9 Regnabit dominus in secula, deus tuus Siō in generatione & generationem.

Ex Cass. REGNABIT dominus] in sanctis suis [IN secula] hoc de magnificētia sumitur [REGNABIT DOMINUS] quando corda nostra erūt in eo firma,quod non modo est. Quis dominus? [DEVS tuus]ō[SION]regnabit.q.d.ad te pertinet,ō ecclesia, quia tu es eius regnum, nō Babylonia. deinde quod dixerat in secula exponit [IN GENERATIONE ET generationem,] id est semper.

COLLATIO
In psalmum 145, Lauda anima mea dominum,laudabo dominum in vita mea,psallam.

3 EXIBIT spiritus eius & reuertetur in terram suam.] Faber & Cæcus volunt dici,Exibit spiritus eorum & reuertetur in terram, quum præcesserit plurale in filiis hominū, & item sequatur,peribunt cogitationes eorū.Adde quod non cōgruit spiritum reuerti in terram, qui est incorruptibilis. Omnes tamen interpretes & Græci & Latini vertunt singulariter,& ita Hebraice legitur ישׁב iaschub,id quod miratur Faber. Desinat autem mirari, quando intelligitur caro reuertetur. Hinc Mūsterus transtulit,Reuertetur homo in terrā suam. Et quod ipsi argumentantur plurale præcessisse, præsertim in Græco,nihil obstat,quoniam sic accepimus, ab homine exibit spiritus eius & reuertetur in terram suam, id quod translator ad Campensem fecit. Paraphrasis tamen sub plurali exposuit. Nec de hoc est minus digladiandum,quum res sit in syllabis

CXLVI. PSALMI TIT. Alleluia.

LAVDATE dominum] Titulus[ALLELVIA] Hic agit itē de laude dei,vbi propheta monet laudare colligentem Israel. Ex Aug. Intētio. Monet ad laudē dei. Modus. Bipartitus est psalmus. Primo,ostēdit quos colligat & quomodo. Secundo, post prædicta adhuc hærentes & dubios increpat,ostendens vnde possint laudare, scilicet si fuerint humiles, ibi, Præcinite. Omnis ergo tam maiores quam minores ad laudem inuitans,ait,

LAVDATE dominum quoniā bonus est psalmus:deo nostro sit iucunda decoráq; laudatio.

LAVDATE dominū]Hōc dicitur omnibus gētibus. Ex Aug. Et quasi quęrerem⁹,quare laudabimus? laudis causam attulit[QVONIAM bonus est psalmus]hæc est tota merces laudantium.q.d.Ideo laudate,quoniam bonum est laudare. Ipsa enim laus dei est nostra beatitudo. Et notandū quod non dixit quoniā bona est laus, sed vt laudis modum exprimeret,dixit,Quoniā bonus est psalmus.Ipse enim psalmus est laus Dei, qui fit non sola voce sed in organo, manibus voci concordantibus. per quod significatur quod voci debent opera consonare,quorum laus cessare non debet etiam vocis laude intermissa. Semper ergo laudat,qui semper bene operatur. Qui verò male agit blasphemat.hæc laus perficietur in æterna gloria, ad quam peruenturi modo exerceamur in laude bonorum operum. Bonus ergo est psalmus,quia bona est laus dei.In laude nāque dei ipse actus est merces, quæ & in futuro erit. Et quia bonus est psalmus,ideo[DEO nostra sit iocunda decorāque laudatio]quod vtique est,si est, Decora, id est, vitæ moribus speciosa.Iocūda enim est deo quę est speciosa,quod non more peccatorum.qui bonę cantilenæ malis obstrepunt moribus,

2 AEdificans Hierusalem dominus,dispersiones Israelis cōgregabit

Ex Cass. AEDIFICANS]quasi dicat,Ideo laudandus est deus,quia[DOMINVS] est[Aedificans] id est,ędificat [HIERVSALEM] spiritualem, scilicet cælestem ecclesiam, quam sic ædificat, quia [DISPERSIONES ISRAElis,] id est, dispersiones fidelium, scilicet fideles dispersos de toto mūdo [CONGREGABIT] ād regnū. Ex Aug. Et est hic laus de factis mirabilibus. Vel ita,& accipit Hierusalem generalem ecclesiam, cuius pars triūphat in cælis,pars militat in terris. est enim æterna Hierusalem in cælis, vbi ciues angeli sunt, & ad eam pertinet etiam populus Israel,qui modo per peccatū peregrinus est.Omnes illi qui sunt in magna illa ciuitate & cælestis gaudēt quibus spectaculū est ipse deus, sed nos ab illa ciuitate peregrinamur peccato expulsi,

ne sibi maneremus & mortalitate pręgranati, ne illo rediremus. Sed respexit deus peregrinationem nostram. Vel ipse qui ædificat Hierusalem, etiam lapsam partem restituit, & olim dispersos in Christo collegit, quem misit ad captiuitatem nostrã redimendã pretio sanguinis. Et est.q.d. Dicis vt laudemus deũ, & quis noster deus est?
Exgl.int. Dominus ædificauit Hierusalem, cælẽstẽ, quam de viuis lapidib⁹ extruit, ruinam angelicam reparans, & ipse qui ædificat Hierusalem, Cõgre-
Ex Aug. gabit, In vna fide & charitate, Dispersiones Israelis, id est, fidẽlęs olim dispersos quos colligit, vt de illis ædificium cæleste formetur: sic, id est, per talia opera se commẽdat deus laudatoribus suis, id est commendat charitatem suam fidelibus. Quid ergo eis daturus est in præmiũ? Seipsum. Sed quomodo colligit? Quid agit? vt congreget, ecce, Ipse est,

3 Qui sanat cótritos corde: & alligat contritiones eorum.

Ex Aug. QVI sanat] Hĩc ex parte in futuro plenarie, [CONTRITOS corde,] id est eos qui offerunt deo sacrificium spiritus cõtribulati. Hos sanat, quia humiles elatos elidit. sed in futuro, perfecta erit sanitas. vbi corruptibile hoc induet incorruptionem. Modo verò vt medicus fracturas alligat. Vnde subdit, [ET ALLIGAT] nũc [CONTRITIONES eorum] à simili medici. Frangitur enim à medicis, quod torũ est vt fiat postea rectũ: sic prauum cor eui displicet deus, in his quæ fuerit debet frangi & cõteri, vt dirigatur. quod si nõ potest dirigere vel frãgere, & deus diriget. Frãge inquam confitendo, pœnitẽdo, puniendo: quod significat pectorũ tonsio. Vnde alibi, Scindite corda vestra. Ad hoc enim eliditur cor, vt contritum dirigatur atque sanetur. Male enim erigitur, quod nõ primo per con-
Ex Hier. tritionẽ corrigitur. Cõtere ergo tuum, & dominus alligat cõtritiones: qualiter Samaritanus
Luc.10. ille qui descendebat de Hierusalem in Hierico, quando vidit vulneratũ iacẽtem in itinere, colligauit vulnera eius. Cæterũ de his qui nõ ob-
Esa.1 triuerunt cor, dicitur per Esaiam, Non est malagma imponere, neque oleum, neque alligatu-
Ex Aug. ras. Alligamenta autem dei sunt temporalia sacramenta, quibus interim consolationem habemus, quę tunc detrahẽtur cum erit perfecta sanitas: sic medicus perfecta sanitate detrahit fracturæ ligaturam. Ipse est,

4 Qui numerat multitudiné stellarũ: & omnibus eis nomina vocat.

Ex Aug. QVI numerat multitudinem stellarũ] Nõn est hoc adeo magnũ ad literã, si deus omnes stellas numerat, cui capilli capitum numerati sunt. Sed stellæ sunt luminaria quędã in ecclesia quæ lucent inter peruersos omnes, scilicet de quibus
Phil.2. dicit Apostolus, In medio nationis prauæ & peruersę apparetis, tãquam luminaria in mun-
2.Thes.2 do. Tales numerat dominus in suos, quia nouit dominus qui sunt eius. Siquis verò adumbrata
Psal.39. fidei specie se interserit talibus, nouit ille qui numerat, quia supra numerũ est. Vnde alibi, Multiplicati sunt super numerum: quia intra parietes præsentia ecclesiæ plures sunt, quam futuri sint in regno dei. Ideo ait, [QVI NVMERAT] id est, discernit [MVLTITVDINEM stellarũ] id est electorũ. Nouit enim dominus qui sunt eius [ET omnib⁹ eis] numeratis [NOMINA vocat] vel, vocans, quia nomina eorũ scripta sunt in libro vitę, id est, in dei prædestinatione. Hæc nouit, hoc est totum præmium nostrum. Vnde gaudere debemus non de aliis rebus, nec de donis quibusdam spiritualibus, sicut quidã faciũt. Quibus male vsis quibusdã donis spiritus sancti, dicet in finẽ, Non noui vos. discipulis etiam Matth. 7
ait, Nolite gaudere quia vobis spiritus subiecti Luc.10
sunt: sed quia nomina vestra scripta sunt in cęlo. Quod gaudium de prędestinatione in nobis fit per charitatem, sine qua & cętera dona spiritus sancti, quæ habẽtur ad tempus, tolluntur: sicut dominus ait, Qui habet, dabitur ei: & qui Matt.13.
nõ habet, & id quod habet auferetur ab eo. Habet enim gratiam possidendi nomen, sed non habet charitatem vtendi. Vel ad literam potest dici, Qui numerat multitudinem stellarum, hõc Ex Cass.
patet. Et omnib⁹ eis nomina vocat. Vel sicut habet alia translatio, Omnes nomine suo vocat, nõ alieno, vt astrologi qui eas Iouem, Venerem appellãt, & huiusmodi. Vel typice de sanctis potest accipi. Nec mutatur illud à prima sentẽtia, Qui numerat multitudinem stellarũ, id est, sanctorũ. Et omnibus eis nomina vocat, id est, cuique prõprium donũ dat, alios per humilitatem, alios per castitatem vocando. Vel, Omnibus eis nomina vocans .i. omnes sunt in eius familiaritate eius. à simili domini dicitur hoc, qui famulorum suorũ nomina nouit. Quid plura dicam?

5 Magnus dominus noster, & magna virtus eius: & sapiẽtiæ eius non est numerus.

MAGNVS] ẽst [DOMINVS noster] plẽnus Ex Aug.
gaudio propheta eructat, quod non potest explicari, qđ tamen cogitabat prout valebat [ET magna virtus eius] Hic est laus à magnitudine. [ET sapiẽtię] vel, Intelligẽtię eius nõ est numerus] .i. finis. Nõ potest enim ab aliquo cõprehẽdi. Ille ipse qui numerat stellas, nõ potest numerari. Nemo enim ipsum numerũ & mẽsuram & põdus deus vbi omnia disposuit, potest metiri vel numerare, vel appendere .i. ipsam sapientiã dei. Sicut enim in libro Sapiẽtiæ dicitur, Disposuit Sapien.11
deus omnia in numero, mensura, & pondere, id Ex Aug.
est in seipso, qui est mensura omni rei modos libro 4.in
pręfigens & numerus omni rei speciem præbẽs, Gen.ca.3
& pondus omnem rem ad stabilitatem trahẽs, id est terminans & formans & ordinans omnia
quę incomprehensibilia sunt. Cõnticescant er- Ex Aug.
go humanæ voces: requiescant humanę cogitationes ad incõprehensibilia dei, nemo se extendat quasi comprehensurus, sed quasi participaturus. Participes enim erimus, & nõ hoc quod capiemus erimus, nec totũ capiemus. Sed cuius rei participes erimus? & qualiter erimus participes, cum partes nõ sint, apud deũ, vel per partes diuidatur? Quis ergo explicet quomodo sint participes vnius simplicis plures? non puto ante dici, quam videatur. Confitere ergo infirmi-

Ex Aug. tatem,qui peruenire vis ad firmitatẽ, cuius in-
tellig ẽtiæ non est numerus. Sed in hac difficul-
tate intelligendi,Esto mansuetus.& quare,sub-
dit,quia,

6 Suscipiens mãsuetos dominus, humilians autem peccatores vsque ad terram.

Ex Aug. DOMINVS[ẽst[SVSCIPIENS mãsuetos]
ad intelligentiam arcanorum. Si ergo vis intel-
ligere, mitis esto , nõ obscura scripturarum ac-
cuses quę fecit deus,vt te exerceat,neque dicas,
sic diceretur melius.Sic enim dictum est vt dici
debuit,nõ corrigat ęger medicamenta quę me-
dicus temperat. Nouit medicus quippe ea mo-
dificare, ei crede qui te curat. Ante ergo quam
scias quare quid dictum sit, non iudices, crede
ita debuisse dici,vt dictum est.Et hæc pietas fa-
cit te capacem. Si autem resistis aduersus clausa
dei, vide quid sequitur[HVMILIANS, &c.]
q.d.mansuetos suscipit[PECCATORES an-
tẽ,] id est immites contrarios mãsuetis,est[HV-
MILIANS vsque ad terram] vt terrena tantum de
deo sapiant . Quia enim reprehendunt intelli-
gibilia, ideo sentiũt terrens, de deo incorporeo
corporaliter cogitantes.Hæc facit deus his qui
volunt irridere legem, antequam noscãt. Quia
ergo magnũ est proficere ad intelligibilia& spi-
ritualia,simus mãsueti,pulsemus,faciamus quod
sequitur,

PARS II. 7 Præcinite domino in cõfessione:psallite deo nostro in cithara.

PRAECINITE] vel, Incipite[DOMINO
Ex Cass. in confessione] Secunda pars, vbi ex prędictis,
quasi adhuc hęrẽtes increpat & impellit,osten-
dens vnde possint intelligere, scilicet si humiles
& non superbi fiut.q. d. & vt id intelligere va-
leatis[PRAECINITE] vel,Incipite[DOMI-
Ex Aug. NO in confessione]pẽccatorũ & laudis,te prius
accensa inde deũ lauda,sic peruenietur ad intel-
ligentiã perspicuam veritatis. Sic imago dei in
te reformabitur.post confessionẽ verò sequun-
tur opera bona,vnde subdit, [PSALLITE] o-
peribus[DEO nostro in cithara] vbi manus se-
quitur vocem, ita vocem laudis sequantur ope-
ra.Et quasi quis quæreret,cui deo?

8 Qui operit cælũ nubibus: & parat terrę pluuiam.

Ex Cass. QVI operit cælum nubibus]ăd literam me-
morat opera, per quem potestas ostenditur, vel
potius mystice[QVI operit cęlum nubibus,]id
Ex Aug. est quĩ cõtegit sacram scripturã figuris & sacra-
mentis,vt incitet ad quærẽdum]ET] ne timeas
de operta scriptura,quia inde[PARAT]gratis,
nõ meritis habetur,[PLVVIAM terræ]ad hoc
enim voluit quædam obscura esse in scripturis,
vt haberẽt serui dei quod interpretãdo influe-
rent super aures, & corda hominum,excipien-
tium de nubibus dei saginam lætitiæ spiritualis.
Et ipse est,

9 Qui producit in montibus fœnum, & herbã seruituti hominum.

QVI producit fœnum & herbã] Eccẽ fru- Ex Aug.
ctus pluuię ,nõ modo in terra humili: sed etiam
in montibus,id est in excelsis seculi, quæ magis
amant diuitias. Ecce vnde produxit,& quibus
produxit[SERVITVTI hominũ,] id est,prę-
dicatoribus qui hominibus seruiunt . Vnde a-
postolus ait,Nos autẽ seruos vestros per Iesum 2.Cor. 4
Christum.Hi seminant spiritualia, & recipiunt
ab excelsis seculi[FOENVM & herbam] id est,
temporalia. Omnia enim quæ dantur ecclesiæ à
diuitibus fœnum sunt.Et ipse est,

10 Qui dat iumentis escam ipsorum: & pullis coruorum inuocantibus eum.

QVI dat iumentis]vel pecoribus,id est sim- Ex Aug.
plicib⁹ecclesię.s.gregib⁹ domini[ESCAM ipso-
rum,] id est pabulũ diuini verbi, quia eos pascit
deus per homines: qui accipiunt fœnum, id est,
per prędicatores qui largiuntur eis spiritualia, à
quibus metunt carnalia, & dat escã [PVLLIS
coruorum inuocantibus eum]Corui sunt gen-
tiles nigri in peccatis. Vnde & Iudęi qui se so-
los iustos dicebant, omnes gentiles peccatores
dicebant . Et vere patres nostri corui fuerunt,
quia peccatores & idolatræ, nos autem non sic
remanemus : tamẽ recte pulli coruorum dicun-
tur & sumus . Pũlli enim coruorum dicũtur ro- Ex Cass.
re cæli vesci,& beneficio ętatis ignorant:pater-
nas escas,id est, fœtores cadauerum: sic filii pa-
ganorũ non imitantes paternos ritus,Inuocen-
tes sunt qui inuocant,coruus nõ inuocat . Nõs Ex Aug.
verò dimissi inuocamus. Ergo dat escam pullis
coruorum.i.filiis paganorũ, inuocantibus eum.

11 Nõ in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

NON in fortitudine equi] quãsi inmẽta pa- Ex gl.inc.
scit & pullos,sed nõ habebit[VOLVNTATEM,]id
est bẽneplacitum[IN fortitudine [vel,In potẽ-
tatu[EQVI,]id est, in superbia contumacium.
Per equum enim superbia intelligitur , quia de
equo altior incedit homo . Et ceruix eius vere
indicat superbiam . Rapidus etiam est in cursu.
[NEC beneplacitum erit ei in tibiis viri,] id est Ex Alcu.
in incomposito habitu præsumptuosi & auda-
cis.Per virum enim audacem pręsumptionẽ no
tat . In tibiis notatur incessus incõpositus. Vel
secundum aliam literam,Neque in tabernaculis
viri, id est, ĩn cõuenticulis hęreticorum. Bene- Ex Aug.
placitum erit ei. Nota quod nõ ait, In taberna-
culis dei,sed, Viri.Per hoc designans audacium
hæreticorum tabernacula, quia est & taberna-
culum Dei, scilicet ecclesia à qua se diuidentes,
hæretici,sibi tabernacula posuerunt.Vnde pul-
lus corui forte in ecclesia, carẽs tẽporali hono-
re,ait, Elegi abiect⁹ esse in domo dei mei,magis
quàm habitare in tabernaculo peccatoris.Non
enim extra ecclesiam sibi facit tabernaculum, in
quo non sit beneplacitum deo .

12 Beneplacitum est domino super timentes eum:& in eis qui spe-

rant super misericordia eius.

Ex gl.int. BENEPLACITVM]q.d.in superbis & hæreticis, & incompositis non est beneplacitum ei.[BENEPLACITVM est domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius] id est beneplacitum est domino, in his qui timent & sperant. Timori spem coniunxit, quia non valet timor sine spe veniæ. Iudas

Ex Aug. enim pœnitens timuit, sed non sperauit in misericordia. Ideoque desperando cucurrit ad laqueum, & se suspēdit. Qui ergo timet deum speret, & ab ipso ad ipsum fugiat, ab irato ad placatum. Placabis autem eum si speres in misericordia eius: atque de cætero ita caueas peccare, vt de præteritis depreceris vt tibi dimittantur.

COLLATIO
In psalmum 146. Laudate dominum quoniam bonus est psalmus.

1 LAVDATE dominum quoniam bonus est psalmus, deo nostro sit iocunda &c.]Heb. aliter distingunt, vt id quod est deo nostro, pertineat ad superiora hoc pacto, quoniam bonum est canere deo nostro: sed ea quæ sequuntur abundè manifestant vtrouis posse referri, nec omnes qui transferunt assignant vbique eandem hypostigmen. Dicit enim Sanctes, Laudate dominum, quoniam bonum est canere deo nostro, quoniā dulcis, decora est laus. At Munsterus, Quoniam bonum est canere deo nostro atque iucundum, optabilis est laus. Cur autem vertit optabilis est laus, vbi alij dicunt pulchra est, rationem reddit, quia Hebraīcum נָאוָה nauah, quidam deducunt ab אָוָה auah, hoc est desiderauit, vt sit passiuum eius, alij autem à נָאָה naaeh, quod decorum significat.

9 ET herbam seruituti hominum.]Hęc clausula non inuenitur in Hebr. Plæraq; alia à Lxx adiecta sunt, nō sine spiritus sancti authoritate, aut quauis alia ratione, vt multis superius non semel discussum est. D. Hilar. deprehendit quosdam codices habere, quosdam non habere. Græci procul dubio hanc partem nunc legunt.

11 NEC in tibijs viri.]Diui Hilarius & Aug. ac psalterium romanum habent, nec in taberna culis viri. Arnobius autem indicat græcè esse in tibiis, ἐν πιζκνήμαις, quas tamen Hieronym. interpretatur περικνημίδας, hoc est ornamenta crurum, quæ tropologicè refert ad incessum libidinosum. Arnob. accipit pro stabilitate, quasi non possimus per nos stare aut perseuerare. Fortasse lectum est in nonnullis græcis σκηναῖς. Indubiè autem in Hebræo legitur in tibijs, בְּשׁוֹקֵי beschoque.

CXLVII. PSALM. TIT.
Alleluia Aggæi & Zachariæ.

LAVDA Hierusalem.] Titulus, [ALLELVIA Aggæi & Zachariæ.] Prophetæ isti in Babylonica captiuitate prophetauerunt reparationem Hierusalem, quæ vt Hier. prædixit, post 70. annos facta est, in qua intellexerūt spiritualem restaurationem cęlestis Hierusalem, eāmq; sub figura illius prædixerūt, & pro ea dominum laudauerunt, quæ post Lxx annos, id est post volubilitatem totius temporis, quod septem diebus agitur, perficienda est, & pro ea hic propheta deum laudat, sicut & prædicti prophetæ sub figura deum laudauerunt. Et est sensus tituli, hic est [ALLELVIA] id est laus dei Laus deo, [AGGÆI & Zachariæ] id est de reparatione cælestis Hierusalem, quam illi prædixerunt, & pro ea deum laudauerunt, & facit psalmus iste in nobis amorē futuræ Hierusalem, quam multipliciter cōmendat. Totus quoque hic psalmus potentiam dei prædicat.

Aggæi & Zach. additum est titulo.

Ex Aug. Hiere. 25

Ex Cass. Intentio. Monet ad laudem. Modus. Bipartitus est psalmus. Primo dicit bona futuræ Hierusalem. Secundo dicit quæ bona hic dātur sanctis, ibi, Qui emittit. In captiuitate ergo huius seculi adhuc constitutus, Propheta videns beatum populum æternæ Hierusalem præmisso gaudio spei, ante gaudium speciei, quasi coniungens cor & si non corpus angelis, dicit, ô,

Ex Aug.

LAVDA Hierusalem dominum: lauda deum tuum Sion. Ex Aug.

HIERVSALEM]cælestis iā secura, [LAVDA dominum] Hoc solum est negotium tuum. hoc ideo dicit propheta, vt modo exultemus in spe, & desideremus ipsam qui audimus eam vel eā sic ructantē dei landē: & repetit, [LAVDA deum tuum] ô [SION] Eadem est Sion & Hierusalem. Hierusalem enim interpretatur visio pacis, Sion speculatio. Vel contemplatio & visio pacis est, contemplatio Christi, qui est pax nostra. Vel secundum aliam editionem, Collauda, ô, Hierusalem dominum. non simpliciter dico lauda, sed, Collauda, quia ex multis constas. Tu ergo constans ex multis, Collauda. Et ô tu, Sion lauda deum tuum. Ideo simpliciter subdo, Lauda, quia vnum facta es, & accipit idem Sion & Hierusalem, quod prius. Et q. d. Quare laudabo? respondet,

2 Quoniam cōfortauit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.

QVONIAM confortauit]vel, Confirmauit, nō tantum posuit, [SERAS]vel vectes[PORtarum tuarum] vectium confirmatio nō fit nisi clausis portis. Per hoc ergo notat clausam esse ianuam admissis prudentibus, & exclusis fatuis

Ex Aug. virginib⁹ vt nemo iam exeat vel intret. Et congrue post laudis admonitionẽ subdit de clausis ianuis. Clausa enim ianua Hierusalẽ secure laudat, quia nemo exit vnde doleat. nemo intrat quem timeat: quia non exit inde amicus, nec intrat illuc alienus, sicut modo fit. Vnde & sunt seadala. Et est, [BENEDIXIT filiis tuis in te,] quos olim peperisti, qui iam quiescũt, In te, non foris peregrinantur. Volarunt enim de nido timoris in cælestia & æterna tabernacula, vbi filii sunt & securi. Quis benedixit?

3 Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

Ex Aug. QVI posuit fines tuos pacẽ] Perfectã. q. quid enim intus est, pace fruitur. Extra est gehẽna, & In pace illa est saturitas, & nulla indigẽtia. [SATIAT te adipe frumẽti,] id est pane qui de cælo descendit, qui carne clausus in mũdo sola fide est cognitus: tunc autem videbimus, sicut est, & erit illa perfecta saturitas vel securitas.

PARS III. 4 Qui emittit eloquium suũ terræ: velociter currit sermo eius.

Ex Cass. QVI emittit] Secũnda pars, vbi subdit quæ munera hic dãtur electis, per quę veritas futuri possit agnosci. q. d. hæc prædicta erunt ibi, sed
Ex Aug. quid interim in peregrinatione ista dat nobis? ecce ipse est [QVI emittit eloquium suum terræ,] id est, verbum assumpta carne [TERRAE] vt in terra cognoscatur. aliter enim non leuaremur ad adipem frumenti satiantem, nisi mitteret verbum terræ, qua grauamur & impedimur ad tedium. In terra enim laboramus fessi languidi, pigri, frigidi: sed in eremo nos non deseruit, sed manna pluit: quia, Mittit verbum suum terrę, & [VELOCITER CVRrit sermo eius]
Ex Cass. quia sermo Christi vel Christus cito impleuit mũdum cognitione veritatis. vel secundũ aliam
Ex Aug. literam, Vsque in velocitatẽ currit sermo eius, vel, Verbũ quo electius vel expressius dici non potuit. Non ait velox est verbũ. velox enim fit aliquid velocitate, qua plus vel minus participat, sicut participatione caloris aliquid dicitur calidum, & participatione frigoris frigidum. Est autẽ aliquid alio magis vel minus, velox vel calidum, quanto scilicet velocitate vel calore magis vel minus participat. Et sicut calore quo calent cætera, nihil est calidius: ita velocitate, qua cætera dicuntur velocia nihil est velocius. Sicut ergo de aliquo diceretur, calet vsq; in calorem, id est adeo calet, quod ipse calor potest dici: sic de verbo dei dicitur, Cucurrit vsq; in velocitatẽ, id est, adeo vt sit ipsa velocitas, quod tamen per quandam similitudinẽ dicitur. Quod enim velox est sicut equus, vel angelus, vel ventus, alicubi est, nõ vbique. Velocitas autem ipsa, vbique est, non est in parte, nusquam artatur, quæ modo non est in equis vel in ventis, sed in aliis infinitis, & in eisdem tẽporum pũctis, vbiq; terrarũ diffunditur. Hoc autẽ pertinet ad verbum dei. s. nõ esse in parte, sed vbiq, esse per seipsum. hæc est sapientia dei, quæ sicut in libro sapiẽtiæ legitur, Attingit à fine vsq; ad finẽ fortiter, non tamen motu locali: sed immobilitate tanquã si moles aliqua saxea impleat locũ aliquẽ, dicitur quod attingit à fine eiusdẽ loci vsq; ad finem: cum tamen alterum non deserat alterum occupãdo. Non habet ergo motum illud verbum, & sapientia illa solida est, & vbique. Sed & de sapientię spiritu dicitur in libro sapientiæ, Actus mobilis, certus, incoinquinatus. Sed hoc facit ipsa velocitas quod sapientia dicitur actus mobilis, non vt hoc deserat, illud tãgat: sed vt vbique semper sit, & nusquã inclusa teneatur. Sed quis sufficit ista cogitare? vtique nullus. Est tamen spes ad capiendum verbum, quia prędestinauit nos deus. Et hoc est quod ait,

5 Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

Ex Aug. QVI dat niuem sicut lanam nebulã] Hic dicit quę præstet aduẽtus Christi. Sicut enim nix sursum gelat, & in ima decidit: sic refrigescente charitate decidit humana natura in terras, & pigro corpore inuoluta, vt nix facta est. Sed in hac niue pdestinati sunt, qui sunt velut lana, de quibus scilicet aliquid factur⁹ est. lana enim est materia vestis, & de his spiritu adhuc frigidis, qui prędestinati sunt, fit tunica Christi sine macula & ruga. Vnde merito vestis Christi in mõte refulsit sicut nix, quia de hac niue fit vestis Christi. Et est, [QVI dat niuẽ,] id est, congelatos [SICVT lanã] quæ est materia vestis, id est de congelatis & frigidis, quos prædestinauit facit vestem Christi sine macula & ruga. Sed prædestinati vocandi sunt ad pœnitentiã, secundũ illud, Quos prędestinauit, hos & vocauit. Nõ autẽ venit vocare iustos, sed peccatores, id est peccata, & inscitiam suam confitentes, & hos in pœnitentia: & dum vocat ad pœnitentiam, [NEBVLAM sicut cinerem spargit.] Cinis ad humilitatem & pœnitentiam pertinet, quia cinis & cilicium sunt arma pœnitentium: nebula verò caliginem peccati, & ignorãtiam notat. & dũ vocatur quis ad intelligẽdum deum, & dicitur illi, Cape veritatẽ, incipit velle capere veritatem. & nõ sufficit, sed patitur caliginem. Adhuc ergo est illi nebula, vt sciat se nescire & non capere posse quod oportet eum scire. Sed si non potest penetrare veritatis arcanũ, pœniteat eum peccatorum suorum quibus in hanc difficultatem videndi venit, et ita erit ei salubris nebula, quã, Spargit, Deus, vt, Cinerẽ. s. tollit per humilitatem pœnitentiæ, quę significatur per cinerẽ. Vt & Abrahã dicit deo, Cinis sum. hæc cõfessio est humilitas pœnitẽtis, ergo, Nebulam, quę est pro caligine peccati, Spargit sicut cinerẽ, id est tollit per humilitatẽ & pœnitentiam, ad quam vocat & qui prædestinauit, & ad pœnitentiam vocauit.

Rom.8. (beside "Quos prędestinauit") · Gen.18 (beside "Cinis sum")

6 Mittit crystallũ suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

Ex Aug. MITTIT] crystallum suum] vel, suam [SICVT buccellas] vel frũsta panis. Crystallum dicit obstinatos, de quib⁹ tamẽ & alios pascit. Et est sensus, [CRYSTALLVM suum] .i. obstinatos quos quidem prædestinauit, qui nõ facile vt

Ex Aug. nix soluũtur. Mittit vt buccellas, vel, Frusta pa
nis.i.tales facit vt pascãt alios verbo dei, & prę-
dicẽt veritatẽ, quam impugnabant, quibus sunt
quasi panis. vnde ait apost. Multi vnus panis su
1.Cor.10 mus in Christo. Oẽs ergo vnus panis sunt: singu
li verò frusta sunt. Talis fuit Paulus. Ipse nã-
que fuit crystallũ, id est, durus & nitidus. Du-
rus, quia persecutus est ecclesiam Dei, obni-
tens veritati, clamans aduersus euãgelium: Ni-
tidus fuit, quia in lege peritus, qui tamen postea
factus panis veritatem docuit soluta niue, ne-
bula & crystallo [ANTE faciẽ] Hic aggerat peri
culũ, vt maior sit gratia liberationi, quasi qui-
dã sint nix, nebula, & crystallum. Hęc autẽ deus
soluit, sed nisi soluat [QVIS sustinebit] vel sub-
sistet ante faciem frigoris, vitiorum & obstina-
tionis. Frigoris dico, Eius, scilicet dei. Frigus di
citur esse eius, nõ quod faciat illud, sed quia fie-
ri sinit, scilicet quia deserit peccatorem, & non
vocat, nõ aperit sensum, non infundit grattam.
Nisi ergo soluat, quis sustinebit? nullus. Et quis
alius soluet nisi ipse? nullus. De hoc frigore dicit
Rom.7. Apostolus, Video aliam legem in membris meis
repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem
me in legem peccati & mortis. Et quis liberabit
me de corpore mortis huius? ac si diceret, Fri-
gesco, miser sum, nullus soluit ab huius frigosis
miseria, nisi gratia dei. Vnde & hic subdit,

7 Emittet verbũ suum, & lique-
faciet ea: flabit spiritus eius & fluẽt
aquæ.

Ex Aug. EMITTET verbum suum] q.d. Et si nullus
posit subsistere per se ante faciem frigoris, non
tamen est desperãdum, quia [EMITTET] do-
minus [VERBVM suum] carne assumpta [ET
LIQVEFACIET EA,] scilicet nubem, nebu-
lam, crystallum. Verbo Dei nanque veniente,
nec frigus, nec obscuritas, nec duritia desperare
potest. Salubriter enim liquefiunt, & fluenta be
neficij spiritualis pfundũt aliis [ET FLABIT
Ex Aug. SPIRITVS eius] scilicet cãlidus auster [ET A-
& Cass. QVÆ] fluẽta doctrinæ & gratiæ [Fluent] vt inde
Esa.55. bibant alij, iuxta illud, Omnes sitientes venite
ad aquas. Ita mystice hęc prędicta sane accipiũ-
tur: ad literam verò manifestata sunt, quia spar-
git deus niuem quasi lanã, nebulam vt cinerem,
crystallum facit vt frusta panis candidi. Est au-
tem crystallum species quædam in modum vi-
tri, sed cãdidum est. Dicitur autem esse nix gla-
cie indurata per multos annos, vt resolui non
posit. Et cõgrue hæ tres similitudines hic no-
tãtur, quæ iuxta literam magna opera dei mon-
strant: sed aliud hæc innuũt mystice intellecta,
quod ante prosecuti sumus, & in prosecutione
hucusque processimus.

8 Qui annuntiat verbum suum
Iacob: iustitias & iudicia sua Israel.

Ex Aug. QVI ANNVNTIAT] q.d. Spĩritus eius
flabit. Eius inquã, [QVI ANNVNTIAT ver
bum suũ Iacob,] id est, nouo populo Christia-
norum, qui significatur per Iacob [ET] annun-
tiat [IVSTITIAS & iudicia sua,] id est, iusta
iudicia sua [ISRAEL] Idem significatur per Is-
rael & Iacob, scilicet populus fidelium, cui an-
nuntiat iusta iudicia sua, scilicet quod non tan-
tum iniusti, imo & iusti patiuntur hic pro me-
rito iusto dei iudicio. quod iudiciũ sicut ait Pe-
trus, incipit à domo dei, in pſentia à fidelib⁹. So 1.Pet.4.
lus enim Christus quæ nõ rapuit soluit, in quo
princeps mũdi nil inuenit, & si initiũ est à nobis,
quis finis erit eorum qui non credunt Euange-
lio? & si vix iustus saluabitur, impius vbi pare-
bit? Et hoc iudicium dei, quod scilicet patiun-
tur iusti & iniusti pro merito suo, & quomodo
iusti nõ meritis suis, sed gratia dei liberãtur, non
omni genti nuntiauit dominus, sed soli Israel, id
est nouo populo, in quo sunt & gentes.

9 Non fecit taliter omni nationi:
& iudicia sua non manifestauit eis.

NON fecit taliter omni nationi] vel, gẽti [ET
iudicia sua nõ manifestauit eis] Iam enim gen- Ex Aug.
tes quæ abscisę de oleastro insertę sunt bonę o-
liuæ, nõn debent dici gentes, sed populus vnus Ex Alcui.
in Christo. Vel ad literã. Per Iacob & Israel Iu-
dæos accipit, quibus per seipsum Christus an-
nuntiat verbum suum [ET iudicia sua non ma-
nifestauit eis] quod non fecit aliis. vnde addit,
Nõ fecit taliter omni nationi: & iudicia sua nõ
manifestauit eis, quia per se non prædicauit alij
nationi vel gẽti, iuxta illud, Nõ sum missus nisi Matt.15
ad oues quæ perierunt domus Israel. Vide or- Ex Cass.
dinem qui est in prædictis quatuor psalmis lau-
dũ dei: prius enim de præceptis, diuini pręconij
egit. Secundo de peruersitate mundi fugienda.
Tertio de congregatione ecclesiæ. Quarto iam
collectę in pace laudes imperat pro sua securi-
tate & dilectione. Illi autẽ choro de mundi par-
tibus cõgregato trina exultatione subuectit esse
gaudendum, tres alios psalmos laudis subiun-
gens, vt in hoc opere gratia trinitatis eluceat.

COLLATIO.
In psalmum 147, Lauda Hierusalem dominum, &c.

5 NEBVLAM sicut cinerem.] D.Hieronym.
scribit in cõmentariis, quod latinus male inter-
pretatus est nebulã. Quod enim ὁμίχλη dici-
tur in Gręco, in Hebraico habet כְּפוֹר Kephor,
id est pruinam. Arnobius quidẽ legit nebulam,
interpretatur tamen pruinam. Cuius sunt hæc
verba, Nebula quę sicut cinis spargitur: pruina
quæ fruges vniuersas intra terræ viscera clau-
sas impinguat. quæ quanto plus incubuerit sa-
tis, tanto vberius proficit in aristis. Attamẽ ipse
D.Hieronymus, vbi vertit Amos 4, faciẽs ma-
tutinam nebulam, Septuaginta habẽt ποιῶν ὄρ-
θρον καὶ ὁμίχλην.

CXLVIII. PSALMI TIT.
Alleluia Aggæi & Zachariæ.

Aggæi & Zachariæ additũ est à Septuaginta.

LAVDATE dominũ de cælis]. Tit. [AL-
LELVIA Aggęi & Zachariæ] Aggæus
& Zacharias qui in Babylonia capti- Ex Aug.

uitate prædixerunt liberstionem terrenæ Hie-
Ex Aug. rusalem, multum nos exigunt ad futuram liberationem spiritualis Hierusalem, quam sub illa actuali intellexerũt, & pro ea dominũ laudauerunt specialiter. Vt & nos exemplo eorũ, quasi contempta huius nostrę peregrinationis Babylonia securi præmeditemur hic laudẽ quam in ęternũ soluemus. Vnde & hic prophera, per paucorum commemorationem vniuersam creaturam hortatur laudare deũ. Omnia enim laudãt deum vel in se vel in aliis. Sunt enim quędã quę habẽt spiritum laudandi deum, & laudãt in illo affectu, quo illis placet deus: quædam verò non habent intellectum, sed quia & ipsa bona sunt in ordine suo & ad pulchritudinem vniuersitatis referuntur, per se quidem nõ laudant, sed ab ipsis per attendentes ea laudatur Deus. Et ita quodammodo laudant, quia de illis nascitur in laus dei, ad quam nos monet hic prophera pro nobis liberatione spirituali, quam prędicti prophetę in misterio futuram significauerũt. Ideoque titolus continet nomina eorum. Et est sensus, hic est [ALLELVIA,] id est, laus dei [AGGAEI & Zacharię,] id est, pro futura liberatione, pro qua prædicti prophetę laudauerũt. Intentio. Monet ad laudem. Modus. Bipartitus est psalmus. Primo, cælestia hortatur ad laudes. Secũdo, terrestria, ibi, Laudate dominũ de terra. Et cõgrue primo de cælis laudatur deus: postea de terra. Ipse est enim qui fecit cælum & terrã, & in cęlestibus & terrestribus omnia continentur. Sic ergo aliquibus bona operantibus applaodentes dicimus, facite facite. Ita propheta angelis D eũ laudantibus aggratulans ait, O vos qui estis,

LAVDATE dominũ de cælis: laudate eũ in excelsis.

Ex Aug. DE cælis] scilicet võs angeli [LAVDATE dominum] non pręcipit vel admonet angelos hoc facere, sed adiũgit aggratulationem suam eis hoc facientib⁹, quia placet sibi quod faciũt. & leuato corde cũ illis est spe, & repetit, O vos qui estis in [EXCELSIS laudate eum.] Deinde quibus aggratulationẽ suam faciat, exprimit,

2 Laudate eũ omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

LAVDATE eum omnes angeli eius, laudate
Ex Cass. eum omnes virtutes eius] Virtutes generale nomen est omnium cælestium spirituum, quandoque tamen pro vno ordine accipitur: dum verò mittuntur, angeli nominantur.

3 Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellę & lumen.

Ex Hier. LAVDATE eũ sol & luna] Nõtandũ quod ab inuisibilibus quæ digniora sunt incœpit, deinde ponit visibilia quæ minus sunt digna. Sol enim & luna & omnia visibilia inuisibilibus cedunt, de quibus hic incipit dicẽs, [LAVDATE eum sol & luna: laudate eum omnes stellę & lumen] & pẽt lumẽ generaliter accipit omnia lu- Ex Cass.
men habentia, quę dinumerari non possunt.

4 Laudate eum cæli cælorum: & aquæ quæ super cælos sunt, laudent nomen domini.

LAVDATE eum cæli cęlorum] plũraliter dicit, quia plures sunt cęli [ET aquæ quę super cęlos sunt] diuisæ ab his quę sub firmamẽto sunt, [LAVDENT nomen domini] & ita faciunt & cęli & aquę. Nimia enim laus est, quod & tenuisas cælorum firma consistit, & aquas quæ grauiores sunt sustinet: quæ nisi iussæ defluunt per pluuias: quæ sicut dicitur, apertis cęli catharactis per pluuiam mittuntur. & quasi quis quæreret? Quid eis contulit, vnde laudent? subdit, multum. Ex Cass.

5 Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

QVIA ipse dixit & facta sunt] Eccẽ his verbis significat verbũ per quod omnia facta sunt. Vnde, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil [IPSE] ergo [DIXIT,] id est verbũ genuit, [ET] per ipsum [FACTA sunt] hoc dicit contra illos, qui dicunt mũdum deo coæternum [IPSE mandauit] verbo suo [ET creata sunt] prius dixit facta: postea creata. facere enim & nos possumus, sed non creare, quod proprie est de nihilo aliquid facere. Ipse ergo solus creat quod proprium deitatis est. Ex Aug. Ex Cass.

6 Statuit ea in æternum & in seculum seculi: præceptum posuit & non præteribit.

STATVIT ea] omnia superiora, omnia cęlestia [IN seculum & in seculũ seculi] quia etsi erit cælum nouum, deo tamẽ bene statuta dicũtur, quæ nouantur per ipsum & meliora permanẽt. & hic est laus à potentia. Omnipotens enim est cuius opera non mutantur. [ET POSVIT] eis [PRAECEPTVM,] id est, legem & conditionem, scilicet vt laudent eum. [ET nõ pręteribit] quin fiat. laudãt enim omnia vel in se, vel in aliis. Ex Aug. Ex Cass.

7 Laudate dominũ de terra: dracones & omnes abyssi. PARS II.

LAVDATE dominum.] Secũnda pars. Enumeratis cælestibus descẽdit ad terrestria. Conuersus ergo ad illa tanquam exhortans nos, vt eorum consideratione laudemus deũ, quę considerata aperiunt laudem dei, ait, ô vos qui estis [DE terra laudate dominũ] scilicet [DRACONES, &c.] Dracones circa aquam versantur, & prodeuntes de speluncis ferũtur in aere, & concitatur propter eos aër, quibus non sunt maiora animantia super terram. Vnde ab eis cœpit. [ET OMNES ABYSSI] abyssi sunt profunditates aquarum latentiũ & maria omnia. Aer quoq; nebulosus ad abyssum pertinet, vbi sunt nubes, vẽti, tẽpestates, pluuię, coruscationes, tonitrua, grãdo, nix, & generaliter quicquid de hu- Ex Aug.

Ex Aug. mido & caliginoso aëre vult fieri super terrã, totũ terræ nomine appellauit, quia nimis mutabile est. Hæc autẽ omnia & si mutabilia & turbata sint, habẽt tamẽ locum & ordinem suum, & pro modo suo implẽt decorẽ vniuersitatis, & sic laudant deum. Ipsa ergo nos cõsideratione eorum hortatur laudare subdens,

8 Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarũ: quæ faciunt verbum eius.

IGNIS grãdo, nix, glacies, spiritus, procellarum] qũi laudat nomẽ domini [QVAE] omnia Ex Aug. & si perturbata videãtur, quibusdã stultis & casib⁹ agitari, tamẽ [FACIVNT verbũ eius.] hoc ideo dicit, quia visum fuit quibusdã quod deus superiora regeret, sed hæc inferiora despiceret: & à casibus regerentur, sed & hęc agit deus, & in his minimis laudatur, & Alleluia cantatur.

9 Montes & omnes colles, ligna fructifera, & omnes cedri.

10 Bestiæ, & vniuersa pecora, serpentes & volucres pennatæ.

MONTES & omnes colles ligna fructifera Ex Hier. & omnes cedri.] BESTIAE] maiores [ET vniuersa pecora serpẽtes & volucres pennatæ] laudẽt, & cętera. Deinde ad homines venit dicens,

11 Reges terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ.

12 Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus, laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

REGES terrę & omnes populi principes & omnes iudices terrę.] [IVVENES & virgines Ex Cass. senes cum iuniorib⁹,] scilicet hõmines de omni sexu, & de omni ętate [LAVDANT nomen domini] & quare? supponit, Laudẽt à magnificentia, ideo scilicet [QVIA exaltatũ est nomẽ eius Ex Aug. solius] nẽmo enim exaltatur nisi sub eo.

13 Confessio eius super cælum & terram: & exaltauit cornu populi sui.

Ex Aug. CONFESSIO] Sũpradixit prius de cęlo: postea de terra: hic de omnib⁹ simul. Et accipit per cælum omnia superiora: per terram omnia inferiora. Et est, [CONFESSIO eius super cælum & terram,] id est, illum omnia cõfitentur, vel in se vel in aliis. pulchritudo omnium vox est confitentium in attendentibus ea, id est, attẽdentes ea, laudant eum, & de terrenis & de cælestibus, quo non est aliquid melius. Quicquid enim fecit infra illum est, & quicquid placet in his, minus est quam ipse. Si ergo amas visibile quod fecit: multo magis inuisibilẽ qui fecit. Per visibilia intelliguntur eius inuisibilia. Vel, Cõfessio eius, Ex Cass. est, Sũper cælum & terram, id est maior est laus eius ex ipso, quàm ex creaturis, quia magis laudandus est propter se quàm propter creaturas. [EXALTAbit] vel, Exaltauit. q. d. dico vt laudẽt, quia exaltatũ est nomen eius. Et etiã ideo, quia Exaltabit, vel, Exaltauit [CORNV,] id est potestatem & dignitatem [POPVLI sui] Ecce quid prophetabãt Aggæus & Zacharias in captiuitate, scilicet exultationẽ populi dei. Modo quidem humile est in tribulationibus cornu populi sui, sed cum venerit dominus exaltabitur.

14 Hymnus omnibus sanctis eius: filiis Israel populo appropinquanti sibi.

HYMNVS] q. d. Exãltabis eorum. Vnde modo fit [HYMNVS omnib⁹ sanctis eius] quib⁹ & in fine erit hymnus perpetuus. Vnde, In secula seculorum laudabunt te. Hymnus autem tria habet, canticum, laudem, & Dei, id est hymnus est laus dei cũ cantico. hunc ergo modo dicant sancti in fine æternum hymnum accepturi. Et qui sunt sancti quibus debet esse hymnus [FILIIS Israel] scilicet sit hymnus, qui sunt filii Israel? qui appropinquãt deo. Et hoc est, [POPVLO] scilicet [APPROPINQVANTI sibi] nõ carne, sed fide sit hymnus. Ex Aug.

COLLATIO
In psalmum 148, Laudate dominum de cælis, &c.

5 QVIA ipse dixit & facta sunt.] Hęc clausula non est Hebr. & quæ sequitur, Ipse mandauit & creata sunt videbatur exponere, dicere Dei In principio Genes. Ob id interpretes præmiserũt eum tropum loquendi priorem quo posteriori cohæreret.

8 GLACIES] Recentiores vertunt vapor, quem intelligunt (vt videtur) calidũ & siccum, quoniam trãslator ad Campensem, dixit cauma. Munsterus autẽ ex suo lexico, adnotat etiã aliquos accipere קִיטֹר quitor, pro glacie, id quod fecit D. Hieronymus.

CXLIX. PSALMI TIT.
Alleluia.

CANTATE domino] Titulus. [ALLELVIA] Põst omnes creaturas, quas in Ex Cass. præcedenti psalmo monuit laudare dominum eo quod ab ipso creatæ sunt: hic proprius & specialius Israel inuitat ad nouum cãticum pro nouitate sibi facta, quę est mirabilior Dei operatio. Hæc est sanctificatio Israel per Ex Aug. quam de veteri factus est nouus. Intẽtio. Monet ad laudem. Modus. Bipartitus est psalmus, Primo multis modis mouet laudare regẽ, quia Ex Cass. eis beniuolus & beneficus est. Secundo, agit de gaudiis sanctorum & potestate ibi, Exultabunt, Exhortans itaque fideles ad nouum canticum, ait,

ANTATE domino cāticum nouū: laus eius in ecclesia sanctorum.

Ex Aug. CANTATE domino cāticum nouum] dē misterio redemptionis, de promissione æternitatis.q.d.Qui vult cantare hoc canticum,diligat æterna vbi fiat nouus.Vetus enim homo canticum vetus cantat de terrenis.Nouus homo nouum cantat de spiritualibus, canticum .s. pacis, canticū charitatis.Quisquis enim sequitur veterem animositatem,non nouam charitatē,nonum canticum non cantat. deinde determinat vbi & à quibus debeat cantari hoc cāticum dicens[LAVS eius]est [IN ecclesia sanctorū]scilicet hęc enim laus non vbicūque,vel à quibuscunque cātanda est:sed in ecclesia catholica, & à sanctis,qui sunt Israel.

2 Lętetur Israel in eo qui fecit eū: & filiæ Sion exultent in rege suo.

Ex Aug. LAETETVR Israel]spē licet & hic multa patiatur.Lætetur dico[IN eo qui fecit eum]etiam secundo vt sit Israel [ET filii, vel,Filiæ Sion,] iidem sunt Israel,& filię Sion[EXVLTENT IN rege suo,] id est in Christo, qui est rex & sacerdos.vt rex enim pugnauit ꝓ nobis de cruce diabolum vincens:vt sacerdos se pro nobis obtulit, nihil inueniēs in hominib⁹ quod ꝓ eis offerret.

3 Laudent nomen eius in choro: in tympano & psalterio psallāt ei.

Ex Aug. LAVDANT nomen eius]qualiter?[IN choro].i.in cōcordia morū,&[IN tympano,]id est in mortificatione carnis[ET psalterio].i. spirituali operatione[PSALLANT EI.]Et quare psallant,subdit,

4 Quia beneplacitum est domino in populo suo: & exaltauit mansuetos in salutem.

QVIA beneplacitum est domino in populo suo] In prima conditione rerum legimus omnia placuisse deo, sed post mutatis qualitatibus, & pœnitere & gaudere . vnde, Pœnitet me fecisse hominē.Et alibi,Gaudeo super vno peccatore pœnitentiam agente . Sed hōc dicit hic, [BENEPLACITVM est domino in populo suo]cū̄m peccata dimittit. Vel de futuro potest accipi ab illo loco,Laus eius erit in ecclesia sanctorum,id est,in futura Hierusalem.Et ibi.Lætetur Israel in eo qui fecit eum:& filię Sion exultent. in quo? In rege suo .i. in Christo quem nunc videbimus facie ad faciem. &,Laudēt nomen eius in choro .i. in vnitate charitatis , quia iam tūc nulla erit dissēsio, sed charissima vnitas. Et, In tympano & psalterio psallāt ei.i.de hoc quia tympanum & psalteriū fuit eis hic . Tunc enim exultatio erit sanctis de tympano & psalterio, non ipsi actus. Ideo psallāt,quia [BENEPLACITVM] ibi [DOMINO in populo suo] quod tunc apparebit,cum parem angelis faciet. Vnde addit[ET exultabit]vel exaltauit[MANSVETOS in salutem]æternam.

Ex Caß.
Gen.6
Luc.15
Ex Aug.
Ex Caß.

5 Exultabunt sancti in gloria lætabuntur in cubilibus suis.

EXVLTABVNT]Secūnda pars,vbi agit de gaudiis sanctorum & potestate.Legitur hæc series prius de pręsenti,vsq; ad finē psalmi,q.d.in futuro exaltabit māsuetos,& ꝓ eo [Exultabūt] hic[SANCTI in gloria]Gloria est bonorum actuum,frequēs laudatio, de qua iusti[LAETAbūtur]vbi?nō extra in populari fauore:sed[IN cubilib⁹ suis,] id est in cōscientia. Ideo quia habēt tam bonū dominū, qui dat peccatorib⁹ veniam & gratiā:immeritis vitam æternā. Fatuus extra in fabulis hominum lætatur:Sanctis vero hic modus gaudii est, vt ad illum referant bona qui dedit. Ex Caß. Ex Aug.

6 Exultationes dei in gutture eorum,& gladii ancipites in manibus eorum.

EXVLTATIONES dei]nō fuērūt[IN gutture] vel,Faucib⁹[EORVM].i.in lingua. Sic enim lætentur in cubilibus,& faucib⁹ .i. in corde & lingua,vt non sibi tribuant,quod boni sunt, sed deo à quo acceperūt quod sunt , & sperant id quod nondum sunt [ET gladii] vel, Frameæ [ANCIPITES] vel ,bis acuti , vel, acutæ, id est sermo Christi,qui acutus est veteri & nouo testamēto,erūt[IN manib⁹].i.in potestate[EOrum]vt dicāt,vbi velint, & cui velint. ad quid? Ex Aug.

7 Ad faciendam vindictā in nationibus, increpationes in populis.

AD faciendā vindictam in nationibus] .i. ad hoc,vt occidāt,illo gladio peccatores bis acuto, vt sic viuificentur secundū illud, Ego occidam, & viuere faciā. Et ne putares sanguinem fundi exponendo determinat .i. [AD faciendas increpationes]vel,Obiurgationes[IN populis.]Et, Ex Aug. Deut. 32.

8 Ad alligandos reges eorum in compedibus,& nobiles eorū in manicis ferreis.

AD alligandos reges eorum in compedibus,] id est,in præceptis dei. [ET] ad alligandos nobiles eorum in manicis]vel,Vinculis[FERREIS] id est,dei mandatis,quę dicuntur vincula ferrea dura,quia sunt & insolubilia.vt est illud,Quod deus coniunxit,homo non separet.Et item,Alligatus es vxori, noli quęrere solutionem . His vinculis ligantur gentium reges,& nobiles seculi ab infirmis & contemptibilibus huius mundi, quos elegit dominus vt fortia cōfunderet,ipsosque impleuit spiritu sancto, & dedit eis phrameas his acutas vt ad Christi timorē nobilium corda conuerterent, & seculari nobilitate contempta paupertatem eligerēt & nobilitatem in Christo. Voluit enim prodesse imperatori, de piscatore,non piscatori de imperatore. Per hos ergo ligantur reges & nobiles,vinculis ferreis,ne progrederentur ad illicita. Et hoc est iudicium quod faciunt sancti, per omnes gentes . vnde subdit, Ex Aug. Matt. 19 1.Cor.7.

9 Vt faciant in eis iudicium conscriptũ:gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Ex Aug. VT faciant] q.d. Ad hoc habent gladios in manibus, [VT faciant in eis iudicium conscriptum] id est à patribus sancitum. Ista enim antes scripta sunt, & modu complentur. Legebantur enim aliquando nec fiebant: modo fiunt. & concludit ita, [GLORIA hęc est omnibus sanctis eius] ita, scilicet vt dictum est, scilicet per omnes gentes. Per totum mundum hoc agunt sancti, sic gloriantur, sic exultant in faucibus, sic lætantur in cubilibus: sic exultabunt in gloria, sic cantant canticum nouum, sic dicunt alleluia corde, ore, vita. Vel ita, Hæc est gloria. q.d. ita & ita faciunt sancti. Et, Gloria hæc est omnibus

Ex Cass. sanctis eius, id est ita consequentur æternam gloriam. Vel ita ab illo loco, Exultabunt, & accipe totum de futuro, & prædicatur virtus dei & potentia in gloria sanctorum. q.d. Exultabit mansuetos, & tunc, Sancti exultabũt in gloria, id est in vindicta malorum. Vindicta enim peccãtium gloria est sanctorum. &, Lætabuntur in cubilibus suis, id est in diuisis mansionibus, de quibus

Ioann. 14 dominus ait, In domo patris mei mãsiones multæ sunt. & tunc erunt, Exultationes dei in gutture eorum, quia in corde & in lingua, non desinunt laudare deum, à quo æterna habent, Et gladij ancipites, id est verbum dei vel sententia iudicij de bonis & malis erunt, In manibus, id est in potestate, Eorum. Tunc enim potestatem verbi dei accipientes cum domino iudicabunt, sedentes super duodecim sedes. Et tũc verè fiet vindicta & increpatio in populis. Vnde subdit, Ad faciendam &c. q.d. Gladios habebunt in manibus, Ad faciendam vindictã in nationibus, & increpationes in populis. Ecce quãta gloria & gaudium sanctorum tunc erit, quando pauperes qui erant hic derisui, habebunt hic potestatem vindicare in superbos. Ad alligãdos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, quia tunc reges terræ & nobiles seculi ligabuntur in compedibus, de quibus nõ erit liberum exire, ferent vincula ferrea, vt grauia ad portandum, & quæ non possunt rumpi, scilicet tormenta gehennæ, & sic fiet iudicium conscriptum. Vt faciant, q.d. Ad hoc habebunt gladios, Vt faciant in eis iudicium cõscriptum, id est comprobatum ab angelis, & vniuersis sanctis, vel in pluribus scripturę locis memoratum.

1 Cor. 6 De quo Apostolus, Nescitis quia angelos iudicabimus. Et ne putes hanc potestatem esse solis apostolis, addit, Et gloria hæc, scilicet potestas iudicij est, Omnibus sanctis eius, scilicet omnibus perfectis, qui ꝑ Christo omnia terrena reliquerunt.

COLLATIO
In psalmum 149 Cantate domino canticum nouum.

2 FILIAE Sion.] Tametsi idem polleant filij Sion, & filiæ Sion, manifestum est tamen in Hebręo & in Græco esse filij Sion, ac sic omnes interpretes legũt בְּנֵי צִיּוֹן bene sion, ὑιοὶ σιὼν. Deniq; scriptura subinde nunc dicit filios Sion, nunc filias. Atqui admonemur à D. Hierony. ad Suniam, vbi nulla est sensus mutatio, declinare superfluas cõtentiones, quas dicit esse ineptias. Verbis nõ esse cõtendendũ modo seruetur sensus.

3 IN psalterio] Hebr. כִּנּוֹר cinnor, id est cithara. Sed scribit Hieronymus ad Marcellam in ea epistola quæ differit quid sit selah Hebræis, quod tunc temporis psalmi iuncta voce ad organum canebantur. Ob id non debet esse mirũ, quod acceperint psalterium pro cithara.

7 EXVLTATIONES dei.] Hebræus & Græcus habent exaltationes, ac ad eundem modum legit Arnobius. Heb. רוֹמְמוֹת romemoth, Gręcus, ὑψώσεις. D. tamen Augustinus legit exultationes. Et ne quis causeatur scriptoris vitiũ, semel & iterum repetit in enarratione, iungẽs ei quod mox dixerat, Lætabũtur in cubilibus suis. Vtcunque fuerit exultationes dei, & exaltationes, sunt eius laudes. Proinde parui refert.

CL. PSALM. TIT.
Alleluia.

LAVDATE dominum in sanctis eius.] Titulus, [ALLELVIA] Psalmus iste est tertius eorum, qui sunt sine diuisione. Atomus enim est hic psalmus, in quo intenditur, vt laudetur deus, quia cõgregauit sanctos, & deposita fragilitate suæ imagini restituit, & iam conformes gloriæ suæ in beatitudine locauit, vbi est omnis abũdantia. Hic ergo agitur de laude dei in sanctis eius, qui glorificati sine fine laudãt. Monetur enim ciuitas dei, [vnitas omnium sanctorum, ore & animo canere. In hoc culmen diuinę laudis, omnis psalmodia perducitur, quę laus hic nuptiali dulcedine decãtatur. Quibus ergo Propheta in principio libri huius rectè conuersationis formam ostendit, iam in illa cælesti Hierusalem receptis dicit in eis laudandum esse deum, quia omnia eis dedit, sic incipiens,

AVDATE dominum in sanctis eius: laudate eũ in firmamento virtutis eius.

LAVDATE dominum in sanctis eius] ꝑ his quæ sanctis suis dedit, [LAVDATE eum in firmamento virtutis eius] id est pro eo, quia morte sua diabolum superauit, & credentes ad cælum perduxit. Et.

2 Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

LAVDATE eum in virtutibus eius] vel in potentatibus eius, scilicet quia omnia sunt sub- Ex Cass.

Philip. 2 iecta sub pedibus eius, cui flectitur omnis genu, cælestium, terrestrium, & infernorum, sicut Apostolus ait, [LAVDATE eum secundum multitudinē magnitudinis eius] sed quomodo hoc fieri potest, cum eius magnitudinis non est finis? sed spiritualibus & sanctis dicitur hoc qui sine fine laudant. Et cum non sit finis magnitudinis eius, secundum eam laudatur, cum sine fine laudatur. Et est, Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius, id est sine fine, sicut nō
Ex Cass. est finis magnitudinis eius. Quomodo autem laudari debeat per similitudines mysticas, vsq; ad finem psalmi dicit, subdens,

3 Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cithara.

Ex Cass. LAVDATE eum in sono tubæ, laudate eū in psalterio & cithara] q.d. tuba concrepet regi, psalterium canat deo, cithara cum reliquis instrumentis canat sponso. Tuba enim terribilis, vel in bello sumitur, vel in aduētibus regum apparatur. Psalterium in laudibus dei sonat, & à summo reddit sonum: Cithara sponso cantat, & ab imo sonat. Hæc omnia humanis actibus cōparata, id est considerata iuxta vsum humanorum actuum, figuraliter ibi dicuntur laudes dei personare. In tuba enim rex esse significatur: in psalterio, deus: in cithara sponsus. Et est sensus, Laudate eum in sono tubæ, id est laudate vt regem, quia vos in bello diaboli vincere fecit. Et, laudate in psalterio, id est vt deum, quia vos fecit summos. Et, Laudate eum in cithara, id est vt sponsum, quia vos ab imis liberauit,

4 Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

Ex Aug. LAVDATE eum in tympano & choro] id est in carne mutata, & vocum cordiúmq; concordia. Tympanum fit de corio extenso in ligno. Chorus vero est temperata vocum collectio. [LAVDATE eum in chordis & organo.] Chordas ponit pro omni instrumento musico, quod chordarum tensione sonat. Organum est quasi turris fistulis diuersis fabricata, flatu folliū
Ex Cass. sonans. Et vt hæc omnia de hominibus acciperes, ad os hominis venit: & exponēs quid sit laudare in chordis & organo, subdit,

5 Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis omnis spiritus laudet dominum.

Ex Aug. LAVDATE eum in cymbalis benesonantibus. Cymbala benesonantia labia nostra sunt, quæ cordi concinna, in laudibus dei bene sonant, in quibus est similitudo cymbalorum, &
Ex Cass. harmoniam reddunt. Et ideo inter instrumenta musica bene sunt ad literam, Cymbala bene tinnientia sunt ex permixtis metallis paruissimē fiale, quæ acutum sonum reddunt, & harmoniā
Ex Aug. faciunt. Et ne putes esse cymbala ista sine anima addit, [LAVDATE EVM IN cymbalis iubilationis] id est in labijs iubilum intus conceptum extra monstrantibus. Et quia omnia Ex Cass.
spiritualiter intelligi vult, apto fine concludit, [OMNIS SPIRITVS] scilicet angelicus & humanus, [LAVDET dominum] non caro & sanguis, quæ non possidebunt regnum dei: non ambitus seculi, sed quod est in natura rerum sublimius ad laudem monetur, quod scilicet cælestia sapit, æterna capit, scilicet spiritus breuis & perfecta scientia de modo diuinæ laudis in hoc psalmo docetur, scilicet vt deum spiritualiter o- Ex Aug.
mnia laudent. In his totius musicæ perfectio est. Etenim flatus in tuba pulsus in cithara: & in cymbalis, vox in choro. Quibus musicis instrumentis significatur spiritualis harmonia, quę nō auribus sed pura mente aduertitur. Vel ita ab illo loco, Laudate eū in firmamento virtutis eius, id est quia sanctos ita firmauit sua virtute, vt amplius non moriantur. Virtus eius est in hoc firmamento. Est enim virtutis magnæ quod sancti iam non morientur, & mors eis vltra non dominabitur. Et, Laudate eum in virtutibus, vel in potentatibus, eius, id est pro potētatu quem sanctis suis contulit. Potentatus enim dei quem fecit in eis, dicitur quod regnant cum illo in ęternum: & ipsi sancti sunt multitudo magnitudinis eius. Vnde subdit, Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius, id est sanctos, quia eos magnos fecit, & tā multos, scilicet milia milium. Vnde, Milia milium ministrabāt ei, & de- Dan. 7
cies centena milia assistebant ei. Idem ipsi sancti sunt in omnibus musicis instrumentis significati, quæ ponit pro significantia diuinæ laudis, id est vt significet ea pro quibus laudare debent, & quomodo. & à tuba incipit, dicens, Laudate eum in sono tubæ, id est propter excellentissimam laudis claritatem quæ in vobis est, Laudate eum in psalterio & cithara, id est de cælestibus & terrestribus, tanquam eū qui fecit cælum & terram. Psalterium enim à superiori sonat, vt dictum est, cithara ab inferiori. Ideoq; per psalterium cælestia, per citharam terrestria significātur. Laudate eum in tympano, idest in carne mutata, quæ est sine omni corruptione. Tympanū enim fit de corio siccato & infirmato. Et choro, idest in pacata societate, Et laudate eum in chordis, id est in carne iam à corruptione liberata, quam ante per tympanum significauerat. Et organo, id est in concordi diuersitate, Organū est generale nomen omnium musicorum vasorum, licet vsu dicatur organum quod inflatis follibus sonat. Chordæ vero sunt, caro iam à corruptione libera, quibus addit organum: non vt singuli sonent, sed vt diuersitate cōcordissima consonent, sicut fit in organo. Habebunt enim sancti tunc differentias suas consonantes, non dissonantes, id est consentientes sicut & diuersis vocibus, sed non aduersis fit cantus suauis. Laudate eum in cymbalis benesonantibus. Cymbala inuicem se tangunt vt sonent. Ideo labijs nostris à quibusdam comparantur, sed melius in cymbalis intelligi puto illos qui inuicem se honorantes dāt laudem deo. Et est, Laudate eum in cymbalis benesonātibus, id est in his quæ se inuicem monentes & honorantes laudant deum & delectant. Et notandum quia tria sunt genera sono-

rum, quorum nullum hic prætermittitur. Fit enim sonus voce, vt per chorum: flatu, vt per tibias: pulsu, vt per citharam. Hæc omnia ad hymnos nuptiales pertinent, sed per similitudines non proprietates referũtur ad dei laudem in sanctis eius. Ideoque ne putes cymbala sine anima hic intelligi, addit, Laudate eum in cymbalis iubilationis. Est enim iubilatio ineffabilis laus quę non nisi ab anima proficiscitur. Omnis spiritus laudet dominum, qui non nisi spiritualiter laudandus est. ¶ Sciendum quia psalmus iste cẽtesimus quinquagesimus est. Hunc enim librum Dauid composuit in numero centum quinquaginta psalmorum, per hoc nobis magnum commendans sacramentum, quod patebit si quindenarij non ignoretur mysterium. Quod enim valet quindecim in ordine singulorum, id est vnitatum, hoc centum quinquaginta in ordine denariorum, & mille quingenti in ordine centenariorum, & quindecim millia in ordine millenariorum. quia sicut quindenarius ex quindecim vnitatibus subcrescit: sic centum quinquaginta ex quindecim denarijs, & mille quingenti ex quindecim centenarijs, & quindecim milia ex quindecim millenarijs. Ideoque quod significatur per quindecim, hoc idem per centum quinquaginta, & per alios duos numeros significatur. Cognito ergo sacramento quindenarij reliquorum non latebit mysterium. Quindecim itaque significat duorum testamentorum concordiam. Constat enim ex septenario & octonario. Septenarius autem significat vetus testamentum, quia in veteri testamẽto obseruabatur sabbatum, qui est dies septimus, & septima septimana, & septimus mensis, & septimus annus, & septimus annus septimæ decadis, qui iubileus dicitur. Octonarius vero ad nouum testamentum refertur, quia in nouo testamẽto dominicus dies obseruatur, qui est octauus post septimum. Idem est & primus post sabbatum: & primus in prima rerum conditione, secundum hoc mysterium est numerus psalmorum. Ideo enim centũ quinquaginta sunt, qui numerus eodem annotatur mysterio quo quindenarius, vt ostendatur libri huius doctrina, vtrique consonare testamento, Ecce quare hoc numero psalmi cõscripti sunt.

¶ Nunc animaduertendum quare per quinquagenas & per tres hoc opus distingatur. Ideo per quinquagenarium distinguitur, quia hic numerus magnis ac diuersis annotatus est sacramẽtis. Constat enim hic numerus, scilicet quinquaginta de septima septimanarum, id est de septem septenarijs addito vno, tanquam ipso octauo, ad determinandum quinquagenarium. Per septenarium vero septiformis spiritus figuratur, & per ipsum quoque quinquagenarium, quia tot diebus completis post resurrectionem venit spiritus sanctus super cõgregatos in Christo, qui spiritus septenario numero præcipuè in scripturis commẽdatur. Hoc igitur numero distincti sunt psalmi, vt significetur nos septiformis gratię spiritus sancti fieri participes, si doctrinam psalmorum custodiamus. Ideo etiam hoc numero fit psalmorum distinctio, quia hic numerus, scilicet quinquaginta in quadraginta & decem diuiditur. Vnde & Christus eum sic diuisit, qui quadragesimo die post resurrectionem in cælum ascendit. Inde post decem dies spiritum sanctum misit. Per quadraginta vero temporalis habitatio huius mundi ostenditur. Et lex Moysi per quaternariũ ostenditur. Per denarium lex. Quaternarius enim in quadragenario, & ex quatuor & decem in se ductis multiplicato præualet quantum ad significationem. Quatuor enim partes habet mundus & annus, & quatuor sunt elementa, ex quibus omnia corpora constant. Denarius autem legem significat propter decalogum mandatorum, quæ fuerunt scripta in tabulis. Huic autem numero, scilicet quadragenario, additur denarius, vt quinquaginta compleãtur. Denarius vero vitam æternam significat. Constat enim ex tribus & septem. Ternarius ad sanctam trinitatem refertur. Septenarius vero qui constat ex tribus & quatuor ad duplicem hominis naturam, qui constat ex anima & corpore. Ad animam pertinet ternarius propter triplicẽ vim animę: quaternarius pertinet ad corpus propter quatuor elementa. Tunc igitur æternitatis beatitudo in nobis perficietur, cum vtriusque naturæ nostræ sabbatismo potiti trinitati increatæ coniungemur. Addito ergo denario quadragenario velut mercede, pro impleta in hac vita lege dei reddita, ipsa æternitas figuratur. Ideo ergo hoc numero psalmos distinxit, vt significet eos qui in præsenti huius psalmodiæ doctrinam seruant legem implere, & denario æternæ vitæ in futuro coronari, assignata gemina ratione, quare per quinquaginta distincti sunt psalmi. Videndum est quare distinguantur per tres quinquagenas. Ideo scilicet vt insinuetur beata trinitas, quæ omnia prædicta pręstat. Donat enim septiformem gratiam, iuuat ad implendam legem, & in futuro remunerat, sicut cum trinitas multiplicat quinquaginta, faciunt centum quinquaginta, qui numerus omnium psalmorum est summa & plenitudo.

¶ Quæri quoque solet vtrũ vnus sit liber psalmorum, an plures. Hieronymus quinque libros dicit esse propter quinque distinctiones, quæ fiunt per fiat fiat. Cui obuiare videtur quod dicitur in actibus apostolorum, Sicut scriptum est in libro psalmorum, non in libris dicit, sed in libro dicit, quasi vnus sit liber, nõ plures, quod tamen superiori non repugnat. Bene nanq; multi libri, vnus liber dicũtur, vt multę ecclesię vna, & multi cęli vnũ cælũ. Vnde scriptura dicit, quod aquæ sunt supra firmamentum, id est cælum. Et eadem, ait, Et aquæ quæ super cælos sunt. Idem significans per cælos & firmamentum, id est cælum. Potest etiam dici in libro psalmorum, id est in aliquo libro illorum quinque, quod tamen in vsu locutionis vel non est, vel raro est. Duodecim prophetarum etiam vnus liber dicitur, & omnes etiam canonicæ scripturæ à quibusdam vnus liber esse dicuntur, eo quòd mirabili & diuina vnitate concordent. Illud quoq; non vacat, sed magna consideratione dignum videtur, quod primus quinquagesimus agit de pœnitentia. Secundus de misericordia & iudicio. Tertius de laude dei in sanctis eius. Isti sunt nã-

De libris psalmorũ fuse in prologo.
Actu.1

que tres ſtatus religionis Chriſtianæ. Sic enim ad æternam beatámq; vitam tédimus. Prius per pœnitentiam peccata damnamus, vocante deo ad pœnitentiam, quos apud ſe in occulto prædeſtinauit. Inde per miſericordiam iuſtificati bene viuimus, ne iudicium in futuro timeamus, deo vocatos iuſtificante hic per miſericordiam & rimorem iudicij, in quo iudicio de ciuitate domini diſperdentur omnes qui operantur iniquitatem: tandem ad vitam glorificati intramus, vbi deum ſine fine laudamus, ad hoc etiam, id eſt ad hos tres ſtatus deſignandos, quod dominus ait
Lucæ 13 in euangelio, Ecce eiicio dæmonia, & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die conſummor. Dæmonia eiicit cum nos à peccatis per pœnitentiam ſoluit. Sanitatem perficit cum per miſericordiã iuſtè viuere facit. In futuro conſummabitur, cũ nos coronabit, quos ſtatus etiã in ſua paſsione, & dormitatione, & euigilatione oſtẽdit. In cruce enim patiendo, de diabolo triumphauit. In ſepulchro quieuit, in reſurrectione exultauit: ita & nos pœnitentia qua vincimus diabolum, cruciat. Iuſtitia qua à malis quieſcimus, tranquillat. Vita æterna vbi videtur deus ſicut eſt, glorificat atque iocundat. Pœnitentiæ igitur vox eſt, Miſerere mei deus. Iuſtitiæ vox eſt, Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Vitæ æternæ vox eſt, Omnis ſpiritus laudet dominum.

COLLATIO

In pſalmum 150. Laudate dominum in ſanctis eius.

1 LAVDATE dominum in ſanctis eius.] D. Hieronymus, In ſancto eius. Alij in ſanctitate, ſiue ſanctuario eius. Lxx ἐν τοῖς ἁγίοις. Hæreticus poſſet calumniari hunc locum, ſi quiſpiam adduceret ad cauſam honoris ſanctorum. Sed quanquam ſunt infinita loca alia, quibus certo certius demonſtratur ſanctos eſſe venerandos honore debito, non tamen extra viam hic locus ad hoc citaretur, vel iuxta veritatem hebraïcam. Nam qui ſic vertunt, intelligi volunt de ſacrario cæleſti, vt adnotat Munſterus in ſcholijs. Nemo autem catholicus poteſt dubitare, virum ſanctum eſſe dei templum, iuxta epiſtolam 1. Cor. 3. & 6. Et Chaldæus interpretatur, In domo ſanctuarij eius. Adde pſalm. 113, vbi pſallimus, Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius. Hebræi legunt לְקָדְשׁוֹ lequodſcho, id eſt ſi reddas ad verbum, in ſanctificationẽ eius, quæ hic legitur, בְּקָדְשׁוֹ bequodſcho. Inſuper in principio pſalmi 148, dicebatur, Laudate dominum de cælis, laudate eum in excelſis, non arbitror aliqua excelſiora eſſe ipſis ſanctis, extra deum ſuperexcelſum. Denique D. Chryſoſt. in hunc pſalmum citãs vtrãque lectionem, nihilominus interpretatur de ſanctis. Alius, inquit, in ſanctos eius, alius in ſanctificatione eius. Aut de populo hic ait, aut propter vitam ſanctã, & viros ſanctos, aut propter ſacerdotium. Hæc ille. Honoratur deus in ſanctis.

FINIS

t ſ r q z p a ſ n m l c i t h z u h d c b â
אבגדהוזחטיכלמנסעפצקרשת

Qỵinque finales

z p n m c
ץ ף ן ם ך

Vocales longæ	בָ	בֵ	בִי	בוֹ	בוּ
	a	e	i	o	u
	ba	be	bi	bo	bu
Vocales breues	בַ בָ	בֶ בֱ בְ	בִ	בֳ	בֻ

α ϐβ γ δ ε ζξ η θ ι κ λ μ ν ξ ο ϖπ ρ σςϛ τϒ υ φ χ ψ ω
a b g d e z e th i c l m n x o p r ſ t y ph ch pſ o

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

PARISIIS

EXCVDEBAT IOANNES LODOICVS
HONESTO BIBLIOPOLAE
PONCETO LE PREVX.

M. D. XLI.

Digitized by Google